



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guida per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.


Inoltre ti chiediamo di:


- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>







126 - 1 - 74

~~71 5~~

DEK

N^o-11250

HISTORIAE
PONTIFICVM
ROMANORVM
Et S. R. E.
CARDINALIVM.
Tomus Tertius.

Ex dono domus nostræ urbis.

VITAE. ET RES GESTAE
PONTIFICVM
ROMANORVM
ET S. R. E. CARDINALIVM

Ab initio nascentis Ecclesiæ vsque ad

CLEMENTEM IX. P. O. M.

ALPHONSI CIACONII ORDINIS PRAEDICATORVM
& aliorum operâ descriptæ: Cum vberimis Notis.

AB AVGVSTINO OLDOINO SOCIETATIS IESV RECOGNITÆ,
& ad quatuor Tomos ingenti vbique rerum accessione productæ.

*Additis Pontificum recentiorum Imaginibus, & Cardinalium Insignibus,
plurimisque aeneis Figuris, cum Indicibus locupletissimis.*

TOMVS TERTIVS.



ROMÆ, MDCLXXVII.
CVRA, ET SVMP TIB. PHILIPPI, ET ANT. DERVBEIS.
SVPERIORVM PERMISSV.

*Ex Libris domus Calabrichi & Quatorzigi Benciveneria Roberto Scarpot.
An. 1743.*

M. n. 74. 4.


[Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]

UNIVERSITY OF TORONTO

SIXTVS QVARTVS

PONTIFEX CCXVI

ANNO DOMINI MCDLXXI.



IN NOMINE DEI, ET SALVATORIS
Nostri Iesu Christi benedicti. Amen.



A NNO Domini 1471. 6. Kalendas Augusti, posttridie obitus Pauli II. eiusdem nouendiales exequiæ à Cardinalibus præsentibus in Basilica S. Petri celebrari sunt coeptæ, & ante diem 8. Idus Augusti festo S. Sixti Papæ, & martyris, finitis exequiis Pauli II. & Missa Spiritus sancti ab Episcopo Tusciano cantata, Cardinales præsentibus numero decem, & septem Conclauē ingressi sunt, paratum in Apostolico palatio Vaticano, pro noui Pontificis electione, in quo dies tres permanere.

B Die Mercurij 4. Idus Augusti, Cardinalis Papiensis, qui infirmus erat; Conclauē ingressus est, effectūque sunt Cardinales decem, & octo, quo die leges Conclauis, quibus futurus Pontifex teneretur, editæ, & iuratæ.

Sexto Idus Augusti primo scrutinio, nemo Papa fuit; hisce Committis in Conclauē inter reliquos Patres præcipue candidati erant Bessarion Græcus, Rothomagensis, Vrsinus, & Papiensis.

C Tribus porro posterioribus à Vicecancellario, & Mantuano Cardinalibus, aliisque qui in colloquio magnæ auctoritatis erant, Patribus exclusis, res ad Bessarionem tum Senatus Principem, senem, doctrinam, & vitæ integritate clarissimum spectare videbatur, quem Vrsinus, obtinendi Pontificatus spe deposita, Mantuanus, & Cancellarius conuenientes, certis sub conditionibus, Pontificatum ei daturus polliciti sunt: cumque ille se ea ratione Pontificem creari velle, pernegasset, vt scilicet pacto aliquo interueniente Papatum obtineret, illi intemptuam eius seueritatem stomachata, ad Cardinalem S. Petri ad Vincula, Magistrum Franciscum Sauiouensem *, sunt conuersi, vita, doctrinaque præstantissimum, à quo quam omnia, quæ postularunt obtinuerunt, cum Cubiculario ipsius fratre Petro Riario maxime ne Cardinalium rogatis obstitere, incitante: ipsi Pontificatum demandare promittunt: quorum opera mane ad 5. Idibus Augusti scrutinio habito, Romanus Pontifex renunciatus SIXTVS IV. appellari voluit, quod eiusdem die festo Conclauē Patres ingressi essent, ex quo ipse Pontifex maximus exiuit. Sed et verò, Imperatore Friderico III. Cæsare Augusto, annos tredecim, dies quatuor.

CARDINALES XXVI. VIVENTES
quando Sixtus IV. Papa creatus est.

EPISCOPI CARDINALES IV.
EVGENII PAPAE IV.

1. Bessarion Trapezuntius, Græcus, Constantinopolitanus, monachus S. Basilij, Archiepiscopus Nicænus, Episcopus Cardinalis Tusculanus, Decanus Collegij.
2. Guillelmus de Estouteuilla Gallus, Archiepiscopus Rothomagensis Episcopus Cardinalis Ostiensis, & Velutinus.

NICOLAI PAPAE V.

3. Latinus Vrsinus, domicellus Romanus, Archiepiscopus Tranenensis, Episcopus Cardinalis Sabinus.
4. Philippus Calandrinus de Sarzana, Lunensis, Episcopus Bononiensis, Episcopus Cardinalis Prænestinus, Maior Penitentiarius, Ligur.

PRESBYTERI CARDINALES XVI.
NICOLAI PAPAE V.

5. * Alanus Coetius, Brito, Gallus, Presbyter Cardinalis titulo Sanctæ Praxedis, S. R. E. Archipresbyter.
6. Ioannes Rolinus Gallus, Episcopus Eduensis, Presbyter Cardinalis titulo S. Stephani in Cælio monte.

CALLISTI PAPAE III.

7. * Ludouicus Milanus, Valentinus, Hispanus, Presbyter Cardinalis tituli SS. Quattuor Coronatorum, Episcopus Segobiensis.

PII PAPAE II.

8. Angelus Capranica Romanus, Episcopus Reatinus, Presbyter Cardinalis tituli S. Crucis in Hierusalem.
9. Berardus Herulus Narniensis, Episcopus Spoletanus, Presbyter Cardinalis, titulo S. Sabinæ, in Auentino.
10. Nicolaus Fortiguerra Pistoriensis, Episcopus Theanensis, Presbyter Cardinalis titulo S. Cæcilie, Damensis dictus.
11. Bartholomæus Rouerella, ciuis, & Archiepiscopus Rauennas, Presbyter Cardinalis titulo S. Clementis, dictus Rauennas.

- 12. * F. Ioannes Lofredi Laxouentis, Gallus, monachus Cluniacensis, SS. Sylvestri, & Martini in Montibus, titulo Equitij, Presbyter Cardinalis, Episcopus Atrebatensis.
- 13. Iacobus Amanatus Lucensis, Episcopus Papiensis, Presbyter Cardinalis titulo S. Chrylogoni, dictus Papiensis.

P A V L I P A P A E I I.

- 14. * Thomas Bourcherius Anglus, Presbyter Cardinalis titulo S. Cyriaci in Thermis, Archiepiscopus Andrianopolis; frater Henrici Exestriae Comitis.
- 15. * Stephanus de Varada Hungarus, Presbyter Cardinalis, tituli S. S. Nerei, & Achillei.
- 16. Oliuerius Carafa, Neapolitanus, Presbyter Cardinalis titulo S. Petri, & Marcellini.
- 17. Marcus Barbus Venetus, Episcopus Vicentinus, Presbyter Cardinalis titulo S. Marci.
- 18. * Ioannes Balus Andegauenfis, Gallus, Presbyter Cardinalis titulo S. Susannae.
- 19. Amicus de Collettedio, ciuis, & Episcopus Aquilanus, Presbyter Cardinalis titulo S. Mariae Transiberim.
- 20. Fr. Franciscus de Ruere Sauonenfis, Ligurum ordinis Minorum, Presbyter Cardinalis titulo S. Petri ad Vincula, electus Papa.

D I A C O N I C A R D I N A L E S V I. C A L L I S T I P A P A E I I I.

- 21. Rodericus Borgia Valentinus Hispanus, Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano, S. R. E. Archidiaconus, Vicecancellarius.

P I I P A P A E I I.

- 22. * Franciscus Piccolomineus, ciuis, & Archiepiscopus Senensis, Diaconus Cardinalis titulo S. Eustachij.
- 23. Franciscus Gonzaga, ciuis, & Episcopus Mantuanus, Diaconus Cardinalis S. Mariae Nouae.

P A V L I P A P A E I I.

- 24. Theodorus Palaeologus, ex Marchionibus Montis Ferrati, Infuber, Diaconus Cardinalis S. Theodori.
- 25. Baptista Zeno Venerus, electus Episcopus Vicentinus, Diaconus Cardinalis S. Mariae in Porticu.
- 26. Ioannes Michaelius Venerus, electus Episcopus Veronensis, Diaconus Cardinalis S. Angeli.

Omnes igitur Cardinales, qui Conclau interfuissent, decem, & octo fuerunt, absentes autem octo, asterisco notati.

ROBO-
rea Fam-
lia.

Gens Roborea, quae & de Ruere dicta est, Augusta Praetoria Taurinorum orta, inter Subalpinas nobilis, à Longobardis originem ducere; multorum consensu traditur cuius familiae auctorem fuisse Hermundum, quem Ragumberi Ducis Taurinensis, Pauli Diaconi in Historia Longobardica testimonio clari tempore, circa annum Domini 700. vixit, antiquis annalibus relatum est. Castellum Vicus nouus eius familiae vetus ditio: nam Cincianum, & Riualbae, posterioribus temporibus acquisita fuerunt. Simon Ruereus ob pinguedinem, cognomine Crassus ante multos annos ex Taurinis in Ligures concedens, Saouonae substituit, à quo gens de Ruere manauit, inter eius ciuitatis familias non postrema: de Ruere autem gentis, nomen est vernacula lingua, quod nos Lannè Robur appellamus, vel potius Quercum ab insigni gentilitio clypeo, quod ex Quercu antea expressum: ex ea, quae erat Saouonae familia de Ruere Sixtus IV. Papa originem traxit, cuius parentes fuere Leonardus, vir inter vrbes suae ciues honoratus, & omnibus in patria Magistratibus functus, & Luchina Munhona honesto loco Souannae genita; extant adhuc Leonardus patris, auique cum elogijs, in Ecclesia Cathedrali Saouonensi sepulchra, isthaec referentia. hoc idem animaduertere placuit, quod non obscuram hominum relationem fama esse, intelligam; qui obscurissimos parentes habuisse memorent, & qui piscatione victum quaerent, & piscatoris filium faciunt. Natus est Sixtus, 7. Kalendas Augusti, hora decimoctaua, anno 1414. Ioanne xxiii. Romano Pontifice, Cellis, qui est pagus maritimus ab Vrbe Saouonensi quinque millibus passuum distans, eodem namque parentes eius confugerant, vitandae pestis causa, quae tum maxime Ligures vexabat; videre per somnium visa est mater, antepartum editum, infantem à beatis Franciscis, & Antonio cucullam, ac cingulum, piè, & sanctè indui, quo habitu ipsorum sanctorum vtuntur Minores vocati: ad stare enim duo fratres videbantur, quorum alter tunicam, alter verò caputium, & cingulum, infanti porrigebant: at verò dum obstetrix puero, cui Franciscus nomen indiderat, vti fit accuratè in balneo lauaret eundem, cernit duos digitulos, quasi signaturum aquas, erectos tenentem; quare mater, dum puer in vndis defecisset, ac penè necatum obstetrix ad se detulisset, somni memor, vouit, se induturam filium sancti Francisci habitum; factamque vt eundem sex mensibus ferret; quo senestri transacto,

SIXTI
primordia

A amoto habitu, puer iterum in grauem aegritudinem incidit, annum iam natus, & eo amplius; ceterum, voto repetito, mater statim filium incoluente recepit: & cum infans adoleuisset, elegansque ac scitus ciuibus omnibus esse videretur, non desuere, qui parentes increparent, quod tam bonae indolis puerum, adeo tetricae, & austeræ vitæ addidissent, antequam ipse per aetatem saperet, quod viuendi genus sibi potissimum eligendum esset, non vincendum tali habitu puerum, sed sinendum potius seculari, & ciuili more vitam ducere: hoc idem cum reprehendisset Petrus, cognomento Pippus, puero habitum extrahit; qui re febre statim correptus, in tumescente gutture, liberari tanta aegritudine nullo modo posse videbatur, nisi votum denuò repeteret; mater itaque Pippo, ob spretam religionem, filijque discrimen infensa: puero habitum restituit, sanctoque iterum addicit, qui demum liber factus, agens annum nonum, Cenobiumque Minorum frequentans (domo enim eod quocidie proficiebatur) Ioanni Pinarolo viro optimo committitur, B à quo ordinis mores, vitamque Minorum imberet. Grammaticam deinde tanto studio perdidit, vt breui Ciceronis volumina, partim ab alijs audierit, partim verò bonitate ingenij intellexerit; audiendi praeterea Dialecticem cupidus, Cherium profectus, Doctores loci ita diligenter, & accuratè audiuit, vt postea doctrinam eandem alijs ipse legerit. Verum, vt fit, cognitione vnus disciplinae ad alteram incitatur, Papiam primum, mox Bononiam, vbi publica Gymnasia in pretio erant, proficiscitur, Philosophiae, ac Theologiae causa, Iacobo, cognomento Textore, Parisino Doctore, Bononiae, vt optimo praetore vsus est; audiuit, & Andream Nolanum, qui postea Senensis Episcopus, ob doctrinam, & integritatem vitæ merito creatur; at verò dum Genuae Capitulum generale haberetur, quod vndique ex tota Europa conuenire viri doctissimi solent, adolescens, vigesimum natus annum, & nondum C Doctor, ita acerrimè, & elegantè disputauit, vt vnus omnium doctissimus sit habitus; quare audientibus omnibus Guillelmus Calsalis ordinis Minorum Generalis, eum merito collaudauit, & mira beneuolentia, praer gaudio, amplexus est, cum maxima commemoratione laudum eius; demum verò cum Patavij Philosophiae, ac Theologiae gradus magno omnium consensu susceperit, & publice ipse legit multas, & acutè disputauit, non solum in anfractibus, vt à plerisque in Gymnasijs publicis fieri solet, sed aperta, & simplici disputandi ratione vtens, vt veri inueniendi, non iactandae doctrinae causa, contradicere videretur. Tanta autem, & tam constanti fama permoti Italiae Principes, & qui rerum potiebantur, hominem publico salario conduxere: publicè enim Patavij, Bononiae, Papiæ, Senis, Florentiae, Perusiae legit, quem Perusini, ob singularem doctrinam, & integritatem in ciuium suorum numerum recepere: tantum autem his in locis legendo profecit, vt nemo ferè doctus in Italia sit, qui non eius auditor fuerit; testatur hoc Ioannes Argyropolus, Bonfranciscus, Arlotus, alij; permulti viri doctissimi, qui ex hoc fonte quiddam scirent, hausere; hominem quoque frequenter audiuit Bessarion Cardinalis Nicænus, vir Latina, & Graeca literatura insignis, cuius familiaritate ita delectatus est, vt eodem conubernio per se vsus sit; nihilque edere Nicænus ipse vnquam voluerit, quod non eius lima prius, & iudicio emendatum esset, tanti faciebat hominis doctrinam, & ingenium. Praedicauit (vt communi vocabulo vtat) in multis Italiae ciuitatibus magna hominum concursu, & gratia. Duorum autem Generalium, quorum alter Antonius Rusico, alter Angelus Perulianus fuit, locius extitit, & comes; qui gradus apud tantum Magistratum non paruus habetur, eundem quoque, his mortuis, & Iacobo Mozenica, qui tertius post hos Magistratum obiit Iacobus Sarguella Generalis creatus, socium sibi delegit, & Procuratorem totius ordinis in Curia Romana; quo in Magistratu, audiente Pontifice, & Cardinalium coetu, in celebratibus publicis saepe orauit, magna cum laude, & gratia. Verum cum Sarguella, ob senium ferè tantum onus non posset, hominem totius Italiae Vicarium sibi delegit, neque hoc certè contentus, eundem Genuae, ac Liguriae Prouincialem creat, quo quidem Magistratu, cum Prouinciae conuentus optimè reformasset, se sponte abdicauit, Romanumque Magistratum amplexus est, ut pariter Curiae, ac Prouinciae vacare posset. Orta tum quidem magna altercatio est de Sanguine Christi inter Fratres Minores, Praedicatorumque, dum Iacobus Marchianus * vir optimus, ac bonorum opinionum sanctissimus, Brixiano populo praedicat, ex sententia Francisci Mayronis. Christum in resurrectione sua totum sanguinem nequaquam assumpsisse: parum enim abfuit, quin ex hac contentione populus ille Brixianus bifariam diuisus rem manu decerneret: hanc ob rem Pius Pontifex maximus conuocatis ad se primoribus vtriusque ordinis discutiendam disputationibus, rem ipsam censurè deligatur locus in aedibus Pontificijs, disputatur acerrimè, non ab his solum, qui ordines suos tuebantur, verum etiam ab Episcopis quibusdam, qui partim Minoribus, partim verò Praedicatoribus fauebant; impositibile esse sanguinem Christi in terris, reperiri sine Deitate sibi vnita: verum cum Pius in longum altercationis rem protrahi videret, litem ipsam diremit *, ne alter istorum ordinum haereticus haberetur, cum reuera disputationis caput non fuerit, vt esse

ALTER-
catio de
sanguine
Christi.

esse debet; an Deitas esset sanguini vnita, si sanguis in terris reperiretur; sed hæreticum ne esset, alteram itarum opinionum pertinaciter defendere. qua dere, quid Franciscus ipse à Paulo II. Cardinalis creatus sentiret, eleganti volumine ad eum perscripsit. At verò cum Sarguella, ob ætatem, Magistratu generali se abdicasset, habito Perusia fratrum Conuentu, omnium consensu Franciscus Generalis decernitur; quare statim ad reformandos Fratrum conuentus animum adiciens, circuire cœnobia instituerat, & rem absoluisset nisi in grauem ægritudinem incidisset; per annum namque ægotauit, quartana demùm grauius afflictatus. Verùm vbi conualuit, institutum iter repetens, conuentus inuisit, gymnasia restituit, his loco pulsus, qui doctrinarum gradus largitione, & ambitione occupauerant. Florentiæ Capitulum generale habuit, quo in conuentu multa sunt instituta ad dignitatem ordinis componendisque Fratrum bonos mores. At verò cum ob ægritudinem Romæ contractam, nondum benè conualuisset, Saonam primò se recipit, recuperandæ valetudinis causa, mox Papiam proficiscitur, iturus Venetias, vbi, sequentem hyemem transigere in lectione Theologiae constituerat, comparatiam sarcinulis, librique omnibus. Sed ecce, dum hæc accuratè agit, superuenere Cardinalis Mantuani, mox Nicæni literæ, quibus intelligit, se à Paulo, Cardinalem Presbyterum creatum esse, cum alijs septem, anno Domini 1563. nono Kal. Octobris, Romam itaque veniens, comiter ab omnibus sulceptus, & quorundam Cardinalium benignitate adiutus; pauper enim erat, ædes tituli sui S. Petri ad Vincula ruinosas, & iam collabentes ita restituit, vt à se, & familia percommode incolui possent, hoc autem in Cardinalatu eius potissimum institutum fuit, vt familiam suam in officio contineret, neque tamen ob dignitatem adeptam, & negotia, literarum studia omisit vnquam; nam & librum edidit de sanguine CHRISTI, & scriptis suis errorem impugnavit ab authore quodam Bononiæ excitatum; ausus namque est homo temerarius allerere, Deum sua absoluta omnipotentia (vt vocabulo Theologico vram) hominem damnatum saluare non posse. Scr psit etiam de futuris contingentibus, propter altercationem Louani ortam, inter Henricum quendam virum doctum, & omnes Scholasticos Louanienles: affirmabat enim Henricus ipse contra opinionem Aristotelis de futuris contingentibus esse determinatam veritatem: aggressus est, & aliud opus maximè necessarium, ostendere enim animus est, rationibus quidem non vulgaribus, S. Thomam Aquinatem, & Scotum in sententijs conuenire, licet verbis differre viderentur, ad tollendas discordias, & altercationes; quæ ob hanc rem inter vtrumque ordinem quotidie nascebantur: tantæ enim integritatis habebatur, & doctrinæ, vt huic vni ex cœtu Cardinalium ad fidem pertinentia potissimum committerentur. Verùm dum his rebus intentiore cura vacaret, dumque ius Canonicum legendo percurreret, Paulus II. 8. Kalendas Augusti hora noctis tertia morte repentina, dieth clausit extremum; in cuius locum omnium Cardinalium suffragijs, qui decem & octo tunc erant in Conclauereclusi, in palatio Apostolico apud S. Petrum, 5. Idus Augusti vacantis sedis die 14. ann. Domini 1471. Romanus Pontifex renunciatus est, Latino Ursino, Roderico Borgia, & Francisco Gonzaga, magnopere suffragantibus, cuius beneficij Pontifex minor, Latino quidem Cameratiatum paulò ante vacantem, Roderico Abbatia Sublacensem, Gonzagæ verò monasterium S. Gregorij concessit.

SIXTVS IV. senja.

Corona no PP. Sicuti IV.

LEGATI à Sixto crati.

A benignè Oratoribus Christianorum Principum, qui sedi Apostolicæ, & ipsi obtemperatos se, quemadmodum mos est, pollicebantur. Sixtus enim suorum amantissimus, ac indulgentissimus, omnium iudicio, est existimatus. Eodem anno tanta copia vini collecta, vt nullus emptor reperiretur, & vasa defuerint, quibus infunderetur. Initio Pontificatus Lateranum Canonicos seculares* reduxit, eiectis inde à Romanis statim post Pauli mortem regularibus, in quo olim Eugenius IV. vt in antiquam possessionem, qua à Bonifacio VIII. spoliati fuerant, introductis, Callistus III. expulerat, Paulusq; II. restituerat, hisque templum S. Mariæ de Pace* ab se media Vrbe constructum concessit. Cum verò admodum liberalis esset, neque vlli proorsus negare quidquam sciret; plurimis eadem gratias importunè rogantibus sæpe concessit: qua de causa, vt litium, & discordiarum initia, & occasiones tolleret, subsignandis libellis Ioannem de Monte mirabilem virum, in aula exercitatum, & industrium, seueriorisque ingenij præfecit, qui non ritè concessa annullare posset. Ad arma conuersus, quibus maximè deditus fuit, initium à bello Turcico fecit, prima expeditione, dum classem in Turcas misit. Legato, & Duce Oliuero Carafa Cardinale Neapolitano, centum milia aureorum expendit. Secunda verò sexagintaquinque milia, Laurentio Patriarcha Antiocheno fratris filio, qui Oliuero succederat, vna cum Ferdinando, & Venetis tantum bellum administrante: nam cum Oliuero Pontificis nomine cum viginti tribus triremibus bellum gerente, quinquaginta Venetorum, Ferdinandus verò vigintiquattuor triremes communibus auspicijs militarunt, nihil tamen præclare gestum est, nusquam prodeuntibus ex Bosphoro in Ægeum hostibus. Smirna tantum in Asia capta, incolæque omnes abacti: oppugnare quidem Sataliam adorti erant occupato per vim portu, refractaque catena ferrea, cuius pars fortibus Basilicæ Vaticanæ præfixa spectanda proposita, sed defendentibus acriter, qui in præsidio erant, Turcis, prælium omittunt, atque ita, re infecta, abeuntes, plus terroris, quam calamitatis hostibus intulere, cum ferè omnium constans fama esset, Christianos eo anno magnam Asiæ partem occupaturos fuisse, si ipsi mari, quæ admodum Vluccallianus Persarum Rex terra, Turcas vexare voluissent; per quos verò iterit, quo minus Rex ex sententia gereretur, haud satis liquet. Anno 1471. Sixtus IV. Ferdinandus Rex Neapolis, & Veneti, viginti triremes intulerunt, & sexcentos equos super illas impoluerunt, vt illis maritimas terras transcurrerent. Multa oppida igne succenderunt, & Smirnam vrben cepere, citra obitaculum: catenas ex portu Sataliæ abductas in porticu basilicæ S. Petri Romæ ante fores suspenderunt, in memoriam, & signum trophæi. Romæ sub Pontificatu Pauli II. obiit Demetrius Despotus Moreæ*, relicti duobus natis maribus; & filia speciosissima, quam Rex Rusiæ*, ob famam, adamauit, & Romam veniens, intercedente Sixto IV. coniugem sibi locauit, & in regnum secum duxit, anno 1472. pollicitus Papæ Peloponnetum à Turca occupatum, se recuperaturum, & reititutum fratribus suæ vxoris legitimis dominis. Anno eodem die 2. Maij, Cometes inges visus, versus Orientem caudam iactans, versus Occidentem, & Meridiem progressus, deinde versus Orientem conuersus. Anno eodem 1472. Sixtus IV. ex palatio Vaticano, Transtiberim S. Paulum adiuit visurus triremes* contra Turcas extractas, illis bona precatus; quibus præfuit Oliuierus Carafa Cardinalis Neapolitanus. Eodem anno die 29. Aprilis, ex palatio Vaticano, Transtiberim adijt ad Pontem dirutum, vulgo rotto, refecturus, & iacto fundamento lapide quadrato, in quo scriptum erat, SIXTVS IV. PONTIFEX. MAX. FECIT. FIERI. & sub anno 1579. fuit absolutus, fecit reponi numismata aurea, ex Ipolijs Fr. Ioannis de Turrecremata Episcopus Cardinalis Sabini; Hispani, quorum hæredes fuere relicti Fratres Prædicatores, conuentus Mineruæ, sed de hæreditate aliter visum est Pontifici disponere. Anno 1474. Rodericus Borgia Cardinalis Legatus*, & Vicecancellarius, Callisti III. nepos, ex Hispanica legatione rediens, magnis vbique triumphis exceptus, cumque in Pisano mari versus Liburnum, duabus magnis nauibus nauigaret peruenit ad locum periculosum, quem altera nauium, in qua erat Cardinalis refugit, & salua permanfit; altera autem audacior se in illud periculum temerè coniecit, & naufragium passa est, ducentis, & quinquaginta hominibus cum ea submersis, inter quos quinque Episcopi, & Protonotarij aliquot, futurus postea Papa Alexander VI. referuatus Rodericus Borgia Cardinalis. Anno 1473. die 7. Aprilis, Christiannum Regem Daciæ*, Suetiæ, & Gothiæ, religionis causa in Vrben venientem, summis honoribus excepit, turba omni Aulicorum missa obuiam; Patres ad portam congressi, medium illum per Vrben ad Basilicam Vaticanam S. Petri, inde ad Sixtum perduxere, iuridicundo tum publicè

SIXTVS iterum seculares Canonicos Lateranæ reduxit;

SIXTVS arma in ad Turcas excitat.

SMIRNA Vrbs à Ferdinando capta.

REX Rusiæ Romam venit, coniugemq; sibi locat.

COMETES apparuit.

RODERICUS Card. Borgia ex Legatione redies nau fragium in mari patitur.

GHARBIERRI Regis Daciæ Romam aduenit.

praesidentem; procubuit is in genua ad illius pedes, neque ante se erigi passus est, quam salutationi, & sermionibus suis esset responsum, redeunt in cubiculum Sixto, exeuntque ad diuina semper adfuit: lauanti manus peluim praebuit: denique summa in eo pietas, summaque religio enituit: haec de Danorum Rege à nobis exposita, Iacobus Episcopus Papiensis solus in epistolis memoriae mandauit. Anno eodem Roma excessit, die 10. Septembris, centum equitibus comitatus.

Eodem anno multi annonam congeserunt, lucri gratia in annum sequentem 1475. qui erat Iubilei, decepti tamen fuere, quod bellis in Gallia, Burgundia, Germania, Hungaria, Polonia, & Hispania saeuientibus, rarissimi in Urbem accesserunt. Iubilei annus 1450. Nicolai V. initio abundantissimus, in fine indigentissimus: contra Sixti IV. cara annona initio, propter bella autem, & raritatem ventitantium, in fine fertilissimus.

Anno 1475. die 20. Aprilis venit ad recipiendam indulgentiam Romam anni Iubilei Catharina Regina Bosniae * 55. Annonum etatis, quadraginta equitibus comitata.

Interim Pontifex Imperij diuturnitate, viribus instauratis, vt erat magni animi vir, Pontificiam dignitatem augere imperium armis proferre, & Hieronymum Riarium amplissimi bonis honestate cupiens, aliquot in Umbria Tyrannos tumultuantes, & aduersus Ecclesiam magis, quam beneficiarios deceret, contumaces tollere constituit: magno igitur coacto exercitu, Fridericum Feltrium, ex Comite Urbini Ducem creatum, tum absentem, Imperatorem, Iulianum S. Petri ad Vincula Cardinalem Legatum praefecit, hic, Duce non expectato, Tudertinos, deinde Spoletinos Pontifici rebelles adortus: est quos, Camertium Duce opitulante, sedaris intestinis discordijs, factionumque Principibus in exilium pulsus, non sine magna Spoletinorum strage, in Ecclesiae fide continuit. Deinde in Nicolaum Vitellium, Regulum Typhernatem, arma mouit: Vitellius, Friderici Urbini Ducis aduentu audito, Urbem Legato, ea conditione dedit, vt sibi in ea liceret tuto priuati hominis vitam agere; & Ducis fretus amicitia cavit sibi, vt accepto à Pontifice, quanti bona vendi possent, pretio, exul iret, quò vellet, at nonnullis post annis, ciuium fauore, in patriam redijt, & arcem, quam Pontifex condi iusserat, d. f. fecit, firmoque praesidio se ibi suffulfit, illam autem trimestrem obsidionem Laurentij Medicei in Florentina Reipublica primum locum tenentis nummis, auxilijsq; pertulerat: porro is, tranquillitatis studio, Principes in Italia exaquotos volebat, & Pontificis, sibi ex mutata quadam aemulatione, & Iuliani fratris in petitione Cardinalatus repulsa parum amici, vires plus nimio augeri aegre ferebat: vnde aduersarium se immoderate eius cupiditati semper ostendit, Pontifici ita irritato insignem aliam contumeliam adiunxit; totis enim viribus operam dedit, ne Pontifex in lnam Flaminiae Urbem, quam Forum Cornelij vocant, emeret, quam Princeps egestate coactus venalem proposuerat, eidem Regulo per amicos mensarios magna pecuniae vi subleuato, ita vt iam Laurentio cum Pontifice aperta similitates intercedere viderentur, quae res Mediceis penè exitio fuit. Dum haec in Italia geruntur, Scodra, quod nunc Scurarum vocant, ditionis Venetae oppidum, à Turcis oppugnabatur; quod Sixtus commeatu & pecunia iuuuit, ne Turcae munitionibus recepta arce, ea ad occupandum Epyrum & deinceps Illyricum vterentur.

Per haec tempora Cypri Regibus, Patre & filio mortuis, Veneti infulam quòd Regis nouissimè defuncti mater Veneta è gente patritia Cornelia haeres esset, ne in Turcarum potestatem veniret, ipsa Regina tradente obtinuerunt.

Oppugnabat eodem tempore Rhodum maximis viribus Maometes ille, qui Constantinopolim caperat. Verum eum acriter Petro Daubulon magno Magistro tuente, re infecta, discedere coactus est, at infulam deprædatus est, & metalli magnam vim inuenit, ex quo sexcenta ferè tormenta crassiora conflauit, idem furorem suum in Italiam conuertit & Hydrunte in Salentinis vi capta, Italianam omnem incredibili terrore compleuit: Cumque Italiae omninareretur, repentino morbo oppressus, & suos in Italia fortissimè repugnantes destituit, & Christianorum Principum animos longè maximo metu liberauit, cuius mortis, & recepti Hydruntis nuntio confirmatus Pontifex, qui iam de relinquenda Italia cogitauerat, alia denuo bella aggressus est.

Tot itaque praeritorum, & bellorum sumptibus Pontifex exaustus, cum magna pecuniae vi indigeret, noua collegia primus omnium Romanorum Pontificum, quae venirent, excogitauit: dato itaque negotio Sinolfo de Caltro Osterio, Protonotario, viro solerti, & industrio Breuiatores minores praesidentiae restituit, à Pio creatos, & ab eius successore Paulo II. sublato, quorum loca quingentis postea sollicitatores, quorum trecentis veniere, deinde certos ad stipulatores, sine quibus nullae possent confici tabulae, Ianicerorum, quoque Stradiotarum, & Mamaluchorum officia induxit, ex quibus Mamaluchos, & ad stipulatores, qui ei successit Innocentius VIII. abrogauit. Postremum Apostolici Fiscus nouem Notarios constituit, quibus redditus vnus assignauit, qui antea cunctis praerat. Hic primus vendidit officia Procuratoris Camerae, Notariatus Apostolici, Protonotariatus Capitolij, Notariatus Gymnasij, metiendi salis, & Camerariatus Urbis, vechigalia noua inuenit, ve-

tera auxit. Sed haec seu temporum necessitati, seu verius proximis, ac minitris eius tribuenda censentur; praesertim quum nemo ad eam diem Pontificum, nec animo ad munificentiam, liberalitatemque propentior, nec in dando hilarior, neque in promerendis hominibus promptior fuisse memoretur, miseros namque à Turcis, vel alias ob calamitatem auitis sedibus, & imperijs eiectos, Andream Palaeologum Peloponnesi, & Leonardum Toccum Epyri Despotos, honestis sumptibus aluit, Sophiae, Thomae Palaeologi filiae, Ruthenorum Duci in matrimonium collocatae praeter alia munerata, dotis nomine, sex millia aureorum donauit; Cardettam, & Catharinam Bosniae Reginae, regnis, fortunisque omnibus spoliata, & ad se confugientes, benignè suscepit, suaque munificentia, subleuauit. Christianum virum religiosissimum Daniae, Suetiae, & Noruegiae, & Gothorum, ac N. Bosniae, Vallachiae, annis grauem, & senio contactum Regem; item N. Saxonum, & Aphonium Calabriae Duces, voti causa ad limina Apostolorum, & ad se salutandum mira cum deuotione venientes, magnificentiis sumptibus, in Palatinis aedibus excepit; Ferdinando Arragonio Neapolitanorum Regi, ad Iubileum, cum magno comitatu, venienti, Regio apparatu, officia omnia praestitit, & annum censum, quem Ecclesiae Romanae debitum pendebat, equo tantum phalerato, tributi nomine retento, eidem remisit, quod Innocentius VIII. eius successor, quasi nimis damnosum Sedi Apostolicae reuocauit.

Eius filiam Leonoram per Urbem, ad maritum, Ferrariae Ducem, transeuntem, pompa, & donis regijs prosequutus est.

Anno 1475. mense Nouembris. Tiberis adeo intumuit, & Romam inundauit, vt qui ad S. Paulum Iubilei gratia essent adituri, non aliter quam scaphis iter agere possent; multa Vrbi detrimenta inferens.

Anno 1476. adeo Tiberis auctus 8. Ianuarij, vt aditus esset interclusus ad S. Petrum, ideo translata fuit audientia ad S. Marianum super Mineruam.

Decreto Senatus, Populique Romani statutum, vt emporium cerum venalium Romae singulis quartis ferijs omni hebdomada, fieret in circo Agonalis, 4. Idus Septembris, quod ante sub Capitolio fieri consueuerat; coeptum est die 17. Septembris anni 1477. procurante Cardinale Rothomagensi S. R. E. Camerario.

Anno 1476. Sixtus IV. Papa pestem fugiens, quae Romae grassabatur, Campagnanum ditionis Ecclesiasticae oppidum, profectus, die 10. Iunij clausum Capitolium, & ius caelo aperto ad scalas Capitolinas reddebatur. Pontifex 27. Decembris, in multis ciuitatibus oppidis, & arcibus ditionis Ecclesiasticae, pestem fugiens, quae tunc saeuebat, Romam reuersus, est.

Galeatius Dux Mediolanensis in Templo maximo à quibusdam, dum Missam in sacello S. Stephani audiret, pugione confossus interemptus est.

Anno 1479. die prima Nouembris Cardinalis Rothomagensis S. R. E. Camerarius coepit aedificare Ecclesiam S. Augustini in Vrbe, quae licet quondam aedificata fuisset, illam tamen denuo à fundamentis, & in meliorem, & amplio rem formam refecit.

Anno 1479. die 8. Ianuarij, Papa Sixtus IV. consilium, quod ei dederat Ferdinandus Rex Neapolis exequutus, iussit demoliri per Urbem mœniana, quae obstaculo erant, & ita vias ampliauit, & latiores fecit, vt facilius defendi possent à rebellibus, illas quandoque occupantibus.

Ordo Minorum à S. Francisco de Paula Calabro instituitur, & à Sixto IV. primum confirmatur, anno 1473.

Fridericus Burgundus de Cluniaco, & Ioannes Baptista Sabelus fuerunt creati à Paulo II. sed, repentina morte succedente, non potuit eos publicare; quare irrita fuit eorum designatio, quousque nouem annis post, Sixtus IV. eos creauit, sicut & Petrum Folcarum Venetum, sex annis postquam à Paulo II. fuerat designatus.

Anno 1481. die 23. Maij, nunciatum est, Romae, Ferdinandum Regem Neapolitanum quatuordecim triremes Turcarum cepisse, & earum ducem, seu potius piratam laqueo suspendisse.

Eodem anno 1481. nuntius Romam venit, die 5. eiusdem mensis Maij, Turcarum Imperatorem Maometem VIII. obiisse anno 1481. tertia Maij, qui Constantinopolim, Peloponnesum, & Bosnam expugnat, postquam imperasset annos triginta & vnus, mensum vnus, dies 21. quod singulari prouidentia Dei factum, quod res, si diutius fuisset superstes, in magnis angustijs, & periculis versarentur; tanta erat illius Tyranni potentia: quam ob rem Papa Sixtus Romae in Burgo supplicationes triduanas indixit ad S. Petrum, 4. Iunij, Dominica videlicet, & secunda, & tertia feria sequentibus, quibus ipse, cum Cardinalibus interfuit.

Anno eodem 1481. die 13. Septembris. Romae nunciatum est, Ferdinandum Neapolis Regem Hydruntum expugnasse, & recepisse, cum omnibus tormentis, quae habebat.

Anno eodem 1481. in gratiam ordinis sui, & propter egregiam viri sanctitatem, eximiaque virtutes, Bonauenturam Cardinalem in Sanctos retulit: is olim apud Balneoregium, Tusciae oppidum natus, Ioanne Fidanza, & Ritella coniugibus, S. Francisci institutum spontè subiit, septimus generalis ordinis Minister fuit: huius verò S. Bonauenturae relatio facta est à Sixto IV. 4. Kal. Maias.

Anno 1482. Theatro ligneo, ingenti, magnaque multitudinis

CATHARINA Regina Bosniae Romam venit.

SIMVL-tates ortae inter Pontificem, & Laurentij Medici.

VENETI Cypri occupant.

MAOMETES Rhodi infulam deprædat.

SIXTI aliquae res innotuere.

TIBERIS inundatio.

TURCARUM triremes à Ferdinando captae. MAOMETES Obiit.

FERDINANDUS Hydruntum expugnat. S. BONAUENTURAE canonizatio.

DE S. BO-
nauentura
DE PON-
te qui dicitur
Pons Sixti
SIXTI
edificata de
Conceptione
B. V.

INQV-
sionis offi-
cii in His-
pania Sixti
in confi-
tione.

ROBERTUS
de Malte-
sta Obitus.

PRO-
notarius
ex Colum-
nensi fami-
lia eius co-
nsecratus
decebat,
pater vili-
mosq; sup-
plicio affi-
ctus.

SIXTI
in pte.

capace, in templo Petri Apostoli, quod est in Vaticano, fieri iussit, propositoque Bonauenturae serica imagine, & Senatu Cardinalium publice habito, actaque prius causa ab Octavio Aduocato Confessorij, qui ante actam eius vitam, moreque exposuit, simul Gregorij X. testimonium de Bonauentura retulit, qui publice testatus est, Ecclesiam Dei illius morte magnam fecisse iacturam; & Innocentij V. qui tunc Cardinalis Ostiensis, & concionem in eius funere habuit, eumque impense laudauit. Bonauentura autem decessit anno aetatis suae tertio, & quinquagesimo, à partu Virginis 1274. tertio Idibus Iulias, idest multo post vitam sancti illius viri.

Sixtus IV. Pontem in Tiberi refici curauit, Vrbi sane vtilissimum, qui Pons Sixti nunc quoque dicitur, cum ab Antonino Pio conditor, vt fama est, antea nomen haberet.

Multas quoque Constitutiones edidit, quae ad ipsius Vrbs ornamentum, decorumque pertinebant: cauit etiam edicto, ne Porphyretici, aut Ophitici lapides, ne ve marmorei pili, ad profanos vsus è templis tollerentur: quia verò id publice intererat, vt Franciscani, Dominicanique pacifice viuerent, decretum ab eo est de Conceptione Virginis, posse quamlibet aduersantium opinionum, sine peccato, haereticumque vitio credi; multas veteribus solemnitates adiunxit, vt Conceptionis, & Oblationis, quae Praesentationis communis dicitur, Beatissimae Virginis Deiparae, Sanctorum Annae, Iosephi, & Francisci, quas in Ecclesia celebrari, iussit: privilegia à Pontificibus, qui ante eum fuerunt, ordinibus quattuor Mendicantium, concessa, quieti Ecclesiae, communi saluti consulens, amplissimis diplomatum confirmavit, & auxit, pro quibus rebus, quantopere dilectus sit, facile suspicari possumus.

Catholicum nomen, Apostolicae Sedis auctoritate, Ferdinandus, & Isabella Hispaniae Regibus ad indicandam eorum fidei pietatem attribuit, Inquisitionisque officium contra haereticos in Hispania instituit.

Nepotem suum Cardinalem S. Petri ad Vincula, Legatum ad Regem Galliarum misit, quod diceretur Auenionem ditionis Ecclesiae occupasse.

Idem Pontifex Ludouici XI. Francorum Regis morbo cognito, quosdam S. Petri Reliquias ad eum misit, sperans, illum sanitati restitutum iri: quod Cominaeus in vita Ludouici memorat.

Anno 1482. mense Iunio, Dux Calabriae aduersus Papam cum acie militum venit versus Romam, fauentibus Protonotario Sabello, & alijs ex familia Columnensi. Papa autem copijs Ecclesiasticis praefecit Robertum Malatestam, qui confignis cum exercitu Ducis Calabriae, victor euasit, fugato, & caeso hostili exercitu.

Anno 1483. die 13. Septembris, obiit Robertus Malatesta, Papa eius funeri magnum honorem impendit; sepultus in Basilica Vaticana S. Petri ad latus arae Sanctae Catharinae, vbi statua equestris marmorea in tumulo eius erecta, quae superioribus annis adhuc extabat.

Protonotarius ex familia Columnensi, cum alijs, aduersus Sixtum IV. Papam coniurauit: detecta autem coniuratione, ipse confugit ad palatium Cardinalis Columnensis, & secum multis Romanis ciuibus, & alijs, qui actionem fouebant, & aduersus Sancta Crucios se munierant, tueri parauit. Papa misit Hieronymum, Virgilium, & Paulum Vrsinos, qui palatium exurentes, Protonotarium cepere, & ad arcem Sancti Angeli captum deduxere, cui post paucos dies caput abscissum; Papa continuo misit copias Ecclesiae, & cepit Marinum, & Cauam, & alias arces, & obsedit Palianum, quam penitus Columnenses desererent, nisi motus Papae intercessisset, quae continuo sublequuta fuit, & obsidio soluta extitit.

In operibus publicis construendis, vel reparandis Sixtus IV. vere maximus fuit: nam Vrbs ante omnia à situ, & caeno vindicauit, vijs Vrbs primum munitis, & lateribus stratis, porticibusque & moenianis disiectis, quae vias deformes, & inconcinnas redditas obscurabant. Cui rei vicorum Magistros, ac curatores ab se constitutos praefecit: Quum verò annus Iubilei instaret, quem ex 50. ad 25. contraxit, primumque anno salutis 1475. celebrauit, animum ad religiosa loca, & peregrinae multitudinis ad Vrbs venturae oportuna instauranda, adiciens, in primis Pontem veterem ianiculensem, iam diu ante disiectum, quem ruptum merito ciues appellabant, publicae commoditati, & decori, à fundamentis, magna cura, & impensa, ex Tiburtino lapide, restituit, suoque de nomine Sixtum vocari iussit, opus sane omni antiquo Principe dignum. Xenodochium sancti Spiritus obsoletum, ac sordidum, & vetustate penè collapsum totum vsque ad solum, disiecit, & pulcherrimis aedificijs in meliorem, splendidioremque formam ampliavit; quumque pueros expositos, puellasque ad pedes suos cum nutricibus prostratos vidisset, locum habitandi ijs assignauit; mandauitque puellas nobiles maritis cum honesta dote locari, nonnullas verò religiosiores, infirmorum seruitio perpetuo dicauit, nobilium quoque calamitate, & aegritudine motus, seorsum à promiscua plebe, loca, idonea, decenterque ornata his attribuit. Religione deinde, & singulari pietate inflammatus, qua semper Beatam Virginem prosequutus est, nobilem aedem, cum antiquo coenobio S. Mariae de Populo ordinis Augustinianorum à fundamentis erexit, templum S. Mariae de Pace, cum Monasterij parte, Canonicis Regularibus S. Augustini, ex Congregatione Frisolaria, Laterano pulsus, media in

Vrbe de nouo aedificauit. Oliuerius Carafa Cardinalis Neapolitanus Monasterium ipsum postea totum à fundamentis extruxit. Beati Petri in Vaticano Basilicam ante repurgatam, marmoreis, & vitreis Fenestris templo accommodatis, dilucidiorum reddidit, & ruinae sinistro latere minantem, additis laterijs repagulis confirmauit. Basilicae quoque Constantinianae, in ampliorem formam reductae, latera strauit. Palatium vetus Lateranense ruinosum refecit, multas per Vrbs sacras aedes vetustate labefactas, in his sanctorum Apostolorum absidam, S. Petri ad Vincula, S. Susanna, S. Vitalis, SS. Nerei & Achillei, S. Balbinæ, SS. Quirici & Iulitæ, S. Viti in Macello, S. Saluatoris Transiberim, & alias multas sua impensa, vt ex eius insignibus, & elogijs liquet, refecit. Muros Vrbs multis locis, temporum iniuria, collapsos instaurauit. Vilitati vrbanae consulens, ductus aquae Virginis penè contractos, per purgatos perpetuo fornice à monte Pincio ad Triuij fontem cum aqua perduxit. Cloacas Vrbs, qua sordes in Tiberim vehuntur, repurgatas firmavit. Marci Aurelij statuam aeneam, equestrem, humili & sordido loco iacentem, in area Lateranensi, augustiore loco exposuit, aedes Pontificias in Vaticano amplissimis porticibus deductis renouauit.

Praetorianis excubitoribus, qui Pontificij corporis, & palatij custodiae ab eo primum lecti sunt, magistratibus insuper, & munera obeuntibus, loca, quibus commodè habitarent, condidit: qui antea, praeter dignitatem, in cellis penè penurarijs, situ squalentibus, habitabant.

Bibliothecam Palatinam in Vaticano toto terrarum orbe celebrem, aduectis ex omni Europa libris construxit, certòque prouentus, vnde Custodes, & Librarij, Graeci, Latini, & Haebraici, menstrua salaria, quibus ali possent, haberent, librique emerentur, assignauit: Opus omnium praclarissimum, & Pontifice maximo dignum, qui insignem ob id laudem, libris vndique conquisitis, aut si haberi non poterant, exemplaribus eorum vndique petitis, missisque qui describerent, vt eam exornaret, laudem consequutus: quo exemplo nixi ceteri Romani Pontifices, qui consequutis temporibus floruerunt, Bibliothecam illam Vaticanam semper coluerunt: Itaque etiam ante eum, praecleari Pontifices Benedictus III. Martinus V. Nicolaus V. Pius II. aliique curam Bibliothecae habuerunt, vt ex epistola Lupi Senonum ostenditur. Nam superiores Vrbs Episcopi doctissimi ferè viri, quin libros amauerint, idque studium magni fecerint, nulli dubium esse potest, merito igitur versus his, simulacro eius, in Palatina Bibliotheca adscripti sunt.

Templa, Domum expositis, Vicos, Fora, Moenia, Pontes. Virgineam Triuij, quod reparari aquam. Priscalucet nautis statuas dare commoda portus, Et Vascanum cingere SIXTE iugum. Plus tamen Vrbs debet; nam quae squallore iacebat, Cernitur in celebri Bibliotheca loco.

Eius porro Pontificatus fuit aliquot publicis calamitatibus insignis: in his maximae, & frequentes tempestates, fulgura, terrae motus, solis, lunaeque defectus: Tiberis alueum egressus Vrbs totam inundauit, bella tota Italia exarsere, cometes pluries visus; magna in Vrbe annoque, & perpetua caritas: inextincta tota ditione Ecclesiastica, item inter Vrinos, & Columnenses discordiae, & caedae: nihil tamen Sixtus Pontifex, quod publico Vrbs decori, & commoditati esse censeret, quin perficeret, omisit. Rem Romanam, sedisque Apostolicae dignitatem ita intrepidè, & egregiè tuebatur, vt non facile cuiquam, quamuis maximo Principi, etlet, ei aliquid molestiae impune inferre: in nouissimo bello, quod contra Venetos, pro Duce Ferrariae gessit, in quo Venetis iam confusis, & aliquot praerij fractis, cum pacem à Ludouico Sfortia, & alijs socijs, praeter suam voluntatem; immò se neglecto, & incio, datam conspexisset, animi dolore, podagra insuper aggrauante, qua in vltimis annis maxime laborabat, die Venetis, pridie Idus Augusti, in Vaticano palatio expirauit, noctis hora inter quartam, & quintam; cui Idus Augusti illuxerunt.

RELI-
qua Sixti
gesta.

BIBLI-
theca Vati-
cana à Six-
to constru-
ta.

CALAMI-
tates, quae
Sixti tem-
pore fure

SIXTI
Obitus.



ADDI-

ADDITIO ANDREAE VICTORELLI.

Cardinalis Aegidius Viterbiensis Sixtum Pontificem cum David in multis comparat: & quercum ipsam considerat. Quercus, ex qua Absalon pendens à bellico duce ictus expiravit, Davidi victoriam peperit. Quercus Sixto domesticum insigne fuit: quo, additis clauibus, etiam in Pontificatu maximo uti voluit. David fratrum minimus ad regium sceptrum elatus, Sauli suffectus est: Sixtus ex multis praestantibus, & antiquioribus Cardinalibus, inter quos, ut fatetur Aegidius difficile erat inuenire, qui summo Pontificatu dignus non esset, ad Petri sedem prouectus Paulum II. secutus est. David psalmos musico concentu Deo cani, iussit; Sixtus primus in Vaticanam Basilicam cantores harmoniae introduxit. David Hierusalem rusticam inuenit insignem reliquit, Sixtus Romam quasi luteam inuentam lateritiam fecit; clemens David caesis hostibus, fleuit; clemens Sixtus tritabatur, suspiria eudebat, cum quatuor, aut quinque in aliquo praelio desideratos audiret. Plura Card. Aegid.

* Decem & septem.] Panuinius in Sixto in Chronico à 10. & 7. electum scribit: ita etiam Pigna lib. 8. Hist. Principp. Atest. qui addit, Cardinalis Bessarionis maxime auctoritate in Pontificem electum: amabat eum Bessarion, & non semel legentem audiverat.

* Magistrum Franciscum Saanensem — doctrina.] Philadelphus Sixtum Philosophorum, & Theologorum maximum nuncupavit; Cardinalis Aegidius doctissimum, mitissimum, liberalissimum; Panuinius hominem (etiam ante purpuram) tota Europa clarissimum; ab eo orbem vniuersum explicando, scribendo, conaciones habendo sapientiae luce illustratum, à nonnullis dictum.

* Altercatio de Sanguine Christi.] Disputationem, cui interfuit, refert Pius II. lib. II. Com. de qua paucis in illius vita.

* Iacobus Marchianus.] Beati titulo eum honestavit Urbani VIII. P. M. die Augusti 12. 1624. indulgitque ut officium, & Missa de eo tanquam de Confessore non Pontifice Neapoli in Ecclesia sanctae Mariae della Nova recitari, & celebrari queat: quod deinde toti ordini Sancti Francisci de Obseruantia concessit.

* Pius — listem — diremit.] Vide constit. 11. Pij II. Ineffabilis, tom. 1. Bullarij: quam Suarez, Valquez, & quidam alij non videntur vidisse.

* Visa periculum adierit.] Panuinius ita in Sixto, & Pet. Rodulph. lib. 2. Hist. Seraph.

* Marcus Barbum.] Vide epistolam 595. Card. Papiensis, ex Panuino hausit Ciaconius quae de quatuor Legatis, & alijs nonnulla.

* Oluerium Carasam.] Vide quae ad illius creationem notauimus. Lenissimus Senator Oluerius, & Italica (loquor cum Cortesio) grauitate prudens: de cuius moderatione Coimus Patius, Florentinus Antistes, interrogatus, quid iudicaret, Oluerium, dixit, tanquam montem Olympum videri; cuius altitudine fit; ut fulminum, ventorum, & tempestatum iniuria experiri, non possit. Card. Aegid. Viterbien. virtutum, & morum vitae specimen nominauit.

* Gemmis — arario.] Verba ipsa ex Panu. in Sixto.

* Lateranum Canonicos seculares.] Vide literas Sixti IV. in Hist. Tripart. Abb. Pennotti lib. 3. cap. Regulares excepti Card. Oluerius, eiusque Cœnobium extruxit: ut ad eius creationem dictum est.

* Templum S. Mariae de Pace.] Hæc inferius iterat non necessitati. Vbi nunc Templum S. Mariae Pacis, erat olim ædes patriocialis S. Andree de Aquarenarijs, cum porticu, sub qua in pariete picta sanctissimæ Virginis Dei Matris effigies conspiciebatur; quæ ab aleatore, ira percito, gladio icta sanguinem fudit. Ardebat bellorum flammis Italia, Sixtus I V. ad miraculis claram imaginem venerabundus confugit; addiditque precibus votum, se nobile Templum ibi conditurum promittens, si Italicos Principes concordia vinculo Diuina clementia neçteret: magna ex parte, quod cupiebat, adeptus, Templum magna sua impensa à fundamentis erexit, & pacem cupitam memorans, Pacis appellauit; anno autem 1483. Canonicis Regul. Lateranen. tradidit, & singularia priuilegia: (inter ea, exemptionem à Cardinali tit. S. Laurentij in Damasco, & Præposito mitræ, & annulli, baculi, aliorumque insignium Pontificalium vsu) concessit: ut ex ipsius Sixti literis Redemptoris nostri &c. à Pennotto recensitis, apertissime constat. sacra Imago die S. Martini à porticu ad nouam ædem translata fuit. Hoc Pacis Templum Sixtus, ornamentis omnibus adiectis, penitus non absoluit; sed, qui illi successor statim fuit, Innocentius VIII. Vide Pennottum l. c. & M. SS. monumenta Cœnobij S. Mariae Pacis. Innocentius eam inscriptionem addidit.

PERPETVÆ VIRGINI GENITRICI DEI MARIE SALVTIS PONTIFICIÆ RESTITVÆ AVCTORI INNOCENTIVS VIII. PONT. MAX. EX DEVOTIONE POSVIT.

* Classem in Turcas — Oluerius — refractaque catena, &c.] Omnia ex Panuinijs in Sixto.

* Obijt Demetrius Despotus Morea.] Legendum. Thomas Despota Peloponnesi: hic enim Diui Andree caput Anconam, attulit, & Romam venit, & Romæ expiravit; (vt paulò ante dixi ex Georgio Franze) anno 1465. die Maij duodecima, Demetrius anno 1471. Adrianopoli Monachus, paulò post Regina eius vxor à mortalibus demigrarunt; Amerissa filia paulò ante excesserat, anno scilicet 1468. mense Ianuario; Greg. Franze Protouestiario teste.

* Filia — quam Rex Ruscia.] Thoma Peloponnesi Despota Romæ defuncto, duo eius filij, & filia Romam venere; vt antea narrauimus: de hac filia, Ruthenorum Duci nuptui tradita Ciaconius inferius, Panuinijs verbis, loquitur, audi Panuinium. Sophia Thoma Palaologi filia Ruthenorum Duci in matrimonium collocata, præter alia munera, dotis nomine, (Sixtus) sex millia aureorum donauit: Hic Regem Rulciae (vt reor.) quem postea Ruthenorum Ducem, cum Panuino, vocat: si Ducem à Rege Ciaconius distinguit, & de duobus loquitur: necesse est; vt etiam de alijs filijs, & filia Romæ commorantibus, & de duplici coniugio loquatur: at duplex coniugium, & Regem à Duce seiunctum, filiamque & filios Thomæ ab alijs filijs, & filijs distinctos, cuius testimonio demonstrabitur Helena Palaologa Seruiz Regis, seu Despotæ, vxor eiusdem Thomæ Peloponnesi Despotæ altera filia, monacha tandem effecta, & Hylpomene dicta, apud S. Mauram, anno 1474. die 7. Nouembris mortalem vitam reliquit. Vide Protouestiarium loc. cit.

* S. Paulum visurus triremes.] Die festo Corporis Christi, hora 20. Sixtus, cum Patribus, & Aula, exemplo non visitato, Oluerium ad classem duxit; quæ paulò infra à Card. Papiensis, Basilicam Petri in medio Tiberi subfederat; ascendit pratoriam, & à puppi ex loco edito benedixit item trireribus, & Legato, & familie, & omni nautica turba, Et quocunque casu morientes plenissima indulgentia cumulauit.

* Rodericus — Legatus.] De hac re superius ex epist. 534. C. Papien. Franc. Decano Toletano, & Garimb. Non. an. 1474. vt scribit Ciaconius, sed 1473. die Octob. 10. Roderici Legati triremes tempestate iactata: vt ex literis Cardinalis Papiensis 20. Octob. ann. 1473. scriptis discere licet: quo teste, quinque, & septuaginta ex Legati familia, præter cæteram turbam, in vndis periere: in ijs tres Episcopi (quinque dicit Ciaconius. an vere, nescio) Et iureconfulti amplius duodecim, equis stris ordinis sex. rerum iacturam amplius triginta millium aureorum æstimales. Vide Card. Papien. l. c. & ex eo Ciaconium expurga.

* Christiannum Regem Dacia.] De hoc Rege Panuinius in Sixto. Huic Romam venienti scripsit Sixtus, Card. Papien. calamo; inquiens: Cognouimus, & literis sue serenitatis in iuuere te esse, vt ad sancta Apostolorum limina uenias, &c. ad fines ditionis Ecclesiasticæ te homines missurum pollicitus est, qui illum exciperent, & ad Urbem prosequerentur, adiecit autem. Ingressus Urbem accipieris obuijs manibus, & paterno sinu fovebere; nullaque pietatis, & deuotionis officia, quæ præstari Catholicis Regibus soleant, à Nobis, venerabilibusque fratribus Nostri S. R. E. Cardinalibus tibi benemerito deerunt. Bonfinius in Hist. Hungar. ante annum 1475. narrat, Christiannum Daciae, Gotiæ, Noruegiæq; Regem Romanum, votum soluturum, uenisse, & magnos honores tulisse.

Anno 1475. — Catharina Regina Bosna.] Hanc fortunis obibatam Romam confugientem Sixtus benignè excepisse, & subleuasse, dixit Panuinius in Sixto; Romæ, Octob. mense, ann. 1478. & medio abijisse, ex lapide sepulchrali in Aracali cognoces.

* Tertia Creatio Cardd.] Ante tertiam huius creationis Cardinalium tempus: non defuit, qui uellet, spurium in Cardinalium Collegium cooptari: sed obstetit constans multorum annorum fama, & nonnullorum Cardinalium disuasio; inter quos Papiensis; qui anno 1473. 19. Iunij, hac de re Vicecancellario scripsit epist. 514. in qua illa. Promitto, si talibus semel pateat hæc ianua, sinerem non ante futurum, quam magna pars nostrum ex spuris Principum constet: cui exemplo de Casar Augustano tuo mox gradus proximus erit: quo enim ore regio negemus filio, quod subdasso concessum esse, docebitur?

* Hieronymum Riarium.] Vide Panu. in Sixto.

* Cypris Regibus — mater è gente — Cornelia hæres.] Catharina, è familijs Principibus, Marci Cornelij filia à Rep. Veneta adoptata; Iacobo Cypro Regi nupteratis moriens amatam vxorem prægnantem, cum prole nactura, regni instituit hæredem, puer editus paucis mensibus vixit: cum Turcarum, & Syriæ Reges Cypro Regno insidias neçterent, & Ferdinandus Aragonæus Catharinam in filij coniugium incitaret; illa, Georgio Cornelio fratre cohortante, anno 1489. à viri morte 16. sibi è Cypro discedendum, & Venetias nauigandum sapienter iudicauit: regnum itaque eius viri voluntate hæres erat, Reip. Venetæ tradidit; traditum, Franciscus Priolus, Præfectus Venetæ classis, sapientis Reip. nomine, accepit: & illa Venetias è Cypro soluit, & peruenit, cum iam Sixtus è mortalibus dimigrasset, ex Antonio Maria Gratiano Episcopo Amerino lib. 1. de Bello Cypro. Vide etiam Pignam lib. 8. Hist. Principp. Atest.

In Epist. ad ipsam.

die 23. Octobr.

Lib. 2. de Card. c. de metaphor Cortes. l. c.

l. c.

13. Kalend Octobr.

lib. 3. c. 33 Hist. Trip.

Mors ante, quæ opus absoluerit, Sixtus rapuit.

L. 1. c. 27. Chronici. Cap. 30. & c. 29. l. c.

His verba inferius vtiur Ciac.

Franze c. 30. l. c.

Epist. 449. Card. san. (si Marci.

Lib. cap 6

Protonotarij aliquot ait Ciac.

Epist. 624

D. c. 4. 3.

Cue Ciac. id accidisse narrat Sixto I V. Panu.

* *Maometes* — *Petro Daubuffon* — *Hydrunte*.] Ex Panu-
nio in Sixto. Petrus Daubuffon Vaticanam deinde purputam ab
Innocentio VIII. traditam induit.

* *Sophia Thoma Palaeologi* &c.] Quem modo Ruthenorum
Ducem, superius Regem Rusciae dixit. Vide quae notauimus ad il-
la verba. *Filia* — *quam Rex Rusciae*.

* *Cardetam*, & *Castrinam Bosna Reginae*.] Panuinius *Ca-*
rolestam Cypri, & *N. Bossina Reginae*. alia ex eodem Panuiniio
exscripsit Ciaconius.

* *N. Saxoniam*, & *Alphonsum Calabria Ducem*.] Haec quoque
ex Panuiniio.

* *Ferdinando Arragonio* — *ad Iubileum*.] Et haec ipsa verba
ex eodem mutuatus est, Christiannum Daniae, & Ferdinandum,
Neapolitanorum Reges Romam, anno 1475. Iubilei celebritate
virgine, petisse, & munera à Sixto Pontifice accepisse, tradit,
qui tunc Romae erat, Augustinus Patritius, Rituum Sacelli Ponti-
ficij Magister, & deinde Pientiae Episc. lib. 1. sect. 13. cap. 2. Rituum
S. R. E.

* *Leonoram* — *ad maritum Ferraria Ducem*.] Leonoram
regiam virginem Cardinalis S. Sixti Petrus Riarius plusquam re-
gio hospitio exceptit; & profusioris animi donis cumulauit, lege
epistolam 548. Card. Papien. aetatis *excessit honor non modo cre-*
dendis fidem, sed facultatem narrandi. De eadem re Garimbert. ex
Card. Papien. lib. 6. in fine. Io. Baptista Pigna in Hist. Principp.
Aret. narrat, Sixtum, in hac regia sponsa excipienda praeterito-
rum Pontificum magnificentiam superasse.

* *Ordo Minimorum*.] Literas, quibus Sixtus nascenti Mini-
morum, quos S. Francisci de Paula Eremitas appellant, Congrega-
tioni robur, viresque dedit, ipsi Francisco, & fratribus Eremitis
oratorij Colentini. dioc. praesentibus, & futuris scripsit, ann. 1474.
6. Kal. Iunij. *Sedes Apostolica aqua* &c.

* *Bonacinturam*.] Hunc coelitem numero adscripsit Sixtus,
ann. 1482. literas *Superna caelestis patria* &c. recensentur tom. 1.
Bullar. Doctorem eximium doctrina, humilitate, & meritis mag-
num Sixtus vocat. laudibus effert; narratque tantum virum à Gre-
gorio X. nouo exemplo, statim Albanensis Ecclesiae, quae non nisi
antiquioribus Cardinalibus committi solebat, Antistitem creatum
fuisse. Sixtus vide *const. Triumphantis* &c. eundem inter Ecclesiae
Doctores retulit.

* *Multas constitutiones*.] Nonnullae Sixti constitutiones ha-
bentur tomo 1. Bullarj. Auditores caussarum sacri Palatij, qui etant
14. ad 12. reuocauit anno 1472. prid. Idus Maij *Romani Pontif-*
icis &c. S. Francisci celebritatem duplicis Officij riti, & ierulium
operum abstinentia celebrari, iussit, ann. 1473. 5. Non. Octobr.
Sanctorum merita &c. Firmavit declarauitque constitutionem.
Gregorij XI. De auctoritate Cardin. Protectoris ord. Min. ann.
1472. 5. Kal. Febr. *Sancta Minorum Religio* &c. Leges tulit ad
bonum regimen Congregationis Canon. Regul. Lateranen. spe-
ciantes, ann. 1476. 10. Kal. Septemb. *Dum ad vniuersos* &c. Prae-
dicatorio, & Seraphico ordinibus insignia tribuit priuilegia, anno
1474. *Regimini* &c. tom. 1. Bull. binæ extant, priuilegia, comple-
tentes constitutiones. Praeceptores quorumcumque locorum sub
nomine S. Spiritus Praeceptorij Archihospitalis S. Spiritus in Saxia
de Vrbe subiectos esse praecipit. anno 1476. 10. Kal. Febr. *Et*
si vniuersi &c. Pias sodalitates in Archihospitali sancti Spiritus in
Saxia reuocauit. anno 1477. 12. Kalend. Aprilis. *Illius, qui* &c.
Prilecium ritum recitandi Plalterium Virginis maximae Deiparentis
confirmauit. anno 1479. 4. feū 7. Idus Maij. *Eaque* &c. Sanxit
de electione, & munere Praeceptoris Archihospitalis sancti Spiritus
in Saxia. ann. 1483. Id. Febr. *Religionis zelus* &c. & de aucto-
ritate Maioris Pœnitentiarij anno 1484. 7. Idus Maij. *Quoniam*
nonnulli &c.

* *Ferdinando*, & *Isabella*.] Reges verè Catholici, summis
laudibus effertendi, Granatense regnum expugnarunt, Sarracenos
Hispania exterminarunt, Iudaeos Christum agnoscere nolentes, è
suis regnis eiecerunt: ab ijs datam operam, vt sanctissimae Inquisi-
tionis officium in Hispania institueretur, nonnulli affirmant. Vide
Genebr. lib. 4. Chron. Valæum in Chron. Hispan. Horum laudes
Antonius Geraldinus Amerinus, oratione, qua pro iisdem Ferdi-
nando, & Isabella obsequium Innocentio VIII. exhibuit, raptim
indicauit.

* *Anno Iubilei* — *ex 50. ad 25. contraxit*.] Paulus II. vt
dictum fuit, tempus celebrandi Iubileum ad 25. annum reuocauit,
anno 1470. 13. Kal. Maij, *constit. Ineffabilis* &c. insignem cele-
britatem an. 1475. obiturus, si superstes fuisset: Paulo extincto, ce-
lebrauit Sixtus: & an. 1473. die 29. Aug. *const. Quemadmodum*,
&c. illius constitutionem firmavit: indulgentiarum vim (non tam
Reginæque Castellae, Sobosi, & alijs quibusdam: qui Romam ad-
ire non poterant; eundem thesaurum concessit. *constit. Pastoris*
atemi &c.

* *Primusque annus*.] lege *primusque anno* &c.
* *Aedem S. Mariae de Populo*.] Paschalis II. Aedem B. Virgi-
nis de Populo extruxerat, Sixtus à fundamentis reitruuit, & Eremitis
Augustinianis obleruantiae Lombardiae tradidit, sex Pœnitenti-

arijs, priuilegijs donique eam cumulauit. Quae omnia Iacobus
Albericus, libello historico de sanctae Mariae V. de Populo edito,
complexus est.

* *S. Mariae de Pace cum Monasterij parte*.] Oliuierius Carafa
Card. Monasterium à fundamentis condidit. conitar ex inscriptio-
ne allata in Oliuierio.

* *Marci Aurelij* — *statuam*.] Eam deinde Pauli III. impe-
rium in aream Capitolinam transtulit.

* *Bibliothecam*.] Vide librum Angeli Rocchae Episcopi Ta-
gastensis de Bibliotheca Vaticana.

* *Prid. Idus Aug.* — *expirauit*.] Ita Pauin. in Chron. & in
Elogio: at in eius inscriptione sepulchrali. OBIIT IDIBVS
SEXTILIBVS.

* *Habitu S. Francisci indutum*.] Io. Burchardus, tunc Ponti-
ficus Caremoniarum Magister, habitu S. Francisci Sixtum huma-
um, sed se in eo errasse, fatetur, Romani Pontificis cadauer com-
munibus vestibus, vsque ad rochetum indutum sacris omnibus,
rubei coloris, ac si viuens rem Diuinam facturus esset, amicitur, ad-
iectis etiam mitra simplici, annulo, pallio, alijsque ornamentis, ex
Augustino Patritio L. I. Rituum Ecclesialt. S. R. E. Sixtus, *const. 3.*
qua S. Francisci festum ex praeepto celebrandum statuit, se ad
Seraphicum ordinem ab eo, quasi data manu, vocatum, in morbis,
varijque humanis casibus beneficijs, ab ipsis etiam cum abulis, affe-
ctum affirmat, & de illius ordinis habitu deferendo haec scripta
reliquit. [Pro cuius memoria, eius habitum, & insignia ad extre-
mum vsque diem corde iugiter gestare statuius.

* *Monasterium Grotta Ferratae*.] In Tusculano agro, illudque
incolunt monachi Graeci, suo ritu Diuina celebrantes: vetustum,
nobilis operis Templum Deiparae (cuius in eo prisca imago D. Lu-
cae, vt aiunt penicillo expressa) titulo nobilitatur: ibi horti erant
pulcherrimi, fons ante aedem frigidus, & amplius narmoreo in vase
in eiusdem aedis vestibulo monachi, Graeco, more, in festo Pen-
tecostes, aquam consecrant, asseruantque toto anno febri correptis
salutarem. Hunc locum, animi gratia vidit Pius II. Calabrum Ab-
batem amouit, & Sacerdotium Cardinali Nicæno, ex auditorum vi-
torum, & studiosorum iuuenum Mœcenati, commendauit: à quo
cenobium nouis aedificijs instauratum. Ibi, vt quidam exultant,
Ciceronis villa fuit; in qua Tusculanarum quaestionum fœtus edi-
tus. Franciscus Cardinalis Barberinus, Bessarionae eruditio, non
sine imitatione, æstimator æquissimus, post annos plurimos, do-
ctissimo illi Cardinali à sanctissimo P. R. Urbano VIII. in eodem
Sacerdotio, subrogatus est: quem Cryptam ipsam, amici calamo, al-
loquentem hic leges.

Cryptam me duro Ferratam nomine dicunt,
Quod semper ferrum hic ars operosa domat.
Nisi tamen horroris praefert mea florida villa.
Quae requies olim Bessarionis erat.
Sed FRANCISCE, tui pietas si pectoris optat,
Grator ut siam, nomen amabilis;
Ipse veni huc Princeps; vel, si Respublica tardat,
Premittantur Apes in tuarura tua.
Omnia non solum conspergunt necesse; verum
Mutant nomina Apes, secula dum renouant.

Iacobus à Marchia Sixtum, antequam Seraphico ordini vniuer-
so praeficeretur, Pontificem maximum futurum diuinavit: seden-
tem in D. Petri solio deinde vidit; migravit vir sanctus in caelum,
anno 1476. die 28. Nouembris.

Multas literas Sixto scripsit Cardinalis Papiensis; epistola 462.
affirmat, verè, laudari in iplo Sixto religionem, integritatem, mun-
ificentiam, bonorum operum studium, doctrinam ingentem, qua ea-
tate maior non fuit, epist. 666. grato animo, scribit, se ab illo Tus-
culanae Ecclesiae, & Lucensi deinde praefectum fuisse. Audiebat
Sixtus, æstimabatque recta Cardinalium consilia. Vide epistolam
669. Card. Papien. ipsi Sixto scriptam. Reges amabanrur à Sixto
Catholicae religionis propagatore. Vide eius epistolas apud Pa-
piensem Daniae, Hungariae, Neapolisque Regibus scriptas. Beila-
rionis Cardinalis, quem olim publicus in Gymnasijs professor au-
ditorem aliquando habuerat, funus sua praesentia (si Garimbertum
audias) honestauit. Monasterium monialium S. Agnetis extra mu-
ros vrbis ordinis S. Benedicti, Ecclesiae S. Petri ad Vincula iunxit,
eamque S. Petri Ecclesiam in domum S. Ambrosij ad Nemus extra
muros Mediolanenses erexit.

Cum de Annulo nuptiali Mariae Deiparae Virginis maximae, Pe-
rusiae religiose adseruato, & culto inter Perusinos, & Senenses dis-
sidium ferueret. Sixtus Priores artium, & Commune Perusiae literis
hortatus est; vt Gemmam illam amplissimis thesauris anteferen-
dam, Io. Baptistae Sabello Diacono Cardinali Apostolicae Sedis
Legato, Romam transmittendam, & in aliqua insigni Basileica col-
landam, traderent, literas, Romae datas, anno 1480. die 18. De-
cemb. in eleganti Commentario de eodem Annulo pronubo Io.
Baptistae Lauri Perusini, ab intimo Urbani VIII. Pont. Max. Cubi-
culo, & Sac. Cardd. Colleg. à secretis ingeniosum, & eruditi scripto-
ris non semel vidi. Porrò Annulum, caelo dignum, sanctissimus
idem Urbanus, nonnullis ab hinc annis, cum sacra purpura fulge-
ret, elegantissimo hoc Epigrammate celebrauit.

Lib. 1. Cap. M. S.

Seft. 13. c. 2.

V. lib. 81. Comca.

Julij Ant. Rodulphj

Lib. 1. c. 1. Ex constit. Innocent. VIII. Romae Post. &c. ann. 1489.

idem



*Imbriferis arcus fulgens in nubibus orbem
Effera diluvij damna timere velat.
Sic Deus omnipotens voluit: Decus, Annule, manus
Est tibi, quem supplex urbs Perusina colit.
Es gemino constans arcu felixor index;
Nam peragis VIRGO nupta salutis opus,
Virgineo terre coniungens federe calum.
Hac duce, non Pelagi, non Stygis unda nocet.*

Eodem Sixto IV. Pontifice, cœlestis Virginis effigies, D. Luca, vt quidam aiunt, opus, in Romano D. Augustini templo religiose coli cepit; tunc enim eam, ex Constantinopolitana S. Sophiæ Basilica aduectam, eidem templo Clemens Tuscanella cuius Romanus donavit, ex M. SS. monumentis Io. Scalabastij C. R. V. nostrum lib. de B. Virg. p. 6. c. 11. eodem Pontifice imperante, Perusiam nobilis fons Laurentianus instauratus, inscriptio illa in marmore incisa hoc docet.

SIXTO. PONT...
NIC. PEROTTO...
PRO. PAPA... AN...
... VVE. QVESTO...
RE.ERE. PUBL...
NS. INSTAVRA...
... TVS. MCDLXXV.

Anno 1476. fœdus perpetuum inter Sixtum IV. Ferdinandum Siciliæ, Hierusalemque Regem, & Genuensium Rempubl. Baptista Campofrago illius Duce, percussum fuit, qua in re, inter alios, Franciscus C. uenensis Episcopus Pontificis Legatus, & Io. Baptista Bentivolus Saxoferratenis Iuris Vtriusque peritia clarus, Ferdinandi Consiliarius, Orator, & Procurator operam collocarunt, id ego à Rege Ferd. literis expressum legi; quibus inritum fœdus firmavit. Io. Baptist. Bartoli miri Iurisprudentiæ fideris, ex sorore nepos insignita clarissimi viri monumenta primus publica luce donavit: cuius ad pictam imaginem, Saxoferrati in ædibus Nicolai Perotti Archiepiscopi Sipontini hæc leguntur.

IO. BAPTISTA. BENTIVOLVS. A SAXOFERRATO. PONTIFICII. AC. CÆSAREI. IURIS. ANTISTES. ITALICARVM RERVM. ARBITER. FERDINANDI. I. SICILIÆ. REGIS. A. CONSILII. PYRRHI. PEROTTI. MAGNVS. AVVNC.

Eodem anno, Pontifex ad Amerinam urbem se contulit, & Geraldinam domum incoluit: vt ex inscriptione, quæ in ea adhuc visitur, edocemur.

SIXTVS. IV. PONT. MAX. PRID. KAL. IVLII. DOMVM HANC. GERALDINAM. INGRESSVS. EST. IN. QVA. DIES. XX. PLACIDISSIME. CONQVIEVIT. AMENITATE. HOSPITII. PLVRIMVM. DELECTATVS. MAXIMO. DEIN. DE. EPISCOPORVM. EQVITVMQ. GERALDINORVM. HONORE. REFOCILLATO. ANIMO. PROPECTVS. ANNO. SALVTIS. MCDLXXVI.

Scriptit autem Sixtus Angelo Geraldino Episcopo Suesano, & aliquando Anenionis Prolegato, Oratori suo cum potestate Legati de Latere, nonnullas literas, quarum ego duas vidi.

Maometes Turcarum Rex Schiauzium oppidum, in Hungarici Regni perniciem, validissimo delectorum militum præsidio valauerat: ex Bohemo, & Polono bello reuersus inuictissimus Rex Matthias, hyemis horrore contempto, oppidum oppugnauit, expugnauit, captumque insigni victoria lætus, muniuit: in Pannonia peractæ supplicationes; Romæ, Sixti iussu, Venetijs, Reip. decreto, ad Aras preces effusæ. Pontifex Aleriensis Episcopo Legato, Venetorum Senatus Ioanne Emo Oratore misso, Regi optimo victoriam gratulati nummos in bellicos sumptus suppeditarunt. Ioanem à Regiomette è Germania Romam, ad perturbatam, annorum cursum, Paschatis rationem restituendam, idem Sixtus acciuit.

Fridericus III. Imperator tribus literis, manu sua scriptis, flagitauerat à Sixto, vt Episcopum Brixiensem, & Georgium Hessler Vaticanam purpura decoraret: respondit prudentissimè Sixtus: Cælarem hortatus, ne dilationem necessariam molestè ferret: quia preces illius non spernabantur; sed Ecclesiæ damna declinabantur. Florentinis, qui Episcopum non solum, qui apud Pontificem doctrina, & moribus, sed qui apud se fide probaretur, petebant, non minore prudentia rescripsit: adiecit; se præter animarum salutem, & populorum commodam, in creandis Episcopis nihil spectare.

In porticu domus hospitalis S. Spiritus in Saxia à se à fundamentis restituti res à se gestas coloribus exprimi, iussit Sixtus, Fulgofus lib. 8. c. 15. Dicit, & fact. mirab.

Laudatur à Theodoro Gaza, in præfatione in libros Aristotelis de animalibus: Nicolaum V. & Sixtum hunc IV. obscuro, vt ait, ortos genere, sola virtute, & doctrina innoxios ad Pontificatum maximum peruenisse, dixit alibi Fulgofus. Sixti (de Nicolao V. ad eius vitam plura notauimus) ingenium præaltum, excelsum, & ad magna molienda aptissimum fuit: inter Principes acceptorum beneficiorum memores eum retulit Garimbertus, non minora de illo cecinit Ianus Vitalis.

Ab. 1482. di. 25. Martij.

1475. Ex Bonif. dio Histor. Hung.

v. Epistol. 607. apud Papien.

v. Epistol. 664. apud eundem.

L. 2. c. vii.

*Sincerita, & laudes sunt munera Principis, vnus
Sixtus erat Princeps laudibus, & meritis.*

Stylum Plessæi furiosè in Sixtum debacchantem, compescit paucis Gretserus, quidam mendaciorum architecti Sixto tribuerunt; quæ Petri Riarij Card. erant.

Tria Sixti ærea numismata Romæ in Museo humani, & docti amici Martij Milefij Sarazani vidi: vnum Sixti effigiem coronatam, triplicis coronamenti, redimitam, refert, ijs verbis adscriptis. SIXTVS. IV. PONT. MAX. SACRI. CVLTOR: in altera facie homo sedens, manibus ante pectus iunctis (Sixtum puto) & S. Franciscus, & Antonius Patauinus Lusitanus eum coronantes videntur, ijs verbis. HÆC. DAMVS. IN TERRIS. ATERNA. DABVNTVR. OLYMPO. aliud eiusdem Pontificis nulla tiara, ornata imaginem, & verba SIXTVS. IV. PONT. MAX. VRB. REST. in prima facie; in secunda tres quasi turres, & in ijs vnam alijs maiorem, & hæc verba exhibet. IVL. CARD. NEPOS IN. OSTIO. TIBERINO. in prima tertij facie eiusdem Sixti effigies sine vlla infula, & hæc verba SIXTVS. IV. PONT. MAX. SACRI. CVLTOR, in secunda pons, quem restituit, & verba CVRA. RERVM. PVBLICARVM. conspiciuntur.

In Baptifinali lauacro Sixtum duplici appellatum nomine, Sixtum, & Franciscum, scribit Roccus in eius vita M. S.

Eo sedente, & Iubileum Romæ celebrante, Iudæi Tridenti, Simeonem Christianum puerum, Christi Domini in eo cruciatibus renouatis, læuissimè peremerunt, is deinde multis effulfit miraculis. Vide Io. Tiberinum in eius vita apud Surium. De eo Martyrol. Romanum 20. Martij.

NOVA ADDITIO AVGVSTINI OLDOINI SOCIETATIS IESV.

ANTEQVAM huiusce Pontificis historiã aggrediamur, placeat illius patriam inuestigare: certe nunquã excitata esset, vel excitata illico exoleuisset, si consulti publicis tabulis res antehac acta fuisset, non autem quod peritque vsu venit Scriptoribus dum vnus alterum expilat, aut excipit, vnus error ceteris communis factus est, & qui primus aberrauit, alijs cæco impetu antecedentem sequentibus imposuit. Hac de causa nonnulli Franciscum de Ruere Cardinalem postea SIXTVM IV. Cellis agri Saouonensis mapali, plerique omnes Albizolæ eiusdem tractus oppidulo editum censuerunt. Cellis natum Franciscum dixit Vbertus Folieta; Albizolensem verò fecere Hieronymus Garimbertus, Capellonus, Gonzales de Illefcas, Ciaconius, Lucas Vuadingus, & Paulus Britius: sed neutrius loci ciuem Franciscum fuisse certa sententia est. Ille enim Saouonæ conceptus matre grauida per occasionem pestilentie in mariti villam per paucis miliaribus Saouona distantem concedente, ruri agri Saouonensis editus est. Quare præter Fr. Franciscum à Mansa, Augustinus Iustinianus, Gaspar Bugatus, Ioannes Tarcagnota, Iacobus Philippus Bergomas, Thomas Costus, Platina, Paninius, Ioannes Baptista Leoni, Paulus Morigia, Gilbertus Genebrardus, Franciscus Santouinus, Nicolaus Doglonus, Anastasius Germonius Archiepiscopus Tarantasiensis, & alij quam plures Franciscum à Ruere Saouonensem dixere. Et merito quidem; nam extat Saouonæ in S. Francisci Cœnobio, quod Sixtus in priuata forte nonnullis annis incoluit, liber manu exaratus, hoc titulo prænotatus: *Liber rerum antiquarum Comuentus S. Francisci de Saouona ordinis Minorum.* Hoc libro, cuius fides nulla ex parte nutare debet, Franciscus semel atque iterum dicitur Saouonensis: & in Syllabo Benefactorum, pro quibus fratres illius Cœnobii exoluere Deo precatorum pensum tenentur, annotatur primo loco: *Sixtus IV. Pontifex Maximus oriundus ex præclara nostra ciuitate Saouona, olim Frater Minor.* Ipse Sixtus iam Pontifex, omni exceptione maior testis de se in literis ad Saouonenses datis anno primo sui Pontificatus hæc habet.

SIXTVS PAPA IV. Dilectis filiis Antonianis, & Communis ciuitatis Saouona salutem. Dilecti filij salutem, & Apostolicam benedictionem. Non fuit vacua in Nobis diuina gratia; siquidem ad apicem summi Apostolatus non meritis Nostris, sed diuina potius clementia euecti sumus: quam rem non dubitamus Vrbis magna lætissæ fore. Amor Noster erga patriam magis in dies confirmatur, & augetur, quam cum in minoribus essemus, omnibus viribus sumus profecimus: Nunc idem expectate, quod cum Deo facere poterimus; præcipue cum pietatem vestram erga Nos nuperrimè cognouerimus propter eos rumores, qui falso allati sunt; omnia enim tranquillissima sunt, & fuerunt &c. Hoc ipsum firmat alijs literis, in quibus hæc legimus. Nos verò dilecti filij, quibus de Nostra patria, & Nostra in personam vestram sincero affectu, præcipua caritate, & beneuolentia aduersus sumus, dispositi sumus Communitatem vestram, & personas eiusdem in quibuscunque occurrentibus habere specialiter commendatas.

Alijs insuper literis, quæ anno nostræ salutis 1475. Pontificatus quinto, ad eosdem ciues suos sunt exarata, cum retulisset, actas sibi ab eis gratias pro munere factis, sic ait. *Non desiderabamus gratiarum actionem, pro Nostra enim præcipua in amantissimam*

SIXTI Patria.

De Rom. Pontific. In Dissertatione. In Anal. Minor. In pontif. Historia. De erect. Prouincæ S. Thomæ In Anal. Genuen. In Histor. De Actib. Franc. Maria Vrbani Præcipis. In Breu. Chronol. De Famil. Ital.

Literas scribit ad Saouonenses.

patriam caritate ex animo, & libentissime fecimus, saltem, quoque quoties opus fuerit, pro ea quicquid &c. Quare Saouonenses illico post Sixti electionem in Romanum Pontificem, nonibilem legationem sex primariorum ciuium ad gratulandum direxere: hi fuerunt Lucas Pauesius, Ioannes Foderadus, Christophorus Fulcherius, Raphael Vigerius, Conradus Communalis, & Antonius Rolerius, qui magna pompa, & vberi famulatio stipati, suppeditante sumptibus publico arario, Romam progressi, quam gestiret de tanta sui civis gloria Saouonensis ciuitas, luculentam, dedere significationem. Sixtus vicissim Legatos omni beneuolentiae genere completis, argumentis honoris, & largitibus cumulatos, quanti apud se esset ciuium suorum caritas, multipliciter testatus, laetos domum remisit cum ijs ad ciuitatem literis, quae incensum in patriam amorem proderent, & plusquam verborum pampinis pro multorum mortalium vsu redundantem omnis officij voluntatem, cum se daret occasio, testarentur. Adde, tamen si superuacuum videri potest plura in hanc clarissimam rem conferre, testimonium mutum, sed quod vocem edet contentissimè. Est in Ecclesia Cathedrali Saouonensi marmor ad intram inaugurationis Sixti incisum cuius hanc epigraphem Sixti gentilitijs insignibus subiectam repraesentat reum Saouonensem illustrator Verzellinus.

Pontificis SIXTI sunt haec insignia QUARTI Cui genus, & Patriam clara Saouona dedit. Illic frater Franciscus oras de Ruuere dicitus, Pro Christo, in terris mens gerit ille vices.

In alio marmore eiusdem Cathedralis Ecclesiae, Nicolao Rocio referente, vocalibus literis exarata legitur haec inscriptio. SIXTVS IV. PONTIFEX MAXIMVS SAVONENSIS ANNO M. CCCC. LXXI.

Francisco huic de Ruuere Saouonensi probra ab humilitate generis, ac tenui, vel nullo censu domestico impegere nonnulli, qui patre piscatore natus, & ipsam quoque piscationi dedisse operam scripsere. Aequè humilia Francisci initia consignauit Hieronymus Garimbertus Gallensis Antistes, cuius veltigij posterorum plebique infliterunt. Scripsit enim ille Franciscum puerulum à Luchina matre per Leonardum mariti obitum vidua, cum, vnde filio prospiceret, non haberet, in familiam S. Francisci intrusum esse: haec tam fabula adeo insulse est Francisco imposita, vt depulsione vix egeat; quinimo ex ante constructis euanelicit. Nec enim aliunde rumor de Francisco increbuit, quam quod de Albizola, vel Cellis editus crederetur: fuit enim pagi illi ad mare, nec indigenae aliunde ferè quam ex piscatu victum parant. Itaque cum euictum abunde sit, Franciscum Saouonae, non Albizolae, aut Cellis editum esse, concidit vniuersa illa humillimorum Francisci natalium fabula; & rursus concidet ex dicendis contra Garimberti falsamentum, qui, vt diximus, scripsit, summis scilicet exigendae vitae difficultatibus per matrem viduam & pauperem, fuisse Franciscum in S. Francisci Cenobium intrusum. Nam in confesso est, & nemine reclamante raturum, Francisco vitae initium fuisse anno 1414. hunc annum illi initialem consignat Platina, Panuinius, Ciaconius, & Anonymus Auctor vitae Sixti, cuius lucubrationem tabularium Archinofocomij sancti Spiritus Romae celeberrimi asseruat. Qua nota natalis Francisci constituta, facile est ex publicis tabulis demonstrare Leonardum Francisci patrem non esse mortuus annumeratum Francisco adhuc puero, vt fert Garimberti narratio. Nam Leonardum adhuc superstitem monstrant non modò tabulae anno 1425. exaratae, sed aliae item posteriores anno scilicet 1427. die 20. Martij scriptae, quibus Leonardus superstitis inter Saouonensis Consilij optimates recensetur, & anno 1430. die 8. Aprilis superstitis etiam tunc Leonardus, adscriptus exhibetur contractui, quem tabularium, Ottoboni Iordani Saouonensis representat. En itaque Franciscum, astipulantibus publicis tabulis superstitem patre decimum sextum suae aetatis annum agentem: Qua igitur fide penè infansulus intrusus in Cenobium dicitur à paupercula matre vidua, filio victum abique domestica impensa captante! alius ergo fuit Francisci in Cenobium ingressus, aliaque matris opera in filij cooptationem tollata, quam funditus disticiendae fabulae propositae viuat exponere. Nouennis Franciscus ex matris voto, patre assentiente oblatu est S. Francisci; occasionem pietati maternae praebuit visum diuinum, quod supra descripsit Ciaconius. Illum iam natum sub S. Francisci tutela collocauit, & agrotum tertio Minorum tunica induit: his prauijs, nec obscuris diuinae voluntatis indicijs affligentibus Franciscus ad Minores paulò grandior factus accessit ex matris voto, & patris assensu, atque ipsius Francisci nutu, ac voluntate, vt dicitur tradunt Cimarella, Minorum Chronicon, & Ioannes Baptista Leonis describens res Francisci Mariz à Ruuere Vrbinatum Principis.

Adde Francisci genus tum paternum, cum maternum clarum fuisse; ad paternum demonstrandum nolo in Morauiam concedere, vbi Iodocus Hondius ad Gerardi Mercatoris Atlantem minorem, antiquam nobilitatem gentis à Quercu exhibet his verbis, quasi coloribus expingens ex illius primarijs heroibus vnum, *Vuereclaus veterum procerum familia eorum, qui à Quercu cognominatur clari.* Nolo, inquam ex tam longinquo, nec latis explorato genere

A Ruueream gentem, vnde Leonardus Francisci pater prodijt, accelerare: nam tamen si ex Germania manauit gens Longobardorum, è qua gens Ruuerea duxit initium, tamen quid si illa à Quercu cognominatio varijs in tam patente terrarum, tractu communis fuit, nulla licet necessitudine illigarentur, cum constet plerisque in oris, ac nominatim apud Gallos absque villo cū Ruuereis Subalpinis, & Liguribus netu cognominationem illam frequentem esse. Quare tutius insisteremus ijs Francisci auis, & atauis, quos Anastasius Germonius illustrans indultum Pontificium Cardinali à Ruuere concessum, omnino multos claros in primis addensauit, demonstrans etiam ante Sixtum, ac Iulianum gentem Ruueream vitis insignibus abundasse. Quos inter signat Antonium à Ruuere Episcopum Nouariensem, & Galeatum à Ruuere Taurinensem, Canonicum; Leodegarium, & Andream à Quercu, clara inter literatos nomina, quem reuera nihil cum Ruuereis habuisse commune puto.

B Taurini apud patres Praedicatorum Chronicon peruetustum asseruari nonnulli affirmant, quo proditur gentem Ruueream ab Ermundo Longobardo sub annum Christi 600. apud Augustam, Praetorium Salassiorum constitutam, per eas oras opibus abundasse multoq; dedisse primariae nobilitatis equites. Insuper cognationi necessitudine primarijs quibus suis toto eo tractu familijs illigatam esse; Toparchias complures obtinuisse, & inter ciuitatis Taurinensis perillustres familias aliquando claruisse, ac singulari prerogatiua Magistratus suo nomine distribuisse. Procedente autem tempore, cum tractus ille vniuersus iugum subijisset, ex Ruuerea gente vnum cui Ricardus, nomen, defectionem tumultuosam excutiendo Subalpinorum Regulo per coniuratos excitaram compressisse, fide in Principem, & prudentia in compescendis, ac fecandis publicis tumultibus celebratum. Addit Chronici eiusdem scriptor post sedem diutius in Salassijs, & ora Taurinate fixam, hominem è Ruuerea gente Simonem dictum cognomento Crasum ad Ligures migrantem amplas facultates, quibus potiebatur, Saouonam Liguriae insignem ciuitatem asportasse, ibique Ruuereae stirpis surculum plantasse, qui inibi in dies florentior, & multiplici propagine latiores emicuerit. Notantur in ijs Liguriae è gente Ruuerea illustribus viris, Ioannes, Antonius, Leonardus, Brunetus militari gloria & publicis muneribus egregie clari; nec non Petrus apud Reges Neapolitanos, & prouinciae Comitibus splendide versatus. In tabulario Saouonensi multorum huiusce familiae virorum, ac mulierum ab anno reparatae salutis 1296. extant memoriae publicae, quibus inter primarios illius vrbis ciues annumerantur in claustro Ecclesiae S. Francisci visitur monumentum cum hac sepulcrali Inscriptione

SEPVLCRVM R. D. ANDRAE DE RVVERE.

D Non tamen sufficit Francisci genus per auos & atauos cum insigni gloria produxisse; nam saepe, quod S. Chryostomus notauit, Regum posterii degenerant in agalones, & in humiles opifices: potuisset igitur, opponere quis poterit, Francisci pater Leonardus stirpem claram cum egestate praetendere. Bellè Bartholomaeus Cimarellus tradit Leonardum Francisci patrem Saouonae per omnia clarum fuisse, & primariae quaeque publica munera cum laude obiuisset, imò ad illustria quaelibet, & magni momenti negotia semper adhibuit. Hoc ne gratis tactatum videatur, nonnullis argumentis stabiliendum est; ac primùm in solemnibus tabulis anno 1427. die 20. Maij confectis, quibus Andreas Gentilis de Carreto primarius ciuis Saouonensis, magnum vrbis concilium pro prerogatiua patribus duodecim liberorum superstitum concessa interpellat, nobilissimique quibus vrbis ciues adscripti recensentur, & in ijs Leonardus à Ruuere recensitus inuenitur. Id ipsum validissimè asstruit obita per ipsum Leonardum legatio publico ciuitatis nomine ad Philip-pum Mariam Mediolanensem Ducem anno 1430. cuius legationis acta Saouonense tabularium asseruat: publicam enim legationem ad potentissimum Principem non homini plebe infima, sed potius honestissimo cuique ciuium, qui ciuitatis decora opportune, aprèque sustinere valeat, committere in vsu est. Tandem filiam Franciscbertam quam habuit Leonardus, homini de Riaria familia apud Saouonenses in primis honesta, & locupletes nuptui tradidit.

E Materna vero stirps Francisci, cui nomen Monleona, nobilis in vrbe Saouonensi, primarijs eiusdem vrbis familijs innexa est: Surculum illam fuisse familiae cognomento Honestae, sive de Honestis apud Ligures perillustres, prodit Gaspar Mutius: illam genti Foderadae coniunctam agnoscit Verzellinus. Publicae tabulae vrbis Saouonensis anno 1439. scriptae cum laude memorant Nicolaum de Monleone; itidem aliae anno 1445. exaratae Iulianum de Monleone laudant: apud alias laudatum Verzellinum inuenio commendatum Bernardinum Monleonom S. Mariz ab Aquardulci in Albenfi diocesi Commendatarium; cui cum Bernardino de Marchionibus, Ceuz graua intercessere negotia. Imò ex Pauli de Odino Saouonensis actuario competum habeo anno 1400. Emanuelen, Gasparem, atque Simonem stirpis Monleonae germanos amp las obtinuisse facultates. Non igitur Franciscus de haece populi, neque pte egestate domestica ad vitam cenobiticam adactus, vt aliena largitate sustentaretur.

F

Ciacon. Vit. Pontiff. & Card. Tom. III.

Ordinem Minorum ingreditur

Studia.

Dignitates

Cardinales viui te po te electio nis.

Nomen & Symboli.

Franciscus ergo Minorum ordinem sponte ingressus sub cura Fr. Ioannis Pinaroli, non modò ordinis mores, sed Grammaticam tanto studio perdidicit, vt breui Ciceronis volumina partim ab alijs audierit, partim verò ingenij acumine nulla alterius opera intellexerit. Cherium, vbi adoleuisset, profectus, Dialecticæ doctores eius loci audiuit ita diligenter, & accuratè, vt postea facultatem eandem ipse alijs legeret. Papiæ deinde, & Bononiæ celeberrimis Palladijs Philosphiam, ac Theologiam excepit: ætatis lux anno vigesimo in Capitulo generali Genue celebrato, ita copiosè diserte, & eleganter disputauit, vt vnus omnium doctissimus habitus sit. Patauij demum Magisterij gradu suscepto Philosphiam, ac Theologiam interpretatus, Bononiæ deinceps, Papiæ, Senis, Florentiæ, & Perusij publicè professus est. Non multò post Liguriæ Prouincialis, deinde ordinis Procurator in Romana Curia, ac totius Italiæ Vicarius generalis, Perusij demum Minister generalis totius ordinis electus est. At Patauij dum esset, Venetias iturus, Cardinalis, & post Pauli obitum Romanus Pontifex renunciatus est.

Cardinales vigintifex inter mortales vitam ducentes Comitiolum tempore recenset Ciaconius; inter quos Stephanum de Vatarum Hungarum, Presbyterum Cardinalem SSNerei & Achillei numerat, qui ex aliquibus iam è vita nonnullis ante Pauli obitum mensibus excesserat. Horum decem & septem in Romanum Pontificem elegerunt Fr. Franciscum de Ruuers Saionensem, ordinis Minorum generalem Missistrum, ab Aurea passim à Mariano cognominatum, Presbyterum Cardinalem S. Petri ad Vincula titulo Eudoxiæ, annum agentem lux ætatis quintum, seu ex alijs septimum supra quinquagesimum. Factus Pontifex nomen SIXTVS nuncupationis IIII. assumpsit, & solum ex Psalmis Dauid cepit: AVXILIVM MEVM A DOMINO QVI FECIT COELVM ET TERRAM. Est verò de hoc Conclauis epistola 395. Cardinalis Papietis, qui interfuit, ad Christophorum Pratellam Vicarium suum, que fuerint eius in eo partes, & aliorum nonnullorum explicans, & est talis.

Hodie in Senatu Cardinalis mihi vnus retulit id, quod etiam aliunde mihi rescire contigerat, multastri Principi de me parum equa, & vera fuisse renunciata saper creatione Pontificis noui, que paulo ante secuta est. Non possum non vehementer dolore, presertim qui sciam rumoris huius de me falsi falsissimam originem. Scripsi literas de hoc ad Principem. Mitto eas ad te a peras, vt Cielus noster ante perlegat, nec aliter reddantur, quam ipse reddendas probet. Nuda illa, & mera est veritas, si quid confixi. si quid commentus in eo sum, diras mihi vltices, immò Deum ipsum vindicem deosco. Amici Principis esse ferebantur Rothomagensis, Bononiensis, Reatinus, Mantuanus, Vincula, tres primos suffragio meo iuui, paratus, & Mantuanum, si voluisset. Ipse Vincula persuasione aliorum adduci nunquam potuit, vt honorare me suffragio suo vellet; quare commotus vices reddidit, atque ita obfirmati animum, vt si comitia ea de cennium durassent, usfr agaturus ipsi non fuero, nisi paria retulisset; alioquin neque Rothomagensis, neque Mantuanus mihi vnquam fauerunt. Vide quæso, quales erga me fuerint, qui se Principis istius amicos, & studiosos esse predicabant; Rothomagensis, Bononiensis, & Reatinus solum nominauerunt Nicenum: mihi tamen luenda sunt vni pœna, qui illorum exempla sum secutus. Dicit aliquis bona illi fide verlabantur. Cur igitur solus ipse non bonus? si studebam Niceno, cui & illi studuerunt. Vincula Neapolitano suffragatus est; suffragatus sum & ipse aliquandiu. Nempe quia satis constabat fore, vt id ei minime succederet. Spoletinum quoque iuui summa ope, quem sciebam istius Principis honori propensissimum semper fuisse, id quod Augustinus noster pro comperto habet. Suffragium meum præter hos, quos dixi tulit nemo: proinde haud scio quem admodum certior em quis eum facere potuerit, me inimicorum eius omnium fautorem, & suffragatorem fuisse. Si adesse voluisset, vbi periculum agebatur, & quibus insensum Principem sciebam, fortasse alio quam Sixti nomine Pontificem haberemus. Non igitur inuaria me Deus vlciscitur, qui facere omiserim que salto opus esse noveram. Et dum isthuc respicio, Christianæ Religionis, & status Ecclesiæ commoda neglexerim. Tu verò bonum habe animum, nam quod ad me attinet, quando nihil commisi, quod iure reprehendi possit, ita sum mente composita, vt quacunque mihi aduersa imminerant, modicè sim laturus: Vale.

Ad rem Ecclesiasticam, & Christianam componendam illico Sixtus animum adiecit; ipso Pontificatus initio has ciuitatis Interamneni de sua assumptione literas scripsit.

SIXTVS EPISCOPPVS
Seruus Seruorum Dei.

Dilectis Filijs, Prioribus, & Comuni Nostræ Ciuitatis Interamneni salutem & Apostolicam benedictionem.

CREATOR Noster, & Redemptor Dominus IESVS CHRISTVS, cum mundum ex nihilo condens, cetera omnia miro quodam ordine, incomprehensibilique ratione disposuerit, atque firmauerit; sanctam tamen Ecclesiam corpus suum mysticum figurantem, ea profectus est caritate, ea pietate fundauit, & stabilis, vt agitari quidem, & fluctibus, tempestatibusque quasi posset; mergi autem, &

Sixti literæ ad Interamneni

omnino naufragium facere non posset. Sed ut potius quò videretur aliquando extrema sorti proximorem, eo in salubris, tranquillitate que portum per successionem Vicariorum eius, vel aliam quamuis diuinitus factam rerum commutationem reducitam consolaretur. Sicut nuper sel. record. Paulo Secundo Romano Pontifice Predecessore Nostro de mortali huius vita arumnis ad celestem patriam septimo Kalendas Augusti, sicut Domino placuit, euocato, afflicta talis Pastoris amissione moreret sancta mater Ecclesia, cum Venerabiles Cardinales, de quorum numero tunc eramus, eius funere, & exequijs de more solemniter celebratis, solliciti, prout grauitas rei exigebat, de futuri Romani Pontificis electione, modo & tempore congruis, in palatio Apostolico apud Basilicam Principis Apostolorum de Vrbe Conclauis ingressi nobiscum in vnum conuenientes, & super tanti negotij deliberatione, aliquandem consultantes, tandem sancti Spiritus, a quo Ecclesia ipsa Christi sponsa regitur, infusione eorum animorum sic afflante, licet in alios maiorum longe meritorum consentire potuissent, tamen ad personam Nostram vota sua vnanimiter dirigentes, quinto Idus Augusti Nos tunc titulus S. Petri ad Vincula Presbyterum Cardinalem, nescimus quo occulto, sed certe nobis tremendo Dei iudicio, in Apostolica celsitudinis fastidio concorditer collocarunt. Super qua re licet ipsi de Nostra imbecillitate conscij, iurium Nostrarum temeritatem ad digne preferendum tanta sarcina omni animo metientes, aliquandiu, quid Nobis esse agendum, dubij deliberauimus. Tandem considerato, quod huiusmodi electio non ab hominibus, sed ab inspiratione diuinitus facta, cui resistere non licet promissis, cupientes bene agere, & prodesse potius, quam præesse in spiritus humilitate Apostolica seruitutis iugo collum submissimus, sperantes illum, qui ab ipsa sua Ecclesiæ fundamine infirma mundi elegit, vt confunderet fortis, & qui electionis ipsius auctor fuit, vires suas in tanta necessitate Nobis ministraturum. Qua propter deuotiones vestras in Domino requirimus, cohortamur, ut tanquam fideles, & obedientes filij in Nostra, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ deuotione, ac solita subiectione fideliter, constanterque persistatis, & pium, ac misericordem Deum Nostrum instanter oretis, vt operi manuum suarum dextram ipse auxiliarem porrigat; ne tanti oneris mole opprimantur, sed in beneplacito Filij sui dirigantur actus Nostris, vt Ecclesiæ sue sanctæ ad sui Nominis laudem, & gloriam, & commissi Nobis populi animarum salutem presideamus. Nos autem vos tanquam speciales, peculiariæque Nostræ, & dicte Ecclesiæ filios sonere intendimus, & in cunctis vestris necessitatibus adiuuare. Dat. Laterani Anno Incarnationis Dominicæ M. cccc. lxxi. Octauo Kalendas Septembris, Pontificatus Nostris anno primo.

Vt sunt varia hominum iudicia, ita circa huius Cardinalis ad Pontificatum assumptionem diuersa fuerunt sententiæ; affectus quò vult hominem rapit. Qui vitorem sceletum, aut parum sibi propitium senserunt, vt fuit Ioannes Michael Brutus Florentinus, & si quis alius, prorsus dignitate illa suprema in Ecclesiâ indignum Sixtum deprædicarunt: alij tamen, qui beneficium probarunt, dignissimum proclamauit. Onuphrius Panuinius, Philippus Bergomensis, & alij à virtute, à literis, à mansuetudine, liberalitate, grato animo, à zelo fidei propagandæ, tuendæque dignitatis Ecclesiasticæ laudant abunde. Vbertus Folietta eù diffuso elogio cohonestat, Fulgiosus non ineptè cum Nicolao V. etiam Liguri studet comparare. Papius Massonius prætulum ingenium à natura accepisse grauissimum artium capax, eumque magnitudine aumi maximis Europæ Regibus non imparem fuisse affirmat. Iacobus Meyerus virum doctum, & probum appellauit, de quo hi extant verius.

*Non aurum, non nobilitas, sed auda virtus
SIXTE tibi imperium Pontificale dedit.
Discito ab exemplo, quantum valeat ardua virtus,
Hac meritis SIXTVS Pontificale decus.*

Ferunt, cum plerique ex suo ordine ad eum gratulabundi initio Pontificatus aduolarent, accidisse, vt Fr. Franciscus Aragonius illi in primis olim familiaris inter alios accederet, qui palatij magnitudinem pompam, & eius ornatum maximè admiraretur, non enim dubitarat Sixtus Pontifex argentea illi pocula, & auream suppellectilem omnem liberius ostentare; quin etiam & illud addere, Petrum, & Paulum Christi Apostolos nequaquam hac ipsa ornamenta ostenturos; tunc pari libertate Franciscus ipse vnus, ne tu quidem Pontifex maxime Petri Successor, claudicanti dicere poteris, surge, & ambula. Quo sanè dicto ostendere ille voluit, non auro, & argento, sed pietate, ac vitæ integritate Romanos Pontifices spectabiles esse in Christiana republica.

Venetos Legatos initio Pontificatus benignissimè excepit, & singulari beneficentia complexus est; qui per Bernardum Iustinianum Legatorum vniti sic cum Pontifice omnium nomine gratulati sunt.

SI VNQVAM antea Sanctissime & Beatissime Pater, diuinæ prouidentie lumen humanis laboribus affulsit, hac profectò tempestate, atque his diebus quasi lucidissimum sidus oculis nostris apparuit, vt in illo altissimo Pontificatus folio constitutus, vniverso Christiano generi laboranti portum salutis aperires. Nam cum peccatis nostris ita polcètibz Christiana respublica partim

Diuctia de Sixti electione, & sententiâ.

Fr. Franciscus Aragonius dicitur

Oratorum Venetorum oratio ad Pontificem.

inte-

inestinis seditionibus vexaretur, partim truculentissimarum gentium gladijs ludibrio esset: ecce visitavit nos Oriens ex alto, & velut excitatus à somno Dominus fluctuanti nauiculae suae imposuit gubernatorem, qui bonitate vellet sapientia sciret, auctoritate posset tantis in fluctibus, tantoque rerum motu magni huius gubernaculi pondus sustinere. Venimus igitur beatissime Pater, oves pascuae tuae, & gregis Domini pars aliqua non spernenda, venimus, inquam, adoratum sanctissimos pedes tuos, atque adeo declaratum illustrissimi Principis nostri, & vniuersae ciuitatis officibile gaudium, & letitiam; in cuius quidem gratulationis officio non equidem ignoro, quae facultas ingenij requiratur. Gaudium enim nostrum aperire praesertim manifestum parui laboris; tantum verò gaudij causas vel omnes explicare, vel animorum sensibus orationem adaequare, non parui sane operis. Quod si fortassis, ut cupimus, non assequemur, erit clementer eò benignius nobiscum agere, quo amplissima maiestas tua in causa est; si tantis tuis meritis, & expectationi omnium satisfacere non possimus. Neminem enim plusquam nos poeniteat: erit praeterea, ut opinor huic loco non indecorum, si genus orationis sequamur Christianae pietati propius, quam gentilitati. Nam si vates illa Cumana apud Poëtam rem sacram orsa conclamauit; procul è procul este profani; quanto magis nos Christianos deest genus electum, gentem sanctam, regale Sacerdotium appellatos, apud sacrorum omnium Principem, coram sacratissimis Pontificibus, pro sacro denique, huius nostrae laetitiae munere facturos, sanctorum nostrorum inhaerere literis; profana autem omnia tam dicta, quam exempla deuitare. Aggredior igitur bona cum venia tua; & sicut à numine aliquo olim solebant; ita nunc ego non aliunde ordiar, quam ut eam ipso, qui te sibi delegit verissimum, certissimumque Vicarium, ipse propius ad sit fidei meae; ipse pietati, ut dignum aliquid dicere possim hoc communi gaudio, dignum Pontifice, dignum te. Quod maxime, ut opinor, assequemur, si paucis aperimus, quam necessaria fuerit haec coelestis assumptio tua, deinde, quam bene merita; postremo quam laeta, prosperaque omnia te Pontifice sint speranda.

Vnam autem Principes nostri, gloriosissime Pater, nimio damno suo non didicissent, quo duce, aut pastore indigeat Christiana religio, nempe eo, qui inter ouile Dominicum pacem, vnitatem, que conseruet, & aduersus barbaras nationes Christianam sanguinem sitientes, commissum sibi populum tueatur. Vnde enim tot non dico ciuitatum, sed prouinciarum, nec prouinciarum tantum, sed regnorum etiam, imperiorumque iactura; immunitatem, iam sumus super omnes gentes. Queri olim solebant patres nostram illam esse Syriam, Phoenicem, Aegyptum, spoliatos Asiae, electos Africae, & Mauritaniae in Hispaniam deinceps Maumetum, autem transmittere, & in Baethica, nobilissima Hispaniae prouincia, hoc est in medijs Christiani populi visceribus perfidissimae blasphemiae laeae trophaeum constituisse. Ut etiam si diuina negligimus, pudere tamen oporteat fortes ab imbellibus, viros à feminis, homines à belluis esse superatos: serui enim nostri domiti sunt nobis. Sin verò diuino honore tangimur, quo tandem animo ferendum, summum Deum à Pseudopropheta totius Orientis, & Africae possessione depulsum, in Europam deinceps, atque adeo in Asiam immanissimum hostem veluti in reliquas Christiani patrimonij penetratum Europa inquam, illa, qui omnibus retro seculis Asia praedae fuerat, ipsa nunc Asia praeda facta est. Breuem enim nescio quem angulum circa Hellepontum occupauere; prorogauere deinde sensum aliu atque perfidia plura quam armis imperium; donec aperto Marte urbem nobilissimam, & ciuitatum regiam, sedem Imperij, dominantem gentium, principem prouinciarum Constantinopolim sustulere. Tantorum autem causa malorum afferri profecto alia non potest, nisi quod distidentes inter se Principes nostri, & quod foedum dictu est, de mutua interdum pernicie gaudentes; dum non est qui conciliet, qui componat, aperire viam communibus hostibus, & qui laborantibus opem ferre debeant, quasi illorum calamitas ad eos non pertineret, ipsi possint vel perfidias, vel desideria dedere potestas, atque in hunc modum, ut ille inquit, hereditas nostra quod dicitur, vertitur ad alienos. Nonne sic Thaces, quae sita Triballi, delecti, Macedones, Acarnanes, atque Aetoli proprijs sedibus pulsi? Nostra erat Mysia, prodito Rege, & trucidato amissa est; nostra Peloponnesus, altero Rege, eiectione altero decepto, & ipsam eripuit. Trapezuntius Christianus Imperator per fraudem Imperio pulsus. Tantis igitur rerum incrementis elatus hostis, cum iam nihil optaret, quod non aggredere, nihil aggredere, quod non expugnaret, perfringere tandem instruit Hellepontum fauces, & claustra, ut vacuo deinceps solutoque animo per omnia maria impune volitaret, inque omnium gentium nationumque perniciem, vbi cumque libido, rabieque ferret, in terram posset exponere. De Cybota enim insula tam opulentissima, quam nobilissima, Graeciae quondam oculo quid dicam, quam nuper terra ducentenis milibus, mari autem nauibus penè innumerabilibus, tormentis, & machinis tam magnitudine, quam numero horrendis expugnatam, caesis ad vnum opidanis omnibus, sempiterna clade nobilitauit. Sed haec fortasse haecenus dissimulare possumus; aliena videbatur

agires, perque lufum, iocumque audiri quasi saepius decantata. Interiectum erat Ionium Illyricumque mare pro munimento; alpes autem à Norico pro moribus, ut reliquum illud Christiani populi quicquid esset, satis tuto, munitoque loco constitutum, multis videretur. Ecce autem nuper superatis alpijs in Caesaris prouincias impetum fecit, diripuit, ferro ignique vastauit, reuertensque per Tauriscos, & Noricos, ante ipsas Italiae fores, aut Italiae oculos praedam innumerabilem omnis sexus, omnis aetatis, veluti victimarum, pecudumque trahens, iactabundo incedebat, carmine, se breui periculum facturum, an suis armis clausa foret Italia, quae Athila quondam, & Alarico patuisset. Ut bene Ilias haec tempora viderit; regiones nostras coram oculis nostris alieni deuorant. Quid tum postea? Nonne his proximis diebus id ipsum de Italia experiri voluit? quod vnum maxime omnium concupiscit, inhiat, anhelat. Reuertens enim ad Italiae saltus Italiam ipsam ingressus est: Liburnos, & Istros nil tale metuentes adortur, & miserat illas finitimas regiones, quae non minus Italiae nomine, quam alpijs altitudine se tutas esse putarent; cedibus & incedibus, & rapinis depopularis est; ut à quingentesimo & amplius anno haec Maumetana rabies semel ab Italia repulsa, iterum Italia iugo premeret nunc audeat. Nisi forte credimus, ut semel Italici sanguinis dulcedinem degustarit, non reuersurum, aut non longè potentius, atque paratius, exploratus, iam itineribus ad explendam sitim, non rediturum, aut vllam omnino fore credimus Italiae partem, quae nisi communibus viribus haec bellua reprimatur, non sit illius saeuitiam, crudelitatemque sentitura. Vide praeterea, ut quicquid illi libet, etiam liceat. Nam vno eodemque tempore hinc Germania, & Italiae fines populatur; hinc in Asiam maximis traiectionis copijs, adiectis insuper ingenti classe, Chandelorum Ciliciae oppidum maritimum opportunum ad eas res, quae meditantur, quadringentis Christianis, qui tunc ibi praesidio erant, crudelissimè trucidatis expugnauit. In omnium quidem Insularum, littorumque ceruicem imminet. Quid mirum igitur, si cum ille tanta gesserit, geratque; cum duo Imperia, quatuor Regna, Prouincias viginti, ducentas Vrbes Christianis Principibus eriperit; mari denique maximas classes explicare nunc coeperit? quid inquam, mirum, si totius Orbis imperium sibi deberi dicit? & qui Orientem subegerit, Occidentem nunc sibi inuadendum, rapiendumque proponit? Est etiam, mihi crede, maius aliquid aliud, ad quod aspirat, quod quidem dicere fas non est: Sed ulque quo Dominus improperabit inimicus? irritabit aduersarius nomen tuum in finem? Excursi pluribus, beatissime Pater, quam consilij fuerat, miserandas calamitates Christiani generis; sed profecto longè paucioribus, quam oportuerat, si id agendum desumpsissem. Finiam hanc partem, si illud addidero, & libentius fortasse loquar, temere tamen non loquar: aut actum de Republica Christiana est; aut, quod certissime credimus, tu ille vnus caelo dimissus, tibi vni illa palma detur, ut arceas has belluas ab ouili Dominico, restituaque Christiano nomini pristinum decus, & imperium. Cur autem relictum posse diffidimus, si ille nobis speru dat, qui sicuti peccanti populo minatur, ita poenitenti victoriam pollicetur. Cuius enim verba sunt illa: Si dereliquerint filij tui legem meam; si in mandatis meis non ambulauerint, visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum? Ecce minas experti sumus: nusquam quidem acerbas, cur promissis quoque non credimus: Si populus meus audierit in me, Israel si in vijs meis ambulauerit, ad nihilum inimicos eorum humiliabo; & super tribulantes eos mittam manum meam, manum, inquam illam, quae semper fuit non minus fidelis erga filios, quam in hostes terribilis. Duce te igitur optime Pater nobis opus erat, ut reuerteremur; Pontifice verò te vnuitanti Deo conciliaremur; neque enim, ut spero habebimus Pontificem, qui non compati possit infirmitatibus nostris. Quae cum ita sint, incredibile est reuerendissimi Patres, quantum vobis debeat Christiana religio pro Pontifice, quem dedistis, sancto, innocente, sapiente, & quod maxime optandum erat, pio. Vereor autem interdum benignissime Pater, ne si de laudibus tuis aliquid dicam, pudicas aures tuas laedam potius, quam oblectem: vel quia fessae iam sunt quotidiana auditione; quasi dici iam nihil possit, quod non sit dictum; vel quia modestia tua virtutis actione contenta maui bene agere, quam audire. Vtrique autem sic occurram; primo quidem, ut vincam, si possim latetatem audiendi tuam, vel rerum nouitate, vel breuitate dicendi. Alterius autem, optime Pater, nisi verear liberius loqui; tñ in culpa es: Qui bene facit, bene audiat necesse est: nam comes virtuti semper fuit gloria, & quo magis spernitur, magis sequitur; facile patietur aequissima modestia tua in eo superari, in quo vinci longè praesertius est quam vicisse. Ordinar ne igitur à te, an à maioribus, nulla enim humanae vitae conditio non habet laudes suas, sed nunquam ego nobilissimum illum solem ideo ignobiliorem exultimaui, quia à se ipso splendesceret, & non ab alio sidere superiori; neque fontis copiam, & vberitatem ideo ignobiliorem, quia à se ipso profuisset, & non aliunde scaturiret: Verum sicut sapientibus veris placet, omne principium suo effecta nobilius; & omnem causam suo causato; denique independens omne perfectius eo, quod ab ipso dependet. Sic tuae nobilitatis initia à te ipso fluxere

gloriosius, ut fontis, & solis in speciem spargere potuisset lumen in alios, non aliunde mendicare opus habuisse videris. Itaque cum in omni Pontifice duo maxime requirantur, ut scilicet verbo doceat, exemplo etiam inflammet; utrunque cumulatissimo virtutis numero es complexus; ut & sapientia mores instrueres, & moribus sapientiam condecorares. Quid enim de admirabili sapientia tua dici potest pro dignitate? qui a teneris annis usque ad hanc aetatem nulli omnino nisi literis infudaris: liberales omnes penitus haussisti: ius omne Pontificium tenere voluisti: nullum omisisti literarum genus, cui non animum intenderis. Sic Augustinus, Hieronymus, Basilus, Gregorius alijque complures, qui profecto non dubitarunt in omni literarum genere, & ratione versari; sic sapiens ille antiquior, qui de se ipso loquens ita gloriatur; ipse mihi dedit horum quae sunt scientiam veram, ut sciam dispositionem Orbis terrarum, virtutes elementorum, initium, & consumationem saeculorum, vicissitudines rerum, mutationes morum, annicursus, dispositionem stellarum, naturas animantium, & herbarum. Quis igitur docet omnia haec, nisi illa, quibus iuuenis infudasti, disciplinae liberales? Quantum autem conferant ad gubernationem rerum humanarum, inde perspicitur, quod vbi cunctis, quae sapientia cum potentia conspiravit, ibi mirabile nescio quid effici vidimus. Neque enim facile quisquam, ut illis temporibus, aut Moise eruditior, aut Salomone sapientior; quorum hic pace, ille bello summam sunt gloriam consecuti. Pontifices autem nostris enucleare si libeat, sanè illi praeter ceteros clarissimi, qui in primis doctissimi, literatissimi que fuerunt. Nam, ut omittam superiores illos numinum instar; quis Alexandro tertio, qui Frederico primo; quis Innocentio tertio, qui secundo in solentius Ecclesiae dignitati insultantes compellere, Imperiorum suorum finibus contentos esse fecerit; aut eruditior, aut eloquentior? Urbanus quidem secundus tantum doctrina, & eloquentia potuit, ut Concilio apud Claramontem in Aruernis habito, admirandis eloquentiae viribus omnes Gallias ad arma conciuerit: trecentorum milium exercitum coegerit, sanctas Ciuitates, Patriam Domini, Christiani populi hereditatem incredibili gloria recuperarit. Quod utinam felicissime Pater tibi etiam eueniat nunc idem molienti. Beatas igitur Ciuitates illas, & Regna, quibus obigit à Sapientibus gubernari: omnium enim artifex est sapientia. Sed ut ad te redeam, quicquid dicebas, legebas, audiebas, omnia dirigebas ad sapientiam, sapientiam inquam, illam, quae à Deo est; quae sicut inter ceteras artes, & disciplinas altior, sublimiorque, & veluti Regina, incedit ita ad huius altitudinem sine illis quasi quibusdam gradibus ascendendi non potest: inuisibilia enim Dei per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. Talia igitur iacienda sunt nobis iuuentili aetate fundamenta, quae adificium in senectute excitare volumus, & talia priuatis dicenda nobis, qualia docenda, si magistratus efficerimur; quae enim seminauerit homo, haec & metet. Periculum enim certe nunc non est, ne tu à puero sic imbutus, quid mores exigant, nescias: quid nostra religio, quid Christianae leges, quid fides, quid pietas, quid Praelatorum officium, quid populorum necessitas desideret, non intelligas: nec etiam intelligas, quo pacto labenti rei Christianae succurratur: facile enim est diuinis instrumentum terrena moderari. Sed da veniam optime Pater, vno tantum deceptus es; qui sperasti posse in iucundissimis sapientiae studiis, veluti in tranquillo portu conuiescere: maius erat, quod futurus eras; maius ad quod paraberis; molestius fortasse tibi, sed vtilius humano generi. Licet molestum tibi esse non possit, quod illi intelligeres necessarium: pro cuius salute tuenda vitam etiam ipsam expendere non dubitares; dedit enim te Deus in lucem gentium, ut sis salus eius usque ad extremum terrae. Nunc de moribus, & vita pauca subiiciam: fides enim habetur non verbis, sed operibus; neque possumus illi credere, qui sibi ipse mendax reperitur. Statim igitur à puero diuinis mysterijs à parente dicatus es; apud nobilissimum Minorum ordinem initiatus: sic Samuel, sic Hieremias à pueris consecrati. Potuit ne huius amplissimi Sacerdotij magnitudo à pulchriori fundamento consergere, quam ut Ecclesiae tyrunculus esset à puero, qui futurus erat totius Ecclesiae maximus Imperator: aut veluti Seraphicus ille Dux tuus Domini gregis vitia dispulit, ita tu barbarica tela in eum contorta, dispersares. Adolescentior deinde factus patriae incunabula relinquentem: venis Patauium, fama ciuitatis illectus ad sapientiam capefendam: vbi pro nobilitate ingenij quam gratissimè exciperis; & nisi Sauonam patriam tuam carissimam, nobilissimamque inuide-re vereat, sanè non minori studio & amore Paduae cultus, obseruatusque es, quam si in ipsius brachijs, & sinu nascereris. Quam bene igitur in vtriusque ciuitatis erga te pietatem te gessisti, ut & Sauonam tuis natalibus, & Patauium tuis studijs nobilitates, in quo moratus per viginti fere annos nobilis alumnus legendo, orando, scribendo, vniuersum Orbem splendidissimis sapientiae radijs illustrasti. Incurrunt studiorum tuorum illa duo admiratione dignissima; primum quod neque ipsa religio cursum addicendi retardare potuit, neque ardor ad discendi vitae tenorem inhibere. Alterum autem, quod cum vitae sanctimonia, morum grauitate, ingenio, sapientia alijs excelleres; omnibus tamen humilior appareres. Non dicam hic ut te maturè patres illi ad omnes suas digni-

tates eueherint, ut aetatem honoribus victis, honores virtute superaueris, ut demum omnia tua monasteria per vniuersum Orbem dispersa tuae fidei, sanctitatisque crediderint. Neque in eo etiam morabor, quod in hunc Senatuum reuerendissimorum gloriosissimumque sola sapientia, atque virtute nixus conscendisti. Maiora me rapiunt, & quanquam illa maxima sunt, & omnibus laudibus celebranda; multa tamen praecleara ingenia in tuis laudibus sigillatim recensendis certant quotidie, atque certant. Descendere ego mente non possum ab hoc tuo Pontificatu, quasi nobilissima palaestra, vbi vide quid ego considerem. Cogor interdum existimare factum esse diuino consilio, ut qui ad supremum in Ecclesia Dei locum regendum parare virtutibus, & imbuerere natura, & studio effingerere, quae essent maxime necessariae ad tantum munus administrandum. Quid enim magis elucet in Principe, quam liberalitas, & munificentia? pecuniam tu semper, ut ille inquit, sicut lutum existimasti; omne aurum in comparatione virtutis pro arena habuisti exigua. Pastorem enim te Deus fingebat, non mercenarium: illa tibi semper vixit verae diuitiae, diuitias non appetere: quod si illo saeculo feliciori, quasi pro miraculo quarebatur, Beatus ille vir, qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecuniae thesauris; nobis certe gloriari liceat, iamdiu quae situm tandem inuenisse qui mirabilium operatione rerum, quas expectamus, & nos beatos efficias, & ipse sis non minus re, quam nominis appellatione beatissimus. Quam bene praeterea iungitur huic munificentiae tuae incredibilis caritas, & mansuetudo; vnum de plurimis attingam. Meministi ne optime Pater, ut Generalis ordinis Minister fratrem Papae in scelere deprehenderis? deprehensum pro aliorum exemplo punieris? ut temperare lacrymis non potueris, quin diceres acerbius tibi, quam fratri illud fuisse supplicium? O vocem dignam memoria sempiterna: quantum enim illud amabile, quod etiam puniens ingenitae tibi mansuetudinis non potueris obliuisci: quid enim parcendo faceres, si tam clementer puniendo miseris? Illa enim praeclearissima obounda iustitiae pars, vbi non tam scelus odisse, quam etiam hominem dilexisse videri possumus. Pulchre igitur in te illud Euangelium impletum est: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Ceterum quis hoc credit? excellentiam animi, & humilitatem, magnitudinem, & mansuetudinem; contemptum omnium, & affectum in uno eodemque animo sociari potuisse? sapientia, virtusque tua moderare potuit omnia haec. Sed immiscere laudibus tuis spes etiam nostras iam tempus est, & maiora nunc aggredi. In Deum etenim immortalem eximia tua pietas mansuetudini adiuncta mirifice nobis repraesentat illius magni Ducis imaginem, quem sic uti missimum super omnes mortales scriptura praedicat, ita nimirum diuini honoris amore flagrantem: qui cum orabat, Domine, aut dimitte illis hanc noxam, aut dele me de libro, quem scripsisti; plus tamen de diuino honore, quam de populi sui salute cogitabat. Ne forte arguerent Aegyptij Dominum calliditatis, & astutiae, quasi illi populo Dominus fugam ex Aegypto suasisset, non ut à seruitute liberaret, sed ut perderet eos facilius in solitudine. Tu vero Dux nocter, & Pater, quem expectamus, in quem respicimus, obsecro te, quid aliud noctes, & dies ingemis? quid ante Deum positus aliud in oratione deploras, nisi peccandi diuinum honorem? & ut inquit Propheta, iugiter tora die nomen Domini blasphemari? Blasphemant hostes, qui peculiaris Vineae tuae delicias inhumanissimo furore proculcant: blasphemant Fihj, qui quidam derelecti de parentis sui bonitate desperant, nisi quod tu es iam omnium reliqua spes, tu expectatio, in te omnium ora, oculique coniecti. Audiunt sapientiam, vident sanctitatem, liberalitatem, clementiam, magnitudinem animi, pietatem in Deum, caritatem in omnes; quae quidem omnia cum audiunt, non possunt de te si bi nisi omnia magna, salutariaque polliceri? Quid, illud sanctissimum decretum, quod Generalis designatus edixisti, nonne fuit quasi specimen aliquod pijsimi animi tui argumentum locupletatum quantum etiam si posses, Christianam rem iuuare? Nam cum dolore nitro afficeretis, hinc assiduis cladibus Christi populum exinaniri, diripi ciuitates, templa dirui, virgines, & pueros ex partum amplexibus ad libidinem euelli; senes innocuos nec pretio, nec libidini satis aptos mactari quasi pecudes. Quid ageres, cum haec videres? videres autem ex alia parte saeuissimam huius bellatruum, formidandamque potentiam quotidie latius excrecere; remedia autem alia tunc tibi non erant, non arma, non milites, non copiae. Quod reliquum fuit, confugis ad diuinam opem, vni cum tunc tibi & singulare praesidium: statim enim edicis per omnes tuas Ecclesias, ut quoties diuinae horae dicuntur, toties pro Christi bellatoribus supplicatio fiat. Quid potuit amplius inermis, aduersus armatos, quam qui ferro non posset, lacrymis, & oratione dimicaret. Velut ille nobilis Pontifex, qui dicebat, aduersus armata, militesque Gothos lacrymae meae, mea sunt arma: itaque hoc institutum facile declarasti affectum animi bene cupientis adesse tibi vires desiderari. Ceterum neque vires etiam defuturas, si modo exoraretur ille, qui quando vellet, non minus vires addere poterat, quam animum ante potuerat cum voluisset. Penetrat autem nubes, ipsumque caelum assidua iusti supplicatio; ecce enim, exoratus Deus est: ecce nunc vires additae: auctoritas autem om-

nium maxima cœlis collata. Mutavit ne, quod interdum solet, A
 immutabile desiderium tuum fortunæ mutatio? quin noua te nu-
 per obstrinxisti fide; dedisti enim arrham pietatis tuæ: voti tui si-
 gnum genibus omnibus extulisti. Vix fuisti Pontifex salutatus,
 cum tu thesauros Ecclesiæ, vel eorum pretium in fidei defen-
 sionem promissisti, ut ante penè eos adscripseris, quam possederis; li-
 cet tunc tui verè esse ceperint, cum tu primùm illos esse voluisti
 tuos. Pius II. gloriosissimæ memoriæ, quem magna parantem,
 pulchra molientem inuida mors oppressit, cum designatus esset
 Pontifex, oblati sunt ei ad spectaculum thesauri à Pontifice de-
 mortuo relictæ, quasi magnum quippiam, & visu pulcherrimum,
 ubi oculos depalceret; at diuinus ille vir videre noluit; auferte,
 hinc, inquit, citius enim expendemus, quam alij congesserint. O
 magnum Principem, & vita longiore dignissimum: pace tamen il-
 lius dixerim; non tu mihi videris inferior animi magnitudine, qui
 illum auri, gemmarumque fulgorem & ferre potuisti oculis, &
 contemnere animo; recensere pariter & negligere. Sed si mihi li-
 ceat inter tanti nominis Principes dirimere hanc litem, ille for-
 tasse cautior, qui noluit videre; tu certe animo celsior, qui tam po-
 tuisti spernere, quam cernere, si tamen illud spernere est, tam no-
 bile pretium rei omnium sanctissimæ, & in primis necessariæ ac-
 commodare. Pulchrum erat videre illum splendorem, sed te ma-
 gna meditantem longè speciosius: pulchrum audire laudantes, &
 pretium singulis stantes, sed longè pulchrius, quod animo ver-
 tabas, quantum scilicet in armatis, quantum inmunitiones, quan-
 tum terra, quantum mari parandum esset. Sed quid ego diuitius
 de thesauris istis loquor, cum in ora semper habeas, ne dum tua
 omnia, verum etiam te ipsum pro Republica Christiana deuouisse.
 Vide te quid possit exemplum. Cupiebant quidem antea frat-
 res tui, semperque cupierant; sed tunc incens sunt quasi legati
 tui, Duces tui, ad sui Imperatoris ardorem, & ipsi opes suas offer-
 re, omnia polliceri, ad victum vsque, ipsamque vitam, si necessitas
 eugeret. O te beatum, cui certatim fortuna, virtusque tua pro
 gloria tua contendunt: habes enim, quibus plura desiderare non
 possis. Germania nunc ardet belli gerendi studio; quid apud Ra-
 tionensem conuentum nuper decretum sit, intelligis: omnes ad
 arma conspirant: non potest Cæsar tantum dedecus ferre; sumere
 arma volunt, vicisci volunt vel communera, vel priuaram iniuria.
 Quid si auctoritatem adiunxeris tuam? utrunque gladium ambo
 strimeritis, & vehri coniuuctis signis hostem hunc persequamini.
 Hæc ab occasu: verte nunc oculos ad Orientem: vides ne trans
 Tauri iuga ab Caspijs usque littoribus moueantur vltimæ natio-
 nes in auxilium pijsimæ causæ: tuæ? Tanta est huius terribili ho-
 stis perfidia, tanta crudelitas, ut eum iam gentes omnes pro com-
 muni hoste habeant, qui sit totius humani generis crudelissimus
 inimicus. De Italia verò tua nil dicam amplius; iuncta tibi fœdere
 est; cum signum dederis, propositumque tuum certum omnibus
 feceris, non dubito quin habeant omnes & diuini honoris, & pro-
 prii periculi, & officij sui rationem. Quod si ista non moueant, ne
 illud quidem tot clarissimos Principes mouebit; veterem illam Ita-
 liæ bellorum, armorumque gloriam, barbaris illis nationibus im-
 peritare solitam, ad Asiaticam nescio quem Phrygem, aut Cap-
 padocem omnia diuini, & humani iuris expertem, sine fide, sine
 virtute, sine humanitate, tanto cum dedecore esse translata. Ec-
 ce iam Ferdinandus ipse Rex Christianissimus, fortissimusque
 ferre non potuit; in armis est; bellum hoc gloriosissimum sponte
 suscepit, fidei zelo, non iniuria commotus, idem ceteri facient, pa-
 tri ardore concurrent. Hactenus potuit vel suspicio, vel cupiditas
 dominari: nunc tua lux fugabit omnes tenebras; omnium princi-
 pum mentes clarissimo concordia lumine perfudisti. De nobis
 autem maxime Pater pulchrius est tacere, quam loqui; ne laudes
 nostras satis alieno tempore agere velle videar: loquentur fortassis
 omnia secula vapidissimos exercitus, potentissimas classes, quibus
 cum antea multis in bellis cum hoc hoste, tum verò hoc nouissi-
 mo, maximoque per octo & amplius annos opibus, corporibusque
 nostris rem Christianam ab hac truculentissima rabie, quoad po-
 tuimus, tutati sumus. Respice nunc quid velim: nam si vniuersam
 hanc belli molem ita per nos ipsi hactenus auxiliante nullo, ferre
 potuimus, ut vsque ad Eubœam amissam plures intulerimus ho-
 sticades, quam acceperimus: tu verò si hoc bellum ex celo, ut fa-
 cis animo susceperis, alios Principes moueris, vndique auxilia
 contraxeris, terra marique arma intuleris, à fronte, à tergo, à latere
 hostiam perculeris; dubitas ne, quin libertatis tandem ab hoc te-
 rram iugo Christianorum prouincijs, non tam deinceps de Eu-
 ropæ, quam de Asiæ, atque Affricæ possessione certetur? Quam-
 foriam tuam ut his oculis aliquando hauriam, libenter cum hac
 animula vel per ipsum sanguinem profundenda depacificar. Dixi
 de gratulatione beatissime Pater quæ dicenda erant, pauca quide
 pro magnitudine rerum dicendarum, pro temporis verò tui ratio-
 ne nimis fortasse multa. Reliquum est ut exoluamus, quod nobis
 propriè hac legatione ab illustrissimo Principe nostro, atque Se-
 nati est demandatum. Nam cum memoria repetunt, hanc sedem
 illam fuisse, quæ à primis nostræ religionis exordijs super solidis-
 sima petra fundata fuerit, non humano consilio, aut sapientia ali-
 quando delecta, sed ipsius Domini nostri Iesu Christi diuino ore

declarata; Apostolorum suorum Petri & Pauli sanguine conse-
 crata, in quam irruere quidem venti, turbineque possint, fidem
 verò loco mouere non possint. Cumque præterea legerint, quid
 Anacletus, Gelasius, Leo, Gregorius, Stephanus, Nicolaus, quid
 multa denique vniuersalia Concilia de huius sacrosanctæ Sedis
 auctoritate, excellètia, potestate & senserint, & decreuerint. Nunc
 te præterea videant huic gloriosissimæ sedi Antistitem delectum
 illis superioribus Pontificibus legitime successisse; ad te delatas
 esse Regni cœlestis Claves illas omnipotentes; tuæ denique fidei,
 tuæ diligentæ dilectissimam Christi sponsam totius Orbis Eccle-
 siam esse commissam. Cum hæc, inquam, omnia viderent, misere
 nos Legatos ex veteri primoque instituto, ut tuæ Beatitudini hu-
 milem, deuotamque obedientiam suo nomine deferamus; te pri-
 mum Pastorem, Summum Sacerdotem, Pontificem Maximum,
 Petri Successorem, Christi Vicarium, omni cultu venerationis, &
 reuerentiæ prosequamur. Nihil erit præterea illis antiquius, nihil
 iucundius, quam desiderijs tuis obsequi dignitatem, amplitudi-
 nemque tueri tuam. Nam si omnipotenti Deo, & non viribus no-
 stris, aut virtuti acceptum ferimus, quicquid priuatum vel terra,
 vel mari possidere contigit, Dominus enim vniuersorum ipse est;
 itemque alibi: Regnum in manu eius, & potestas, & imperium;
 quo tandem pacto satis in eum grati esse poterimus; si illi omnia
 aperta non erunt, quem suum in terris ductorem, suum Vicarium,
 cœlestis pariter, & terrena dignitate constituit? Hoc sensere ma-
 iores nostri; hoc ipsi à parentibus acceperunt, qui multa bella sus-
 ceperunt pro Ecclesiæ dignitate tuenda, maxima pericula adie-
 runt, opes absumplerunt, sanguinem profuderunt. Hoc nos ab il-
 lis cum lacte luximus, & ingenitæ nostræ pietatis nonnullum
 etiam argumentum, ut opinor edidimus. Tibi igitur ante pedes
 deponunt quicquid opibus valent, quicquid imperio terra mari-
 que pollent; ciuitates, oppida, insulæ, classes, exercitus, opes, tua
 sunt omnia; vtere ipsis; tac cum vis, periculum; reperies profectò
 nec ingratos in Deum, nec degeneres in patriam, nec in promisso
 fallaces; sed præsentis animo, constantique fide semper erunt re-
 atque opere, quam verbo, & oratione veriores.

His auditis Sixtus illico legationes quatuor, seu ex Papiensi quin-
 que ad Christianos Principes direxit, ut dictum est supra, quarum
 vnam illam scilicet ad Galliarum Regem Bessarionem Cardinali com-
 misit, qui à Ludouico Rege non est auditus, & ne Bessarionem non
 audiendo, maleuolo esse in Pontificem animo, aut defensionem fi-
 dei contra maiorum suorum consuetudinem negligere videretur
 Ludouicus, Legationem illico misit ad Sedem Apostolicam, cuius
 princeps exiit Theobaldus Lucemburgius Episcopus Cenoma-
 nensis, monachus ordinis Cisterciensis. Auditum eum fuisse in Se-
 natu Pontificis, & Cardinalium die octaua Iunij anni 1472. Papi-
 ensis, qui aderat scribit; sed quid attulerit, non aponit, nisi verba v-
 trinque à Pontifice & Episcopo nonnulla dicta, plena tamen mo-
 destiæ. Res verò, ex libro expeditionum Sixti, orant; nempe Conci-
 lium petijse Lugduni celebrandum, ad quod Principes Christiani
 conuenirent, ut de positis omnibus simultatibus auxiliâ communia
 religioni decernerentur. Rogasse Archiepiscopum Lugdunensem
 Carolum Borbonium regio sanguine ortum cœtui Cardinalium,
 annumerari; neminem Gallum inuito, vel inscio Rege eo honore
 affici; Ecclesijs Gallicanis non nisi viros Regi gratos præfici: mino-
 rum beneficiorum collationem Ordinarijs saltem alternis mensi-
 bus relinquere; taxas eorum vacantium ad præscriptum Concilij Cō-
 stantienfis reduci; causarum cognitionem in prima instantia ad Curiam
 non euocari; Clerum penè exhaustum ad sacram contributionem
 non cogi: Leges qualdam Sanctionem Pragmaticam concernentes,
 ad petitionem trium Ordinum Regni moderari, vel expli-
 cari. Ad quæ respondisse Pontifex dicitur, de Concilio intempeti-
 uum esse petitionem, quippe rem longissimi temporis, cum præ-
 sentes Turcici motus: præsens auxilium deposcerent: ceteros Prin-
 cipes operam suam aut iam exhibuisse, aut in prociuctu esse: ne igitur
 differret ipse in adeo sancto opere, nec decimas à Clericis regi-
 sui, & eleemosynas à fidelibus colligi prohiberet; benignitatis
 Apostolicæ testimonia in ceteris, quæ ex æquo postularer, experturus;
 quam & mox exhibuit Constitutione edita septimo Idus Augu-
 sti de beneficijs & gratijs, ac causis vertentibus & taxis benefi-
 ciorum, quæ extat inter Extrauagantes communes: quam tamen
 minimè effectum sortitam volunt, quod iuri communi, & Decretis
 Conciliorum Constantiensis, & Basileensis contraria esset; Archie-
 piscopus autem Lugdunensis quarto ab hinc anno Cardinalis crea-
 tus est, quinimò & factum esse anno 1472. Auenionensem Legatū
 ex epistolis ipsius Sixti intelligitur anno vero 1481. Oratores Gal-
 los iterum excepit Sixtus qui Romam venerant cum auro ad bel-
 lum Turcicum. in Diarijs hæc notata inuenio. die 8. Martij 1481.
 Oratores Galli Romam venerunt, & die 14. obtulerunt Pontifici
 in subsidium belli contra Turcas trecenta millia aurea. Quare
 cum per Regna, & Prouincias fere omnes misisset Sixtus, qui decimas
 in vsu belli sacri colligerent, in eos qui aliquid ex ipsidem
 subtraherent, anathema, & alias grauissimas penas tulit: eas verò
 Germani sicut & alij plerique dare recusarunt etiam appellationis
 obiectu parati occurrere. Thomæ item Archiepiscopo Cantuarien-
 si in Anglia Cardinali: S. Cyraci commisit, ut Robertum Episco-

Legationes in
 Pontificatus
 dirigunt
 ad Princi-
 pes. Ludouicus
 Galliarum
 Rex Oratores
 misit ad
 Sixtum.

Sixti re-
 sponsum
 ad Orato-
 res Gallos

Decimas
 in vsu
 belli sacri
 colligere
 studeat.
 Henricus
 Spondan
 in Annal.
 Ecclesiæ.

Diem di-
cit eis qui
contra Se-
dis Apo-
stolicæ in-
ta agunt.
Visitato-
res deligit
ad Mona-
stera Sici-
liæ.

Constitu-
tionem edit
de Conce-
ptione Vir-
ginis.
Officium
Concep-
tionis in-
stituit.
Cõtrouer-
siam de
stigmatib'
S. Cathari-
næ Senen-
sis fopire co-
natur.

Statuam
Concep-
tionis in-
stituit.
Hippol.
Marrac. in
Pont. Ma-
rianis.
Sacella e-
rigit in Vir-
ginis Con-
ceptionis
honorem.
In Florẽti-
nos arma
stringit.
Pazzorũ
& Mediceo-
rum Fam-
iliæ Flo-
rentinæ po-
tentes.

Sixtus pro
Pazzis co-
tra Mediceos.

Contra-
tio in Me-
dicos.

pum Bathoniensem vnâ cum complicibus, & fautoribus excom-
municatos publicè denunciaret, diemque ei diceret curam Ponti-
fice, eo quod Prosperum de Camonia Protonotarium, & Nuncium
Apostolicum ad exigenda debita Camera Apostolicæ in Angli-
coniecisset in carcerem. Præterea pro reformatione Monasteriorũ
Regni Sicilia nonnullos Visitatores destinauit, ac priuilegia Mo-
nasterij S. Saluatoris linguæ Phari extra muros Mellanæ ordinis
S. Basilij à Regibus concessa, & à Romanis Pontificibus confirma-
ta ipse pariter rata habuit, & confirmauit.

Ad pestilentie calamitatem aueruncandam, quæ Romam post
Tyberis inundationem affligebat, & cultum beatissimæ Virginis
solidius instituendum, ac propagandum, tertio Kalendas Martij
Constitutionem edidit, qua omnibus, qui immaculatæ Virginis
Conceptionem deuotè celebrarent, & Missæ, atque Officio eius à
Magistro Leonardo de Nogarolis Clerico Veronensi, & sedis A-
postolicæ Notario, seu, vt alij volunt à Busto disposito, & ab ipso
Sixto instituto interessent, aut Officium priuatum recitarent, ead-
dem impertijt Indulgentias, quæ ab Urbano IV. & alijs Pontifici-
bus concessa fuerant in Corporis Christi solemnitate. Post quæ
cum diuersorum Ordinum Euangelij præcones in sacris colloquijs
ac libris asserere non erubescerent, eos qui crederent B. Virginem
absque originalis peccati macula fuisse conceptam, mortaliter pec-
care, vel esse hæreticos, & qui Officium Conceptionis Virginis im-
maculatæ celebrarent, peccare grauiter, septimo post anno videli-
cet Christi 1483. aliam Constitutionem promulgauit, qua eius-
modi omnes Oratores, ac Scriptores, & assertores damnauit, & in
eisdem suis assertionibus perseverantes excommunicationi subie-
cit, sicut & illos, qui contrariam sententiam, quousque à Romana
Ecclesia decisa res esset, similiter peccati mortalis, aut hæresis accu-
sarent. Iussit insuper, vt Conceptionis festum, quod Ecclesia Ro-
mana celebrat in tota Ecclesia in laudem beatæ Virginis cum o-
ctaua celebraretur: Romæ in templo Vaticano sacellum extruxit
in Virginis immaculatæ honorem, vt dicemus infra. Alio Sauonæ
in S. Francisci claustro erecto magnificentissimo sacello religionẽ
suam in Virginem testatam voluit, bis millibus aureorum nũmorum
in eius ornamentum transmissis per Raphaëlem Ferrerum à Ro-
mana legatione reducere.

Alteram quoque de sacris stigmatibus B. Catharinæ Senensis
controuersiam inter Regulares Dominicanos, & Franciscanos ex-
ortam sopire conatus est Sixtus. Hæc Franciscani negabant, id pri-
uilegij soli S. Francisci datum fuisse asserentes; Dominicani etiam
Catharinæ communiatum defendebant: adeoque in hoc præua-
luerant Franciscani apud Pontificem Franciscanum, vt etiam cen-
suris veruisset imagines sanctæ cum stigmatibus pingi; vnde non-
parua in Dominicanos excitata fuit persecutio, donec Pontifex cẽ-
luris sublatis Franciscanos cohibuit. Hæc denique controuersia
rursus sub Clemente VIII. renouata, dum illa Cardinalibus Con-
gregationis Rituum examinanda ab eo commissa est, inter un iussit
contententes ab omni iurgio cessare.

Nec calamum tantum pro Conceptione Virginis, & pro stig-
matibus S. Francisci, sed arma in Florentinos impugnavit Sixtus.
Erant Florentiæ duæ familiæ ceteris longè potentiores, altera
Pazzorum, siue Pactionum, Mediceorum altera, quæ indutria
Colini sapientissimi cuius in tantam creuerat auctoritatem, vt non
solum Florentina Respublica ab eius nutu penderet, verum etiam
ingens eius esset per vniuersam Italiam consideratio. Filium Cos-
mum reliquit Petrum, qui licet non parenti æquandus, gratiam tam-
en in sua Respublica retinuit, nec diu superites duos reliquit fi-
lios Laurentium, & Iulianum, quorũ pariter hoc tempore arbitrio
Respublica adminaltrabatur. Iniecta, vt fit inter has familias æ-
mulatione, contigit Pazzam à Sixto Pontifice foueri in odiũ Me-
diceorum, quibus nonnullis de causis temporalem statum Ecclesiæ
Romanæ, & commoda nepotis sui Hieronymi Riarij spectantibus,
eorumque causa toti ciuitati insensus erat. Cum verò esset tunc
quoque Italia in duas partes diuisa, hinc Sixto vnâ cum Ferdinando
Neapolitano societate iuncto; illinc Venetis, Duce Mediolanẽ-
si, & Florentinis foedere colligatis, iniit Sixtus consilium Florẽti-
nos aggredi, qui & viciniore, & debiliores ceteris foederatis erant,
existimans sublatis fratribus Mediceis facillè se quod cupiebat ob-
tenturum. Pazzis rem vrgentibus consensit, vt conspiratio in fratru
necem fieret; ne verò tam atrox, ac scelestum consilium sanctis
auribus admisisse videretur, si tamen verè illum eius consilium cũ
plerisque auctoribus existimauerimus, quem multi excusant, illud
occultè tractandum, ac perficiendum Hieronymo Riario deman-
dauit, egitque cum Ferdinando Rege, vt Alphonsus eius filius cum
exercitu in Hetruriam mitteretur, specie quidem nonnulla oppida-
ditionis Ecclesiasticæ ab aliquibus Tyrannis recipiendi, spe verò,
vt sublatis, aut eiectis Mediceis Florentinorũ Respublica sui ipsius
arbitrio constitueretur.

Coniuratione igitur inita, in quam plures aut amore Pazzorum,
aut odio Mediceorum nomina dederunt, præter illos, quos ad nef-
as perpetrandum Hieronymus Roma immiserat, cum difficile vi-
deretur vtrunque fratrem vnâ repertos adoriri, quò commodius
id fieret, simul vt coniuurati tutius in vnum aliqua occasione con-
uenire possent, Raphaëlem Riarium Hieronymi sororis filium Pi-

sis per id temporis iuri Pontificio operam dantem, quem ad finem
anni 1477. Sixtus Diaconum Cardinalem S. Georgij renunciaue-
rat, placuit per causam visendæ vrbs Florentinæ, & relaxandi ani-
mi gratia Florentiam deduci, adolescentem coniuurationis penitus
ignarum, sed cuius obsequij causa & coniuurati sine suspitione coi-
rent, & fratres Medicei ad eum honorandum facile conuenirent.
Rebus igitur omnibus dispositis post læpius frustra & in occur-
sus, & in conuiuijs quæ sitam occasionem, demum in maiori Eccle-
sia S. Reparata, dum in præsentia Cardinalis sacro die Dominico
Missæ solemniter celebranda foret, constitutum est scelus ad cer-
tum verum Missæ committere. Commilium est ergo sexto Kalen-
das Maij, quo tamen solus Iulianus minor frater interfectus est:
Laurentius iugulo graui vulnere laucius in sacrarium confugit; æ-
ditus portas æreas, quæ Petrus Laurentij pater extruendas cura-
uerat, occludentibus. Cardinalis in tanto terrore ad aram confu-
giens, septus corona Sacerdotum, & Laurentij auctoritate vix ser-
uatus, sedato tumultu per ciuitatis Magistratum est domum re-
ductus, & in custodia aliquandiu detentus. Coniuurati plerique omnes
capti, debitis supplicijs affecti fuere; inter quos Franciscus Salua-
tus Archiepiscopus Pisanus, qui quasi re in templo confecta ad Pa-
latium publicum, vt conuenerat, illud occupaturus, & nisi Magi-
stratum suis fauentem rebus comperisset, eundem interfecturus
aduolauerat, cum intromissus clausis fortuito foribus, adeoque
plerisque suis aditu exclusus, turbata facie visus esset, ex suspitione
captus, re cognita suspensus est laqueo è fenestris vnâ cum nonnul-
lis alijs. Magna Pazzorum pars varijs mortibus, atque supplicijs
sublata, opes direptæ, cadauera tracta, populus nequicquam ab eis
ad recuperandam libertatem inuitatus, cum diuturno vsu ita deli-
nitus esset, vt libertatis pretium libertate carius, potiusque haberet
in studio, & obsequio Laurentij ita quieuit, vt etiam ei in post-
erum satellites ad corporis custodiam tributi sint. Iulianus solemn-
i pompa ad sepulturam delatus, vxorem non certam, nec propalam
legitimam prænantem reliquit, quæ posthumum peperit Clemen-
tem VII. Pontificem: ac factum est, vt cum ante huiusmodi coniu-
rationem Mediceorum potentia eo iam adducta esset, vt per se ipsa
nullo impellente concilura videretur, vnius hominis corde erecta,
ac stabilita fuerit. Tantum enim æris alieni confutatum fuisse, vt nul-
la alia oblata facultate eius dissoludum confugiendum ad publicam
pecuniam Laurentio fuerit, quod inuitis suis ciuibus non videbatur
facillè facturus. Iam autem non à volentibus modò, sed ab ijs etiam,
qui studio inter se, atque alacritate in eo persoluendo officio cer-
tarent, aut gratificandi, aut auertendi criminis occasionem quæ-
rentibus impetrant. Tragediam hanc descripsit Angelus Politia-
nus summæ doctrinæ vir, qui cunctos eius actus spectauit, pecu-
liari commentario; ex quo, & alijs varijs Auctoribus eandem Mi-
chaël Brutus in Historia Florentina copiosissimè est profecutus, ac
breuius alij, cum nemo ferè tanti facinoris non meminere.

Is autem à Sixto Pontifice auditus, vt pergunt Scriptores illius
æuis, quod ea via non potuerat, aperto bello allequi tentauit; ac pri-
mum Florentinos sacris interdixit tum ob alias iniurias olim sedi
Apostolicæ in rebellium ciuitatum defensione, & sacrorum viola-
tione illatas; tum quòd modò Pisanum Archiepiscopum indicia
causa vltimo supplicio affectissent, & Cardinalem caprium leui de
suspitione fecissent: Laurentium verò anathemate perculit, vt ho-
rum auctorem; satis tamen significans, si eum vrbe Florentini pel-
lerent, facillè ciuibus cum Pontifice conuenturum. At illi culpam in
ipsum Pontificem reijcientes, qui tantum scelus in sancta Ecclesia
dum Sacra peragerentur, per diuinæ rei administratos intentasset.
Tam auxilia Regis Francorum, Reipublicæ Venetæ, ac Ducis Me-
diolanensis implorant, quàm cœtu Antistitum Hetruscorum co-
cto, à Pontifice ad proximum totius Ecclesiæ Concilium prouoca-
uerunt, literisque, ac legationibus vniuersos Principes aduersus eũ
concitare studuerunt; atque interim suæ ditionis Sacerdotes ad ob-
eunda sua munia, & Sacra administranda adegerunt. At nihilomi-
nus ne grauius Pontificem irritarent, Cardinalem S. Gregorij, quæ
culpa proditiõis carere satis compertum habuerunt, Romam dim-
misere; quibus plurimum profuit terror à Ludouico Galliarum
Rege Pontifici illatus. Cum armis ille subuenire Florentinis non
valeret, conuentu Aureliæ instituto tam Ecclesiasticorum, quàm se-
cularium Procerum, & delegatorum Vniuersitatum de Pragmati-
cæ restitutione, & annatis abrogandis, etiam per legatos apud Six-
tum agere cepit de sacris ciuitatis Florentinæ restituendis; & con-
spirationibus puniendis, vel de Concilij generalis conuocatione,
cum mandatis de faciendâ protestatione ni Pontifex annuere-
t, conuocaturum sese cum alijs Principibus Concilium ad remedia
malis quæreda, quibus Ecclesia afflictabatur; cunctosque in Roma-
na Curia existentes, qui beneficia Ecclesiastica in Gallia haberent,
ad ea reuocauit, ni priuari studiis vellent. Sed Aureliæ nihil præ-
terea in eo conuentu actum est, quàm quod aliquæ disputationes
habita sunt de restitutione Pragmaticæ, & de pecunijs haud am-
plius Romam exportandis; nec vlla facta est earum rerum, aut alia-
rum definitio; sed tota res ad alium conuentum Lugduni celebran-
dum remissa, qui tamen nec habitus est, nec quid aliud de his à Re-
ge decretum. Quod videlicet, vt putatur, non tam hæc sentio ageret,
quam vt scrupulum Pontifici moneret in gratiam Florentinorum,

Coniurati
damaant.

Medicei
Florentinæ
stabiliti.

Florentini
sacris in-
terdicti.

Ludouic-
Rex Gal-
liæ pro Flo-
rentinis.
Conuenus
Auzianus
sit.

edita quoque ad hoc Constitutione die decima sexta Augusti anni 1478, qua grauerit questus de Pontificis in Florentinos exacerbatione, cum grandi Ecclesie scandalo, nec non de pecuniarum ex beneficijs colligi solitis in eiusmodi bella effusione; seuerè prohibuit, ne quis Romam pro beneficijs quocunque modo impetrandis ire praelumeret, nec pecunias eidem mittere aut deferre; & legationem Romam destinauit. De hac legatione ad Pontificem destinata, est epistola Cardinalis Papiensis ad ipsum Pontificem scripta, decimo sexto Iulij anni 1478. ex quodam recessu, ubi tunc agebatur, qua res tota superius enarrata declaratur.

Sixtus benignissime Oratores Gallorum auscultauit, atque in hac sententiam mansuetè respondit: Si Rex Christianissimus, & qui, ac iusti amantissimus, atque libertatis Ecclesiasticae, & totius Religionis orthodoxae obseruantissimus ut audiuit Laurentij Medicei querelas, alique pariter pro parte Pontificis audiuisset, nunquam eiusmodi legationem misisset. Quod fecit Pontifex, de consensu, & consilio Senatus Cardinalium post grauem consultationem fecit: nec consueuerunt Christianissimi Reges facile se committere iudicio Dei, & poenis, quas lex diuina, resistitibus iudicio summi Sacerdotis infligit. Quin potius Carolum Magnum, à cuius sanguine deriuantur, imitentur; cuius hac fuit sententia, ut in memoriam B. Petri Apostoli honoretur S. R. Ecclesia, & Apostolica sedes, ut quae Sacerdotalis mater est dignitatis, sic etiam Ecclesiasticae magistra rationis; ac propterea seruandam esse cum omni mansuetudine humilitatem, & licet vix ferendum ab illa sancta Sede imponatur iugum, tamen ferendum esse, ac pia deuotione tolerandum. Licet autem Pontifex iuxta Decreta Patrum de iudicijs suis nulli teneatur exhibere rationem, nihilominus de singulis Regi per nuncium ad eum missum, eiusque Oratoribus proprio ore rationem reddere, ac facturum diligentius cum primùm ad urbem redisset: erat enim tunc propter pestem Romae grassantem in oppido Bracciani. Quod enim illi excusarent, de iustitiae causa agere sibi non esse à Rege commissum; sed tantum ut censura tollerentur, ama deponerentur, alioquin petere hac & illa, hoc nihil aliud esse quam dicere, quae bene ante facta essent, ac maturo consilio digesta, sine causa reuocanda esse. Ad petitionem autem Concilij generalis respondit, si facilis eius conuocatio esset, nihil sibi conducibilis in praesenti causa esse. Non enim in ijs Reges, ac Principes seculares praesidere debere, sed Romanum Pontificem, & quorum est ijs interesse, Antistes, & Sacerdotes, neminem eorum non dicitur, libertatem Ecclesiasticam conferuandam esse, & ius fori, quod nec ipse Romanus Pontifex tollere Sacerdotibus potest, illibatum permanere, quod Laurentius Mediceus violauit, cum Archiepiscopum non legitime damnatum, non rite degradatum turpissima morte sustulit. Opportunissimum igitur futurum Pontifici, si Concilium ad hac congregari posset; verum indigere multo tempore; quoniam consulendus esset Imperator, & alij Reges Christiani; vocandique ex vniuerso Orbe Praelati. Cum & alioqui non ad Regum libitum Concilia conuocanda sint, sed solius sit Romani Pontificis de necessitate Concilij iudicare, quae nullo modo videretur satis conueniens. Quod verò repetitionem Pragmaticae Rex quaereret, mirum valde videri; agi enim de eius honore & conscientia: si enim iusta erat, cur eam olim tanta solemnitate abrogasset? si iniusta quomodo posset repetere. Vocacionem autem Praelatorum ad iudicandum de vitijs & Ecclesiasticis rebus, Regum non esse. Quod denique illos, qui in Curia essent, reuocare Rex veller, hoc quaerere, esse à Sede Apostolica alienari. Quae quidem omnia si Rex ferè perpendisset, crederet certò haud ipsum Oratoribus suis quae attulerant, commissurum fuisse, sed potius iusturum, ut Laurentium ad poenitentiam, & reatus agnitionem inducerent. Cum etiam lata in eum sententia iniusta forent, teneretur tamen illas obseruare, & humilem satisfactionem spondere; quod si fecerit, reliqua composita facile fore. Hac fuit responsio Pontificis ad postulata Regis; quam tamen Oratores non suscipientes, Pontifici Concilium in Gallia intimasse, ac Pragmaticam obseruare velle declarasse, & Praelatos reuocasse; idemque eorum exemplo per suos Oratores, Venetos, Mediolanenses, & Florentinos fecisse, intelligitur ex Comonitorio à Sixto Pontifice Nuncijs suis ad Fridericum Imperatorem in Germaniam missis, tradito, quo rem declarauit, ipsumque Imperatorem rogauit ad Ludouicum Regem scribere, ut ab his conatibus cessaret. Quorum curam suscipiente Imperatore, id demum factum est, ut conuenientibus Florentiam Legatis ab Imperatore, Regibus Galliae, & Hungariae ac foederis Italici Principibus ad rationem inueniendam tollendarum controuersiarum, & pacis firmandae, miserint Florentini Oratores ad Pontificem. Verum pacis conditionibus ab eo propositis non acquiescentes, adhuc bellum aliquandiu sustinuerunt, donec petens Laurentius Neapolim, Ferdinandum ad pacem induxit, cui & deinde Pontifex certis conditionibus consensit.

Altera eodem anno eiusdem generis fuit in Germania dissensio ob captiuitatem Ruperti Archiepiscopi Coloniaensis, quem Henricus Hassiae Landgrauus in vincula coniecit: pro cuius liberatione fuit Pontifici, defudandum, mittendaeque legationes. Extat enim Comonitorium Episcopi Forolimensis, & Aleriensis ab eo datum decimo octauo Aprilis anni 1478. quo praescribit eis quae ta

A) apud Imperatorem, quam apud Landgrauum, & alios Principes ea in causa agere deberent: prohibens tamen ne quinquam ad arma propterea capienda commouerent, sed tantum de omnibus ipsum Pontificem certiorer redderent, eiusque responsum expectarent. Parum autem profecisse operam Pontificis ex Krantzio, ac Trithemio intelligitur, dum de captiuitate Archiepiscopi agentes, eam, inde contigisse tradunt, quod Rupertus antiquo odio cum Capitulo Ecclesiae suae decertans, cuius occasione scimus Carolum Burgundum Nussiam olim obledisse, conuentionibus ibidem Nussiae pactis stare reculare: ac propterea dum clam in Vestphalia fugere tentaret, captum esse Capituli suauis, ne iterum Ecclesiam suam maioribus implicaret laboribus. Biennio verò arcta custodia detentum miseram mortem obiisse, suffectumque ei esse Hermannum Henrici Landgrauij fratrem, qui Nussiam aduersus potentiam Caroli viriliter propugnauerat; ac longo tempore magna probitate, mansuetudine, ac prudenti consilio Ecclesiam rexisset.

B) Alia in eadem Germania curans Sixtus, cum non parua intercederent inter nonnullos Praelatos, ac Rectores Ecclesiarum, & religiosos Mendicantes circa obligationem plebis ad Missas in Ecclesijs suis Parochialibus audiendas, & confessiones sacramentales proprijs suis Sacerdotibus faciendas, sepulturas fidelium, & praedicationes controuersae; eas Pontifex quatuor Cardinalibus commisit, qui eas examinent, ac pacem inter partes tractarent. Cum illi praestitissent, confirmauit eorum Decretum Pontifex Constitutione edita decimo quinto Kalendas Iulij anno 1478. quae extat. Illud etiam hoc ipso anno à Sixto constitutum; ut quod per facultates absoluedi à grauioribus delictis concessas multis tam secularibus quam Regularibus personis, Clauium auctoritas deduceretur in contemptum, & populi ad peccandum procliuiores reddebatur illas omnes reuocando statuerit. Patrium Grahnam S. Andree in Scotia Archiepiscopum damnauit, atque omni dignitate, & ordinibus Ecclesiasticis deiecit: Episcopi inuere priuauit, ac tanquam Simoniacum, Schismaticum & Haereticum in perpetuum carcerem coniecit. Damnauit etiam Petri Oxoniensis errores, quos ille publice in Ecclesia Complutensi S. Francisco sacra retractauit.

C) Ad augendum verò Sanctorum cultum multas veteribus solemnitates adiunxit, ut Conceptionis, de qua supra, Oblationis, seu Presentationis beatissimae Virginis, & sanctorum Annae, Iosephi, & Francisci, quas in Ecclesia celebrari iussit. Festo omnium Sanctorum Octauam addidit: natalitia quatuor Ecclesiarum Doctorum voluit festiue coli, sed morte praeventus Diploma, quo hoc praecipere cogitabat, non publicauit: Festum nostrae Dominae de Pietate, Missa seu Liturgia à se consecuta adornauit; & approbauit antiquum ritum recitandi Psalterium B. Virginis, illudque orantibus Indulgentias elargitus est. Ad exprimendum suum in Virginem affectum praeter templum Romae Virgini excitata, in Basilica Liberiana à laeua Ara maxinae Organum concinnauit, quod postea Clemens VIII. instaurauit. Celebrem annum 1475. reddidit magna illa seculari venia peccatorum, seu solemnissimo omnium Indulgentiarum Iubilaeo, quem ad annum quatuordecimum quinquagesimum reuocauit. Inter reliquos, qui magno numero in urbem confluxerunt ad Iubileum, fuisse Ferdinandus Rex Neapolitanus; Catharina Regina Bosniae; & Regina Daciae vxor Christiani Regis. Excepti etiam benignissime Andream Paleologum Moreae Despotum; Leonardum Toccum Despotum Albaniae; Carlottam Reginam Cyprae & Hierusalem; quos omnium e Regnis eiectos, egestatem suis sumptibus sustentauit.

D) Anno verò 1482. licet bellorum tumultibus distractus, haud cessauit Ecclesiastica tractare: nam Dominica in Albis, quae eo anno in decimum octauum Kalendas Maij incidit; B. Bonauerura, magnum illud ordinis Seraphici, Senatus Cardinalium, ac totius Ecclesiae Catholicae lumen, doctrina, & miraculis clarissimum, ductis & octo iam ante annis in Concilio Lugdunensi sub Gregorio Papa X. ex hac luce substractum in sanctorum Confessorum catalogum solemniter ritu, ut dictum est supra retulit: cuius extat, ea de re Constitutio. Coelestes quoque honores decreuit Ioanni Bono, viro ordinis Eremitarum S. Augustini, sanctitate elaro.

E) Cum autem Ferdinandus Hispaniae Rex bellum, Granatense dictum contra Mauros instituisset, à Sixto Romano Pontifice impetravit, ut centum aureorum millia Sacerdotijs Hispaniae impenderentur, data insuper per ipsum Romanum Pontificem peccatorum venia Cruciatum nomine ijs qui aut voluntarij arma sumerent, aut certam stipem ad bellum illud conferrent, idque tertio anno repetitum, neque intermissum consequenti tempore.

F) Aedificia, quae Romae Sixtus excitauit, tot sunt, ut ex solis lapidibus, quibus eius nomen & insignia ad singula aedificia insculpta visuntur, ingens palatium confici posse putemus. Diui Petri in Vaticano Basilicam ante repurgatam marmoreis & vitreis fenestris templo accommodatis, dilucidiosem reddidit, & quinam sinistro latere minantem, additis lateritijs repagulis confirmauit. In eadem Ecclesia sacellum erexit, quod Sixti dicebatur. extat adhuc B. Petri Apostoli effigies cum his notis

IMAGO B. PETRI EX RVINIS SACELLI XYSTI IV. Eiusdem sacelli meminit ipse Sixtus in diplomate scripto Kalendas Ianuarij anni 1479. his verbis *Archidiaconus vero gerat omni-*

modam

Legatio Gallica ad Pontificem.

Sixti responsio ad Oratores Gallos.

Dissensio in Germania excitata extinguitur.

Reuocat facultatem absoluedi nonnullis datam. Patrium Archiepiscopi S. Andree damnat. Petri Oxoniensis errores damnat. Solemnitates plures instituit.

Psalterium B. Virginis approbat. Basil. Librianam organum. Paul. de Angel. de Basil. Librianam. Iubileum celebrat. Viri insignes qui ad Urbem accesserunt tempore Iubilaei.

B. Bonauerura in sanctorum numerum refert. Ioannem item Bonum. Oedericus Raynald. in Ann. Eccles. Bello contra Mauros fauet.

Pax cum Florentina stabili. Ruperti Archiepiscopi Coloniaensis in carcerem coniecit. Pontifex Romanus Rupertum defendit.

modam curant capella Nostra, quam nuper in prefata Basil. ab ipfis fundamentis sub invocacione beate Mariae virginis, S. Francisci, & S. Antonij de Padua, cum magno siquidem sumptu, insignique opere, & ornamentis condecensibus, prout omnibus insuentibus patet, frigidificimus. In Diarijs vero legimus: Die 7. Decembris anno 1481. Pontifex Sixtus scilicet IV. descendit in Basilica S. Petri, & interfuit Vesperis in sacello Conceptionis cum Cardd. die 8. Papa cum Cardd. interfuit Missa solemnem ibidem, celebrante Mis. Jam Gulielmo Rocha Archiepiscopo Salernitano, qui fuit tanta auctoritatis apud Papam, ut subscriberet chyrographa, vice Papae, ac supplicationis.

Diui Petri Cathedram adornavit. ex Volaterrani Diarijs habemus. Dis 22. Febr. Pontifex Sixtus videlicet IV. visitavit Basilicam S. Petri, & obtulit sacario Basilicae aureum pannum ad operiendam Cathedram Apost. Petri, qua in eodem cum summa veneratione servatur, ac se praesente, iussit illam operiri eo mueres, & taliter ornatum in locum suum deferri mandavit a maioribus templi Sacerdotibus incensis cereis precedentibus, cantantes quoque nonnullis ad caeremonias precedentibus.

Ciborium ibidem construxit, duodecim S.S. Apostolorum simulacris ornatum, quae simulacra sunt in Vaticano cum lemmitate.

IMAGINES ISTAE MARMOREAE SS. XII. APOSTOLORVM ERANT AD ORNATVM CIBORII QVOD XYSTVS IV. PONT. MAX. SVpra ALTARE SACROSANCT. B. PETRI MAGNIFICE CONSTITVERAT.

Eiusdem Ciborij reliquae nonnullae ibidem seruantur cum his notis.

ORNAMENTA XYSTI PAPAE IV. AD ALTARE B. PETRI EXISTENTIA.

Prioris, antiquissimae eiusdem Basilicae dignitatem supressit, erectis nouis, videlicet Decani, Archidiaconi, & Altaristae. vt constat ex Diplomate dato Kal. Ianuarij anno 1479.

Basilicam quoque Constantinianam repurgat, & in augustiorem formam redactae latera, & pavimentum stravit: Turrim Campanariam vetustate collabentem restituit: supra porticum ad pectus & laetam duas Turres in pyramidis formam excitavit, & palatium proximum ruinofum restauravit. Huic quoque Lateranensi Basilicae dono dedit Abbatiam S. Mariae de Gloria, ad quam in Regno Siciliae pertinebant Terrae Balneariae, Solani, & Seminariae, quas ei addixerat Rogerius Siciliae & Calabriae Comes, eiusdem Abbatiae fundator. Confirmavit insuper donationem Ludouici XI. Christianissimi Regis, qui pro sua erga S. Ioannem Apostolum, & Euangelistam insigni pietate, cui sanitatem aliquoties recuperatam, & pacem, ac tranquillitatem Regni, prolem, & successionem Regni acceptam referebat, donauit Ecclesiae Lateranensi annuum redditum perpetuum quatuor millium librarum Turonensium soluendum, per Siniscalcum suum ex pedaggijs prouinciae Petragoricensis vulgo de Perigori. Plures per Urbem lacras aedes vetustate fere collapsas, sua impensa refecit, in his sanctorum XII. Apostolorum abside, S. Petri ad Vincula, S. Susanna, S. Vitalis, S.S. Nerei & Achillei, S. Balbinae, S.S. Quirici & Iulitae, quam Ecclesiam in Cardinalium titulum erexit: S. Viti in Macello, S. Saluatoris Transtiberim, S. Ioannis de Malua; vt etiam S. Nicolai inter imagines, Ecclesias, vt ex eius insignibus, & elogijs, quae inferius describemus, liquet.

Urbis insuper vias a caeno vindicasse, vicorum Magistris, ac Curatoribus a se institutis supra scripsit Ciaconius: erroris tamen ille facile arguitur, dum institutorem Curatorum Viarum, aedificiorumque publicorum, & priuatorum Sixtum praedicat: nam Magistratus hic a Martino huius nominis Quinto erectus, fundatus, ac cum regia facultate iuxta antiquam iurisdictionem restitutus, & ordinatus existit, vt suis literis an. 1424. scriptis Martinus ipse testatur.

At ne his tantummodo operibus nomen suum posteris celebre Sixtum reddere voluisse existimemus, praeter Constitutiones quam plurimas, ac cetera, quae supra enumerauit Ciaconius, scripsit Sixtus De potentia Dei commentaria, quae extabant m. s. s. Pisauri in Bibliotheca ferentis. Ducis: hoc tamen opus idem esse cum illo quod edidit contra errores cuiusdam Bononiensis nonnulli affirmant.

De Conceptione Virginis librum vnum. Epistolarum volumen, quarum tres supra quadraginta rescriptis in Annalibus Minorum Fr. Lucas Vuaddingus.

In Bibliotheca Sfortiana inuenitur tette Ludouico Iacobo a S. Carolo Tractatus m. s. iuris congrui super literis Apostolicis Sixti IV. de aedificijs ad decorem Urbis construendis. Reperiebatur etiam ex eodem Pisauri in Bibliotheca Ducis, Sixti Papae Exhortatio contra Turcas.

Orationem in laudem beatissimae Virginis composuit, quam deuote recitantibus vndecim millia annorum Indulgentiam concessit: hanc ex horis antiquis Parisiensibus Ioannes Baptista Grimaldus in Manuali Mariano, & Hippolytus Marraccius in Pontificibus Marianis rescripsere.

Edidit etiam formam Confessionalem. In Caeremoniali Romano lib. 1. cap 4. legitur. Ordo seruandus in Benedictione, & Inuestitura noui almae Urbis Praefecti, a Sixto IV. institutus.

Ad Sixtum IV. extat Cardinalis Papiensis epistola, in qua fatetur Pium I. L. Sixti ante Pontificatum ingenio multum tribuisse, & de summa eius doctrina praedicasse.

Franciscus Philephus Orationes plures ad Sixtum I. V. habuit. Cum a pluribus laudatus fuerit, tum etiam egregie de doctrina, & moribus a Theodoro Gaza Thessalonicensi, viro in vtraque lingua doctissimo, praefatione in libros Aristotelis de Animalibus, quos ei obtulit. Sed vt non solent ferè eiusmodi dedicationes operum nisi ad proprium commodum fieri, nec laudes, quae eidem inferuntur, adeo solidae existimantur, nisi in ipsa hominum vita & conuersatione fundamentum nanciscantur, petijset a Theodoro Sixti fama, nisi firma, ac certa aliunde testimonia liberalitatis, & literarum amoris habuisset. Dicitur enim cum praecelas suas lucubrationes in membranarum accuratè percriptas Sixto detulisset, nec pecunia, vel ipsius librarij praemio digna redderentur, ducentos tantum ducatos datos voluit, numos omnes praeter indignatione proiecit in Tyberim, subdito, effugere hinc lubet, postquam optime segetes in olfactu praepinguibus asinis sordescunt. Si vbertum satisfecisset Sixtus, generosissimus fuisset equus Theodoro, vel potius aquila superuolans in caelis; quia verò non satisfacit ad libitum, inter afinos rudere iustus est.

Sub finem Pontificatus Sixti Albassionis Rhodiiorum Magister dono accepit a Baiazete Turcarum Imperatore, cum foedus inter eos pactum fuisset, sacram manum dexteram S. Io: Baptistae miraculis insignibus probatissimam, olim Constantinopolim Antiochia delatam, & magna veneratione conseruatam; quam Magister pluribus testimonijs illam ipsam esse comprobata, ingenti honore, ac pompa suscepit, & ferculo aureo gemmis ornato inclusit, vt videre est apud Religionis Hospitalariorum Auctores.

Erga Saonam patriam maximè se pium ostendit Sixtus non in priuata tantum sorte, sed etiam in suprema conditione inter mortales. Montem ibi Pietatis pro subuentione pauperum in Hebraeorum domicilijs erexit, edito Diplomate anno 1478. quare in aula ad quam ministri montis conueniunt, hi versus leguntur.

*Impia quam coluit proles Iudaica sedem
Hanc SIXTVS QVARTVS iussit inesse piam.
Fanus in hac dudum Cives sordet ab egenos
Quos pietatis opus nunc sumas are pio
Oltuaginta simul centum quoties adice millo
Annos, quo PIETAS tempore structa fuit.*

Templum primarium dirutum, cum a Gennensium Republica arx condita, Sixtus primo, mox Iulius II. cum Episcopi aedibus ibidem construxit, adhuc vtriusque insignibus, atque his inscriptionibus ornatum extare scripsit Nicolaus Roccius in m. s. Sixti Vita.

SIXTVS IV. PONT. MAX. SAONEN. ANN. MCDLXXI. IVLIVS II. PONTIF. MAX. SAONEN. MDIIL.

Et in Odzo Templi maximi

*Sixtus hic è caelis bis septem ianitor annis
Dona Deum Genitrix tanta Saona tulit.
Consuluit Patria venturis prouidus augur
Hos donans Cives cultusne Cardineo.*

Ad opus insuper nauticum magnam vim aluminis dono submit, Rosa quoque aurea solemnè ritu initiata anno 1478. per Henricum a Ruere necessarium suum honestatam voluit patriam. Erga parentes verò Leonardum a Ruere, & Luchinam Monleona prodidit etiam Sixtus pietatem suam, structo in noua Ecclesia Cathedrali Saonenfi Sacello magnificentissimo, in quo marmoreum sepulchrum condendis vtriusque oisibus constituit, vt hoc lemma ibi appositum testatur.

IUNCTA LEONARDO CONIVX LVCHINA QUIESCIT; FILIVS HÆC SIXTVS PAPA SEPVLCHRA DEDIT.

Quod vnum pie demortuis parentibus donari a filio potuit, hoc donauit, conditorium è marmore, monumentum gratitudinis, & obleruantiae nullis officijs explendae ultra debitam mensuram.

In Taurinensi vrbe, quam vti alteram patriam quoque vicè dilexit, Collegium erexit, & annuis redditibus ditauit ad viginti quatuor adolecentes operam tam diuino quam humano Iuri sedulo dantes sustentandos: Extant apud Anastasium Germonium ipsius Sixti hac de re datae ad Magistratum Taurinensem literae, & sunt tales.

Dilectis Filijs Sindicis & Communis Civitatis Taurini

SIXTVS PAPA IV.

DILECTI Filij salutem & Apostolicam benedictionem. Tandem inter ceteras Nostras curas cogitamus in Civitate ista Taurinensi, ex qua Nos, & Nostra de Ruere vetustissima familia originem ducimus, aliquod monumentum relinquere, quo & Nostra in illam praecipuus amor eluceat, & eiusdem Urbis, totiusque vicinia ornamento pariter, & vtilitati consulatur; & multa Nobis obliuiscibus animo, nihil accommodatius huic Nostrò desiderio occurrat, quam in ea Collegium Scholarum erigere. Quare cum statuerimus Collegium huiusmodi illis construere, & fundare, in quo vi-

Cesar Ratione de Basil. Lateranen.

Confirmat donatione facta Basilicae Lateranensi a Ludouico Gallianum Rege.

Viarum Magistratus instituti a Martino V. non autem a Sixto IV.

Scripta.

Commentaturus a Papiensi.

Theodoro Gaza olim Simi ebo mialter po Rea decur.

Dextera S. Io: Baptistae. do no data Magistro Rhodiore Equitum.

Sixti amor in Papi.

Amoris parentis.

Collegij erigit in vrbe Taurinensi.

Sixti litterae ad Magistratum Taurinensem.

genti quatuor studentes tam Iuri diuino, quam humano commo-
uari possint; Nosramque intentionem super hac re dilecto filio Ab-
bati Casenoua operuerimus hortamur denationem vestram in Do-
mino, ut Abbas ipse super hoc fidem in dubiam adhibere, & fauo-
res opportunos impendere velit, ut huic pio Nostro desiderio me-
lius satisfiat, quod Nobis erit gratissimum. Dat. Roma apud san-
ctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIII. Maris Anno
M. CCCC. LXXII. Pontificatus Nostri Anno XI.

S. Petri in
Monte au-
reio Cae-
strum Mi-
norib' co-
edit.
Carol. Car-
thar. in a-
Syll. Adu-
Constito-
Aduocato-
rum Con-
sistoriali-
iura con-
stituit.
Catholice
Ecclesie Ca-
thedralis
nomina
Catholice
cum agno-
scentia Regi-
um Hispa-
niam co-
firmat.
Alfium
pergi, &
Francisci
corpus ve-
nerant.
Luc. Vrad-
disquis in
Anat. M.
nomina.

Romæ Monasterium S. Petri in Monte aureo fratribus Mino-
ribus vltro concessit, vt ex literis hac de re scriptis 14. Kalendas Iu-
lij anno 1472. constat. Collegij Aduocatorum Consistorialium iura
de laeura in vtroque Iure tradenda firmavit Diplomate edito
14. Kalendas Octobris anno Dominice Incarnationis 1483. Ca-
lalem Ecclesiam Cathedralis titulo insigniuit, ei que pro Diocæ-
si sexaginta Castella à veteri iurisdictione Astensi, ac Vercellenfi
diuulsa cum nouo pastore attribuit: extat huiusce erectionis Diplo-
ma scriptum 14. Kalendas Maii anno 1474. Ferdinando & Isabel-
la Hispaniar Regibus propter expugnatos Mauros Granatenfes,
expulsos Iudæos; introductum sacrum Inquisitionis officium, Ca-
tholicorum nomen ad indicandam fidei puritatem, & zelum attri-
buit, vel potius confirmauit.

In minoribus constitutus Sixtus semper concupiuit sanctissimū
Francisci corpus inueneri, sed non licuit; Romanus deinde renun-
ciatus Pontifex, sua fretus auctoritate statuit anno nostræ salutis
1476. Alfium pergere, & plenè votis potiri. Abijt itaque sub mē-
sem Iulij, ac proracta aliqua mora Spoleti, & Fulginei, interfuit
numerolissimo cœtui ex vniuersa Europa ad Indulgentiam Por-
tuncula diebus primo, & secundo Augusti confluenti. Secreto
deinde habito colloquio cum Ministro generali, sub altum noctis
silentium descendit per occultos recessus ad subterraneam Ec-
clesiam, in qua virum sanctissimum stantem in pedes erectum, re-
uerenter, & cum lacrymis veneratus est. Duos tantum adhibuit co-
mites, Ioannem Arcimboldum Cardinalem Archiepiscopum Me-
diolanensem, & Andream de Nursia Præfectum vigilum, seu Ca-
pitaneum excubiaturum, qui facem Pontifici præferbat. Hi omnes
lacta vulnera viderant, palparunt, & osculati sunt: Pontifex pro-
prijs manibus ex capitis cincinno capillos abscidit; quos in lumina
semper habuit veneratione.

Plura extant Romæ huiusce Pontificis monumenta. Ad pontem
laniculensem iam diu disiectum, quem ruptum meritò ciues appel-
labant, publicæ commoditati, & decori à fundamentis magna cura
& impensa ex Tiburtino lapide retitutum, eiusque de nomine Six-
tum vocatum, hæc leguntur inscriptiones in tabulis marmoreis.

M CCCC LXXV

*Qui transis XISTI Quarti beneficio
Deum roga ut Pontificem optimum maximum
Diu nobis saluet ac sospitet
Bene vale quis quis es ubi hæc precatus
Fueris*

XISTVS IIII. PONT. MAX.

*Ad utilitatem P. Ro. Peregrineque multitudinis
Ad Iubileum venure Pontem
Hunc quem merito ruptum vocabant
A fundamentis magna sura & impensa restituit
XISTVM QVE suo de nomine appellari
Voluit*

Ipsemet primum lapidem iecit; in quo, vti etiam in nummis matibus
hæc erant verba.

SIXTVS IV. PONT. MAX.

FERI FECIT SVB ANNO M. CCCC. LXXIII.

Bibliothecam Vaticanam ornauit, vt dictum est supra, eamque
innumeris libris ditauit, vt scriptum reliquit Ariostus in Satyris.

*Di Libri antichi anto li puoi proporre
Il numer grande che per publico vso
SISTO da tutto il mondo se raccorre.*

Hadriani molem restaurauit, vt eius insignia, & nomen hoc mo-
do expressum, SIXTVS PP. IV. indicant.

Ab Hadriani mole ad Vaticanum est via, Sixtina dicta, quam
construxit Sixtus, vt lequentes versus in eadem via appositi palam
faciunt.

SIXTI IV. PONT. MAX. IVSSV OPT. AC PIISS

*Quam bene Sixtina hæc, qua præter fluminis undas
Auctoris meruit nomen habere, suo.
Hæc Maria qua Templo dedit viam ante relicto
Fecit ut Petri Sedibus esset iter.
Sixte tuum munus iam nunc Sixtina vocari
Roma potes, minus est condere quam colere.*

Ciacon. Vit. Pontiff. & Cardd. Tom. III.

A In basi equestris Statuæ ante S. Ioannis Lateranenſe Templum
olim erectæ.

SIXTVS IIII. PONT. MAX.
EQVVM HVNC ÆNEVM VETVSTATE QVASSATVM
ETIAM COLLABENTEM CVM SESSORE RESTITVIT

Supra portam S. Ioannis de Malua.

SIXTVS IV. ANNO IVBILEI M CCCC LXXV.

In Ecclesia S. Saluatoris, quam, vt diximus, restaurauit

SIXTVS IIII. A FVNDAMENTIS
RESTAVRAVIT ANNO IOBILEI
M CCCC LXXV.

In arce Capitolina ad Statuam duorum Iuuenum legitur.

SIXTVS IV. PONT. MAX.

*Qb immensam benignitatem aeneas insignes Statuas prisca
excellentiæ, virtutisque monumentum Populo Romano, unde
extorta fuere, restituendas, condonandasque censuit. Latino
de Præſ. Card. Camerario admistrante, & Ioanne Alber-
no, Philippo Palofcio, Nicolao Pinciarono Vrbiſ Conſerna-
toribus procurantibus.*

Anno salutis nostræ M CCCC LXXI. Kal. Ian. XIX.

Sub insignijs eiusdem Sixti.

*Exge Caput Mundi olim alter Patriarcha Minorum
Ecclesie Cardo sancte Franciscæ deinde
Quem genuit Saonia parens, quemque incluta Virtus
Sustulit ad Cœlum, atque excelsa Sede locauit.
Papa sed & fato SIXTVS nunc ordine QVARTVS
Religionis bonos, fides basis, arca Sophia
Tu super in terris, & gloria magna Minorum,
Sidera te summum lumen venerantur, adorant.*

Ecclesias beatæ virginis Mariæ in Vrbe dicatas, quarum vni de
Populo, alteri de Consolatione est agnomen insignibus donis, mul-
tiſque priuilegijs, ac gratijs affectit.

In Templo Pacis Virgini Matri sacro.

TEMPLVM PACIS VIRGINI DICATVM PER
SIXTVM PAPAM IV.

Ecclesiam S. Viti & Modesti instaurauit, adhuc eius insignia
ad ianuam eiusdem Ecclesie visuntur cum his notis.

SIXTVS IIII. PONT. MAX. FVNDAVIT M. CCCC. LXXI.

Sacellum S. Margarete sacrum apud Templū S. Crucis in Hie-
rusalem erexit, vt patet his verbis in eiusdem sacelli fronte scriptis.

SIXTVS IIII. FVNDAVIT. M. CCCC. LXXVI.

Ecclesiam quoque sanctis Martyribus Quirico & Iulite in Vr-
be dicatam instaurauit cuius instauracionis est memoria ab Vrba-
no VIII. qui eandem Ecclesiam ruinam minantem in elegantio-
rem formam restituit, posita, & est talis.

ECCLESIAM DD. MART. QVIRICO ET
IVLITÆ DICAT. A SIXTO IV.

PENE COLLABENTEM INSTAVRATAM
DENVO RVINAM MINAN. IN ELEGANTIOREM
HANC FORMAM RESTITVIT VRBANVS VIII.
PONT. MAX. A. S.
M DC XXX. PONT. VII.

Ibidem etiam legere quis poterit sequentem.

IVSSV, IMPENSAQVE SIXTI IV. PONT. MAX.
GEORGIVS DE RVVERE ECCLESIA RVBIS
CVRATOR, INSTAVRAVIT ANNO IVBILEI.

Ecclesiam S. Stephano in Vaticano sacram in elegantio-
rem formam restituit.

In Cœnobio verò Eremitarum S. Augustini apud Templum S.
Mariæ de Populo, hæc de Sixto leguntur.

*QVÆ OLIM PROH DOLOR DIRVTA
FVERE DENVO TVO SANCTO
PRESIDIO MVLTORVM PIETATE
ALIORVMQVE SOLLICITVDINE
FERE VNIVERSA IN NOBILIOREM
FORMAM ERECTA SVNT
M D LXXIII. MARTII.*

In Xenodochio sancti Spiritus in Saxia ante fores Hospitalis
Nobilium.

SIXTVS IIII. NOBILIVM CALAMITATE ET
EGRITVDINE MOTVS SEORSVM AB ALIIS
LOCVM IDONEVM DECENTERQVE OR-
NATVM EIS ATTRIBVIT.

In Xenodochio Sixti vita coloribus expressa cernitur, cum inscri-
ptionibus à Baptista Platina exaratis, quas hic rescribere placet tum
ad Sixti, tum ad Platinae ornamentum.

Statuæ z-
beam ante
Laterana.
Templum

Ecclesia
restaurata

S. Petri in
Monte au-
reio Cae-
strum Mi-
norib' co-
edit.
Carol. Car-
thar. in a-
Syll. Adu-
Constito-
Aduocato-
rum Con-
sistoriali-
iura con-
stituit.
Catholice
Ecclesie Ca-
thedralis
nomina
Catholice
cum agno-
scentia Regi-
um Hispa-
niam co-
firmat.
Alfium
pergi, &
Francisci
corpus ve-
nerant.
Luc. Vrad-
disquis in
Anat. M.
nomina.

Bibliotheca
cam Vati-
canam or-
nat.
Marius P
fi in De-
scrip. Bibl.
Vatic.

Via ad
Vaticana
apert.

I.
 Sanctus Franciscus
 Et Beatus Antonius Patauinus
 Luchinae
 Sixtum IV. parturienti
 Per visum in somno apparentes
 Ille Ordinis sui Habitum
 Hic Cinctum porrigere videntur.
 II.
 Grassantem
 In Liguria pestilentiam
 Sixti IV. parentes dum fugiunt
 Cellas se recipiunt
 Vicinum Saone Pagum
 Qui felici
 Tanti Pontificis ortu nobilitatur
 Anno MCCCXXIV.
 II.
 Mater
 Visi de Beato Francisco obiecti
 Memor
 Puerum Baptismatis vnda
 Lustrandum
 Sanctissimi illius Viri nomine
 Franciscum appellari curat.
 IV.
 Puellarum manibus dum abluitur
 Infans attenuato corpore
 Ad vitæ periculum vsque elanguescit
 Non obscuro castitatis omine
 Vnde Mater
 Eiusdem somnij Religione ducta
 Religioso Sancti Francisci Sodalitio
 Filium Voto addicit.
 V.
 Pucro
 Viribus ac valetudini
 Restituto
 Luchina Mater Voti rea
 Filium
 Sancti Francisci Habitum
 Ad sex menses induit.
 VI.
 Puer Franciscus
 Per forum à Nutrice gestatus
 Quod manum
 Benedicentis instar exerceret
 Prudentiores
 Intellecto omine eius
 Vt ad summa nati
 Sedulam curam habendam monentur.
 VII.
 Puer per soluto semestri
 Voto Habituque deposito
 Recidius
 Iterato Matris Voto liberatur
 Inde tertium
 Febri & gutturis tumore correptus
 Voto tertium repetito
 Conualescit.
 VIII.
 Dum puer nullo custode
 Ad Saonæ mœnia vagatur
 Præceps e scopulo in mare delapsus
 Beati Francisci & Antonij manibus
 Præsentissimo vitæ periculo
 Sibi visus est extrahi
 Quem alij nube Coelo demissa
 Circumfundimur prospiciunt.

IX.
 Recepta
 Et confirmata iam valetudine
 Nono ætatis anno
 Intermissum aliquandiu
 Sancti Francisci Habitum
 Vt grati & religiosi animi indicem
 Repetit.
 X.
 Artes & Scientias omnes
 Breui ita perdidicit
 Vt adolefcens
 Bononiae Patauij
 Florentiæ Ticini & Senis
 Magno Auditorum concursu
 De superiori loco easdem doceret.
 XI.
 Conciones sacras
 In præcipuis Italiæ Urbibus
 Tanta dicendi copia habuit
 Vt non solum Ciues sed & Exteros
 Eloquentiæ suada
 Ad audiendum pertractos
 Demulserit.
 XII.
 Orta inter Dominicanos
 Et Franciscanos Brixienfes controuersia,
 De incorruptibilitate
 Et Reliquijs Sanguinis Christi
 Acutissimis rationibus
 Sententiam affirmantem
 Coram Pio II. Pont. Max. asserit.
 XIII.
 Statis Franciscanorum Comitija
 Perusij
 Vni omnium vocibus
 Ac suffragijs
 Eius Ordinis
 Generalis Minister
 Eligitur.
 XIV.
 A Paulo II. Pont. Max.
 Ob multiplicem doctrinam
 Et singularem
 In rebus gerendis prudentiam
 Presbyter Cardinalis
 Sancti Petri ad Vincula
 Absens renunciatur.
 XV.
 Eidem Paulo II.
 Vita functo
 Omnium Patrum
 Vnanimi consensu
 Pontifex Maximus
 subrogatur.
 XVI.
 Pontificium Diadema
 In Lateranis
 Celeberrimo confessu
 Et ingenti
 Hominum frequentia & plausu
 Capit.
 XVII.
 Dum de Sacris Locis reficiendis
 Cogitat
 Huius quoque Nosocomij
 Vetustate pene collapsi
 Restitutionem
 Animo molitur.

XVIII.

Locum hunc
Iterato inuisens
Et pueros expositos
Pedibus suis prouolutos
Conspiciens
Maiori pietate
Ad opus hoc absoluendum accenditur

XIX.

Pontem Aurelium
Vetustate collapsum
Publicæ Ciuium
Et Peregrinorum commoditati
A fundamentis
Magna impensa
Restituit.

XX.

Vt Hospitium hoc Nouum
Ampliori forma
Exurgeret
Verus
Ante funditus
Demolitur.

XXI.

Accitis vndique
Peritissimis Architectis
Operisque
Magno numero conductis
Hospitium hoc
Animo sumptuque immenso
Exedificari curauit.

XXII.

Proiectis ijs
Habitatione hic concessa
Puellis nuptui collocandis
Dotem dixit

Cæteras castimoniam professas
Reliquorum curæ ac ministerio addixit.

XXIII.

Ne nascendi sorte distinctos
Communis confunderet calamitas
Nobilibus ægrotis
Locum elegantiore constituit.

XXIV.

Virginis Matris
Cultui venerationique deuotus
Templum eidem
Quod Populi dicitur
Ad Portam Flaminiam
A fundamentis crexit.

XXV.

Christianum I.
Daniae Sueciae & Noruegiae Regem
Apostolorum Limina
Miræ pietatis affectu visentem
Magnifice
Et Pontificio
Suas in Aedes recepit.

XXVI.

Regem Ferdinandum
Religionis & Iubilei causa
Romam magno comitatu
Venientem

Regio apparatu
In Palatio Apostolico
Excipit

XXVII.

Bosnae & Valachiae Rex
Licet senio confectus
Apostolorum Limina visit

Et SIXTVM IV.

Pedum osculo
Submisit veneratur

XXVIII.

Præuilegia quondam à summis Pontif.
Quatuor Mendicantium Ordinibus
Merito concessa
Quieti Ecclesiasticæ
Et communi omnium salutis
Consultit.

Confirmat & auget

XXIX.

Leonoram
Ferdinandi Regis Neapolis Filiam
Ducis Ferrariæ nuptui traditam
Roma transeuntem
Honorificæ excipit
Et magnificentissimis insuper donis
Exornat.

XXX.

Templa Domum expositis Vicos Fora
Mœnia Pontes
Virgineam Triuij quod repararis Aquam
Prisca licet Nautis statuas dare
Commoda Portus

Et Vaticanum cingere SIXTE iugum
Plus tamen Vrbs debet namquæ
Squallore iacebat
Cernitur in celebri Bibliotheca loco

XXXI.

Karlota Cypri Regina
Regno fortunisque
Spoliata

Ad SIXTVM IV. supplex confugiens
Ab eodem

Summa benignitate ac munificentiâ
Suscipitur

XXXII.

Oliuerius Caraffa Cardin. Neap.
Pontificæ Classis Dux
Post Smyrnam vi occupatam
In Attaliae Portum irrumpens
Catenam ferream inde ablatam
Ad Sancti Petri Basilicam
Victoriæ monumentum dedicat.

XXXIII.

Beatum Bonauenturam Cardinalem
Olim Episcopum Albanen.
Ob eximiam vitæ sanctitatem
Quam plurimis illustratam miraculis
Postmodum diligenti indagine
Peruestigatam

SIXTVS IV. Sanctorum numero inscribit

XXXIV.

Aedem Sacram Deiparæ Virgini
Titulo Pacis
In ipso Vrbs medio ædificat
Cœnobium insuper & contiguum
Maxima ex parte extruit
Et Beati Augustini Ordinis
Regularibus Canonicis euocatis
E Lateranensi Basilica ascribit.

XXXV.

Ædiles Viarum que Magistros
Qui Urbis vicos
Vt erant inflexos & sinuosos
Plateas irem inæquales & indistinctas
In præstantiorem formam redigerent
Publicas denique structiones
In augustiorem speciem reuocarent.

XXXVI.
 Andream Palæologum Peloponnesi
 Et Leonardum Toccum Epyri Dynastia
 A Turcarum Tyranno exutos
 Regio sumptu aluit
 Sophiam Thomæ Palæologi Filiam
 Ruthenorum Duci nuptam
 Cum alijs muneribus
 Tum sex mille Aureorum dote auxit.
 XXXVII.
 Cum rexisset Ecclesiam
 Annos XIII. Dies IV.
 Vixisset annos LXX. dies XXII.
 Animo curis publicis
 Corpore senio morbisque confecto
 SIXTVS IV.
 Vita & Pontificatu decessit
 Anno MCCCCLXXXIV. Idibus Augusti
 XXXVIII.
 Hoc Pauperum Hospitio
 Multisque Ecclesijs ad Dei honorem
 Ponte alijsque publicis operibus
 Ad vsum & splendorem Urbis
 Qua extructis qua restauratis
 Hicce famam apud Mortales
 Illis gloriam apud Superos immortalem
 Sibi par auit.
 XXXIX.
 Totinsignium
 Pietatis operum
 Quæ Sancti Petri Successor
 In Terris exercuit
 Eiusdem Apostoli patrocinio
 Præmia æterna
 In Cœlis est adeptus.

In eodem Xenodochio sunt Innocentij III. institutoris memoriarum sequentes; quas supra prætermisimus ut omnes eiusdem domus inscriptiones simul rescriberemus: sunt autem.

- I.
 Fœminæ
 Claustrino stupro corruptæ.
 Ne flagitij indicia extent
 Prolem
 Varijs modis clam interimunt.
- II.
 Tyberis frequens tanti sceleris
 Testis & minister
 Infantes
 Noctu de Ponte proiectos
 Tacitis excepit
 Merfitque vorticibus.
- III.
 Piscatores
 Dum sagemam
 In Tyberi ducunt
 Pro vitis Piscibus
 Mortuos Infantes
 Non sine hœrore extrahunt.

SIXTO QVAR. PONT. MAX. EX ORDINE MINORVM DOCTRINA
 ET ANIMI MAGNITVDINE OMNIS MEMORIÆ PRINCIPI
 TVRCIS ITALIA SYMMOTIS AVCTORITATE SEDIS AVCTA
 VRBE INSTAVRATA TEMPLIS PONTE FORO VIIS BIBLIOTHECA
 IN VATICANO PVBLICATA IVBILEO CELEBRATO
 LIGVRIA SERVITVTE LIBERATA CVM MODICE AC PLANO
 SOLO CONDI SE MANDAVISSET
 IVLIANVS CARDINALIS PATRVO B. M. MAIORE PIETATE
 QVAM IMPENSA F. CVR
 OBIIT IDIB. SEXTIL. HORA AB OCCASV QVINTA AN. CHR. MCCCCLXXXIII.
 VIXIT ANNOS LXX DIES XXII HORAS XII.

IV.
 Amicus hoc Piaculo
 Innocentius III. Pont. Max.
 Solemni supplicatione
 Consilium
 Tantique remedium mali
 A Deo exposcit.
 V.
 Innocentius
 Angeli monitu
 Expositis Infantibus
 Excipiendis educandisque
 Hospitium
 In veteri Saxonum Schola
 Designat.
 VI.
 Hospitium
 Ex Cœlesti visa institutum
 Ut Christianæ charitatis
 Gymnasium
 Spiritu sancto
 Divini amoris fonti
 Innocentius III. dedicat.
 VII.
 Curam Hospitij
 Et Infantum educationem
 Viris Regularibus
 Duplici Cruce insignitis
 Innocentius P. P. committit
 Ipsique Sudarium
 Vultus Christi Domini
 Afferendum tradit.

At ad Sixtum redeamus. In Acie Campi Floræ
*Que modo putris eras tolemti sordida cano,
 Plenaque de formi Maria terra situ;
 Exiit hanc turpem SIXTO sub Principe formam,
 Omnia sunt nitidas conspicienda locis.
 Digna salusifero debentur premia SIXTO:
 O quantum est summo debita Roma duci.*
 VIA FLOREA

Baptista Archionius } Curatores Viarum anno salutis 1483
 Ludouicus Marganus }

Anno salutis 1484. ætatis suæ septuagesimo, ut dictum est supra, hora duodecima, Pontificatus supra diem quartam, anno decimo tertio cum obijisset Sixtus, corpus ad Basilicam S. Petri deductum, cereis tantum falculis viginti comitatum, quadam antiqua, ac lacera aurea veste sacerdotali indutum, æneo monumento conditum, quod in Sacello à se constructo Iulianus Cardinalis S. Petri ad Vincula, fratris filius, structuræ elegantia inter cætera urbis ornamenta in primis conspicuum, opus Antonij Polaioli Florentini, ante aram maximam faciendū curavit: inde in Odeum Canonicorum, atque hinc in Sacellum sanctissimi Sacramenti, monumentum illud translatum est.
 Obseruandum fuit subter vestes sacras Pontificias habitu S. Fræncisci indutum fuisse Sixtum, quod & fecit Alexander V. Pontifex eiusdem ordinis. Primo exequiarum die sacris operatus est Rodericus Borgia Episcopus Portuensis S. R. E. Vicecancellarius: orationem in funere habuit Ambrosius Coranus Prior generalis Eremitarum S. Augustini: die nono sacrum fecit Oliuerius Caraffa Episcopus Sabinenfis, ac perorauit Guillelmus Ferrerius vnus ex Iudicibus Rotæ Palatinæ.
 Sixti sepulchro, epitaphium istud incisum.

SIXTVS subter Pontificias vestes S. Fræncisci habitu indutus reperitur.

OPVS ANTONII POLAIOLI
 FLORENTINI ARG. AVRO
 PICT. ÆRE CLARI
 AN. DOM. MCCCCLXXXIII.

Nec præmittenda talis monumenti delineatio, quam modo legentium oculis propono.

SIXTI PP. IV. MONVM

IN BASIL. VATICANA



SIXTO QVAR. PONT. MAX.
EX ORD. MINORV.
DOCTRINA ET ANIMI MAGNITV.
OMNIS MEMORIE PRINCIPI ETC

Dionysij Carthusiani, & Thomae à Kempis obitus Henricus Spondan' in Annal. Ecclesiast. Ioannis de Regiomonte obitus.
Catharinae Reginae Bosnae mon. Sepulchru

Sub hoc Romano Pontifice ad superos euolarunt nonnulli pietate insignes viri, inter quos die 12. Martij magnus ille vir Dionysius Rikel ordinis Carthusiani lucidissima fax; & octavo Kalendas Augusti anni 1471. Thomas à Kempis Canonicus Regularis ordinis S. Augustini, scriptis æque, ac integerrimis moribus clarus. Anno verò 1476. pestilentia extinctus est Ioannes de Regiomonte Germanus, qui à Sixto Romano Pontifice Romam ad emendandum Paschalem Dionysij computum accitus venerat, & dum pleraque posteritati pararet, maxima studiorum iactura interijt, vt Palmerius, & ex eo Trithemius refert, asserens vterque fuisse illum non minorem Anaximandro Milefio, aut Syraculano Archimede. Romæ quoque vigesima quinta Octobris die anni 1478. è vitam migravit Catharina Regina Bosnae, Thomae Regis vxor, de cuius in urbem aduentu dictum est supra. Huius extat hæcenus sepulchrum in Ecclesia Aræcelli Sixti iussu positum cum inscriptione.



D O M
CATHARINÆ REGINÆ BOSNENSIS
STEPHANI DVCS SAN I SABBE SORORI
E GENERE HELENÆ, ET DOMO PRINCIPIS
STEPHANI NATÆ THOMÆ REGIS BOSNÆ.
VXORI QVANTVM VIXIT ANNORVM LIII
ET OBDORMIUIT ROMÆ ANNO DOMINI
MCCCC LXXVIII DIE XXV O OBRIS.
MONVMENTVM IPSIVS SCRIPTIS POSITV.

Inscriptio sepulchrali.

Legat Regni Bosnae Ecclesie Romanæ.

Post huius Reginae obitum, vt narrat Cardinalis Papiensis, duo ex eius familia obrulerunt Sixto Romano Pontifici testamentum, quo illa Regnum suum Ecclesie Romanæ legabat, addita conditione, si filius ex Turcis rediret, defectionis ante actæ, & Christianam fidem resumeret, in auita restitueretur. In signum autem legati Regni ensem dederunt, & calcaria, quæ Pontifex benignè accepta, prehèdi sigillatim à quoq; Cardinalium voluit, ipsumq; testamentum, & recepti Regni decretum in Archiuis Apostolicis condi imperauit. Conuentus duo sedente Sixto in Petri Cathedra, habiti anno 1473. in Hispania, vnus Madriti ad principium anni à Roderico Cardinale Vicecancellario legato; alter in fine eiusdem anni in oppido Arandæ ab Alphonso Carillo Tolerano Archiepiscopo; ambo ad corrigendos tum Cleri, tum populi deprauatos mores.


Conuentus duo in Hispania.

Paulo ante Sixti obitum, die scilicet quarta mensis Martij, anni 1484. Vilnæ in Lituania decessit Casimirus filius secundo genitus Casimiri Poloniae Regis, anno ætatis suæ vigesimo quarto, tabe consumptus, singularis pietatis Princeps, adeoque castitatis cultor, vt cum medici sanitatem pollicerentur si vsum mulierum adhiberet, mori etiam elegerit, quâ à proposito eius seruandæ resillire claruit post obitum miraculis, inter quæ cuidam defunctæ puellæ vitam, & Polonis ac Litanis nobiles de Mœcis victorias obrinuit: quorum causa eum Leo Papa X. anno salutis 1521. in numerum Sanctorum adscripsit: extatque eius vita nobiliter scripta à quodam Vilnensi Canonico; aliaque à Zacharia Ferrerio Vicentino, Episcopo Gradenfi, Legato Apostolico in Polonia, qui etiam auctoritate R. Pontificis diuinas preces, sacros hymnos, ac deniq; integrum officium Ecclesiasticum in eius honorem recitandum conscripsit.

Casimiri filii Regis Poloniae obitus.

PRIMA CREATIO CARDINALIUM Sixti Papa IV.

Anno Dominice Incarnationis 1471. Pontificatus primo, die Luna, decima quinta Decembris, Romæ Sixtus duos renunciauit Cardinales, & die sequenti publicauit in Consistorio, in quo pariter titulos receperunt, illis apertum, vt ferunt, os, & suffragium ijdem tulerunt. Hi autem fuere.



I. FR. Petrus Riarius, nobili familia Riaria Sauonæ natus, Sixti IV. ex sorore nepos, duodecimum ætatis annum agens, extincto patre, Sauona Senas, vbi Franciscus auunculus sacras literas explicabat, adijt, & D. Francisci ordini se addixit; Venetijs deinde, Patauij, Bononiæ, Perusis, Senis, Ferrariæ ad ingenuarum artium studia diligenter incubuit, cum excellenti ingenio, & singulari memoria polleteret, Philosophiæ, ac Theologiæ penetralia adiuit. Nonnulla aliquando futura somniauit, quæ acciderunt.

Ciacomus Panuinius. Andr. Victorell. in Addit. ad Ciacomum Aubery in vita. Hier. Garzibert. Ferdin. Vghel. in Addit. ad Ciacomum. & Ital. fac. Rodolph. Toffigian. in Hist. Seraphica. Gasp. Lougelin. in Elogijs Cardinal. ord. Min. Leander Albert. in descript. Italiae. Vbert. Poictta in Elog. Liogurum. N. col. Episcop. Mo. drufenfis in Orat. funebri. Henricus Spondan' in Annal. Ecclesiast. Cardina. Papiensis. in Epist. Cæsius Veronen. in Epistolis. Luc. Vrad. ding. in Annal. Mi. norum.

Franciscum auunculum iteratis precibus ad petendum Romam in flammavit, asseuerans illum futurum Pontificem, seque ab eodem rubenti galero, alijque, quas fuit adeptus, dignitates honestandum. Venetijs primò Philophiliam in Cœnobio S. Nicolai magnæ domus publicè docuit; deinde Minister prouinciæ Romanæ præfuit: Hunc habuit Sixtus in Conclau Cubiculo præfectum, & indultrium ad Pontificatum promotorem. Summa enim dexteritate, mirisque artibus animos conciliauit Bessarionis Cardinalis Nicæni, Latini Vrfini, Roderici Borgiæ, & Francisci Gonzagæ, quibus magno opere suffragantibus Sixtus ad Pontificatum euectus est. Hic ex Episcopo Tarusino inter Presbyteros Cardinales titulo S. Sixti cooptatus, & amplissimis redditibus auctus, ita splendidus erat, vt ad pecunias perdendas natus esse videretur. Nam eo biennio, quo tantum superuixit, iucenta, seu trecenta aureorum millia in victu absumpsisse, sexaginta vero aureorum millia æris alieni, argenti autem cœlati 300. pondo reliquisse traditur.

Cardinalis renunciatus sublimis, & imperio idoneos induit spiritus, magnanimitatem, clementiam, munificentiam, iustitiam, alioque imperantium virtutes coluit, iniuriarum acceptatum facilius quàm aliarum rerum obliuicebatur; hostes beneficijs prosequabatur, simulationis, & mentitæ probitatis olor erat, eos, quibus iuste aliquando succensebat, muneribus augebat. Cum domus Præfectus ei aliquando diceret, illius indulgentia, & liberalitate nonnullos ex familiaribus insolentiores effici, inuim est, inquit, errantium familiarum mores corrigere; meum verò eorum erga me amoris præmia tribuere: fac tu illud, hoc ego faciam; vterque suo fungatur munere. Quingentos fermè alebat domesticos; hos illustri, illos nobili, omnes honesto loco natos, Antistites, Equites, Doctores, Oratores, Poetas, aut alicuius alterius honestæ artis studiosos; & dicebat, se omnium honestorum virorum hospitem esse. Iustitiæ cultor, eximia auctus potestate vim attulit nemini: cum amici letali affectum morbo, vt testamentum conderet, hortarentur, quod meum sit, respondit, nihil habeo, omnia sunt Ecclesia. Pontificem suo nomine obsecrandum dixit, vt æs alienum, cuius maiori parte, vt res Ecclesiasticas recuperaret, se deuinxerat; dissoluere vellet. Sæpe tunc dolens animi labes Sacerdoti aperuit, & veræ immortalitatis epulo iter sibi ad illa munite studuit: familiares vocari iussos ad rerum fluxarum contemptum, ad pietatem, ad morum integritatem, ad æternæ felicitatis adeptionem graui oratione incitauit. Quam fluxæ, quam fallaces sint terrena opes ego vnus; aiebat, Vobis maximo possum esse documento, puluis, & umbra sumus; uisite mei memores, quam caduca sit huius mundi felicitas, vel meo exemplo discite. Sixtum obsecrauit, vt sacerdotia, quæ moriens relinquebat, inter familiares partiretur: his, alijque monitis instructos, singulos lacrymantes osculatus placidè dimisit. Dixerat prius cum Paulo, se cupere dissolui, & esse cum Christo; monitis familiaribus explicatis, veniaque ab illis per Christi viscera petita, erectis in cœlum oculis, errorum condonationem à clementissimo misericordiarum Patre enixè flagitauit. Vicinam sentiens mortem, dixit Viterbienfi Episcopo; adest hora, inungi cupio, & peto: oleum erecto & oaperto capite reueritus, membra inungenda exhibuit. Inunctus sacros codices precatórios legi iussit; quæ legebantur, attentis auribus, oculisque excipiebat: dum Christi Domini mors ijs verbis memoraretur: inclinato capite emisit spiritum: tam diu, tamque nobis Saluatoris mortis memoria in æternæ salutis spem erectus, cum octauum supra vigesimum ætatis annum ageret, animam efflauit die Mercurij 5. Ianuarij anno nostræ salutis 1474. sepultus ad S. Apostolos in marmoreo sarcophago illi à Sixto excitato cum hæc sepulchrali inscriptione.

PETRO

D. O. M.

PITRO Saonenſe Gente REARIA nobili ac vetuſta
Ex Ordine Minorum Car. S. Sixti Patriarchæ
Conſtantinopolitano Archiepiſcopo Floren
Peruſij Vmbrieque Legato
SIXTVS IIII. Pont. Max. Nepoti bene merenti
Poſuit

VIX. ANN. XXVIII. MEN. VIII. D. VI. gratia liberalitate ac animi
Magnitudine inſignitotius Italix Legatione functus
Moritur magno de ſe in tam florida ætate deſiderio relicto
Quippe qui maiora mente conceperat & pollicebatur
Vt Edes miro ſumptu apud Apoſtolos inchoatæ oſtendunt
M CCCC LXXIIII

In illius immaturam mortem ſic luſit Poeta.

Ante annos ſciuiſſe nocet; nam maxima Virtus
Perſuafit mortis, ut crederet eſſe ſenem.

Communi fuit ſtatura, ingenio callidus & animoſus, vt omnia
Curix negocia, ſumma dextertate tractaret: quidam veneno extin-
ctum affirmant. Sixtus præ tenacitate amoris continere ſe non
potuit, quin ad ſepulchrum adhibitis luctuoſis veſtibus trecentis
die S. Antonij Abbatis accederet, & ſuper deſuncto vnicè dilecto
ploraret, & molliter nimis filiolum ac ſpem ſuam inclamaret: fune-
brem Orationem habuit Nicolaus Epifcopus Modruſienſis, quæ
poſtea typis edita eſt. Non modò Taruſina, ſed Senogalleni, Me-
tenti, Hiſpalenſis, Minatenſis, Valentinienſis, Dieniſis, Spalatenſis, ac
Florentinæ Eccleſiæ præfuit, Patriarcha Conſtantinopolitanam,
reſidentium XII. Apoſtolorum Baſilicam, & Abbatiam S. Ambroſij
maioris Mediolanenſis in Commendam habuit. Paulo ante
obitum à Sixto legationem Peruſiæ primùm, deinde totius Italix
obtinuerat; qua de cauſa & Mediolani præſertim, Venetijs, & Pa-
tauij honorificentiffimè ſuſceptus, Romam, vbi non longè poſt
exceſſit, reuerſus eſt. Cuius frater Hieronymus ex tenui alioqui, &
humili fortuna in eius potentia locum ſuccedens, Forocornelij, &
Foroliuij factus Princeps, poſt eum rem omnem Eccleſiaſticam
adminiſtrauit, ingenio magis ſeuero, ac voluptatibus minimùm præ-
ter vnam venationem deditus. Hic affinitate cum Mediolani Du-
ce coniunctus titulum Comitæ adeptus eſt.

De huius Cardinalis diuitijs, profuſa liberalitate, ludis, quibus
populum ſæpe recreabat; de coniujijs, quibus Gallicos Oratores,
& deinde Eleonoram Herculis Ateſtini ipſam excepit, de lega-
tione Italica, de poteſtate, qua potuit quantum voluit, de obſequijs
ei exhibitis, & de illius morte agit Cardinalis Papienſis his literis
ſcriptis ad Cardinalem Mantuanum. *Quantis quotidie exempliſ
erudimur ad vitam mi Mantuanæ? Quanta nobis ſe offert ab alio-
no exitu diſciplina? Perrarò eſſet erroris locus, ſi vt illa intuemur,
ita ſenſibus imis mandarem, reguſtaremque quotidie. Vel vno
hoc exemplo Cardinalis S. Sixti quodnam eſſe poteſt conſpectus?
aut documentis noſtris inſignis? Remetiatur præterea, ſintuea-
mur præſentia. Quanti diſcriminis fortunam videbimus? quàm-
que admonebimur infirmitatis humana? Vidisti hunc quinto e Six-
ti Pontificatu meſe, cum ex Minorum eſſet ordine, iuuenis adhuc,
nulla illuſtri re antea cognitus, graui Pontificis contentione crea-
tum Cardinalem eſſe. Ex illa die poſuiſſe, quod voluit. Quantum
autem nec credi facile eſt, nec audiri noſtra eſt, aut Patrum, ma-
iorumque memoria. Euntem illum in Curiam, atque redeuntem
ſcis quanta omnis ordinis, ac dignitatis multitudo conſideretur;
multitudini antecedenti, ac ſequenti iam via ſatis non erant. Ma-
nentem quoque domi plures multò adiffe negotij cauſa, quam ipſum
prope Pontificem. Præfulibus, & Legatis, omniſariamque homini-
bus quaque diei hora ades latiffimas inundaffe. Etiam memor es
conuiuij illius inauditi, quo Gallorum Oratores anno ante accepit.
Solemnis aliquid vetuſtas tota, nec gentilitas quidem audiuit om-
quam. Molimen dierum plurimorum fuit: tota Etruſcorum indu-
ſtria conſtituta eſt, atque adhibita. Vacueſcèta raris, precioliſque
omnia. Idque actum, vt euincendo conatus nulli in poſterum ſuper-
eſſet facultas. Apparatum magnitudo, & varietas, miniſtrorum
ordines, epularum numerus, rerum præcia appoſitis ſpeculatoribus
adnotata ſunt literis, deſcripta veſtibus, nec per Urbem modo un-
gata paſſim, ſed per Italiam quoque, & trans Alpes ſingulari ſtudio
miſſa. Non multos ab eo conuiuij dies cum virgo Regia ad Spon-
ſum Ferrarienſem duceretur, audiſti quanta admiratio ſolemnis
hoſpitij fuerit, ad eum enim diuertit. Exceſſit honor non modo cre-
dendi fidem, ſed facultatem narrandi. Viſebantur ſtupore ingenti
edes non lapideæ iam oculis, ſed quoquo te veteres, magnis opibus
locupletiffimè conſtituta, ad parietes, & pavimenta, ſerico, argen-
to, & auro inſignes; culcitra cubiculorum nulle non ſericeæ fuerè;*

A lectorum puluſi, conopea, & palla nulla non auro intertexta; oſti-
orum vela omnia exquisitis operibus picta. Sella argenteis pedibus
fulſa. Plures textili auro conſecta, que etiam ad interioris commo-
dum natura habentur, ex ſolido argento factæ, culcitraſque molibus
ex ſerico ſuperimpoſitis. Abaci aularum ad admirationem uſen-
tium laſi, editi, & pleni. Longiſſimam porticum continentis adis
ad conuiuij amplitudinem deſecto tecto conſtruit, vt prandentes
conanteſque inde cernerentur, pateretque omnis interior appa-
tus. Ingentem familiam taceo veſtiti regio inſignem, menſarum
ſplendorem, in quo vt Gallicanum nuper excederet, peritorum cõ-
uſuatorum conatus eſt totus conſumptus. Mœneta damna abeunt
ſponſa ſuper adiecta, non iam illa quidè ad conditione puella, quàm
ad iudiciũ proſiſſoris animi comparata. Memoria quoque non exce-
dit, quàm ſæpe ludos populo exhibuit, quàm frequenter per dies plu-
res certamè hæſtile præmijs propoſitis edidit; quantas ſcenas extru-
xit, vt etiam illarum ornandarum cauſa Florentiæ uſque artifices
B hiſtriones, mimoſque accieris. Iam verò veſtium ſuarum uſus pro-
prijs quis neſcit incredibilem fuiſſe numerum? eundemque precy in-
gentis? Viam mihi Gibellinæ pellis conanti ſecum explicuit, pa-
ratam vt auebat, aureis mille, qualem eius generis nullam inſpexi.
Et ante oculos eſt, quanta acceſſo magnificis alioquin adibus para-
batur quotidie, quantisque ſtructoribus res ageretur? quotiſe cen-
tum milibus, vt apparet: expleri inceptum iuuenile non poterat;
tanta erat laxitas, altiſſimo, circundantiſque operi. Creatum inde
per Umbriam totam Legatum vidimus, Præſidatæ ſex ſibi ſubve-
ltoſ: inde cum voti neſcio cuius ſoluendi cauſa Aſſyſum, Pa: auſum
que ſtauiſſet contendere, ad Italos etiam ceteras legationem accep-
ſiſſe: ſumpſiſſe etiam poteſtatem, qualem legatis nullis datam me-
minimus. Diuertentem ex itinere ad Florentinos, Bonanenſes,
Ducem Ferrariæ, Ducem Mediolani, Marchionem Mantuæ, &
C Penetos, tuſiſſe poteſtatis opinione inauditos honores quantos exco-
gitare diligens alliciendi iuuenis ambitio potuit. Poſtremo & ad-
miratiſſimum ſumus congeriem ſacerdotiorum ad hæc explen-
da creſcentem quotiſe die, nec ulli ſorti aut nationi parcentem. Nam
præter illuſtria Cænobia magna, & multa ubique gentium com-
parata, præter inferiora imaque dignitatis non ſpeta, etiam ea ſu-
prema ſedes in unum ipſum etiam ageſta. Patriarchalis Conſtanti-
nopolitana, Metropolis Hiſpalenſis, Metropolis Florentina, &
Mimatenſis Gallicana. Congerenda hæud dubie plures, niſi vitæ,
D cupiditati una Dei diſpenſatione eſſet modus impoſitus. Bien-
nio toto hic tantus fortune ſucceſſus fuit, tam, vt apparet ſeſtina-
tas, quàm breui erat caſurus. Quid ergo ex tanta gloria reliquum
nunc illo mortuo inſpicimus? Quid ex tanto rerum factioſo conſpi-
cium extat? Vidimus illum, iuxta verbum Scripture, exaltatum
ſuper Cedros Libani: tranſimus nunc, & ecce non eſt. Querimus
eum, & non inuenitur locus eius. Deſijt iam Cardinalatus tam
D properatus. Euanere comitatus incentes: conuiuiorum gloria pe-
ry; apparatus diuitiæ ceſſauero. Ludis in lacrymas veſiſunt. Ve-
ſtium nullas illi eſt uſus; legationis ample ſtrepitus non exauditur.
Domus inſinitæ pendenti opera interrupta, minaque minorum in-
gentes, equatæque machina celo. Quem capere paulò ante orbis to-
tus non poterat, præmiſit nunc breue ſepulchrum, & cniſe menſis ca-
ra erat tam ſolers, ex ſe ſecam vermibus præbet. Cui denique,
E etiam ad luxum, vitæque delicias conueſta domus erat argento,
auro, & ſerico: hunc nunc veſtiunt cæmenta, & calx. Qui tanta
exiti non admonetur ſua infirmitatis? Qui tanto exemplo me-
nendum non cenſeat in lege Sacerdotij? Nil nimis conandum; na-
tura vim non offerendam? Mediocria ſemper querenda. Percur-
ramus, breuique animos noſtros in hac dignitate fatigant. Kide-
mus quanta in nimis damna, in moderatis ſint comoda: abun-
damus nunc ocio, & digna ſunt quæ inter Sacerdotes, magis autè
inter Eccleſiæ Principes ſermonibus ſcriptiſque aguntur? Malis
boniſque ſub intuſum unum adductis leue erit inſpicere, vtra ad
vitæ commendationem, quietemque ſit eligenda. Conari ex noſtris
quidam ſolent, vt plus ceteris apud Pontifices poſſint, & grandi
Sacerdotiorum numero locupletentur. Demus quempiam vtraque
hec affectum. Quæ illi primo loco eſt tanti ſtudijs merces? nempe acris
Inuidia, qua Siculi non inuenere Tyranni
Maius tormentum.


Hæc cogit interiora, exterioraq; eius omnia non ſolum curioſe
querit, ſed ſermonibus agitari. Detegit etiam vitia, ſi qua latebant,
ſi qua erat virtutis ſpecies, maledictis inualeſcentibus obſcurari.
Inuidia mox ſuccedat odium, dum neceſſe eſt multos in magna po-
teſtate offendi, quosdam beneficio præteriri, nemini ad primatæ
cupiditatem quod ſatis exiſtmet fieri. Queritur eius deiectio, ob-
itus concupitur. Operum qua non probentur in Principe, velut au-
tor, & fabricator eſt omnium. Publicis iudicijs omnium reus te-
netur. Inijs auerſis homini non imprudenti quæ poteſt eſſe SINE FI-
NEEST & inemendata.

Sunt alix Carſij Veroneſis Canonici Regularis literæ de morte
huiuſce Cardinalis ad Cardinalem Papienſem ſcriptæ, quas hic reſcri-
bere placet, vt qui eas legerit, erudiri ad vitam poſſit. Ex literis
Benedicti Maſſæi nepotis mei cognoui id quod etiam ſine literis
intelligobam, & ſtudium erga me tuum, & iudicium de me ſingula-
re. Doleo profecto neque me parem pro tuis in me meritis gratis

reſerre

referre posse, neque ea in me esse, que opinioni tua, iudicioque res-
pondeant. Te enim semper laudis, dignitatisque mea cupidum no-
vi: itidem ago ego ubique locorum, & gentium de tua excellenti
virtute, & gloria, cuius rei habeo locupletissimos testes. Sed de his
alias. Quid autem mi reverendissime Domine, in hac tam misera
& fallaci vita admodum cupere debeamus, non satis intelligo.
Quid verò timendum sis, plane cognosco. Quotidie nova oboritur
exempla, quibus instrumur, nihil esse hac vita miserius. Nam
cum nuper de obitu Cardinalis S. Sixti, & multorum literis, &
nunciis accepissem, cepti mecum agitare varias rerum humana-
rum sortem, mirabilemque simul, ac miserabilem hominis condi-
tionem fuisse cognovi. Nam qui paulo ante in vita felicissimum
omnium esse putabatur, in morte omnium miserissimum apparuit,
quando ea, que viventi gloriam, & splendorem attulerant, morien-
ti penam, ac cruciatum inferrent, & ea, que ante dum possideren-
tur, iucunda, & dulcia esse videbantur, eadem dum relinquerentur
tristia, & amara esse putabantur. Quid enim hoc brennio huic quod
optaret, aut viventi defuit, aut morienti profuit? Hec miserans ni-
mis hominis conditionem, dum ea que in vita tanto labore parantur
ad voluptatem, in morte tanto dolore relinquuntur ad penam:
& que prius longis erant quasi a vigilijs, ut essent oblectamento,
brevis tempore magno sunt amissa tormento. Nihil huic homini ad-
iumentum dignitas, nihil splendor, nihil aurum, nihil argentum, ni-
hil vasa preciosa, nihil opes, nil nitor gemmarum, nil favor aure
popularis, nil turba clientum, nil denique principatus tanto pre-
sidio studioque vallatus prorsus attulit ad salutem. Sed e contra
cum corpus sanis doloribus cruciatum torqueretur; hac omnia
quoniam relinquenda erant, animum quoque diris, ac cruentis
moribus lacerabant. Et mihi profecto fortunatissimi esse videantur,
qui vel nullam cum rebus tam cito perituris sortem acceperunt, vel
acceptam virtute ipsa contemptam penitus abiecerunt. Sic enim
fit ut animus noster, & adhuc in corpore positus, nullis rerum pra-
sentium delinens illecebris, rerum aeternarum cogitatione posca-
tur, & dum migrat a corpore nullis vinculis irretitus, aut sordibus
inquinatus, liber, ac mundus evolet in superna, & nullo dolore relin-
quat; quod miro ardore contempsit. At me quidem iam pridem to-
tum in hanc cogitationem erectum cum variis rerum humanarum
multiplicibus; casus, tum viri, de quo dico, iam repenti tamque; in-
superari eventus subitaeque; procella confirmarunt. Quid enim? floruit
hic paucis diebus, plusque mea sententia affecutus est, quam vel vllis
sperare, aut ei fas esset optare; quandoquidem ex loco tam humili,
tamque abiecto, ad tam excellentis gloria culmen, altitudinemque; poten-
tia exultans est. Et ecce mihi Pater, ac Dominus dum huic ad vota suc-
cedunt omnia parum discorimò dum vota successu verum superantur,
dum nihil optat, quod non speret: dum nihil sperat, quod non qua-
erat: nihil querit, quod non assequatur: dum ei cuncta ardens, in
ipso primordio iuventa, in medio florentis gloria cursu subita, ac que
insperata a morte corripitur. O fluxam rerum humanarum, labilem-
que naturam! fallacem vitam! miseram conditionem! Quid
est quod animos nostros excitet, aut alliciat ad hanc rerum tran-
sientium, & tam cito labentis vitam gloriam appetendam? cum vel
res nobis, vel nos rebus tam inopinato eventum, tamque subito casu
subtrahuntur? Igitur humanissime Princeps, ab his rebus, qua tam
cito pereunt, meus avocandus est animus, atque illic spes mea, cogi-
tatioque locanda est, ubi vita perpetua, ubi pax aeterna, ubi im-
mortalis beatitudo, ubi sempiterna felicitas: ubi Deus noster est
praemium, ac vita, & merces nostra magna nimis. Hec tua re-
verendissima D. scripsi, non quod aut ad contemptum vitam presen-
tis, aut ad spem futura eam accendendam, inflammandamque pu-
tarem; cum vitam tua perfectam quadam norma integritatis, sancti-
tatisque existat, sed ut magis hac epistola esset monumentum meum
in te praecipui amoris, ac singularis observantiae intelligeres que tua
reverendissimam D. mecum in studijs, mecum in cogitationibus,
mecum & domi, & publice cum suavissima memoria versari: cui
me vnicè irado, atque commendo. Ex Bononia. XII. Kalendas Fe-
bruarias. M. CCCC. LXXIV.

Hic apud Templum S. S. Apostolorum in area vacua Regiam
virginem Eleonoram Ferdinandi Neapolitani Regis filiam exce-
pturus aedes amplissimas extruxit: post obitum Bessarionis Cardi-
nalis Niceni, Protectoris ordinis Minorum munere functus est.
Qui sub illud tempus scripserunt, in Petrum hunc Cardinalem
calamos acuerunt; nonnulli vanissimum adolescentem nominarunt,
quasi per fas nefasque sublato è medio Sixto patruo ad summum
Pontificatum aspiraret. Huc tendere suspicati sunt legationem ad
Veneros, & Galeatium Mediolanensem Ducem susceptam, dum
celeritimi cursoris more, per omnes Principatus Italiae circuibat,
quorum conciliatis animis ambitiosus iuuenis facilè, ut ferunt, sibi
somniabat ad Pontificatum accessum. Alij voluptatibus confectus,
& luxu tabidum in aetate flore emarcuisse scribunt, tantamque si-
bi assumpsisse viuendi licentiam, ut nihil genio, nihil gula, aut sen-
sibus denegarit, nihil corpori non indulerit, nihil pauperis mono-
nachi, aut vitae religiosae retinuerit. Mira referunt de illius pompa,
magnificentia, apparatu, aulæis, curribus, equis, aulicis, & familia,
que profanum potius Principem, aut potentissimum Regem,
quam Ecclesiasticum Prælatum, aut virum religiosum deceant.



IL
IULIANVS de Ruere Sa-
uonenfis, Sixti IV. Roma-
ni Pontificis, Raphaelis fratris fi-
lius, quem ipse Sixtus semper se-
cum aluit in Cœnobijs Minorū;
& dum Minister esset generalis,
collocavit in Cœnobio Perusino,
ut ea in vrbe scientiarum studio
vacaret: Episcopus Carpentora-
tensis, Presbyteris Cardinalibus
titulo S. Petri ad Vincula adscri-
ptus praefuit primus Archiepiscopus
Auenionensis Ecclesiae; Episcopus
Virdunensem, Lauanensem,
Constantiensem, Viuariensem,
Mimoriensem, Catanensem,

Sabiniensem, Albanensem, & Ostiensem; & Abbas Cœnobium No-
nantulæ rexit. Legationis munere bis functus est in Marchia Anco-
nitana, in Patrimonio B. Petri, Ducatu Spoletano, Romandiola,
Maffa Trabaria, Præfidatu Farfensi: item in ciuitate Aueniosensis,
Comitatu Venaifino, & Prouincijs adiacentibus. Ter sedis Apo-
stolicae Legatus Galliarum Regem adiit; & à Rheno flumine vs-
que ad Garumnam, & ab Oceano vsque ad Alpes Italiae pro con-
cordia ineunda inter Regem, & Maximilianum Ducem Austriae.
In prima Gallicana legatione dissensionem aliquam cum Carolo
Borbonio Archiepiscopo Lugdunensi, legato Auenionensi habuit
de iuribus seu illius legationis, seu alijs Ecclesijs Gallicanis. Cum
autem Rex à propinquo suo Borbonio staret, agereturque insuper
de Prouincia à leniori Renato Siciliae Rege, eius Principe per Re-
gem accipienda, cum eam Renatus Regi infensus ob occupatum
ab eo Ducatum Andegauensem, qui ipsius Renati erat, promif-
fisset Carolo Duci Burgundiae tradere; ideoque mississet Rex copias
in Prouinciam, ne Burgundus eam occuparet; ac denique inde su-
spicio orta esset, Regi in animo esse Auenionem ibi sitam vrbe
Ecclesiae Romanae occupare: his inquam, motus legatus, ad Regem
accedens eius animum in se commotum interuentu Renati lenio-
ris, qui Regem post cladem à Carolo Duce apud Granfonium ac-
ceptam conuenerat, eique reconciliatus fuerat, placavit, ac res con-
trouersa composita est ad votum Regis.

Cardinalium Collegium è Gallica legatione redeuntem ad por-
tam Populi obuiam profectum nouo more eum excepit. Cardina-
lis moderationem in dictis factisque coluit, grauitate, comitate, e-
legantia morum, summorum, & infimorum animos sibi concilia-
bat: familiares modestos eligebat. Cum Cardinalis Mantuanus,
Episcopus Bononiensis decessisset, Sixtus Iulianum Episcopum, &
Legatum Bononiae dedit, qui sequenti anno Innocentio VIII. Sixto
suffecto, amplam porticum ante Basilicam erexit, atque anno 1487
perfecto opere insignia sua cum hac inscriptione defixit.

Sedente INNOCENTIO VIII. Pont. Max. Pontif. sui Ann. III.
Iulianus Episcopus Ostiensis Card. S. Petri ad Vincula,
S. R. E. Maior Peniten. & Episcopus Bononiensis condidit
Anno salutis MCD LXXVII. procurante Philippo Lucensi
Vrbinate Locumtenente, & Vicario Generali.

In Porticu Ecclesiae S. Petri vrbis Bononiensis est alia huiusce
Cardinalis memoria.

D. O. M.

Viator si cupis scire qui sim Ioannes Platens,
Pontificij Censurisque Iuris cultor, & Scriptor.
Monumentum vetustate corruptum, destructumque
Renouatur decreto Cardinalis Iuliani de Ruere
Bononiensis Episcopi, ac Principis,
Virtutum, bonorumque Virorum fautoris;
Cui Bononia Patria permaxima debet.
Contines mei rogator vos volo, ut pacem habeatis;
Deum timeat, dateque illi honorem, insitiam colite
Aduersa prosperabuntur, & bene erit.
Procurante Francisco Guidizono Cardinalis familiaris
Anno MDII. XII. Kal. Februarij.

Legatus à Latere vna cum Cardinali Georgio Costa Lusitano
sacrum Lanceæ ferrum Narniae excepit, & Romam deduxit: hanc
historiam coloribus expressam videre quis poterit in Vaticano, cū
sequentibus inscriptionibus.

SACRVM FERRVM REVERENTER EXCIPITVR NARNIÆ A
DVOBVS CARDD. LEGATIS APOSTOLICIS.

DVO CARDD. E NARNIA ROMAM LANCEAM DEFERVNT.

Ecclesiam Bononiensem ordinavit, Castellum apud Cryptam-
ferratam ad Cœnobij tutelam restituit; Porticum ante Basilicam
S. S. Apostolorum condidit; aedes Cardinalitias, & Basilicas S. Petri
ad Vincula, & S. S. Apostolorum instauravit; aedes à Petro Riario
inchoatas apud S. S. Apostolorum Basilicam abfoluere aggressus

Claudio
Carol. si-
gon. de E-
pisc. Bonō
Luc. Vrad
ding. in an-
Annal. Mi-
norum.
Io: Maia-
na in Hist.
Hispan.
Ferdinā.
Vghel. in
Ital. Sac.
Henricus
Spondan.
in Annal.
Ecclesiast.
Pauinius
Hier. Ga-
rribert.
Aubery in
vita.
Felix Co-
telorus in
Alescho.

Laurent.
Schrader
in Moss.
Italia.

est: Ecclesiam ipsam SS. Apostolis sacram restauravit, in cuius ab- fide hac leguntur.

SEDBENTE SIXTO IIII PONT. MAX. IVL. CAR. S. P. AD VINCULA NEPOS HANC BASILICAM PENB COLLABENTEM RESTITVIT.

In eadem Basilica marmor antiquum Aquilam expansis alis ex- primens visitur cum hoc lemmate.

TOT RVINIS SERVATAM IVL. CAR. SIXTI IIII PONT. NEPOS HIC STATVIT.

Porticum apud Ecclesiam S. Agneti factam extra vrbem resti- tuit: sunt enim ibi eius insignia cum lemmate sequenti.

IVL. CARD. S. P. AD VINCULA SIXTI IIII PONT. MAX. NEPOS PORTICVM AD AEDM S. AGNETIS V. ET M. COLLAPSAM RESTITVIT.


Multa alia sacra aedificia Romae, & alibi, praesertim in Hispania, & in Gallia ab eo restituta testatur Garimbertus. Ecclesiae Latera- nensis Archiepiscopus, & maior Penitentarius factus post obitum Petri Riarij Cardinalis, Ordinis Minorum Protectionem habuit, eamque retinuit viginti sex, seu ex alijs triginta trium annorum- spatio, donec ad summum Pontificatum sub nomine Iulij II. eue- ctus est de quo plura infra.

SECUNDA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Dominica Natiuitatis 1473. Pontificatus secundo, die Vntis notis Maij, Romae apud S. Mariam Maiorem Sixtus IV. Romanus Pontifex iterum renouauit, alios octo Cardinales, qui fuerunt.

III.

PHILIPPVS de Leuis natio- ne Gallus die quarta Nouem- bris anno 1435. patre Eustachio de Leuis Barone de Coufan, & de Quelus, matre Alice de Coufan natus, fratre habuit Eustachium, suu in Archiepiscopatu Arelatesi successore, & eodem tumulo conditum. Romae. Pij II. Romani Pontificis iussu ex Referendario Apostolico Agathensis primò An- tistes, deinde Auxitanus Archi- episcopus, sacra demum Arelateni in- fula ornatus est, non morte subla- to Petro Flustate Cardinale, sed cedente & resignante anno 1462. vt patet ex epistola Pij II. Pontificis.



Caeuino And. Vie- uer. in Adid. Caen. Aubery. in viti. Henricus Albi in E- log. Cas- ter. Prie- in Gallia Purpurat. Panarus de Rom. Pontif. Claud. Ro- bert. in Gall. Chri- stian.

Pius Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filijs Populo Ciuitatis, & Diocesis Arelatenis salutem, & Apostolicam bene- dictionem. Hodie venerabilem fratrem Nostrum Philippum A- relatensem, tunc Auxitanum Arch. episcopum, Referendarium Nostrum apud Sedem Apostolicam constitutum, a vinculo, quo Ecclesie Auxitanae ordinis S. Augustini, cui tunc praerat, eneba- tur, de fratrum Nostrorum consilio, Apostolica auctoritate pleni- tudine absoluit, ipsum ad Ecclesiam Arelatensem dicti ordi- nis, tunc certo modo vacantem, de praedictorum fratrum consilio Apostolica auctoritate transfulimus, ipsumque illi praefecimus in- Archiepiscopum, & pastorem, curam, & administrationem eius- dem Ecclesie Arelatenis sibi in spiritualibus, & temporalibus ple- narie committendo, liberam sibi tribuendo licentiam ad praedictam Ecclesiam Arelatensem transfundi; prout in Nostris inde conse- ctis literis plenius continetur. Quocirca Vniuersitatem vestram ro- gamus, & hortamur assente per Apostolica vobis scripta man- dantes quatenus eundem Philippum Archiepiscopum, tanquam patrem, & pastorem animarum vestrarum grato admittentes ho- more exhibeatis eidem obedientiam, & reuerentiam debitas, & deuotas; ita quod ipse in vobis filios deuotionis, & vos in eo per co- sequens patrem inuenisse beneuolum gaudeatis. Dat. Roma apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicae M CCCC LXII. Idibus Februarij Pontificatus Nostris quinto.

Cum in aula Pontificia Romae, & Regia in Gallijs vitam tradu- xit, vices, & curas Archiepiscopatus Antonio Guiramondo Dini- si postea Episcopo commisit, qui Philippi nomine, & auctoritate a Montagnio Stephano de Monte Draconis, & Ioanna de Cadris fiducias accepit. Probitas huic aequae, ac nobilitas generis ad purpu- ram aditum aperuit; donatus enim Cardinalatu a Sixto, & Presby- ter tituli SS. Petri & Marcellini nominatus. Vitam cum morte co- mutauit Romae anno 1475. die 11. Nouembris, vt in libro Diuifio- num sacri Collegij: in tumulo verò asseritur obiisse die 4. Nouem- bris, Ciaconius scribit, è vita migrasse die 13. Ianuarij anni 1476.

Felix Es- telorini in Hencho. Paul. de Anetia in deficijs. Bull. Libe- ruz. Nomencl. Cardinal.

A Post obitum in Basilica Liberiana sepulchro marmoreo tumulatus iuxta fores Ecclesiae cum epitaphio.

PHILIPPVS DE LEVIS

TT. S. Petri & Marcellini Car. Arelatenis è Gallia ortus il- lustris moribus virtute illustrior Ro. Pont. & Christianiss. Francorum Regibus magno in precio habitus in Senatum. Apostolicum, probitate adscitus obiit suo natali magno sui desiderio relicto quippe qui corporis & animi bonis praeditus summa que auctoritate pollens profuit quibus potuit obfuit nemini. Vix. An. XL. MCC CCLXXV. pridie non. Nouebris.


Duo fratres hic iacent eodem clausi Sepulchro PHILIPPVS & EVSTACHIUS Primus Cardinalis fuit sed Archie- piscopus Arelatenis uterque.

B SEDENTE INNOCENT. VIII. PONT. MAX.

EVSTACHIUS natione Gallus nobili Leuorum gente Are- laten. Archiepiscopus hic situs est d quanta fuit in hoc Anti- stite fides pietas religio sanctitas ob quae eum merito Pont. Max. inter sacrosanctos sibi diuinari. Ceremoniar. Adfisten- tes connumerari voluerit qui cum fratrem Philippum S.R.E. Card. qui iuxta se cubat vnice dilexisset in vita in morte quoque vt tumulo illi iungeretur mandauit. Vixit Ann. XLII. obiit M CCCC LXX XIX. die XXII. Mensis Aprilis.

IV.

STEPHANVS Nardinus na- one Italus, patria Foro iulie- tus, ingenij acumine clarus, Proto- notarius Apostolicus, ac Pij II. fa- miliaris, & in Germania grauissi- mis expediendis negocijs probe versatus, ab eodem Pontifice Ar- chiepiscopus Mediolanensis an- no 1460. electus est. Hic sub Cal- isto III. & Miliam, sub Pio II. Pi- cenum administravit: eundem Paulus II. Pontifex Neapolim ad Ferdinandum legauit, eumque deinde vrbi Gubernatorem pre- fecit. Sixtus verò IV. roseo galero



donauit, & Presbyterum Cardinalem titulo S. Hadriani primò, mox S. Mariae Translyberim nominauit, iussitque illum legatum Apostolicum proficisci Ariminum, vt post excessum Roberti Ma- latesta ciuitas illa sanctae sedi Apostolicae fidem seruaret. Denique ea fama Stephanus erat, quae summum virum decreuit; illius meminit Pius II. in Commentarijs: Cardinalis Papiensis in suis epistolis illum appellat integerrimum, atque eruditissimum. Ad eundem literas dedit Philadelphus, nec illius laudes tacuit Garimbertus: Ripa- montius verò illum annumerat claris Praesulibus, qui aliquando Ecclesiae Mediolanensi praefuerint. Supplicationes a Lazaro quon- dam suo praedecessore sanctissimè in Ecclesia Mediolanensi insti- tutas restituit: ad portam Ticinensem ad amoenitatem locum con- struxit, quo Praesules Mediolanenses ad leuandas curas possent ex- interuallo diuertere. Cathedrali nobilissima suppellectili locuple- tauit, aedes Archiepiscopales extruxit, Ecclesiasticam disciplinam, quae notabiliter lapsa erat, reuocauit. Praefuit Abbatiae Villarij SS. Constantio, & Victori factae, quae mille ferè passus a Draconerio Salutiensis Diocesis nobili Castello remota ad radices Alpium, per quas in vallem Marchae ascenditur, sita est. Romae Collegium de suo cognomine Nardinum appellatū instituit, in quo pauperes studiosi viginti sex gratis alerentur, ac illius ius apud Mediolanen- ses Praesules esse decreuit, & vnus alumni denominatio apud Ab- batem S. Ambrosij. Hospitali Lateranensi multa bona donauit. In- ter quae est palatium suo aere Romae extructum, quod hodie solent habitare vrbs Praetores; ad cuius fores plures visuntur inscriptio- nes, videlicet.

STE. NARDINVS CARD. MEDIOL. M CCCC LXXV.

STE. NARDINVS CAR. MEDIOL. ANNO IOBILE.

Huiusce donationis memoria extat in ipsius palatij acie, & est talis.

SALVATORIS LATERAN. PIAE HOSPITALITATI ET MANSVRAB BONARVM ARTIVM ACCADEMIAE STE. NARDINVS CAR. MED. OL. HAS AEDES SVO ABRE POSITAS VIVENS DONO DEDIT ANNO SALVTIS M CCCC

In Ecclesia S. Mariae Translyberim Sacrarium extruxit, ornauit- que, vt habemus ex ipsius Ecclesiae monumentis, atque ex inscri- ptione quae ad ipsius Sacratij fores adhuc extat.

STE. NARDINVS CARD. MEDIOL. SACRARIVM HOC BREVIT. ATQVE ORNAVIT M CCCC LXXXIII.

Ciaconius Iof. Ripa- montius in Histor. Ecol. Me- diolanen- Tabul. Ar- chiep. Me- diolanen- Pius II in Commem. Card. Pa- pientius in Epistol. An. r. Vie- torell. in Addit ad Ciaconij Hier. Gar- imbert. Aubery in vita. Passinius de Rom. Pontif. Franc. Au- gust. ab Ec- cl. in Hist. Fedemonta- na Io. de Desv in Catalog Archiep. Mediolan. Philiph. in Epistol. Felix Co- talor. in Blencho. Ferdin d Vghell. in Addit. ad Ciaconiu.


In Marchia, & in vrbe Auenionensi legationis munere functus sub Sixto est; tandem multiplici doctrina, eximia pietate, zelo Christianae religionis, in pauperes elemosynis clarus, cum sedisset Antistes Mediolanensis annos 23. ex tabula Archiepiscoporum Mediolanensium, ac interfuisset comitijs Pontificijs, in quibus renunciatus est Romanus Pontifex Innocentius VIII. Romae à vita migravit die Veneris 22. Octobris ante primam noctis horam ex Dario Burchardi, seu ex Ciaconio die 21. Septembris anno 1484. ac sepultus in Vaticana Basilica cum hoc Epitaphio.

D. O. M.
STEPHANO NARDINO PATRIA FOROVLIENSI
TITVLI S. MARIE TRANSTYBERIM
PRESBYTERO CARDINALI
MEDIOLANENSI ARCHIEPISCOPO
LEGATO AVENIONEN.
OBIT ANNO SALVTIS M CD LXXXIII.
XI. KALEND. NOVEB.

Nostis hifce temporibus iacet in Cryptis Vaticanis, in quarum fornicæ hæc leguntur notæ.

HIC HVMI EXISTVNT SEPVLCHRA
CARD. STEPHANI NARDINI ET
CAROLÆ REGINÆ HIERVSAL.
CYPRI ET ARMENIÆ.

Ciaconius Hippol. Marrace. in Purpur. Mariana. Aloyfius Lellius in Hist. Montis regalis Felix Cötelorius in Elecho. Aubery in vita. Paninius Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciaconii. Io. Mariana in Hist. Hispan. Nomencl. Cardinal Rocchus Pyrrhus in Noit. Eccl. Sicil.



V.
AVXIAS de Podio natione Hispanus, Iuris vtriusque Doctor, nobilibus in regno Valentiae anno reparatae salutis 1423. ortus parentibus, generis claritatem, virtutum ornamentis illustravit; nam primum ad Magistratum artium, & Philosophiae, deinde ad sacrae Theologiae lauream euectus est. Barchinonensis Ecclesiae Cætor constitutus, & Ioannis Aragonum Regis Consiliarius ad diuersos Reges Legatus fuit; ad virtutes eius accedente Regis fauore, Ecclesiam Caputa-

quensem obtinuit, deinde annum suae ætatis trigentesimum quintum agens, Montis Regalis in Sicilia Archiepiscopus mense Iulij anno 1458. renunciatus est. Sub Sixto Vrbi præfuit, & Vicecamerarij munere fungitur, à quo ob præclaras eius animi dotes in sacrum Collegium Presbyterorum Cardinalium cooptatur titulo S. Vitalis primò, mox S. Sabinae. Tusco feruente bello in Germaniam ad Cæsarem, in Hungariam, Boemiam, & Poloniam ad Reges pro prædicanda Cruciatu contra Turcas Legatus constitutus, Germanos, alioque in Turcas excitauit. Francofordienfi conuentui vnà cum Cardinali Herbipolensi interfuit, vbi munus sibi commissum strenuè obiuit. Ad curiam tandem reuersus multa pietatis opera edidit, titulum S. Sabinae sacerdotibus, & ædificijs auxit; quare scriptum reliquit Poeta illius æui.

*AUXIAS ades auxit, edemque Sabina
 Sic suprema ades auxit in æde sibi.*

Vnà cum Oliuero Carafa Cardinali, Sixto IV. iubente Eleonora Aragonie filiae Ferrantis Primi Regis Neapolitani, sponsae Hericulus Ducis Ferrariensis obuiam processit, & eam Pontificis nomine excepit. Cæsaraugustanam Ecclesiam administrandam suscepit Sixti iussu, qui hæc ad Ioannem Aragonum Regem de hoc Cardinali scripsit. *Cardinalem enim S. Sabinae, qui tibi fidus est, & nobiscum presentibus molestijs angitur, non dubitamus libenter subiturum quodcumque illi orus imponendum duxerimus.* Archiepiscopus Montis Regalis Ecclesiam B. Mariae virginis à Guillelmo II. Siciliae Rege ædificatam, multis, iisque pretiosis donis, ditauit, & ornauit. Visitur etiam ibi nunc teste Hippolyto Marraccio Crux argentea cum Crucifixi effigie, prout illa ferebant tempora, elegantia artificio elaborata, & mons cum imaginibus beatæ Virginis, ac ipsiusmet Cardinalis ante beatam Virginem genuflexi.

Cardinali huic dignum illud facinus, quod refert Papiensis in epistola ad Theodotum Cardinalem Palæologum, dum Friderici Ferdinandi Neapolitani Regis secundo geniti ad urbem aduentum narrat, tribuunt. Cum enim ille prius Cardinales omnes inuisisset, ab ijs versa vice eodem officio, & eodem affectu honoratus, solus hic Cardinalis S. Sabinae, magnæ auctoritatis, & integritatis pater officio illo abstinuit, dignitatis Cardinalatus non statuens, vt inquit Papiensis, secundo genito subditi Ecclesiae Regis tantum honoris præstari. Nos tamen cum alijs de Berardo, seu Bernardo Herulo Presbytero Cardinali S. Sabinae hæc narrauimus supra in eius vita, & quidem bene, nam anno 1474. quo Romam se contulit Fridericus Neapolitani Regis filius secundo genitus, S. Sabinae titulum, non Auxias, sed Berardus Cardinalis Herulus obtinebat.

Decessit Auxias sexagenarius, non tertio, vt aliqui scripsere, sed ex sepulchrali inscriptione, septimo Idus Septembris anno 1483. &

sepultus in æde S. Sabinae, vb adhuc visitur marmoreum, & varijs ornatum figuris sarcephagum cum inscriptione, hac olim à Nomenclatore collecta.

*AUXIAS Valensino, Patria Setabensi, Cardinali Montis Regalis, Nobilis Podorum Famula orto
 Vite sanctissima, sacrarum literarum cognitione,
 Et omni virtutum genere exornato,
 Qui varijs Hispanorum Regum Legationibus functus,
 Urbem prudenter gubernauit.
 Exinde à Sixto IV. in sacrum Collegium ascriptus,
 Tusco feruente bello,
 In Germaniam Legatus Apostolice Sedis profectus est.
 Cæsarem eloquio demulsit, nationem in Turcos animauit.
 Rediens D. Sabinae titulus ad eum Sacerdotibus, & ædificio auxit.
 Compositus postremo rebus familiaribus,
 Mortalitatem exiit anno ætatis LX.
 Salutis Christianae M CCCC LXXXIII. VII. Idus Septemb.
 Par vite religiosus exiit
 Pecuniam, egenis alimentum
 Amici testamentarij integra fide distribuit curarunt.
 Vt moriens uiuere, uixit ut moriturus.*

Bona quæ reliquit, serè omnia inter pauperes, vti iusserat, distributa: Sacellum quoque in Ecclesia S. Sabinae, virgini Mariae sacrum erectum, vti iusserat in morte, in quo singulis diebus in animæ suffragium Missæ sacrificium Deo omnipotenti offertur. Monachorum in Monte Regali Cænobium disciplinam restaurauit: extant adhuc Sixti literæ hæc de re scripte, quas placet referre, & sunt tales.

SIXTVS PP. IV. *Filio Nostro Auxia Tit. S. Sabinae Presb. Card. Archiepiscopo Montis Regalis. Dilecte fili Noster salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum intelleximus statum esse in Comentu Ecclesia Montis Regalis à circumspessione tua obseruantiam Regularem Monachorum B. Benedicti, volentes piam, hanc, & laudabilem ordinationem specialis gratia fauore profequi, vt decet, attendentes Ecclesie prædictæ dignitatem, que Metropolitana existit, & in tota Sicilia celebris, supplicationibus suis, qui eidem Ecclesia ex dispensatione Apostolica presides, in celsas concedimus, vt Monachos eiusdem ordinis idoneos, & honesta vita, usque ad numerum duodecim deligere, ex quibus suis Monasterij per te, vel Priorem Montis Regalis possis, dummodo non supra numerum duorum de singulis comentibus assumas, qui in Monasterio Montis Regalis secundum obseruantiam regularem B. Benedicti uiuere habeant; & ibidem secundum Deum militiam Regularem exercere superiorum eorum requisita licentia; quamuis non absentia. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Dat. Romæ apud S. Petrum die 17. Aprilis 1480. Pont. Nostri anno Nono.*



VI.
PETRVS Gundifalvus de Mendoza Hispanus à Catharina de Figuera coniuge Innici Lopez de Mendoza Marchionis de Santigliana, die tertia Maij, quæ est Crucifactor, anno 1428. in vrbe Guadalaxaria in lucem editus, primos suæ ætatis annos in oppidis paternæ ditionis traduxit. Toleti Latinæ linguæ, ac Rhetoricæ, Salmanticæ vero tum Pontificio, tum Cæsareo Iuri operam dedit; anno suæ ætatis vigesimo quarto ad aulam Ioannis II. Regis Castellæ se contulit; in qua tum virtutibus, tum doctrina cum illico eminuisset, Episcopatu Seguntinum primò, deinde Oxomensem obtinuit. Contra Regis Castellæ rebelles primò, mox contra Lusitanos exercitum duxit, & primus in pedestribus pugnis contra hostes sterit. Dum magni Cancellarij munere in Castellæ Regum iussu fungeretur, à Sixto IV. Cardinalatio honore insignitus est: ac primò præfuit Diaconus Cardinalis S. Mariae in Domnica, postea S. Mariae in Porticu Ecclesijs, deinde Presbyter S. Crucis in Hierusalem. Archiepiscopus Hispanensis, mox Toletanus & Hispaniarum Primas, sedique Apostolicæ in Hispanijs Legatus dictus eximio pietatis, ac deuotionis affectu Serenissimam cæli terrarumque Reginam coluit. Templum maximè vrbis Granatensis, quod Rex Catholicus Ferdinandus V. & Isabella serenissima Coniux ob victoriam de Mauris hostibus reportatam, Conceptioni purissimæ nostræ Domine erigendum vouerant, erexit, ac dicauit. Extra Calahorra ciuitatem Ecclesiam virgini Mariae fundauit, & dotauit; & ad constructionem Ecclesiae Parochialis S. Mariae de la Fluente in vrbe Guadalaxaria ingentem pecuniam summam contulit; cum aliam extra eandem urbem Ecclesiam Deiparæ virgini dedicatam suis impensis construxisset. Monasterio beatissimæ virginis cognomento de Sopretan prope Nitæ villam largas elemosynas donauit in vita, ac moriens tantam eidem reliquit pecuniæ sum-

Ciaconius Petrus de Salazar in vita. Paninius de Rom. Pontif. Hippolyt. Marracc. in Purpur. Marian. Aubery. in vita. Cözal. de Auila. in theat. Ecclesiæ. Caft. Il. Aluar. Gomez de gest. Francisci Xime. ni. Chron. Dominic. Felix Cötelorius in Elecho. Io. Mariana in Hist. Hispan. Casp. Porci in Eborijs Card. Hipp. panarum.

nam, vt ea, facillimè Monasterij templo manus vltima imponi poterit. In Ecclesia S. Mariz de Guadalupe sacerdotia quatuor pro Sacerdotibus, qui singulis diebus Deo factam Hostiam litarent, fundauit, & dotauit: Xenodochium Toletanum S. Crucis, Collegiũ rem S. Crucis Vallisoletanum à fundamentis erexit. Ecclesiam S. Crucis in Hierusalem: in Vrbe erectam restaurauit, vt habemus ex sequenti inscriptione in Sacello S. Helenæ marmori incisa.

Sacra vltior Capella dicta Hierusalem quæ Beata Helena Magni Constantini mater Hierosolyma rediens anno Domini CCCXX. Domusque Tropæ insignis reperitis in proprio eam cubiculo crexerit terraque sancta Montis Caluarie navi inde aduecta supra quam Christi Sanguis effusus fuit Redemptionis humane præcium: cuiusque vigore in celestem Hierusalem mortalibus aditus patuit: ad primum usque inferiorem fornacem repleuerit: ex quo Sacellum ipsum & tota Basilica ac vniuersa Vrbs secunda Hierusalem meruit appellari: apud quam & Dominus ad illius robur fides in Petro sterum crucifigi voluit: ubique vnus Des veneratio ac fides indeficiens: & Domini precibus & Petri fauore ad vltimum usque Domini iudicantis aduentum in Vrbe sublimis & valente ac inde veriore Hierusalem creditur permanfura.

Hunc ergo locum Regina ipsa multis Christi & Sanctorum Reliquijs ornauit & à Beato Syluestro 13. Kal. Aprilis cum multiplici peccatorum venia visitantibus indulgentia consecrari obtinuit. Indecentum ferme labentibus annis Valentianus II. Imperator filius Constantij Cesaris Archady & Honorij Imperatorum Nepos ex Sorore Galla Placidia, filia Magni Theodosij Hispani in solutianem votis suis ac matris Placidia & Honoria sororis opere vermiculato eam exornauit. Inde quasi M. C. annis euolutis Titulus vera Crucis ab Helena Romam delatus qui supra arcum maiorem istius Basilice in vna fenestra plumbea theca, muro lateritio clausus tandem lauerat: missus tamen litteris ab extra id referentibus que illic Titulus faret, quem iam littere preueniunt vix legi poterant. Sedente Innocentio VIII. Pontiff. Pontifice, anno Domini MCCCCXCII. Pontificatus sui anno VII. Cum b. me. R. D. Petrus Gonsaluis de Mendoza nobiliss. Cardinalis S. Crucis in Hierusalem Toletan. Primas. Templum Basilice istius & munitas illas litteras fenestra reparari faceret. Fabris bitumen quo littere figebantur indistincte diuentibus aperto fenestra foramine contra eorum & Cardinalis beneplacitum: gloriosus Titulus vera Crucis post tot annos ab Helena Roma visibilis apparuit. Eaque die Magna Granada olim dicta.

Regibus Hispaniarum gratissimus fuit; quare ad illum grauissimè ægotantem in vrbe Guadalfiare, inuisendum, Reges abre non dubitarunt. Tantus igitur hic vir pari nobilitate & prudentia in Republica administranda magna per totam vitã auctoritate, è vita migravit in Hispania vrbe Caraca, die vndecima Ianuarij, seu ex alijs vndecima Kalend. Februarij anno salutis 1495. ætatis 67. corpus inde translatum Toletum in Ecclesia principe Toletan. sepulturæ datum, vt vltimis testamenti tabulis ordinauerat cum hoc Epitaphio:

**PETRO MENDOCIÆ CARDINALI PATRIARCHÆ
ARCHIPRÆSVLI DE ECCLESIA
BENEMERENTI.
OBII ANNO MCCCC XCV. TERTIO IDVS IANVARIJ.
Cardinea quondam PETRVS iustratus honore
Dormis in hoc saxo, nomine qui vigilat.**

Dum ægotaret ad mortem, supra domum Crux splendidissima visa est, quæ tandiu splenduit, donec Petrus Cardinalis animam Deo reddidit. Crux enim à Petro Cardinali dum viveret exaltata; nam, vt diximus, Xenodochium Toleti, & Collegium Vallisoleti in sanctissimæ Crucis honorem erexit, Basilicam sanctæ Crucis in Vrbe erectam restaurauit; Petro benefactori parentare voluit; imo admirationi est id quod referunt, nempe in Hispania, intra ædes constructas sumptibus huiusce Cardinalis, herbulam enasci sponte, quæ perfectissimè formam Crucis referat; miraculo rem hanc adscribunt, nam sanctissimæ Cruci oblequens, vt diximus, adeo semper fuit Cardinalis Petrus, vt vbiq; eam forte adspiceret, semper ibi eam supplex adoraret.

Historiarum lectioni vacauit, quarum præcipuas non modò percurrere, sed in matrem linguam traducere placuit: scimus enim Salustij historiam elegantis stylo ab hoc Cardinali in Hispanicam linguam conuersam, inter preciosissima familiarum de Mendoza adhuc in Hispanijs asseruari.




VII.
ANTONIUS Iacobus Venerius, alias de Venerijs, natione Italus, patria Recinetensis, Recinetum vrbs est in Pice-no prope Lauretum clara; filius Antonij nobilis Recinetensis, & Griseidæ, ex Breuium Apostolicorum Scrip tore, seu, vt alij volunt, ex Cameræ Apostolicæ Clerico, Episcopus primò Syracusanus à Pio II. postea à Paulo II. Legionensis, demum à Sixto IV. Conchensis, & Presbyter Cardinalis S. Viti & Modesti in Macello Martyrũ, mox S. Clementis renunciatus est.

Sub Pio II. Collectoris Apostolici in Lusitania, deinde legationis munere functus est apud Regem Hispaniarum, à quo, mortuo Pio, legatus est Romam ad Paulum II. In alijs quoque Occidentis oris mira gratia, & felicissimo successu legationibus nonnullis perfunctus est, & omnibus se è in Romana Curia honoribus cultus. Vir acris ingenij, magnæ solertia, linguæ liberæ, & intrepidæ, ideoque parum gratus fuit.

E vius abiit non Romæ, sed Recineti, non tertio nonas Aprilis, vt fortasse typographi errore scripsit Victorellus, sed ex sepulchrali inscriptione, & monumentis Vaticanis tertio nonas Augusti anno 1479. Corpus, ipsius iussu, Romam relatum, in titulo S. Clementis sepulchro marmoreo, quod adhuc extat, honorificè conditum est cum hoc Epitaphio.

**ANTONIO IACOBO VENERIO RASHANATEN. T. T. S. CLEMENTIS
Presbytero Cardinali Epo. Conchen. magnanimitatis
Constantia seueritatis fidei integritatis exemplo
Cunctis in Romana Curia honoribus ac in omnibus
Pene occidentis oris mira gratia feliciss. successu
Legatione perfuncto in Cardinalem ob meritã totius
Senatus suffragijs assumpto SIXTVS IIII. Pont. Max. B. P.
Annum agens LVII. ij. non. Aug.
An. Sal. MCCCC LXXIX. in Patria decessit.**

Ex eius hereditate centum viginti milia aureorum relata in pecunia, & vasis, & alijs sui vsus stragulis: sex solum annis, quibus Cardinalis vixit, & in patria nobile palatium à fundamentis erectum ex spolio Cameræ Apostolicæ reliquit; Deiparæ Virgini Lauretanæ vestes aureas ingentibus floribus auro crispo, & opere phrygio insignes dũ vixit, obtulit: huiusce Præsulis opibus ianuz Cathedralis Syracusanæ exornato sunt, eiusque eiusdem stemmata affixa.



VIII.
IOANNES Baptista Cibo patria Genuensis, filius Aaronis Cibi, qui Prorex Regnum Neapolitanum iubente Alphonso Arragonio Rege rexit; à puero scientijs operam dedit; maior factus vixit aliquando in Curia Alphonsi patris, & Ferdinandi filij Regum Neapolitanorum. Neapoli Romam se contulit, & ob morum integritatem cum Cardinali Bononiensi Nicolai V. fratre familiaritatem contraxit. Ex Episcopo Saouonensi à Paulo II. anno 1467. electo, Melphitis primò Præsul à Sixto IV. anno 1473. mox Presbyter Cardinalis titulo S. Balbinæ, demum S. Cæcilie renunciatus, decretus illico legatus est ad Fridericum, Cæsam, & Matthiam Coruinum Hungariæ Regem pacandos, ad eos tamen non accessit. Discedente Sixto, pestilentia ergo, ab vrbe, Vicarium in ea reliquit Ioannem Baptistam Cibo Cardinalem, qui singulari prudentia, ac summa vigilantia vrbes rexit; quo in munere vt Ecclesiæ rebelles debellaret, arma impugnavit. Post Sixti obitum Cathedram Petri ascendens dictus est Innocentius VIII. de quo plura infra.

no 1473. mox Presbyter Cardinalis titulo S. Balbinæ, demum S. Cæcilie renunciatus, decretus illico legatus est ad Fridericum, Cæsam, & Matthiam Coruinum Hungariæ Regem pacandos, ad eos tamen non accessit. Discedente Sixto, pestilentia ergo, ab vrbe, Vicarium in ea reliquit Ioannem Baptistam Cibo Cardinalem, qui singulari prudentia, ac summa vigilantia vrbes rexit; quo in munere vt Ecclesiæ rebelles debellaret, arma impugnavit. Post Sixti obitum Cathedram Petri ascendens dictus est Innocentius VIII. de quo plura infra.

Ciaconius Panianus Andr. Victorell. & Ferdinad. Vgel. in Addit. ad Ciaconiu. Hier. Gannbert. Alubery in vita.


Felix Cotelorius in Elencho.

Nomen Cardinal.

Hippolyt. Marracc. in Purpur. Maria. Rocchus Pyrrhus in Notit. Ecclesie Siciliensia.

Ciaconius Aubery. in vita. Andr. Victorell. in Addit. ad Ciaconiu. Hier. Gannbert. Panianus de Rom. Fontif. Vbert. Foletta in as. Blog. Lygurum. Felix Cotelorius in Elencho. Ferdinad. Vgel. in Ital. sacra.

Ciaconio Carol. s. Basilic. s. Petri inas Historia Nouaria. Hier. Ga. timbert. Andr. Victorell. in Addit. ad Ciaconiã Iode Deis in Catalog Arch. Epit. Mediolan. Felix Cotelorius in Elencho. Panuinius de Rom. Pontif. Ferdinãd Vghell. in Addit. ad Ciaconiã. & in Ital. sacra. Aubery in Vita.



IX.
IOANNES Arcimboldus, quē alij Ioannem Angelum, sed malē, nominant, natione Italus; patria Mediolanensi, Nicolai Iuriconsulti, Francisci & Galeatij Ducum Mediolani Consiliarij filius, qui Pontificij, & Cæsarē iuris scientia, ac magnarum virtutum ornamentis excelluit, in vxorem Brisēidam, ex qua Aloysium filium habuit à Galeatio Duce Senator delectus, eius nomine legationibus plurib⁹ perfunctus est; ad Pontificem scilicet, Reges diuersos, ac Reipublicas Mortuā deinde Brisēidæ vxore, à Paulp

II. anno 1468. renunciatus est Episcopus Nouariensis, postea abfens à Sixto IV. creatus Presbyter Cardinalis primò titul⁹ S. S. Nerei & Achillei, deinde S. Praxedis, ac ve referunt alij, S. Mariæ Nouæ. Iustitiæ quoque Præfecturam in Romana Curia, iubente Sixto, summa cum laude obtinuit, & vsque ad obitus sui diem exercuit; Perusij legatione functus est. Demum anno 1480. Archiepiscopus Mediolanensis renunciatus est, cum iam Galeatius annorum 33. occisus fuisset, successore relicto filio Ioanne Galeatio Maria leptenni cum Bona vxore, quæ tum nomine, tum te bona filij tutrix constituta est.

Cardinalis Papiensis ad Ioannem renunciatum Cardinalem has literas scripsit. *Gratulor tibi non modò quod Cardinalis sis factus, sed quod secundis Patrum sententijs factus. Nemo dissonis. Nemo hesitauit. Nemo non dignum te honore hoc prædicauit. In sabulo ecclesie, & in hac tanta dignitas sit. Ita antea tua vita tua, & litera, & studia, & zelus domus Dei omnibus repromittunt. Amari te antea; nunc etiam frui liberius potero. Itaque veni, & tuorum desiderijs ne teneare. Amplecti te capio, & sitim veteris vsus ad satisfactam explere. Vale in Domino 10. May 1473.* Plures alias deinde literas idem Papiensis ad Ioannem Cardinalem scripsit.


Interfuit Comitij Pontificij habitis post Sixti obitum, & suffragium pro Innocētio VIII. dedit, à quo ex Ciaconio tum Archiepiscopatum Mediolanensem, tum S. Ambrosij Abbatiam eadem die obtinuit. In volumine Statutorum Ripariæ, Ioannis huius Episcopi Nouariensis statuta multa leguntur, quorum initium est: *Ioannes Arcimboldus Tituli S. Nerei & Achillei Presbyter Cardinalis Nouariensis.* Ecclesiam Mediolanensem, quam donis permultis auxit, eamque restaurauit, rexit vsque ad annum 1484. inde enim illam contulit in Vidonem fratrem. Habuit insuper Ioannes, vt supra indicauimus, in Commendam nobile S. Ambrosij maioris Cœnobium ordinis S. Benedicti, quod deinde Alcanio Mariæ Sfortiæ Diacono Cardinali resignauit. Sedis Apostolicæ nomine legationis munere functus est Perusij, item in Germania, Hungaria, ac Boemia.

E vita migravit Romæ ex monumentis Vaticanis die 2. Octobris anno 1488. ex alijs vero, & quidem veriùs, anno 1491. scimus enim anno 1489. Abbatiam S. Ambrosij maioris, quam commendatam, vt diximus, habebat. Alcanio Mariæ Sfortiæ Diacono Cardinali resignasse. Post obitum in Ecclesia S. Augustino sacra sine villa sepulchrali inscriptione conditum fuit: sed Ioannes Angelus Arcimboldus Episcopus primùm Nouariensis, deinde Archiepiscopus Mediolanensis, Ioannis Cardinalis nepos, vivens sibi, & patris sepulchrum erexit Mediolani in Ecclesia S. Ambrosij cum lubiecta inscriptione.

IO ANNI Arcimboldo Presbytero Cardinali
 Auo paterno legitimo
 Et Guidoni Antonio Arcimboldo Patruo magno
 Archiepiscopo Mediolani
 Et sibi Ioannes Angelus Arcimboldus
 Ab Episcopatu Nouariensi
 Cui XXVI. annos præferuat
 Ad Archiepiscopatum Mediolanensem
 Translatus.
 V. F. idem annos LXX.
 Mortem obiit XIII. Idus Aprilis
 MDLV.

Quo die Ioannes hic Cardinalis, renunciatus est Archiepiscopus Mediolanensis, Panegyrim in eius laudem Marcum Antonium Maioragium, dixisse, referunt nonnulli: at non in huiusce Cardinalis laudem Panegyrim illam habitam, ac editam fuisse, sed Ioannis Angeli nepotis, Archiepiscopi Mediolanensis, patet legenti: in illa enim Cardinalis nostri fit mentio, hinc verbis. *Sed omnium maiorum suorum gloriam sine dubitatione Ioannes Arcimboldus Nicolai filius, non solum adæquauit; sed etiam longè superauit; qui cum longo tempore, propter singularem Iuris vtriusque scientiam, & Francisco Sfortiæ primò, & eius filio Galeatio gratissimus fuisset, atque vtriusq; Principis, maximo cum honore Senator, Consi-*

liarius, & publici Consilij auctor existisset, mortua demum vxore Brisēida, ex qua Aloysium, huiusce Archiepiscopi parentem suscepit, ad religionem animum adiecit; neque ita multò post ob integritatem, & probatissimos mores suos, aspirante Galeatio Principe, Nouariensem Episcopatum affectus est; tuncque fuit eius probitas, & sapientia fama, vt cum à Galeatio missus Orator ad Sixtum IV. Pont. Max. fuisset, ab ipso Pontifice benignissimè, maximoque cum honore susceptus, confestim Cardinalis creatus fuerat, & quod alij pauci vix longo tempore, multisque pecunijs insumptis, assequi possunt, id ipse paucis diebus facile, & gratis consecutus sit: quid quod etiam id quod insiti a signis vocant, quo nulum in tota Romana Curia neque manus, neque honorificentius officium est, vsque ad obitus sui diem semper obtinuit: quid eundem Pontificis legatus summa cum potestate Perusij fuit? quid illud, quod non tantum maximo, atque eorum fuit, sed etiam inaudisum, & admiratione maxima dignum? duas enim eodem die summas in Ecclesia Mediolanensi dignitates summo cum ipsius Pontificis, & vniuersi Cardinalium Collegij consensu consecutus est, nam & Abbas, vt vocant Dux Ambrosij, in cuius nummis titula est hæc nostra Ciuitas, & totius Mediolanensis Præfectura creatus est Archiepiscopus; neque dubium esse potest, quin si longiore illi vitam fata dedissent, ob singularis suas, ac penè diuinas virtutes, breui tempore Pontifex maximus esset futurus. Hæc ille. recenlet deinde alios Ioannis Angeli Arcimboldi Archiepiscopi maiores.



X.
PHILIBERTVS, seu Philippus Hugonetus, natione Gallus, quem Burgundia protulit, Matisco educavit, & primis induit rudimentis, frater fuit Guillelmi Hugoneti, qui ex Patrone Diouionēti Cancellarij Carolo Duce, Dominus de Sail-lā, d'Espoilles, Mont Paon electus est. Maior factus Philbertus Diuionem studiorum causa accessit, mox Taurinum, deinde Ticinū, qua in ciuitate sex annos tranlegit, ac lūris vtriusque lauream obtinuit. Accitus deinde à Guillelmo fratre varijs Caroli Burgundi Ducis nomine functus est legationibus; ad Paulum scilicet huius nominis secundum Romanum Pontificem, & ad Ferdinandum Castellæ Regem. Ecclesiæ Maticonensis Decanus, postea Antistes factus successit patruo Stephano Hugoneto, & munus pastorale egregiè adimpleuit.

Dux Carolus Burgundus Philibertum Episcopum Maticonensem Romam miserat obtinendi ergo pilei Cardinalitij pro Protototario Cluniacensi; cui se opposuit Latinus Cardinalis Vrsinus, in cuius intimum amorem penetrans Philibertus, spem concepit Cardinalatus, quem fauore Vrsini obtinuit, teste Garimberto, qui etiam narrat Burgundicum Ducem iussisse amputari caput Guillelmi Cancellarij, si res hæc secundum veritatis trutinam ponderaretur. Beneficio Caroli Ducis, Sixtum rogantis, alij volunt purpuram consecutum esse Philibertum, idque ex Papiensis literis, quas hic rescribere placet ad veritatem patefaciendam; sic enim ille Episcopo Capaciensi post Philiberti ad Cardinalatum assumptionem scripsit. *Protototario Cluniacensi nulla est causa, cur amicos Cardinales accuset, ab hisque vt scribis, partim deceptum, partim malè aduertum se lamentetur. Officia illorū sua dignitati non deseruit. Commendarunt, precati sunt, sententijs adiuuere. Maior ratio, meo iudicio, vt prateriretur effectis, notior fortasse nobis, quam vobis. Meministi sedente Paulo, Cardinales quatuor secreto creatos fuisse, illo defuncto, aperte reuocatos: inter eos repulsus fuit Sabelus, & Venetus; de Sabello quidem qua mens sit quibusdam ex Patribus, ipse tu scis. Veneto etiam trium Venetorum Cardinalium numerus plurimum obstat. Horum, quantum ego puto, societas Cluniacensem nostrum exclusit: per eius ingressum putatum est illis quoque posse aliquando aditum aperiri. Sententia huius auctores numero plures fuisse, & multitudine nos pernicauerunt. Vt enim in ceteris, sic in nostro quoque Senatu ex maiore numero semper decernitur. Pontificis quoque sua cura non defuit, memori in seeligendo illos ipsos non assuisse. Listera Ducis Maticonensem commendantes, maior quoque pars Patrum abolenda occulta creationi intenti facile Pontificenti in hunc quæm illum inclinauerunt. Omnia planius insigni Equiti Iacobo aperui, qui nuper ad nos pro Cluniacensi est missus. Illum tu audiens rationes consiliorum nostrorum plene intelliges. Nam qui vel ipsi Maticonensis, vel Oratori ad Ferdinandum profecto facti culpam adscribunt, in errore sunt non mediocri. Optare forsitan Cardinalatum hunc potuerit; sed certè non sunt operati. Perosa, vt dixi, societas hoc fecit, quod factum audisti. De Protototario tamen non sum sine spe. Confido Pontificem, Patresque omnes augendis honoribus suis non defuturos; quam ad rem fauet, fauentis quoque est ipse Maticonensis, qui de dignatione sua sentit bene, & honori-*

Ciaconio Anual. Maticonens. Hier. Garimber. Andr. Victorell. & Ferdinãd. Vghell. in Addit. ad Ciaconiã. Aubery. in vit. Panuinius de Rom. Pontif. Claud. Robert. in Gall. Châ. Ri. Felix Cotelorius in Elencho.

*sic loquitur. Pater est, in Capaciensi, ut ante nobis cognitus, si-
mone cognitus propter humanitatem suam, inquam, & literas no-
stro Ordine carus. De illo omnia expectamus, quae commensura in Car-
dinalium egregium possent, &c. In literis vero ad ipsum Cardinalem
Matricensem dati haec habet: Cum Oratoribus Ducis tui sum-
ma locutus; hortatus quoque ad ea scribenda, quae de tota re longo
sermone explicui, docens, non uno, non alterius cuiusquam artificio,
sed solis factionibus nostris Cluniacensem praeferimus. Assensus
omnibus, a Pontifice quoque se ea accepisse ait. Persuasus videtur
redire, & aquam non stipulam ad Duce[m] referre, &c.*

Huius vero frater Guillelmus Carolo Duce Burgundiae ultimo
in Nanceianis campis interfecto, die Dominica, quinta Ianuarij vi-
gilia Regum anno 1476. poena capitis plectitur vindictae causa,
quod non fuisse rebellibus, dum Dux in humanis ageret. Philib-
bertus Cardinalibus adscriptis titulum primò S. Luciae in Silice,
deinde S. Iohannis & Pauli, alias Pammachij obitituit. Legatus Pa-
trimonij B. Petri in Tusciam Prouinciam rexit: praefuit Ecclesijs An-
degauen[sis], ac Aduensi.


In vrbe animam exhalauit ex monumentis Vaticanis; atque ex
Kalendarij Parisiensis die vndecima Septembris, seu ex alijs 14. De-
cembris anno 1484. eius cadaver terrae mandatum in Ecclesiae di-
uitiae Mariae de Populo. In funere Antonius Lullus, Philiberto mirè
carus, illius virtutes commendauit oratione funebri frequenti Se-
quaxi habitus; illum loquentem audiamus. *Philibertus sacrorum Ca-
nonum peritia, iustitia, clementia, facilitate, rerum usus, liberalitate,
et animi magnitudine, in maius humanitate; qua dignitatis tamen
ratione non praetermissa omnes complectebatur; modestia, conten-
tia emittit; clara & erudita ingenia domi aluit, litterarum cultor,
& doctorum virorum Mancenae: hos ipsas è cano erigebat, & à re-
ueris in lucem vindicabat. Munificentia in ignotos etiam exercebat;
tantaque est usus liberalitate, ut in alienis acrius compedes incidere.*

TERTIA CREATIO CARDINALIUM.

Anno Dominicae Incarnationis 1476. Pontificatus Sexto, die
Mercurij 25. Kal. Ianuarij, Sixtus Romanus Pontifex in Vaticano
quinque Collegio Cardinalium adscripsit, quos tamen non nisi die
viginti eiusdem mensis Decembris publicauit: hi vero fuerunt.

XI.

GEORGIVS Costa Lusitani doctrina, pietate, prudentia, & ingenio clarus, Rure, obscuro loco, & obscuris parentibus natus, S. Catharinae Regis Costae filiam, Garimberto teste, semper coluit; quare ab eius patre cognomen à Rota, qua illa martyrio eniuit, stemma desumpsit. Regis Lusitaniae à Confessionibus, & Consilijs fuit; opera Catharinae Eduardi Regis Lusitaniae filiae, cui pergratus exiit, sacerdotia multa in Lusitania obtinuit; inter quae Archiepiscopatum, Vlyssiponensem.



Deinde ad preces Alphonsi item Regis Lusitani illum absentem Sixtus inter Presbyteros Cardinales titulo SS. Petri & Marcellini, deinde S. Mariae Transyberinae cooptauit in Commendam habuit Ecclesiam S. Laurentij in Lucina, & Ecclesiam Bracharensem administravit. Ad Venetam Rempublicam, & ad alios Italiae Principes post purpurae decus Apostolicae Sedis Legatus pro eiusdem Italiae pace procuranda accessit, ac pacem inter Rempublicam, & Ducem Ferrariae composuit. Romae in Ecclesia S. Mariae de Populo Sacellum erexit, eique dotem dedit, imò ob suum in Virginem praecipuum amorem bona eidem Monasterio religiose contulit, ut infra ex monumentis indicabimus. Praefuit Ecclesijs Albanensis, Tuscularum, & Portuensium.

Legatione quoque Innocentij Romani Pontificis iussu functus est, ad excipiendum sacrum Lanceam ferrum, illudque Narniam, Romanam vna cum Iuliano à Ruere Cardinale S. Petri in Vinculis deduxit, ut referunt inscriptiones duae, quae sunt in Vaticano, nempe.

SACRVM FERRVM REVERENTER EXCIPITVR NARNIAE A DVOBVS CARDD. LEGATIS APOSTOLICIS.

DVO CARDD. E NARNIA ROMAM LANCEAM DEFERVNT.

Ultimae senectutis vir, nam centum & duos vixit annos, Romae è vita migravit die 19. Septembris anno 1508. Post obitum in aede Deiparentis de Populo iacuit in tumulo, quod sibi viuens parauerat, cum hoc Epitaphio.

GEORGIVS EPS. ALBANENS. CARD. VLYXBONEN. DVM SE MORTALEM ANIMO VOLVIT VIVENS SIBI POS.

*Clevesius
And. Ve-
terell. in
Adiudic.
Cassid.
Achy.
in vna.
Gis. de
pob. Em-
muel.
Reg. Lud.
Petr. Cō-
stantin. in
Benedic.
Hier. Ge-
simbert.
Primum
de Rom.
Pauli.*

*Suppl.
Manc.
in Prepar.
Manc. a
Iacob de
Alberic. in
H. stor. S.
Mariz de
Populo.*

*Remond.
Guald.*

D. O. M.

GEORG. LVSITAN. EPIS. PORTVEN. S. R. E. CARD. VLYXBONEN. VIRTVTIS DOCTRINAE. ERGO IN REGIAM ADCITVS AC VLTIS DOMI FORISQ. PRÆCLARIS FACINORIB. ÆDITIS AD REGNI PROCVRATIONEM PROVECTVS A XISTO IIII. IN SENATVM ADLECTVS ROMAMQ. ADCITVS MAGNAM INGENII PIETATIS PRVD'NTIAEQ. LAVDEM ADEPTVS SVB IVLIO II. PONT. MAX. QVEM VNICE DILEXIT ET OBSERVAVIT ANN. AGENS SECVNDVM SVpra GENTESIMVM OBIT M D VIII.

GEORGIUS EPS. PORTVEN. S. R. ECCLES. CARD. PORTVGALLEN. OB MAXIMA ERGA HOS SANCTOS DEVOTIONEM POSVIT.


GEORGIUS CAR. PORTVGALLEN. HANC CAPELLAM DIVÆ CATHERINÆ DICAVIT DOTEMQ. DEDIT. ALIA ETIAM BONA OB SVAM IN VIRG. SINGVLAREM DEVOTIONEM HVIC MONAST. RELIGIOSE CONTVLIT AN. D. M. CCCC LXXXIX.

GEOR. ARCHIEPO. BRACHAREN. QVI DVM ROMÆ OB PIETATEM FRATRIS SERVITIIS INHERERET IMMATVRE ERIPITVR GEORG. EPS. TVSCVLAN. CAR. PORTVGAL MVNVS QVOD AB EO OPTABAT.

Huius inter claros ordinis Cisterciensis viros recenset Gaspar Longelinus, ac Monasterij de Alcobacia in Lusitania Abbatè vigesimum tertium nominat, atque ob eximiam doctrinam, ac rerum gerendarum peritiam Episcopum primò Albensem, deinde Archiepiscopum Vlyssiponensem electum fuisse affirmat.

*Is Purpur.
D. Bernar.
Barabas
Montale.
Barnardus
Britus.*

XII.




CAROLVS huius nominis primus Cardinalis Borbonus, Caroli hoc nomine primi Borbonij Ducis, & Agnetis à Burgundia genitus natu tertius, quinque habuit fratres, & quinque sorores. Inter fratres fuere Ludouicus Borbonus Princeps Leodiensis, & Episcopus; Carolus II. Borboniorum & Aruernorum Dux, Comes Franciae stabuli, & magnus Cubiculariorum Regiorum Praefectus. Quinque sorores Ducibus nuptae, quarum vna & postrema Margareta data in matrimonium Philippo Comiti Britaniae, postea Duci Sabaudiae, mater Philiberti Emanuelis Ducis Sabaudiae, & Ludouice Ducissae Engolismensium, genitricis Regis Francisci Primi. Carolus noster ex Canonico, & Praetore Ecclesiae Lugdunensis, ac Protonotario Apostolico Praeful Claromontanus electus Ecclesiam illam rexit annis tredecim, vsus Bertrando Episcopo Bethleemico suffraganeo; Burdigalensem administravit, & Archiepiscopatum Lugdunensem anno 1476. obtinuit. Suscepit è sacro fonte Carolum VIII. Galliae Regem, apud quem deinde in delicijs fuit. A Sixto IV. Presbyteris Cardinalis titulo S. Martini in montibus adscriptus legatione perfunctus est Sedis Apostolicae nomine in vrbe Auemouensium, & Comitatu Venassino. A Ludouico XI. Parisiorum Gubernator constitutus, & electus ad pacem inter se & Anglum Regem procurandam.

Lugduni lucem amisit die 13. Septembris anno 1488. & sepultus in aede D. Iohanni sacra, sepulchro è terra eleuato, ac marmoreo in amplissima capella à se aedificata vna cū palatio Archiepiscopali. Hinc erroris conuincitur Ciaconius, dum ait Carolum Cardinalem Borbonum Parisijs defunctum anno 1489. ibique apud Coelestinos sepultum.

Pro emblemate habuit manum, ensem flammis gerentem cum hoc lemmate: *Ny peur, ny desespoir. id est, Nec metus, nec desperatio.* Carolus Cardinalis à Lotharingia idem emblemata gessit, sed cum alio lemmate, nimirum. *Auctor ego audendi.* Apud Carolum Antonium à Puteo huius Cardinalis Borbonij numismata vidi cum illius effigie, & nomine sine villo lemmate.

*Claudio
Henric. Al-
bi in Elog
Cardin.
Ferdinad.
Vghel. in
Addit. ad
Ciacon.
Claud. Ro-
bert. in 4
Gall. Chr.
Ruan.
to: Chenu
de Archie-
pisc. Lugd.
Annales
Francie.
Aubery in
vit.
Pauinius
de Rom.
Fontf.
Fet. Friz:
in Gallia
Purparat.
Felix Cō-
telonius in
Gleacho.*

Ciaconius Ludouicus Imolef. in Orat. fane bri. Rom. moderna. Andr. Viorelli. in Addit ad Ciaconif Aubery. in vita. Felix Cotelor. in Elencho. Panuuius de Rom. Pontif. Gasp. Porcia. in Elogio Card. Hifpaarum.



XIII.

PETRVS Ferrici Hispanus, ex Cöcentaina oppido nõ Arragoniæ, sed Catalauniæ, Ille de in Hilpania humanitatis, & Bononiæ in Italia legu studia coluit; laurea auctus, Romam se cõtulit, & Cardinalis S. Marci, qui postea Romanus renunciatus Pontifex, dictus est Paulus II. cui seruiert, ope à Pio II. inter Romanæ Rotæ Iudices, vir doctus, integer, & iudex incorruptus relatus est. A Paulo II. Tirafonenfi Ecclesiæ in Arragonia Præsul tributus, & in Germaniam ad vrbs Moguntinæ tumultus sedandos missus; à Sixto IV. inter Presbyteros Cardinales titulo S. Sixti cooptatus, & ad res graues adhibitus *dextera Romanæ Pontificis* nuncupatus est. Sacro Prædicatorum ordini præcipuus patronus extitit: at exacto primo purpuræ anno, cum annum ætatis ageret quartum supra sexagesimum, Romæ decessit die 25. Septembris anno 1478. & sepultus in claustro S. Mariæ super Mineruam cum hoc Epitaphio.

PETRO Ferrici è Citeriore Hispania oriundo, Tu. S. Sixti Presbytero Cardinali Tirafonenfi, Quem vt singulare ætatis suæ, integritatis, Iustitiæ, doctrinæ, religionis, & virtutum omnium exemplar Principes & Nationes omnes Christianæ Patrem, & Patronum, Duo præcipue clarissimi Pontifices Romani, PAVLVS II. & SIXTVS IIII. in Rescribendo, ac Nauicula Petri regenda Dextera suam appellare dignabatur, Cum de humano genere, & hac sede summo cõ labore, & patientia, Benemeritè incredabili de se apud mortales omnes desiderio relicto Roma obiisset anno salutis 1478. septimo Kal. Octobris Dominicus Cardinalis S. Clementis Colleger, Et Andreas Episc. Tirafonenfis Auunculo B. M. Vixit Annos LXIII. Menses V. Dies X.

Ludouicus Imolensis ordinis Minorum in funere, frequenti Senatu Orationem habuit. Nonnulli, Garimberto, & Ciaconio ducibus, hunc adulterino natum sanguine, nothumque fuisse scripserunt; at Aubery, aliique nobilibus parentibus legitimo matrimonio genitum affirmant.

In Ecclesiâ principe Tirafonenfi extat hæc huiusce Cardinalis memoria.


PETRVS Ferrici S. R. E. Presb. Card. huiusce Ecclesiæ Præsul Tantum valuit animi robore, vt duo Principes Terræ, Summique Pontifices eius consilio subderentur, ac parerent. Is ingentia gratiarum, magnosque Indulgentiarum thesauros Tirafonenfi alma Ecclesiâ obtulit, dedistque.

Romæ quoque in Ecclesiâ S. Sixti extant huiusce Cardinalis insignia cum his notis.

PETRI TT. S. SIXTI CARD. TIRASONENSIS
M CCCC LXXVIII

XIV.

IOANNES Baptista, quem alij Ioannem nominant, Romæ Millina familia natus est, quæ nobilitate, opibus, & omni denique virtute in vrbe Roma semper potens est habitæ; vt etiam nunc quæ extant, monumenta præclara ostendunt; maxime verò Ecclesiâ S. Nicolai Millinorum agnoscendum præferens, vel quod ab ipsa familia sit ædificata, vel quod vicu ipsi antiquitus cum dignitate coluerint. Mea quidem sententia, inquit Platina, qui huiusce Cardinalis vitam scripsit, Millinos traxisse originem, nomenque à veteribus Romanis vel solum Marci Tullij Ciceronis testimonium satis esse debet in oratione pro A. Cluentio habita facientis hæc semel Millinorum mentionem. Tameñ quantum etiam ex historia quouis modo scripta, & memoria veterum nostrorum conijcere possumus, Millina gens clarissima certè in numero optimatum Romanorum semper est habitæ. Illustrius profectò fuit hæc familia, vt ante dixi, sed illustriorem eam reddidit Sauus Ioannis Baptiste pater, Pontificis Benedicti huius nominis vndecimi, alias duodecimi æuo, natus enim op-



Platina in vita. Panuuius de Rom. Pontif. Hier. Garimber. Ferdinand. Vghel. in Ital. sacra. Cesar Ræspan. de. Basil. Lateranen. Aubery in vita. Ambr. Læducc. de origine T. pl. S. Mariæ de Populo.

timis moribus imbutus, dignitates & Magistratus ei demandatos perspicacia ingenij, & facilitate morum ita administravit, vt magnam apud omnes laudem sit consecutus. Magnificus præterea & beneficus in vita est habitus, paternis opibus, quæ magnæ fuerunt ad dignitatem vrbs, & splendorem familiæ vsus; gloriam quoque militarem ob res foris egregiè gestas adeptus est, pro patria, quæ tum libera erat, strenuè per sepe dimicans. Annuos tum Magistratus creabat populus Romanus, quos Banderetios vocabat; quod Vexillum libertatis in publicum, vbi opus erat deferrent; hæc dignitatem cum integrè & conitanter administrasset Sauus; Prætura ei, & summus qui tum in vrbe Magistratus erat, vltro omnium consensu deferretur. Cum Dictatura hic honos magnam similitudinem haberet, quo adeptus hortes populi Romani mira celeritate superauit; maximè verò Franciscum vrbs Romæ Præfectum, Vici Dominum ad ripas Cimini lacus positi, qui & Viterbij, & in multis Hetruriæ partibus grauem tyrannidem exercebat. Diripere tum Romanis, & euertere Castellum illud, ne amplius receptaculum hostibus esset ad inuadendam Hetruriam; extant adhuc vestigia eueritæ tyrannidis; neque quisquam locum ipsum amplius munire ausus est. Octauo Idus Maij tantam victoriam populus Romanus Duce Sauo adeptus est, quantam nunquam antea, ea præsertim tempestate. Hanc ob rem quotannis eadem die Calicem argenteum ad Altare S. Angeli in Piscinâ supplicando ferre consuevit populus Romanus, ne ingratus tanti accepti beneficij erga summum Deum haberetur. Idem quoque ad pacem compulit Honoratum Fideni Comitem, qui tum Marinum firmis præditijs munitum tenebat; vnde tanquam ex arce totus belli in agrum Romanum impetum faciens, ciues & ruiticos magnis incommodis continud vexabat; aduertente huic rei Urbano huius nominis sexto Pontifice, qui bello fatigari populum Romanum cupiebat; quò facilius nimia eius libertas frangeretur. Has ob res magnam auctoritatem consecutus Sauus vicinos, qui bellum inferre Romanis parabant, ad pacem impulit. Vxorè habuit Pernam è gente Pontiana, familia nobilissima ortam; ex qua etiam generosam prolem suscepit. Senio confectus cum prodelle amplius Reipublicæ non posset, consilij feruidos iuuenum Romanorū animos comprimebat; modestus, fugalis, & amator pacis, & quietus semper est habitus. Nam cū armis postea Ladislaus Apuliz Rex Ioannem XXIII. Pontificem annis superasset, ac sentiret Romanam iuuentutem ob eam cladem licentiorè factam, Curialium bona velle diripere, in publicum delatus, omnibus imperauit, vt se domi continerent. Hac autem ratione & Curiales à tanto discrimine liberauit, ac ciues suos ab auiditate prædandi coercuit. Ad ceteras virtutes mira pietate, & religione in vita semper est vsus. Moritur autem ætatis suæ anno nonagesimo, magno sui apud omnes desiderio relicto, quippe quem tota ciuitas in morte sita, & patriæ parentem aliquandiu fleuit. Superstites ei fuere quatuor mares, feminae duæ; ex matribus Franciscus maior natus ab Urbano Pontifice Canonicus S. Ioannis Lateranenfi creatus fuerat; is postea religione motus fratrum Eremitarum, qui S. Augustini vitam & normam seruare dicuntur, Cœnobium ingreus est; cupiditate percitus bene & sanctè viuendi, Dum in Conuentu S. Mariæ de Populo ad portam Flaminiam habitaret sanctè & castè viuendo, errantes reprehendendo, mteitos consolando, eò perpulit multos Italiz populos, vt famina cum auiditate Monasteria, & Ecclesiæ eiusdem ordinis ædificarent, vt Carlutium cognomento Gattulam Caietæ fuisse nouimus, qui sua impèta Monasterium S. Augustini condidit. Perpulit & Ladislaum Regem, eiuque matrem Ioannam, vt Neapoli in Vico Carbonario in honorem B. Ioannis Baptiste magna impensa ædificarent; Sueffani quoque eius auctoritate moti in honorem sanctissimæ Trinitatis templum erexere: idem fecere Perusini in honorem Mariæ Dei ad Aquæ ductus, locum ita ciues vocant. Hominis fama per motus Martinus V. Romanus Pontifex omnium consensu creatus, cum in Italiam redisset, memor etiam antiquæ consuetudinis; namque simul Canonici fuerant, eum inuitum, & repugnantem Monasterio Cryptæ ferratæ in agro Romano præfecit. Hoc enim Cœnobium calamitate temporum, & negligentia Gubernatorum rimosum, vndique & lacerum ruinam minabatur, quod breui Franciscus sua diligentia in splendidiorem formam redegit; recuperatis etiam vilis & agris non sine magno labore, & periculo à Tyrannis antea occupatis, & diu possessis. Verum hic labor, hæc diligentia Martinum impulit, vt eum mitteret, ad reformanda Italiz, ac Siciliz Monasteria; quod cum breui ex sententia Pontificis perfecisset, absens, & omni prorsus ambitione liber, post habitis duodecim Competitoribus, Senogalliz agri Piceni Episcopus creatur. Hanc quoque Ecclesiâ bellis, & avaritia Incolarum ferè derelictam breui restituit; agere enim aliter nequiuisset homo natura, & ratione bene viuendi ita educatus & institutus. Gratus itaque Pontifici, gratus Curialibus omnibus, carus populo, Cleroq; Romano, quinto & quinquagesimo suæ ætatis anno Consistorij multitudine premente, moritur. Lucas verò alter frater secundus à Francisco adeo religioni à tenetis annis deditus fuit, vt constans omnium opinio sit procul omni suspitione, ipsum castè & sanctè vixisse; ieiunij enim, vigilijs, orationibus perpetud deditus erat, & adeo quidè, vt corpus eius iu pra modum extenuatum esset. Hominis fama impulsus Alphonfus

Borgia tituli SS. Quatuor Coronatorum Presbyter Cardinalis ad eum visendum proficiscitur; confessus autem genibus flexis delicta sua, cum se orationibus viri optimi commendasset. Bono, inquit, animo Alphonse esto; nam Sedes Petri tibi a Deo maximo destinata est: creatus enim post Nicolaum V. Pontifex, & Callistus vocatus sanctissimos lucæ mores crebro commendabat, dolens quod suis temporibus non viueret. In hoc homine præterea tanta fuit doctrina sacrae Scripturae, tanta constantia in rebus ad fidem, & religionem pertinentibus, tam probata vita, vt bonorum omnium consensu generalis Abbas Coelestiorum sit creatus, nullis vel Pontificis, vel Principum, vel Cardinalium precibus interuenientibus. In ipso magistratu tanta est vltus comitate, & gratia, vt nihil de pristina humanitate immutasse videretur. Moritur autem septimo & quinquagesimo ætatis suæ anno, & sepelitur Aquilæ cum magna veneratione in Ecclesia S. Mariæ Collis maioris, vbi, vt scribit Platina, pro Diuo, & Beato colitur: & constans fama est, & ante, & post mortem eum miraculis claruisse. Ioannes Baptista autem, à Francisco tertius quinquagesimo Julij nascitur anno 1405: ac tanta cura nutritur, vt omnium domesticorum oculi in eum conijcerentur, maxime verò nutritis; quæ rogata cur tanto studio puerum nutrirer, respondit diuino lumine afflata, inspecta etiam infantis indole, hunc inter optimates Christianæ Religionis magnum aliquando futurum virum. Tertio verò ætatis anno Præceptoribus commendatus ea breui didicit, ac tenaciter retinuit, quæ in illa tennella ætate percipi possunt: erat in puero vltura docilitatem ingenij tanta oris in pronuntiatione suauitas & gratias, vt quæ didicisset, eleganter pronuntiaret. Annum agens septimum Canonicus S. Ioannis in Laterano à Ioanne XXIII. creatur, qua dignitate tanquam calcaribus percitus in ludo literario & æquales, & quosdam maiores natu discendo breui superauit. Martinus autem Pontifex cognita ingenij eius magnitudine, & dexteritate mandauit, vt Iuri Pontificio operam daret, assignata etiam quot annis tanta pecuniarum summa, quanta sat esset ad eius ingenium in literis alendum, quasi tunc diuinaret, vt quod illi conferret, id totum Reipublicæ Christianæ præstaret; nam quicquid literarum & bonarum artium habuit, id totum Christianæ religionis rebus quoad vixit, impendit. Hac liberalitate motus adolecens animum ad studia bonarum artium vehementer applicuit, vt breui inter Scholasticos priuus sit habitus. Interim verò cum ei nunciatum esset Franciscum fratrem à Sicilia rediisse, quos, vt diximus, ad reformanda Monasteria missus fuerat, grauiter in Martis ægrotare, pietate motus, eò statim proficiscitur, ac fratrem sollicitudine sua, & diligentia in pristinam valetudinem redigit.

Mortuo deinde Martino, & in eius locum Eugenio successo, cū de instituendo Gymnasio Romano cum publico salario mentio haberetur, ortaque esset ob hanc rem inter ciuitatem & Pontificem dissensio quædam, tandem ciues ipsi domum emere non longè à circo Flamini, vbi Præceptores liberalium artium publicè legerent, ac nouum veltigal impoluere, vnde salarium legentibus præberetur; vini aliunde Romam aduecti id veltigal est. Quam verò necessarium sit in tanta ciuitate publicum Gymnasium, declarat Plinij auctoritas his ferè verbis: *Vbi autem iucundius adolecentes morantur, quam in Patria? aut pudicè magis continentur, quam sub oculis parentum? aut minoris sumptu quam domo educantur, vbi nascuntur? aut natale solum amare, & frequentare discunt: incitantur, inducuntur que eò non modo finitima, verum etiam amore literarum, qui sunt remotissimi. Hinc gloria, hinc laus certatim nascuntur, hinc ciuitas maior fit, opulentioreque.* Nam postquam imperium labefactari cœptum est, maius incitamentum inueniri non potuit, præsertim in ea Vrbe, quæ vt Imperij, ita literarum patens esse deberet.

Ad Ioannem Baptistam redeo, qui in noua hac Sapientia domo post crebras & graues disputationes publicè habitas, in conuentu doctissimorum hominum insignia Doctoratus accepit. Eius disputationibus interfuerat aduocati multi viri clarissimi, quorum de numero fuit Abbas Siculus, Ludouicus Pontanus, Antonius Rosellus, Gasparus duo Doctores eximij: reliquam turbam reticeo, quæ magna erat, inter quos nonnulli ob inuidiam obstinate nimium homini aduersabantur. Cum verò Eugenijs mutare Collegium S. Ioannis Lateranensis instaurasset, multaquæ Ioanni Baptistæ polliceretur, Episcopatum præsertim, flectere hominem à proposito nunquam potuit; nam eo tempore Florentiam ad Eugenijs Orator missus fuerat. Pontifex autem ad urbem rediens, molè in Ioannem animatus, eum examinandum tradidit Thomæ Sarzanæ, qui postea Pontifex creatus, Nicolaus V. est appellatus; Petro Barbo S. Mariæ in Via lata Diacono Cardinali, qui post mortem Pij, Pontifex renunciatus Pauli nomen sibi desumpsit; Amico Episcopo Aquilano in numerum Cardinalium postea assumpto. Ii autem habita diligentiorum inquisitione, nil inuenere, quod eius vitam inquinaret. Secutus deinde Curiam Romanam, Patriarchæ Grædensis, qui tum Cancellariam Apostolicam gubernabat, totum se tradidit, sub quo tantum profecit doctrina, & diligentia, vt in numerum Abbreviatorum, qui maioris Parci dicuntur, breui asciceretur. In quo magistratu nec avarus, nec ambitiosus vnquam est habitus. Pauperibus tempore fauuit, nil ab accedentibus ad se vnquam

acceptit, præter id quod ex communi salario debebatur, de quo etiam particulam aliquam non ita pecuniosis remittebat; hanc ob rem ab omnibus ferè ad eum concursus fiebat magna cum laude, & gloria nominis sui. Quæ ex re priuus ei locus in Parco illo merito assignatus est; & extant eius diligentia, virtutis, & literarum cõpura scripta quæ nomen consequentur æternum.

Mortuo autem Eugenio, cum Nicolaus V. Thomas Sarzanus antea vocatus, Pontifex creatus esset, in eaque esset sententia, qua Eugenijs mutandi scilicet Collegium Lateranense, Ioannem Baptistam statim ad se vocat, eumque minabundus admonet, vt loco cedat: respondit is quidem primò forti & constanti animo. Verum cum Nicolaus magis magisque excandelceret, admonitus ab his, qui aderant, vt Pontifici obsequeretur, tandem cessit, nulla alia actione motus, quàm ne solus pertinax, & insolens videretur. Huius assensu mirum in modum delectatus est Pontifex, & ne beneficentia superatus videretur, Ioannem Baptistam ipsum S. Petri Pontificarium creauit, ac præfecit omnibus elemolymis, quæ dictæ Basilicæ offerebantur. Mandata Pontificis vt sancta & optima nequaquam renuit, sed ea complexus, omnia ex sententia perfecit. Nicolaus hominem ob eius virtutes iam dignum Episcopatu esse existimabat, vnde cum ei quæris temporibus Sutrinus & Anagninus offerrentur, constanter renuit, quod diceret, humeros suos nequaquam idoneos esse ad tantum onus ferendum, adeo modestus erat, & ambitionis aspernator. Totus itaque conuersus ad exornandam Basilicam S. Petri, cum pecuniæ publicæ non sufficerent, partim aere proprio, partim sua indutria aliunde quæ sita lampadas, candelabra, & vasa aliqua ad vsum sacrorum pertinentia, cum ex aere, tum ex argento, & auro fabricata Sacerdotibus assignauit, nullo gentilitio signo exculpto, aut nomine inscripto, vt fieri solet. Parua quidem hæc sunt, si magnitudinem animi sui, si munificentiam ei innatam inspicimus. Ob hanc eius erga res sacras diligentiam, & singularem in rebus omnibus prudentiam, Nicolaus Pontifex orta de creandis Cardinalibus mentione, ex Romanis Ioannem Baptistam tanto magistratu dignum censuit, verum cum non solum à Pontifice, sed ab his, qui bene sentiebant, omnia in eo laudarentur, vnum solum obstat, quod Romanus erat. *Tanti enim, inquit Plinius, est infelicitas nostrorum temporum, vt cum multis patriæ splendore ad consequendos honores profuerit, solis Romanis vehementer obstitit, formidant ipsi Romana ingenia, quod ea in plerisque ad amplitudinem, ad dignitatem, ad omnem denique virtutem nata, & alia esse videntur.* Obstitit denique Ioanni Baptistæ ad obtinendam hanc dignitatem coniuratio Stephani Porcarij viri popularis, eloquentia insignis: Pontifex enim deinceps graui odio Romanos periculus est. Huic autè biennio post in Pontificatu successit Alphonus Borgia tit. sanctorum quatuor Coronatorū Presbyter Cardinalis Callistus III. nuncupatus; qui statim ad componendas res Gallicas misit Alanum tituli S. Prædixis Presbyterū Cardinalem. Is verò cognita negociorum multitudinem, & difficultate, Ioannem Baptistam Millinum, cuius fides, & integritatem multorum iudicio exploratam habebat, secum iubente Pontifice duxit, atque in magno semper honore habuit. Adeo præterea Carolo Regi Gallorum gratus fuit, vt eum postea redeuntem ad Urbem, reum suarum Procuratorem dixerit.

Defuncto deinde Callisto, Pioque in eius locum successo, cum tota Curia Mantuâ ad Concilium proficisceretur, ipse Romæ substitit, donec Cancellaria literarum Apostolicarum eò omnino transferretur. Accidit tum, quod Ioanni cognomento Rhode, qui literarum Apostolicarum Corrector erat, proficisci in Germaniam necesse fuit: hanc ob rem officij ipsius cura Ioanni Baptistæ demandata est; vt omnia tanta cum prudentia, & humanitate gubernauit, vt magnam apud Pontificem, & Curiales omnes commendationem meruerit. A recto enim flecti à nemine vnquam potuit, vel largitione, vel gratia, vel amicitia, vel pollicitationibus, vel amplitudine dignitatis idem semper erat; extorqueri ab eo nil potuit, quod non iustitiam, & æquitatem præferret; seuerus, & rigidus in audaces, & iniqua petentes semper est habitus; humanus & beneficus erga modestos & bonos. Pio in Pontificatu Paulus successit, qui ad hoc, quod Urbem rerum omnium copia abundantem reddere semper conatus est, & augere dignitatem Pontificiam, legem illam laudatissimam tulit, qua nemini in magistratu constituto manera recipere liceret. Mortuo autem Theodoro Tarusino Episcopo, qui Pontifici dum signaret, assistebat; cum multi vndeque operam suam in ea re pollicerentur, quidam etiam Cardinalium commendatione vterentur; Paulus Ioannem Baptistam spontè delegit, cuius consilio in transigendis negocijs Curialium, & aliunde ad Pontificem venientium perpetuò vteretur. Homini enim ab omni ambitione, & auaritia remoto plurimum fidei rebus in omnibus præstabat; namque antea malè acta cernebat vel fraude, vel negligentia cuiuspiam, ea omnia in meliorem formam redigebat. Hæc autem Pauli præcipua laus fuit, quod in toto suo Pontificatu conatus pro viribus est optimum quemque ad obeundos magistratus assumere. Eos præterea nulla de re frequentius admonebat, quàm vt manus abstinentes haberent, vtque iustitiam potius colerent, quàm auaritiam, & cupiditatem, cum bene agentibus maius propolium eliet præmium. Fretus itaque Ioannis Baptistæ consilio, & integri

rate,

rate,

rate,

rate,

tate, eius opera non solum in referendis causis, unde Referendarij sunt appellati, vsus est; verum etiam in Datarij, vt dicunt, munere, quod munus non nisi graui viro, & optimo cuique committitur; eius enim precipua erat cura, ne quid fieret contra iustitiam & pietatem. Id vnum semper ante oculos habebat, & ob eam rem Paulo interdum aduersabatur, vel erranti, vt homini, vel tentanti, nunquid gratia, vel auctoritate alicuius a recto flecteretur. Cognita tandem Ioannis Baptistae constantia, & integritate, eum ad se vocat, & his verbis alloquitur. *Milline iam tandem se arbitror nonuisse, quanti facio fidem, auctoritatemque tuam; & quem admodum omnis spes mea, omnesque meae cogitationes in te vno repositae sunt; vrorum consilio tuo, quo nullum melius cognosco, totus ex te pendet ob singularem animi tui prudentiam, & integritatem. Hinc est quod singularis ista virtus tua, qua quotidie magis magisque elucescet, meritaque stera tua erga Sedem Apostolicam me volentem trahebunt, ut aliqua ex parte dignitatis, & honoris tuo consulam nullo suadente. Obtemperabis igitur Nobis, ut semper facere consuevisi; volumus enim Vrbanis Ecclesia se Antistitem esse.* Annuit Ioannes Baptista; ob stare enim mandatis tanti Pontificis nequaquam par erat; sequenti autem Consistorio omnibus sententiam Pontificis approbantibus Episcopus pronuntiatur. Noluit tamen Paulus ob hanc dignitatem hominem ab officijs consuetis discedere, in quibus recte administrandis non minus utilis habebatur, quam necessarius. Quae res est enim in principe laudabilior, aut praestantior, quam habere apud se viros grauissimos, & optimos, dum publica & priuata negotia transigit? nulla certe maior homine sunt, principes ipsi, errare possunt; eo magis aliorum consilio indigent, quo plura, & grauiora negotia obeunda sunt eis. Consulebat hunc Paulus non in rebus solum ad Curiam pertinentibus, verum etiam in his, quae pacem Italiae, concordiam Principum Christianorum, quietem populorum in se continebant; & ne deses aliquando esset, siquid ocij a rebus publicis supererat, id totum in restituenda Basilica S. Petri, quae continua opera indiget, consumere volebat; sacrorumque ipsius Basilicae curam eidem demandauit. Cum vero Federicus Imperator a Germania Roma eam tempestate voti causa veniret, Ioannes Baptista delectus est, qui primus inter Episcopos Palatinos ei obuiam honoris causa prodiret; & verba Pontificis nomine haberet gratulationis ob eius aduentum, & pollicitationis plena.

Mortuo autem Paulo, ac Pontifice creato Francisco Saouensi Cardinale S. Petri ad Vincula, quem Sixtus IV. vocarunt; multi vt fieri solet, gratulabundi ad eum continuo accedebant, quos omnes vt comis, & humanus erat, cum libenter audiuisset; ad Ioannem Baptistam conuersus, mandauit, ne e palatio discederet, vtque officia consueta exerceret; ei praeterea, tanti hominem faciebat, commendauit honorem, & dignitatem Sedis Apostolicae. Deinceps vero apud Sixtum non minore in pretio est habitus, quam apud Paulum fuerat, nec a natura, & instituto suo propter confirmatam dignitatem discessit; ea humanitate utebatur, & integritate qua prius. In transigendis negocijs accedentium ad Curiam Romanam, maximam curam adhibebat, ne & tempus expectando tenerent, & facultates in hospitij meritorij conlumerent. Ob haec eius merita, quae maxima fuerunt, si curriculum aetatis suae, si modestiam singularem, si continentiam, si prudentiam, si doctrinam inspiciamus, Sixtus Pontifex hominem grauissimum, & innocentissimum in numero Cardinalium merito retulit, & Presbyteris Cardinalibus titulo SS. Nerei, & Achillei primo, mox S. Sixti adscripsit. Ad eum visendum, eique gratulandum non modo Cardinales accesserunt, & Praelati, verum Curiales omnes certatim, ac tota ciuitas Romana, vno ore omnes Pontificem laudabant, quod non gratia, non precibus alicuius Ioannem Baptistam de Ecclesia Dei, de Pontificibus, de Aulicis omnibus benemeritum creasset Cardinalem.

Interfecto non ita multo post Galeatio Mediolanensium Duce a Ioanne Andrea Lampugnano liberanda patriae causa, orta quae dilensione non parua inter fratres & filios Ducis, Bona mater auxilium a Sede Apostolica petijt. Motus precibus mulieris Pontifex, paci ac quieti Italiae consulturus, Ioannem Baptistam legatum in quo anni tempore eo celerrime misit; nam aspera tum, saeuiebat hiems, qualis non antea hominum memoria fuerat. Rigebant omnia gelu, superate Appenninum niuibus opertum, transire agros campestris Galliae Cisalpinae licet glacie cooperitos necesse fuit seni valetudinario & aetate confecto. His incommoditatibus nullo modo perterritus, dum Pontifici, & Senatui obtemperat, eo mature in tanta difficultate itinerum proficiscitur. Suscepit vbi que est cum magna veneratione, honestissimo quoque obuiam prodeunte, maxime vero Mediolani, vbi tantum auctoritate, & gratia valuit vna cum Ludouico Marchione Mantuano, vt discordias non ita multo post inter Ducem & Patruos sedaret, & comprimeret seditiones Mediolani, & in tota prouincia ortas, maxime vero Parmae, in qua aliquandiu tumultuatum est propter quorundam factiosorum discordias; Genuam item, quae a Duce defecerat, sua auctoritate, & consilio in pristinam fidem, redegit. Compositis hoc modo rebus, Insuabrum cum magna omnium gratia, & beneuolentia, legatione functus ad Urbem redijt, carus Pontifici ob egregie nauatam operam in tanta legatione.

Cum vero millesimo quadringentesimo septuagesimo octauo

peste, & quidem graui laboraretur, ac Pontifex statuisset nullo modo ab vrbe discedere, data tamen omnibus Cardinalibus quorum vellent abeundi venia, in villam Millinorum ad montem Marium sitam Ioannes Baptista secessit, unde & Pontificem inuisere, & eius mandata facere commodius poterat; nam a Vaticano ferè mille passibus distat, locus sanè amoenus, & iucundus, Celsi Millini sumptu, & diligentia in tam celebrem formam redactus, vt ab omnibus cum voluptate, & admiratione conspiciatur. Cardinalis autem in eo secessu maxima religione singulis diebus celebrabat, admirantibus domesticis, & interrogantibus, quare Sacerdotum suorum celebrationem interdum non audiret, respondit, commendationes aliorum precibus factas minus gratas esse Deo, quam illorum ad quos pertinet: nescire quo tempore Deus eum vocaret; velle se rem propriam agere, & parare se, vt omnipotenti Deo, eiusque filio Domino nostro Iesu Christo animam suam commendaret, quasi diuinae, prope diem mortis horam instare. Cum autem Pontifex sententiam mutasset, ac discedere ab vrbe instituisset, accitus Cardinalis illucescente adhuc aurora caligine oborta statim in Vaticanum proficiscitur: transactis vero rebus a Pontifice ei commissis, non ita multo post, sexto Idus Iulij febre lenta primum laborare cepit; postea vero in grauescente morbo, ad 12. ex aliquibus, ex sepulchrali vero inscriptione, atque ex monumentis Vaticanis ad 9. Kalend. Augusti anni 1478. ante diem natalem libens, & volens, festus annis; nam tertium & septuagesimum iam attigerat annum, moritur; delatus ad Basilicam S. Petri in Vaticano procul omni pompa partim in situ suo, adeo modestus erat, partim etiam temporum malignitate; nam pestis in vrbe tum maxime saeuiebat; neque congregari ciues & Aulici poterant ad honorandū tanti viri funus. Postea vero cognita eius voluntate ex chirographo suo inde post trimestrem, annuente Pontifice Sixto ad S. Mariam Populi, in qua iam antea Cappellam S. Nicolao sacram exereat, transfertur; nam Ecclesiam illam a fundamentis Sixtus aedificauerat, & Sacella aliquot a lateribus structa amicis dono dederat. Petrus Millinus Ioannis Baptistae Cardinalis frater, vt dignum tanto viro funus ibi celebraretur, procurauit, atque hoc sepulchrum insigniuit epitaphio.

IO. B. MILLINO Vrinsque Iurisconsult. quem Ob eius religionem prudentiam iustitiam Meritaque erga Sedem Apostolicam SIXTVS IIII. Pont. Max. congratulantis Ombus in numerum Card. retulit
PETRVS MILLINVS FRATRI B. M. POSVIT
Is vbi Legatus post mortem Galeacij Ducis Insuabrum Lygarumque res turbatas composuisset LXXIII. Aetatis anno moritur incredubili de se apud omnes Desiderio relicto. Vale qui legis & opta ut multi Hinc Viro per similes humano dentur generi.

OBIIT ANN. DOM. MCCCCLXXVIII
NONO KAL. AVGVSTI

Post funus omnium lacrymis celebratum Petrus totum se ad exorandum sepulchrum fratris conuertit, ac Sacellum picturis, & marmoris simulacris. Fuit in Petro ingenium docile, & ad bonas artes natum; quare ex indole cognita Sauius pater eum protinus optimis praecipis erudiendum tradidit; is autem facilitate ingenij, ac tenaci memoria tantum profecit, vt omnes aequales disputationibus prouocaret. Verum cum Romae pestis saeuire inciperet, Caietam ad Franciscum Germanum mittitur, vbi tandiu literis operam dedit, quandiu Romae peste laboratum esset in patriam deinde rediens, breui ad Perusinum Gymnasium mittitur, vbi & Dialecticæ primò, deinceps iuri Ciuili operam dedit. Inde postremò a fratre, quem, vt diximus, Martinus Abbatem Crypteserratae creauerat, reuocatus, eius rogatu, & mandato vrbem duxit, licet id aegre fecerit, quòd iam animum ad literarum studia applicuerat. Videbat enim Franciscus breui prolem familiam defunuram; cum reliqui fratres religioni se addixissent, nisi Petrus filios procrearet. Sumpta deinde cura rei familiaris, ac publicae, tantam auctoritatē, & gratiam virtute consecutus est; vt breui ab his qui tum vrbem gubernabant, Cancellarius Senatus, ac populi Romani Secretarius electus sit. Missus deinde Orator ad Concilium Basileense omnia ex sententia Pontificis optime peregit. In patriam postea rediens, causis forensibus animi non ambitione, aut avaritia motus applicuit, sed quod ea ratione bonos ab improbis tueri sibi liceret; a diuitibus iustam causam praeferebantibus praemium laborum suorum volebat; pauperes, & circumuentos caudicorum fallacijs sine praemio tuebatur; hac ratione vitam ducens, tantum auctoritatis consecutus est, vt quarto Conservator sit creatus. Cum Pius in Hetruria esset, eo a populo Romano Orator missus, habita graui, & eleganti oratione, ac transactis bona cum gratia negocijs publicis, aegre a Pontifice impetravit, vt sibi liceret in patriam reuerti; adeo gratus Pio in ea legatione fuerat. Auxit patrimonium Petrus suo labore, sua industria, non avaritia, non muneribus illicite acceptis, non iniuria alteri illata; semper enim humanus, pius, abstinentis est habitus; facultatibus suis ad splendorem vrbis, & dignitatem familiae vsus. Splendidè enim in vrbe aedificauit non longè a Circo Flaminio, quem nunc Agonem a

Pellix C6. telorius in Blencho.

Pellix C6. telorius in Blencho.


certaminibus appellant, quæ illic quotannis fieri consueverunt. Hæc domus, ut mihi quidem videtur, scribit Platina, receptaculum totius Ciuitatis, & Curia est; adeo frequenter eunt quotidie & redeunt, qui vel Petri, vel filiorum opera indigent. Nam eius natiuitatem, ac patetnam benignitatem imitatis, faciles se omnibus præbent, non arrogantia, non superbia elati accedentes contumelijs eijciunt, & eliminant; sed blanditijs, pollicitationibus, benignitate omnes sibi deuincunt. Maxime vero Celsus noster, & Marius, quorum alter literatos omnes ad se muneribus & gratia allicit; alter vero cum iuuentute, Romana tantum beneuolentia contraxit; ut nemo sit in Vrbe, quem æquè nobiles, & plebeij colant. Imitantur isti maiorum suorum mores, sequuntur vestigia sanctissimi patris sui Cardinalis Millini, cuius vita omnium virtutum exemplar est; quid enim desiderari in homine perfecto potest, quod non in isto fuerit! si religionem quæris, isto nemo magis pius fuit; quippe qui & reparandis Templis, & constituendis Altaribus, & vasis sacrorum struendis vehementer intentus erat: hanc ob rem Sixtus Ciborum & Aram sancti Petri huius consilio fretus, & diligentia in splendidissimam redegit per nobilem, ac formam: eius quoque industria fenestræ cum marmoreæ, tum vitreæ in eodem Templo constructæ sunt. Peruigili cura in tam sacra celebri Basilica exornanda vtebatur, non solum publico sumptu, verum etiam priuato, & suo: sacrificasse, & horas Canonicas suis temporibus repetiuisse, licet negociosus esset, isto diligentius neminem cognouimus; Cubiculum eius non quietis locum, sed summum Dei sacellum ob crebra Sanctorum simulacra videbatur. Si quid audisset dictum aut factum ab amicis & familiaribus esse quod vel maiestatem diuinam, vel religionem nostram læderet, id statim graui censura corripuit: suos crebro ad pietatem colendam hortabatur, admonebatque, ut sanctè, & integrè viuerent. Si quem vidisset sacris præsertim initiatum, minus honestè, quàm Sacerdotem par est viuere, eum prius bis, terue admonitum, missum tandem facebat; domum enim suam religionis, & pietatis receptaculum esse volebat, non impietatis, & libidinis. Sæpe quidem dictum illud usurpare solebat; errantes qui non castigat, ad malum irritat. Iustitiam verò ita semper coluit, ut neque precibus magnorum Principum, neque gratia cuiuspiam neque largitione, & pollicitationibus multorum à recto flecti vnquam potuerit. Instabant Cardinales interdum commendationibus & scriptis, ut vel sua, vel amicorum negotia conuenientibus oculis transire pateretur; id agere nunquam voluit dicitans semper, se plurius Deum facere, quem ante oculos habebat, quàm hominum gratiam. Interfui ego plerumque, inquit Platina, nam eius consuetudine mirificè delectatus sum, cum nonnulli Curiales, quorum nomina consulo prætereo, ambiciosi illi quidem, & simoniaca macula notati, peterent, & instarent, ut literas Apostolicas perperam impetratas, & suam censuram subdituras in lucem prodire sineret; facturum se id non modò constanter recusabat; verum etiam tam iniqua petentes reprehendebat, quod diceret eorum culpa auctoritatem Sedis Apostolicæ immitti. Hac opportunitate allectus vbi illi discessissent, vltimè expectantiarum ea ratione, qua passim omnibus sine discrimine dantur, improbat, quod diceret, inter bonos & malos, doctos & indoctos, nobiles & ignobiles nullum esse discrimen. Ad hanc seueritatem comitate etiam vtebatur erga eos potissimum, quos moniti redigi aliquando ad sanitatem posse videbatur: non erat ita rigidus censor, quin pleraque etiam humanæ imbecillitati concederet; malas consuetudines leniri facilius dicebat, quàm omnino immutari. Præterea verò ita clemens in delinquentes erat, cum erratum faterentur, ut & eos in gratiam reciperet, & quouis genere officij iuuarer: beneficis enim natura, & iustituro erat. Quod dignosci toto curriculo vitæ suæ potuit; maxime vero dum Abbreuiator esset, in quo magistratu laboris, & industriae suæ partem aliquam accedentibus ad se condonabat; imò interdum de suo largiebatur, his præsertim quos inopia oppressos cernebat. Pauperibus etiam elemosinas impartiebatur, nec his tantum, qui mendicant, sed illis quoque, qui ob nobilitatem familiæ mendicare erubescunt, de suis enim aliquem clanculum mittebat, qui huiusmodi hominibus quædam ad victum, & vestitum pertinentia submittebat. Conscius ego, subdit idem Platina, benignitatis, & munificentiae tanti viri, reticere eius laudes nec debeo, nec possum. Nam dum à Paulo Pontifice in carcere ob suspicionem coniurationis Callimachianæ detinerer, vixque concessum esset per Præfectum Arcis, ut mihi victus submitteretur, vetante etiam Pontifice viuæ vocis oraculo, ut dicitur, ne quid pecuniarum ex officio Abbreuiatoris, quod in Cancellaria habebam, mihi in tanta calamitate constituto præberetur; tamen vir iste optimus clanculum singulis mensibus tres aureos mihi submittebat. Hanc ob rem quòd viuo, quòd aliquod pretiosum habeo, id totum eius humanitati, & beneficentiæ acceptum refero. Prudentia verò tanta in homine fuit, ut nihil quod suo confidio, suæque iustitiam sit, reprehendi vnquam potuerit: literarum Apostolicarum inuentionem, quam minutam vocant, ita prudenter, & ornate componebat, ut nil scribi posset in ea re præsertim, maiore cum dignitate, & gratia. In dandis responsis dum Episcopus, & Cardinalis esset, nil vnquam ab eo responsum est, quod non prudentiam, & grauitatem saperet. Modestia postremo tanta in homi-

ne grauissimo fuit, ut tota eius vita continentia exemplum fuerit verborum parcus erat; plus amicis re ipsa præstabat, quàm verbis polliceretur. Quod à Pontifice impetrasset, vel accepisset amicum causam, id nudis verbis exponebat; ne quod à plerisque fit, nugis occupari gratiam putaretur. In dandis responsis, ac transigendis negocijs publicis licet interdum morosi quidam, & difficiles pertinaciter instarent, à se ipso, id est à constantia, & modestia eminata, nunquam discessit; patienter omnes audiebat, nec Romanos tantum & Italos, sed externos quoque officij causa ad se accedentes. Abeuntis à se impetrata gratia, ut bene viuerent, admonebat, quòd faciliorem deinceps Pontificem haberent, cum maiora peterent; eos autem, qui de ipse impetrandi aliquid cecidissent, mitissimis verbis consolabatur, meliora, si rectè agerent, sperare iubens.

Si vellem omnes, tandem scribit laudatus Platina, huius sanctissimi viri de Deo, de Republica Christiana, de Sede Apostolica, de Curia Romana, de Ciuitate sua benemeriti laudes inuestigare, & describere, in maius volumen, quàm ab initio instituiamus, inuentio nostra cresceret. Vnum hoc optare à Deo immortalis possumus, ut in tanta perturbatione temporum, tantaque inopia bonorum, Antiquitate huic persi-nilem nobis concedat; ne omnino flagitijs improborum periclitemur.

XV.

Petrus Junior de Fuxo, seu de Foix natione Gallus, Pali vulgo Pau, quod est Bearnæ metropolis Cattrum, vbi & Principis sedes, ac tribunal Prouinciæ, seu Curia suprema tunc temporis erat; ex Regio Cantabrorum sanguine traxit originem, die Februarij septima anno 1449. Galtonis quarti Comitis Flustatensis filij natu maioris Ioannis Comitis Foxesium, & Leonoræ Aragoniæ, quæ postea Nauarræ regnum, mortuo Ioanne, Aragonico est consecuta, filius, cuius frater na-



tu minor Gasto Comes Flustatensis, & Nemourij Dux in Rauennate prælio interemptus; placidis moribus, virtute eminens, secutus, sed non assecutus Petrum patruum Cardinalem de Fuxo rebus præclarè gestis. Apud Petrum Cardinalem genitoris patruum vique ad annum ætatis decimum quintum educatus, anno reparatae salutis 1466. in Italiam venit, sororem Mariam Guillelmo Marchioni Montisferrati nuptam comitaturus. Vtrique iuri operam dedit primùm in Academia Ticinensi, mox in Ferrariensi Felino Sando præceptore, à quo doctoratus lauream accepit, deinde sacre Theologiæ institutis imbutus, & magnificentissimè vbique apud Italiæ Principes habitus Roman venit, disertamque, & ab omnibus commendatam habuit ad Pontificem Paulum II. & purpuratos Patres orationem. Inde reuersus Ferrariam, paulò post in Galliam abiit, vbi salutato genitore, Ludouicum Regem inuisit, & Britannicæ Armoricæ Ducem Franciscum sororis suæ Margaritæ maritum. Multum contulit Petrus hic educationi nepotis Francisci Phœbi Foxij Regis Nauarræ 34. & hoc nomine primi Bearnæ Principis & Comitis Foxensis; idem præstitit Magdalena Francica mater Phœbi, & soror Ludouici XI. Gallorum Regis. Curauit inungi in principe Ecclesiæ Pampelonenis nepotem Phœbū in Regem; voluitque priuilegijs ornari Clericos Nauarræ, & Pampelonz Sacerdotes exemit hospitio Curialium, dum Rex illic ageret.

Venetensem in Britannia minore Episcopatum beneficium Francisci vltimi Ducis Britannorum, non Quetensem, ut referunt Panuinius, & Ciaconius, obtinuit anno 1474. Adurensem quoque Ecclesiam post Christophori Foxij obitum administrauit. Rexisse etiam, ut dicemus infra, Panormitanam, administrasse Melitensem, prope Siciliam, & Baionensem in Gallia, ex libris Consistorialibus constat, in quibus sub annum 1491. die 20. Februarij dignitates aliquæ conferuntur Paulo de la Caualleria ordinis S. Benedicti per obitum, inquit, Reuerendissimi D. Petri Cardinalis de Fuxo. Inter Presbyteros Cardinales titulo S. Sixti adscriptus à Sixto Romano Pontifice est; galterum accepit sub initium anni 1477. in ciuitate Lescarenis principatus Bearnensis, præsentibus Magdalena fratris, eiusque filijs, præsertim Francisco Phœbo post paucos annos Rege Nauarræ. Ciaconius huic attribuit Diaconiam S. S. Cosmæ & Damiani, sed quo fundamento, mihi ignotum; ex literis enim Sixti, quas in Vaticano Archiuo sæpe sæpius vidit Felix Contelorius, habemus Petrum S. Sixti titulum ipso initio Cardinalatus obtinuisse. Sacris functionibus totus hic princeps Ecclesiasticus intentus, commendatis sibi Ecclesijs, & pinguis Sacerdotijs semper inuigilauit. Consanguineos, Franciæ, & Nauarræ Reges bellantes composuit, & sororum Britannicæ Principem Gallo etiam Regi conciliauit. Cum tamen Rex Phœbus veneno sublarus fuisset, frustra à prandio ludens infecta toxico, natus annos sexdecim, ac mortuus hæc verba protulisset: *Regnum meum non est de hoc mundo;*

Ciaconius Andr. Vietorell. in Addit. ad Ciaconiu. Pet. Friz. d. in Gallia Purpurat. Gaspar. 16. gelia. in. e. log. Card. ord. Minorum. Claud. Ro bert. in. Gall. Chd. fiana. Luc. Vvad. ding. in. 2. Annal. Mi norum. Aubery in vita. Panuinius de Rom. Pontif.

non turbetur cor vestrum, neque formidet, quia vado ad Patrem. Cardinalis hic in Nauarram à Magdalena ad compescendos motus excitatos à Grandimontijs, & Bellomontijs, missus, vna, eademque hostia bipartita Ludouicum Lerinensem Bellimontis Comitem, & Franciscum Peraltam Polemarchum Nauarræ depositis odijs communicauit.

Romam inde se conferens, in palatio Vrfinorum die decima Augusti, seu decimo sexto Kal. Augusti anno 1490. terram deserens, in S. Augustini, seu, vt alij volunt, in S. Mariæ de Populo Ecclesiæ tumultatus est.


Hunc ordinis Minorum professum fuisse scribit Onuphrius Páuinus, Alphonsus Ciaconius, Petrus Rodolphus, & Henricus Spondanus: negant tamen Frizonius, & Contelorius; dubitat Claudius Robertus in Cathalogo Episcoporum Venetensium, ne qui Minoritam Petrum hunc dicunt, confundantur eodem nomine Petri Fuxij, & perpetram secundum eiusdem cum primo faciant instituti. *Ego vtiq; fateor*, inquit Lucas Vuaddingus, *mibi eundem irrepsisse scrupulum; neque enim ante Onuphrium habeo quos nostro adscribas sodalitis, ex domesticis primus id scripsit Petrus Rodolphus Onuphrio posterior. Annales Nauarræ nullam regularis instituti adhibent memoriam, etsi diligentissime usam usque ad Cardinalatum trarrent. In libris Consistorialibus, & collati primi Episcopatus instrumentis, nullius dicitur religionis, quod tamen solet exprimi, quotiescumque regularis cuiusque instituti viri ad Episcopatus promouentur. Si quis firmioris nixi testimonio meum scrupulum excutiant, nostroque constanter asserant sodalitis insigni hoc tanti Principis ornamentum, est quod gratias agam plurimas, dum communi religionis beneficio meam peculiarem produnt, & explodunt insensam. Idem Vuaddingus de die obitus huius Cardinalis agens, hæc habet: *Diem mortis prescribit Rocchus Pyrrhus decimum sextum Kal. Augusti; Ciaconius, & Petrus Frizon quartum Idus Augusti; & postremus hic sepulchrum ait in Ecclesia S. Augustini, quod mihi dubium aliis propositum auget circa monachatum Franciscanum, quem omnes termæ qui de Cardinalibus scribunt ei attribuunt. Si enim aliquando profectus fuisset apud alterius instituti viros non adeo facile sepulturam delegisset templis sui ordinis contemptis.**

Insinuat insuper Rocchus Pyrrhus in sua notitia Panormitana anno 1485. Petrum Cardinalem de Fuxo factum illius Ecclesiæ Archiepiscopum, quem, cum ijs quos supra adnotauimus Auctoribus, asserit ordinis Minorum fuisse. Sed cum à Sixto IV. ei optionem factam dicat, vt simul cum hoc Archiepiscopatu retineret vnam è duabus Ecclesijs Venetensem, & Adurensensem, necesse est, inquit laudatus Vuaddingus, vt anno precedenti, quo Sixtus mortuus est, vel alio anteriori ad hanc Ecclesiam fuerat promotus. Anno vero 1489. cum Ioanne de Paternione Episcopo Meliteni Ecclesiam hanc, nonnullis adiectis conditionibus, commutasse idem Pyrrhus affirmat.

QVARTA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Dominica Incarnationis 1477. non 1478. Pontificatus septimo, die Mercurij, decima Decembris, Romæ in Vaticano Sixtus IV. renunciauit Cardinales, qui fuerunt.

Ciaconius Andr. Vic. torell. in Addit. ad Ciaconii. Aubery in vita. Briani Hist. stona. Panunius de Rom. Pontif. Franc. August. ab Eccl. in Hist. Pedemontan. Ambros. Landrec. de orig. S. Mariæ de Populo Hier. Garzibett.



inquam huius vrbs, atque ex Arcis S. Angeli Præfecto Presbyter Cardinalis titulo S. Vitalis, aliàs Vestinæ renunciatus est. Noua tamen hac dignitate diu gauisus non est; paulo enim post mensis die scilicet prima Februarij anni 1478. Romæ nondum Cardineo galero donatus è vita excessit: cadauer humatum in æde S. Mariæ de Populo cum hac sepulchrali inscriptione.


XVL

CHRISTOPHORVS de Ruere Allobrox, nobilis Taurinensis, Ioannis de Ruere ex Dominis Vicinoui, & Annæ de Puteo filius, vir iuris prudentia insignis, cum lauream doctorem Bononiæ suscepisset; ex Protonotario Apostolico, atque ex Archiepiscopo Tarantasiensi: Tarantasia, seu Tarentasia vrbs est, quæ olim forum Claudij Neronis Centronum, & nunc *Moussier*, siue Monasterium dicitur, ad Harã Sabaudia fluium non obcurum, sita est. Ex Archiepiscopo

CHRISTOPHORO RVVERO TT. S. VITALIS PRESBYTERO CAR. DOCTRINA MORIBVS AC PIETATE INSIGNI DOMINICVS XYSTI IIII. PONT. MAXIMI BENEFICIO MOX TITVLI SVCCESOR AC MVNERIS FRATRI B. M. ET SIBI POSVIT V. A. XLIII. M. VII. D. XIX. OB. AN. VII. PONT. XYSTI KAL. FEBR.

Malè hunc Tarentinum loco Tarentasiensis, similitudine nominis decepti, Archiepiscopum appellant.

XVII



HIERONYMVS Bassus de Ruere Ligur, patria Sauonenfis, seu de Albizzola diocesis Sauonenfis, Sixti IV. sororis filius, ex Episcopo Albigenensis Recinetensis primo anno 1477. deinde ab eodem Sixto Presbyter Cardinalis tituli S. Balbinæ, postea S. Chrysogoni, tum S. Cæciliæ, demum ab Alexandro VI. cuius electioni affuerat, Episcopus Prænestinus anno 1502. declaratus est, vulgo dictus Cardinalis Recinetensis. Elegit etiam Pium III. & Iulium II. à quo ad Eccl.

clesiam Sabinensem anno 1530. die 29. Nouembris euectus est. Vir fuit mitis naturæ, ab omni vitio, & labe alienus, virtutibus ornatis mirificè semper fuit, quos vt amabat, ita iuuare cupiebat; terrenis tamen opibus non abundauit. E vita migravit in oppido Fabricæ die prima Septembris anno 1507. corpus in vrbe translatum in S. Mariæ de Populo reconditum fuit marmoreo sarcophago, quem illi Iulius II. excitauit cum sequenti inscriptione, & ideo aliqui crediderunt obijisse in vrbe.

D. O. M.

Hieronymo Basso Saouonensi SIXTI IIII. P. M. Sororis Filio, Episc. Sabinen. Card. Recinetensi, in omni vita constanti,

Integro, religioso, IVLIVS II. P. M.

Amstino suo B. M. pos. MDVII.

Huius Episcopi tempore iterum Lauretana iurisdicctio, ac diocesis Recinetensis Ecclesiæ vincita est, quam non ita pridem Sixtus IV. Pontifex inde diuulerat: cum tamen eiusdem ædis Lauretanæ tutelam sibi à Sixto patruo commendatam suscepisset, ob speciale, quem erga eandem Deiparam Virginem gerebat, deuotionis affectum, ipsius ædis Lauretanæ templum à Paulo II. Pontifice Maximo inchoatum, exædificauit, eiusque cultum sacra suppellectile, lectissimis Sacerdotibus, & Cantoribus adauxit. Cum eo Lauretanæ ædis Protectore ingens Turcarum manus Lauretanis opibus immittens diuinitus esset fugata, aduersus huiusmodi repentinos, qui iterum excitari poterant, hostium incurfus, Lauretanum templum destinatis propugnaculis, in arcis modum primo quoque tempore communire cogitauit, quod & sub Iulio II. postea in effectum dedit. Nam facella ipsa propugnaculorum instar assurgunt, addita vndique in summis muris pinna, aditusque sub recto, vt ad propugnandum quoquo versus tuto discurrere miles posset. Insuper auctoritate Innocentij VIII. summi Pontificis eidem Lauretano templo Carmelitanos, quorum patroni munus gerebat, præposuit, qui Virgini inserebant, & peregrinos noxis omnibus expiatis ad propria remitterent. Horum ex numero Baptista Mantuanus fuit Congregationis Mantuanæ Vicarius Generalis, qui Lauretanæ domus Historiam scripsit, & Hieronymo Cardinali huic nostro dedicauit. Sanctissimæ quoque Cellæ pavementum, qua supplicantium genibus attritum, qua auellentium manibus effossum, quippe auulsa inde saxa, ac serico inuoluta pro reliquijs auferebantur, quadrato marmore discolori pulcherrimè strauit: opus scutulatum est egregium, & vel in tanta, quanta nunc Lauretanum sacellum est magnificentia, visendum. Porro circa vestibulum templi magnificentissimas ædes à Bramante nobili illa tempestate architecto descriptas, moliri huc cœpit: cisternam quoque ingenti amplitudine in medio templi atrio extruxit, & ornauit, ne quando oppidanis, vel aduenis aqua deesset.

Egregium virum fuisse Hieronymum hunc Bassum Cardinalem scribit Foletta; quem Iulius II. Romanus Pontifex affinem habere gloriari solitus fuit: cuius perpetuæ vitæ cursus constantissime actæ, & morum candor, & integritas, ac singulare religionis studium vna omnium voce laudatur.

Ciaconius Hier. Garzibett. Andr. Vic. torell. in Addit. ad Ciaconii. Ios. Maria Suazius in Pragm. Antiqu. Ferdinid. Vghel. in Ital. sacra. Ambros. Landrec. de orig. S. Mariæ de Populo Panunius de Rom. Pontif. Aubery in vita. Felix Contelorius in Silencho. Laurent. Schrader in Monum. Ital. Nomen: Cardinal Hippolyt. Matracc. in Purpur. Mariæ.

XVIII.

GEORGIVS HESLER, seu Hester, Germanus civis, imò ex aliquibus Episcopus Herbipolensis, seu, ut alij referunt, ex infimæ plebis genitore natus, ex Protonotario Apostolico, & à consilijs Friderici III. Imperatoris, precibus ipsius Imperatoris, repugnante Cardinalium Senatu inter Presbyteros Cardinales titulo S. Lucie in Silice ab ipso Sixto cooperatus est. Diu antea, Fridericus Sixti literis fatigauerat, ut Georgium Cardinalibus adscribe-



Ciaconus Gasp. Broc. Epif. Ger. mania. Per in ad. Vghell. & Andr. Vic. rorell. in Adit. ad Ciaconũ. Hier. Ga. nabbert. Aubry in vit. Pannius de Rom. Pontif. Felix Cã. telor. in Elecho. Card. Pa. peali.

teras manu tua Celsitudinis scriptas, quibus promotionem venerabilis fratris Episcopi Brixiensis, & dilecti filij Georgij Hester, No- tary Nostri ad dignitatem Cardinalatus commendas. Audimus quoque ea de re accuratissime intercedentẽ filium Nostrum Fran- ciscum S. Mariae Novæ Diaconũ Cardinalem Mantuanum tibi, ac nationi valde affectum. Id quoque circumspeditionis sue verbo respondimus, tua imperiali Celsitudinis literis brevibus respondemus. Nos literas tuas benigne semper videmus: postulata studiosè cog- noscimus, & ad satisfaciendum desiderijs proprio animo incli- namus. Persona ipsa, pro quibus scribis, nota sunt Nobis, & tuo, ac Nostro beneficio digna: nec ad eas honorandas maior tua inter- cesso, quam Nostri voluntas inclinatur: sed creandis Cardinalibus tempora nunc opportuna non sunt. Multa, ac graves necessitudines coguntur hactenus, & in presentiarum cogunt rem totam differri: sumus pro tua pietate nil cupis, aut vis quod oneris, & damno A- postolicae Sedis: natura tua, & clemens consuetudo semper id iuvat. Proinde eandem Celsitudinem hortamur in Domino, ut dilatione necessarium molestiam non habeas, quia non contemnuntur preces tuas sed tantum detrimenta Ecclesie declinantur. Cum opportuni- tatem obtulerit Deus, ha ipse petitiones honorificè proponantur, il- li fauebitur, ac quantum in Nobis erit, accedentibus fratrum No- strorum consilijs, digna votorum tuorum ratio habebitur. Interim Brixiensis apud Nos sine honore non erit, & Georgium tuae Subli- mitatis, Germanisque Principibus gratiam, Nos quoque in corde Nostro geremus.

Roman adepto Cardinalatu primùm venit anno 1479. mense Octobris, inde ubi data facultas dicendæ sententia Kalendis Mar- tij anno 1480 discessit in Germaniam rediturus, Florentia, & Bo- noniæ ægrotavit, & convaluit. Post reditum à Casare cathedram Patavinam in Germania obtinuit; & Patavium centum & septua- ginta Equitum comitatu ingressus, à Senatu, populoque Patavien- si receptus est. Reversus deinde in Austriam paulò post, anno scilicet 1482. dum Lintre Danubium trajiceret, aquis obrutus miserè periit mense Septembris anno 1482. sepelitur Viennæ ad B. Vir- ginem de Ripa.

Fauit hic dum vixit multum religiosi viri ordine S. Francisci, cuiusmodi consuetudinis vinculo coniunctus semper fuit cum Fr. Ioanne de Capistrano, à quo edoctus & ad magna quæque in- structus fuit: quare Ciaconus illum Capistrani vocat discipulum.

XIX.

FR. GABRIEL natione Italus, ordinis Minorum, sacrae Theologiae Magister, ab aliquibus Veronenis, ab alijs Mutinensis cognomento Ran- gonus dictus, Matthiae Regi Hungariae pergratus, à quo sæpe ad Pontifices Romanos & Principes Legatus, sæpe eun- dem comitatus ad bellum, ubi- que praesens consilio semper fuit. In bello contra Polonos, & Boemos apud Vratislaviam magna ex parte auctor extitit rei bene gesta, & felicitis exitus ar- morum: caduceator fuit pacis



Ciaconus Hier. Ga. nabbert. Andr. Vic. rorell. & Ferdinãd. Vghell. in Adit. ad Ciaconũ. Rodolph. Tollign. in Nithor. Scarpin. Lac. Vrad. dag. in An. Mi. totum.

inter Fridericum Imperatorẽ, & Matthiam Hungariae Regem an- no 1477. stabilita, eamque ex suggestu pronunciauit. In Hunga- riam se contulit cum Ioanne de Capistrano viro eiusdem ordinis sanctitate claro; virtutibus & doctrina insignis, Austriae provinciae Vicarius praefuit; & perniciose Hussitarum haeresi latissime per Boemiam, ac vicinas regiones se diffundente Inquisitor à Pio Roma- no Pontifice institutus est. Institutionis literas produco, in quibus hoc ipsum officium, Sedis Apostolicae auctoritate exercuisse refertur.

A DILECTO Fuis Gabræli de Verona fratrum Minorum pro- fessoris, haeretica pravitatis Inquisitori. Apostolicae Sedis providen- tia, &c. Cum sicut ex fide dignorum relatione plurimorum No- bis displicenter innouit, in plerisque regnis Boemiae, & circummu- cinis partibus nefanda Hussitarum, seu Hussitarum, haeresis san- dudum per sacrum Concilium Constantiense damnata, in quo etiã antecessores illius perfidissima secta viri impy Ioannes Hus, & Hiero- nymus iustitia exigente, igne consumpti sunt, ac deinceps per plu- res summos Pontifices Romanos predecessores Nostros, & Roma- nam Ecclesiam damnata, operante satore zizania, pro dolor, in- dies erumpat, pestiferumque virus suum euomens, multorum sim- plicium animas suis tendens, & palliatis coloribus sub praetextu simulatae veritatis illaqueando decipiat, illas eterno satagens igni transmittere consummandas. Nos huic veneno, haeresique nefariae, & labi pestiferæ, quam supremis extinguis affectibus anhelamus; omni salubri remedio, quo possumus, occurrere cupientes, & ne hu- iusmodi morbus insidendo excrescat videris, sed cooperante Do- mino parissim radicitus euellatur, salubriter providere volentes, ac sperantes quod tu, quem tam magistra rerum experientia, quam etiam testimonij fide dignis accepimus, tam per plures annos ad extirpationem eiusdem perfidia etiam Apostolicæ desuper aucto- ritate suffulsum constanter laborasse pro fides zelo, religionis deu- otione, vis a munditia, & alijs multiplicium virtutum meritis, quibus te insignimus Altissimus, per tua sollicitudinis studium labem huiusmodi extirpare, & orthodoxae fidei froctuosos palustres trã- plantare pro tua viriditate conaberis. Tibi contra quoscunque He- reticos, eorumque adherentes, complices, & fautores, atque recepto- res eorundem cuiuscunque status, dignitatis, gradus, ordinis, condi- tionis, vel praecminentiae, etiam si Communitates, & universitates, & municipia fuerint, ubique locorum eos esse compereris, inquirendis, ac una cum Ordinarijs, prout iuris fuerit, procedendis, eos capiendis, & carceribus mancipandi, ac iuxta Canonicas sanctiones, & san- ctorum Patrum instituta, prout cuiusque qualitas delicti exegerit, puniendi, ac brachium seculare, si opus fuerit, contra eosdem imo- candi, nec non ad veritatis lumen redire, aut huiusmodi haeresim aburrare volentes, si alias relapsi non fuerint, receptis ab ipsis prius aburatione haereticæ, & errorum huiusmodi legistimè, & publice fa- cendo, praestandoque per eos iuramento, quod talia deinceps non cõ- mittent, nec talia, vel alia committentibus us similia, seu adherenti- bus consilijs, auxilijs, ac fauore per se, vel alios praestabunt, ac alias in forma Ecclesiae consuetæ absolvendis, ac ad Nostram, & eiusdem Ecclesiae gremium, nec non gratiam, & benedictionem praedictæ Sedis restituendis, & reponendis, omniaque alia, & singula, quae ad hu iusmodi pestem reprimendam, & radicitus extirpandam oportu- nita esse quomodolibet dignoscantur; ac ad officium Inquisitoris tam de iure, quam consuetudine pertinet, faciendi, gerendi, ordi- nandi, exercendi, & exequendi, & ad praemissa omnia, & singula, si quando expedire videris, viros aptos, & idoneos cum similibus, vel limitata facultate assumendi, sub delegandi, ac deputandi, ipsosque quoties tibi opportunum videbitur reuocandi, & loco ipsorum alios similiter idoneos deputandi, plenam, & liberam tenore praesentium concedimus facultatem. Igitur fili dilecte hoc omni per Nos tibi in- uentum ad honorem Dei, & animarum salutem cum omni promo- ptitudine suscipiens studeas sic efficaciter, sicque diligenter illud ex- equi, ut per sollicitudinis tuae solertiam radix haeretica pravitatis penitus euellatur, & vinea Domus Sabaoth fructus afferat Ca- tholicae puritatis, iugue exinde apud Nos, & dictam Sedem valeas nos immeritò commendari. Per huiusmodi autem commissionem per Nos tibi factam locorum Ordinarijs, quo minus ipsi Inquisitio- nis officium super labe praedicta, prout volunt dicta Canonica san- ctiones, exercere valeant, & quibuslibet privilegijs tibi, quoque Or- dinis, vel quibusvis Inquisitoribus haeretica pravitatis si quis sint, à dicta Sede forsitan concessis nullum volumus praedictam generari. Datum Romae apud S. Marcum anno 1466. Anno tertio.

E Eodem anno alias de hac re literas eidem dedit Romanus Pon- tificex, & sunt. Ad ea quae propagatorem in incrementum Catholicae fides respiciunt, impartimur, &c. Itaque sicut fidei relatione perce- pimus, tu exemplo vitae, & praedicatione Verbi Dei, hominum ter- rore deposito, salubres fructus continne in Dei Ecclesia parare studes; & ad extirpationem haereticæ, & praecipue nefandae Hussita- rum sectae; quae, pro dolor, diebus istis velut cancer serpens per Bo- emia regnum, & partes illi adiacentes, operante suafore malorum, sua venena diffuderit in multarum perniciem animarum, non sine tua vite, ac sociorum periculo feruenter incumbis. Nos qui Catho- licam fidem Nostri possimè temporibus augeri, & haereses qua- scunque exterminari, nec non eos, qui in agro Evangelicae praedica- tionis laborant, tutos & securos esse à malorum hominum occur- sibus desideramus, tibi, ut omnibus, & singulis, te per loca non tua, ac periculosa associantibus, ac saluum conductum, & fidelem assisten- tiam praestantibus, quando ita expedire rebus gerendis cognoveris, super quo tuam conscientiam oneramus, quod idoneos eligere pos- sint confessoris, qui confessionibus ipsorum diligenter auditis, eos ab omnibus, & singulis criminibus, excessibus, & peccatis praeterquam Sedis Apostolicae reformatis toties quoties durante quinquennio, & ubi personarum qualitas forte exigeret, aut periculum immineret

Ciacon. Vst. Pontiff. & Cardd. Tom. III.

etiam in spsis referuatis, praterquam per Nos exceptis casibus; & similitur cum plenaria remissione semel duntaxat in foro conscientie, & in forma Ecclesie consueta, absolueri valeant, concedendis plenam, & liberam tenore presentium concedimus facultatem, presentibus post quinquennium minime valentibus. Datum Roma apud S. Marcum anno 1460. 13. Kal. Aprilis.

Aultria Italiam versus ad comitia sui ordinis discesserat Anno 1467. Gabriel: at hoc à Paulo II. Romano Pontifice audito iustus est in eas, à quibus veniebat, prouincias reuerti: probauerat enim Paulus quam vtilem rebus fidei impendebat operam. Vt verò comitiorum patres eum haberent exultatum, has ipse Pontifex ad illos transmisit literas.

DILECTIS Filijs Vicario, & toti Capitulo Generali Ordinis Minorum de obseruantia nuncupato, &c. Dilecti filij salutem, &c. Quoniam docente experientia didicimus dilecti filij Gabrielis de Verona, Ordinis vestri Professoris presentiam circa negotia fidei, Nobis & sancte Ecclesie in partibus regni Boemia, & illis vicinis regionibus, & aduersus perfidum hominem Georgium Podebratium, predicti regni occupatorem, nuper à Nobis damnatum, haereticum, perurum, & sacrilegum; nec non contra illius complices, & adherentes, proque Catholicorum fidelium exhortatione, & firmitate hactenus perursum fuisse, & ut non dubitamus, deinceps futuram. Hinc est quod eundem Gabrielem non obstante vestro eminenti Capitulo, in quo, ut referebat, interesse ex officio tenebatur, ad predictas partes sine mora reuerti iussimus. Volumus itaque ut prefatum Gabrielem abesse in Capitulo eodem vestro hac vice in fauorem Catholicæ fidei aquo animo feratis, eique in commissis per Nos sibi negotijs possibilis adiutoria exhibeatis habituri propterea Nos & Apostolicam Sedem ad gratiam, & fauores erga vos, & familiam vestram promoues. Datum Roma apud S. Marcum sub annulo Piscatoris die 15. Aprilis 1467. Pontificatus Nostri Anno tertio.

Hic genus suum diu reticuit, quod in hunc modum, dum Bononiam in urbem venturus pertransiret, & à Ioanne Bentiuolio viro primario reciperetur hospitio, opportunè reuocauit. Erat tunc in eadem domo Nicolaus Comes Rangonius gener Bentiuolij; Comitibus Guidonis Rangonij apud Mutinenses illustri filius: hunc nihil tale scientem, neque à longe suspicantem adorsus Gabriel, & amplexus fratrem appellauit; eodemque parente utrunque genitum indicauit. Exhilarati Nicolaus, qui fratrem, & Ioannes, qui affinem inueniant, qui fieri hoc posset, auidè interrogarunt: creulauit ille occultum patris crimen dicens, illum in agro Veronensi adolecentulam ruricolam ad illicitum concubitum alexisse, ex quo se progenitum apud matrem genitore pecunias submittente, adoleuisset. Quare proculdubio erant illi, qui in domum paternam abductum, à nouerca malè habitum, in remotas Hungariae partes abijisse recentent; & ibidem à Ioanne Capistrano fuisse initiatum. Etenim in Prouincia S. Antonij iam ordini Minorum adscriptum cum Ioanne Capistrano transiisse in Germaniam supra diximus.

Hic ex Agriensi, seu ut vult Vuaddingus, ex Albiensi Episcopo; nam ab Agriensi in Hungaria sub Archiepiscopo Strigoniensi Gabriellem translatum fuisse ad Albiensem Transiluaniam anno nostræ salutis 1475. ille scribit: rogante Matthia Rege Hungariæ renunciatus Presbyter Cardinalis S.S. Sergij & Bacchi, multa præclare gessit; legationis munere functus est in regno Neapolitano, ut populos illos ad arma contra Turcas excitaret. Sæuiente bello inter Matthiam Hungariæ ex vna parte, & Casimirum Poloniz, ac Vladislauum Boemiar Reges ex altera, Gabriel Legatus à Romano Pontifice instituitur pacis procurandæ. Antea ab eodem Romano Pontifice missus ex Minoribus Baltasar de Picia fuerat, qui Vratislaviae degebat, collata ei Nunciij Apostolici dignitate. De utroque conqueurrunt Scriptores Poloni, quod magis propenderent in fauorem Matthiæ; & iniuste Baltasar ob hæresis suspicionem, & notam Polono, & Boëmo sacris interdixit: & Cardinalis ad pacem conciliandam missus, potius bellum suaderet. At Codices in. ss. Vaticani rerum à Sixto gestarum, aliter recentent, & Gabrielem à re bene peracta commendant: sed & ipse Cromerus primus narrationis auctor, etsi prius Gabrieli detraxerit, mox dicit: Nec deerat pacem suadendo, & orando Gabriel Legatus Pontificis.

E vita migravit Romæ die 27. Septembris anno 1486. & sepultus in templo sui ordinis ad Aram cœli, in sacello à se condito in honorem S. Bonauenturæ. Ciaconius scribit obiisse mense Octobris: Fr. Lucas Vuaddingus ex Registris Vaticanis, circa mensem Aprilis anni 1487. nam in illis refertur. V. Kal. Maij Episcopum Taurinensem Urbanum translatum fuisse ad Ecclesiam Agriensem per obitum Gabrielis tit. S.S. Sergij & Bacchi Cardinalis nuper defuncti. Verba tamen illa nuper defuncti bene meo quidem iudicio extendi etiam possunt ad obitum, qui nonnullis antea mensibus, hoc est mense Septembris acciderat: imò ipse Fr. Lucas laudatus, alibi expressis verbis affirmat. Gabrielem è vita excessisse mense Octobris anni 1486. illum audiamus. Verum, verba de Gabriele Cardinali facit, vsque ad annum 1486. sepultusque est in Templo sui ordinis ad Aram cœli in sacello à se condito in honorem S. Bonauenturæ circa festum omnium Sanctorum.

Ea fuit animi moderatione, & morum grauitate, vt per annos triginta se nulli mortalium succensuisse recordaretur; dexteritate

Gaspar. Si- ligard. de Episc. Mutinens. Aubery in Vita. Paucinius de Rom. Pontif. Platina in Paul. II. Mart. Cro mer. in. Hist. Polô. Pappyrus. Maffion. in Innocent. VIII. Gaspar. 16 gelin. in. log. Card. ord. Mino rum. Felix Cœ telorius in Elencho. Galeot. Marto de dictis, & fact. Mart. Iac. Maffi in Diano.

A ingenij, maturitate consilij, naturæ mansuetudine, doctrina, & pietate ornatum omnes venerabantur. Bonfinius Brixiensem errore, ex propinqua patria concepto perperam appellat, & absque causa contemptum ambitionis inculcat. Aequius hominem à multiplici virtute, & dexteritate agendi commendat Iacobus Maffei Volaterranus, Cubicularius, & Secretarius Apostolicus in Diario, quod scripsit de rebus Sixti, dum ad annum 1479. narrat primum huius Cardinalis in Urbem ingressum: omnem eius narrationem hic verbatim excipio, vt videat lector, quam diuersa ab illa Bonfinij opinione hic in Curia sit adeptus, teste oculato narrante. Octauo, inquit, Idus Decembris, qui fuit dies Luna Gabriel Veronensis, Cardinalis Agriensis nuncupatus Urbem ingressus est, ac quatuordecim post discende sententia in Senatu sibi facta potestas fuit aperire os discunt. Intrans Urbem obuiam inuere Patres omnes vsque ad Portam Populeam, unde suo ordine se mouentes ad Pontificiam Patricians deduxere medium inter duos primos inferioris ordinis Cardinales. Expectabat Pontifex in publico Senatu, quem ad hoc solium vocauerat, sedens in throno suo ascendentem Cardinalem throni gradus ad osculū pedis manus, & oris exceptis. Inde à singulis Patribus ad oris osculū est receptus, quos omnes per subsellia dispositos per ordinem est amplexus, & cum veneratione de osculatus; postremo inter ceteros Patres sibi locus est datus, qui ex vocatione sue ordine sibi obuenebat. His peractis dimissus est Senatus, & Cardinalis domum reductus, quam in Pelliciano trisio mercede a sibi conduxerat: is modus seruari semper solus est, cum primum Cardinales recipiuntur. Veniebat autem tunc ex Hungaria, ubi nullis annis fuit in consilio Matthie Regis, cuius auspicijs, virtute tamen duce, & fortuna comite eam dignitatem adeptus est: sed non erit abs re de hac parte nonnulla recensere. Fuit hic vnus ex dispersis sanctissimi, & religiosissimi viri Ioannis Capistrani ex ordine Minorum B. Francisci; nunciatoris diuini verbi sua tempestate celeberrimi, quo inter arma Christiana apud Belogradum defuncto, ut est nota historia, cum Hungaris mansit, magistrus suscipiendam & vitam continuans; qui persecta vita a huius integritate, in veneratione & presso eum habere ceperunt. Veniens igitur paulatim in Regis notitiam, missus est aliquoties ad vicinos Principes, cum graue aliquod negotium tractandum accidisset. Sedente Paulo II. viri huius odor ad nos vsque peruenit: vocauit illum ad se Pontifex, vsque multum opera sua ad placandos Reges Poloniae, & Hungariae, tunc inter se propter regnum Boemiae dissidentes; quod vterq; propter hæresim damnatam Podebratio ad se pertinere contendebat. Remissus, & renouatus est pluris, semper ita se gerens, vt Romani Pontificis de illo iudicium aueretur in dies, & Hungarorum efficeretur. Vacanti Alben. Ecclesie Rege postulantem profectur; ad Aorensem maioris dignitatis & census in dextram ferretur, quoties Regi magis acceptus adeo vt vnus ille Regis consiliū ubiq; ab omnibus diceretur, & haberetur. Cum autem Apostolica Sedes dare illi nationi Cardinalem vnum decreuisset, & multis Presules regni auctoritate, & ope clarissimi ad eam dignitatem aspirarent, in hunc solium vertit se Rex, & officia, ac studia sua omnia ad huius amplitudinem contulit, vel hunc, vel nullum se recepturum asserens. Tandem superiori anno maximo fauore Pontificis, ac Regis Curia Cardinalis creatur, & titulus S.S. Sergij & Bacchi ei conferitur.

Dumgenus placet hic rescribere Papiensis literas, quas Gabrieli huic Agriensi Episcopo nondum purpurato scripsit, quibus illum maximis laudibus extollit, & dignissimum purpura prædicat, & sunt tenoris sequentis. Si te hactenus voluntate dilexisti, necessitate quidè nunc cogor dispere; ea enim sunt opera tua in publica Christianorum, & primata Sedis Apostolica causa vt Agriensis non memineris: si ingratum sit: illum non amare nefarium. Amote Pater; amoris toties accessio fit, quoties recitatis in Senatu literis tuis, etiam actionū documenta simul tenentur; ne dubita tuus est Papiensis non tā scribendi, quam præstandi cupidus; nec tam ad iram, quam ad opera promptus; id ipsum planius nosces, cū de premijs discrimini, & laborum tuorum ad nos referetur. Quod optari priuato, & in tunica adhuc Francisci agenti, id crede publice ministranti, & ad Presularum assumpto, non modo opto, sed modis omnibus quero: obstant adhuc tempora, aliena ambitione magis, quam nostra voluntate tibi aduersa, sed non obstant diu; breuis, vt puto, erit quod cupimus, & quod in primis ad commune opus est utile: pietate sua id Dominus tribuat. Rex Matthias in cælo apud nos est gloria uniuersis Principis maior esse Roma non potest: prædicantur omnium linguas facta ingentia, priuata imque, & publice pro eius salute vota suscipiuntur. Sed vitam qua nostra est, aliorum quoque mens esse, durissimam hiemem pro fide nunc patienti, & caput vnum obiciens pro omnibus non deesset subsidia, qua vel dilata duntius, vel parcius ministrata quam oporteret, vercor ne magnarum calamitatum sint causam: multa que sua sunt, inuentur, non que Iesu Christi, affectum adhibentes, non rationem ad capiendum consilium. Hic tamen Pontifex noster supra vires contendens, omnia molitur, & tentat: Oratores Italos non dimittit à se, vt maiora decemals contributione præstent, sedulo admittit; de decimis Clericorum, & vigesimis Iudaorum est impetratum; sed quantum sunt hæc ad tantum bellum sustinendum, præsidia: quid enim centena milia in-


ps Re-

Regi contra Asia, & bona partis Europe potentissimum com-
 muni? Contributionem autem secularis nondum impetravit, &
 impetranda totum se exhibet: nos Patris fideliter aborantis sequi
 mur, quoad possumus, studia. Emolliat Deus corda dura, mentesq;
 cæcas illuminet, ne ambulemus in tenebris, & in umbra mortis, ac
 defendere tanto deserto, serò luceamus, non cognitam prius susse-
 viam nostra scabitis. In periculis his, & rebus tam asperis serua te
 ipsum Pater, quodq; tua virtutis, & religionis semper fuit, Sacer-
 dotem te recordare. Vale Roma 7. Martij 1477.

Gessit scutum perpendiculariter defectum, in cuius parte prima
 argentea, leonem minium, in altera rubra, leonem aureum, superio-
 ri parte scutaria coerulea tribus conchilijs aureis ornata.

XX.

PETRVS Folcarus patritius
 Venetus, ex Primicerio S.
 Marci Venetiarum, Protonota-
 rius Apostolicus primò, mox
 non Diaconus Cardinalis, vt
 scribit Ferd. Vghellius in serie
 Episcoporum Patauinorum; sed
 ex monumentis Vaticanis, atque
 ex Diario Sixti Presbyter Car-
 dinalis tit. S. Nicolai inter Im-
 agines, deinde teste Ciaconio S.
 Sixti à Sixto Romano Pontifice
 renunciatus est. Hic iam antea
 fuerat à Paulo II. in sacrum coe-
 lum Cardinalium, assumptus,
 sed quia ab illo publicatus mi-



nitimè fuerat, Cardinalium insignia non ge-
 lerat; quæ tamen iubente
 Sixto, qui reuera Cardinalibus illum adscrip-
 terat, gessit an. 1477. Præfuit
 Ecclesiæ Patauinæ ab anno 1481. vsque ad obitum, quem
 ex monumentis Vaticanis subiit die 15. Augusti anno 1485. ad
 Balneæ Viterbij; Romæ verò eius obitus enunciat die 20. eius-
 dem mensis Augusti: cadaver Romam delatum sepulchrum ha-
 buit in Ecclesiâ S. Mariæ de Populo. Ciaconius huiusce Cardinalis
 obitum refert ad mensẽ Iulij, & affirmat, quia fortasse in vrbe
 cadaver conditum, in vrbe decessisse.

XXI.

IOANNES Arragonius Ne-
 apolitanus, Ferdinandi Regis
 Siciliæ, & Isabellæ Clara-
 montæ filius, ex Protonotario
 Apostolico Diaconus primò
 Cardinalis Ecclesiæ S. Hadriani,
 deinde Presbyter S. Sabiniæ,
 demum S. Laurentij in Lucina
 præfuit. Huic Sixtus præter
 morem Neapolim rubeum gal-
 lerum per Franciscum Scannalor-
 ricium misit, vt refert Card. Pa-
 piensis his verbis: *Creatus iam
 dñs Cardinalis, ac tribus post
 mensibus solemni more, apud
 nos publicatus; plenus etiam cõ-
 tra veterum Patrum consuetudinem missus.* Cardinalitum pileum
 ille recepit in Ecclesiâ principe Neapolitana, die Epiphaniæ anni
 1478. Hortatur hunc Papiensis, vt Romam iam Cardinalis digni-
 tatis munera obiturus, non regio apparatu, sed eo, quo moderatus
 ac religiosus Cardinalis ostendatur quam primùm veniat. Sixto Io-
 annes pro purpureo beneficio suis literis gratias egit; pro Sixto res-
 pondit Papiensis, atque has illi literas dedit.



*IN DIEM magis de indole tua spem bonam concipimus. Audi-
 mus de te habemus multa, persuasimus Nobis multa. Regiam quo-
 que institutionem cognovimus ad mores tuos, & religionem te-
 amore intentam: sed litera nunc tua ad Nos data cumulum gran-
 dem huius spei fecerunt. Videmus circumspeditionem tuam non mo-
 do gratias pro accepto Cardinalatu meritas agere; sed pleno affe-
 ctu ostendere, quantum Nostris laboribus debeas, & quantum sis pa-
 ravus persolvere. Est prudens animus iudicium oblatis honoris co-
 gnitis, & virtus ingens in alienis beneficijs gratitudo. Ad te affu-
 mendam paterna merita plurimum valuerunt; sed nec in te tua
 bonitas undique testificata, minimum iuuat. Libenter te in hunc
 gradum extulimus, multò ante te extulissent, nisi tempore fuisset
 magis quam nostro iudicio obsequendum. Dilatum est non repulsum
 desiderium tuum. Tunc tandem impletum; cum nulli rei obesse, pro-
 deesse omnibus est iudicatum. Gratulamur igitur tibi, qui discas
 Deo iam es. Gratulamur & Nobis, qui tale nati filium sumus. Esse
 te eos in Ecclesiâ animo non dubitamus, quem nobis significas; &
 facturum te omnia credimus, que tua litera continent, vt ita præ-
 ses etiam atque etiam in Domino exhortamur. Præclara opera*


propria sunt Regij generis, ac sanguinis, nec à te Deus in Ecclesia
 sua idem, quod a mediocribus exigit. Illis sunt satis era tria in
 Gazophilacum posita. Tunc fortis maior a comenium. Ideo sic men-
 tem sic actiones compara, fili, vt quanto genere præstas, tanto & o-
 peribus antecellas; ac quanto es maior per patrem & domum, tan-
 to per te ipsum benignior, & humilior videaris. Sic commendabi-
 tur in te assumpto ministerium Nostrum: sic tu assumptus in publica
 omnium benedictione eris: aduentum hunc tuum credimus deside-
 rari à te. Eum ipsum desideramus & Nos. Quàdo ergo per Regiam
 voluntatem, & commodum tua circumspeditionis licebit, aduen-
 dum te comparabis. Veniens verò tanta Nostra, & fratrum Nostrorum
 accipiens letitia, quanta tuis meritis, & spei de te conceptæ
 debetur.

Nondum purpuratus Romam venerat, & pro patre grauitate
 supra ætatem Oratione nobili in publico Senatu concione habitæ
 obedientiam Pontifici professus, audientium animos ad sui amo-
 rem mirum in modum allexerat; magnamque de se spem concita-
 uerat; & cardinis Romani honore iam tunc se dignum præbuerat.
 Post purpuram Sedis Apostolicæ nomine legationis munere fun-
 ctus est bis apud Regem Hungariæ, Boëmiam, ac Poloniæ, & in Ger-
 mania: Archiepiscopatum Tarentinum in regno Neapolitano re-
 xit Ecclesiâ Strigoniensẽ, & Salisburgensem administravit. Cœno-
 bia tũ Montis Casini, tum S. Mariæ Montis Virginis à S. Guillelmo
 Abbate prope Neapolim erectum commendata habuit; huius Eccle-
 siam virgini Deiparæ sacram preciosis donis affectit. Abbas, &
 Episcopus rexit etiam Monasterium Cauæ ordinis S. Benedicti, cui
 sub ecclia erant Monasteria in Sicilia S. Mariæ de Scalis, & S. Andree
 de Paternione: fuit etiam Abbas Cœnobij sanctissimæ Trinitatis
 Mileni cum annexis in Sicilia: Ecclesiâ item Paotensem in Sicilia
 volente Ferdinando, & iubente Sixto administravit. Canonicis Se-
 cularibus S. Georgij in Alga multum fuit, eisque locum Neapoli
 extruendo Cœnobio destinavit. Federico III. Imperatori licet iu-
 uenis à consilijs fuit: pro parente Ferdinando titulum Proregis in
 Prouincia Bariensi tulit; tanta enim cum prudentia virtus in iuvene
 Principe eminebat.

E vita migrasse Romæ die 17. Octobris anno Christi 1484. seu
 veritùs 1485. ætatis vigesimo secundo, patre adhuc superstitẽ scrip-
 sit Ioannes Iuuenis de Antiquitate, & varia Fortuna Tarentino-
 rum; veneno extinctum nonnulli referunt. Post obitum sepultus in
 Ecclesiâ S. Sabiniæ, seu, vt scribunt alij, in abside S. Laurentij in Lu-
 cina; non autẽ in Ecclesiâ S. Cæciliæ, vt scripsit Garimbertus; nam
 illi Ecclesiæ nunquam præfuit. Scriptores itre omnes illius æui re-
 ferunt sepulchrum Romæ Ioannem habuisse in Ecclesiâ sui tituli,
 tempore enim obitus ex monumentis Vaticanis, Ecclesiæ S. Lau-
 rentij in Lucina præerat.

XXII.

RAPHAEL Sanfonus, de
 Riarijs dictus, quem alij
 Dominicanum Raphaelẽ nomi-
 nant, natione Italus, patria Sa-
 uonenfis, Antonij Sanfonis, &
 Violantis de Riarijs filius, Petri
 Riarij Cardinalis ex sorore Vi-
 olante nepos eiusdemque hæ-
 res, cum Pionatus die 3. Maij
 anni 1460. seu, vt alij volunt,
 1461. cum Pisis esset studiorũ
 causâ, ex Protonotario Aposto-
 lico, anno ætatis suæ decimo se-
 ptimo, purpuratus Patribus à Six-
 to IV. adscriptus est, & inter
 nepotes adnumeratus; Riario-



rum agnomen, insigniaque mandante eodem Pontifice, assumpsit.
 Præfuit primò Diaconus Ecclesiæ S. Georgij in Velabro, postea
 Presbyter Basilicæ S. Sabiniæ, tum SS. Laurentij & Damasi, sanctæq;
 Ecclesiæ Camerarij munere, ac legatione in Vngaria, in Marca
 Anconitana, ac Perusina in Vmbria perfunctus est. Episcopus admi-
 stravit Ecclesiâ plures, Pisanam videlicet, Lucensem, & Aretinam
 in Hetruria; Colentinam, Salernitanam, ac Tarentinam in regno
 Neapolitano; Viterbiensem in Patrimonio Diui Petri; Imolensem
 in Æmilia; Conchensem, & Oxonensem in Hispania; Abbas verò
 rexit Cœnobia Montis Casini, Cauæ, & Saxouitij; Prorex Prouinciam
 Barensem, & Capitanatam, & Patronus ordinem Eremitarum
 S. Augustini: à fundamentis extruxit Basilicam S. S. Laurentij
 & Damasi, & proximas Ædes quas S. R. E. Camerarij pro tempore
 post ipsum habitauerunt, & nostris etiam temporibus habitant. Ex-
 tant etiam hodie huiusce beneficij memoriz, & sunt tales.

RAPHAEL RIARIVS Saunenſis Sancti GEORGII
 Cardinalis Sanctæ Romane Ecclesiæ Camerarius à SIXTO
 IIII. Pontifice Maximo honoribus ac fortunis honestatus
 Templum Diuo LAURENTIO MARTYRI dicatum &
 ÆDES à fundamentis sua impensa fecit MCCCCLXXXV.
 ALEXANDRO VI. P. M.

Ciaconius
 Aubery
 in vit. a.
 Andr. Vie-
 torelli. in
 Addit. ad
 Ciaconii.
 Ferdinãd.
 Vghel in
 Ital. sacra.
 Scip. Am-
 mirat. in
 Hist. Flo-
 rentina.
 Pausanias
 de Rom.
 Pontif.
 Pet. Core-
 tin. de Epi-
 sc. Viterb.
 Felix Cõ-
 telonius in
 Elencho.
 Iac. Naldi
 in Histor.
 Leander
 Albert. in
 Descript.
 Italia.
 Nomencl.
 Cardinal.
 Hippolyt.
 Marracc.
 in Purpur.
 Maria.
 Octau. Pan-
 cirol. ne
 Tesori nas
 eodẽ di. &
 ma.

In fronte vero eiusdem palatij.

R. CARD. RIARIVS
SIXTI IV. PRONEP.
CAM. AEDS FECIT.
ANN. SALVT. MDLXXXIX.

Ex Presbyteratu ad Ecclesiam Albanensem trāslatus, praefuit Episcopus aliquandiu Ecclesiae illi, tum Sabinensi, Portuensi, ac Ostiensi: quarum duarum vltimarum fabricas suis impensis restaurauit. Tantae magnanimitati mutuis officijs responderunt morum lauitas, perfectumque iudicium in seligendis familiaribus; inter quos semper quoad vixit, sexdecim Episcopali dignitate ornatos, retinuit: quare Romanorum ciuium amorem & obsequium expertus semper in se est; tum maximè, quando post Alexandri VI. obitum, Romam redijt. In monumentis enim Vaticanis legitur; Eadem die post prandium, die scilicet Sabbati 9. Septembris, anno 1503. circa horam vicesimam primam, intrauit urbem Reuerendissimus Dominus Cardinalis S. Georgij Camerarius, per portam Viridarii, cui iuerant obuiam omnes Clerici Camerae, cum gente armata Collegij; omnes Conseruatores Capitane regionum, octo Marschalchi Romanorum, cum suis gentibus; quae gentes omnes excedebant duo milia pedum: extra portam, ultra Ponticulum venit sibi obuiam familia Neapolitana, Oliuerij scilicet Cardinalis Caraffae, & post eam S. Petri ad Vincula, idest Iuliani de Ruuere; intrauit urbem, cum magna laetitia omnium, & triumpho: extra Castrum fuerunt tracti multi sclopetti, & clamatum Ecclesia, Ecclesia, Ecclesia, & per viam, ex domibus, maximè in eua iuxta domum suam, tracti multi sclopetti, & à multis clamatum, Viat Cardinalis S. Georgij.

Inter tot felicitates saepe auersam vidit fortunam, clarusque enasit, non tam Ecclesiasticis dignitatibus, quibus à Sixto ornatus fuerat, quam periculis, quae sepius subijt, ignobilisque inhonesta morte occumbendi: omnium primum vitae periculum Florentiae subijt anno 1478. quando in Ecclesia S. Reparata Iulianus, & Laurentius Medicei fratres, primus caesus, alter graui vulnere, faucibus, aliquorum insidijs, incio tamen Cardinale praesenti, cecidit, & licet tanti sceleris Raphael Cardinalis omnium votis innocens iudicatus sit, quia tamen nimis male sibi timuit, ita expalluit, vt pallorem in vultu, quoad vixit, retinuerit.

Iterum maximo in discrimine sub Alexandro VI. Romano Pontifice fuit, quando scilicet Dux Valentinus, Hieronymi Riarij filios, Foroluij Aemilij ciuitate denudauit; imo si venationis simulatione periculum Raphael Cardinalis, Riarij illis sanguine, coniuictus, non subterfugisset, Roma enim clam discedens Sarzanam primò, mox Saonam fe contulit; res, rationesque suas male expedit.

Demù sub Leone X. vti conscius, ac locius coniurationis Alphonsi Petrucci Cardinalis in ipsum Leonem, vtq; Duci Vrbinati additissimus, tertio capitis periculum adiit, quare vt reus in carcerem inclusus, causaque cognita damnatus, ac bonis omnibus, dignitatibusque Ecclesiasticis, ac ipsa purpura cardinalitia denudatus est, vt referunt monumenta Vaticana à Iulio Mediceo S. R. E. Vicecan cellario scripta, his verbis. Die Luna 22. Junij 1517. fuit Consistorium. S. D. N. proposuit Dominus Cardinalibus velle se expedire negocium, & causam processus facti contra tres Reuerendissimos Cardinales, videlicet Raphaellem de Riario Episcopum Ostiensem, & Bendinellum tit. S. Mariae in Trastiberis, Presbyterum, & Alphonsium S. Theodori Diaconum Cardinalem, propter quatuor crimina per eos contra Sanctitatem suam, & Sedem Apostolicam perpetrata, quorum quodlibet erat crimen laesa maiestatis, ac priuatione dignum: nam Bendinellus, & Alphonsus Cardinales, cum praedicta sua Sanctitas ad Apostolatus apicem assumpta fuisset fidei, & iurisdictione de eligendo communi consensu futurum Pontificem, & deinde eadem Sanctitate sua in sancta Sede sedente tractarunt, & conuenerunt, ac promiserunt eligere eundem Raphaellem de Riario Episcopum Ostiensem, & Cardinalem in futurum Pontificem, idque eidem de Riario communicarunt, cui promiserunt voces suas, ipsamque R. Cardinalem in suam sententiam traxerunt, & vt pessimum consilium ad optatum finem perducere celerius possent, idem Bendinellus, & Alphonsus Cardinales, cum quodam Magistro Baptista de Vercellis Medico Chirurgico tractarunt eum ponere ad seruitia sua Sanctitatis sub praetextu medendi vlceri Sanctitatis suae, & inducendi cum medelis veneficis ad interimendum Sanctitatem suam, & quantum in eis fuit cum fauore etiam Camerariorum nonnullorum praedictae suae Sanctitatis ei saepe, & sepius procurarunt, & etiam omnia ex ordine Raphael Cardinalis communicarunt, ipseque id etiam ratum habuit, & diuersis temporibus super hoc consilium inierunt, & si potuissent id ad effectum perduxissent; at idem Bendinellus, & Alphonsus contra Bullam monitorij poenalis per Sanctitatem suam contra iniquitatis filium Franciscum Mariam de Ruuere, & illi adherentes emanatam, sub qua etiam Reges, & Cardinales includebantur, eisdem Francisco Mariae adhaeserunt, poenas in ea contentas damnablem incurrendo, & crimen laesa maiestatis committendo, super cuius negotij, & causa expeditione, idem S. D. N. exquisiuit vota Reuerendissimorum Cardd. in praedicto Consistorio existentium, qui

A omnes, excepto Reuerendiss. D. Dominico de Grimans Episcopo Portuensi, dicente se non esse bene resolutum, & propterea non posse tunc cum bona conscientia votum dare, votum suum dederunt, omnesque conuenerunt supra dicta crimina per processum, qui totus coram Sanctissimo, & Reuerendissimo Cardinalibus lectus fuit, in quo continebatur, ipsorum Cardinalium detentorum confessiones plene, & clare probata fuisse, & propterea eos crimen laesa maiestatis commisisse, quod etiam in Papam, sicut, & in Imperatorem commisit, & per Sanctissimum puniri posse, usq; ad necem, & priuare pileo, & Cardinea dignitate, ac omnibus officijs, beneficijs, & bonis quibuscumque, & demum sacerdotio abrogari, & Curia tradit seculari, quia poena erat arbitraria, quoad Sanctitatem suam, poterat, & omnes poenas imponere, & omni clementia, & venia uti, prout Sanctitati suae placebat; cui Reuerendissimi Cardinales praesentes eosdem nocentes, & criminosos humiliter sua Sanctitati commendarunt; quibus votis ab eisdem Cardinalibus exquisitis, & vt praefertur dicitur, Advocatus Fiscalis petijt ab eodem Sanctissimo D. N. contra Cardinales defensas iustitiam ministrari, eosque iuxta eorum demerita per definitiuam sententiam condemnari. Procurator vero Fiscalis petijt concludi in causa, & sententiam proferri. Ea propter Sanctissimus D. N. concludit in causa, & deinde Secretario suo domestico mandauit, vt sententiam ipsam legeret, cuius vigore condemnati fuerunt, videlicet D. Raphael de Riario Episcopus Ostiensis, D. Bendinellus de Saulis Presbyter, & D. Alphonsus Petruccius Diaconus Cardinales, ac galero, & dignitate Cardineae, nec non omnibus Ecclesijs, beneficijs, officijs, & bonis, quae Phisico Apostolico applicata fuerunt, priuari, degradari, Curiaeque seculari tradit demeritum, prout in ealatis continebatur; ipseque Procurator Fiscalis petijt, & requisit omnes Notarios ibidem praesentes de huiusmodi sententia rogatos esse.

C Hieronymus Garimbertus scribit Raphaellem, licet sceleris confcium, ac participem, non tamen tanquam rerum vnquam capite damnatum. Paris vero de Grassis sacrarum caeremoniarum Praefectus testis oculatus contra Garimbertum haec habet in actis Consistorialibus. Die Veneris 29. Maij cum Cardinales omnes qui in Vrbe sunt, videlicet quindecim numero ad Consistorium mane venissent, & in loco Consistoriali sedissent, Papa illo mane ultra solitum per horam, & ultra moratus esset, vocari ad se iussit Cardinalem Anconitanum, natione Tuscum, & cum eo etiam quasi per horam commoratus est, miraremurque omnes, quid id tarditatis esset, ego intropiciens per rimulam hostij vidi Capitaneum Palatij, & duos vel tres alios Palatij Custodes armigeros ibi assistere, & dubitans ne quid mali sequeretur, sacus visurus rei finem, etenim cum vidissem vocari Reuerendissimum Cardinalem S. Georgij, & etiam Cardinalem de Farnesio, qui satis lato, & intrepido vultu accesserunt, credens, causa consultationis esse vocatos, iam eo mane multum de Cardinalibus nouis creandis sermo percrebuerat; vixque Cardinalem ipse sancti Georgij ingressus est, cum ecce Pontifex, qui alius lente, & gradatim exire solitus erat; medius semper inter duos Cubicularios duces, nunc solus, praecipit, & vehemens exijt de sua camera, & ipsemet ostium a foris clausit, sic Cardinalem praedictum S. Georgij introcludens cum Capitaneo, & alijs Custodibus; de quo Papa exiit, & praecipito ego miratus, & cum dicerem quid id foret, & an in Consistorium iret sine stola; nam semper stolatus ibidem esse solitus, respondit stolam velle, & sic illum cum Sacrista Palatino impositum, & vidimus eum pallidum, & totum commotum, & dubitans de praedicti Cardinalis captura, praefertim quia mihi mandauit imperiosius solito, vt omnes exire mberem de loco Consistoriali, prout feci, nec satis id fuit, etiam mihi rursus vulgari sermone acerbius iussit, vt Consistorium clauderem, prout feci; ex quibus id quod fuerat, ego diuinai; accessi tamen ad fratrem meum Cardinalem de Grassis, cui quod ego suspicaueram intimauis; & ipse cum alijs hoc submurmurantes tandem clarius à Pontifice intellexerunt causam capture illius, quae fuit ex eo quia Cardinales duo carcerati confessi sunt, qualiter Cardinalis ipse S. Georgij consensus fuit conuersionis in Papam, super veneno miscendo, & qualiter ipse duo carcerati communicauerunt cum eo quod Papa moreretur ex eo veneno, ipse simul cum alijs facerent eum Papam, & similia, quae an sint vera, nec ne, dies indicabit.

D Cardinalem in Palatio detentus est, & sic rogantibus Cardinalibus omnibus in vna camera inclusus est, non autem in Castellum ductus tunc, sed inde ad paucos dies, & in custodia clausus est, infelix sane.

E Causa cognita damnatus est Raphael, vt diximus, ac bonis omnibus, dignitatibusque Ecclesiasticis, atque ipsa cardinalitia purpura denudatus; at intercessione Cardinalium, solutioneque scuto- rum aureorum centum millium calamitatem illam effugijt: Palatium à se apud Diui Laurentij in Damaso constructum, hac lege redditum, vt dum vueret ipse habitaret, post verò illius mortem in eiusdem Basilicae titularis, sanctaeque Ecclesiae Camerarij vltim in perpetuum eliet; caeterum ad munera omnia pensumq; reuocatus. Rem narrat laudatus Praefectus sacrarum caeremoniarum his verbis.

F Die Veneris 24. Iulij 1517. Papa mihi adesse iussit, priusquam Consistorium iniret vocatum, dixit se velle Cardinalem S. Georgij ex carcere liberare, & restitueret ad omnia quae ille prius ha-

bebas

bebat in beneficijs, officijs, & dignitatibus, prater quam in voce acti-
ua, & passiva, quia pro nunc non volebat, sed si ipse cum tempore be-
ne se aduersus Papam, & suos haberet, absque dubio, & in hoc ex-
dem satisfaceret.

Itaque mihi imposuit, ut ceremonias adaptarem, quibus actus
posset fieri hinc inde satisfactorius: ego primum laudavi animum
sue Sanctitatis pro misericordia, quia procul dubio Deus Sancti-
tatis sue, & generi suo tribuet: deinde dixit, pro maiestate Sedis
Apostolice, & honore Sanctitatis sue, ac sacri Senatus, ac etiam
pro debito meo actus iste expediendus sit, prius oportet me intelligen-
te nonnulla, que essent ista, videlicet.

Primo an vellet Papa Cardinali restituere, vel iam restituisset.

II. An casu, quo restituendus sit, debeat venire tamquam Pra-
latus, id est in habitu simplici, sicut venere Cardinalis S. Crucius, &
Sanseverinus.

III. Ex ad quem locum in Consistorio vocandus sit, an in ali-
quam cameram Palatii.

IV. A quibus ducendus sit in Consistorium.

V. An in Consistorio genuflectat ad terram, vel incuruet, &
quoties.

VI. An genuflectus osculetur pedem, manum, & os Pape, prius
quam aliquid dicat.

VII. An aliquid dicere debeat, & quod placet Pape quod ille
dicat.

VIII. An Papa vellet ei respondere, & casu isto Papa prestu-
deat responsum.

IX. An ipse aliquid legere debeat, & habeat in promptu cedu-
lam legendam.

X. An ipse subscribere manu propria capitula debeat, an casu
isto habeatur calamare, & forma subscriptionis per eum faciēda.

XI. An presente Notario uno, vel duobus Camera Apostolice,
vel Magistro ceremoniarum.

XII. An Procurator Fiscalis vocandus sit, ut inter sit.

XIII. An placeat quod legat formam iuramenti, quod non
Cardinali habentes prestari, & ubi, & coram quo.

XIV. Casu quo ipse non posset, aut non vellet legere, an ego vel
alius pro eo legat.

XV. An restitutus, ponendus sit in loco primo, in quo prius fue-
rat, vel in ultimo loco, tamquam ultimus Cardinalis.

XVI. An in lectione iuramenti dicat se Cardinalem Episco-
pum Offensum, & Camerarium, vel quomodolibet.

XVII. An osculari debeat omnes, sicut antiquos, quam de no-
uocreatos Cardinales, qui interfuere restitutioni sue.

XVIII. An etiam a Cardinalibus veniam petere debeat, aut
simpliciter gratias agere.

XIX. An post Consistorium redire possit libere ad domum suā.

XX. An a Collegio, vel aliquibus de eo ducendus sit ad domum
suam, tamquam novus Episcopus, & novus Cardinalis a Collegio.

Cum ista proposuissem Pape in scriptis, & dedissem in manibus
suis, sicut a me expressē peti, & se consultum, respondit: nam ipse
iterum, atque iterum vocato Cardinalis de Medicis apud se, cum
quo omnia consuleret, copiam accepit, & in Consistorio se pro-
ponere talia velle, dixit, actum se iam ipsum Cardinalem restitu-
isse ad omnia, que prius haberet, prater vocem adimam, & passivā.

Ceterum Papa non me in Consistorium vocavit, ut dixerat, sed
habens copiam cedule mee proposuit contenta in Consistorio, & sic
unumquodque propositum meum resolvit.

Nam Notarios duos Camera, ac etiam Procuratorem Fiscalē
in Consistorio vocavit, & eis mandavit, quod placuit, ac etiam me
simul cum alio teste intercessimus promissioni, & obligationi, quam
unusquisque Cardinalis fecit, quod Cardinalis S. Georgij non reced-
deret a Palatio sine licentia Pape, alias ipsi Cardinales eum non
haberent pro Cardinali, & similiter extra Consistorium fuerunt
omnes Prelati, & affines S. Georgij, & in his tractandis ego notavi
animum Pape, ac multorum de suis Cardinalibus, qui egre libera-
bant ipsum Cardinalem S. Georgij.

Verumtamen tota Curia lata valde de huiusmodi liberatione, &
accurrebat tantus populus, ut intelligeret an liberaretur, quantus er-
at in Urbē, & quia Papa prius dixerat aliquibus Cardinali-
bus quod volebat me mittere pro ipso, ut ducerem eum de Castel-
lo ad Palatium, omnes me intuebant: expectantes meum accessum;
videntes autem quod ego non irem, & hora decima octava iam erat
dies, ut estus immensus timebant, ne res resolveretur cum expecta-
tione ad aliquid aliud longius tempus.

Tandem ego in Consistorium vocatus, intellexi quod ire debe-
rem cum Reverendissimo Cardinali de Medicis ad Castrum, & fac-
cerem ibi quod mihi diceret resolutus Consistorialiter de omnibus,
qua ego in cedula mea proposuissem: itaque Cardinalis de Medici-
cis dedit mihi annulum suum pro signo, ut illum Castellanus ostē-
derem, qui mihi consignaret Cardinalem ducendum ad Consisto-
rium, & ego eques praeirem.

Iste autem Cardinalis de Medicis pedetentim veniret per via
secretam nocturnam, & obviam Cardinali S. Georgij, ac ipsum no-
mine Pape, ac totius sacri Senatus exciperet, & faceret que sibi
imposita fuissent a Papa, & a Senatu.

A Dixit autem mihi ut meum libram iuramentorum portarem,
quia Cardinalis in Castrum iurare debet in manibus meis; ego ad
hec respondi, non bene esse, quia iuramentum in Castello, sive car-
ceribus prestum non tenet, sed melius foret si reuersus in Pala-
tium illud prestet coram Cardinali de Medicis in aliqua camera,
ubi ipse indueret rocchetto, & cappam, & placuit, & sic factum
est, ut mox dicam.

Itaque cum irem ad Castrum, & una mecum Philippus Aldi-
maris Cubicularius secretus Pape, tanta populi letitia fuit pra
eandem liberationis istius, ut saepe mirari fuerimus; & stabant multi ex
Custodibus Castrum in altis propugnaculis nos expectantes, & cum
me vidissent, & agnouissent, quia eis signum dedit aperendi officij,
accurrerunt festinantes, & cum gaudio nuntiarunt Cardinali S.
Georgij meum aduentum, qui me avidissime expectabat.

Itaque exosculatus sum manus eius, & faciem: dixi, cum Del-
gratia, & beneplacito Pape, & totius sacri Senatus ipsum esse li-
berum, & restitutum, ac se ad Papam venturum, & pro eo etiam
Cardinalem de Medicis venturum, qui per murum secretum ve-
nerat, & vix his paucis dictis, ipse vale dicto ad Castellam, re-
cessit mecum, & inuenimus Cardinalem de Medicis qui Castrum
per irrisionem, & propugnacula intrabat, & datus, acceptisque of-
culus illico progressi sumus omnes per viam secretam, & quia calor
& aestus erat, feci quod Cardinalis de Medicis deposuit mantum
& rocchetto, sicut etiam Cardinalis S. Georgij erat sine illo, &
ego similiter, ac nonnulli Prelati qui cum eodem venerant simili-
ter deposuerant, & in hortis Palatii disgressi sumus in cubiculum
Cardinalis de Trivulzys, ubi ipse Cardinalis S. Georgij priusquam
rocchetto caperet, legitans iuramentum, & in fine iuravit, me
rogante; & Episcopo Barensi, ac Domino Iulio de Narnia Nota-
rio Camera testibus, ac multis alijs.

C Quo facto, ego ascendi ad Papam, & nuntiavi omnia facta, &
Papa iussit ut cum rocchetto, & cappam, tamquam Cardinalis in
gremium ducerem, sed locum nullum adhuc ei assignarem, nisi quan-
do finis osculationibus ego sonarem campanellam, & ipse assurge-
ret, & cum secum duceret in cameram suam absque eo quod locum
assignarem.

Itaque ipsi duo Cardinales ascenderunt, sed cum difficultate pra
multitudine gentium, & turbarum que erant inter vias, & scalas
obseruantes, & acclamantes ei vitam, & felicitatem, quod multis
Cardinalibus displicuit; in tantum ut aliqui eos arguerent indi-
gnabundi, quod Cardinalis viveret, quasi miseri fortuna sua, & in-
gressus, me discente, incuruauit se ter, & non volebat osculari ma-
num, nec faciem, nisi prius dixisset, sed Papa porrexit manum, ea
exosculata, vocavit eum ad osculum vultus, & rursus ille genuflectens
dixit in hanc sententiam, videlicet.

D Beatissime, & clementissime Pater, Magister ceremoniarum est
in culpa, qui me non praemouit de hoc sermone in conspectu Sancti-
tatis Vestrae, & totius sacri Senatus habendo, qualiter ipsam San-
ctitatem Vestram primo meo accessu venerari, & adorare debe-
rum, ac etiam quid dicere debebam; tamen Sanctitas Vestra que
me in maioribus causis excusatum habuit, habebit si minus forte sim-
pliciter dixerit.

Itaque Pater sancte, duo in causa fuerunt, que me accusarunt,
damnarunt, & in profundum malorum demiserunt: primum fuit
error meus, qui tantus fuit, ut pro maximo, & urgentissimo scelere
habendus sit, qui quidem error fuit, quem ego in iudicio confessus
sum, & de nouo confiteor, & approbo, & nunquam defendam, quem
defendere non volo, nec possum; nam nimis peccati in Sanctitatem
Vestram, ita ut non solum de gradationem, & depositionem merue-
rim, sed etiam vitam priuationem, sed tua clementia maior est omni
meo peccato; itaque gratias ago Sanctitati Vestrae, & quando vi-
xero id facere non cessabo, qui mihi vitam pro morte donauit, &
gratiam pro damnatione elargita est.

E Secutus fuit, Pater sancte, summa spes clementiae, & benigni-
tatis Vestrae, quia si crimina mea fuerint maiora, ita ut expel-
lam damnationem, & omnium fortunarum mearum amissionem,
meruissim, non timebam tantam accerbitatem animo tuo clemen-
tissimo iniuriare potuisse, & ut tantam vindictam de me experiri
voluisset, aut sciuisset, aut si voluisset, & sciuisset, id potuisset nam a
multis annis cum eadem plus ego conuersatus, quam alius amicus,
aut affinis, aut familiaris, semper vidi, semper agnou, semper pra-
dicauit te vas esse clementiae, opificium mansuetudinis, & delicium
misericordiae, nec posse cuiquam nisi bonum pro malo reddere,
itaque ego confisus clementia Vestra non timebam peccatorum
meorum ultionem a te posse peruenire: peccati peccans, & inquam
plus peccati quam in iudiciali confessione mea expressimus sit.

F Quidquid sit beatissime Pater, ago gratias tibi Sanctitati de tot
beneficijs acceptis, & nunquam satis gratus esse poterō, ut de
gratias pro tantis benemeritis possim referre.

Ad quae Pontifex sic respondit.

Reuerendissime Domine, ego quaequam feci in hoc, & in alijs cau-
sam istam, feci pro honore sanctae Sedis Apostolice, in quam fuerat
per vos crimen illatum; cum enim locum Dei teneamus in terris,
& tueri illum debemus; si quid fecimus contra vos, credimus ex de-
bito, atque ex iusto esse. Si nunc indulgemus vobis, etiam ex in-

stituto Domini nostri IESV Christi id fecimus, & vobis libenter ignoscimus, & pristina vita vestra in omnibus restitimus, rogantes vos, ut sicut Nos de cetero preteritarum facturum, nam & Nos promittimus vobis, quod in futurum erga vos ita erimus, ac si vos numquam aliquid istorum de quibus inquisitis fuistis, commiseritis, & ita rogamus dominationem vestram, ut adversus Nos, & Nostros eodem modo se gerat.

Quibus dictis iterum Papa levavit eum ad osculum, & remisit ad Cardinales, qui omnes surrexerunt, & ipse unumquemque osculatus a primo ad ultimum, & in fine prorsquam ad Papam rediret, ego ad laus Papa stabam, sonavi campanam, & vocavi Cubicularios intus, qui duxerunt Papam ad cameram, & sic locus nullo assignatus fuit Cardinali pro nunc.

In his aliisque rebus familiarium omnium, quos ipse alias beneficiis affecerat, beneficentiam, amoremque expertus est, hi enim parata pecunia a mortis limine eum liberarunt.

Ecclesias aliquas sibi creditas vitro dimisit; nam Viterbiensem Octaviano Vicecomiti de Riarijs; Saonensem Thomae Riario; Pisanam Cæsari Riario annuente Romano Pontifice, renunciauit.

Hic inter alia pietatis obsequia virgini Deiparæ tributa, miraculosam Conceptæ Virginis Iconem, quæ nostris etiam temporibus colitur in Templo SS. Laurentij & Damasi, in Ecclesia sancti Saluatoris ad fornem prope plateam Campi Floræ olim asseruatam, cum hæc Ecclesia iam esset profanata ac destructa, inde in prædictam Templum SS. Laurentij, & Damasi à se, ut diximus magnis impensis magnifice à fundamentis ædificatum religiosissime transfudit, & ibidem sacellum ornatum sub Conceptionis B. Virginis titulo erexit, & in eo, iam dictam Conceptæ Virginis Imaginē, ut illa omni studio pietatis & religionis honorifice custodiretur, & coleretur, reposuit: absidem quoque S. Mariæ de Consolatione suo ære extruxit. Cum vero felix ille nuntius Romam peruenisset quod cognitum est urbem Granatam, vna cum Regno adiuncto, quod per octingentos fere annos Mahumetis dominatu oppressum fuerat, iugo seruitutis excusso in Christi libertatem erectum, & in potestatem, ac ditionem Ferdinandi, & Elisabethæ, inuictissimorum, Hispaniæ Regis & Reginæ deuenisse, Raphael Cardinalis ad singularem animi sui lætitiā, quam ex hac Christianæ religionis amplificatione cæperat, significandam, simulque amorem, obseruantiamque, quibus inclytos illos Principes prosequeretur, speciosissimum currum, quo iidem de Bauceli Granatæ Rege triumpharunt, tanto sumptu, & apparatu, tantaque pompa, & splendore induxit, ut Senatus Populusque Romanus veteres illos maiorum suorum triumphos iam pridem sæculis hæc incognitos, tunc demum spectare sibi viderent, & simul in circo ingentibus propositis præmijs celeberrimos ludos, in quibus equites grauis armaturæ longis inter se hastis, cum summa populi voluprate concurrerent, pluribus diebus edidit: quare Carolus Verardus Cæsenas, qui Granatæ expugnationem scripsit, Raphaeli Cardinali, utpote Regis illorum maiestati deditissimo, utque ingeniorum fautori, historiam illam edidit.

Mortalitatem exiit Neapoli die septima, seu ut alij volunt nona Iulij, anno Christi 1521. ætatis sexagesimo, vel sexagesimo primo: cadauer Romam translatum sepulchrum obtinuit, non in Templo SS. Laurentij & Damasi, ut ipse in supremis tabulis iusserat, sed in Aede sanctorum XII. Apostolorum cum hoc epitaphio.

**RAPHAELI RIARIO CARDINALI
EPISCOPO OSTIEN.
S. R. E. CAMERARIO.**

Brixie in Ecclesia S. Nazario sacra, studio & opere Altobelli Aueroldi Brixienfis, Episcopi Polensis, hæc est eiusdem Cardinalis memoria.

**RAPHAELI RIARIO SAVONENSI
Sancti Georgij Cardinalis
Ostiensis Episcopo
S. R. E. Cardinalis Camerario
Magnificentia, Fide, Sapientia, Religione,
Viro summè præclaro**

*Qui decimo septimo ætatis anno
A SIXTO IIII. Pont. Max.
In Cardinalium Ordine coopatus.
Vno ac sexagesimo inter homines esse desit.*

**ALTOBELLYS Aueroldus Polensis Episcopus benef. memor.
De sua pecunia B. M. P. M. CCCC. XXII.**

Sæpe sæpius interfuit Comitij Pontificij, illis scilicet in quibus renuntiati Romani Pontifices fuere, Innocentij VIII. Alexandri VI. Pius III. Iulius II. & Leo X. sub quo è vita migrauit.

De hoc Cardinali hæc habet Vbertus Folietta in Elogijs clarorum Ligurum. Raphael Pontificij Iuris haud contemnendus consultus, regia magnificentia cum multis in rebus, sum vero in immensibus substructionibus sese ostendit. Nam præter Ostiam, & Portum insæcuratam, eas Aedes Romæ edificauit, quæ Laurentianum Templum in ætate sua includentes, magnitudine, opere, materia, cetera Europæ ædificia facile exsuperare existimantur. Vi peregrini urbem ad-

centes, duo duorum Lignorum eiusdem urbis Saoua cium, hanc nimirum Aedes, ac Templum Vaticanum Romanam magnitudinē spirantia honore defixi misrentur. Hic vir quamquam vitæ vno, eodemque tenore innocenter ac læ perpetuum cursum tenuit, ac mira comitate, morumque suauitate omnibus carus fuit, multa tamen ætatis tempora infesta habuit, ac varijs, & atrocibus fortuna casibus exercitatus & sauctus fuit. Nam in prima adolescentia, cum recenter in Senatum lectus esset, in conuersione Pactiana, quæ Italiae alterum ex Medicis fratribus sustulit, concitatus Florentini populi impetum vix effugit, Laurentij alterius ex fratribus superstitis cura in primis, & auctoritate è summo discrimine ereptus. Præterea Valentino ad Sfortiam Matronam, & Riarios suos Forosubij expellendos profecto sibi timens noctu clam ex Vrbe profugit, ac Mediolanum concessit. Iam verò in consilijs in Leonis vitam, Alphonso Petrusio auctore intus, carcere inclusus est, non quidem quod societatis parricidij insumularetur, sed quod conuersionis confusus, illam Pontifici non enunciaffe argueretur: quam rem horum sæculorum Principes ad parricidij crimen ex frequentiore iurisconsultorum sententia reuocare solent. Postremo carcere emissus est pecunia à familiaribus collata redemptus: fuerunt autem ducenta millia aureorum nummum; ut ex tam inmensa summa illis præsertim temporibus, cum tanta auri & argenti vis ex nouis Occidentalis Indæ prouincijs in nostrum Orbem ab Hispanis continenter inuella nondum regna Europæ supra modum distasset, appareat, quod familiarium genus vir amplissimus apud se haberet, quantaque in caritate cum illis esset.

De eodem plura Abbas Michael Iustinianus Genuensis in sua Hierarchia Ecclesiastica Genuensiquæ præ manibus habet, scripsit. Huiusmodi Cardinalis effigiem in numismatis facie vidi apud Carolum Antonium à Puteo, cum effigie S. Georgij in altera.


quod societatis parricidij insumularetur, sed quod conuersionis confusus, illam Pontifici non enunciaffe argueretur: quam rem horum sæculorum Principes ad parricidij crimen ex frequentiore iurisconsultorum sententia reuocare solent. Postremo carcere emissus est pecunia à familiaribus collata redemptus: fuerunt autem ducenta millia aureorum nummum; ut ex tam inmensa summa illis præsertim temporibus, cum tanta auri & argenti vis ex nouis Occidentalis Indæ prouincijs in nostrum Orbem ab Hispanis continenter inuella nondum regna Europæ supra modum distasset, appareat, quod familiarium genus vir amplissimus apud se haberet, quantaque in caritate cum illis esset.

De eodem plura Abbas Michael Iustinianus Genuensis in sua Hierarchia Ecclesiastica Genuensiquæ præ manibus habet, scripsit. Huiusmodi Cardinalis effigiem in numismatis facie vidi apud Carolum Antonium à Puteo, cum effigie S. Georgij in altera.

QVINTA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Dominice Incarnationis 1478. Pontificatus septimo, die Mercurij, quarto, seu ex alijs tertio Idus Februarij, Sixtus IV. summus Pontifex Romæ vnum nominauit Cardinalem, qui fuit.

XXIII.



DOMINICVS de Ruere, ex Dominis Vicinoui, Ioannis, & Annæ de Puteo filius, natione Italus, patria Taurinensis, frater Christophori Cardinalis Tarantasiensis, qui die prima Mensis Februarij è vita excefferat, Canonicus Lausanensis, & Eporediæ, Prior S. Andree, ex Arcis Præfector, Canonico Basilicæ Vaticanæ, & Papæ Cubiculario, doctrinâ, morib, & pietate insignis. Presbyteris Cardinalibus titulo S. Vitalis primò, deinde S. Clementis à Sixto adscriptus est, a quo Ecclesiæ Cathedralis, & SS. Antonij, & Dalmatij Taurini, Cariniani, & Ripolarum Præposituras, ac Abbatiam S. Christophori de Vercellis obtinuit. Hic magnificentia oblectatus nobiles ædes ad D. Petri scalas in Vaticano condidit, quas ipsemet deinde Vaticanæ Basilicæ Archipresbyter incoluit. In Dioc. Mariæ de Populo sacellum in virginis Mariæ, ac D. Hieronymi honorem extruxit, & congrua dote dotauit, ut habemus ex ipsis notis in eodem sacello exaratis, & sunt.

**DOMINICVS DE RVVERE CARD. S. CLEMENTIS
CAPELLAM MARIÆ VIRG. GENETRICI
DEI AC DIVO HIERONYMO.**

Atque in eo Christophoro fratri, sibi que sepulchrum erexit: Ecclesiam S. Mariæ Salutiæ, annuente Sixto in Collegiatam erexit; Ecclesiam item S. Mariæ de Tiuoleto in territorio Vicinoui reparauit. Cathedralem Taurinensem restaurauit, in cuius fidem ante ædem hæc extat memoria.

IOANNI BAPTISTÆ PRÆCVRSORI

DOMINICVS DE RVVERE TAURINENSIS PRÆSVL in S. R. E. Cardinalem titulo Sancti Clementis à Sixto IV. PP. Max. collectus, Basilicam situ, veritate collabentem, à fundamentis demolitam, augustiore ornatu piè, religioseque ad Patria decus, & Reip. Christiana honestamentum Illustribus Sabaudia Ducibus Io. Carolo Andrea, & Blanca eius Matre Turrice Reip. equo iure administrantibus, erexit, & Philiberto II. Duce eidem florente absoluit. Anno salutis MCCCC. XCVIII.

*Ciacconi
Franc. Aug.
quæ ab Ec-
clesia Hi-
stor. redi-
montan-
Perditi-
Vghel. in
Ital. facta
Auer. Vig-
torell. in
An. 1478
Ciacconi
Aubery in
vita...
Pannini-
de Rom-
Pontif.
Felix Co-
clorij in
Glencho
Cippoly-
Marrac-
o Purpur-
Maris.*

*Laurent-
Schradet
in Monu-
ment. Ital.*

Idem affirmat eiusdem Dominici Cardinalis litera ad Petrum Carum Ducis Sabaudie Senatorem, doctrina clarum, quae tales sunt. DOMINICVS de Ruere Cardinalis sancti Clementis. Petro Camera Ducalis Sabaudie Senatori S. P. D. Eruditissime vir, nobisq; carissime, gratissima, nobis fuerunt litera tua, qua & ab amicissimo datae sunt, & id continebant, quod ad prudente, ad piis, & veri Christianorum virum maxime accommodatur; ob quod te, quem semper propter virtutes tuas, meritoque amamus, ac magis fecimus, tibi que in quibus cum Deo possumus in us omnibus satisfacere cupimus; atque ut ad rem veniamus, tuaque honesta petitione, ut par est, satisfaciamus; de huiusmodi cappella fundatione, ornata, ac dote contenti sumus; sed quoniam in ipsa nostra Ecclesia opores cappella antiquis fundatae, dotataeque sunt, quae dimoveri nec possunt, nec debent, Ecclesiamque ipsa duplici edificio, ut cernitur constructa est, ob quod & antiquis, nouisque cappellis faciendis locis accommodari poterit; huius tuae petitionis determinationem, usque ad nostrum aduentum ad partes istas, qui breui futurus est, seruandam putamus, ut oculata fide rem tibi quam gratissimam faciamus: nos enim non solum Ecclesiam nostram quadratis lapidibus, structuris, tabularisque ornatis, quod parum esset restaurandam duximus, sed etiam quod magis cupimus, intendimusque ipsam visis lapidibus, spiritalibusque edificiis reformare, augere, ac conseruare decreuimus: non sit igitur tibi molestum eorum aduentum expectare, quibus tibi rem gratam facere cordi est bene vale. Roma 24. Decembris 1495.

Ecclesiam quoque Cathedralem Montis Faliscorum, & Castra Cinisani, ac Ruualba à fundamentis extruxit; ad regimen enim Ecclesiarum Taurinensis, & Montis Faliscorum promotus eas rexit cum Archiepiscopatu Tarantasiensi. Legationis quoque munere functus est sedis Apostolicae nomine in partibus Pedemontij, ac Ducatu Sabaudiae. Episcopus Taurinas renunciatus, die 3. Decembris anni 1483. solemnè pompa possessionem iniit, cum eidem progredienti obuiam iuisset Dux Carolus, cum Ludouico patruo Austriaco Archiepiscopo, vt honorificentius deduceretur ad sedem, quam administrat vtique ad annum 1499. quo libens eo munere abiuu, & Ecclesiam illam Ioanni Ludouico à Ruere remisit.

E mortalium societate egressus est Romae die 22. Aprilis anno Orbis redempti 1501. & sepultus in Templo S. Mariae de Populo in sacello à se. extracto cum hac sepulchrali inscriptione.

DOMINICVS DE RVVERE CARD. TIT. S. CLEMENTIS QVI ADEM HANC A FVNDAMENTIS PERFECIT HIC PRO TEMPORE QUIESCIT.

Concordes animos, piisque mentes
Vi dicas licet unicam fuisse
Commissis cineres sequentur, & se
Credi corporis vnus isinabit.

Nam iacet in eodem sepulchro, in quo sunt cineres Christophori Cardinalis fratris.


Alij tamen scribunt e vita migrasse in patria, in Vrbe scilicet Taurinensi; & inde cadauer Romam translatum, in S. Mariae de Populo conditum. In obitu nobiles aedes, quas, vt diximus, ad Diui Petri scalas construxerat, pro medietate & enodochio S. Spiritus de Vrbe legauit.

SEXTA CREATIO CARDINALIVM.


Anno à partu Virginis 1480. die Lune, quinta Maij, Romae in Vaticano Sixtus IV. sextam Cardinalium creationem fecit, quae quinque Cardinales renouauit, qui fuerunt.

XXIV.

PAVLVS Fregosius, seu Fulgosius, vel de Campo fregoso ciuis, Dux, & Archiepiscopus lanuensis, vir egregius, & ad res magnas tractandas aptus, frater Fregosini Fulgosij, qui in vxorem duxit Clara Ducis Mediolani filiam; ex Prototonario Apostolico 7. Februarij anno 1453. trecentorum ciuium suffragio lanuens Reipublicae Dux, postea à Sixto IV. anno 1480. Presbyter Cardinalis titulo ex Ciaconio S. Sixti, ex alijs vero S. Anastasiae aduersus est: ac legatus contra Turcas, qui Hieruntum in regno Neapolitano occuparant, Classeni Pontificiam rexit, & hostes Christiani nominis fugauit: quare de illo haec cecinit Sigismundus Donatus.



XXV.



COSMAS de Melioratis, aliàs de Vrfinis Romanus, seu ex aliquibus Neapolitanus, Innocentij VII. Pontificis maximi gentilis, ex matre Romana Vrfina, & ideo Vrfini nominatus, monachus ordinis S. Benedicti, & Abbas Farfensis ex Archiepiscopo Tranenfi Presbyter Cardinalis titulo S. Sixti primo, deinde S. Ne rei, & Achillei à Sixto Romano Pontifice renunciatus est. At paulò post apud Brachianum Virginij Vrfini oppidum die Mercurij 11. Kalendas Decembris anni 1481. e vita migravit: corpus delatum ad monasterium Farfense conditum est in mausoleo marmoreo. Aubery ex Philippo Bergomenfi Cosmum hunc inter Cardinales non recenset; imò Ciaconium, ac Panuinium hac in re à veritate aberrasse scribit:

Ciaconius Scipionis Mazzell. in Histor. Neapol. Franc. 54. foun. de famil. Vrfina.

Aequoream PAVLVS Classem ducturus in altum
Hostibus atque suis damna daturus erat
illi autem turis se contumere latebris
Atque sibi tacita consuluere fuga
Atque ita dum pugnam detrectaneres, fasentur
Villos se vnus esse timore viri.
Quid faceret Dux iste manu fera bella capessens?
Hostem si solo nomine terrefacit.


Adiacentem quoque Ecclesiam in Corsica sumpsit regendam, anno 1481. qua quidem administratione cum ceteris dignitatibus quas fuerat consecutus, à Sixto IV. in publico confesso Patrum, Purpuratorum spoliatus est; deinde ab eodem Pontifice, in integrum restitutus. Ianuensem Rempublicam Dux & Archiepiscopus incredibili praesentia animi administrat, ac plures conspirationes oppressit, occisis propria manu quindecim audacibus viris, qui cedere in pugna nolebant; at dignitate illa Ducali postea spoliatus, & vt lex aureorum militia ex camera Ducali in annuum stipendium quorundam illi perfoluerentur, decretum est. Interim Fulgosius restitutus munitionibus, cum sibi Reipublicae administratio minus arderet; priuatam vitam pertaesus Romam duabus nauibus enauigauit; sed in itinere, graui, ac periculosa tempestate coorta, parum absuit, quin propter fluctuum, ac procellarum vehementiam naufragium pateretur. Vt cunque tamen eo tempore euasit, coactus fuit eum sequi cursum, quem ventorum flatus, ac rabies magna cum violentia imponebant; adeo vt altera nauis in Corsicam delata, ibi submersa fuerit, ipse vero cum altera quassata, & semilacera ad Centumcellas, quam hodie Urbem Veterem vocant, leui naufragio, & inde Romam peruenit. Sub Alexandro VI. Romano Pontifice Campaniae legatione functus, Romae die Iouis 22. Aprilis anno 1498. sub eodem Pontifice decessit, ac sepultus in Ecclesia sanctorum XII. Apostolorum sine vlla sepulchrali inscriptione, sola sui nominis fama contentus.

Huiusce tamen viri clari memoria haud dubie apud posteros laborabit, à Baptista fratris filio in eleganti libro, quem de Dictis & Factis memorabilibus conscripsit, omnibus probis concessa: in quo se Baptista à patruo circumuentum, ac Principatu per summam fraudem, & perfidiam deiectum conuerens, tantam iniuriam sui verbis vltus fuit. Postrema in parte eorum, quos proditio insignes fecit, dignus erat, qui commemoraretur Paulus Fulgosius Cardinalis Genuensis, patruus meus: sicuti etiam scelere, atque perfidia grauiora quam alij admisit. Nam cum opera mea Cardinalatum accepisset, à quo imperitia, ac vitia turpitudine prohibebatur, quemadmodum patris quoque mei ope ad Genuensis Archiepiscopatum conscenderat, haud incongruum erat, vt posteritas intelligeret, cum illum esse, qui patris mei, meisque stipendijs emittis, dignitate honestatus, ac parentis loco à me cultus, mihi nepotis, atque eius honorum, bonorumque auctori, stem quoad seculare imperium pertinet, domino proditio, ac scelere in patria Principatum ademit. Quem tamen cum ipse male administrando, ac nimia illegitimi filij in ciues superbia retinere non posset, omendationi tantis sceleris proximum erat, vt quod impiè ademerat mihi, agnito tandem errore restitueret. Sed sceleris assueti in mentem nihil venire poterat, quod vel virtutem saperet, vel vita emendationem aliquam polluceretur. Itaque ita actum est, vt penes eum ex Principatu, praeter eius mihi per scelus adempti infamiam nihil remaneret. Inuenda igitur haec eius memoria nota erat, sed maiorem modestie meae dicenda de eo, quam ipse in me agendo, sui ipsius habuerit rationem, habiturus sum. At huius dictis, vnà cum Folieta neque omnino idem abrogabo, neque rursus vnum eundemque hominem, tot, tamque immanibus sceleribus contaminatum facile credam; quare in re minime comperta iudicium meum non interponam.

Per. Bizar in Histor. Geneuesi. Hér. Spò. dan. in Anal. Eccl.

Ciaconius Vbert. Fregosius in Histor. Neapol. Franc. 54. foun. de famil. Vrfina.

nam sub Sixto IV. tum Ecclesie Traneſis, tum Cœnobio Farſenſi non Coſmam, ſed Latinum Cardinalem Vrſinum præſuiſſe affirmat. Nos tamẽ cum Felice Contelorio, ac Ferdinando Vghello ex monumentis Vaticanis nulla habita Auberiana ſententiæ ratione, Ciaconio, ac Panuino adharremus, ac dicimus, Coſmam poſt Latini Cardinalis Vrſini obitum, qui, vt diximus ſupra, die 11. Auguſti anni 1477. euenit, Eccleſiam Traneſem, ac Abbatiam Farſenſem obtinuiſſe, & retinuiſſe vſque ad annum 1481. quo naturæ debicunq; ſoluſ.



XXVI.
FERRICVS, ſeu Federicus, vel Fredericus de Cluniaco Gallus apud Aduos, patre Guillemo, Domino de Monteleone, & de Raigny, matre Franciſca de Meſley natus eſt. Adoleſcẽs in liberales artes incubuit, iuris prudentiam calluit, Patauinaq; Ferrarienſi Academijs famę celebritate, cognitus, Bononiæ doctoratus inſignib; ſuſceptis, in Galliam rediens, Eccleſiæ Aduenſi, iubente Ioanne Rolino Epifcopo, & Cardinali, interuiſit, & nomine Comitæ de Charrolis Capitulum Cabilonenſe

conueniens, vnam & alteram elegantem Orationem habuit, vt Ioannes Poupet à Canonicis Cabilonenſibus in Epifcopum eligeretur, quod eſt conſecutus, rem etiam promouente Philippo Bono Burgundiorum Duce. A Pio II. Protonotarius creatus, vulgò Cluniacenſis Protonotarius dictus, ordinis Velleris aurei in Burgundia Cancellarij munere fungens, ad Tornacenſem ſedem promotus, poſſeſſione adeptæ die 22. Martij 1474. Collegium Tornacenſe, vt referunt aliqui, in vrbe Patauina inſtituit. Apud Paulum II. ſuſtinetur Pontificem, tum apud Cæſarem, & Reges tum Angliæ, tum Galliæ, Burgundici Ducis nomine legati munus expleuit. Sacra-Baptiſmans vnda tinxit Margaretam Auſtriacam Maximilianij Cæſaris ex Maria Burgundica genitam. Purpuratis Patribus à Paulo II. adſcriptus purpuram tamen minimè conſecutus eſt ob Pauli obitum, qui illum publicare non potuit: quare iuxta Eugenij IV. extrauagantem, quæ nec ſimiles admitti, nec ſuffragium in electione futuri Pontificis habere declarat, eius ſuffragium nullum eſt habitum & inter Cardinales haud numeratus. At Sixtus IV. poſt nouem annos ob eius animi dotes, vitæ innocentiam, & eruditionis eminentiam inter Cardinales illum cooptauit, titulum S. Vitalis, aliàs Veſtinae primò, mox S. Mariæ in Dominica illi conferens.

Morte repentina raptus eſt Romæ die Martis, ſeptima Octobris anno 1483. interfuera enim ille eadem die cum Cardinalibus rei diuinae læto animo, & vultu, ad proprias aedes ſolpes remeauerat, in prandio cum familia egregiè inſtituta diuinarum literarum diſputatione animam exhilarauerat, paulo poſt meridiem diem clauſit extremum. Poſt obitum in Eccleſiâ S. Mariæ de Populo tumularus cum hoc Epitaphio.

Hic iacet Dominus Ferricus de Cluniaco, natione Burgundus, iuris vtriuſque Doctor, tituli S. Vitalis Presbyter Cardinalis Epifcopus Ternanenſis, qui obiit die Martis, ſeptimo Octobris Anno Salutis MCCCCLXXXIII.
Orate Deum pro ſalute anima eius.

Huiuſce caſum deplorauit Ioannes Antonius Epifcopus Alexandrinus, cauſarum ſacri Palatii Auditor, Oratione funebri, quam Romæ frequenti Senatu habuit. Fratrem hic habuit Guillelmum Pictauienſem Epifcopum, magnum Franciæ Cancellarium ſub Ludouico XII.



XXVII.
IOANNES Baptiſta Sabelus Domicellus Romanus, ex Protonotario Apoſtolicæ Cardinalis renunciatus à Paulo II. Cardinalatum conſecutus non eſt niſi à Sixto IV. qui illi Diaconum SS. Viti, & Modeſti in Macello Martyrum, poſtea S. Nicolai in Carcere, Tulliano nominauit anno 1480. Prudentia clarus, fortitudine, dexterritate, & amore in Apoſtolicam ſedem illuſtris, plures eiufdem ſedis Apoſtolicæ nomine legationes obiuit, Peruſiam ſcilicet, Bononiemſem, Rauennatenſem,


Picenam, & Genuenſem ad diſſidia inter Adornos, ac Fregoſios ſedanda, & ad turrem à clariffima illa Republica in Turcas impe-

trandas. Quæ omnia licet ex Sixti ſententiâ geſſerat, ob ſuſpicionem tamen infidelitatis, vt Ferdinandi Regis Neapolitani, qui Duci Ferrarienſi auxilium, openque ferens, Sixtum in ſe concitauerat, ſeſſator, in Caſtro S. Angeli detentus eſt à die 26. Martij 1483. vſque ad decimam quintam Nouembris eiufdem anni, qua vt innocens ab ipſomet Sixto liberati reſtitutus eſt. Similem caſum ſub Alexandro VI. expertus ob eandem infidelitatis ſuſpicionem, Cardinalatus dignitate ſpoliatus eſt; ad quam tamen idem Alexander die prima Februarij anno 1495. eundem reſtituit.

Exceſſit octuagenarius Romæ ſeu potiùs in Caſtro Gandulphi die 18. Septembris anno 1498. ac ſepultus in Eccleſiâ Aræcoſi, cum hac ſepulchrali inſcriptione.

DEO OPT. MAX.

IOANNES BAPTISTA SABELLVS S. R. E. Diaconus Card.
Tempor. varietate, atque malignit. bis ad Cardinalatum Electus & in Mole Hadriani detentus ſemper tamen Honorifice liberatus ſub PAVLO, SIXTO, INNOCENTIO ALEXANDRO, Ducatus, Bononia, Marchia, Genue Legat. Plene & clare functus fragilit. humani gener meditat Moniment viuens ſibi poſ.
Vix. An. LXXX.



XXVIII.
IOANNES Columna Domicellus Romanus, Antonij Principis Salerni filius, & Proſperi Columnæ Cardinalis nepos, Sublacenſis, & Criptaferatæ Abbas, Epifcopus Reatinus, ac Sedis Apoſtolicæ Protonotarius, renunciatus eſt à Sixto IV. Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Aquiro, à quo vt Ferdinandi Regis Neapolitani ſeſſator in Caſtro S. Angeli vna cum Ioanne Baptiſta Cardinale Sabello detentus aliquandiu eſt. Pro quorum libertate Interamentis ciues, Columnenſium, ac

Sabellorum familijs adſcriptiſſimi ſuis oratoribus, ac libellis Pontifici ſupplicarunt: quare illa obrepta, Ioannes Cardinalis Columna gratiæ referendæ ſtudioſus has Interamentibus Decurionibus literas ſcripſit.

MAG. & ſpectabiles viri, amici noſtri præclariffimi ſalutem.
Cum diu nouerimus obſeruantiam, ac mentem veſtram optimam in nos, & domum noſtram, quod nobis gratum, vobis gratiſſimum eſſe putamus; ideo de liberatione noſtra vos reddimus cotiores, vt vna incunditate affecti agamus gratias Deo optimo, quò de celo iuſtitiam proſpexiſt, & munera ſuper innocentem non accepit. Summus enim libertati ob Dei miſericordiam, nec non & innocentiam noſtram, ac clementiam Pontificis noſtri Sixti, qui os detraherentium non audivit, nec opus manuum ſuarum omnino deſpexiſt, reſtituit. Deinceps igitur duo nobis erunt Deo laudem dare, & amicorum rem omnem curare diligenter: quare vniſe lati, & ſiquid vobis expedit faciendum veliſtis ad nos dare literas, cum parati ſimus rem omnem agere, quod vobis, & republicæ veſtræ honori, & commoditati accedat.

Lateranenſi Archipreſbyteram, & Peruſina legatione deinde cohoneſtatur, ſub Alexandro VI. Cardinalatu, ac atrius redditibus Eccleſiaſticis ſpoliatus, in Siciliam voluntarius exul, vt quorundam declinaret inuidiam, ſeceſſit, vbi à Catholico Rege, cum ſujs redditus habere non poſſet, ei ac familiæ neceſſaria ſubſidia clam ſuppeditata. Cardinalitæ licet dignitati ab ipſo Alexandro deinde reſtitutus, Siciliam tamen non dereliquit, niſi illo extincto: cum, magnus militiæ dux tæremen Panormum miſit, vt Pontificijs intereſſe poſſet comitijs, vt interſuit. Romam reuerſus apud omnes ſummam meruit gratiam; cuius intuitu Columnenſis familia inter nobiles Venetas à Senatu fuit adſcripta.

E vita migravit Romæ nocte diei 26. Septembris, anni 1508. & ſepultus cum ſequenti ſepulchrali inſcriptione in Baſilica ſanctorum duodecim Apoſtolorum lugentibus cunctis ex deſiderio præclariffimi viri.

D. O. M.

IOANNES COLUMNA DIACONVS CARDINALIS
PRIMARIVS ROMANI NOMINIS SALVTIS LIBERTATISQ;
PUBLICÆ COLUMEN HIC SITVS EST.
VIXIT ANNOS LI. MENSES III.
OBIIT MDVII. SEPTEMBRIS XXVI.

Ciaconius Det. Friſch. in Gallia Purpurat. Met. Gar. rimbent. Andr. Viſtorell. & Fendiad. Vghel. in Addit. ad Ciaconis. Aubery in Vita. Iofa. Chetode de. Epif. Gall. Claud. Ro bert. in Gall. Chri. ſtan. Panuinius de Rom. Pontif. Felix Cœtelorius in Eleche.

Ciaconius Andr. Viſtorell. in Addit. ad Ciacon. Hier. Gar. rimbent. Franc. Angelon. in Hiſt. Inter. rama. Panuinius de Rom. Pontific. Aubery in Vita. Felix Cœtelorius in Eleche. Laurentius Schrader. de Monument. Ital. nomeacl. Card.


Ciaconius Andr. Viſtorell. in Addit. ad Ciacon. Panuinius de Rom. Pontific. Aubery in Vita. Felix Cœtelorius in Eleche. Ferdinad. Vghel. d. Card. Co. lamoni. & in Ital. ſacra. Caf. Raf. pon. de. Hiſt. Lateranen. Franc. Angelon. in Hiſt. Inter. rama. Nomencl. Card.

SEPTIMA CREATIO CARDINALIVM.

Anno Dominice Incarnationis 1483. die Sabbati 19. Nou-
bris ex monumentis Vaticanis; ex Panuino 17. atque ex Ciaconio
die Veneris 7. Kalendas Decembris in Vaticano Sixtus septimo
renunciavit Cardinales, qui fuerunt.

XXIX.

IOANNES de Comitibus
Domicellus Romanus, ex
Archiepiscopo Comptano se-
nex, septuagesimum iam attinge-
rat suae aetatis annos, inter Pres-
byteros Cardinales tit. S. S. Ne-
rei & Achillei, deinde S. Vitalis
aliis Veltinae a Sixto cooperatus
in commendam S. Hadriani Eccle-
siam habuit, & interfuit iam
senex Innocentij VIII. & Ale-
xandri VI. electioni. Ex hac ad
securiorem vitam migravit Ro-
mae octogenarius die 20. Octo-
bris anno 1493. corpus sepul-
tura datum in Ecclesia S. Ma-
rie de Araocoli.



Aubery a Cardinalibus Sixti Ioannem hunc reijcit
ex eo, quod Philippus Bergomas illius aui scriptor, inter Cardinales
a Sixto renunciatos hunc non recenseat. Felix tamen Contelorus
diligens antiquitatum scrutator in monumentis Vaticanis inter
Cardinales Sixti Ioannem de Comitibus se reperisse fateatur in se-
cunda sui Elenchi parte. Quare potius Contelorio, quam Aubery,
aut Bergomas hanc in re praestandam esse fidem iudico.

XXX.

FRELIAS de Bourdeilles, seu
de Bourdeille, ordinis Mi-
norum in Petragoricensi pro-
vincia in Gallia, ab Arnaldo Vi-
cecomite de Bourdeille Sene-
scalco, & Prorege in Petragoric-
is, & a Iohanna Chamberlac se-
cunda sua coniuge genitus, an-
nos decem natus, post frequen-
tia colloquia cum P. Bertrando
de Cambort Franciscano in Ca-
stro de Agonac, diu Francisci
regulam, matre licet reluctante,
voluit profiteri, & in Cœnobio
Tolosano studijs Philosophicis,
ac Theologicis operam dedit.



Annos agens vnde viginti, spatio octo dierum theses propositas in
Provincialibus sui ordinis comitijs ibidem celebratis sustinuit, quod-
que doctrinae peruenit, ut Magisterij gradum promeruerit, ac pre-
clari Doctoris, & maximi Theologi eruditione conspicui, alijque
doctrinae titulis a Scripioribus celebratur. A Scholasticis deinde
concentrationibus ad praedicandi munus assumptus primas concio-
nes ad populum habuit in Cœnobio Minoitico Mirap. censi. An-
no vero nostrae salutis 1447. non a Nicolao V. Romano Pontifice,
sed ab Eugenio IV. ad Petragoricentem Episcopatum vocatus est,
sed annos solum viginti quatuor natus ipsemet proponit obicem,
qui nihilominus a Pontifice dispensatur; & a Nicolao Albergato
Cardinale sanctae Crucis inauguratur. Captiuus factus ab Anglis,
post aliquor annos libertatis opera Petri Bertrandi Archiepiscopi
Burdigalensis restitutus, Petragorium redijt, vt alter Athanasius
Alexandriam, aut Chrysostomus Constantinopolim, spiritu & zelo
Eliæ populi vitia corrigeret; erat enim omnium virtutum genere
clarus. Plebis sibi commissae sacras ipse confessiones excipiebat; sa-
lutarem eidem doctrinam pie, & frequenter concionando propo-
nebat, ac reliqua Ecclesiae sacramenta suis manibus ministrabat.
Franciscanam paupertatem, quantum sinebat Episcopalis digni-
tas, in victu, vestibus, ceterarumque rerum vsu exacte obseruabat;
quicquid enim honesti, iustique supererat prouenus, id totum in
pios egenorum vsus distribuerebat. Regularium obseruationum
tantus illi inerat zelus, & feruor, vt Franciscani sui ordinis ieiunia
non ea solum quae regulae praescripto; sed etiam quae ex deuota
consuetudine, & primorum Patrum imitatione a Fratribus colun-
tur, illa adamussim Episcopus obseruabat. Ecclesiasticis edificijs ad
diuinum cultum augendis, conseruandisque sedulo intentus Col-
legiatam Petragoricentem S. Asterij iam ferè collapsam restituit, ac

A maiorem partem aedis S. Georgij in suburbij eiusdem Ciuitatis ex-
aedificauit, & princeps altare Templi maiotis erexit. Episcopus Pe-
tragicentis interfuit Concilio tum Ferrata, tum Florentiae, annis
reparatae salutis 1438. & sequentibus habito.

Post Petragoricentem Archiepiscopus Turonensem Ecclesiam re-
xit, & sedi Apostolicae maxime fauit: Tractatum enim edidit contra
Pragmaticam Sanctionem, & multis rationibus, & argumentis de-
monstrare conatus est, quantum ea esset dedecori non solum Ec-
clesiae, & Romano Pontifici, verum etiam Regi, ac Regno Christia-
nissimo.

Cum autem tum doctrinae, tum prudentiae, ac pietatis fama ful-
geret, eum sibi a sacris confessionibus adsciuit Ludouicus XI. Gal-
liarum Rex, qui cum Ioannem Balue Cardinalem Andegauentem,
& adhaerentem illi Guillelmum Haraucurtium Episcopum Ver-
dunensem carceribus mancipasset; Elias ea de causa Ambasiam ad
Regem profectus, grauitet conquestus est de lesa immunitate di-
gnitatis Ecclesiasticae; nec potuisse Regem in eiusmodi personas ea
ratione procedere, quin Ecclesiasticas censuras inter iuris canones
relatas incurtisset; sua sitque potius iudicis Roma competentis
petere, qui acculatorum causam rite cognoscerent. Et quamquam
hoc consilium nonnullis Regijs ministris ingratum videretur, non
proinde quicquam moueri potuit, vt ipse secularibus potestatem
faceret in Cardinalis, aut Episcopi familiares procedendi, qui cri-
minis concij, vel participes credebantur. Quin potius edictis pu-
blicis illico affixis monuit, ne quisquam sub interminatione pena-
rum iuris praesumeret Ecclesiasticam libertatem in aliquo violare.
Id verò Regius Senatus, seu Parlamentum, vt dicunt, Assessores vtique
adeo male habuit, vt ex aduerso Archiepiscopo nunciarent, vt sul-
minatas illico reuocaret censuras, nisi Archiepiscopus sui tempo-
rale dominium Regio Fisco ad iudicari, se sequere ad causam offensa
maiestatis in Parlamento dicendam cogi mallet. At Rex Praesulis
doctrinam, & sanctimoniam veritus, ipsum huiusmodi Senatus
Decreto liberum esse voluit; nec quisquam in causa achem deinceps
est, quoad usque missis a Pontifice quos Rex Archiepiscopi
sua iu pederat, iudicibus contra Cardinalem, ac Episcopum res ob-
cussa diu est. Nec verum esse reor, quod Claudius Seyssel in Hi-
storia Regis Ludouici scribit, Eliam scilicet nostrum nunquam
deinceps Regi reconciliatum fuisse; quare ab illo tamquam a sui
Regni inimico in posterum cauisset. Editam quoque a Carolo Rege
Francorum Pragmaticam Sanctionem contra Eugenij Romani
Pontificis decreta, extirpare curauit, auctorque fuit Ludouico, vt
eos qui de illa restituenda ipsi suasiones ingererent minime audi-
ret, neue se quocumque, quantumvis specioso praetextu ab Ec-
clesiae Romanae, quae columna est, & firmamentum veritatis, eiusque
Pontificis vnioue auelli sineret.

Tantus hic Praesul Sedis Apostolicae fautor a Sixto Romano
Pontifice absens purpuram, & pileum Cardinalitium nullo letitiae
signo edito accepit, vt testatur Fr. Rodulphus Toffinianensis.
Nam prosperitatem humanam vitro persimulens apud se ducebat,
quod maxime frangitur cum maxime splendet, & attingitur. Re-
nunciatus itaque Elias reniteus Presbyter Cardinalis tituli S. Luciae
in Silice, nunquam Romanam Curiam inuisit, ac raro Cardinalitij
insignibus vsus est. Nam clarus virtute & miraculis apud Castrum
Artaniae in Turonibus ad caelum abiit post octauum Cardinala-
tus mensem, die scilicet quinta mensis Iulij anno 1484. & die 19.
eiusdem mensis Iulij allatus est Romam de ipsius obitu nuncijs,
cum annum suae aetatis ageret septuagesimum octauum, & Fran-
ciscanae professionis sexagesimum octauum. Post obitum sepultus
in Ecclesia principe Turonensi miraculis conuulsa; quare an. 1526.
auctoritate Ioannis de Planis Petragoricentis Praesulis iniquitum
de eius vita miranda, ac feceris eandem miraculis, vt Diuorum nu-
mero adscriberetur. Quare in Martyrologio Franciscano ab Artu-
rio a Monasterio 3. Nonas Iulij Beati titulo coonestatus est; &
Vuaddingus in Annalibus Minorum illum *Cardinalem sanguine
nobili, Archiepiscopatu virtutibus quoque & miraculis illustrem*
vocat. Fuit sancto Francisco a Paula Minorum ordinis auctori
& parenti ob morum, studiorumque similitudinem, & Ludouici
Regis familiaritatem, arctissima necessitudine coniunctus.

Vitam Eliæ Cardinalis reliquit posteris Petrus de BoisMorin.,
cui fuerat a secretis, & a confessionibus, qui ob innumera miracu-
la, quae egit, Thaumaturgi cognomen illi tribuit.

Scriptit pro Pragmaticae Sanctionis abrogatione, & de Potestate
Papae librum vnum quem extare m. s. in Bibliotheca Collegij Na-
uarricis Parisiensis, & editum Tolosae anno salutis 1518. affirmat
Henricus Spondanus.


De Concordato circa beneficia Galliae.
Decreta contra Deierantes, quos poenis varijs persecutus est
semper.

Gessit Frizonio teste, scutum aureum palmis binis Gryphi muri-
catis contornatis, vnguibus caeruleis, vt supra expressimus: aliud
omnino illi tribuit Ciaconius, nempe scutum cum tribus rosis, ac
totidem lilij albis in campo rubro.

Ciaconio
Andr. Vic-
torelli. in
Addit. ad
Ciaconii.
Hier. Ge-
simberti.
Panuini
de Rom.
Pontif.

Ciaconio
Panuini
de Rom.
Pontif.
Aubery in
vita.
Loc. Prae-
fatus in-
Annal. Mi-
norum.
De Scri-
ptoribus
Gulper. 16
p. in e-
log. Card.
ord. Mino.
Hist. Sp.
dian. An-
nal. Eccl.
Felix Co-
ntelorus in
Elencho.

Ciaconius Hier. Ga-
simbert. Andr. Vic-
torell. & Ferdi-
nand. Vghel. in
Addit. ad Ciaconij.
Hier. Ghil. in the-
atr. Vir. li-
berat. Felix Cö-
telorius in
Bleacho.
Panuinius
Gasp. Por-
tegi. in E-
log. Card.
Hispan.



XXXI.

IOANNES Moles à Marga-
ritis, Hispanus, ciuis, & Epi-
scopus Gerundensis in Catalu-
nia, nobilis genere, Theologiae,
Iuris prudentiae, Humanitatis,
& Cosmographiae eruditione,
excultus, iuuenis adhuc initio
Pontificatus Nicolai V. à quo
Cameræ Clericus institutus, Ro-
mam venit. Eo verò defuncto
Ioanni Nauarræ Regi adhaesit,
à quo, & à filiis amatus, ad plu-
res Principes orator missus. Al-
phonfi Regis orator Concilio
Mantuano sub Pio II. habito
interfuit, postremò ad Sixtum
Romanum Pontificem à Ferdi-

nando Rege legatus, à quo Presbyter Cardinalis S. Vitalis titulo
Vestinae primò, mox S. Balbinæ renunciatus est. Administrauit O-
scientem in Hispania, & Paetenlem in Sicilia Ecclesias, ac legationis
munere Iedis Apolliticæ nomine functus est in prouincijs Cau-
pania, ac Maritimæ.

Scriptis, ut auctor est Garimbertus Historiam Hispaniæ, quam
inscripsit Paralipomenon, ac de optimo Principe tractatum, & alia
quædam in humanioribus.

Mortem obiit Romæ ex calculo, vt habetur in monumentis
Vaticanis die 21. ex Ciaconio verò die quinta, ex alijs die 9. No-
uembri anni 1484. ætatis suæ octuagesimo; initio Pontificatus
Innocentij VIII. corpus in arde S. Mariæ de Populo humatum.
At hic quis quantumque fuerit, quæue laudabiliter pro Romana Ec-
clesia patriauerit, ex apposita à posteris in sancti Spiritus Templo
Neapoli in marmorea inscriptione cognosces, quam ex Cætare Ca-
tacciolo excudendam curauit in præterita Ciaconij editione Fer-
dinandus Vghellus, & est talis.

IOANNI MOLES

*Sancta Romana Ecclesia Cardinalis
Gerunde in Iberia Illustri genere orto
Eloquentia, Doctrina, ac Pietate insigni,
Discordijs inter Summum Pontificem NICOLAVM V.
Et Alphonsum Regem I. sua solertia sedatus;
Regum Arragonie, & Castella ad Pont. Max.
PIVM II. ac SIXTVM III. alijsque Principes, & Res-
publicas ad eorum bella pacanda Oratori,
Atque Italia pacis compositor.*

IVLIVS MOLES

*Neranti viri sua Gentis post annos CXXV.
Memoria periret. P. MDCVII.
Roma lucem amisit Nonis Nouembris
Anno M CD LXXXIV.*

Huiusce Cardinalis insignia gentilitia paterna à dextris tres er-
rant solæ, seu margaritæ in area tubra; materna verò tres molæ fr-
mentariæ in area cerulea: his, præcipuo singularique Ioannis Re-
gis Arragonum priuilegio, alia addita sunt vt est supra expressum;
quæ vt clarius elucelcant, hic eiusdem Regis priuilegium rescribâ.

Nos Ioannes Dei gratia Rex Arragonum, Nauarræ, Sicilia, Va-
lencia, Maioricarum, Sardinie, & Corsicæ; Comes Barchinone
Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Rossilonis, &
Cerstaniæ. Dum benemeritis de Nobis conatus prosequimur gra-
tius, fauoribus, & honoribus, munificentia Nostra gloriam proten-
dimus, eosque relata gratia officio paratiores, promptioresque red-
dimus, & ceteros exemplo incitamus ad obsequendum. Cum ita-
que animo voluimus merita, & fructuosa seruitia memoratu digna
Nobis, & predecessoris Nostris memoria recolenda sincera de-
uotione, atque intemerata fide præstita per venerabilem in Christo
Patrem Ioannem Gerunden. Episcopum, Cancellarium, Magnifi-
cumque BERNARDVM MARGARIT Miliem eiusdem Epis-
copi fratrem Consiliarios Nostris dilectos, necnon per vestra fa-
milia præclaræ maiores, ea præcipue ducimus commemoranda qua
in promptu sunt, quæque Nobis, & Illustrissima Regina Ioannæ cõ-
sortis, & Principi Ferdinando filio primogenito Nostris charissi-
mis, vos prænominati venerabilis Episcopus, & Bernardus Mar-
garit, frater vester cum non parua rerum vestrarum iactura, perso-
narum vique laboribus, & periculis immensis, sincera deuotionis
affectu, puraque fide præstitistis, & præstare vsque non desinistis, hac
temporis condicione qua Barchinonenses, & Catalani alij complu-
res eius adherentes fedissima commotionis conspiratione in Nos, &
statum Nostrum experti sunt quorum pessima consilia, & nephan-
dissimos actus vestris integerrimis moribus, & fide ab insidio dete-
stantes Nobiscum continuo permansistis. Sed nec silentio præter-
endum est quæ strenuitate, quæque animi magnitudine vos habu-
istis in propugnacione fortaliter veteris Gerunde, dum sibi dicti Il-
lustrissimi Regina, & Princeps primogenitus Nobis charissimi vna

A vobiscum, & alijs fidelissimis vassallis, domesticis, familiaribus,
& seruatoribus Nostris, & eorum obfessi existerent bombardisque
ac varijs machinarum & armorum generibus peterentur ab illo,
immani, & perfido, qui Comes dicitur Pallarsen: suisque compli-
cibus, & sequacibus. Quo in fortaliter propugnando pro dictorum
Illustrissimorum Regina, & Principis custodia, & tuitione, præter
mediâ, angores, labores, & sollicitudines immensas, quibus diu no-
cturnis miseris modis afflictis fuistis, vobis etiâ dicto Bernardo Mar-
garit letale vulnus exitit influctum. Quæ ad memoriam reuocan-
tes tanti, nec immerito facimus, vt diuini ac debitum censeamus
vos, & vtrumque vestrum vestramque dicti Bernardi posteris atem
gratius, fauoribus, & honoribus prosequi subscripsit. Tenore igitur
presens de certa Nostra scientia deliberata, mera, & gratia
speciali vobis prænominatis Ioanni Episcopo, & Bernardo Mar-
garit, & vestris dicti Bernardi liberis vtriusque sexus ex vestro
corpore legitime descendens natis iam, & deinceps nascituris
in perpetuum concedimus, & licentiam facultatem, & potestatem
plenas impartimur, quod valeatis vos, & vterque vestrum, pos-
sintque liberi vtriusque sexus nati, & nascituri a vobis dicto Ber-
nardo, & ab ipis liberis vestris legitime descendentes liberi licite,
& impune, & absque impedimento, & contradictione nostri here-
ditarie ac successorum Nostrorum & officialium ac subditorum
Nostris, & eorum, insignia sine arma Nostra Regia, & Regnorum
Nostrorum Arragonum, Nauarræ, & Siciliae, vna cum armis ves-
tris naturalibus, & seu domus & familia vestra facere, habere, &
gestare in eodem scuto, sculptura, seu pictura, vbi cumque vobis, &
eis liberis illa facere, seu fieri facere, sculperè, ac pingere, dummo-
do insignia seu arma Nostra Regia, & Regnorum prædictorum su-
pra insignia sine arma vestra prædicta, & ipsa vestra subitis Nostra
& Regnorum Nostrorum prædictorum in eodem scuto, sculptura
seu pictura existant, ita quod ex nunc in antea vos præfatus Ioan-
nes Episcopus, & Bernardus Margarit vtriusque dicti Bernardi li-
beri vtriusque sexus nati, & nascituri, & a vobis, & eis legitime
per rectam lineam descendentes in perpetuum possitis, & possint di-
cta insignia sine arma Nostra Regia, & Regnorum Nostrorum præ-
dictorum supra insignia sine arma vestra prædicta facere, seu fieri
facere, habere, & gestare in eodem scuto, sculptura seu pictura, om-
nibus loco & tempore, & coram quibuscunque Imperatoribus, Regi-
bus, Principibus, & personis præheminentia, dignitate, &
status, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, & in capellis, sepul-
chris, seu monumentis, locisque alijs quibuslibet, nec non in prelijs,
certaminibus, hastiludijs, duellis, ceterisque omnibus, & singulis a-
ctibus, & exercitijs domesticis, & militaribus, vexillis, diuisis, scu-
tis, sigillis, annulis, velis, cortinis, & apparatus, alijsque, quibus-
cunque.


D dicto propterea Illustrissimo Principi Ferdinando filio primo-
genito, & in omnibus Regnis, & terris Nostris generali gubernato-
ri, postque felices dies Nostris heredi, & successori Nostris sub pa-
terna benedictione obtentu dicimus, eius vero vices gerentibus ce-
terisque vniuersis, & singulis Officialibus, & subditis Nostris præ-
sentibus, & futuris, dictorumque Officialium locatentibus dici-
mus, & precipimus distribuis inuigendo, sub Nostra gratia ob-
tentu, ad penamque Florenorum auri duorum milium quod licen-
tiam, & concessionem Nostras huiusmodi, & omnia, & singula in
presenti charta contenta teneant firmiter, & obseruent, & erique,
& obseruari faciant inuolubiliter per quoscunque, & non contrafa-
ciant, vel veniant, nec aliquem contrafacere, vel venire permittant
ratione aliqua sine causa, pro quanto dictus Illustrissimus filius
Nostrer Nobis obedire cupit, Officiales vero, & subditi Nostris præ-
dicti gratiam Nostram charam habent, & armæ & indignatione,
ac penam prædictam cupiunt non subire. In casus rei testimonium
presentem fieri iussimus Nostris communi impendenti muniam.
Data in villa Tarrega, die viceesimo quinto Aprilis, anno à Na-
tuitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto,
Regni Nostris Nauarræ anno quadragesimo, aliorum vero Re-
gnorum Octauo.

REX IOANNES.

Dominus Rex mandauit mihi
DANIELI BERTRANDO.

Ego Didacus Monfar miles sacra, Christianissima, & Regia Ma-
iestatis Archiuarius, & Scriba mandati Barchinone popularis hu-
iusmodi regiam gratiam sine concessionem in his duobus perga-
mentis soljs aliena manu expressam sumere feci à suis originali regi-
stro de tempore Serenissimi Regis Arragonum Ioannis secundi, Inue-
ntum IIII. munito, annorum scilicet 1463. vsque 1465. & à so-
llo 114. eiusdem in regno Barchinone recondito & custodito,
& legitime comprobatus cum emendato in pagina precedenti linea
prima, vbi legitur arma nostra regia: Vt igitur huic copia veluti
originali suo præfata fides vbi que impendatur meum hic appono
sig. x. num.

Ciaconius Paninus de Rom. Pontif. Ferdin. Vghel. in Ital. sacra. Aubery in vita. Andr. Victorell. in Addit. ad Ciaconiu. Felix Cotelonus in Elencho. Hier. Garinbert.



XXXII. IOANNES Iacobus Sclafenatus natione Italus, patria Mediolanensis, humili ex Ciaconio, seu ex alijs nobili genere natus ann. 1450. ex Cubiculario Papæ, & Canonico Basilicæ Vaticanæ anno 1482. Episcopus primò Parmensis, mox anno 1483. cum tertium supra trigésimum suæ ætatis annum tantùm ageret, Presbyter Cardinalis S. Cæcilie, demũ S. Stephani in Cælio monte renunciatus à Sixto est. Is Sixto ac Romanæ Curie pergratus, in publicis priuatique rebus pertractandis singulari præstabat dexteritate. Cum Cardinalis Balues è Gallica fœtæ cauea Iuliani S. Petri ad Vincula Cardinalis ope egressus Romam venisset, & aliquando arrogantius loqueretur, Sclafenatus Cardinalis festiuus apprimè lepidè dixit, te caueæ domicilio diuissimè assuetum, modum loquendi nondum didicisse demitor.

Ad superos euolauit Romæ die 8. Decëbris anno Christi 1497. ætatis 47. tumularulque in nobili marmoreo sepulchro cum hoc epitaphio.


CHR. SAL.

IO. IACOBO SCLAFENATO Mediolan. Diui Stephani in Cælio S. R. E. Presbytero Cardinalis Parmen. ob ingentium, fidem, solertiam, ceterasque animi, & corporis dotes à SIXTO IIII. Pont. Max. inter Patres relato, ac fortunis undecumque ornato, quæ perpetua modestia, incomparabilique integritate gnariter annos XIII. functo. Philippus Eq. Ord. Hispanol. fratris cõcordiss. nato IIII. Idus Sept. MCCCCLI. moriui VI. Idus Decembris. MIII. D. marens B. M. ipsius.

Inter Episcopos Portuenses Ioannem Iacobum hunc Cardinalem recentet Ciaconius; at si re vera Ecclesiæ illi præfuit non Presbyter, sed Episcopus Cardinalis diceretur in sepulchrali sua inscriptione.

Typographi errore in vltima Ciaconij editione loco anni 1497. annus 1496. Cardinalis Sclafenati mortu inscriptus: vnde reliqui, qui post vltimò scripserunt, Andrea Victorello duce in eundem prolapsi errorem, idem affirmarunt.

Ciaconius Aubery in vita. Paninus de Rom. Pontif. Andr. Victorell. in Addit. ad Ciaconiu. Felix Cotelonus in Elencho. Paul. Corneus de Cardinal. Felix Cotelonus in Elencho. Carol. Eupis. Nouensis in Nouaria. Leander Albert. in Descript. Italiz. Ferdin. Vghel. in Ital. sacra. Hier. Spödan. in Ital. Eccl.



XXXIII. IOANNES Baptista, aliàs Baptista Vrsinus Domicellus Romanus Clericus Cameræ Apostolicæ, & Protonotarius Apostolicus, & Canonico Basilicæ Vaticanæ, à Sixto I. V. Romano Pontifice primò Diaconus, deinde Presbyteris Cardinalibus adscriptus est. Diaconus præfuit Diaconijs S. Mariæ Nouæ, ac S. Mariæ in Dominica; Presbyter Ecclesiæ S. S. Ioannis & Pauli titulo Pammachij. Renunciatus Cardinalis post obitum Ioannis Baptistæ Sabelli Cardinalis Archiepiscopus Basilicam sanctæ Mariæ ad Præsepe


rexit: Archiepiscopus tum Carthaginensem, tum Tarentinam Ecclesiã administravit. Legationis quoque munere functus est in Marchia Anconitana, Bononiæ, in Exarchatu Rauennatensi, ac in Romandiola. Interfuit pluries comitijs Pontificijs, & licet auctor fuerit electionis Alexandri VI. à quo in donum ædes vrbanas Borgiæ familiæ accepit; illius tamen iussu progressu temporis, die scilicet tertia Ianuarij anno 1503. animo in Vrsinos omnes Florentinorum sectatores maxima maleuolentia suffulso detentus fuit in palatio Apostolico; ex quo in Arcem S. Angeli ductus, die 13. Februarij eiusdem anni expirauit, vt aliqui tradunt, veneno, & sepultus ex Sansouino ad S. Saluatorem de Lauro, vel ex alijs ad S. Petrum, qua in Basilica eiusdè Pontificis iussu defuncto Cardinali, præsentè sacro Cardinalium Collegio; ac ipsius Cardinalis familiaribus summa soluta sunt.

Hic summo studio, ac diligentia, antiqua dissidia Lateranenses inter Canonicos tum Regulares, ac seculares composuerat, vt refert Augustinus Ticiensis in Historia m. s. quæ Papiæ in Archiuo D. Petri in Cælo aureo seruat, his verbis. *Tempore Alexandri VI. Pontificis, dum Roma essem nostræ Ordinis Rector Generalis, ad pedes eiusdem Pontificis confisus, assistentibus Cardinalibus Neapolitano, Senensi, & Vrsino egi, vt Canonici Regulares in La-*

seranens Basilica confirmarentur, remanentibus tamen ibidem secularibus Canonicis: ita vt esset duplex distinctum Collegium. Id se facturum Pontifex iubens pollicitus est hac lege, vt assignatis Canonici Regularibus certis prouentibus, auctoritate Apostolica interueniente, & publico instrumento in Capitulo generali confirmato, quod dicti Canonici Regulares in posterum nullo vnquam tempore per se, vel per alios agerent, vt dictis Canonici Regularibus eorum beneficia ablata acceptarent; qua stante lege rei effectus euenisset, nisi obstisset casus Cardinalis Vrsini, qui tam plurimos ciues Romanos, quam Canonicos seculares ad id iam primum opus dispositos, capaceque fecerat.

OCTAVA CREATIO CARDINALIUM.

Anno Dominica Incarnationis 1484. Pontificatus 13. Sixti IV. Roma die Mercurij, 6. Martij in secreto Consistorio ipse Sixtus octauam habuit Cardinalium ordinationem, vnum tantum nominando Diaconum Cardinalem, quem non nisi die 17. eiusdem Mensis publicauit: is autem fuit.



XXXIV. ASCANIUS Maria Sfortia, Senatoriæ dignitatis supremum decus, quanto nunquam antea, vel postea fit vitium, ornatissimo familiarum delictu, cultuque officiosissimi nominis auctoritate, & rerum omnium apparatu opulentissimo ita expressit, & impleuit, vt nullorum iudicio sacri viri estimationem, atque amplitudinè supergressus esse censeretur. Nã post eius mortem obsolescente sensim, vt scribit Louius, Pontificiæ aulæ maiestate, & conspiratione iniustata quarundam

Ciaconius Aubery in vita. Paul. Iou. in Elogijs. Andr. Victorell. in Addit. ad Ciaconiu. Paninus de Rom. Pontif. Hier. Garinbert. Zurita. Paul. Corneus de Cardinal. Felix Cotelonus in Elencho. Carol. Eupis. Nouensis in Nouaria. Leander Albert. in Descript. Italiz. Ferdin. Vghel. in Ital. sacra. Hier. Spödan. in Ital. Eccl.

gentium eneruatis Romanis viribus vique adeo iactata, & respectaque est religio, qua sacra opes nitentur, vt neminem postea vult maximum Cardinalem ei æquare posse fateamur. Nam si vnus diuitijs, ac vnus tantum fortunæ muneribus potius quàm animi virtute, & dignitate morum illustrium sacros viros omnino æstimandos, & suspiciendos existimemus, nemo ferè Ascanio veniet comparandus, qui Francisco Duce Mediolanensi, ac Blanca Maria vxore genitus, ex Protonotario Apostolico lectus fuit in Cardinalium Senatuum à Sixto Pontifice, commendatione Ludouici fratris, qui Catharinam Galeatij fratris germani filiam Hieronymo Riario Pontificis propinquo nuptui dederat. Inde Ascanius Maria renunciatus Diaconus Cardinalis S. S. Viti & Modesti in Macallo Martyrum, cum Cardinalatus insignia à Sixto non receperit, in dubio positum est post Sixti obitum, an posset in proximis comitijs Pontificijs suffragium ferre: idem tamen Senatus consulto, comitijs illis interfuit, & voce Innocentium nominauit. Episcopus Ecclesiæ Papiensis, Ticiensem, Pifaurensem, Nouariensem, & Cremonensem administravit; ac legationis munere functus est sedis Apostolicæ nomine in prouincia Patrimonij, tum Bononiæ, ac in Exarchatu Rauennæ, & in Romandiola, imò apud Regem Galliarum in Italia commorantem. Cum legatione Auenionensi, Vicecancellarij quoque munus in Romana Ecclesia obtinuit. Cœnobium à S. Bernardino, secundo ab vrbe Mediolani lapide. extructum rexit; hanc tamen Abbatiam postea dimisit, & curauit, vt in nobili hoc Cœnobio per Cistercienses Hetruscos monachos Septimiani Monasterij regularis disciplina restitueretur; cui Cœnobio Abbatiam S. Ambrosij maioris sibi commendatam, ad quotidianum monachorum victum vniuit. Quare opimis tot, ac tantis Sacerdotiorum redditibus, ipsoque patrimonij censu ditissimus euadens, eum in vrbe renorem vitæ instituit, vt domo maximè hospitali, & egenis perbenigna, atque in omnes insigni præditos virtute apprimè liberali, summa beneficentiæ fama potiretur; essetque aliquanto principii prior, quàm sacro Sacerdoti; quod ante omnia venatoriæ voluptatis, & nobilitatis acupij exercitationes regio sumptu, studioque perpetuo tueretur. Hoc tanto nomine prouectus diu facile principem inter Senatores se gessit. sed auctoritate, atque opibus, & noua denique gratia auctior euasit, cum ab excessu Innocentij VIII. Pontificis comitia rexisset. Circumductis namq; suffragijs ad Borgiam totum se cõuertit, & auctor proculdubio fuit profusissima largitione, vt ille omnium ex Louio fortasse deterrimus pro optimo Pontifex renunciaretur. Cum nonnulli eius ordinis candidati Borgia potiores repulsam tulissent, qui Hispanum occultæ malignitatis, summaque simulationis hominem exitio cunctis futurum, stultissimè Pontificem creatum nequaquam falsi vates denunciabant. Ceterum Ascanius Maria, qui domum Borgianam peratplaque munita ex ea suffragatione tuerat contectus, aliquot post annos exitia

lis amentia suae poenas dedit. Nam Alexander ut filium Caesarem Borgiam ad summas opes prouideret, cum Gallia Rege Ludouico in perniciem Sfortiana, & Arragonia domus conspirauit tanta immoderati animi acerbitate, ut cunctos Italici sanguinis regulos expellendos auitis imperijs, & icelesta manu necandos sulciperet. Itaque Aicanus Maria cum fratre Ludouico Gallicis impar armis eo euentu in Germaniam profugit, at cum mox Helueticis fretus armis Mediolanum repetisset, Ludouico fratre ad Nouariam a nonnullis Helueticis federe prodito, ipse coniectus in fugam, prodente eum patri perfidia Conrado Lando Placentino ad Ripaltam Castellum supra Trebiam, Venetus equitibus traderetur. Exinde perducto iam in Galliam fratre, cum aliquandiu Venetijs praetalo in carcere custoditus esset, repetente eum Ludouico Rege, in Galliam pertrahitur. Nec his contentus Alexander, ut Ascanium Mariam inagis ad terram affligeret, illum Cardinalatu priuauit, quem tamen re melius considerata, postea, die scilicet vltima Ianuarij anni 1495. illi restituit. Triennio vero post suum in Galliam aduentum cum mortuus esset Alexander Pontifex, Romam a Georgio Ambosio Cardinale perductus est, quoniam maxime idoneus putaretur in toto comitiorum negotio conciliandis suffragijs. Nam Georgius ad Pontificatum aspirabat, sed caelum Pio II. detulit Pontificatum, simul & celeriter eripuit; paucissimis namque diebus excessit e vita, & instauratis comitijs Iulius II. Pontifex ei successit est. Hic Aicanium Mariam Ambosio frustra contendente, in Galliam abduci vetuit, quod indignum esset Sacerdotem nihil tale meritis, ac paterni imperij fortuna expoliatum in carcere custodiri. Per hunc modum Iulij beneficio liber factus, & pristina restitutus dignitate, cum ad repetendum Mediolanense imperium ingenti, ac solerti ingenio consilia consulisset, & conficio Confaluo Magno, & Liutiano adiutore Gallis bellum moliretur, Romae veneno, seu pestilentia die 27. aut 28. Maij anno 1505. sublatu triduo interijt. Eum aduersus tot fortunae contumelias infracti animi laudem meritum Iulius II. cum quo adhuc Cardinali Aicanus Maria altercationibus domesticis saepe pugnauerat, marmoreo sepulchro honorauit, quod ad Flumentana portam Vrbs in Templo Deiparae virginis, cum hac sepulchrali inscripione conspicitur.

D. O. M.

ASCANIO MARIAE SFORTIAE Vicecomiti Francisci Sfortiae Insubr. Ducis F. Diacono Card. S. R. E. Vicecancellar. In secundis reb. moderato in aduersis summo viro Vix. Ann. L. Mens. II. D. XXV. IULIUS II. Pont. Max. virtutum memor honestissimar. Contentissimam oblitus Sacello a fundament. erecto Pofuit M. D. V.

Ad huiusce Cardinalis effigiem Paulus Amanius Cremenis hos verius inscripsit.

Hac est, quam mira depictam conspicias arte Augusta ASCANII effigies, magni illius, inquam, SPORTIADAE, cui non vultu fortuna minaci Inquam animi effregit vires: est Gallia testis Adriacique Maris domini, qua mente superbum Quam fortis tulit imperium, captiuus & hostem, Quam se prudens seu a distione redemit Consilio, ac tandem Italiam, vacuasque renisit Summi Pontificis Sedes, & Tiberidis oram, Ipse ubi erat sacri decus, & pars magna Senatus. Quod si non atris peperissent pocula succis Durum illi exitum, extremos retigisset honores; Ast illum tunc virtus, illuc sua fata trahabant.

Aicanij Mariae Cardinalis humanitatem, & clementiam commendauit Angelus Politianus his literis ad eum datis.

Angelus Politianus

Ascanio Sfortiae Vicecomiti Cardinali S. D.

Diu, multumque fateor, dubitari, an ad te Principem, Dominumque excellentem homo infima sortis, hamisique fortuna literas darem; quippe a scribendo me magnitudo deterrebat tua, quasique radis quibusdam nostrae aciem mentis perstringebat. Contra autem experta mihi humanitas, clementiaque, ut aliquando scriberem, adhortabantur. Nimis autem stultum videbatur, cum tunc mihi audendi fueris, pati, siue metu quodam intemptuuo, siue pudore subrustico, nostri apud te memoriam excolere. Admisi arboris; venire ad te aliquando visum, salutatumque una cum Laurentij Medicis filio, Angelum nescio quem Politianum ipsius magistrum pueri, quem aiebant nonnulli haud omnino indoctissimum haberi hominem; cumque apud te capti ex tempore audacia, de antiquis Vrbs operibus, ac substructionibus aliquandiu fabulari. Ille ego sum scilicet, eademque absenti vel fiducia erga te, vel audacia superest, qua tunc haud defuerat praesenti; sed eam tamen nihil est, cur mihi quisquam in vitio vertat, scilicet qua ex humanitatis tuae notitia, quam ex magnitudinis reuerentia proficiscatur. Roges quid sibi haec quarant literae; nempe aliud nihil, nisi ut mei apud te memoriam renouent; me esse hominem tibi delectissimum declarant; sperantem maxime in tuo patrocinio; daturumque operam,

A res ferat, ut animum tibi meum fidem, voluntatemque aliquando probem. Orarem autem, nisi improbum est, ut si qua de nobis mentio apud summum Pontificem oratur, oraturam scio, cum tu uoles, ostendas me illi esse hominem non ingratum. Facile enim intellego, quantum tua apud illum ualuerit auctoritas: quoniam quantum uere ualere debeat, non ignoro. Vale Florentiae 1485.

Huiusce Cardinalis numisma vidi in Museo Caroli Antonij a Puteo, in cuius prima facie haec nota extant ASCANIVS MARIA CARD. SPORTIA VICECOMES S. R. E. VICECANCELLARIVS: in altera ipsius Cardinalis effigies genuflexa ante Christi imaginem inspicitur cum hoc lemmate: SACEREST LOCVS, ITE PROFANI. Hoc numisma tu fallor fufum credo, cum Papiae, cuius Ecclesiam vnice dilexiste fertur, exorsus est superbissimam, summae aedis Cathedralis molem fundare anno 1488. die 29. mensis Iunij, cum ipse prius solemniter ritu primario lapidem iecisset. Eiusdem Ecclesiae sacrarium locupletauit pretioso sacrarum vestium cultu; at, quia saepe semper absens Ecclesiam illam administrauit, ne quid detrimenti ex absentia pastoris viduata dioecesis pateretur, uel esset pro iustitragano Gabriele Abbate Benigne Episcopo.

XXXV.



THEOBALDVM de Lucemburgo regis Gallorum stirpe oriundum, monachum Igniacensem & Abbatem Vrficampi ordinis Cisterciensis, Episcopum Cenomanensem, Francorum Rege petente a Sixto IV. Romano Pontifice circa annum 1474. S. R. E. Cardinalem designatum, non tamen publicatum fuisse, eodemque anno Romam proficiscentem in Domino obdormisse, ex Claudio Roberto in serie Anti-

stitum Cenomanensem, atque ex Annalibus Cisterciensium refert Ferdinandus Vghellius in Additionibus ad Ciaconium. Cum tamen in monumentis Vaticanis, neque in Sixti diarijs, aut registris nulla extet de hoc Cardinali designato memoria, de huiusce rei veritate merito alij dubitant; quare fides tota penes laudatos Auctores remanet. Ceterum Theobaldus hic Petri de Lucemburgo Domini de Venes, & Mariae Magdalenz, seu Margaretae de Baux filius, qui in saeculo miles strenuus, & Dux clarissimus, ac Galliarum Regi carissimus extitit, Philippam Moloduneam uxorem duxit, ex qua Philippum de Lucemburgo Cardinalem in filium habuit. At illa mortua, ad portum vere salutis fugiens, in celeberrimo Igniacensi Cenobio apud Rhenos Cisterciensis ordinis monasticam induit vestem; & sic in omni virtutum, & pietatis genere proficiens, non solum inter suos, verum, & inter externos inclarescere coepit. Vnde tunc Cenobij electus Abbas, inde ad Vrficampensem Abbatiam translatus, tantum profecit, ut decedente Martino Beruier Episcopo, Episcopus, & ipse Cenomanensis renunciatus sit. Ludouici Regis Galliarum nomine iam electum Episcopum legationis munere functum ad sedem Apostolicam anno 1472. & audirum eum fuisse in senatu Pontificis, & Cardinalium die octaua Iunij eiusdem anni, Cardinalis Papiensis, qui aderat, scribit.

VICE CANCELLARIVS S. R. E. sub Sixto Papa IV.

Rodericus Lenzolius Borgia, Valentini Hispanus, Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano, postea Episcopus Cardinalis Albanus, deinde Portuens, & S. Rufinae a principio Pontificatus vsque ad finem.

CARDINALES MORTVI sub eodem Pontifice.


Bestarion Trapezuntius, Graecus, Presbyter Cardinalis sanctorum XII. Apostolorum, postea Episcopus Tusculanus obiit die 18. Nouembris anni 1472. seu ex alijs die 13. Decembris anni 1473. Fr. Ioannes Ioffredi Gallus, monachus Cluniacensis, Presbyter Cardinalis SS. Syluestri, & Martini in montibus titulo Equitij mensis Nouembris, seu ex alijs tertio Idus Decembris anno 1473. Nicolaus Fortiguerra, Pistoriensis, Presbyter Cardinalis S. Ceciliae die 21. Decembris anno eodem 1473. Fr. Petrus Riarius Saonenis, ordinis Minorum, Presbyter Cardinalis S. Sixti die 5. Ianuarij anno 1474. Alanus Coetius Gallus, Presbyter Cardinalis S. Praxedis, postea Episcopus Praenestinus, demum Sabinenis die tertia Maij, seu 21. vel 22. Iulij anni eiusdem 1474. Theobaldus de Lucemburgo Gallus, ordinis Cisterciensis, S. R. E. Cardinalis designatus ex aliquibus, anno 1474. Iacobus Amanatus, alias Piccolomineus, Lucensis, Presbyter Cardinalis S. Chrylogoni, deinde Episcopus Tusculanus, vulgo dictus Card. Papiensis, die 10. Septembris anno 1475. ex alijs 1479.

Felis G. telonius Elencho. Aubery in vita...

Philippus de Leuis Gallus, Presbyter Cardinalis SS. Petri, & Marcellini mense Nouembri anno 1475.
 Bartholomaeus Rouerella Rauennas, Presbyter Cardinalis S. Clementis die 2. Maij anno 1476.
 Philippus Calandrinus, Sergianensis, Presb. Caed. S. Sufanna, postea S. Laurentij in Lucina, demum Episcopus Portuenfis, & S. Rufinae, & maior Penitentiarius die 23. Iulij anno eodem 1476.
 Amicus Agnifilius, Aquilanus, Presbyter Cardinalis S. Mariae Transyberim, die 9. Nouembris eiusdem anni 1476.
 Latinus Vrsinus, Domicellus Romanus, Presbyter Cardinalis SS. Ioannis, & Pauli, titulo Pammachij, postea Episcopus Sabinenfis, die 11. Augusti anno 1477.
 Christophorus de Ruere, Taurinensis, Presbyter Cardinalis S. Vitalis, die prima Februarij anno 1478.
 Angelus Capranica, Romanus, Presbyter Cardinalis S. Crucis in Hierusalem, postea Episcopus Praenestinus die 3. Iulij eiusdem anni 1478.
 Ioannes Baptista Millinus, Romanus, Presbyter Cardinalis SS. Nerei, & Achillei, tum S. Sixti, die 21. seu 24. Iulij anno 1478.
 Petrus Ferrici, Hispanus, Presbyter Cardinalis S. Sixti, die 19. Septembris anni praetati 1478.
 Berardus, vel Bernardus, seu Eberardus Herulus, Narniensis, Presbyter Cardinalis S. Sabinae, postea Episcopus Sabinenfis tertio Nonas Aprilis anno 1479.

Antonius Iacobus Venerius, Recanatenfis, Presb. Card. SS. Viti, & Modesti, postea S. Clementis, die 3. Augusti anno eodem 1479.
 Cosmus de Meliorati Vrsinus, Romanus, Abbas Farfensis, Presbyter Cardinalis SS. Nerei, & Achillei, tum S. Sixti, die 11. Nouembris anno 1481.
 Guillelmus de Estouteuilla, Gallus, Presb. Card. SS. Syluestri, & Martini in montibus titulo Equitij, deinde Episcopus Portuenfis, demum Ostiensis die 22. Ianuarij anno 1482. seu ex alijs 1483.
 Georgius Hefler Germanus, Presbyter Cardinalis S. Luciae in Silice mense Septembris anno 1482.
 Ioannes Raolinus, Gallus, Presbyter Cardinalis S. Stephani in Coelio monte, die 22. Iulij anno 1483. alij tamen scribunt obiisse anno 1482.
 Auxias de Podio, Valentinus, Presbyter Cardinalis S. Vitalis, tum S. Sabinae, die 7. Septembris anno 1483.
 Fridericus Burgundus de Cluniaco Gallus, Presbyter Cardinalis S. Vitalis, tum S. Mariae in Dominica, die 7. Octobris anno eodem 1483.
 Franciscus Gonzaga Mantuanus, Diaconus Cardinalis S. Mariae Nouae die 21. Octobris anno praetato 1483.
 Theodorus Palaeologus Insulber, Diaconus Cardinalis S. Theodori, die 21. Ianuarij anno 1484. seu ex alijs 1481.
 Fr. Elias de Bordeilles Gallus, ordinis Minorum, Presbyter Cardinalis S. Luciae in Silice, die 5. Iulij anno pariter 1484.

INNOCENTIVS VIII. PONT. CCXVII.
 ANNO DOMINI MCCCCLXXXIV.



IN NOMINE DEI, ET SALVATORIS
 Nostri Iesu Christi benedicti. Amen.



MORVO Rome Sixto IV. Pont. Max. anno Domini 1484. Idibus Augusti, eodem anno, 16. Kal. Septembris, eius nouendialia celebrari sunt coepa. Eodem anno 7. Kal. Septembris Missa Spiritus sancti, ab Episcopo Portuenfi cantata, Cardinales viginti sex Conclauis ingressu sunt, loco consueto praeparatum. Qui die Dominico, 4. Kal. Septembris elegerunt in Papam, Ioannem Baptistam Cibo Genuensem, Presbyterum Cardinalem S. Laurentij in Lucina, a Sixto IV. facti.
 Natus Genuae, Liguriae Metropoli, terra marisque potentissima, anno 1432. cuius maiores ex nobili, antiquissimaque gente in Garcia ortos, ante quingentos annos, Genuensium rebus maxime florentibus, Neapoli, & Genuae, vrbus Italiae clarissimas, considebat.
 Familia Cibo vetusta, nobilitate apud Graecos opibus, & ditione terrarum illustris, apud Neapolitanos quoque, sub Tomacellorum

nomine, insignis, ex qua Bonifacius IX. & plerique alij viui insignes prodierunt. Cuius rei testimonium praebet epitaphium, quod extat in Basilica sancti Pauli, extra muros Vrbs, via Ostiensis.
 Duo enim fratres erant, maior consedit Genuae, minor autem Neapoli, qui nomen Cibo, permutauit in Tomacellum, vel noua cognatione, vel hereditate, vel aliqua alia occasione inductus. Insignia gentilitia, scutum rubrum, transuersa fascia, aut baltheus, triginta quadratis tessellis, caruleo, & albo colore, alternis, aequisque spatij distinctus Tomacellorum, & Ciborum sunt communia. Qui Cibi latine, graece Xulloi vocantur. Carerum crux rubra in area argentea, quae Genuensium est, superaddita fuit insignibus Ciborum. Guillelmus namque Cibo, qui equestri dignitate, quae tunc eximia erat, Ludouico, qui dicebatur Sanctus, vel ab eius successore, in Regno Galliae, vti videtur in adibus S. Francisci Genuae, in eius sepulchro ornatus, enituit, Nobilem in primis legationem, pro difficillima Republica negotijs ad Clementem IV. Pontificem maximum obiuit. Cui in ea legatione egregie de suis ciuibus merito, illa crux rubra publice donata est: quae gentilitijs clypeis addita, praclarissimum laudis testimonium praebet.
 Innocentij pater, Aaron Cibo, equestris ordinis primarius vir, rerumque gestarum gloria clarissimus, quem Rhenatus de Angio, & postea Alphonsus Neapolitanorum Rex, Proregem Neapolitanis constituit: idemque a Callisto III. Pont. Max. Senator Vrbs

creatur:

INNOCENTII PONTIFICII

creatur: quae dignitas tunc non nisi magnis viris committebatur; idcirco summam cum laude gessit; cuius adhuc in palatio Capitolino cum elogio insignia extant. Hector Flifcus, nomine Genuesis Reipublicae oratione, quam initio Pontificatus ad ipsum habuit, Equitem auratum eum vocat, sacri Imperij palatii Comitem, cuius angelicum aspectum, regiamque effigiem, velut à proavis haereditariam usque ad Innocentium transfusam dicit. Huius familiae Cibo, Albericus Cibo Princeps Massae, & sacri Imperij, Marchio Carrariae, & Aiella, & Comes Feratelli, Genuae antesignanus existit. Ioannes igitur Baptista Cibus, Aaron Cibo patre, forma egregia, animoque liberali, diu inter Alphonsi Regis ministros fuit. Quo mortuo cum Ferdinandi quoque filij eius aliquandiu familia vixit. Deinde Patavium concessit, ubi literis vacavit; studijs absolutis Romam venit, longo tempore in contubernio Philippi Calandrini Cardinalis Sergianensis, qui Nicolai Papae V. frater fuit. Qui eius virtutum tantum tribuit, ut ipsius fidei, ac diligentiae, proprii corporis, ac rerum suarum, curam crederet, & per omnes Curiae gradus ad Episcopatum usque prouexerit, cuius etiam magnificas aedes proximas S. Laurentio in Lucina, post eius obitum, iam Cardinalis creatus obtinuit, Episcopus deinde Saouensis à Paulo II. factus. Quo in statu tantam omnium, suauissimis moribus, benevolentiam sibi conciliauit, ut assumptus ad eius Cathedram Sixtus eius nominis IV. quem prius, ob eius ingenij amenitatem, dexteritatem, atque modestiam, maiorem in modum dilexerat, in domesticum, & Datarium (quod est non paruae existimationis officium) adsciuit. In quo ita se indultum, fidum, vigilantem, & integrum gessit; ut crescente in dies magis, ac magis, ipsius apud Sixtum gratia, & auctoritate, non solum ex Saouensi Ecclesia ad Messinensem translatus, verum etiam secundis Cardinalium creandorum comitijs, in amplissimum ordinem, summo omnium consensu, nec minori gratulatione, fuerit cooptatus. Alebat praeterea vir ditissimae paupertatis multam, honestamque familiam, tanta moderatione, ut in recta priuatae domus gubernatione, iuxta scitam Apostoli traditionem, optimum se vniuersalis Ecclesiae rectorem futurum demonstraret. Praebuit tamen prius maius de se specimen probitatis, demandatam siquidem turbulentissima pestilentiae tempestate Legationem Romanam, Sixto IV. Pontifice maximo, cum tota Curia, Urbem deserente, sanctè, integrè, ac etiam pacatissimè administravit. Senescentem quoque, difficillimis sanè temporibus, tanta prudentia, & magnitudine animi gessit, ut ex ea splendidissimam laudem reportauit. Deinde in Germaniam Legatus destinatus est, ut Caesarem Fridericum III. & Mathiam Coruinum, Hungariae Regem, multis iam annis exitiali bello decertantes conciliaret; ac conuentui Norimbergensi, proxima quadragesima, indicto, Pontificis nomine, interesset. Ei enim muneri, ob integritatem, maximè idoneus est visus, ab omnibusque eius opera, duos Principes maximè in concordiam reduci posse existimatum. Verùm legitimis causis impeditus eo profectus non est.

Nouissimè anno salutis 1484. mortuo Sixto, quinque, & viginti Patrum votis, Iuliano Ruuereo Episcopo Ostiensi, & Roderico Borga Vicecancellario, maximè annitentibus, ex Presbytero titulo S. Laurentij in Lucina 4. Kalendas Septembris hora 14. die Dominico, Pontifex maximus renunciatus est, qui, ob Innocentij IV. Genuesis, cuius memoriam sanctè colebat, recordationem, INNOCENTIVS VIII. appellari voluit.

CARDINALES XXXI. VIVENTES
quando Innocentius VIII. Papa creatus est.

EPISCOPI CARDINALES VI. CALLISTI PAPAE III.

1. Rodericus Lenzolius Borgia, Valentinus, Hispanus, Episcopus Cardinalis Portuensis, & S. Rufinae, Decanus, & S. R. E. Vicecancellarius.

PAULI PAPAE II.

2. Oluierius Carafa, ciuis, & Archiepiscopus Neapolitanus, Episcopus Cardinalis Sabinus.
3. Marcus Barbus, Venetus, Patriarcha Aquileiensis, Episcopus Cardinalis Praenestinus.

SIXTI PAPAE IV.

4. Iulianus de Ruuere, Saouensis, Ligur, Episcopus Cardinalis Ostiensis, & Veliternus maior Penitentiaris.
5. Baptista Zeno, Venetus, Episcopus Vicentinus, Episcopus Cardinalis Tululanus.
6. Ioannes Balues, Gallus, Episcopus Andegauensis, Episcopus Cardinalis Albanus.

PRESBYTERI CARDINALES XVIII. PAULI PAPAE II.

7. Ioannes Michaelius, Venetus, Episcopus Veronensis, Presbyter Cardinalis, titulo S. Marcelli.

SIXTI PAPAE IV.

8. * Ioannes Ludoticus Milanus, Valentinus, Hispanus, Presbyter Cardinalis tituli SS. Quatuor Coronatorum, Episcopus Segobricensis, Primus Presbyterorum.
9. Ioannes Baptista Cibo, Genuesis, Episcopus Messinensis, Presbyter Cardinalis titulo S. Caeciliae.
10. Ioannes Arcimbaldus, Mediolanensis, Episcopus Nouentis, Presbyter Cardinalis titulo S. Praxedis.
11. Philibertus Vgoneti, Gallus, Episcopus Marifconensis, Presbyter Cardinalis SS. Ioannis, & Pauli, titulo Pamphacii.
12. Stephanus Nardinus, Foroliuensis, Archiepiscopus Mediolanensis, Presbyter Cardinalis, titulo S. Mariae Transyberim.
13. * Petrus Gundifalvus, de Mendoza, Hispanus, Archiepiscopus Toleranus, Presbyter Cardinalis, titulo S. Crucis in Hierusalem.
14. Georgius Costa, Lusitanus, Archiepiscopus Vlyssiponenfis, Presbyter Cardinalis, tituli SS. Petri, & Marcellini.
15. * Carolus Borbonius, Gallus, Archiepiscopus Lugdunensis, Presbyter Cardinalis SS. Syluestri, & Martini in moribus, titulo Equitij.
16. Hieronymus Bassus de Ruuere, Saouensis, Episcopus Redinetensis, Presbyter Cardinalis, titulo S. Chrylogoni.
17. Fr. Gabriel Rangonius, Mutinensis, Episcopus Agrienfis, ordinis Minorum, Presbyter Cardinalis SS. Sergij, & Bacchi.
18. Petrus Fofatus, Venetus, Episcopus Papiuinus, Presbyter Cardinalis, titulo S. Sixti.
19. Dominicus de Ruuere, Taurinensis, Archiepiscopus Tarantienfis, Presbyter Cardinalis, titulo S. Clementis.
20. * Paulus Fregosius, ciuis, & Archiepiscopus Genuesis, Presbyter Cardinalis, titulo S. Anastasiae.
21. Ioannes de Arragonia, Neapolitanus, filius Regis Ferdinandi, Presbyter Cardinalis, titulo S. Sabinæ in Auentino.
22. Ioannes de Comitibus, Romanus, Archiepiscopus Confanus, Presbyter Cardinalis, titulo S. Vitalis.
23. Ioannes Moles de Margaritis, Hispanus, Episcopus Gerundenfis, Presbyter Cardinalis, titulo S. Vitalis.
24. Ioannes Iacobus Sclafenatus, ciuis, & Episcopus Parmensis, Presbyter Cardinalis, titulo S. Stephani in Caelio monte.

DIACONI CARDINALES VII. PII PAPAE II.

25. Franciscus Piccolomineus, Senensis, Diaconus Cardinalis, titulo S. Eustachij electus Archiepiscopus Senensis, S. R. E. Archidiaconus.

SIXTI PAPAE IV.

26. * Fr. Petrus de Fuxo, Gallus, ordinis Minorum, electus Episcopus Venetenfis, Diaconus Cardinalis SS. Cosmae, & Damiani.
27. Raphael Riarius, Saouensis, Diaconus Cardinalis S. Georgij in Velabro, S. R. E. Camerarius.
28. Ioannes Baptista Sabellus, Romanus, Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano.
29. Ioannes Columna, Domicellus Romanus, Diaconus Cardinalis S. Mariae in Aquiro.
30. Ioannes Baptista Vrsinus, Romanus, Diaconus Cardinalis S. Mariae Nouae.
31. Alcanius Maria Sfortia Vicecomes, Mediolanensis, Diaconus Cardinalis SS. Viri, & Modesti in Macello Martyrum.

Ex his quinque, stellatis signati, abfuerunt: viginti quinque, seu viginti sex electi huic interfuerunt.

Anno Domini 1484. pridie Idus Septembris, Papa Innocentius VIII. Romae in Basilica Vaticana S. Petri consecratus, & in gradibus eiusdem Basilicae, fuit Coronationis insignia suscepit, per manus Francisci Piccolominei, Diaconi Cardinalis S. Eustachij, S. R. E. Archidiaconi, assistentibus Cardinalibus, Episcopis, Clero, & populo Romano: Sedit Imperatoribus Friderico III. & Maximiliano I. annos 7. menses 10. dies 27.

Fuit Innocentius Octauus procera statura, albus, praesentia, & aspectu amabilis, & dulcis, cum quadam honesta grauitate, ita ut inclinaret quemcumque, ad se amandum, & colendum pariter. Pontifex factus; singularem, & inauditam, atque ipsi innatam humilitatem, quae non minus in eodem iam Pontifice, quam in omni antea acta vita excellenter emicuit, visus est retinuisse. Quippe eadem se in Pontificatu adueniens humanitate, affabilitate, ac benignitate suscipere, solebat quae, & Episcopus, & Cardinalis antea consueuerat; ut idem semper, seruat tamen decore, videretur, nec immutari in eo mores, sed aucta tantum dignitas cognosceretur. Quanta verò sermonis dulcedine, & elegantia, quanta perspicacia, atque memoria, quam aptis rationibus, & postulata colligeret, & repetentibus responderet, nemo, inquam, sine admiratione, potuit audire. Obseruabat illud, quod est Principis proprium, ut sine concedendo

CORONATIO INNOCENTII PAPAE VIII.

siue negando, neminem a se tristem dimitteret: omnem curam, mentemque ac diligentiam, ad subditorum commoda, ad tuendam dignitatem Ecclesie, & contra ipsas rebelliones defendendas, ac religionem propagandam conuerterat. Ad maiores dignitates, virtutes extulit eruditos, & probos: erat enim ipsi inflata vera bonitas, quae illum, ad quascumque optimas actiones, propensissimum, super omnia reddebat. Fuit praeterea in pauperes misericors, afflictorum non minus consolator, quam Principum susceptor liberalis: ac Dei, ac Sanctorum eius, piensissimus venerator.

Pontificatum igitur ingressus, eadem, qua priuatus antea, semper humanitate, & mansuetudine vixit. pacis, atque otij studiosissimus. Omnes Christianos Principes frequentibus Nuncijs hortabatur, vt mutuis dissensionibus, & bellis compositis, foederibus iuncti, Turcarum vires toto iam orbe terrarum formidabiles retunderent. Cum singulis Principum, & Rerumpublicarum Oratoribus, qui ad se plerumque, honoris causa veniebant, de pace, communiq; concordia diligenter agebat. Cum enumeraret bellorum incommoda, violari Templum Dei, cultum intermittere, Vrbes diripi, Virgines incestari. Haec, & eiusmodi sepe repetebat.

Huic Nicolaus, alijque illius temporis scriptores siue amici, siue inimici, omnes tamen hoc elogium tribuunt, Natura facilem, humani ingenij, & tranquillum, summamque eius, & admirabilem erga omnes clementiam, plurimum laudant. Qui statim imperauit, vt ab armis discederetur, pacemque vel inuitis dedit. Dicebat enim, sibi bella displicere, & nunquam ad arma veniendum Principibus, nisi coactis. Itaque Pontificatu inito Legatos Regum, ac Rerumpublicarum rogabat, vt ad concordiam solam, & pacem amplectendam eos, a quibus missi essent, suauissimo literarum genere impellerent. Matthaeus Boffus Canonicus Veronenfis appellat omnium, qui fuere Pontificum misericordissimum, & suauissimum. Graue etiam testimonium de illius virtutibus extat in Epistola Angeli Politiani, ad Ioannem Petrum Vrbinate Episcopum; quod non est omitendum.

Videri mihi (inquit) Innocentium Pontificem maximum, via quadam regia ad immortalis gloriæ contendere, qui viros augeat honoribus, & eruditis, & graues, nec delitescere sub modio (quod dicitur) praeclarum virtutis lumen patiatur. Nam vt omitiam ceteros, in hisque Hermolaum Barbarum, quem tanto studio Pontifex ornandum sibi prius, mox autem tuendum, defendendumque suscepit: & mox etiam nuper Hieronymum ipsum Balbanum, praestantem doctrina, & moribus hominem, Praesulem fecit.

In Epiphania sequentis anni 1485. Pontificatus primi, Innocentius VIII. Pontifex max. inter Sanctos Confessores retulit, Leopoldum IV. cognomento Pium, sextum Marchionem Austriae, qui vita sanctus fuerat anno 1336. Qui ob vitam sanctissimam actæ, miraculorumque gloriæ claritatem, dignus est habitus consortio Sanctorum; supplicatibus, & instantibus Friderico III. & Maximiliano I. Imperatoribus. Habet hæc Franciscus de Pantinis, de Canonizatione ipsius, de cuius laudibus extat Oratio Francisci Patuini I. C. & Aduocati Consistorialis habita anno 1484.

Die Luna 22. Nouembris anno 1485. noctu furto sublatis fuere de Ecclesia S. Ioannis Lateranensis, duo Calices aurei, ponderis 80. librarum, quos Ludouicus XI. Galliarum, & Ferdinandus Neapolitanus, Rex, Basilicæ Constantinianæ donauerant: Item Mitra aurea, quam Regnum appellant, & S. Syluestro, à Constantino Imperatore donatam ferebant. Nec tanti sceleris auctores vnquam inueniri potuerunt.

Anno eodem 1485. Innocentius VIII. Fratrem Ambrosium Coranum Vicarium Generalem Ordinis Eremitarum S. Augustini, carcerauit intra Arcem S. Angeli, quod dixisse, ferebatur, Innocentium VIII. in tenebris fuisse genitum, & in tenebris viuere, & in tenebris moriturum.

Eodem anno benedixit Venetis, eosque absoluit ab interdicto, quo astricti erant, à Sixto IV. alleuauit Ecclesiam, & aulam suam omnibus expensis superfluis: & antiquauit officium Mamaluchorum, à Sixto IV. institutum, quod non videretur necessarium. Ad componendas res Ecclesiasticas conuersus, cum Romanis priuilegia renouasset, Urbem castigandis nefarijs hominibus, bonisque ad publica munera euehendis purgauit, publicè se adeuntes patientissimè audiens, ius seuerissimè à suis Magistratibus dici mandauit. Obseruator fuit iustitiæ, mansuetus, & patiens in aduersis, sententiosus in loquendo, memor beneficiorum acceptorum, vt demonstrauit versus Cardinalem Iulianum de Ruere auctorem sui Pontificatus, quum fratrem eius, Ducem Generalem exercitus Ecclesiastici creasset; & versus Cardinales, qui promotioni suæ fauerant. Donauit namque Columnæ vigintiquinque millia aureorum, Sabello Monticellum: Arragoniæ filio Ferdinandi Neapolitani Regis, Montem Coruum, & suum palatium; & Paulinensi Maglianam. Adeo acuti fuit ingenij, vt siquid agendum proponeretur, ad intima negotij statim penetraret.

Romanos, qui instabant, vt Beneficia patria, non alijs, praeterquam ipsis concederentur; videns, quod si hoc ipsis concederet, Cardinales priuati manebant; vt repararet hoc damnum, declarauit, quod Pontifices omnes, & Cardinales residentes in Cu-

ria, Romani intelligerentur, & participare possent antiquis illorum priuilegijs, confirmans de cætero, omnia eorum priuilegia; & multas alias gratias insuper elargitus.

Religionibus SS. Dominici, Francisci, Augustini; & Canonorum Regularium, alias gratias peculiare, & priuilegia concessit. Fulminauit terribiles poenas, & anathemata in foeminas maleficas, venificas, & incantatrices, & contra decipientes Datriu.

Cum graui morbo Innocentius decubuisset, Proceres Vrsini, Virgilio, & Paulo auctoribus, veteribus factionibus suscitatis, arma Columnensibus, quorum Principes erant Prosper, & Fabricius, intulerunt. Pontificis, qui conualuerat, hortationibus neglectis, intestinis bellis, & seditionibus se inuicem lacerabant, non sine maximo Vrbis, & finitimarum ei regionum damno, & clade. Hi adeo in mutuum perniciem exarserant, vt omnia non sine caedibus, rapinis, incendijs transigerent, bonis Romanorum ciuium vbique direptis, Pontifice frustra reclamante. Eo bello Insula, Campagnanum, Gallerea, Braccianum, Cæreuetus, & aliquot alia Vrsinorum oppida à Columnensibus direpta.

Intestinum Romanorum Procerum bellum, maius externum, suscitatum sedauit. Ferdinandus namque Neapolitanorum Rex, Comite Montorij, ob quosdam suspiciones securi percussos, Aquilano Comiti foedere iunctos, & omnes Regni sui Proceres contra se concitauit. Qui ad causam dicendam, Neapolim à Rege euocati, quum reculerent, ipsius iram veriti: & ob ferocem eius naturam. Aquilanis, quia Regio Praetore defecerat, adiunctis ad Papam accesserunt, quum esset illud Regnum feudatarium, Ecclesie, protestantes, si essent derelicti à sede Apostolica, dituros se esse cuiumque Regi externo, aut Principi, qui vellet illis subsidio esse. Addebant, Regem in contemptum Pontificis non soluere censum debitum, qui erat annuus viginti millium ducatorum. Quum enim Ferdinandus Rex Romam venisset, tempore Sixti IV. antecessoris sui Pontifex inter alias gratias, concessit Regi, vt census, quem solvebat Ecclesie, qui erat viginti millium ducatorum, reduceretur in Equum album, quod Innocentius reuocauit, quod cederet in insigne detrimentum Ecclesie. Item adiungebant, quod Rex disponebat ad libitum suum de rebus Ecclesiasticis illius Regni: Motus autem Innocentius necessitate vrgenti, & priori, & secundaria Aquilam, & Aprutium, & Principes Regni, sub sua protectione recepit, in foedus conuenientibus Venetis, Columnensibus, & multis Principibus, & Baronibus Neapolitani Regni: Rex Ferdinandus in subsidium habuit Florentinos, & Vrsinos. Atrox bellum sequutum: Papa feliciter se habuit. Mori aliquot Cardinales, quod videretur bellum diutius protrahendum, de pace cum Pontifice tractarunt; quos noluit Pontifex audire, suum firmum, & securum habens scutum, rationem, & iustitiam. Sed postquam diutius bellatum vario euentu, tandem multorum Principum, & Cardinalium interuentu, & precibus quum lassaretur, pax composita anno 1486. die 12. Augusti: cuius hæ fuerunt conditiones.

Quod Rex Ferdinandus, soluat censum debitum Ecclesie consueto modo.

Quod Barones, qui Ecclesie se dederunt, pendant censum Ecclesie; & quod soluunt Ecclesie computetur in eo, quod soluere tenebatur Rex, quando Regnum possidebat: & quod deinceps, dicti Barones recognoscant Papam, & Ecclesiam immediatè.

Item, quod de Abbatia Montis Catini, & de illius terris, & castris disponatur ad Pontificis voluntatem.

Item, quod Episcopatus, & beneficia Regni Neapolitani distribuantur per Papam.

Item, quod ciuitas Aquilana sit libera, & cuiusuis esse velit, sit, aut Papæ, aut Regis, cuius maluerit.

Item, quod Dux Rhenatus, & Franci, volentes venire contra Regem Ferdinandum, non possint impediti à subditis Ecclesie immò Papa, & eius terræ possint eis concedere transitum, & victualia.

Item, quod Virginius Vrsinus veniat ad misericordiam Papæ, pedibus nudis, & corrigia in gula, capite nudo, genuflexus petat veniam amore Dei, à summo Pontifice.

Item, quod Cardinalis Vrsinus, & cæteri Vrsini, stent, & subiaceant arbitrio Papæ, vtrum, & quantam poenam mereantur.

Item, quod terra captæ hinc inde, & earum restitutio reposita, sit in pectore Regis Hispaniæ; Rex enim Hispaniæ, cum Ludouico Sfortia, & Laurentio Medice, pro Rege Ferdinando pacis vades fuerunt.

Rex postea videns Papam inermem, ostendit se difficilem, & morosum in obseruantia capitulorum pacis, & censum debitum recusauit soluere, quod diceret, Pontificem belli gesti originem fuisse, in quo tantum ipse expenderat, vt census integer ablorptus esset. Quare Pontifex sentiens, se illusum, quod Ferdinandus, quæ in pacis foederibus sponderat, minimè præstauerat, indignatus, non ita multo post, Regem, ob non solum veditigal, anathemate notauit: sed & Francorum Regis in pritis literis concitatus, Neapolitano Regno priuauit; Gallorum enim Rex, id ad se, ex legitima successione, & hæreditate pertinere affirmabat. Denudò arma mouere constituit aduersus Ferdinandum Regem, &

Carolum

PRIVILEGIA religio nibus concedit.

SEDITIONES inter Columnenses, & Vrsinos.

BELLVM inter Ferdinandum Neap. Regem, & Ioannem.

PAX inter supra dictos iuncta.

FERDINANDUS protestans re obseruantia capitulorum pacis anathemate ab Innocentio notatur re quoque priuatur.

INNOCENTIVS PONTIFEX VIII. studiosissimus.

BOFFUS Episcopus.

BOFFUS Episcopus.

Neapolitanorum copiam.

DYOCALICES cum mitra in Laterano furto sublatis.

AMBROSIVS Coranus in carceribus cohibitus.

VENETI ab interdictione absoluitur.

INNOCENTIVS Romanus, eorum priuilegia confirmat.

FERDINANDUS ad obedientiam Pontificis rediit.

LUDOVICUS de Aragonia Romanam venit, ac in uxorem Baptistinam hunc nepotem ducit.

INNOCENTIUS Romanorum Procerum diffidat.

INNOCENTIUS in indicandis criminibus inexorabilis.

VRBINI supplices ad Pontificem veniunt.

PAX inter Italiam Principes incipit.

CAESAR Maximilianus Augustinus Romanorum Rex designatus.

BULLARUM Plumbatos instituit.

PROXENETARUM officium ab Innocentio venditur.

INNOCENTIUS ante eius Pontificatum uxorem habuit, filiosque ex ea pepererat.

Carolus Regem Francorum inuitavit, cui, ad huiusmodi bellum offerebat trecenta millia aureorum, & sex mille milites, sub ducatum Ducis Lotharingae. Huic promissioni denuo Carolus assensit, & hoc subsidio confusus Pontifex, Ferdinandum Regem anathemate notatum Regno priuauit. Verum Rex Ferdinandus animis Regis Catholici, & Principum Italiae, & expeditione Gallica territus, coactus fuit ad obedientiam Pontificis redire. Qui exoratus in pacem tandem consensit. Et Rex in maiorem animi sui significationem, suae obedientiae, & submissionis, matrimonium tractauit inter secundam Papae nepotem Baptistinam, & Ludovicum de Aragonia fratrem suum. Baptistina autem habuit in sororem Perettam, quae primo fuit coniux Marchionis Finalis, deinde secundo matrimonio coniuncta Andreae Auriz, Principi Melitano. Mox Princeps Capuae filius Ducis Calabriae Romanam venit, cum pompa vere regia, receptus cum maiestate in Vrbe. Placuit Papae, vt se praesente, & multis Cardinalibus, & Principibus, annulus nuptialis daretur a Principe, nomine Principis forbrini sponsae, & Archiepiscopus Ragusinus matrimonio eos iniunctum coniunxit, & sumptuosissimi ludi, & conuiuia celebrata.

Bello Neapolitano confecto, ad pacis studia Innocentius Pontifex conuersus, ciues aliquot Romanos, quorum capita erant, Margani, & Sanctacrucij, armis ferilibus dissidentes, item Vrsinos, & Columnenses, adhuc discordes, summa diligentia conciliauit: quum nihil antiquius duceret, quam Vrbi quieti, copiosq; studere. Vnde toto eius Pontificatu, & annonae maxima veritas, & Vrbs a grassatoribus latrocinijq; libera, quibus bello durante, maxime obnoxia fuit, quum esset in iudicandis criminibus inexorabilis. Nam & Pauli II. & Sixti IV. edicta contra homicidas, & sicarios renouauit, & omnes Vrbe, & diuione Ecclesiastica eiecit. Duos fratres, Francisci Bubali filios, Petrum, & Hieronymum, qui seditiosis omnibus receptaculum erant, ob potentiam diu impunitos, vna die simul capi, & securi percussu mandauit, quantum cum patre, longo antea tempore amicitiam contraxisset. Dominicum etiam Viterbiensem, & Franciscum Maldentem nobiles viros, & Scriptores Apostolicos, fallacios, omnibus suis reclamantibus, suspendio enectos, medio foro combussit. Cum Venetis foedus constituit.

In vigore istius nouae pacis, venerunt Vrsini ante pedes Papae, veniam petentes, quibus indulgentia concessa, & quidquid petierunt, obtinuerunt, quum moris esset Papae, clementia vti, & pietate cum ijs, qui illum offenderant.

Ex ista memorata pace ortum est foedus, inter Papam, & Regem Ferdinandum, Venetos, Florentinos, & Ducem Mediolanensem, & pax demum totius Italiae conciliata est. Cuius exemplo motus Fredericus III. Imperator, per publicum edictum totum Imperium ad pacem reduxit in decennium. Pacem item conciliauit Pontifex inter Iacobum Regem Scotiae, & filium eius, & Regna Hispaniae, quum magna discordia esset inter eos. Res admirabilis fuit, tot animos discordes in vnam concordiam copulare. Ad pacem redegit Sigismundum Austriae Ducem, & Venetos, qui bellum diutius gesserant, ob confinia comitatus Tyrolis.

Caesar Maximilianus Austriae, Friderici III. Augusti filius, Rex Romanorum designatus est 14. Kalend. Martij anno 1486. vixit autem cum patre annos 7. menses 6. dies 6.

Ex bello, arario exhausto, Pontifex Sixti IV. exemplum sequutus, quo pecuniam colligeret, quinquaginta duos viros instituit, quos Plumbatos Bullarum Apostolicarum vocauit, eisq; certos Ecclesiae prouentus, in perpetuum concessit. Ex qua institutione ad viginti sex millia aureorum recepit. Veniere singula, quingentis aureis. Eodem exemplo, viginti sex Secretariorum Collegium, quorum officia venderentur, erexit, priore numero aucto, ex quibus ad quinquaginta quinque millia aureorum excepta, veniere singula duobus millibus, & quingentis aureis, & ex eo, quod apud Ripam Romanam, vbi vina, & merces veniunt, erant multi ciues Romani, & etiam forenses, qui causa quaerendi victum, operabantur, vt Proxenetae, circa venditionem dictarum rerum, & mercium.

Idem Innocentius, de consilio quorundam astantium vendidit praedictum officium Proxenetarum, suae Ripae Praesidentium, triginta viros creatis, vt ipsi dumtaxat praedictum officium exercerent, & non alij, ita quod ex triginta personis, sexaginta centena aureorum conficientia, sex millia exegit, & de his Bullam plumbatam fecit.

Innocentius adolescens, & nondum sacris initiatus, aliquot filios ex nobili puella Neapolitana, cum qua se matrimonio copulauit, sed parum vixit, legitime sustulit, duos ex his Pontificatu suo superstites honoribus, & opibus auxit: Franciscum, & Theodorinam. Francisco, Laurentij Medices Florentini filiam, puellam formosissimam coniugio copulare procurauit; quas ille nuptias non detrectauit, ac illi, consentiente Cardinalium Collegio, pro dignitate nuptiarum opes contulit: oppida namque nonnulla Vrbi vicina dedit. Quo minus ille nuptiarum fierent, Laurentius non obtulit, etsi amplissimus, & ditissimus ciuis: sperabat enim, Innocentium se adducturum, vt Ioannem Medicem filium, etsi adhuc imberberem, ad purpuream vestem vocaret, & quidem Pontifex nullo exemplo id fecit: dedit autem Francisco Comitatum An-

guillariae, non multum illo tempore fructuosum, & honorauit illum Capitaneatu Generali Ecclesiae. Qui Ioannes Medices postea creatus Papa, & Leo X. vocatus, decus* extitit serenissima illius domus. Alteram filiam Theodorinam, Gerardo Vsumari Genouentis iunctam, diuitijs cumulatam, Mauritio fratri suo Equiti, vndique multis partibus ornato, dedit solum Gubernationem Ducatus Spoletani, & Praesidentiam status Ecclesiastici, & Cardinalatum Laurentio Cibo, qui fuit vir praeclearissimus, & valde litteris deditus. In Pontifice deinde generata quaedam tepiditas versus suos propinquos; cum his enim finem imposuit commodis, quae contulit domui, & familiae suae, modestiam professus in dando suis.

Per id tempus Hercules Estensis, Ferrariae Dux, Romam venit, a Pontifice summo honore, & splendide exceptus, & inter alias gratias singulari indulgentia vti, deduxit Ducem per ambulatorium secretum a palatio Vaticano, vique ad molem Hadriani: quumq; admonisset Praefectum Arcis, a Cardinali S. Petri ad Vincula ipsi muneri praepositum, Praefectus ipse Papae fatue, & temerarie edixit, vt veniret octo, vel decem viris solum comitatus, quod ille aliter Pontificem excipere ob dignos respectus, nequiret. Perturbatus Pontifex huiusmodi sermone, nihilominus respondit, sibi gratam fore huiusmodi diligentiam, & ita se facturum, vt ipse statuisset: eoque modo cum Duce ingressus est in Arcem suam, cum numero octo comitum, praecipitq; vt Praefectus Arcis in carcerem mitteretur: qui obmutuit, nec ausus est verbum vllum replicare: examiniq; subiectus, repertus est in culpa fuisse, proinde iussus est laqueo suspendi. Et quia videbatur Cardinalis S. Petri ad Vincula, & frater eius huius piaculi particeps, vel conficij fuisse, detineri iussit eius secretarium, cum omnibus scriptis, & instrumentis, & rigide examinari, & eiecit fratrem Cardinalis, priuauitq; eum officio, quod gerebat, periculum subeunte Cardinale huius criminis. Verum quum nihil aduersus eum repertum esset, placatur Pontifex, Cardinalis in bona gratia Pontificis permansit, vt solebat.

Eodem tempore, Gemes, qui & Zizimus, Baiazethis II. Turcarum Imperatoris IX. frater, apud Prussiae Bithinae urbem de Imperio certans, victus, & profugus, subsidium Christianorum imploraturus, Rhodum peruenit; vbi Magni Magistri auxilium, & consilium implorauit. De eius consilio Romam ad Pontificem profectus. Nec longè post Baiazethes, missis ad Pontificem Legatis, urbem Hierosolymitanam, quatenus fratrem Zizimum sibi dedit, vltro offert. Verum ne datam fidem falleret Pontifex, Baiazethis & munera, & amicitiam repudiavit. Quis fuerit eius accessus in Urbem, Matthaeus Bossius Canonicus Veronensis tunc praesens tradidit. Sollemni pompa exceptus, tota Vrbe spectante: incessit enim per speciosiores vias, insigni infidens equo, mediusq; inter Franciscum Pontificis filium, & Magni Magistri Rhodiorum Equitum fratrem: denique in palatium Vaticanum deductus est, ibiq; honorifice habitus. Non multos post dies, publicum in Consistorium deductus, ad Pontificis maxime conspectum, conspicuo in throno sedentis, neque flecti ante illum, neque deosculari, ex more, pedes, vt, qui praesunt sacris ritibus, illum facere edocebant, villo passus est modo ille, qui sub patre Mahomete, tantum Christiani sanguinis effuderat, seuus, & impius, quantum vix ritus egeret. Aspectus barbari Zizimi, seuus, & truculentus, corpus compressum, & corpulentum, ceruix lata, pectus vastum, & prominens, statura ultra mediocrem, habens oculorum alterum luscum, ac toruum, nasum aquilinum, caput inquietum, semper omnia colubratis, & tanquam minax inspectans: atas illi, vt videbatur, anno quadragesimo proxima: patrem (cuius imago calata ere sepe videtur) ad vnguem referens, & vt indole, sic & moribus pessimis, insigni atrocitate, atq; seuitia equans. Haec quidem Bossius de Zizimo. Vixit Zizimus toto deinceps Innocentij Pontificatu Romae in Vaticano honesta custodia; ad cuius sustentationem frater Baiazethes Constantinopolitanus Imperator quadraginta aureorum millia annuatim, dum vixit, misit.

Ioanni Primo Portugalliae Regi, qui amicitiam cum Rege Congi in Africa contraxerat, & ad cuius persuasionem, & preces ipsum Christianum fieri, persuaserat, Papa misit Vexillum Crucis, cum pulchris, & pretiosis ornamentis, quae Rex Ioannes, instante dicto Baptismo, Regi eidem Congi tradidit; quae is deuote suscepit, in Amabasse ciuitate sua, cum multo stupore Africanorum, qui magna ex parte fidem susceperant; illud autem primum Baptisma in illis regionibus fuit.

Multis laboribus in Pontificatu susceptis, qui erant illi proprij, & interni, fuit saepe oppressus egritudinibus periculosis: & biennio ante obitum, habuit ita grauem somnolentiam, vt, cessante vigore pulsus, manserit sine ipso viginti ferè horas, vt pro mortuo crederetur; famaq; iam mortis eius quodam versus perlata, circa successorem omnes conuenerant, quum subito, magna omnium admiratione, viuus apparuit. Successerunt proinde Romae illi tumultus, qui solent, Sede vacante: sed transacto illo accidente, die proximo fuit se videti, cum magna totius populi laetitia, a quo eximie amabatur.

HERCVLE Ferrariae Dux Romanam venit summopere excipitur.

ZIZIMVS Baiazethis Turcarum Imperatoris frater Romam ad Pontificem venit.

ZIZIMVS sollemni pompa excipitur.

INNOCENTIVS Portugalliae Regi mandata.

INNOCENTIVS quodam laboris pro mortuo habetur.

BAIAZE-
thes Tur-
carum Im-
perat. Fer-
rum haſte,
quod latus
Domini
percuſit,
ad Ponti-
ficem do-
no mittit.

GLORIO-
ſus Sancte
Crucis Ti-
tulus re-
peritur.
GRANA-
ta Regi-
bus Catho-
licis capta

IN NO-
centij re-
ſcriptis

IN NO-
centij Obi-
tu.

Bajazethes Turcarum Imperator, quod Pontificem, fratris Zi-
zimi captiui causa, sibi gratiore redderet, pro magno munere
Ferrum haſte, quod latus Domini pendentis in Cruce perfoderat,
ad eum miſit. Quod olim apud aedem S. Andreae Antiochiae re-
pertum, capta iam ciuitate, Boenundus in praelio corripens, cum
Arce expugnare non poſſet, eam illico cepit, & hoſtium multa
millia prodigioſe deleuit. Dono id Conſtantinopolim aduectum,
poſtremo Turca, hoc anno, Pontifici miſit, Pontifex in occurſum
prodijt, illud recepturus ſubmiſſe, ac deuote ſuſcepit, & arx ab
ſe condita marmoreo tabernaculo conſtruam, in Baſilica Vatica-
na, religioſiſſime paulo ante obitum ſuum, collocauit, vbi hodie
exat.

Ferdinandum, & Elifabetham, Reges Catholicos iuuit pecu-
nijs, in expugnando Regno Granatenſi, & concedendo eiſdem,
& eorum ſucceſſoribus, Magiſtratus militiarum S. Iacobi, & Al-
cantarae. Reportauit multum vilitatis, & firmitatis regio ſplen-
dori ſuo, & durante bello de proprijs pecunijs, Regibus Catho-
licis, ſcutorum 70. millia quotannis ſubmittit. Vnde Reges
Catholici, domus Cibo gratam deberent gerere memoriam.

Anno 1492. Pontificatus ſui anno 8. In his Petrus Gundifalvus
de Mendocia dum tectum, & abſidem tituli S. Crucis in Hieru-
ſalem repararet, in medio Templi pariete pars tituli Crucis Chriſti
triplici lingua exarati, inuenta eſt, ibidem a Placidio Valentinia-
no Imperatore, ante mille annos reclusi. Quo die Ferdinandus,
& Elifabeth Catholici Hiſpaniarum Reges, Granata vrbe expu-
gnata, Maurorum in Hiſpania vetuſtiſſimum Imperium excide-
runt. Ac inde in memoriam vtriuſque beneficij, in honorem, &
gloriam ſui Pontificatus ipſe Innocentius eam Baſilicam, cum Se-
nate religioſiſſime viſitauit, & quotannis eam ipſa die viſitantibus
indulgentias plene indulſit.

Innocentius VIII. autem edificandi ſtudioſus, inſignes in palatio
Vaticano in primo atrio habitationes, inter quas, & vnu amplum,
& vere regium habitaculum, magnas, & ſpectabiles porticus, &
villam Pontificum vſui, quam *Belvedere* vocant, extruxit. Fontes
in media ſancti Petri platea fecit: Baſilicam Lateranenſis abſidam,
ante Aram maximam duabus inſignibus columnis ſuſſoſitam,
aedificauit, Diaconiam ſanctae Mariae in via Lata, a fundamentis
conſtrui iuſſit, & ſanctae Mariae Pacis, & tribunam ſuper Aram
maximam ſancti Petri.

In hortis, vt dicitur *di Belvedere*, depingebat Mantenga pictor
Mantuanus, ex primoribus, & inſignioribus illius temporis, Papa
nihil illi dabat, intricatus bello, quod aduerſus Turcas parabat, qui
ingreſſus ſemel cubiculum, vel manſionem, vbi ante depingebat,
quod ſapienter ibat, videns quoddam ſimulacrum velamine contectum,
interrogauit, Quid eſſet illud, quod intus latebat; continuo velum
pictor detraxit, & ſimulacrum eſſe, dixit, Prudentiae. Papa ſub-
iunxit, Fac alterum ſimulacrum iuxta illud, quod Patientiam re-
ferat. Finita namque pictura, liberalibus, & magnificis donis ip-
ſum Mantengam proſequutus eſt, & hilaris, & ſatiſfactus Man-
tengam redijt.

Decreuit Pontifex, vltimo anno ſui Pontificatus, durante pa-
ce, quam tanto ſtudio per totum orbem Chriſtianum conciliarat,
vt ſordus feriretur, & formarentur tres exercitus ingentes aduer-
ſus Turcas, primus ab Imperatoribus, Friderico, & Maximiliano:
ſecundus, a Rege Hungariae; tertius vero maritimus duceretur a
Pontifice ipſo, cum claſſe potente, aſſociato vno trium Regum,
Galliae, Caſtellae, vel Angliae, cum parte Collegij Cardinalium.
Dum haec diſponuntur, quae annum vnum integrum exigebant,
magnus hic Pontifex lethali morbo occubuit: grauis morbus, &
mors ſubſequuta impediuit digniore expeditionem, quae vnquam
in Chriſtiano orbe fuit tentata. In extaſim quandam ſoporiferam
ex morbo incidens, exceſſit Romae in Vaucano 8. Kal. Auguſti
hora noctis 5. anno ſalutis 1492. aetatis 60. Pontificatus vero 7.
menſe 10. die 27. corpus in Baſilica S. Petri ſepultum aeterno monu-
mento, quod extrui iuſſit eius nepos, Laurentius Cibo Cardinalis
Beneuentanus, iuxta Aram ab eo deſignatam, in qua Ferrum haſte,
quo Chriſti latus apertum fuit condi iuſſerat. Vacauit Romana Sedes
dies ſextedecim.

SIGNVM INNOCENTII PAPAE VIII.



Ciacon. Vit. Pontiff. & Card. Tom. III.

A Eodem anno 1492. die 14. Aprilis obiit Florentiae Laurentius
Medices amator literarum, ditiffimus omnium Europae, Patruus
Clementis VII. & Pater Leonis X. ſummorum Pontificum.
Ioannes Trithemius, Abbas Spanhermenſis, Scriptor illuſtris
vivebat anno 1489.
Eodem anno 1492. Iudaei ex Hiſpania eiecti, quorum 127. fa-
miliae inde pullae.

ADDITIO ANDREAE VICTORELLI.

Cardinales 26.] A 24. Cardinalibus electum, dixit Panuinius
in Chron. & in Elogio.
* 19. Kalend. Sept.] hora 13. Panuinius in Chron.
* Natus Gemae.] Huius Pontificis Elogium habes apud Vber-
tum Foliettam, alterum apud Panuinium, in Elogijs quorundam.

B Pontificum: plura in Orationibus Oratorum Principum coram In-
nocentio habitis, & olim editis.

* Vir diſtiſſima paupertatis.] S. Franciſcum Apoſtolicae pau-
per-tatis amicam altiffimae paupertatis amore artiſte, diſces ex D.
Bonau. c. 7. vitae illius.

* Conſecratus, Coronatus.] Panuinius, in Elogio, & in
Chron. de ſola Coronatione loquitur.

* Humanitate, affabilitate.] Hae, & alia nonnulla ex Ora-
tione Leonelli Epifcopi Concordienſis in funere ipſius Innocentij
habita, Ciaconius hauſit. Card. Aegid. hanc laudem ſilentio non
inuoluit.

* Pacis — ſtudioſiſſimus.] Ex Panuinio. Ianus Vitalis con-
ſenſit.

Non minus Innocentius fuit hic, quam nomine factis,
Virtus cuius erat maxima Pacis amor.

C * Principum — Oratoribus, qui ad eum honoris gratia, &c.]
Extant Orationes ad Innocentium Heſtoris Flifci Genueſis,
Io: Camer. Vormacienſis Epifcopi Ducis Bauariae, Titi Veſpaſia-
ni Strozae Ferrariae Ducis, Io: Franc. Mariani Ducis Mediolani,
Io: Neunhauler Alberti Principis Bauariae D. Bartholomaei Scalae
Florentinorum, Guilelmi Caourſin Magiſtri Rhodi Valaſci Fer-
dinandi Io: Regis Portugalliae, Antonij Geraldini, Ferdinandi
Regis, & Elifabethae Reginae Hiſp. Petri Cadoati Epifcopi Anſa-
cen. Galliarum Regis, Oratorum; quas editas legi; necnon quas
Philippus Cheuretius pro Sabaudiae, & Robertus Guiba pro Bri-
tanniae Ducibus habuerunt.

* Leopoldum IV.] V. Martyrol. Rom. & Card. Baronij No-
tae die 15. Nou. Surium tom. 6. Panuin. in Vita, & in Elogio.
Friderici Caſaris rogatu id factum, ſcribit.

* Coram — Calices — Mitra.] Haec omnia, & alia non
pauca ex Panuinio in Innocentio VIII.

* Donauit — Columnae.] V. Panuinium in Sixto IV.

* Religionibus SS. Dominici, & Franciſci.] V. Rodericum
in Collectione Bullarum.

* Proceres Vrſini.] Ex Panuinio.

* Romanorum Procerum bellum.] Ex eodem Panuinio; ſed
quaedam miſcet a Panu. non ſcripta. V. Porcium de Coniuratione
populi Neapolitani.

* Non ſoluere cenſum debitum.] In Regem antea non optime
animatus erat, ob annua tributa, quibus ex ſedere obſtrictus erat,
Eccleſiae non perſoluta, ait Panuinius. caute legendus interdum
Ciaconius, & videndi alij Hiſtorici, ex quibus exprompfit.

* Viginti millia.] Quidam dixerunt quadraginta Calliſtus III.
Alphonſi Regis morte, Siciliae Regno ad Eccleſiam deuolutum
declarauit; & cum armis illud vindicare, cogitaret, exceſſit: Pius
II. Patrum Senatu aſſentiente, Ferdinando conceſſit; ſed prius
facienda ab illo praecripiſit: inter ea dixit. *Cenſum Apoſtolicam
Camerae debitum a Regina Ioanna in hunc uſque diem non ſolutum
quotannis exoluet; Pontifici Romano, quoties auxilium petierit,
libenter offeret, Eccleſiarum iura non attinget, &c.*

* Cenſus — reduceretur in Equum album.] Panuinius in Si-
xto IV. annuum cenſum, ait, quem Eccleſia Romana debitum
pendebat, Equo tantum phalerato, tributi nomine, retenta eidem
(Ferdinando) remiſit.

* Pax — cuius conditiones.] Pacis conditiones paucores a
Panuinio referuntur: prima eſt. *Vt Rex Romana Sedes annuum
veſtigal penderet.* Secunda, *Vt Regni Proceres rebelles ſeruarec
incolumes.* Tertia, *Vt Pontifex, pro arbitrio, omnia Regni Sa-
cerdotia diſtribueret.* &c.

* Anathemate — Neapolitano Regno priuatis.] Ex Panui-
nio loc. cit.

* Bello Neapolitano conſeſto.] Ex eodem loc. cit.

* Homicidas, Sicarios.] Tom. 1. Bullarij extat conſtit. 14.
Licet ea, &c. contra exules, &c. Ciaconius deprompſit ex Panu.
* Cum qua ſe matrimonio copulauit. De matrimonio Panui-
nius non loquitur: neque Card. Aegid. in Hiſtor. 20. ſeculi neque
Porcius.

* Leo X. — origo.] Repoſuimus, decus: neque enim a
Leone X. ſereniſſima familia duxit originem; ſed incrementum,
& decus accepit.

In Hiſt. 20.
ſec.

In Innocen-
tio VIII.

Pius II. 2
Com.

** Ferraria Dux Romam venit.*] Vou reus, ait Panuinius, ex quo cetera Ciaconius. Anno 1471. Hercules Borfium Romam proficifcentem fecutus fuerat, officij gratia: Pigna lib. 8. Historia. Principum Ateftinis qui (vsque ad annum 1476. quo Historie suae finem imposuit) de secunda Herculis ad Vrbe[m] profectio[n]e mentionem facere non potuit.

** Gemes — Zizimus.*] De illo pauca Panuinius in Innocentio, plura Bofius, in Historia Ordinis S. Io: Hierosolymitani. Panuinius scribit, Zizimum a Magno Magistro Rhodi ad Regem Galliarum, mox a Rege ad Innocentium missum: Ciaconius Magni Magistri consilio Romam profectum: rem diligentius Bofius inspicit, quam ego ex publicis M. SS. monumentis Innocentij Pontificis, Marci Barbi, S. Marci, Iuliani, S. Petri ad Vincula, & Ioannis Balues Andegauenfis Cardinalium, necnon Thesaurarij supremi, & Secretarij Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani Rhodi Magistri Oratorum subscriptionibus munitis non semel a me perlestit, certiori luce donabo. Degebat in Gallijs Zizimus in potestate Petri de Aubusson Magni Rhodi Magistri, cum inde in Italiam, in Christianae Reipublicae commodum, & Turcarum Regis accerim eiusdem Reipublicae hostis iustam offensionem, perducere, Innocentius cupiebat, postulabatq; tum etiam, vt Rhodi Magistrum, & eius imperio subiectum Ordinem exoneraret: & literis Apostolicis, vt in Italiam transferretur, decreuerat. Rhodi Magister, se illum in Italiam ad Innocentium missurum pollicitus est. Quaedam loca in Piceno, ad illum custodiendum, decreta fuerunt: Ioannes Balues Cardinalis Andegauenfis, Ordinis Hospitaliariorum Hierosolymitanorum Protector, in id Piceni Legatus ab Innocentio institutus fuit; ad eum spectabat explorare; an loca essent Zizimi custodiae idonea: Legatus iureiurando ad Zizimum custodiendum te obstrinxit Legato Hospitalarij, Dux, Custodes stipendijs oberari simili iureiurando fidelitatem, & diligentiam in eo custodiendo promiserunt: Innocentius duodecim nummum aureorum millia, in singulos annos se Legato in eam rem daturum spondit; & duo millia, vt in Italiam transferretur, Oratoribus solui, iussit. Deinde pro innata sua humanitate, motu proprio, non ad Magistri, non ad alterius pro illo preces, ipsius Magistri virtutibus incitatus, victoriq; quam de Turcis reportauerat, ob aliaq; illius, & Ordinis praecleara facinora, ad eius decorem, & Ordinis honorem, eundem Rhodi Magnum Magistrum, probum, idoneum, & bene meritum, de plenitudine potestatis, Diaconum Cardinalem S. R. E. tituli S. Hadriani creauit; itaut ab ea die in posterum titulo, nomine, gradu, honore, praerogatiua, praereminentia Cardinalis Diaconi vteretur, & gauderet: & de hac re literas Apostolicas confici iussit, Legatoq; dari; quas ille, cum Zizimus Sultanus ad littora ditionis Pontificiae peruenisset, & in ipsius potestate esset, Oratoribus traderet; & non aliter. Statuit praeterea Innocentius; vt Magister Cardinalis creatus Rhodi Magistratum, & alia, quibus antea fruebatur, quoad viueret, retineret: illaq; promotione nullo pacto frustrari posset.

H. s. & alijs, hoc ordine, subscribere Innocentius Pontifex, Marcus Episcopus Praenethinus, Cardinalis S. Marci, Iulianus Episcopus Ostiensis, Cardinalis S. Petri ad Vincula, Ioannes Episcopus Albanensis, Cardinalis Andegauenfis, Thesaurarius, & Secretarius Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani Oratores Magistri Rhodi, & Religionis. Cardinalis Andegauenfis, Ordinis Protector his verbis vius est. *Ego Ioannes Episcopus Albanensis Cardinalis Andegauenfis in omnibus, & singulis suprascriptis me libere obligo, salvo quoad promotionem Reuerendissimi Magni Magistri: pro qua me obligo daturum liberum votum, quando Zizimus, frater Magni Turci, erit in potestate Sanctissimi D. N. vel mea; & non aliter, & ita in presentia Sanctissimi D. N. me manu propria subscripsi.* Alij Cardinales iisdem ferè verbis, & clausula Saluo, &c. vsi sunt. Innocentius autem haec scripsit, primo loco. *Placet de omnibus, & singulis supradictis, & ita acceptamus, Innocentius Papa VIII. manu propria.* Cuius nomine, Leonellus Episcopus Traguriensis Oratione habita in regio Parisiensi palatio a Carolo VIII. petierat, vt Zizimum, qui in Gallijs, Magni Magistri Rhodi nomine, custodiebatur, in Italiam ad Pontificem deduci permitteret. Zizimi frater Turcarum Rex Italiae excidium minabatur; Pontifex armorum Turcicorum incendium expectandum non censebat; sed illato in Regis regionibus bello arcendum: praesentaneum autem ad illius furorem comprimendum remedium existimabatur; si Zizimus in eiusdem Pontificis potestatem deuenisset. Orationem Leonellus habuit anno 1488. die 20. Ianuarij. Innocentius, Cardinales, & Oratores scripta superius indicata firmarunt, anno 1486. Pontificatus Innocentij secundo die 13. mense Februarij. Zizimus in Picenum non fuit perductus, sed Romam; vt Bofius in Historia Equitum Melitenfium scriptum reliquit. si quae paulo ante, ad Elogium, Cardinalis de Aubusson, scripsi ab his non nihil discrepare censueris, monitus esto, Lector, monumentum M. S. ex quo haec excerpti, tunc a me visum non fuisse; & cum haec addidi, illam iam typis excusa.

** Neque deofculari ex more pedes.*] Nolebat Zizimus indignabundus, & subirato animo Innocentij pedes deofculari; sed tamen deofculatus est. teste Bofio lib. 14. Hist. Equitum Meliten-

sum ad portum Ciuitatis Veteris a F. Guidone de Blanchefort Aluerno Priore Magni Magistri nepote deductus fuerat: exijt e naui die 6. Martij, anno 1489. Leonardus Cibo a Pontifice missus illius Urbis arcem F. Guidoni tradidit; vt in ea Zizimum, ad breue tempus, custodiret. Cum ad Vrbe[m] veniendum fuit, Cardinalis Andegauenfis, & Franciscus Cibo, Innocentij iussu, ad 12. ab Vrbe lapidem ei obuiam processere; secundo ad Vrbe[m] lapide Cardinalis humaniter a Zizimo recessit, vt celerius ad Pontificem accederet, & fortassis, quia non decebat, Cardinalem cum illo in Vrbe[m] ingredi; Antistes, die 13. Martij, aliq; viri Ecclesiastici nobiles, Legati Principum, viri alij nobilissimi, nobili pompa Zizimum sine comite equitatem comitati sunt. celebratam illam Bofius diligenter lectorum oculis subiecit; die 24. eiusdem mensis in publico Consistorio Zizimus maiestatem Pontificis, demiratus, pauca interprete vsus, locutus est; pedibusq; oscula dedit: vt dictum fuit. Alexandro VI. Pontifice, Zizimus cum Carolo VIII. iter habens Capuae obiit. Bembo lib. 1. Historia Veneta.

** Ad cuius sustentationem — quadraginta aureorum — millia.*] Ex Panuinio in Innocentio VIII.

** Cessante vigore pulsus — viuis apparuit.*] Ex Panuinio in fine vitae Innocentij.

** Baiazes — Ferrum haste.*] Ex eodem Panuinio. Cum Sacrum Ferrum a Baiazete Innocentio VIII. dono mitteretur, octo Cardinales, eodem Innocentio iubente, quibus caeremonijs excipiendum esset, egerunt: inter differendum, quidam dixere, Dominicae Lanceae Ferrum Norimbergae ostendi, quidam in regio Parisiensi sacello extare; quidam a Constantinopolitano Imperatore Venetis pignori datum, aliq; ex Chronico peruetusto, Constantinopolim delatum, & a Turcis, ea capta, inuentum, & asseruarum: cum Pontifex, Cardinale Beneuentano referente, haec audiisset; quod a Turcarum Rege mittebatur, verum Lanceae Ferrum, quo Christi pectus apertum, exstimauit, & sollempni ritu recipendum statuit. Praelatos duos domesticos, Archiepiscopum Arelatensem, & Episcopum Fulginatem Anconam misit. (Pij II. exemplo ductus) vt illud a Baiazetis Oratore acciperent, & supplicatione sacra in singulis itineris locis, ad Vrbe[m] ferrè; missus equus albus, theca cristallina, arca, omniaq; ornamenta, & laterna, cum lumine praeferenda, quae, cum sacratissima Eucharistia ante Pontificem iter agentem deferretur, adhiberi solent. Die 22. Maij Pontifex Cardinales S. Petri ad Vincula, & Portugallensem Legatos a Latere, qui Narniam sacro Ferro obuiam irent, creauit;

ij Roma die 24. discessere. Die Ascensionis Christi Domini, Innocentius amictu, alba, cingulo, stolaq; praetiosa ornatus, Crucis vexillo praelato, cum Cardinalibus, ad Aedem S. Mariae Populi accessit: ibi pluuiali accepto, & magni pretij mitra, Cardinalibusq; sacris veltibus indutis, omnium ordinum nobilium processione extra portam Flaminiam, ad quadraginta passus, incessit, & a Cardinalibus Legatis Narniam missis caelestem Lanceam venerandus accepit, & sub umbella, a Baronibus, Proceribusq; qui cum Capuae Principe tunc Romam venerant, delata, ad Basilicam Vaticanam religiose portauit: via, qua transeundum fuit, aulæ ornata, & velis tecta erat. In Basilica Vaticana, spectante populo, sacro Amuleto Crucis signum efformauit, & illud in suum cubiculum, donec sacellum extrueret, asseruandum detulit: at paulo post graui affectus morbo Cardinali Beneuentano nepoti in eadem Basilica perpetuo seruandum reliquit, sacellumq; in Dei parentis honorem condi, ornari, censu pingui augeri, praecipit: eo moriente, Cardinales illud ad idem Templum deferendum curarunt. Sacellum absoluit Cardinalis Beneuentanus, & subiecta inscriptione, quae inde amota in nouae Basilicae pariete affixa fuit, insigniuit.

E GENITRICI. DEI. MARIE. A. GREG. III. PONT. MAXIMO. ANTEA. POSITVM. ET. DEDIC. INNOCENTIVS. VIII. CIBO. GENVENSIS. P. M. LAURENTIO. NEPOTI. S. CÆCILIAE. PRESBYT. CARDINALI. BENEVENTANO. A FVNDAMENTIS. RENOVAND. SVPRAQ. FERRVM. QVO PATVIT. LATVS. SALVATORIS. SANCTISS. SVÆ. MAIEST. BYZANTIO. A. MAX. TVRCARVM. ADSE. VANDVM. RELIQVIT. ANNO. DOMINI. MCDXCV.

De sacello a Laurentio Cibo Cardinali erecto superius ad eius Elogium.

Paucis ab hinc annis in Orientali Diui Petri Basilicae parte a Paulo V. veteri diruta, magnificentissime excitata Albericus Cibo Innocentij, monumento translato, alogio adiecto memoriam renouauit.

F INNOCENTIO. VIII. CIBO. P. M. ITALIAE. PACIS. PER PETVO. CVSTODI. NOVI. ORBIS. SVO. AVO. INVENTI GLORIA. REGI. HISPANIVM. CATHOLICI. NOMINE IMPOSITO. CRVCIS. SACROSANCTAE. INVENTO. TITVLO. LANCEA. QVÆ. CHRISTI. HAVSIT. LATVS. A BAI AZETE. TVRCARVM. IMP. DONO. MISSA. AETERNVM INSIGNE. MONVMENTVM. E. VETERI. BASILICA. HVC. TRANSLATVM. ALBERICVS. CIBO. MALASPINA PRINCEPS. MASSÆ. FERENTILLI. DVX. MARCHIO. CAR RARIE. ETC. PRONEPOS. ORNATIVS. AVGVSTIVSQ. POSVIT. ANNO. DOMINI. MDCXXI.

Petrus de Aubusson Magni Magistri Rhodi Cardinalis.

Erat hic, cum alijs, Apostolicus Orator apud Carolum VIII.

Erat Ordinarius Hierosolymitanorum Protector.

Lib. 14. Hist. cit.

Ex M. S. Bruchardi

1491. die 7. Maij Roma discessere.

sesta 2.

1491. 31. Maij.

Ex Diarij M. SS. Io. Bruchardi

Marcus Vigerius, Cardinalis tituli S. Mariæ Transtiberim, libro de Dignitate Vestimentorum, & Ferri Lanceæ Christi Domini, ad illud, cum ab Oratore Baiazetes Anconam allatum esset, excipiendum, comprouinciales Episcopos conuenisse, solemnique pompa idem circumtulisse, testatus est; quod autem præmiserat, nempe Baiazetem nobile domum Innocentio misisse, ut fratrem libertate donaret, refelli potest; vix enim credibile est, Regem illum existimasse, Pontificem Zizimo fratri abeundi facultatem facturum, quem singulari studio acquisiuerat, & custodiebat; quique dimissus ipsi Regi hosti grauius damna afferre poterat, barbari pectoris arcana non patent. Forsitan Innocentium Lanceæ dono, ut Magnum Rhodi Magistrum dexteræ manus S. Io. Baptistæ, sibi conciliare studuit. Hoc Bosio placuit.

Ferream hanc Lanceam, qua Christus vulneratus indulgentiæ fontes ut in Canone Crucis Græci canunt, aperuit, Helenam sanctissimam feminam Hierosolymis secum in Græciam detulisse, probabili sermone affirmant nonnulli, Antiochiæ in D. Petri Æde delitescens, D. Andrea indicante, anno 1098. inuentam asserit Tyrius de Bello Sacro, ad quem Card. Baronius lectorem rejicit: prælata in bello victoriam peperit: & cum fuit reperta exercitus Regis Perlarum Antiochiam obsidebat: Constantinopolim deinde delata in Æde, seu Cœnobio S. Io. de Petra asseruatur: illius aciem lima secam Carolo Magno Francorū Regi à Constantino VI. donatam, leges in expurgato humanæ vitæ Theatro tom. 3. lib. 1. tit. Res sacra rapta. Bosius aciem secam, ex Causio, fateatur pars Lanceæ maior, immò Lanceæ, dempta acie, quam Innocentio à Baiazete missam Romæ colimus, Constantinopoli in D. Ioannis de Petra mansit; eamq; Turcæ, cum cæterarum Reliquiarum thesauris, capta, direptaq; vrbe, non oscitanter asseruarunt. Quomodo autem Baiazetes illam sit assecutus, vel me tacente, agnoscis: Rex Turcarum Constantinopoli imperauit.

Apud Aedem S. Andreae. In Æde, seu Cœnobio Principis Apostolorum à Christifidelibus Cruce insignitis Clauem, ut ita dicam, Diuini Pectoris inuentam discis ex Tyrio loc. cit.

Beermannus. Ex Panuino in Innocentio VIII.

Platina in Gregorio IX. Balduinum Lanceam, & Spongiam Dominicam Venetis vèdidisse, Guillelmus de Nangis lib. de Rebus gestis S. Ludouici, eas, partemque Crucis eisdem oppignoralisse, S. Ludouicum redemisse, Paulijque in Regio Sacello collocasse, scripsit, & cum illo Gretserus, de Cruce lib. 1. c. 96. Iacobus Philippus Bergomas, in Supplemento Chronicarum ad ann. 1140. (Bosius eum sequitur) Lanceæ Dominicæ partem à Balduino Venetis pignori datam, ait.

Insuper hæretici, calumniantes, apud nos, (quos Pontificios vocant) triplicata, & multiplicata Dominicæ Passionis instrumenta. Plura Æneæ sepulcra extare, dixit Dionysius Alicarnassens, plures vrbes, Smirna, Rhodos, Colophon, Megara, los, Argos, Athenæ, Homerum, ciuem suum esse, affirmabant; idem Panormitani, & Catanenses de S. Virgine, & Martyre Agatha asserbant: quid mirum, si plures vrbes Christi Domini languine illitam Lanceam sibi vendicent? Parisijs illius aciem extare, aiunt aliqui, ut patid ante dictum est: sæpè beneficij, per Christi passionem, eiusque instrumentum collati monumentum, non autem instrumentum agnoscentium, Gretserus memoriz prodidit.

Petrus de Mendoza. Ex Panuino in Innoc. VIII. & lib. de Septem Eccl. Alexandro VI. anno 1496. 4. Kal. Augusti his, de hac re, verbis dilierit. Cum itaque nuper, videlicet anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi 1492. vltima Dominica mens, Ianuarij, dum bon. mem. Petrus tituli S. Crucis in Hierusalem Cardinalis, eandem Ecclesiam signo ornatu reparari, faceret, in altiori parte testudinis diste Ecclesia reperitus fuit Titulus Hebraicis, Græcis, & Latinis literis conscriptus, & qui supra caput ipsius Domini nostri Iesu Christi, dum in ligno eiusd. S. Crucis pendebat, appositus extitit &c. In eadem Basilica, cuius Cœnobium Monachi Cistercienses, Congregationis Italiæ incolunt, Titulus idem sacratissimus religiosè asseruatur; cuius grandisculi characteres in vetustissima illa tabula ferreo instrumento à rudi artifice exaratos dixeris: non est autem integer; legitur tantum Nazarenus, cum initio sequentis dictionis: & deest vox Iudeorum: in quo diuinum consilium (ut doctus Theologus D. Hilariou eiusdem Cœnobij S. Crucis Abbas existimabat) admirari licet; quo ad Danielis vaticinij memoriam reuocatur. Et non oris eius populus, qui eum negaturus est. Ex qua ligni specie ea tabula cõstet, cum carie sit exela, artis lignariæ periti pro certo affirmare non possunt. Beda in Collect. ex Buxo eam fuisse; dixit; alij ex Robore, alij ex Oliua. Palma manus retinet, titulo letatur Oliua, & Glos. Clem. 1. de Summa Trinit. Ligna Crucis palma, Cedrus, Cupressus, Oliua: qui dixerunt ex ligno vitæ, fabulam amplexi sunt. quo ad verba, Marcus scripsit. Et erat titulus causæ pro scripta super Eum literis Græcis, & Latinis, & Hebraicis, Hic est Rex Iudeorum. Io. Iesus Nazarenus Rex Iudeorum. Hæc Ioannis in tabula fuerunt incisa; qui adiecit, Et erat scriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè. Nomen, patriam, & mortis causam, ea inscriptione indicauit Pilatus: Marcus, & Lucas solim necis

A causam notarunt: ignominia notam Iudæis Pilatus inuifit, & Christi innocentiam, quam manuum ablutione falsus fuerat, patefecit: quare noluit, ut Impij postulabant, scriptam mutare inscriptionem: volebant illi, iussu illius scribi, Christum se ipsum Iudæorum Regem appellasse. Pilatus dixit, Quod scripsi, scripsi, & Christi innocentia Tituli immutabilitate denuo testatus est: ex ijs verbis, Quod scripsi, scripsi, colligit Gretserus, Pilatum Tituli verba, cum sententia, in instrumentum retulisse. Varietium de Titulo non delendo, in Psalmis extare, Diui Augustini titulo 117. sententia est. Totus Titulus tribus idiomatis cõscriptus fuit. Latinè scriptus Christi capiti vicinior erat; quia locus ille, nobilior, & Romani suam linguam Græca, & Hebraica nobiliorem. Hebraicam autem ignobiliiori loco positã barbaram, (ut Cardinali Baronio placet) existimabant; alij verò locum Crucis Christo propinquiorem à Romanis nobiliorem iudicatum, non putant; nec eos de linguarū dignitate cogitasse, arbitrantur: in superiori loco Hebraica, quia notior, in secundo Græca, quia magis nota, quàm Latina: si antiquitatem spectassent Romani, Hebraica antiquior Græca, hæc, Latina. Diuino autem consilio factum opinor; ut tribus præcipuis linguis Christus Cruci affixus Saluator, & Rex Iudæorum sit nuncupatus: illæ enim linguarum omnium eum Principem futurum, indicarent. Hebraicè purè Titulum, conscriptum, aiunt quidam: alij corruptè, nempe Syriacè; hoc placuit Abbati S. Crucis eruditione claro: à parte autem dextera in sinistram, si legentes scribentesue spectes Latinè, & Græcè, more Hebræorum, exaratus fuit. In monte Caluariz Cruci adiectum fuisse, opinatus est Gretserus; Christo iam Cruci affixo. Suarez loc. cit. inferius, tituli pœnæ causam indicantes reos ad supplicium euntes (ut ex Suetonio colligere licet,) præcedebant: claus ad eum configendum adhibitos, dixit S. Cyprianus. S. Crucis Abbas nullum foramen in anteriori parte vidit; posterior argentea theca obiecta inspicere nequit: ex miraculis, non autem ex Titulo Crucem Christi agnitam, D. Ambrosio excepto. Narrat Historici: duorum latronum Crucibus Titulos additos, negant. S. Ioannes Chrysost. & Theophylactus huius sententiæ rationem Gretserus, (quidquid de illa sit) firmam non putat. Tabellam, cum Titulo à S. Helena inuentam, narrant S. Ambrosius, Socrates, Rufinus, Sozomenus, alij; passim, qui de hac re scribere: quamuis autem non scribant, quid de illa sit actum: Catholici tamen non dubitant, à sancta femina piè cultam, asseruatam, Romanique delatam. Tituli verbis ad signaculum Crucis adhibitis fugari demones, leges apud Gretserum.

B Fabris bistumen. Narratio, ex Diarijs à Bosio lib. 1. de Cruce, allata à Ciaconij, & Panuini narratio non nihil differt. Cum Valent. mille censum annis. Ex Panuino in Innocentio VIII. In medio Templi pariete pars Tituli Crucis Christi tribus linguis exaratus inuenta est, ibidem à Placido Valentiano Imperatore ante mille annos reclusi. At ab Helena Constantini Imperatoris matre, dum Basilica ab eo extrueretur, Titulum ibi collocatum, affirmant Lælij Petronij, Pauli à Magistris, & Stephani Infesurij Diaria M. S. apud Bosium loc. cit. Plumbea arcuata Titulum complexa, si longitudinem spectes, duorum palmorum erat, & marmore, in quo hæc sculpta, in pariete obtegebatur. HIC. EST. TITVLVS. VERÆ. CRVCIS. Characterum Tituli sulci rubro colore ornabantur (librorum titulos minio prisci decorabant Quidio canente. Nec Titulus minio, nec cedro charta notatur) & tunc in voce Iudeorum, (si Darijs ijs credas) deerant tantum characteres VM.

C Caluinus in hunc Titulum vibrauit spicula; sed illa ne aerem quidem pupugerunt. eum multiplicatum dixit; nam Romæ extat, & Tolosani se illum habere, affirmant. Vnicus est; Romæ, ut diximus, non est integer: si Tolosani aliquid habent, partem habent, sed minorem. Plesszus quoque obgannij imperite: vide Gretserum cap. 65. Exam. Myst. Plesszani; à quo refutatur. Huius Tituli Romæ inuenti Eclypon, siue exemplar æneis formis Romæ exculum vidi; Augustæ Vindelicorum, Marci Vvelferi docti, pij, & amplissimi viri, Reipub. illius Urbis II. Viri studio, typis eiusmodi editum, narrat, c. 65. cit. Gretserus.

D Ipso die, quo Nuntius Romæ. Non ita Panuinius: sed Quo die (quo inuentus Titulus) Ferdinandus, & Elisabeth Catholici Hispaniarum Reges Granata vrbe expugnata, Maurorū in Hispania imperium exciderunt, ut ex eodem reperuimus. Eam ipsa die visitantibus plene indulsit. Hoc Innocentio VIII. tribuit Ciaconius; at Alexander VI. anno 1496. die 28. Iulij plenam indulgentiæ thesaurum ijs concessit; qui, Sacramento Pœnitentiæ purgati, eandem S. Crucis Basilicam, die, quo Anniversaria reperti Tituli memoria colitur, religiosè iuiferent. Litteras Alexandri habes in Panuino lib. de Septem Eccl. Urbis: quod Plesszum non ignorasse, Gretserus docet. De Crucis Titulo etiam Suarez tom. 2. in 3. part. disp. 37. sect. 2. Cardinalis Tolletus in c. 19. Ioannis Mald. in c. 27. Matt. Barrada. t. 4. lib. 7. c. 11. Dan. Malonius c. 5. in sacra Christi Stigmata: qui titulum Latinè, & Græcè malè scripsit.

E Innocentius adisicandi studiosus. Hæc ex Onuphrij fontibus hausta.

F

Ib. 1. de

Cruce.

Od 9 apud

Gret. T. 1.

1. de Cru

ce.

I. 1. c. 14.

T. 11. An

nal.

Bosius 1.

cit. curia

Causio 10

Com.

loc. cit.

loc. cit.

Com. Ad

mirabile

Sacramen

tum.

Vid. Gret.

c. 65. Ex.

Myst. Ples.

Dia. cap. 9.

cap. 11.

cap. 11.

cap. 19.

V. Card.

Tollet. in

c. 19. Ioan.

Tom. 1. ad

ann. 14.

Bar. tom. 4

lib. 7. c. 11.

D. Cynil.

cap. 12. in

Causio.

Serm. de

Sina, &

Syon.

v. Gretser.

c. 62.

In cap. 25.

Matt.

In cap. 19.

Ioan.

p. 2. to. 1.

lib. 4. c. 8.

de Cruce.

V. Gretser.

de Cruce

cap. 14. l. 8

loc. cit.

Nicolaus

Nicolaus Donatus... anno 1492. Viuente Hermolao Bar-
baro, Nicolaus Donatus Patriarcha Aquileienfis à Pontifice Ro-
mano creatus non fuit, cum Hermolao fuis ouibus adesse non-
posset; & Nicolaus vero Patriarchæ titulo careret, Episcopus
quidam, Pontificis nutu, Ecclesiam illam administravit: defun-
cto Hermolao, Nicolaus Patriarchalem eam sedem adeptus est:
ex Ioanne Can. lido lib. 8 Hist. Aquileien.

Innocentij VIII. Iulio, Augustinus Patritius, nondum Epi-
scopus Pientinus, librum Rituum S. R. E. conscripsit. In Vatica-
no Apostolico Sacratio vidi ego librum M. S. & Epistolam legi:
qua hic illi librum inscribens, narrat, quæ dixi. Christophorus
Marcellus eum librum Leoni X. dicauit, Venetus Typographus
excudit.

Contra maleficos Constitutionē edidit Innocentius an. 1484.
Non. Decembris *Summis*, &c. officia Auditorum Rotæ Roma-
næ, dum illi Episcopi, vel Archiepiscopi creantur, vacare, voluit
ann. 1485. 10. Kal. Septemb. *Circumspecta*, &c. statuit, vt Iudi-
ces sæculares Inquisitorum hæreticæ prauitatis sententias contrā
hæreticos latus, non inspectis processibus, exequantur. *Dilectus*,
1486. 30. Septemb. Secretariorum Collegium auxit. *Non debet*,
&c. 1487. prid. Kal. Ian. Sodalitium Romæ institutum sub no-
mine S. Ioannis Decollati, ad animas eorum, in quos publico
iudicio animaduertitur, iuuandas, eorumque; cadauera tumulanda,
firmavit. *Inter*, &c. 1490. 10. Kal. Septemb. Legem tulit contrā
non soluentes census Canonice Apostolicæ die SS. Apostolorum
Petri, & Pauli. *Deus*, &c. 1492. 6. Nonas Maij. Hæc, & alia
ab eo decreta habes tom. 1. Bullarij. Sacras diuitias Templo
sanctæ Mariæ Populi tribuit, quæ recensentur à Iacobo Albe-
rico; confirmavitque à Sixto IV. tributas.

Plures Principum Oratores Innocentio obedientiam defe-
rentes laudibus eum exornarunt, Ioannes Franciscus Marlianus,
Ioannes Galeatij Orator illius prudentiam, liberalitatem, charita-
tem, modestiam, constantiam, grauitatē, facilitatem, clementiam,
vitæ integritatem, sermonis suauitatem, morum elegantiam: for-
mam etiam corporis enumeravit, & recensita apta membrorum
compactione, speciosisque vultus lineamentis, de illo, quæ de
Priamo Euripides, dici posse, affirmavit.

Priami quidem species meretur imperium.
Ciaconius superius egit paucis de bello Innocentij cum Fer-
dinando Rege; Neapolitanorumque; Procerum in hunc concitatam
bilem innuit. Horum coniurationem tribus libris Romæ editis,
Camillus Portius narravit; & de bello Innocentij, vrbemque; à Ca-
labrum Duce obfessa disseruit: orationem etiam Gu. d. Antonij
Arcimbaldi Aristitis Mediolanensis, litteris, moribusque con-
spicui, Ludouici Sfortiæ Oratoris in Consistorio habitam, qua
illum ad pacem prudenter hortatus est, retulit: eum vide si li-
bet plura agnoscere.

Idem Innocentius anno 1489. cum Sancia Abbatissa nobilis
Monasterij S. Benedicti Cisterciensis Ordinis Conuersari, Apo-
stolicæ Sedis immediatæ, vt aiunt, subiecti, decessisset, Antistiti il-
lius vrbis præcepit; vt Mariellam Vrsinam S. Claræ in Licienfi
S. Francisci Cœnobio Sanctimonialē, quam Andreas Mattheus
Aquauiua Arragoneus Dux Atriæ, & Conuersari Comes nomi-
nauerat, eidem Monasterio Cisterciensi præficeret, Monialēque;
& subiectos Oppidi Castellana homines ad obedientiam, reue-
rentiamque; illi deferendā adigeret. Regebat olim in illo Cisterciens-
is Abbas Monachos suos; & Palchalis II. sub Apostolicæ Sedis
tutela (vt ipse litteris ad Vincentium Abbatem, Beneuenti, 1105.
Idibus Iulij, Ioannes S. R. E. Card. Diac. & Bibliothecarij cala-
mo dantis, asseruit) illud exceperat; vt deinde Alexandro IV. loca
eidem subdita ad ius, & proprietatem Rom. Ecclesiæ spectare,
constituit: verum, cum Clemente IV. Pontifice, neque Monachi
in eo habitarent, Rodolphus Episcopus Albanen. Card. Apo-
stolicus in Apulia Legatus id Damettæ Paleologæ, alijque sacris
Virginitibus, quarum Cœnobium; S. Mariæ de Verge Cisterciens-
is Ordinis Dioces. Motosten. in Romania, Græci, ijs pulsas, va-
stauerant, Clementis ipsius iussu, tribuit: vt ex eius litteris, Brun-
dusij scriptis, licet deprehendere: quas Gregorius X. anno Pon-
tificatus primo 5. Idus Iulij, apud Vrbem veterem, peculiari di-
plomate confirmavit. Viget, viguitque; in eo Monasterio morum
candor, probitas, religiosæ disciplinæ, ac sanctimonix zelus; sul-
gent veræ nobilitatis faces: Damettam Paleologam, Franciscam
ex Andegauenfibus ortam Comitibus, Mariellam Vrsinam, ex
Tarenfi Principibus, Beatricem, Bubaram, & Isabellam Aqua-
uiuas (duæ posteriores P. Claudij Aquauiuas Præpos. Gen. Societ.
Iesu, viri religiosissimi, & prudentissimi, sorores fuere) ex Atriæ
Catharinam Aquauiuam Arragoneam supestitem, ex Neriten-
sium Ducibus Præfektas recensent.

NOVA ADDITIO AVGVSTINI OLDOINI SOCIETATIS IESV.

Cardinales quinque; seu sex, vel, vt alij volunt, octo supra
viginti, post Sixti obitum Conclauē ingressi, Iuliano Ru-
uero Episcopo Ostiensis, & Roderico Borgia Cancellario maxi-
mè annitibus, ex Presbytero Cardinali tituli S. Laurentij in Lu-

In Eöpen-
dio Hist.
S. Mariæ
Populi.

lib. 3.

4. Januar.

Pix post-
latio vol.
&c.
ann. 1258.

1266.

Ex Archi-
uuo S. Bene-
dicti Con-
uersi.
Cum à no-
bis, &c.

Cardina-
les Con-
clauē in-
gressi.

cina à Sixto IV. facto, Melitensi tamen, seu potius *Molsetano*
vulgò dicto ob Episcopatum eius Vrbis olim acceptum; inter ho-
ras vndecimam, & decimam quartam diei 29. Augusti creatus est
Pontifex Ioannes Baptista natus anno 1432. Genæ patre Arano,
seu Aaronē, vel Abrano, Aranio, aut Aronte; omnibus enim his
nominib. dictus ille inuenitur cum apud antiquos Scriptores, tum
in monumentis antiquis, ex nobili, & antiqua Ciborum familia;
matre verò Gineura, seu Maria de Mari nobili Matrona Genuesi.
Familia Cibo nobilissima homines plures ab eo vsq; tēpore, cum
florente Latinorum primum, deinde Paleologorum Constantinopo-
li Imperio, oppidum Pera, quod prope Byzantium situm est,
Genuenses obtinebant, omnibus honoribus, qui in libera ciuitate
maximi, atq; amplissimi existimantur, gestis in nobilium ordine,
cuius partes tuendas susceperunt, clari, in signisque fuere. Matris
verò nobilitatem claram, illustremque fecere præter Ottonem,
Ogerium, Bocuccium, Angelerium, duos Lanfrancos, totidemque;
Nicolaos, Herodem, Ansaldo de Mari ab anno nostræ salutis
millesimo centesimo vigesimo secundo, Consules Genuenses;
Ansaldo filius Angelerij, Corsicæ Comes, Federici Romanorum
Imperatoris Orator ad Concilium Rauennatense anno reparatæ
salutis 1231. habitum, classisq; Imperialis maritimæ Archithalaf-
sus, alias Ammiratus; tum Guillelmus de Mari qui anno 1227.
cum Oratoris munere factus esset apud ipsam Federicum II. Im-
peratorem, vrbis Genuensis Principatum omnium votis obtinuit;
cum etiam Andreolus, ac Arrigus; ille Romanorum Imperato-
ris, hic Caroli Primi Regis Neapolitani, ac Gando Reipublicæ
Genuensis, classis maritimæ Præfektus. Ioannes igitur Baptista
Cibo Cardinalis his claris parentibus natus, accepto nomine
Innocentij in recordationem Innocentij IV. æquē Genuensis, ac
sententia, aut symbolo supra indicato: *Ego in Innocentia mea
ingressus sum*: Coronatus est pridie Idus Septembris annū agens
ætatis vnum, & quinquagesimum; vt hæc omnia pluribus profe-
quitur Onuphrius in eius Vita, cum longa narratione nobilitatis,
& antiquitatis eius familia; Nec ille audiendus circa ea quæ in
Commentarijs de hac nobili familia sine vilo fundamento indi-
cauit, cum pro nobilitate tum Patris, tum Familix, ac muneri-
bus ab eo præclarè gestis contra Panuinum, præter ea quæ su-
perius indicauimus, sit Leonellus Concordiensis Episcopus in
oratione in eius funere habita, ex qua fortasse partem vitæ eius
Onuphrius desumpsit; & sint Romanorum Pontificum diplo-
mata, ac tabulæ antiquæ tum Neapoli, tum Genæ, atq; apud
Massæ, & Carrariæ Principes asseruata. Hic adhuc iuuenis
post vxoris obitum Canonicatum in Ecclesia Capuana; & An-
tistitis gradum in Ecclesia S. Mariæ de Arba Genæ obtinuit.

Initio Pontificatus graui morbo decubuit Innocentius, à quo
sanatus dicitur per inuocationē beatissimæ Virginis Annunciatæ
Florentinæ, cum medicorum remedia parum prodesse; vt de
fratribus Seruitis B. Mariæ, quorum curæ ea Ecclesia commissa
est; priuilegia omnia Decessorum confirmavit noua Constitutione,
quam magnitudine, & numero priuilegiorum *Mare magnum*
vocarunt. In tanti beneficij memoriam, & pro gratiarum actio-
ne in eodē Templo Diuæ Annunciatæ, tholo suspendi imaginem
suam curauit. Lauretanam Domum singulari affectu coluit, cui
renunciatus Pontifex auream Bullam eximia pulchritudine cum
gentilitijs insignibus donum misit, ipsi Virgini suspendendam
collo velut suæ erga eam religionis indicium. Pontificale in super-
amiculum, Pluuiale appellant, ex holoserico villosa, auroque; ma-
gnificis sanè, ac præclaris floribus pictum, & opere phrygio præ-
texto, & margaritis conspicuum. Plenam quoque peccatorum
remissionem indulsit visitantibus Ecclesiam sanctissimæ Annun-
ciatæ Ordinis Minorum extrā Vrbem Auximanam positam. A
Confessionibus habuit Fr. Lucam Borsianum Fulginatensem
Ordinis Seruorum B. Mariæ virum doctum, ac prudentem, quem
postea die 3. Martij anno 1489. gentis Cibo cognomine, ac insi-
gnibus donatum, patriæ Episcopatu nobilitauit.

Ad Innocentium summū Pontificem Senatus Genuensis duo-
decim Oratores ex præcipua nobilitate electos Romæ ablegauit;
vt debitum nouo Pontifici obsequium, & reuerentiā totius Rei-
publicæ nomine deferrent; qui certè eo maiori cum splendore, &
apparatu Romam profecti sunt, quo propter cōmunem patriam
arctius illi se deuinctos esse iudicabant. Oratores autem fuerunt
Hector Fliscus Iuris ciuilib. scientia, & dicendi facultate non
vulgari præditus, Lazarus Auria, Melchior Nigronus, Christo-
phorus Spinula, Franciscus Lomellinus, Lucas Grimaldus, Tho-
mas Fulgosijs, Paqualis Saulus, Aloysius Gibertus, Bartholo-
mæus Canitijs, Baptista Basadonna, & Ioannes Calderus. Ho-
rum primus, Hector scilicet Fliscus omnium nomine ad Inno-
centium sic locutus est.

Nemo admitatur, Beatissime Pater, si inter hos duodecim
Oratores per tuam Genuensem Rempublicam ad te missos, ego
ætate, ingenio, auctoritate multò inferior, coram te Christi Vi-
cario, tuoque; hoc diuino, admirabiliq; tantorum Patrum cœtu;
hodierna die de summis rebus aliquid etiam pro virili dicturus;
pauens, trepidus, totusque perterritus adeò contremiscam, vt
palleat facies, vox titubet, lingua balbutiens faucibus adhæreat,

Innocentij
creatio.

Mobilitas.

Maria de
Mari nobi-
litas ma-
trona ma-
ter Inno-
centij.
Familia
Cibo no-
bilitas.

Tum de
Mari.

Iustina-
nus in An-
nal. Genu-
Petri. Vin-
centi in
Theatro
Virorum
illustrium
Regn. Na-
pol.

Canonicus
Ecclesiæ Ca-
puanæ An-
tistitis S. M.
de Arba.

B. Virginia
beneficium
sanitatem
recepit.

Amor in
Lauretanā
Virginem.
Io. Angel.
Lottin. de
miraculis.
SS. Annun-
ciatæ.
Hi pp. Mar
racc. in
Pont. Ma-
rianis.
Orat. Tur-
sellia. in
Hist. Lau-
retana.
Innocentij
Confessio-
nius.

Oratores
Genuenses
ad Inno-
centium.

Hectoris
Flisci Ora-
tio.

Nam

Nam sicut immortalis Dei aspectus in oculos humane fragilitatis, tanquam fulgur egrediens, adeo splendet, quod neminem, qui vixerit, Deum videre potuisse sacræ literæ attestentur: ita Cessitudinis tuæ maiestatem, illius diuini numinis splendore coruscantem, imbecilles oculi mei velut nocturnæ acis, solis radios nequeunt tolerare. Verum me per se excusabilis parendi necessitas cogit; recreat autem atque reficit Consistorialis nupterinæ aduocatio: nis meæ, & aliquando tecum priuatæ consuetudinis recordatio. Sed ante omnia, summa, ac admirabilis erga omnes clementia tua, quæ ætatis nostræ nemini cedis, & quæ vna inter innumeras virtutes tuas adeo splendet, vt existimem veniam mihi facile concedendam; si quid minus ornate, minus accurate disertè que dixerim. Atque illud in primis mihi lætandum iure esse video, quod in hac iniuncta mihi hodie ex hoc loco ratione dicendi, causæ talis oblata est, in qua oratio nemini deesse potest. In quo enim sublimius, atque iucundius mea versari potest oratio, quam si quod primum est, te Pontifice maximo, gratulandum sit de cuius sui ad summi Apostolatus apicem assumptione? Inde si de Apostolicæ Sedis laudibus, tuis quem amplissimis virtutibus loqui uolueris; postremo si quos fructus Christiana Respublica ex hoc tuo Pontificatu sperare possit, aliquid attigeris; quæ omnia tanti ponderis, tantæque magnitudinis esse reor, vt non hominum; sed vix Angelorum lingua explicari queant. Verum quia, & Philosophi sententia, & vniuersæ iuris censura monemur dici nihil oportere, quod vel ratione, vel auctoritate non probetur; operæ pretium esse sentio, priusquam dicendi campum ingrediar, percontari, an ad Apostolatum assumpto gratulari deceat, & coram laudes eius enarrare. Scio enim consuetudinis esse ferme omnium, qui ad tuam Sanctitatem legationis officio primum accedunt, vt orationem habeant, gratulationem, ac laudes continentem. Scio præterea nonnullos adesse, qui morem hunc non probent; & alterum hominis parum consideratè loquentis, alterum adulationis vitium esse censeant. Quid enim, inquit, ei gratuleris, qui ad immensos animi, corporisque labores, ad maximas curas, ad diuersarum gentium regimen, ad sollicitudinem omnium Ecclesiarum, & quod his maius est omnibus, ad difficilem, & periculis plenam est seruitutem assumptus? rectius tali viro tanta rerum mole oppresso condolendum, & compatiendum esse dicantur. Postremo commemoratis omnibus malis, quæ huic Pastoralis dignitati necessitate quadam coniuncta sunt; ea proculdubio, & innumera, & maxima esse, & Sisyphi saxum voluere Pontifices prædicant; & ob id gratulationis nuntius abhorrent. Mea tamen sententia non est ei gratulandum, qui locum hunc ambitione possideat, qui communi omnium stultitia feratur, atque errore, vt ea optima ducat, ad quæ velut ampla, & speciosa mortalium, fertur ambitio; qui Epicureorum secutus errorem, felicitatem in voluptate constituat: huic sanè conuenit, quod moralis ille Seneca verissimè scribit: magna fortuna, magna seruitus. Multipliciter quippe teste Aristotele, hominum natura serua est; sed eorum seruitus miserabilior, qui ad maximas dignitates euecti, vitij, & voluptatibus inferunt, & proprii corporis sunt fœda mancipia. Sed si de ijs loqui velimus, qui ambulant in vijs, & in lege Domini; qui non quod libeat, sed quod deceat, spectant; qui non in voluptate, sed in virtute felicitatem constituunt, ijs censo congaudendum. Etenim virtus est, vt Aristoteli placet in Ethicis, quæ promptam, ac delectabilem elicit operationem; & virtus sine operatione mortua est. Hinc Imperator noster Iustinianus lib. 12. sui Codicis, nulites, qui à Republica aluntur, frequentius in acie imperat exhiberi, vt armorum quotidiana exercitatione ad bella se præparent. Nec Medici, nec Oratores, nec Imperatores quamuis artis præcepta didicerint; quicquam magna laude dignum absque vñ, & exercitatione consequi possunt. Cur igitur ei non congaudeas, qui iuxta Iacobum Apostolum gaudium existimat, cum in varias incidit tentationes; cui vita omnis gaudium est; cum rectè ad naturam viuat: qui & secundis, & aduersis rebus euadat melior, atque perfectior. Huic sanè potiores sunt Hercules, ærumnæ, seuque labores, & Venere, & plumis, & cœnis Sardanapali. Tibi igitur, clementissime Pontifex, qui ab ineunte ætate, & totius ante actæ vitæ discursu ita vitam instituisti; vt non in voluptate, & ocio; sed in laboribus, virtute, continuoque negotio glories; pro te, pro tua magna virtute congaudemus, congratulamur, & applaudimus. Nec fera quidem accusabitur gratulatio nostra; quæ nulla negligentia prætermissa est. Scimus enim Beatitudinem tuam non ignorare, nobis veniendi non voluntatem, sed facultatem defuisse; cum tandem necessarium fuerit nobis legatis ad hanc sanctissimam Sedem adorandam venientibus, mari, hiberno tempore nauibus, etiam onerarijs huc trajicere. Congaudemus tibi præterea; nam vt Iulianus Iuriconsultus lib. 37. ff. scribit: ipsa naturali lege non minus patriæ nascimur, quam parentibus: iure autem gentium, vt Pomponio placet; necdum patriæ, priusquam parentibus parentum; sed tutelæ proprii corporis ipsam quoque patriam esse præferendam. Ciuili verò iure, vt ait Paulus, disciplina castrorum pro patria antiquior fuit parentibus Romanorum, quam charitas liberorum. Et Marcellus memorat lib. 11. ff. Minimè lugendum

maiores putauerunt eum, qui aduersus patriam venerit; quem si filius patrem, aut pater filium occidisset; sine scelere non puniendum, sed premio afficiendum, omnes constituerunt. Postremo lex Evangelica nostros licet doceat diligere inimicos; hostes tamen patriæ nedum non diligere, sed si incorrigibiles sint, necare iubet. Horum non immemor Philosophorum Princeps Aristoteles Stagirita dum apud Philippum Macedonum Regem eius esset auctoritatis, quod nec dimidium Regni sibi denegare Philippus instituit (nam & Regni, & vnicui filij Alexandri cura sibi credebatur) nullum maius beneficium à Rege consequi posse existimauit, quam vt Stagiram eius patriam euerfam restitui assequeretur. Inde Regem, & formam suæ Republicæ ipse descripsit: qua postmodum sua Ciuitas vsa est; habuitque, licet absens, suæ patriæ diligentissimam curam. Vnde ciues sui ob hæc merita, tanto in honore illum habuere, vt festi dies, & ludi quotannis, & eo viuente faciendi illi publicè dicarentur; festa ipsa celebritas Aristotelea nuncupata. Cato denique Romanorum sapientissimus dum de suæ Republicæ salute desperasset, non amplius sibi viuendum existimauit. Cum itaque naturali, gentium, ciuili, & Evangelico iure, omnique sapientissimorum virorum exemplo, patriæ magis debeamus, quam parentibus, quam filijs, quam nobis ipsis quid est, quod in tanto tam grandi, tam æquo, tam opportuno patriæ gaudio à maxima temperes iucunditate? Ex hoc enim immenso Dei beneficio tantum tua patria exultauit, vt nemo sit, qui viderit illo tempore rem ei nunciatam, quæ iucundius, ac maiore omnium gaudio sit excepta. Constat enim nempe tuorum ciuium animus obitu felicissimæ recordationis Sixti Præcessoris tui, & Romanæ Ecclesiæ scissuram verentibus (cum omnia armis agi viderentur) nouum sidus oriri visum est, proculdubio cælo demissum, quod tantam rerum mutationem ipso nuncio effecit, vt natalem diem non homines modo, sed iumentis, parietes, & saxa celebrare credidissent. Affulsit hæc lux omnibus Christianis, fateor, sed patriæ tuæ potissimum; quæ etsi dono Dei Pontifices maximos plures ex suo secundum carnem sanguine susceperit; Innocentium illum I V. Ciuili, & Canonice scientiæ illustratorem eminentissimum, qui non modo Genuesium gloria; sed totius orbis, & terræ decus, & lumen fuit. Et cuius ea fuit animi sapientia, & magnitudo; Principum maxime secularium, Romanæ Ecclesiæ aduersantium deprimendo potentiam; grauium verò virorum literis, ac moribus ornatorum sublimando virtutem, vt Apostolicæ Sedis auctoritas eisdem Principibus Augustali quoque dignitate fulgentibus suo tempore formidini esset, quibus ante ludibrio fuerat. Itaque solus omnium, vt puto, Pontificum duo maxima munera, & difficillima adimpleuit; vt in Respublica orbis terrarum moderatrice occupatissimus meliora scripserit, quam excellentissimi Iuriconsulti in ocio, soloque studio viuentes; & rursus studio libris scribendis, legibusque condendis maxime occupatus maiora negotia obierit, quam hi, qui vacui sunt ab omni cura literarum. Adrianus deinde V. præfati Innocentij ex fratre nepotem, qui patrii vestigia imitatus, sicut literarum virorum amator fuit, & cultor, ita ab eis exitit summis honoribus celebratus. Hic Adrianus ille Pontifex fuit, cui Orthobono Cardinali Guilielmus Durandi Speculum, aureum opus dedicauit; & Ioannes Andreas, cui vas Canonum nomen est, Speculatoris; & aliorum doctrina excellentium virorum, spem ad Cardinalatum cum ipso Adriano ante coronationis diem functo, sepultam fuisse scribit; & cuius etiam maximis conatibus in tuenda à tyrannide Romanæ Ecclesiæ ditione mors obstitit inuida, & immatura. Nicolaum etiam V. sacræ Theologiæ peritissimum; quo in concione cum Græcis habita in Synodo Ferrariensi, Catholica fides nullum habuit maiorem defensorem. Sixtum pariter proximum præcessorem tuum, qui vltra literarum studia tantæ fuit animi magnitudinis, & gloriæ, vt nemo æquare eum sua ætate crederetur. Te verò nunc cernimus Innocenti Octauo, omnium, quos antea tua dedit patria, Pontificem dignissimum; quem diuina bonitas eo tempore nobis dedit, quo Christiana Respublica bono rectore, auriga, & moderatore quam maxime indigebat; & Italia præsertim, quæ diuturnis fluctibus agitata, non amplius sine tali Pastore quiescere posse videretur. O ineffabilem Dei pietatem, quæ nunquam deserit sperantes in se, & eos tunc sanat, tunc erigit, cum fuerint maiori in periculo constituti. Quid est quod tibi, nobis ipsis, vniuersoque populo Christiano, maiori, ac honestiori gaudio, & lætitia gratulari possimus, quam habere altissimo Creatori, vobisque, Reuerendissimi Patres, gratias immensas, quod admirabili, ac diuino penè vestro consensu eum nobis Pastorem dedit, & huic sanctissimæ Sedi fessorum, qui bonitate vellet, sapientia sciret, auctoritate posset coërcere omnes ad bonè, honestè, & in pace viuendum. Huius verò Sedis amplitudinem, ac maiestatem si referre vellem, quod me secundo loco facturum, dixi, supra hominis ingenium est; vbi cum plura dixerò, nihil profors, quod dignum re sit, dixisse videar. Quare nostri consilij est, neminem, quicumque eloquentissimus fuerit, imitari, vbi in medio penè cursu multi plerumque doctissimi viri defecerunt; sed nos contentos humiliter tantæ Sedis veneratione admirari,

& adorare

et adorare eam tacito ore potius velle, quam verbis licet ornatissimis extollere; quod per se ipsum in suprema extollitur. Nam, hæc Sedes cum è cælo diuinitus fuerit instituta, quo breuior de rebus diuinis sermo fuerit, eo censeretur dignior poterit, si ad venerationem magis, quam ad laudem omnia deferantur. Liceat iam dignissime Pontifex, tuarum virtutum laudes attingere; si tamen prius cognouerimus, præsentis laudem, vbi fallax non sit, paræque, ac modestè fiat, à sapientissimis, sanctissimisque viris maxime probatum iri; par enim est non laudare virtutem, & virtutem non improbare. Cur igitur vereor assentator videri, si ita te laudem, vt virtutes longè maiores tibi inesse cognoscant omnes, quam exprimant verba dicentis? nam tuarum laudum difficultus est exitum, quam principium inuenire. Quid enim vel ad patriam, vel ad genus, vel ad vim animi, & corporis pertinet, quod in te amplissimè laudari non possit? Si patriæ splendor quaeritur, quæ & ipsa ad hominis felicitatem non nihil confert, Vlpiano Iurisconsulto lib. 21. ff. dicente, multum nostra interesse scire hominis rationem: proinde mancipium reddibendum, si in eius venditione natio non foret expressa: hinc Simonides Lyricorum Scriptor docet, perfectè beata ratione victuros, in primis opus esse patriam habere gloriosam. Tuæ igitur patriæ gloriam, res ab ea amplissimè gestas, Principes maximos, potentissimos, Reges superatos memorare, sicut meæ non est facultatis, ita nostræ sine multorum inuidia referre non possemus. Illud tamen sine cuiusquam iniuria palam fateri licebit; urbem tuam Genuam inter cæteras Christianorum Ciuitates fuisse semper Christianissimam, & Apostolicæ Sedis obseruantissimam. Fuere namque Genuenses inter primos Christianorum Italiae populos, qui factum Corporis Christi Sacrificium publicè susceperunt. Apud patriam tuam nulla vnquam hæresis deprehensa est; in ea vique ad hæc tempora propter Christianæ religionis, & Dominicæ Passionis reuerentiam, Hebræi nunquam habitare potuerunt; aduersus Romanam Ecclesiam Genuenses arma sumpsisse nunquam compertum est. Quæ verò pro Christianæ religionis dignitate augenda, & huius sanctæ Sedis auctoritate tuenda, & multa, & præclara egerint, ac memoranda; testis est Hierosolymitana Ciuitas, quæ à Duce Gotifredo cum Genuensi classe capta est; testis Rhodiensis Insula è manibus Turcarum cum nostra classe erepta, ac postmodum etiam defenata. Testis Idruntina in Italia metropolis; testes infiniti populi, Græci, Scythæ, Armenij, Cappadoces; de quibus pro religione Christiana, patria tua sæpe numero triumphauit. Testes, inquam, innumeri Romanorum Pontifices, quos à tyrannorum obsidione Ciuitas tua liberauit; vi pulsis Pontificibus hospitium præbuit; & rursus eos in sede, sua ope, diuino fauente numine collocauit. Quo fit, vt nemini indignum videri possit, si patria tua apud Apostolicam Sedem, in dignitatibus Ecclesiasticis tanta habita fuerit, quod ne dicam, ex patria, aut vrbe, sed vna tantum tuæ Ciuitatis familia plures Pontifices maximos, duos supra septuaginta Cardinales; & fauente Ecclesia etiam Siciliae Regem habere meruerit: & quod, atas nostra nunquam vidit, vno deficiente alterum immediatam, succellorem Pontificem Maximum patria tua nunc habere glorioretur. Sed tu fortan iam illustri vrbe oriundus nullas maiorum, imagines præ te fers; nullo splendore familiarum fulges? imò verò necessarijs, ac parentibus non minus clarus, & eminens, quam patruas. Nam vt omittam nobilitatis tuæ stemmata, quæ à longa origine per viros optimates, & Reipublicæ nostræ Principes, in gente Cibo patricia repetenda essent; vt sileam viginti patricias familias ex hac vna vrbe tuæ proditas; vt præteream auorum tuorum domi forisque tum bello, tum toga mirificè gesta. Quis nostrum non meminit Aaronem patrem tuum, equitem auratum, sacri Imperialis palatii comitem, & Reipublicæ vrbis Senatorem? cuius angelicus aspectus, regiaque effigies velut à proauis hæreditaria, ad te quoque transmissa esse videtur. Is tantæ prudentiæ, fuit in rebus agendis, tanti consilij, tantæ magnitudinis, & fidei, vt Siciliae Regnum, Renati Regis vice administrauerit: & quem, admodum Quintum Ligarium in Africa fecisse scribit Cicero, Regno sic præfuit, vt & socijs, & ciuibus gratissima esset eius integritas, & fides. Talem etiam te omnibus probauit, vt Regno pulso per Alphonsum Renaro, satisfacere hominibus non posset Alphonsus, si quemquam alium Regno præfecisset: itaque, Aaroni apud Alphonsum euenit, quod Cicero apud Cæsarem, cum Cæsar superato Pompeio ex Ægypto ad eum literas misit, vt esset idem qui fuisset. Sed ego te illis annumerari minimè velim, quos Cicero in legis agrariae impugnatione commemorat, maiorum sola gratia, & illustribus auorum monumentis, primis honoribus fuisse ornatos. Tu ipse, Sanctissime Pater, tua virtute, tuis laboribus viam tibi struxisti ad id fastigium, quod nunc euectus es: nonne sicut priuato nomine Ioannes Baptista, ita tu es, gratia plenus? Et Pontificio Innocens, ita nemini obesse, ac omnibus semper prodesse, natura docente didicisti ita, vt de te dici possit, quod apud Cæsarem Titum legimus, non decere quempiam tristem à facie Principis discedere: Quid igitur singulas tuas virtutes hoc loco enumerè, cum in te natura ita omnes cogeret;

quod inter se, quæ nam maior sit, aliquando pugnare videantur? Quis igitur sis, & quales sint virtutes tuæ, satis declarauit, ille omnium iustus iudex, qui inter ingentem Romanæ Ecclesiæ Patrum numerum scientia, moribus, ac vitæ sanctimonia præditus; te vnum in terris Vicarium sibi delegit, cui gregem suum committeret, & claus traderet Regni cælorum: hoc contentus esse potes, nec ab homine in terris quaerere, quod è cælo diuinitus consecutus es. Dicturo postremò quos nam fructus ex hoc tuo Pontificatu sperare possimus, illud in primis mihi venit in mentem, quod Septimius Seuerus Augustus, vir bello, & pace insignis, moriens supremis verbis, velut clarum, & memorabile facinus sibi adscripsit: accepisse initio sui Imperij Reipublicam conturbatam, relinquere verò pacatam, & tranquillissimam. Tu verò Romam tuæ sedis urbem ne dicam turbatam accipiens, sed ciuilibus, ac intestinis odijs, simultatibus, & seditionibus palam, & publicè furentem; vix adhuc sedens ita pacatam reddidisti; vt nedum Seueri, sed Octauiani etiam temporibus nunc tua Roma inuidere minimè possit. Nam si cum Innocentio illo IV. diuino homine, quem paulò ante memorauimus, patria, nobilitate, Cardinalatus titulo, & Pontificio etiam nomine, diuino, vt autumo potius, quam humano consilio idem esse, & meruisti, & voluisti; cur ambigendum, quin rerum gerendarum gloria eum, & quare debeas, aut etiam sine controuersia superare hoc præsertim tempore, quo plurima se offerunt Christianæ Reipublicæ pericula te, & exemplo pertimescenda? Pudet namque referre Christianorum miseras, ex quibus immanissimus hostis maiores vires accepit; vidimus iam paucis penè elapsis annis Turcam ingressum Italiam; & quod sine magno dolore referre non possumus, paruis admodum viribus ita fecisse, vt toti Italiae iam formidini esset; cuius nisi mors cursum præcipuisset; sunt qui haud temere credant, vel Italicorum desidia, aut inter eos pertinaciam, contentione magnam cladem toti Italiae inferri potuisse. Nunc filium eius, quem fama erat, ocio magis, ac delicijs, quam bellis cupiditate teneri; quod pater illius non sine magnis cladibus frustra sæpe tentauerat, Licostomum, Macastrumque oppida in ostio fluminis Danubij posita, mira celeritate expugnasse. Quid nunc facturum eum hac victoria elatum arbitramur? nisi extulerum se (ò bone Deus ne irascaris populo tuo) vel in Chios, vel in Rhodios, aut Aulona maioribus viribus in Apuliam traiecturum, & (utinam sim falsus vates) ruptis simulatæ pacis foederibus, Venetam etiam ditionem incursum, quo tempore allurgemus omnes, cum nihilo magis proficere poterimus. Dies, & facultas me defecerint, si hæc omnia pro rerum indignitate, & periculo recensere velim. Quin potius immortalis Deo, & agendas, & habendas gratias cumulatifsimas reor, quod te opportunè admodum rebus seisis opem laturum summæ rerum præfecerit. Non erit igitur te à Pontificis maximo periculum hoc contemnendum; neque vlla incredulitate, aut mora prætermittendum, quin excites Christianos Principes ad hanc curam; & prius occurrendum, quam magis ignis inualecat: & si quispiam repugnare videbitur; tuæ Sanctitatis officium erit, tuo imperio, tua auctoritate, tuis viribus omnes cogere. In quo inter multos præcipuos, & ad parandum promptos, habes nos Genuenses tuos, qui sicut veri Christiani semper fuimus, semperque esse volumus; ita te Innocenti Octauo, summum, verum, & indubitatum Pontificem esse testamur. Tibi igitur, ditionique tuæ, quod præcipuè à Reuerentissimò Illustrissimoque Cardinali, & Duce, atque inclito Senatu nostro est demandatum; omnem, & perpetuam deferimus obedientiam; obedientiam, inquam, quam legitimo Pontifici fideles Christiani præstare solent, & debent; eoque libentius, ac paratius id facimus, quo & fidei, & communis patriæ nexu stringimur. Tibi prætereà, si quid nobis virium, potentia, dignitatis est; promptissimo animo ante tuos iamiam deosculatos pedes humiliter deponimus, in fine cum Ecclesia dicentes. *Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuenus est iustus, & in tempore iracundia factus est reconciliatio; nec est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi: ideo iure iurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam.*

Elegætem quoque Bauariæ Ducis nomine sermonem habuit Ioannes Camerarius Dalburgius Vormaciensis Episcopus, quem, cum Innocentij laudes, ac mores mirum in modum exprimat, hic rescribere ex monumentis Vaticanis, atque ex Academia Veneta, cuius opera in lucem prodijt anno 1559. placet, & est talis.

VENIMVS, Beatissime Pater, iusto venerationis officio recens hoc Celsitudinis tuæ fastigium profecturi; quod vt faceremus, & gratularemurque cum Sanctitati tuæ, tum felicitati, vel si rectius est ita dicere, saluti vniuersæ Reipublicæ Christianæ iuxta nos summum religionis, summum pietatis, & in Sanctitatem tuam, & in sacrosanctam Romanam Ecclesiæ sedem præditus affectu vir Illustrissimus Philippus Comes Palatinus Rheni, Bauariæ Dux, & sacri Romani Imperij Princeps Elector. Videtur autem præfandum esse mihi, quod præfari res ipsa me cogit; hoc est optandum esse mihi, & ante omnia huic qualicumque dictioni meæ veniam petendam à Sanctitate tua, & ab hoc amplissimo ordine Senatus Cardinalium, qui diuinum tuum participant consilium. Arbitror

Bauaria Ducis Ontio.

autem

autem orationis gratiam, & quemvis eloquendi cultum, atque splendorem ex homine Germano expectari magnopere neque posse, neque debere. Et mihi quidem aduersus hanc sollicitudinem, & quitas est animi, vel eo constantior, quod persuasum habeo Sanctitatem tuam de Philippi in te officio, studioque non ex hac quacunque ea fuerit, oratione, sed ex rebus illius, operibusque facturam existimationem. Quod nisi districtus ipse teneretur multiplici magnorum negotiorum cura; nec illum necessaria quaedam ratio rerum suarum reuocasset ab instituto tanto, laborioso quidem, sed tamen illi votis omnibus expetito, non ille Legatis ad Sanctitatem tuam, mittendis, aut alienae vocis vteretur ministerio, sed hoc quamuis longum, difficileque suscepisset iter; & quantum pietas sua gaudium, quantam voluptatem ex hac publica cunctorum percepisset laetitia, praesenti tibi praesens ipse declarasset, credidissetque sic quoque tenui se tamen indicio perfunctum; pro quanta, quamque intenta teneretur erga Sanctitatem tuam, sacramque Sedem deuotione, quod illi tantum Christiani nominis studium est; vt pro ea, qua erga religionem nostram cura, sollicitudineque ducitur, nec satisfacisse officio se putaret, sed solum pignus hoc, obfidemque mentis dedisse, quo perferri posset, nihil tantum esse, tamque arduum susceptu, modo incrementis id tuis, vsibusque Ecclesiae Romanae conduceret, quod non ipse prompto esset animo, alacrique subiturus. Accepit hanc a maioribus suis persuasionem quam protinus a primis comprehensam annis, & cum successu deinde aetatis auctam, altius subinde pectori suo, altiusque semper infixit, vt nihil in rebus humanis sanctius, grauius, venerabilius putaret, quam sacrae Apostolicae Sedis maiestatem. Nec posse quicquam vtilius Ecclesiae, quicquam hominum generi salubrius contingere, quam vt summa Dei benignitate daretur illi prudentissimus gubernator, Sanctissimus rector. Aequum est profecto, Principes omnes hanc tenere sententiam, vt in Romanae sedis salute contineri suam arbitrentur salutem; & ne dum Principes, verum cunctos, qui in Christianam militiam nomen dederunt, sic animatos esse oportet, & credere pro sua cuique portione excubias agendas esse pro Sedis huius incolumitate; & magnitudinem eius quibuscunque possint rebus, si cui sunt opes, opibus, cui prudentia, consilio, cui robur, viribus prouehere; quod si cui nihil aliud sit, precibus saltem, pijsque ad Deum votis nuncupandis illam iuuare. Si namque maiores nostri Romam, communem generis humani esse patriam volebant; nec intelligi potuisse in exilio fuisse eum, qui vnde decunq; veniens, Romae fuisset; hacque ratione velut sacro quodam affectu animos omnium, beneuolentiamque Vrbi terrarum Principi obligabant; quam ergo necesse est esse nunc mentem, quod studium cunctis erga hanc Urbem, & sapientissimum illius, atque adeo orbis terrarum Antistitem, & Rectorem? Cum nendum terrena cunctorum ea iam sit patria; sed quicunque bona fide ciues illius fuerint facti, & legibus eius paratas in omnia dederint manus, eos caelestis quoque patriae faciat ciues. Huius in Romanam Ecclesiam deuotionis, qua omnes Christiani nominis Principes esse spero, & opto, Philippo postum locupletissimus esse testis, vt facillimum sit tibi, Beatissime Pater, perspicere, quo necesse fuerit illum cumulari gaudio, quanta se compotem credere felicitatis, cum audiisset nauiculam Petri gubernaculis esse manus tuae Sanctitatis adnotas, & ab optimo Deo optimam rerum humanarum Ecclesiam esse optimam tui prouidentiae commissam. Adductus est in eam spem inquam video cunctos in hoc nouo tuo Pontificatu concessisse, rem Christianam, si quando aliam, tuo certe ductu, tuis auspicijs illustrem, felicissimamque futuram. Quid enim non credemus, vel Sanctitatem tuam posse impetrare a Deo ad hominum felicitatem? vel virtutem efficere apud homines ad Dei placationem? quid non prudentia tua instituire? magnitudo animi periuicere? constantia consummare? vigilantia verò tua quod institutum periuictum, consummatumque fuerit, quid non confirmare poterit, ac tueri? nihil lapsum est, aut passum in Christianae religionis cultu, ceremonijsque, quod non integritas diligentia, pietas tua erigere rursus, & stabilire possit. Si quid vsquam desiderabitur, si qua in parte labant succurrendum erit fidelis populi tutela; tua sollicitudo sufficiens in omnes vsus praesidium praestabit. Tu publicas, priuatasque res, tu sacras, tu prophanas, tu temporaria, aeternaque bona nostra immenso prouidentiae tuae sinu complecteris, exactissimo moderationis tuae formabis exemplo, & clementissimum in omnes dispensabis benignitatis tuae manu. Dirigis tu quidem, Beatissime Pater, vitam hominum, & actiones eorum, moreisque in saluberrimum habitum componis, auctoritate iubendo, monitis hortando, seueritate castigando, sed ante omnia exemplo virtutum tuarum ducendo eos, & tanto iam tempore praetentatum à te iter velut digitis indicando. Quis non prouidentiae, consilijque tuis se, salutemque suam committi tuisissimè putabit? cuius cum summa sit prudentia; tum exploratissima semper in omni vita fuit naturae immensa bonitas; & nunc propensissimus in subditos omnes perspicitur amor. Quicquid iusseris, nemo erit, qui recusare cupiet: certatim in hoc cōtenderet ab omnibus, vt quam maxime dictis tuis audiens quisque conspici possit. Est tibi qui-

dem à Deo rerum omnium tradita potestas: non tu tamen, quod multis vsu venit, potestatem iustitiae titulis inanibus exornas; sed iustitiam pridem tuis conceptam praecordijs, potestatem nunc instructam, expeditamque tenes, adeoque nunquam quid possis, semper quid velis ostendis; vis autem, voluistisque semper omnibus plurimum prodesse. Asssecutus es itaque, vel nos potius per te sumus asssecuti, vt quantum ante prodesse volueris, tantum nunc possis, tantum etiam, & profis. Video me, Beatissime Pater, in amplissimum campum tuarum laudum esse perlatum; quanquam initio mihi censuerim abstinentum ab eis; vt quae non meam modò, sed praestantissimi cuiusvis facundiam, & ingenium vincant, satiusque duxerim modesta eas taciturnitate venerari, quam oratione, quae longè esset inferior futura, perstringere. Aegypti Sacerdotes accepimus, olim inter sacra solitos sonum tantum vocalium litterarum decantare: id illis pijs, gratissimisque Deo concensus loco fuisse credebant, puto nullum se posse dignum Deo carmen inuenire; fuso itaque muto illo, & sine mente (vt ita dicam) sono, cum pro rerum dignitate nihil possent, hoc ipsum, vt arbitror, significabant, nihil se posse, & plurimum velle. Germanos item nostros proditum est, priscos illos, priusquam sacrae Christianae fidei mysterijs essent initiati; quicquid id erat, quod Dei colerent loco, nullis sustinuisse simulacris effingere; quod crederent falsa Deo non conuenire, vera se reperire non posse. Adeo visum est vtrisque his rectius esse prudenter secum reputare, quid possit, quam imprudenter conari quod nequeat. Sic mihi commemorandis laudibus tuis plenum insolentiae videtur, si quis, vel conetur eas extollere, quae per se sunt amplissimae, vel recensere quae sunt innumerae, vel quouis modo demonstrare, quarum lumen, & splendor omnium oculos iam mentesque praestringit. Illa, Beatissime Pater, illa quidem mallet, si commodè possem commemorare, quae protinus cum nouo Pontificatu tuo felicitati publicae prouenere, pax gentium, secunditas terrarum, salubritas vitae. Fremebant armis omnia; arx ipsa, orbis terrarum Italia bellis grauissimè quatiebatur: Galliae velut omne latiore tuum excepturae Pontificatum tum primum respiciabant: Hispaniae, Britannia, Sarmatia, aut externis, aut domesticis concitae motibus erant. Iam verò perpetua bellorum comes, charitas annonae: iam sicubi quies ab armis erat, crudelior armis pestilentia sauebat: quin etiam ex aliorum comparatione tolerabilius miseris sibi videbantur, qui vna tantum, aut altera cladum istarum, & non omnibus simul vrgerentur. Nec cuncta tam grauiam, tam acerba Pontificatus tuus protinus, velut salubre quoddam assurgens rebus humanis sydyus repressit, dispulit, abegit. Agitatus est magnis bellorum motibus vir sacrae memoriae Sixtus, Quartus Pontifex, Sanctitatis tuae praedecessor; quae ille summo consilio suscepta, prudentissimè administravit, constantissimè pertulit. Magni hoc, vel summi potius hominis est, tot vndique circumfremetibus tempestatibus armorum, non moueri animo, non concuti, sed rectum in omnia, constantemque dirigere vultum; summi hoc, vt dico, sed hominis. At haec cum noua tua dignitate rerum omnium prolata tranquillitas, non hominis solum habet laudem, sed de hominis laude, virtutibusque plenum diuini fauoris praefert iudicium. Coniunxit quippe Deus in tua ad Pontificatum vocatione suum cum hominum sententia iudicium: nec id dubijs vtrique colligendum coniecturis. Homines enim praeficiendo te rebus humanis, rectissimè se facere, vt volebant, sic & sperabant; Deus verò, quam rectè fecerint, signis maximis, eidem letissimis indicauit. Tam felices enim successus, tantam prosperitatem, copiam, salubritatem nouae tuae circumfudit dignitati, vt, cum ad eam cuncti te prouehi plurimum velent, immenso plus tamen gauderent esse prouectum. Quod itaque vulgo de Principibus dici audimus, aut legimus, Dei, hominumque consensu ad Principatum vocatos eos esse; id vnus tui vocationem proprie signantissimèque definit: quis potuit enim maior esse consensus, volebant homines Pontificem te fieri, & fecere quod volebant. Idque ipsum, vt vellent, vt facerent, Deus instinxit, & quod instinxerat, summa rerum omnium felicitate cumulauit; & incommodis, cladibusque terrarum omnibus serenissimum hunc tuum, & plenum naturae benignitatis opposuit vultum. Cum verò vultum tuum dico, latinè tantum loquor, & non vt aurium tuarum in eam gratiam; nec enim in cuiusquam susceptione relicto velim, hoc me non ex integra animi sententia dicere. Vidimus enim proximis his diebus corporis tui vires ponderere curarum iniquius affectas; & vt publico te conspectui subduceres, necessaria valetudinis tuae ratio coegit: quid ergo? nonne statim vultus tuus ab omnibus est desideratus? nonne rursus pestilentia? rursus arma prorumpunt? Quin tu, Beatissime Pater, diligenter, omnique cura valetudinem tuam confirma: redde te fruendum rebus humanis; & videndum tantum te praebere; simulque cuncta conspectui tuo incommoda celsissime videbis. Potuit aditus Pontificatus tui mala haec vetusta, & actis altissimè radicibus iam firma dissipare, poterit certe haec eadem tenera adhuc, & velut in herba reprimere dignitas tua iam stabilita. Hinc ergo venit, venietque maior in dies publica per omne Christianum nomen laetitia; hinc omnium in te affectus; non qui in recto-

successorem, ac rectorem feliciter sit adeptus; in cuius egregia virtute Dei populus merito conquescere, ac bene sperare possit. Nec non ut tibi referamus, cum ipsi Herculem promptum, ac paratum esse ea omnia Beatitudini tue prestare, quae tu ipse ad veram, fidelemque obedientiam pertinere arbitratus fueris. Postremo ut vobis prudentissimi, atque omni laude digni Patres, ingentes gratias agamus, qui caelitus inspirati hunc sapientissimum, religiosissimumque Principem, ad Romanae Sedis molem sustentandam, vestro solertissimo iudicio eligendo censuistis; summaque ratione, & magno consilio electum, ingenti concordia confirmastis. Nihil certe Duci nostro, qui & prudentissimus, & iustissimus est, ac tibi omnino, Beatissime Pater, deditissimus, nihil inquam, aut gratius, aut optabilius evenire potuisset, quam ut Romana Sedes ad gubernandos greges suos te Pastorem adipisceretur; quem ipse iam pridem Neapoli adolescens, cum tu quoque in aetate iuuenili adhuc es, apud magnanimum, & gloriosissimum Regem Alphonsum viderat, & cognoverat, & ob praeclearam patriae, generisque nobilitatem, atque insignem morum elegantiam, & egregiam praestantis ingenij promptitudinem summo studio dilexerat. Deinde virum iam factum, & religionis honore insignitum, fama late de tuis clarissimis virtutibus crebescente, mirum in modum amavit, coluit, veneratus est; & cum te doctissimum, integerrimum, bonorum omnium fautorem, malorum hostem acerrimum, fidei nostrae propugnatorem, ac defensorem eximium intelligeret; in eam demum opinionem venerat, ut te beati Petri, quod vitae laudatissima ratio pollicebatur, quoadque successorem futurum, & sibi persuaderet, & cuperet. Illius igitur opinioni, & voto cum Deus optimus maximus, Ecclesiae suae atque omnibus populis Christianis prospiciens, annuisset; & cum iam nonnullis rumoribus ad nos perferretur, te aut creaturum, aut sine dubio creandum Pontificem esse; ipse ingenti voluntate affectus vehementer letabatur, ac certiore famam de tuis secundis rebus avidissime praestolabatur. Sed postquam nostrorum literis ab Urbe relatum est, te Patrum suffragijs ad istius summae dignitatis fastigium esse elatum; quae prius secum mente conceperat, gaudia protinus effudit; nihilque ab eo praetermissum est, quod ad iucundissimam pro Pontificatu tuo hilaritatem declarandam pertinere videretur. Id vero in Urbibus, atque oppidis nostris ita factitatum fuisse, non modo ex aliorum sermonibus me accepisse; verum etiam executum esse testari possum. Nam cum *Flaminiae* provinciae, quae Duci nostro pariter, mihi commissa iam pridem praefuerim, praesimque, illius literis, ac mandatis obtemperans, ea omnia, quae tanta letitiae magnitudo polcere videbatur, accuratissime fieri iussi; & solemnibus immortalis Deo supplicatombus habitis, laetique hominum exultantium clamoribus, ubique tuum lacrum nomen inuocantium, necnon festiuis omnium Templorum sonis, & crebris die noctuque per vias ignibus accensis studia nostra, & iustiticos in te animorum nostrorum affectus atque ardores apertissime demonstrauimus. Superfluum est, sanctissime Pater, ea nunc à nobis hoc in loco commemorari, quae Principum Estensium familia, toto terrarum orbe celeberrima, multis in locis, varijs temporibus non paruis sumptibus, innumeris laboribus, ac periculis suis, ad commoditatem, ac decus Ecclesiae Romanae, summorumque Pontificum, & pace, & bello magna cum fide gesserit; plurima quidem sunt, ac per omnes terrarum plagas iam pridem diuulgata, atque omnibus vobis ferme audita saepius, & cognita; quae si per seriem suam digesta, verbis complecti, & in medium afferre vulerimus, longiore oratione nobis opus erit. Sed cauendum est, ne humanitatibus vestris importune abutamur; ne ve illas dum singula persequi cupimus, inepte defatigemus. Habenda est praeterea temporis ratio, ut his, si qui aliquid post nos dicturi sunt, locum quoque suum relinquamus. Ad eorum verò fidem, quae nunc consulto relinquitur, hoc vnum referre satis erit; plurimos Pontifices Romanos, huius generis virtutem, ac merita saepenumero, & sapientissimè penitantes, multa isti, & magna, & grata, & larga manu pietate liberaliter indulsisse. Quod etiam apertissime testantur illa, amplissima Bonifacij praedecessoris quodam tui priuilegia in Ferrarienti foro, prope auream Alberti Marchionis statuam, marmoreis tabulis insculpta; de quibus in Borfiade nostra ad ipsius Pontificis laudem sic à me dictum est.

Parte alia Albertus grati memorabile domus Pontificis populo ostendit: concessaque plura, Parietibus Templi sacris affixa leguntur.

Nemo igitur mirari debet, cum Estensis domus Ecclesiae Romanae amicissima semper fuerit; & eius imperio libentissimè, ac fidelissime semper paruerit, si nonnunquam bellico tumultu per Italiam excitato, summi Pontifices his, quae diximus, diligentissimè consideratis, Principum nostrorum curam sibi suscipiendam, & urbem Ferrariam ab imminenti hostilium armorum periculis protegendam putauerunt. Fuit illa urbs longo iam tempore Romanorum Pontificum gratum, ac fidele hospitium. Quoties autem, & qui ex illis superioribus temporibus ad eam amicissimè contulerint, longum quidem esset nunc recensere; praesertim cum oratio mea occupatissimè Sanctitatis tuae, & horum

A Reuerendissimorum Patrum, atque omnium hic attantium ratione habita, ea, quae necessaria sunt, carptim astringendo, & breuitatem omnino spectare debeat. Retinendum tamen non censo mea memoria duos gloriosissimos Pontifices cum maximo Praelatorum agmine Ferrariam venisse, atque illic cum ingenti totius populi Ferrariensis, ac Principum nostrorum latina honorificentissimè susceptos fuisse; hi autem fuisse felicissimè recordationis *EUGENIVS*, ac *PIVS*. Quorum Eugenius Nicolao Marchione Principe optimo, ac liberalissimo, & huius Herculis, de quo loquimur patre imperante ad nos accessit; ibique Italarum gentium, exterarumque nationum publicum, & generale Concilium habuit. Cui etiam Ioannem illum Palaeologum Constantinopolitanum Imperatorem cum ingenti nobilium Graecorum multitudine vix dum puer interesse memini. Atque *PIVS* inditisset, à Borfio Duce, ut eius Principis mos, & consuetudo semper fuit in eundo, ac redeundo, magnificè, ac splendidissime acceptas est. De Borfij verò laudibus si pauca loquimur, neque satis officio nostro fecerimus; at multa dicere neque locus, neque tempus patitur; quapropter ab illius felicissimis manibus venia petita, quod reliquum est, in causa nunc breuissime peragemus. Horum Pontificum, quos modò commemoravi, ad urbem nostram aduentus, in rem inconconsultam, ac penitus ab omni ratione alienam me penè impulit; mecum enim tacitus animo voluebas, quod nunc palam proferre constitui. Num scilicet nobis optandum esset, ut maximus ille mundi, atque omnium rerum conditor, & moderator pro ineffabili benignitate sua hoc nobis munus largiretur, ut tibi quoque Ferrariae tuae nunc videnda summa cupiditas inijceretur; ubi Ducis Herculis beneuolentiam in re singularem, & incredibilem obseruantiam prospiceres; ac verè illius regiam cunctis in rebus magnanimitatem tua Sanctitas experiretur. Eum non armis modò, & artis bellicae gloria insignem iudicares; verum etiam pace plurimi faciendum, prudentiaque, & iustitia, nec non pietate, ac religione, multisque alijs praestantissimis virtutibus excellentem animaduertes; dignumque censeres, quem omnibus maximis beneficijs ob eius ingentia merita tua liberalitas protequeretur. Haec quidem mecum cogitabam; quae tu Ferrariam nunc accedens, & ab omnibus intelligere, & ipse coram intueri potuisset. At per Deum immortalem quorum tam intempestua, & tam inepta cogitatio? quid peto? quid cupio? nimirum ego parum pensavi, & considerationis habuisse iudicari deberem, si hoc in nostris mentibus consilium inhaerere desiderarem. Non enim Beatitudinem tuam à satis longa, & periculosa agrotatione vix dum etiam conualescentem, multisque, ac varijs, & vrgentibus negocijs occupatum, ad vllam ex Urbis professionem nunc adhortari decet. Quod postea rebus compositis, & ad meliorem, tranquilliorumque statum redactis, à nobis erit summo studio, atque omnibus votis expetendum. Sed ne sermonem mecum latius vagari sinam praesertim cum breuitate studere proposuerim, vnde initium sumperat, eò nunc reuertatur oratio. Gratulamur itaque tibi vehementer summe, atque optime Pontifex, te omnipotentis Dei nutu, ac meritis tuis in ista sanctissima, & gloriosissima Sede collocatum; quae non facile iudicari potest, an plus tibi sublimitate sua dignitatis attraherit, quam tu illi ob egregias virtutes tuas addideris. Nihil enim tam praeclearum, nihil tam singulare nobis proponere valeamus, quod ad doctrinam, & ad gubernandam Rempublicam Christianam spectet, quin id in Beatitudine tua plurimè excellere, & copiosissimè supereminere videamus. Nec sanè hoc te immerito dici potest: Lucifer iste matutinus mirificum splendorem, ac caeleste iubar secum afferens, radijs suae claritatis ante oculos nostros effulsi. Nobis quoque plurimum gaudemus, cum Dominus oues suas pacifico, fideli, prudentissimo, ac verè innocenti Pastori commiserit; qui eas diligenter, & egregiè custodire, ac regere sciat, velit, possitque. Quod cum ita sit, nemo profecto dubitare debet Dei populum his annis atrocibus bellis crudeliter agitatam, consilio, atque opera, & ope tua, placida post hac optatissimè pacis tranquillitate fruturum. Et cum vniuersae nationes, & cuncti Reges, atque populi Romanis legibus, & maiestati tuae pariter, gratiam, honores, beneficia, commoditates, omnes ab ista tua singulari, & incredibili benignitate se facile consecuturos putent: vnus est inter ceteros Hercules Dux, quem maiorum, insignis gloria; &, ut ante diximus, certissima semper erga Romanam Ecclesiam fides, quem ipsius plurima, ac praestantissima pace, & bello spectata virtus, nec non animus iuisis tuis semper obsequentissimus Beatitudini tuae plurimum commendat. Eum nunc tibi persuadeas tuis sacris genibus aduolutum, ac supplicem rogare, ut inter fideles, ac deditissimos tuos tua Sanctitas ipsum admittere, ac fouere, & protegere dignetur. Quicquid per te opum, quicquid auctoritatis, quicquid gratiae, quicquid dignitatis, quicquid gloriae consequetur, cum ipse etiam tuus sit, id omne rebus tuis accessurum certò scias. Hoc feceris, quod te facturum omnino exploratè habemus; & ipsum Ducem Herculem cum magnanima, & excellentissima coniuge, & eius liberos egre-

gia quidem indole præditos, & iam nunc per paternæ virtutis vestigia, incedentes; atque omnem illam adeo illustrem familiam Estensem, & illos, qui ab ea nunc sunt, ac posteros eius omnes simul cum Ferrariensibus tuis, & vniuersis populis Estensi imperio subiectis, ac Beatitudini tuæ plurimum affectis, æterna tibi obligatione deuincies. Nec minus tibi nos debere putabimus, quam optimis, ac obseruantissimis dominis fideles serui, & quam charissimis parentibus amantissimi filij debeant. Hunc igitur talem, tantumque Principem, atque adeo tibi deditum, benignissime Pater, vt ipse confidit, humanitate tua complectere. Nec parua gloriæ tibi futurum putaueris tu in eum tua beneficia contulisse, quem meritorum erga te tuorum nunquam aut immemorem, aut ingratum fore, eius nomine Beatitudini tuæ pollicemur. Hæc coram Sanctitate tua in hoc clarissimo tot illustrium virorum conuentu breuiter à me dicta sint, quæ magnifici, atque eloquentissimi collegæ mei grauiore quidem, & magis culta oratione facti cundius, & elegantius explicare potuissent. Sed ego, vt antea dictum est, optimi Principis nostri mandatis parens, ad hunc locum accessi; ne scilicet inobedientiæ crimen incurrerem, neque recusatio mea laborem potius subterfugere voluisse, quam vllam rei difficultatem pertinuisset iudicari posset.

Innocentius præter Ecclesias, de quibus supra Ciaconius, illam S. Stephani in Cælio monte restaurat. Videns insuper ob bellorum tumultus, aliosque temporum calamitates refriguisse fidelium charitatem erga incolas Terrarum Sanctarum, eosque ob victus rerumque penuriam probabiliter inde recessuros, statuit supra pingua Hispaniæ, Galliæ, & Burgundiæ Beneficia, aliarumque regionum taxas quædam imponere, ac certos annuos redditus pro Minoritis illorum locorum Custodibus, & incolis stabilire. Sed cum hoc penetrasset Vicarius generalis Obseruantium; cuius subditi sacra illa loca incolebant, omnino obstitit, nolens contra Regulæ præscriptum redditus assignari dicens, per duo ferme secula abundanter sola pauperie contentos fratres feliciter illic permanuisse, & curauit litteras omnes ad Principes hæc de re transmittendas retineri. Montem Pietatis in pauperum subsidium Veronæ studio Michaelis Aquensis ordinis Minorum primò institutum suis literis anno 1491. scriptis confirmauit.

Scriptis Innocentius Regulas quædam, quas vidisse se M. SS. in Bibliotheca Cælestinorum Auenionensium fatetur Ludouicus Jacobus à S. Carolo in Bibliotheca Pontificia. Scriptis insuper Epistolæ volumem Viennæ Austriæ in Bibliotheca Cæsareæ afluatum referente Possleuino. Illarum quædam leguntur inter Epistolæ Angeli Politiani, & apud Fr. Lucam Vuaddingum in Annalibus Minorum. Constitutiones item Ecclesiasticas, & Litteras Apostolicas, quæ reperiuntur in magno Bullario Romano, & in alijs Collectionibus.

Innocentio suum de B. Iacobi à Marchia miraculis librum inscripsit Ioannes Baptista Petruccius Archiepiscopus Tarentinus. Efflauit animam, vt dictum est supra die 25. Iulij inter sextam, & septimam noctis horam anno 1492. ac tumulatus in Basilica Vaticana prope Altare à se erectum ad dextera intransibus, in monumento æneo cum inscriptione sepulchrali supra relicta.

Pluribus locum mutauit Innocentij cadaver, semper tamen in Basilica Vaticana, in illius æui Diario hæc habentur. Anno 1498. feria 3. die 30. Ianuarij, corpus, siue cadaver fel. rec. Innocentij Papa VIII. quod post eius obitum fuit iuxta murum altaris B. Mariæ Virginis Chori, vbi Canonici, & Clerus Basilicæ S. Petri de Vrbe singulis diebus officium peragere consueverunt, ante quam statuum metalli Sixtus Papa IV. Cappellam suam pro Choro eorum erigeret, & ordinaret. Fuit ex deposito huiusmodi circa horam vespèræ extrahitum ex capsula, in qua iacebat, & compertum integrum, & illatum, vno pede dempto, quia in pedicis habuit aliquam lesionem, & in ipsa capsula positum super vna mensa super duobus tripedibus in dicto Choro, iuxta depositum huiusmodi ordinata, ibi per Canonicos, & Clerum prædictæ Basilicæ vigilia mortuorum: de quibus locis postea extractus fuit integer, & ex dicta capsula adhuc omnia Pontificalia paramenta habens illesa, & positus, & confusus in vna petia de safetano violaceo, & expositus in capsula æream ad memoriam ibi constructam.

Anno verò 1606. aperto iterum sepulchro, cadaver apparuit integrum. Erat ibidem numisma, in cuius prima facie expressa videbatur Pontificis effigies, cum his notis INNOCENTIVS VIII. LANVENSIS PONT. MAX. In altera verò trium Virtutum simulacra cum nominibus, videlicet IUSTITIA, PAX, COPIA.

Alia eiusdem Pontificis numismata cum effigie, & insignibus eiusdem vidi apud aliàs laudatum Carolum Antonium à Puteo.

In Innocentij funere hanc habuit Orationem Leonellus Episcopus Concordiensis.

RVRVS ad hoc stadium dicendi, à quo iam dudum desueram, arefcente, si qua vnquam in me fuit, orationis vena; repente quodammodo reuocor, Patres amplissimi. Nec tantum piæ à me contententibus officium audeo refragari: ne ingrati animi vitio erga Principem meum, qui me plurimum dilexit, nec minus, vt palam est, ornauit; etiam postquam inter homines ef-

A se desijt, accuser. Sed, vnde præ dolore initium dicendi faciam, non satis constituo: flere tamen magis libet, quam vel laudationem, vel consolationem attingere. Quis erit quæso tam ferreus? Quis tam saxeus, Patres amplissimi, qui non potius vbertim effundatur in lachrymas? Summus Pontifex Innocentius Octauus discessit à nobis. Dereliquit nos Pontifex mansuetissimus, prudentissimus, integerrimus. Destituta est Ecclesia magno in rerum turbine humano rectore. Quis dabit capiti meo aquam? aut oculis meis fontem lachrymarum: & communi nem amissi tanti Pontificis vna vobiscum calamitatem plorabo? sic filij Israël defunctos Aaronem, & Moysen xxx. diebus deflueret: quamuis vtrique successor iam designatus esset à Domino: huic ad regendum populum Iosue: illi ad obeundum Pontificatum Eleazarus. At quanto magis lugendum est nobis? non tam obdormientis Pontificis, qui tranquillam translatus in requiem,

B nos ancipiti in certamine dereliquit, quam miseram vicem nostram quos vndiq; tot mala circumstant. Imminet quotidie Christianis ceruicibus immanissima Turcarum ferocitas, sæuit adhuc, cum potest, in Catholicos fratres furibunda, & armata Hussitarum perfidia. Pullulant vbique aduersus orthodoxam fidem nefandissimi errores. Crescit in dies magis pernicax in sacrosanctam Romanam Ecclesiam vniuersalis Ecclesiæ matricem, radicemque contumacia. Viget ingens tam in Clero quam in populo Quæstusum est intestinis dissidijs beati Petri Apostolorum Principis patrimonium, eminentiores Christiani nominis Principes ardentissimis odijs in mutuum, nisi celeriter occurratur, armantur excidium. Turbatum est ager Romanus, Vrbs ipsa quotidie cædibus, & rapinis quorundam temeritate cupiditate teque fœdatur. Tanta denique (vt Hieremiæ verbis vtatur) super contritione vocata est contritio: vt ad ipsam matrem nostram Ecclesiam conuersi cum eodem Hieremia merito lamentari valeamus: Filia Sion magna est velut mare contritio tua; quis medebitur tui? fumus enim adhuc incerti, quem elegerit Dominus Innocentij locum, & Apostolatam accipere: qui tot tantaque ingruentia pericula non secus repellere, quam nubes sol oriens dissipari, valeat. Sed videamus qualem Pontificem amiserimus, vt vel succincha eximiarum eius laudum enumeratione, acerbissimo leuemur dolore: vel vota nostra non inferiorem habendi successorem Seruatori nostro pandamus. Patria ortus Genue, Ligurum metropoli, terra, marique potentissima: cuius amplitudinem ad claritatem consequendam non parum conferre, Theophrastus apud Platonem obijcitur sibi Athenas Seriphion non diffidetur: familia Ciborum vetusta nobilitate, apud Neapolitanos quoque sub Tomacellorum cognomine insigni: ex qua, & Romanus Pontifex Bonifacius eius nominis Nonus, & Cardinales, & Episcopi complures tanquam ex equo Troiano prodierunt, parentibus honestissimis. Ex bonis enim (vt idem Plato ait) boni nascuntur: & bona arbor: (vt Seruator noster affirmat) bonos fructus producit. Aaron siquidem pater Equetris ordinis, vir probatissimus, & in regenda Neapoli, & in Prætura vrbana, quem nunc Senatam appellant, administranda mirifice claruit. Liberalibus, cum primum per ætatem licuit, à parentibus traditus disciplinis, ad eruditionem magis quam ostentationem profecit. Initiatum Ecclesiasticis sacris Romam veniens in clientelam Philippi Cardinalis Bononensis, Nicolai Quinti primæ sedis Antistitis germani se contulit: qui eius virtuti tantum tribuit, vt ipse fidei, ac diligentia proprii corporis, ac rerum suarum curam crederet, & per omnes eum gradus ad Episcopatum vique prouexerit. Quo in statu tantam omnium suauissimis moribus benevolentiam sibi conciliauit, vt assumptus ad supremam Cathedrali Sixtus eius nominis Quartus, quem prius ob eius ingenij amonitatem, dexteritatem, atque modestiam maiorem in modum dilexerat, in domesticum, & Datarium, quod est, vt nostis, non parua exultationis officium, alciuit. In quo ita se industrum, fidum, vigilantem, & integrum gessit, vt crescente indies magis magisque ipse apud Sixtum gratia, & auctoritate, non solum ex Saouonensi Ecclesia ad Melfitensem translatus, verum etiam secundis Cardinalium creandorum comitijs in amplissimum ordinem vestrum lummo omnium consensu, nec minori gratulatione fuerit cooperatus. Hic mihi in tanta non vulgari laudum occurrentium copia immorandum foret, præstantissimi Patres, vt eas si non exornarem, saltem aliqua ex parte recenserem, sed tam arcta temporis angustia premor, vt vnica probataque sententia illas ante oculos vestros ponere statuerim. Neque enim, vt ait ille, quisquam aliquando ad summam rerum peruenit, qui non prima ætate gradibus virtutis ascenderit. Expectatis forte, Patres amplissimi, vt qualem se Cardinalem habuerit, edisseram: sed id ego superuacaneum puto: ipsi audistis, ipsi vidistis quam crebro, quod est optimi Senatoris, in Senatam ventitabat; quam graues, quam liberas, quam opportunas de rebus magnis, & arduis sententias dicebat. Aderat assiduus publicis solemnitatibus rei diuinæ: & præter suam, quam promississime obibat, aliorum quoque desiderium vicem hilari, & deuota mente supplebat. Alebat præterea vir diuisimæ pauperum, tatis multam honestamque familiam tanta moderatione: vt in-

Ecclesiæ S. Stephani in Cælio monte restaurat. Octau. P. C. in Theaur. abscod. Innocentij paternus affectus in incolas Terræ sanctæ. Fr. Lucam Vuaddingum in Annal. Minor. Montem Pietatis Veronæ primò erectum confirmat.

Scripta.

Liber de miraculis B. Iacobi inscriptus Innocentio, Innocentij obitus.

Numismata.

Oratio in Funere.

recta priuata domus gubernatione, iuxta scitam diui Apostoli traditionem, opimum se vniuersalis Ecclesie rectorum futurum demonstrat. Præbuit tamen prius maius de se specimen probitatis. Demandatam siquidem turbulentissima pestilentie tempestate legationem Romanam, Sixto Pont. max. cum tota curia Urbem Romam deferente, sancte, integrè, ac etiam pacatissime administrauit. Senensem quoque difficillimis sanè temporibus tanta prudentia, & magnitudine animi gessit, vt ex ea splendidissimam laudem reportauerit. Designatus est deinde in Germaniam Legatus: cum in cunctis ad Ecclesie dignitatem, prosperitatemque spectantibus se obsequentissimum omni labore postposito summo Pontifici exhiberet. Sed visum est postea Sixto per inferiorem minore incommodo rem peragi posse. Hæc summam per capita percurro, Patres amplissimi; nec decore sermone singula narro: tum quia vobis notissima sunt; tum quia, nolo vos diutius detinere: vt commodius his, quæ in tanta Ecclesie necessitate in horas accidunt, prospicere valeatis. Quare ad Pontificatum festinat oratio: quo se tot tantisque meritis diuina reddidisse iudicatis: ad quem vos ipsum propenso studio diuinæ prouidentie ministri vnanimitè euexistis. Cuius si in Christi Vicariatu rectè administrando immensa præconia exactè pergam referare: haud equidem obseruare propositæ breuitatis institutum, & eius vitæ Historiam potius texere, quàm epitaphium dicere viderer. Cuperem nihilominus vehementissimè singularem, & inauditam, atq; ipsi innatam humilitatem, quæ non minus in eo iam Pontifice, quàm in omni antea vita excellentèr emicuit, idoneis exprimere verbis: cum nihil (vt magnus Gregorius est auctor) in Pontificali ceruice splendidius fulgeat, quàm humilitas. Vidimus ipsum, quod sanè rarissimum est, eadem se in Pontificatu adentes humanitate, affabilitate, ac benignitate suspiceret: quæ, & Episcopus, & Cardinalis antea conseruauerat: vt idem semper, seruato tamen decore, fuisse videtur: nec immutati in eo mores, sed aucta tantum dignitas cognosceretur. Quanta verò sermonis dulcedine, & elegantia, quanta perspicacia, atq; memoria, quàm aptis rationibus, & postulata colligeret, & petentibus responderet; nemo vnquam, sine admiratione potuit audire. Obseruabat illud quod est Principis proprium, vt siue concedendo, siue negando neminem à se tristè dimitteret. Quis autem tanta facundia præditus, qui magnificas ac salutare ipsius de Rep. cogitationes apposito valeat explicare sermone? omnem curam, mentemque, ac diligentiam ad subditorum commoda, ad tuendam dignitatem Ecclesie, & contra ipsam rebellionem delendas, ac religionem, habito iam maximis laboribus Zizimo Sultano, propagandam conuerterat. Quibus in rebus cum mea, quantalacunque sit opera, sicut nolitis, vti voluerit: multa mihi de his sapienter, merito illum sapientissime loquentem audiuisse nequeo reticere. Constantissimus iustitiae cultor, pacis studiosissimus amator, & exuberantis annonæ vigilantissimus instructor, sedatis honorificè sibi ingruentibus bellis, pecuniarum Ecclesie populos, & Romanos in primis quàm felicissimos exoptauit. Exultauit summopere, cum ad maiores dignitates viros extulit eruditos, & probos. Erat enim ipsi vera insita bonitas, quæ illum ad quacunque optimas actiones propensissimum super omnia reddebat. Fuit propterea in pauperes misericors, afflictorum non minus consolator, quàm Principum susceptor liberalis, & Dei, ac Sanctorum eius piensissimus venerator. Pontificale palatium miro sumptuosissimoque opere exornauit amplificauitque, & multiplici preciosissimaque luppellechile tam diuinis quàm domesticis vitiis apta largissime decorauit. Visitatus à Domino pluribus longisque morbis, quos patientissime tolerauit; multa sancta, & vtilia cogitata perficere nequiuit. Adueniente demum diuinæ vocationis hora, sumptis ex ritu Christiano deuotissimo animo salutaribus Sacramentis intrepidè adeo spiritum reddidit Creatori, vt quasi iam compos æternæ gloriæ videretur (sicut erat) cœlestem vitam cum morte commutare. Ecce qualem quantumque Pontificem amissimus, Patres amplissimi. Ideo luctus magnus est in Ecclesia: quam vos facile consolari poteritis, si proprio affectu, si ambitu, si falsa periuasione (vt speramus) eliminatis, diuinæ cooperatores voluntatis, nil nisi de sanctimonia, doctrina, & reuerentia peritiam fulgente Pontifice deligendo cogitaueritis. Sunt enim totius Ecclesie in vos oculi coniecti, Patres optimi. Datur illi Pontificem, qui solo boni nominis odore cunctos post se fidelis populos ad salutem trahere queat. Sicut enim (vt est in sapientum libris) cupiditatibus Principum, & vitijs solet infici tota ciuitas: sic emendari, & corripri continentia; nam, qualiscunque mutatio morum in Principibus extiterit, eadem, & in populo sequetur. Planeque verissimum est illud: Principes plus exemplo quàm peccato nocere. Optimus itaque constituendus est Princeps: quem facile cognoscetis, si Platonem audiueritis, qui eum deligendum putat, qui singulis semper ætatibus probatus fuerit, & immaculatum se præstiterit, ac perseveranter id agere studuerit, quod Reipub. conducere arbitraretur: aliter qualis ex diuino oraculo cenlet Remp. perituram. Eadem ferme sententia vos instruit beatissimus Leo Pontifex, vt illum eligatis, cuius omnis

ætas à puerilibus exordijs vsque ad perfectiores annos per disciplinæ stipendia Ecclesiasticæ cucurrerit, cu:que testimonium præbeat prior vita: quia non potest de eius prouocatione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actionibus strenuis celsioris loci præmium debetur. Exhorreatis terribilem illam Domini vocem, Patres amplissimi, ne vnquam de vobis exclamet: Fecerunt sibi Regem, & non per me: Principem, & non per consilium meum. Consilium autem Domini est (si Hieronymo credimus) vt, qui præstantior est ex omnibus, qui doctor, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille pure sit, ceterq; sine ambitu ad summum Sacerdotium eligatur. Recordamini (vt reliqua prætermittam) quòd Abimelech, qui Israelitici populi principatum ambiuit, & modico tempore turbulentissime imperauit, & turpi tandem cæde vitam finiuit. Infigite cordibus vestris, vt breui clausula vniuersa comprehendam; & exequimini sacros Canones vobis notissimos de Romani Pontificis, & aliorum Præsulum electione conscriptos. Et iterum sub expectato successore nouo proculdubio florebit Ecclesia, præstante Domino nostro IESU CRISTO, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

De Innocentij obitu hæc Petrus Bizarrus in Historia Genuensi lib. 16. hæc habet. *Subsecutus annus supra millesimum scilicet quadringentesimum secundus, & nonagesimus, Innocentij Pontificis Octauus ex nobili Ciborum gente obitu nobilitatus, qui tamen si Genua oriundus esset; eisque hac de causa plurimum deberet; tamen contra omnium bene institutorum ingeniorum naturam, non citra magnam, & immortalem ingrati animi notam, & reprehensionem vniuersæ suæ patriæ infensissimus hostis extiterat; ita vt Ligures eius obitum effusissimis gaudijs prosequerentur.*

Vnde hæc Bizarrus haulerit nescimus; nam apud omnes ferè illius æui Scriptores legimus, Innocentium semper bene Ligures accepisse, & expectationem expleuisse: melius illum habuit Vbertus Folietta in Elogijs Clarorum Ligurum, qui hisce laudibus Innocentium exornauit. *Innocentium Octauum è nobili gente Ciborum moderations, clementie, animi ab omni contentione remoti, ac pacis, & concordie studiosi fama ad Pontificatus maximi honorem omnium humanorum altissimum extulit, quem ille iisdem artibus exercuit, quibus per omnes honorum gradus conscendens adeptus est. Duae enim inter se contrarie, insignesque virtutes in eodem ornando conueniunt, summa severitas, & ea, quam diximus, eximia clementia; nam acris maleficia puniuit: sub illoque Pontifice Urbs pacatior, aut quietior fuit; minusque furis, cadibus, maleficis infesta. Ingenio vero ita miti, ac clementi fuit, vt Ioannem Baluum Cardinalem Andegauensem, ab ipomet in Senatum lectum à quo per (malè: nam à Paulo II. creatus fuit Cardinalis non verò ab Innocentio) summam perfidiam oppugnatus est; quippe qui Conciliū contra ipsum constare studuerit, tanta iniuria oblitus veniam petentem nihil retractans in gratiam receperit; vt merito nullius Pontificis mors ex multorum seculorum memoria maiori luctu, ac mærori toti aule, omnibusque pijs fuerit; cum ob incredibilem humanitatem, morumque suauitatem, ac singularem innocenciam omnibus summis, & infimis æquè charus, ac venerabilis esset. Initio Pontificatus non nihil inquietæ, & infestæ habuit ad bellum Neapolitanum à Proceribus illius Regni attractus, inani spe ostensa ditioris, & dignitatis Pontificie amplificandæ; qua spe elusus, molestum negocium, ab ipsiusque natura, & professione alienum mox deposuit; posteaque ab omni armorum tractatione perpetuò abhorruit; totaque Pontificatus mens fuit pacem, & concordiam inter Christianos Principes conciliare in quibus contra Turcas Christiana Regna occupantes assidue incitandis, nullum vnquam optimi parentis, ac seduli Pastoris officium prætermisit.*

Huius Pontificis memorie plures inueniuntur in Basilicâ Vaticana: ex Ciborio, quod ipse construxerat ad Christi Lanceæ sedem, & domicilij lapides multi dispersi videbatur cum his notis. **ORNAMENTVM INFRA POSITVM TABERNACVLI INNOCENTII VIII.**

seu ORNAMENTVM TABERNACVLI INNOCENTII VIII.

Ex quibus vti ex vngue leonem, quale illud fuerit, & quanta illius operis magnificentia conijcere licet. Imo coloribus expressa est ipsa historia receptionis sacre Lanceæ cum his notis.

INNOCENTIVS PAPA VIII.
SACRVM FERRVM LANCEÆ IN BASIL. VATICANAM DEFERT ANN. MCCCXCII.
In sacello verò Virgini Deiparæ sacro, hæc aderat memoria.
Genitricis Dei Mariæ à Gregorio III. Pont. Max. ante positum, & dedicatum, INNOCENTIVS VIII. Cybo Genuen. Pont. Max. Laurentio Nepotis S. Cecilie Præsb. Card. Beneuent. à fundament. renouand. super quod Ferrum, quo paluit latus SALVATORIS sanctiss. suæ Maiestatis Bizantio missum, à Max. Turcar. adseruandum reliquit ann. Dom. 1495.

Petrus Bizarrus male scribit de Innocentio.

Folietta, Innocentium contra Bizarrum commendat.

De Innocentio meo.

In eiusdem

In eiusdem facelli fronte.

B. MARIE VIRG. GEN. INNOC. VIII. CYBO GENVEN. PONT. MAX. LAURENTIO CARD. S. CECILIE BENEVENTANO A FVNDAMENTIS RENOVANDVM RELIQUIT.

Ad axes, quas Belvedere vocant. INNOCENTIVS VIII. CIBO IANVENSIS.

In Diario M. S. in ipso Vaticano seruato. Anno 1490. Papa edificauit in platea sancti Petri fontem marmoreum cum lapidibus figuratis cum duobus vrsis rotundis uno super alio cum magno artificio, prout videri potest.

In Ecclesia sancto Iacobo sacra nationis Hispanie. Ferdinandi, & Elisabeth gloriosis Hispaniarum Regibus victoria recuperat. Granat. Regni nunciat. INNOCENTIVS VIII. Pont. Max. sacris hic ritibus peractis primi Febr. Dominicam preclar. Indulgentiam vespertis usque ad Solis occasum, ut Dns Iacobi festo anniuersarij multis ab causis esse instituit. Anno salutis MDII.

Angelo Politiano viro illius æui doctrina claro curam vertendi in Latinum sermonem res gestas Romanorum Principum delegauit, ut ipsemet Politianus his litteris ad eum datis affirmat. Cum Roma ab hinc triennium ferme in comitatu esset Florentine Legationis, que tibi sancte Pater Innocenti Pontifex maxime ad suprema ipsius dignitatis fastigium nuper euecto gratulatum aduennerat, memini abs te mihi magna celebritate curam delegari vertendi in Latinam orationem Romanorum Principum res gestas, si que adhuc inter Græcorum monumenta nostris intacta hominibus reperirentur. Quare cum talis animi tui iudicio non plus mihi honoris addidit, quam oneris iniunctum animaduertentem, ut primum Florentiam sum reuersus altissima sollicitudine circumspicere capis, quem potissimum ex omni Græcorum copia interpretandum susciperem. Occurrit autem in primis Herodotus hic excellens rerum Scriptor, & qui diu in Palatina versatus aula, affert que iam atatis historiam de suis temporibus componere aggressus, neque eloquentia corruerit laudibus, & fidem tamen in primis libertatemque retinuerit. Hoc ubi opus a nobis neque multo sanè negotio, neque inuita, ut arbitror, Minerva elucubratum est, ea mox tempora incidere, quibus, & nostra impeditur studis, & qua plurimum valet in scribendo omnis propemodum alacritas excutitur. Postea verò quam pro tua prudentia pacem Italia cupienti reddidisti, & cum Patrona meo Laurentia Medice amplissima quidem fortuna, sed amplioris ingenij, prudentis que viro priuati affinitatem contraxisti; cessit videlicet ille quasi nubibus, suaque mundo reddita serenitas est; sicut nos iam ipsos colligamus, atque ut grauati pluuia flores, penèque decidimus, ad vos lucis radios erigamur. Ergo, & vetera eade in publicum, & noua prociudere iam libet, vnde aliqua modo, vel tuo sacratissimo nomini celebritas, vel nostris temporibus claritas, vel studiosis etiam hominibus utilitas pariatur. Caterum Herodotum hunc nostrum donec maior a tibi, ac fortasse meliora parturimus, veluti praludium aliquod veri, iustique laboris, leta rogamus fronte excipias summe Pontifex. Magnam in eo negociorum, personarumque varietatem, multam rerum nouitatem deprehensurus, crebraque in vtraque partem fortuna, cetero vacillantis exempla, consiliaque admirabilia, & consiliorum inopinatotuentus, grauesque pro tempore sententias, & plenam ubique dignitatis, plenam suauitatis orationem, copiosam videlicet quandam ad instruendos mores suppellectilem, & cetero speculum humanitatis, in quod inspicere omnis vita, vnde ea capere, atque haurire documenta queat; per qua vel publicis, vel priuatis rationibus consulatur. Que sane nostre fuerunt partes, tentauimus profecto, vti namque etiam effecerimus, vti omnia ex fide responderent, ne inepta peregrinitas, ne Græculæ vniquam figure, nisi si qua iam pro receptis habetur, Latinam quasi polluerent castitatem, ut eadem propemodum esset lingua vtriusque perspicuas, eademque munditie, idem vtriusque sensus, atque indoles, nulla vocum morositas, nulla anxietas. Tu quando nobis aliquod casu signum ex arce istatus Pontificatus ad bene sperandum suscipisti; perge obsecro sanctissime Pater, perge, inquam, fouere, atque illustrare bonas artes, que sese pedibus istis sanctissimis aduoluant supplices; hominemque tuum aduersus rudem inscitiam, terramque barbariem implorant; ut a quo pax Italia, atque adeo terrarum arbi restituta est, etiam ab eodem pacis altissima littera ab inimicis scilicet, atque indignitate vindicentur.

Res gestas Romanorum Principum in Latinum sermonem verti curat Angeli Politiani littera.

Rescriptit Politiano Pontifex; librum Bibliothecæ suæ ornamentum allaturum, sibi gratum fuisse; hortatque est hominem ad alios eiusmodi honestos labores subeundos, ac ducentos ei aureos misit his litteris.

Innocentij ad Politianum littera.

INNOCENTIVS PAPA VIII.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Librum, quem nuper ad Nos misisti, è Græco in Latinum traductum, gratissimo animo accepimus; tum propter rei nouitatem; tum quod doctrina, & ingenio, ita cultus est multorum iudicio, quos apud Nos doctos habemus, ut Bibliotheca Nostræ magnum sit ornamentum allaturum. Gratias tibi propterea maximas agimus, virtutemque tuam in Domino commendamus; hortantes idem in posterum facere perseueres, ut his honestis laboribus maiorem in dies tibi laudem parias, & à Nobis uberiorem gratiam promeraris. Nunc verò in signum tam grati animi, quam amoris Nostræ erga te paterni, ducentos aureos per dilectum filium Ioannem Tarnabonum ad te mittere decreuimus: ut eo uite presidio facilius huiusmodi labores subire queas. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 16. Augusti MCCCCLXXXVII. Pontificatus Nostræ anno 111.

Litteris ad Laurentium Medicem datis eadem repetit, & maiora pollicitur.

Idem Angelus Politianus de Innocentio VIII. hæc cecinit.

Si quod arcans Helicon sub umbris Carmen intactum fidibus priorum Parturit, saxis iterum audisandum Arboribusque

Quale nec triplex Acheloius ausa est Cautibus virgo residens marinis, Hic puer Phœbi Cicommæ remoto Dicere in antro.

Illud attritas repetita chordas Barbitos docto modulatur arcu Dulcis interpres animi, pieque Conscia mentis.

Namque te rerum Caput INNOCENTII Turpe vulgato cecinisse plebæ est, Cuius aurata triplices resurgens Fronte Corona.

Roma cui paret, Dominisque Tibris, Qui vicem Summi geris hic romanis Qui potes magnum referare, & idem Claudere Cælum

Blanda cui vultu grauis sereno Ridet, imisus, abigisque fastus Mitus, & celsi radios potestas Temperat oris.

Sponte sublato verecunda fauces Deprimis virtus, apicata tristi Nube maestas caret, & decoro est, Splendida culm.

Ergo formosam redit in inuentam Seque iam letos parat ad triumphos Roma, septenos hillarata colles Praside tanto.

Vrsque que Phryxi speculatus undas Exuet seuas prope catenas, At suas nobis opulenta palmas Mittet Idume.

Quippe concordæ animos, manusque Denouent Reges tibi, seque ad arma Concutat, Turci sitiens cruoris Vesper, & Arctos.

Scilicet sales medietatis annos Iuppiter sefo comes et parentis Quo tibi felix simul, atque faustum Protoget annus.

Sub hoc Romano Pontifice habita est Synodus Petricotientis in Polonia, ad restaurandos, tum Cleri, tum Populi mores, cui præfuit Sbigneus Olesnicius Archiepiscopus Gnelinensis.

Sepulchro Innocentij ad viuum super positum est simulacrum, dextera manu Lanceam tenentis; quod quidem nobilissimum monumentum, vna cum eodem simulacro ad hanc usque diem in nauis Ecclesie Vaticanæ in amplissimum formam ex redificatæ ad finitram introeuntibus apparet, & est tale.

Sepulchri Rom. subterranei.



Obitus
Carlotta
Regina
Cypri.

E vita migravit Carlotta Cypri Regina, quæ Romam venerat
sub Sixto IV. & sepulta in Vaticano cum hac sepulchrali inscri-
ptione.




XPO KAROLA CYPRI, ET REGINA. IVLII AN MCCCC SEDENTE INNOCENTIO VIII. P.M.

Pontificis iussu Regina huic parentarunt Cardinales, & Mini-
stri omnes Aulae Pontificiae. In Xenodochio S. Spiritus, cuius
domum dum Romæ fuit, coluit: huius Reginae memoriam à
Bartholomæo Platina scriptam legimus.

CARLOTTA Cypri Regina, Regno fortunisque spo-
liata; ad SIXTVM IIII. supplex confugiens, ab eo-
dem tanta benignitate, ac munificentiâ suscipitur,
vt præ incredibili admiratione, animique gratitudi-
ne in eiusdem Pontificis laudes prorumpens, non so-
lum satis eloquentia haud suppeditari, verum etiam
annuis vires ad extollendas sibi defuisse videri
fassa fuerit.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM
Innocentij Pape VIII.

Anno Dominice Incarnationis 1489. Pontificatus quinto, pri-
die Idus Martij, ex Ciaconio, & Panuino, seu ex Diarijs in Va-
ticano seruatis die 9. Martij Innocentius VIII. primò renunciauit
Cardinales octo, qui fuere.



L AVRENTIVS Cybo patritius Genuensis, Innocentij, vt Scri-
ptores referunt, ex fratre Mauritio nepos, fratris enim filium
nocturnè malè faciunt aliqui, natus est in Sicilia cumque esset miro
ingenio præditus, & morum haud insuauium, litterisque ornatus,
Beneuentanus Archiepiscopus, & Canonicus Basilicæ Vaticanæ
anno 1486. & molis Hadrianæ Præfectus, deinde in Cardinalium
ordinem cooptatus, Presbyter primò S. Sufannæ, mox S. Cæcilie,
ac S. Marci, Præsul Venetensis, ac Episcopus Cardinalis Albanen-
sis, Sabinensis, mox Tusculanus, demum 29. Nouembris anno
1503. Prænestinus renunciatus, in eo statu, & ordine ita vixit,
cum esset maximæ probitatis vir, vt ab omnibus commendaretur.
Ferdinandus Vghellius Laurentium hunc inter Episcopos Cardi-
nales Albanenses, & Sabinos non recenset; solus Contelorius ex
monumentis Vaticanis inter illos numerat; fides sit penes illum.
Laurentius Archiepiscopus Beneuentanus, nondum purpura or-
natus Beneuentum se contulit; cuius occasione sunt ipsius Innocen-
tij litteræ Consulibus, & Ciuitati Beneuentanæ, scriptæ, quibus
eos hortatur, & mandat, vt Laurentium Cybo Archiepiscopum
nepotem suum ad ipsam Ciuitatem accedentem, debito honore
recipiant, eiusque ordinibus parent, ac fidem adhibeant circa
nonnulla nomine ipsius Pontificis Ciuitati referenda. Hic Archie-
piscopus locum Capitulo Beneuentano adificauit, & Canonicis bi-
retum rubeum restituit, seu potius donari curauit.

Post purpuram Innocentio patruo suo sepulchrum ex ære, nec
paruo quidem sumptu in Basilica Vaticana posuit, sacello ibidem
erecto, & dotato; cui etiam Lanceæ ferrum, quo Christo Serua-
tori nostro latus à Longino transfossus olim fuerat, & quod Baia-
zethes Turcarum Princeps Constantinopoli Romam ad eundem
Innocentium VIII. dono miserat, superimpoluit. Hoc Lanceæ
ferrum asseruatur modò religiosissimè in insigni apsidis Vaticanæ
Basilicæ loco, vbi etiam Christi Imago à Veronica linteo excepta,
quam Veronicam nonnulli nuncupant. In noui Templi Vaticani
structura factum est, vt sacellum à Laurentio Cybo Cardinali con-
ditum non extet; & Innocentij monumentum ad nouam Pauli V.
iussu erectam Vaticanam Basilicam translatum, hodie quoque vi-
situr. In Vaticanis monumentis hæc de Laurentio Cybo Cardinali
adnotata inuenio. Anno 1493. post obitum INNOCENTII VIII.
Laurentius Cybo Cardin. eius Nepos sacellum extruxit, & dotat,
quatuor Sacerdotes qui sexaginta Missæ sacrum, quolibet anni
mense in sibi peragerent, optimis prædijs, ac domibus attributis
extra portam Ostiensem, & in Vrbe, in quibus emendas ducatos
4945. liberaliter assumpsit, perpetuo instituit. Iurisdictioni Ar-
chiepiscopatus eius Basilicæ subiectos esse voluit, habitu Beneficia-
riorum, & loco post ipsos immediate in Choro exornauit, & obse-
quio diuinorum Dominicis, & Festis adiegit, personalem residen-
tiam instar distributionum quotidianarum imposuit ipsis Domini-
cis, & Festis. Aliud quoque sacellum in Ecclesia S. Mariæ de Po-
pulo, S. Laurentio sacrum extruxit, ac picuris eximij, & ampla
dote exornauit: cuius erectionis extat in eodem sacello memoria.

D. LAURENTIO. MARTYRI. SANCTISS.
LAURENT. EPISC. ALBANEN. CARD.
BENEVENTAN. NE. MORS. DEVOTIONIS
AFFECTVM. PRÆVENIRET. SACELL.
HOC. DICAVIT. DOTAVITQ.

Præfuit Abbas Cœnobio S. Mariæ à Silua eius nominis de Sta-
pharda dicto, anno 1122. à Manfredo Salutarum Marchione Mo-
nachis Cisterciensibus, eo in loco, vnde Padus refurgit, in finibus
Reuelli erecto. Romæ Carolum Octauum Regem Gallie in pro-
pria domo regno apparatu excepit; & licet Alexandro VI. in comi-
tjjs post Innocentij obitum propitius fuerit; attamen Alexander
accepti beneficij immemor semper Laurentium insectatus est; imò
cum purpura illum priuare proposuisset, dolore perculsus Lauren-
tius adeo ingenti ægritudine correptus est, vt nec postmodum su-
perueniente Alexandri inopinata morte metu solutus pristina
valetudinem recuperare potuerit. Interfuit ægrotus Pij III. &
Iulij II. comitjjs; & paulò post anno scilicet primo Pontificatus
eiusdem Iulij, Christi verò 1503. nona Kalendis Decembris, vt

Ciaconius
Aubery in
Vita.
Henr. Spé-
dan. in An-
nal. Eccl.
Panuinius
de Rom.
Pontif.
Hier. Ga-
timben.
Andr. Vi-
storell. in
Addit. ad
Ciacon.
Ios. Maria
Suares. de
Episc. Præ-
nestin.
Marius Vi-
pera de
Archiep.
Beneuent.
Franc. Au-
gust. ab
Ecclesia
de Card.
Fedemot.
Guarzu
in Hist.
Hippolyt.
Marac. in
Purp. Ma-
ritima.

scripsit Ciaconius, sed ex monumentis Vaticanis, atque ex Iosepho Maria Suarezio de Episcopis Prænestinis, die 22. Decembris Romæ, nocte è vita migravit, & in sua Cappella, quam dum viveret, viximus, in S. Mariæ de Populo Templo constructi fecerant, manoreo sepulchro sepultus cū insignibus, & hoc epitaphio.

Laurentius. Cibo. Genuensis. Episcopus. Prænestinus Sancti. Marci. Cardinalis. Beneuentan. INNOCENTII VIII. Pont. Max. Nepos. Religionis. cultor. ita. s. inter. viuos Constantis. gessit. ut. amplissima. dignitatis. memoria Iustitia. fide. & pietate. nunquam. deficiuerit. qui. tertium. Et. quinquagesimum. ætatis. annum. sanctissime. ut. vixit. moritur. Reuerendissimi. Executores. G. Portuen. A. Prænestin. Episcopi. & N. de. Flisco. Presbyter. Cardinales. pientiss. Pof. Anno. Salutis. Chr. M. D. III.

De hoc Cardinali hæc habet Folieta in Elogijs clarorum Ligurum. *Laurentius religionis fama in primis clarus fuit, qui sacras cellas multas extruxit, ac per amplius vestigalibus dotavit; ad hoc natura ita misit, tantaque morum comitate, & summitate fuit, ut omnibus charus, & acceptus in principibus Cardinalibus numeraretur. Quare de eodem cecinit Pandolphus Ghirlanda.*

*Insignis pietate vivet Laurentius cno
Omni; quem Patrem Purpura condecoras:
Illius nomen non una aboleverit ætas,
Quod sacris crescit cum ædibus innumeris.*

In tabulario Vaticano plura huius Cardinalis monumenta reperiuntur, quorum aliqua propria manu exarata, & sunt. *Nos Laurentius Cybo Archiepiscopus. Beneuent. recepit pro distributionibus mensis Septembris duos 5, baioch. 7. item. Laurentius Cybo Innocentij VIII. Nepos, maxima vite probitate, & innocentia, tenuit C. anonicatum, annos plus minus quinque.*

At ex eisdem Vaticanis monumentis, atque ex Alexandri VI. Diarijs Laurentium hunc Cardinalem, non Cyborum, sed de Mari, familia nobili, & antiqua Genuensi fuisse scimus, filium Domini de Mari, cuius amita fuit Innocentij VIII. mater; assumpsisse tamen Cyborum agnomen, & insignia, Innocentij VIII. patrui ergo; in libro in quo Canonici Basilicæ Vaticanæ adnotantur ego met vidi quæ sequuntur. *R. P. D. Laurentius Mari Cybo Genuensis, Innocentij VIII. Nepos, à Sixto IV. Canonicus anno 1481. in locum Io. Baptista de Paris, & ab Innocentio Cardinalis creatus.*

Sunt ibidem delineata insignia familiæ de Mari cum his notis. *De Mari Genuensis familia insignia.*


In Diarij, verò Alexandri VI. hæc legitimus. *Anno 1493. feria secunda 11. Martij, circa horam 21. portatum fuit ad Ecclesiam B. Mariæ Aracels sepeliendum ibidem corpus quondam Domini de Mari Iamensis, Patris Reuerendissimi Domini Cardinalis Beneuentani, qui obiit nocte præsertim a Roma in domo habitatorum suæ, inter Ecclesiam Mineruæ, & domum Madalenorum, per seruitores, & domesticos suos; Fratres Aracels noluerunt illud portare, afferentes, se non esse sacros, & Cardinales dumtaxat portare: præcesserunt 40. entorcia, que portauerunt 20. ex familiaribus stabuli, & alij Reuerendissimi Domini Cardinalis Beneuentani, & corpus sequuti sunt decem, & septem consanguinei, & officii defuncti, sin' uls ab uno Prelato à sinistris suis associati; videlicet, RR. in Christo PP. Arelatensis; Thebarum, & Cusentinus Archiepiscopus; Dominus Dominicus Dorcia; Dominus Olinarius de Mari; D. Paris de Mari; D. Franciscus Raccardus; D. Carolus Cigala; D. Gerardus Vsumaris; D. Hilarius Gentili; D. Zacharias de Mari; D. Andreas Scalta; Philippus Maruffus; Marcus de Fornarijs; Antonius Galmedes; Dominus Martinus Millinus; quos sequuti sunt plures Mercatores Iamenses; primis tres Archiepiscopi inesserunt in suo habitu quotidiano nigro more solito sequentes: interfuerunt familia sex RR. DD. Cardinales, videlicet S. Petri ad Vincula; Recanatensis; Iamensis; Beneuentan; Sanctæ Anastasiæ; & S. Georgij; ac Fratres ex sequentibus Comensibus, videlicet, S. Cæcilie, istuli D. Beneuentani, Mineruæ, Aracels, S. Augustini, S. Mariæ de Populo, S. Mariæ Transpontina, & Sancti Marcelli, cum duobus Parrocchianis, sub quorum domus habitatorum defuncti existunt; quibus per Cursores S. D. N. Papa hoc mane fuit intimatum, data per me eis cedula tenoris sequentis.*

Intimetur RR. DD. Cardinalibus S. Petri ad Vincula, Recanatens, Iamensis, S. Anastasiæ, & S. Georgij, quod hodie circa horas 20. & 21. portabitur corpus b. m. Domini Domini de Mari, patris Reuerendissimi Domini Cardinalis Beneuentani ad Ecclesiam B. Mariæ Aracels, ibidem sepeliendum de domo habitatorum suæ, que est circa Mineruam; quapropter rogantur RR. DD. Cardinales prædicti, ex parte prædicti Domini Beneuentani, dignentur mittere famulos suos pro hora prædicta ad honorandum funus huiusmodi.

Leo insuper X. Romanus Pontifex, suis litteris Regi Galliarum scripsit commendat Philippinum de Mari, Laurentij Cardinalis Beneuentani, nepotem; & Alphonfus Rex Neapolitanus annuos redditus eidem Philippino assignans, illum nepotem Cardinalis

A Beneuentani nominat, vt ex tabularij Neapolitani litteris scriptis die 10. Martij anno 1494. aperte constat. Ex hac nobili familia de Mari floret Romæ Ocauius de Mari Cameræ Apostolicæ Clericus.

Agnomen, ac insignia familiæ Cyborum assumpsit, vt diximus supra Laurentius Innocentij VIII. ergo, à quo purpuram accepit: post purpuram tamen insignia gessisse familiæ de Mari certò scimus; Genuæ enim in fronte Ecclesiæ S. Syri superioribus annis gentilitium stemma de Mari, cum Cardinalitij insignibus apparbat: quare nos supra vtrumque expressimus.



I I.

ARDICINVS de la Porta junior, natione Italus, patria Nouariensis, patre de la Porta, matre ex Vicecomitum familia natus, Ardicius de la Porta tenioris Cardinalis ex legitimo filio nepos, cum aui gloria accensus, tum suapte natura adeò à paruulo litteris incubuit, ac moribus apprime ornatus fuit; vt vix adolefcentiam excedens, in Pontificem Nouariensem publicis ciuium Nouariensium votis expertus fuerit. Pontificij, ac Ciuilis iuris Doctor factus, & in hoc haud auo inferior

cum Florentiæ Vicarium Episcopalem ageret, Pauli II. Pontificis maximi interdictum in Florentinos, cæteris omnibus ob Principum ciuitatis potentiam ne hincere quidem audentibus,

C spreto capitis periculo, solus impavidus promulgauit, ac dignitate Romani Pontificis, & Senatus egregiè tutatus est: qua de re eidem Paulo summpere gratus esse cepit. Sixti IV. beneficio supplicibus libellis referendis præfuit; Aleriensem Pontificatum adeptus est, & non vulgares quidem Legationes obiuit. Diuersis enim temporibus Nursinos, Interamnates, Perusinos, Tifernates, ac Tudertes tumultuantes, & diffidentes, aut placuit, aut interclusis seditionum vijs omnibus auctoritate compressit, & in officio continuit. Missus in Pannoniam ad Matthiam Hungarorum Regem, mox & in Germaniam ad Maximilianum Cæsarem, adeo vtriq; pergratus fuit, vt quod multi antea nequiquam tentauerant, atrox, ac diuturnum bellum, quod inter eos vigeat, extinxerit, ac Principum animos ad pacem, societatemque conuerterit. Romanæ reuerius supplices libellos signare ab eodem Sixto est iussus, quem magistratum, & sub Innocentio VIII. successore postea exercuit; led prius Legatorum omnia negocia audiendi, & ad optatum finem perducendi munus obiuit. Olomucensem Episcopatum rexit, Vmbriæ, & Marchiæ Anconitanæ Prolegatus præfuit, & in Presbyterorum Cardinalium numerum ab Innocentio alicuius titulum SS. Ioannis, & Pauli, aliàs Pammachij obtinuit, & secunda fama apud Curiales vixit, iustusque, ac liberalis, præsertim in pauperes mendicare erubescens habitus est. Quarto verò post anno imbecillitatem humanarum rerum secum ipse considerans, monachum agere animo omnino constituit: id vt sibi liceret, ab Innocentio ægrè tandem impetrans, Vrbe discessit, Camaldulensium ordinem ingressus est dimisso Cardinalis habitu, ac Monachi assumpto, vt scribit Petrus Delphinus religione, prudentia, & genere nobilis, totius Camaldulensium ordinis perpetuus gubernator, qui Ardicius Cardinalem ad Camaldulenses propere memorat his verbis. *Mirabar haud parum, verum fore, vt Cardinalis nostra tempestate Eremita factus disceretur: redijt Romam Aleriensis reuocatus à Pontifice à medio itinere, neque est permittus, vt quo animum intenderat bonus, & pius Pater, eo perueniret: elegerat pacatissimum vite genus, vt Eremitum Camaldulensem incoleret, Hieronymum, vt arbitror imitatus, &c.* Quod simul ac Romæ nunciatum est, ægrè ferentibus Patribus, quod clam quodammodo id fecisset, quod Senatus auctoritate in tanta re contemnere vitus fuisset, ab Innocentio paulò post Romam, vt Cardinalis, reuocatur. Excusauit, le primùm apud Innocentium epistola hac non ineleganti.

BEATISSIME PATER. *Attulit mihi Magister Gratianus de Villa Noua Breue Sanctitatis Vestre, cuius lectione commota sunt omnia viscera mea, intellecta perturbatione mentis Sanctitatis Vestre, & sacri Senatus Reuerendissimorum Dominorum meorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, tum etiam, quod animaduerti interpretari in sinistram partem, que non temerè, non leuiter, nõ repensè, sed consilio deliberaui, circa vite meæ status mutationem. Non est immemor Sanctitas Vestra, quoties, primo anno sue felicissime ad Apostolatum assumptionis, pulsauit aures suas, vt assensu dignaretur ardenti desiderio meo, quo tenebar, me ad Regularem vitam, in aliqua religione transferendi. Quod quum denegasset Sanctitas Vestra, sequentibus annis id sæpius repetij, etiam cum lacrymarum effusione; fatcor, quod Sanctitas Vestra ante Cardinalatum repulit petitionem meam. Quum verò etiam post Cardinalatum ignis ille sancti huius propolij ar-*

Ciaconius Franc. Card. dul. In orat. Fanebri. Andr. V. Florell. in Addit. ad Ciaconii. Hier. Garimben. Carol. Carthar. inæ Syll. Ad: Conf. Pannoniæ de Rom. Pontific. Carol. Ep. Nouariens. in Nouaria. Aubery in Vita. Henr. Spödan. in An. Eccl. Ferdinand. Vghel. in Ital. sac.

Felix Conzelcius in Blencho.

daret in pectore meo, mense Aprilis proximo elapso, nouas preces
 Sanctitati Vestre, pro ea re, obtuli. Sanctitas Vestra post multas
 rationes contra petitiones meas, allegatas, tandem acquieuit: &
 vana vocis oraculo, ingrediendi religionem, mihi licentiam im-
 partita est, quam postea per duas supplicationes, manu eiusdem
 Sanctitatis Vestre signatas denuo concessit. Dehinc quum appro-
 pinguaret dies recessus, peti denuo a Sanctitate Vestra licentiam
 pro recessu meo, quam Sanctitas Vestra, cum resignatione pilei,
 gratiose concessit, & benedixit mihi, ad osculum sacratissimum
 pedum admissio. Hec non scribo Beatissime Pater, ut existimem,
 opus esse, ea commemorare Sanctitati Vestre, que cordatissima est,
 verum ut intelligeret, quod aliquid de me sinistro suspicatur, me
 non repente, non precipitanter, non leuiter motum fuisse. Nec de-
 bet mirari quisquam, nec nouum, aut temerarium id existimare,
 quum etiam inter Romanos Pontifices ab Ecclesia canonizatos re-
 peritur, qui idem fecerit Celestinus V. qui sanctus Petrus de Mu-
 peratur, qui idem fecerit Celestinus V. qui sanctus Petrus de Mu-
 rone muncipatur: legitur etiam ad priuatam, & religiosam vitam
 transisse, & sanctus Hieronymus Romana Ecclesia Presbyter,
 quem seruus Cardinalem fuisse. De Petro Damiani, qui licet non
 sit inter sanctos relatus, tamen pro sancto honoratur, habetur ex
 libris per eum editis, quos ipse legi, ipsum ex Cardinale, & ni fal-
 lor, etiam Episcopo Ostiensi, factum monachum fuisse, de summi
 Pontificis licentia. An vero huiusmodi licentiam a sacro Cardi-
 nalium Collegio habuerit, non memini. Ego ab eodem Collegio
 hanc licentiam non peti, & non sum ratus adeo imbecillum, & in-
 firmam Vicarij Christi potestatem, ut non possis prebere, ac porri-
 gere manus volenti saluti anime sue, honestissimo modo consule-
 re. Ego enim, quod in arduis Collegij teneatur Pontifex consule-
 re, non inficior, tamen petenti sibi, nisi quod ad salutem animi
 spectat, credo solius Pontificis auctoritatem sufficere. Quod est
 enim Beatissime Pater ingredi, & proficere religionem, nisi hu-
 miliare, & exinanire semetipsum, & formam serui accipiendo,
 se usque ad mortem obedientem facere, exemplo Saluatoris nostri,
 qui dnm id fecit, exemplum nobis prebuit? Gregorius Nazian-
 zenus Episcopus, ut scientia, & contemplationi vacaret, Episco-
 patum dimisit. Quare, qui me proferantem ad religionem accu-
 sant, etiam hos accusent; si hi peccarunt, fateor, me deliquisse,
 licet forsitan tantorum Patrum testimonia, & adducta rationes me
 excusabilem reddere possunt. Quod autem dimisso Cardinalatus
 habitu, dissimulato habitu me inueneri commiserim, non opinor pro-
 pterea me notam villam apud graues, & prudentes viros contra-
 here, potuisse. Nam quum vellem, quod hactenus erat secretissi-
 mum esse, idque proprio fratri mihi fidsimo occultassem, existi-
 maui satis, etiam in dissimulato habitu, inter ignotos, quam-
 cum vero habitu incedere: & propterea a pena, & a culpa, & ab
 omni alia nota, me immunem esse, existimo. Si tamen erratum
 est, quum id humanum sit, supplico Sanctitati Vestre, ut que mi-
 hi grauiora peccata dimisit, etiam hoc dimittat; penitentiam
 quam mihi pro hoc peccato iniunxerit, non minus deuote, quam
 humiliter suscipiam. Beatissime Pater, Sanctitas Vestra, que
 semper tam tenere personam meam dilexit, & tantopere, ac mul-
 tisariam honorauit, dignetur opus suum, & facturam suam in
 sancto proposito consonere, memor, Christi Vicario, nihil peculia-
 rius esse, quam cum de animarum salute sollicitum esse. Hic
 de anima mea salute agitur, que sola ante oculos versatur: li-
 cet enim exploratum habeam, Cardinalium, Episcoporumque
 statum, quauis alia religione perfectiorem esse: existimaui ta-
 men ad inferiorem religionem transitum, fragilitati meae tutio-
 rem esse. Non est infamia Sanctitas Vestra, se, anime meae ratio-
 nem, in discepto iudicio, reddaturam, quam longe meliorem
 reddet, si humilitati meae hoc indulserit, quam si ab hoc meo vete-
 ri, & sancto proposito, me reuocauerit. In hoc annuat Sanctitas
 Vestra humilissimis, & lacrymosis precibus meis, nec velit in ama-
 ritudine anima mee, me morte acerbiorum vitam agere. Adeo
 enim turbata est, ut quod scribo, vix satis ipse perpendam. Mi-
 serere anima mee, Pater pietissime, qui mihi semper in omni-
 bus affabilis, benignus, & misericors fuisisti, & cum ineffabili cle-
 mentia, meas ineptias tot annis tolerasti, & patere obsecro, ut
 importunus petitor sim ante oculos pietatis Tue. Convertere Do-
 mine aliquantulum, & vide afflictionem meam, & considera etiam,
 quomodo consulatur honori meo. Si iam, ut ita dixerim, ad ara-
 trum manu posita, retro aspiciam, nonne oculi omnium in me
 conuertentur, existimantes, me leuiter discessisse, & leuis redi-
 se? Quibus omnibus per Sanctitatem Vestram sapientissime con-
 sideratis, dignetur me, suo amantissimo, & mihi desideratissimo,
 responso consolari, & reuocatas gratias, prius tamen benigne con-
 cessas, in pristinum statum restituere, scitura, me nullo pretioso-
 re dono, hoc tempore donare posse. Quamuis enim ipse peccator
 sim, & indignus, cuius preces a Deo exaudiantur, id tamen si im-
 petrauero a Sanctitate Vestra, pro tanto munere, contabor assiduus
 apud Deum orationibus multiplicato tenore recompensare. Quo-
 cumque in loco me voluerit esse, Sanctitas Vestra acquiram, &
 quicquid mandauerit, exequar. Christi Vicario, tanquam Chris-
 sto, obtemperabo, & ab illius obedientia discedere, nefas esse exi-
 stimabo: felix valeat Sanctitas Vestra, cuius sacratissimis pedibus

me humiliter commendo, ex Roncione die 12. Junij, anni 1492.
 Rem aliter narrat Auctor Apologie pro defensione Obseruan-
 tum: illius verba hic rescribo. Nuperrime summus Pontifex con-
 sensit Reuerendissimum Dominum Adrianum, cortige Ardycinum,
 de la Porta sacrosancta Romana Ecclesia Presbyterum Cardina-
 lem, ac Episcopum Aleriensem omnibus dignitatibus, & Ecce-
 siasticis beneficijs in Consistorio Dominorum Cardinalium sue Sa-
 cratari resignantem, sacrum Fratrum Minorum de Obseruantia
 sub Vicarij intrare religionem. Auctor hic non solum circa mo-
 dum renunciationis Cardinalatus, sed etiam circa electionem or-
 dinis a veritate aberrasse videtur; non enim in Consistorio; sed
 vniue vocis oraculo primū, deinde per duos rescripta obtenta a
 Pontifice licentia Roma discessit, ut Camaldulensium ordinem
 ingrederetur. At paulo post ab ipso Romano Pontifice vocatus
 purpuram fortasse non deposuit; nec monachorum vestem induit;
 & quidem epistola superius rescripta ad Pontificē Roncione scrip-
 ta nihil indicat de assumpto adhuc habitu, aut religioso suscepto
 instituto. Ad Innocentium redeamus, qui in sua persistens sen-
 tentia ad Urbem Ardycinum iterum reuocauit, qui paruit, & Ro-
 mam repetens Senatus censura humillimē se submitit. Verum per
 eos met dies in aegritudinem, & quidem grauem incidens, & ex ea
 in quartanam febrem relabens, quinto post mense Romae mortem
 subiit anno a Christi natiuitate 1493. die Luna, quarta, seu ex alijs
 quinta Februarij, vel ex sepulchrali inscriptione pridie Nonas
 Nouembris Pontificatus Alexandri VI. anno primo, & tumulatur
 in Basilica Principis Apostolorum in sepulchro auito in facello S.
 Thomae sacro, cuius tale extat epitaphium.

ARDICINO. DE LA. PORTA. ARDICINI. CARD.
 NEPOTI. EPISC. ALERIENSI. I. V. PERITISSIMO. CON-
 CILIATORI. MATTHIÆ. HUNGARIÆ. REGIS. CVM
 FEDERICO. III. AVGVSTO. GRATIAKVM. IVSTITIÆ.
 REFERENDARIO. ET. SIGNATORI. SEDENTE. SIXTO
 IV. ET. INNOCENTIO. VIII. ET. AB. HOC. SPONTÈ
 OB. MERITA. PRESBYTERO. CARD. ELECTO. QVI
 VIXIT. ANNOS. LIX. DECESSIT. SVB. ALEXANDRO
 VI. A. SALVTE. NOSTRA. M. CD. XCIII. PRID. NON.
 NOVEMB. DOMESTICI. CLIENTES. HÆREDES. SA-
 CELLO. ORNATO. MONIMENTVM. HBRO. RARI
 EXEMPLI. POSVERVNT.

Huiusce Cardinalis sepulchrum nostris hisce temporibus est in
 Cryptis Vaticanis; addito antiquæ sepulchrali inscriptioni, læmate.

SEPVLCRVM CARD. ARDICINI DE LA PORTA
 NOVARIEN. TIT. SS. IOANNIS, ET PAVLI.

In eius funere Franciscus Cardulus Narniensis frequēti Patrum
 consensu orationem habuit, ex qua, & ex Garimberto plura ex ijs,
 quæ dixit, Ciaconius delibauit. Si huiusce Cardinalis domestica
 quæras, mensam illius doctrinarum fontem appellasses, scribit
 Cardulus; lectione enim illa condiebat. Quæ immensa legebat-
 tur, attentè audiebat, proponebat nonnulla, recta amplecteba-
 tur, non recta rejiciebat; modestissime disputans docere studebat;
 victoris nomen non curabat; querelam imbrem, itasci nesciens
 æquo animo ferebat, egentibus oper præbebat. Sacris precibus
 diem iungebat cum noctibus; verbera quotidie iterabat; singulis
 septimanis tridua ieiunia obibat: cum eius animo è corporis er-
 gastulo exeundum fuit, constantiam insignem vultu ipso patefecit.

Ardycinus hic nomine suæ ciuitatis vna cum Rectores domus
 hospitalis Charitatis Nouariæ à Sixto I V. Romano Pontifice pe-
 titij ipsi domui coniungi alias hospitales domos S. Iuliani scilicet,
 S. Dionysij, S. Mariæ nouæ, S. Gothardi, S. Bartholomæi, S. Co-
 lumbani, & S. Antonij; in quibus pauperes peregrini leprosi, ali-
 que ægroti recipiebantur; quod Sixtus concessit præscripta ratio-
 ne eligendi Ministrum, & Rectores; vt ex eius litteris datis pridie
 Idus Nouembris anno 1482. constat.

Cæterum notandum est, ex Vuaddingo in Annalibus Minorum
 haberi in libro qui inscribitur. Firmamentum trium Ordinum.
 Et in Apologia pro defensione Obseruantum; hunc ipsum Cardi-
 nalem Aleriensem dictum, quem, & Adrianum nominat pro Ar-
 dicino, eorumdem Minorum de obseruantia familiarum nomen dedis-
 se. Sed redargui hunc Authorem, errorisque insimulari ab ipso-
 met Vuaddingo, tum quod secum pugnatia loquatur, dum ait Ar-
 dycinum in Consistorio Dominorum Cardinalium omnes dignita-
 tes, & Ecclesiastica beneficia suæ Sanctitati resignasse; deinde
 reuocatum in Urbem reclamantibus Cardinalibus, quod se ab ijs
 clam subripuisset; quomodo enim clandestinè factum dici potest,
 quod sedente Consistorio impetratum fuit à Pontifice? quapro-
 pter asserit idem Vuaddingus veritatis historicæ, quam sui ordi-
 nis falsis laudibus exornandi studiosior, si Minorum ordinem in-
 gredi decreuit Ardycinus, vel propositum mutasse, vel apud illos
 parum substituisse, idque tantum ad ætioris vitæ, Camaldulensis
 nimirum, & Eremiticæ rationem in eundem se comparaturum,
 cum insignis illa epistola superius rescripta nihil indicet de assum-
 pto habitu Minoritarum: quare erroris quoque arguitur Garim-
 bertus, alijque quos post se in errore induxit, dum scribit Ardi-
 cinum ab Vrbe discedentem Montis Oliueti Cœnobiū petijisse.

Fr. Lucan
 Vuadding.
 in Annal.
 Minor.

Franc. Ma-
 ria Torri-
 gius in
 Cryptis
 Vauc.

Ciacontas
Pauinius
de Rom.
Pontific.
Hier. Ga-
rimbert.
Andr. Vi-
storell. in
Addit. ad
Ciacontis.
Aubery in
Vita.
Ferdinid.
Vghel. in
Ital. Sacr.
Frac. Guic-
cardio. in
Hitor.
Iof. Maria
Sutcl. de
Epif. Pre-
cedit.



III.

ANTONIOTTVS Pallau-
cinus natione Italus, pa-
tria Genuensis; patre Babilano
patritio, & nobilissimo viro;
matre verò Peregrina Sakrag-
perillustri, & honestissima ma-
trona Genuæ anno à partu Vir-
ginis 1442. natus (filium matris
Græcæ Antoniottum, faciunt
nonnulli, eumque in Græciæ
vrbe maritima notum volunt)
patris opera honestè educatus,
& humanioribus literis imbutus
fuit. Hic, vti etiam fratres Hier-
onymus, ac Cyprianus Gentili-
um cognomine aliquando vfi

sunt; quare credere nonnulli Antoniottum è Pallauicinum
domo non esse, sed Gentilium; licet vtraque domus apud Genuen-
ses apprimè nobilis, & maximo in honore sit semper habita. Er-
roris autem causam hinc fluxisse aiunt, quod Pallauicini, Calui, &
Folamoniaci cum olim perpauca essent, nec initio possent, qui mos
est nobilium Genuensium obuiam progredi Principibus, aut Ora-
toribus Principum Genuam petentibus, nec alias nobiles familias
numero ampliores æquare, Gentilibus, qui tunc, & virtute, &
numero præstabant, iure viciniæ, ac paræciæ S. Pancratij sese ad-
iunxerunt. Antoniottus verò vbi per ætatem licuit, re cognita,
ne veram defraudaret familiam, maiorum suorum cognomen
recepto, Pallauicinus iterum appellari voluit; Gentilis tamen sæ-
pe, & aliquando Gentilis Pallauicinus cognominatus est. Hic ad-
huc adolescens fratres suos Hieronymum, & Cyprianum mercatores
in Hispania secutus, ibique morâ trahens anno Domini 1470.
Genuam, ac paulò post Romam concessit; vbi Ioanni Baptista
Cybo S. Laurentij in Lucina Presbytero Cardinali, qui postea In-
nocentius Papa VIII. fuit, cum innotuisset, in familiam ascitus,
breuiter quantum ingenio, & prudentia posset, declarauit. Qua-
re non modò Cardinali Cybo gratus, sed ipsi etiam Sixto IV. plu-
rimum acceptus, litteras Pontificias aliquandiu scripsit; à quo Ec-
clesiæ Abintimiliensis Præsul creatus, tali contentus sorte, Roma-
nam Curiam deserere, ac suam adire Ecclesiam animo constitue-
rat; sed obitu Sixti IV. superueniente Antoniottus cum iam colle-
ctis sarcinis itinere se accinxisset, à Cardinali Cybo veteri patro-
no retentus; ædes S. Laurentio in Lucina contiguas, quæ ab eius
tituli Cardinalibus incolabantur, dum Patres nouo creando Ponti-
fici dabant operam, custodire cogitur. His comitijs Io. Baptista
Cardinalis Cybus ad Principis Apostolorum solium elatus, & In-
nocentius Papa VIII. dictus Antoniottum spectatæ solertis, &
amorem suauium, iam sibi notum hominem Supplicibus libellis
gratis subscribendis continuò præfecit, non sine multorum admi-
ratione, cum certè Innocentius non paucos amicitia, & sanguine
coniunctos haberet, quos tanto honore decorare potuisset. In hoc
Datarij munere ita se indultrium, vigilantem, & integrum quin-
quennio præstitit, vt non modò Pontificis graui iudicio, qui eum
reliquis prætulerat, plenè satisfecit, sed toti Curie gratissimus
conceptam de se expectationem superauerit. Erat enim in eo ad
promerendas hominum voluntates mirabilis ingenij lenitas, mo-
rumque suauitas, expedita in deliberando sententia, modestia, &
personæ, quam gerebat, apta grauitas, tantaque in tractandis ho-
minum ingenijs dexteritas, vt cum aliquando Innocentius VII.
Magistratus quosdam, quos Sixtus IV. creauerat, ac Stratiotas
cognominauerat, pecunia emptoribus non restituta penitus anti-
quasset, atque illi officijs priuati querelis omnia repleteret, & Car-
dinales, ac Pontificem adirent, ad Antoniottum à Pontifice remis-
si, dulcissimis ab eo verbis delimiti, postmodum placati, & quieti
discedebant; ob idque eum vocitare solebant incantatorem, quod
eius suauitate, ac diserto sermone tanquam sacro quodam carmi-
ne, & incantatione, vt aiunt, coacti quiescerent.

Ab Innocentio igitur Octauo Pamplionensis primò, mox Au-
riensis, Lectensis, Tornacensis, Cumanus, Lamacensis Episco-
pus, mox ex aliquibus Archiepiscopus Genuensis electus, anno
Christi 1489. & Pontificatus quinto in sacrum Collegium Presby-
ter Cardinalis titulo S. Anastasiæ allegitur, qui sub eodem Ponti-
fice, anno scilicet octauo Pontificatus, titulo S. Præxedis, post Ar-
cimboldi Cardinalis mortem successit; titulum quoque S. Stephe-
ni in Cælio monte ex Contelorio obtinuit; & de summi Pontificis
licentia Presbyterum Cardinalem S. Anastasiæ se inscripsit octo
diebus, antequam illi titulus fuisset assignatus. Ab initio litera-
rum multarum non fuit; fratrum tamen filios Hieronymum Ale-
riensem, Philippum Adiacensem Præfules, Ioannem Baptistam
Cauallicensem, qui à Leone X. purpura fuit insignitus, Iuri Pon-
tificio, & Ciuili operam dare impensè curauit, quos ad pulcher-
rimum frugem prouectos vidit. Cum his, eorumque Præceptoribus,
& alijs domesticis litteratis, quos apud se non paucos habe-
bat, certis horis quotidie solebat confabulari; quo factum est, vt
breui tempore iudicio vniuersi Senatus, & præcipuè Ioannis An-

A tonij Cardinalis Alexandrini, & Felini Sandei Ferrariensis Lucen-
sium Præfules nò vulgarem doctrinam Antoniottus fuerit adeptus.

Sub Alexandro VI. Pontifice maximo Innocentij Successore
eisdem Supplicibus libellis Præfectus, Datarij etiam, aut Prodata-
rij, vt vocant, munus exercuit. Eodem sedente Alexandro, anno
videlicet nostræ salutis 1501. Episcopus Cardinalis Albanus, &
anno 1503. Tusculanus, & Sabinus renunciatus est. Quo etiam
Pontifice Urbis Romæ Legationem magna cum laude sustinuit,
dum Alexander còspectum Caroli VIII. Gallorum Regis ex Nea-
politano Regno in Galliam tunc redeuntis fugitaret. Erat præte-
rea in dicenda sententia liber, & intrepidus; nam cum Alexander
Senatum cogi iussisset, ac retulisset de quodam negotio, in cuius
propositione exponenda dixerat. *Decreumus hoc facere, Car-
dinalis S. Præxedis vbi dicendi copiam habuit, respondit: Pater
sancte, non possum ego sententiam meam dicere, postquam San-
ctitas Vestra non vocat nos ad consilium, sed ad Decretum: si Sæ-
ditas Vestra ita decreuit, omnis mea sententia irrita est.* Post
Alexandri obitum, Pij III. & Iulij II. comitijs sine labe interfuit,
quæ ampla boni Senatoris laus est; difficile enim aut ambitionis estu
non rari, aut aliorum studijs non affici, atque animo semper inui-
cto ea tantummodo curare, quæ Apostolicæ Ecclesiæ, non priua-
tis commodis, aut Principibus vtilia fore videantur. Liberalitatem
quoque in signem erga clientulos, & alienos eius opem imploran-
tes exhibuit, & vbi hæc deerant, proprio ære, aut aliter locuple-
tauit.

Nec minori exornanda venit præconio inter alias Antoniotti
virtutes integritas illa verè Senatoria, qua semper neglecto rerum
priuarum commodo, publicam salutem, & Ecclesiæ vtilitatem
rebus omnibus prætulit. Hic enim Pontificatus initio cum Iulius II.
ingenium nimis acre, & vehementiores ad bella fuscipienda spi-
ritus præferret, quibusdam Cardinalibus dicere non dubitauit;
gladium Patres in manu furiosi posuistis, quod vbi rescituit Pon-
tifex, etsi non nihil Antoniotto subirauci visus est; eum tamen
Episcopum Prænestinum elegit, & legatione insigni cohonestauit,
illum legando ad Ferdinandum, & Ludouicum XII. Hispani-
æ, & Galliæ Reges, qui Saonæ conuenerant, vt vtrunque Re-
gem Pontificis nomine salutaret; scædus aduersus Venetos iniret,
sicut in Iulij II. Vita narrabitur, quem maximi, potentissimique
Reges perhonorificè acceptum medium incedere, & regiæ pari-
ter mensæ assidere voluerunt. Fulgebant enim Antoniottus non
modò Pontificiæ Legationis merito, sed magna antea actæ vitæ glori-
a, quem in comitijs post Alexandri obitum parum abuisse, quin
Pontifex maximus multorum Patrum consensu crearetur constans
fama vulgauerat. Eius igitur suaui in scædus tanti Reges conuerunt;
quod Legatus percipienti Pontifici significaturus, in Vrben re-
uertens, æstuoso itinere fatigatus, paucos post dies Romæ die Ve-
neris, decima Septembris anno 1507. è vita migravit. Post obitum
in Basilica Principis Apostolorum in sacello quod ipse sub Alexan-
dro VI. erexerat, & dotauerat, sepulchrum habuit cum hac sep-
ulchrali inscriptione.

ANTONIOTTVS CARD. S. PRÆXEDIS
MORTEM PRÆ OCVLIS SEMPER HABENS
VIVENS SIBI POS.
ANN. MDI.

Hinc eius ossa ob Vaticanæ absidis demolitionè, ad Ecclesiam
S. Mariæ de Populo anno Christi 1596. ab eius pronepotibus trã-
lata, in choro iuxta sepulchrum Ioannis Baptistæ Pallauicini Car-
dinalis nepotis sui in marmoreo sepulchro condita cū hoc elogio.

D. O. M.

ANTONIOTTO PALLAVICINO GENVENSIS
Episcopo Prænestin. S. R. E. Card. S. Præxedis sub INNOCENT.
VIII. ALEX. VI. IVLIO II. Ampliss. Legationibus maxi-
misq; Reipub. muneribus summa cum laude probitatis atq; pru-
dentia persuncto. Io. Bap. Abb. S. Ant. Gen. V. S. Refer. &
Babilanus Pallauicini fratres ob disturbatam veteris sepulchri
sedem in Vaticana absidis demolitione, vt eodem tumuli loco
cum Io. Bap. fratris filio Card. conderetur translatis ossibus
Propatruo poss. MDXCVI. vixit Ann. LXVI. ob. An.
sal. MDVII. die x. Septembris.

Huiusce Cardinalis sepulchrum, cum ara maxima, & sacra Dei-
paræ Virginis Imago de Populo appellata retro ab hinc annis ad
locum choro proximum translata fuit, inde amotum in Chisiorum
facellum locum habuit; at ibi non diù perennauit; nam Chisia fam-
ilia repugnante, in eiusdem Ecclesiæ maiori naui primò, mox in
noua refectione ab Alexandro VII. facta in minorum vna inter
columnas erectum.

Antioniotti elogium huiusmodi Folietta suggerit: *Summa gra-
uitas, prudentia, consilium, integritas Antoniotti ita eluxerunt,
vt vacuo solo in Pontificijs comitijs multos ex candidatis longè
anteccederet; propeque sic factum, vt ad Apostolarum fastigium
perueniret, multorum Patrum consensu, meritis, & perspectæ vir-
tuti summum locum destinante.*

Hæc tamen animi virtutes Purpuratorum præcipua ornamenta.

inuidorum offensionibus non carere; unde factum est, vt vir am-
plissimus obrectatorum liuorem non effugerit, aspero carmine,
ac virulentis, licet non iniucudis salibus resperfo ita perstrictus.

*Cui Ligur est genitor, genitrix cui Græcia, Ponto
Qui medio est natus, vir bonus esse potest?
Ni vans Ligures, si non sit Græcia mendax
Ponto si qua fides, vir bonus esse potest.*

Quo carmine tantum abest, vt quicquam de viri clari fama de-
trahatur, vt illa potius augeatur; qui enim vitam, & mores homi-
nis carpere non potuit, falsa conuicia in genus, & originem intor-
sit; imò ex quibus maleuolus Poëta inuidiam Cardinali studuit cõ-
flare, ex iisdem gloriæ collegit alter.

*Cui Ligur est genitor, genitrix cui Græcia, Ponto
Qui medio est natus, cur malus esse potest?
Nonne malo assuetus Ligur est? sapientia nonne
A Graijs? nonne est & Venus orta mari?*

Seu

*Quid malus esse potest, patrem cui Gemæ, matrem
Græcia, cui partum Pontus, & unda dedit.
Sunt malo, & assueti Ligures, & Græcia docta est,
Aeneadum, & genitrix est Venus orta mari.*

Hæc verò carmina non in Antoniottum patrum, sed in Ioan-
nem Baptistam Pallaucinum Cardinalem nepotem fratris filium.
scripta, referunt nonnulli, & quidem bene; nam Antoniotti paren-
tem non Græcam mulierem, sed Peregrinam Saluagam nobilem.
Genuesem ex antiquis monumentis fuisse scimus.


Cardinali huic Angelus Politianus librum Nutricia inscriptum
dedicauit, hæcque illi scripsit litteras.

*Angelus Politianus Antoniotto Gentili Cardinali S. Anastasie
Presbytero Cardinali. S. D. Paruum quidem tuo nomini Li-
bellum dedico, sed vt spero nec inanem rerum, nec inopem;
multa, & remota lectio; multa illum formauit opera: estulum.
Nutricia diximus, qua figura, & Statius Soteria: plenior hic
enim mihi visus, & argumento coherentior, quàm qui olim pla-
cuerat, Nutrix. Tu verò electus potissimum, in cuius appareat
nomine, non quo rem tantillam tanta virtuti, fortunaque con-
uenire araberet; aut hoc esse denique putem, quod tuis erga me
meritis debeatur; verum cum prodiere nollet in publicum liber
sine patrocinio, tuum præcipuum sibi nomen inscripsit, ex quo
tutor foret, atque honestior. Quare suscipe queso quicquid hoc
est mei factus, qua me quoque ipsum soles humanitate; deinceps
autem plura, melioraque forsitan accipies; modo hunc primum,
quasi gustum non asperneris. Nec enim vel ignoro, vel dissimulo
quantum tua mihi apud Pontificem maximum suffragata sit aucto-
ritas; cui quidem, & ipsi quotidie à me si non par gratia, cer-
te aliqua tamen pro virili parte scribendo saltem, beneque, &
sentiendo, & loquendo referitur. Vale Florentie sexto Kalendas
Iunias 1481.*

IV.

ANDREAS d'Espina, què malè Panuinius, & Cia-
conius Ludouicum nuncupant, ni fortè binominis eslet, natione
Gallus, Armoricensis, in parentes habuit Richardum nobilissimum
Armoricorum familia d'Espina, & Beatricem de Montauban; in
fratres verò Ioannem Mirapicentem Præfulem, & Robertum Nā-
netensem. Præfuit Archiepiscopus Arelatensis primò, mox Bur-
degalensi Ecclesijs, & ex Archie-
piscopo Burdegalensi in Presby-
terorum Cardinalium numerum
ascitus est titulo SS. Syluestri, &
Martini in montibus alijs Equitij, appellatione tamen perpetua
Burdegalensis Cardinalis. Carolus enim Galliarum Rex antequam
Zizimum Baiazethis Turcarum Imperatoris fratrem germanum cap-
tium ad Innocentium VIII. Romanum Pontificem mitteret,
cum ipso Innocentio pepigerat, vt hunc, & Petrum d'Aubusson.
Equitum Rhodiorum magnum Magistrum Cardinalium Collegio
adiungeret. In Curiam Romanam secessit Andreas iam Cardina-
lis renunciatus, Vrbeque Innocentio VIII. Romano Pontifice
aliquantisper incoluit: Alexandro verò VI. Carolum VIII. Re-
gem Regnum Neapolitanum aduentem inter armoratorum militum
copias, ex Garimberto est secutus. In quo etsi dampnari nonnihil vi-
deatur, inquit Ciaconius, in hoc tamen laudari satis potest, quod
reuertente mox Carolo in Galliam cum exercitu, & in agro Par-
mensi apud forum nouum cum Venetorum, ac Ludouici Sfortiæ
militibus manum conferente, quando ceteri Sacerdotes, qui exer-
cicum comitabantur, arma protinus cepissent, & non secus ac veri
milites thoracibus, ac militaribus sese vestibus induissent, ipse
solus tale dampnans, ac detestans consilium, arma viro Sacerdote,
& Cardinale indigna pronunciauit; quare tiara tantum capiti im-

Ciaconius
Pet. Frizò:
in Gallia
Purpurat.
Claud. Ro-
bert. inas
Sall. Chri-
stiana.
Andr. Vi-
storell. in
Addit. ad
Ciacon.
Aubery in
Vita.



fectus monasticæ disciplinæ vigorem aluerit, atque auxerit. Pe-
trus Delphinus sexdecim annos huic Magistro paruit, eiusque in
monasticis legibus, & ritibus seruandis constantiam demiratus
est; in vigilijs, ieiunijs, silentio, solitudine neminem illo diligen-
torem, deliciarum contemptorem parem ei non vidit vnquam. Vt
plurimum primus, seu semper inter primos Templi noctu diuque
ad matutinas preces adibat; & nunquam quod mireris, defuit: in
sacrarum litterarum lectione: in precibus, & in rerum cœlestium
contemplatione assiduus erat, silentij diligens cultor, cellulae an-
gustijs dum fas erat, se continebat; exemplo magis quàm verbis
iter ad veram gloriam filijs spiritualibus ostendebat. Liberalitate
iuuabat egentes, & licet robustus, & à morbis alienus in ægrotos
tamen, & imbecilles eò erat clementior, quò valentior.
Ex totius Camaldulensium ordinis moderatore Venetiarum.
Patriarcha renunciatus qualem virum Ecclesiasticum decebat, vi-
tam instituit: de illo hæc Delphinus. *Admi illum sapius, neque
deprehendi aliquando apud ipsum, quod non sanctissimi Præfults
religionem, modestiam, humilitatem, benignitatem præferret,
neminem de eo referentem audiri, nisi quacunque vera, quacun-
que pudica, quacunque iusta, nisi, inquam, quacunque de optimo
Antistite sancto, innocente, impolluto, & segregato à peccatori-
bus, relatu digna viderentur.*

Inter Presbyteros Cardinales titulo SS. Sergij, & Bacchi ex
Contelorio, ex Ciaconio verò SS. Nerei, & Achillei secretò ab-
sens cooptatus, extincto Innocentio, Cardinalis publicè declara-
tur à Cardinalium Collegio, & ad comitia accersitur, atque ab
ijs cum ad Vrbe peruenisset, honorificè exceptus est. Incertum

tamen

posita, solaque Sacerdotali clamyde indutus Cracem Dominicam
dextera assumpsit intrepidus, quo confusus gestamine, à Carolo la-
tere nunquam discedens, armatas acies omnes euasit. Henricus
Spondanus in suis Annalibus Ecclesiasticis miratur, neminem scri-
ptorum Gallicorum rei huiusce meminisse, quàm Hieronymus Ga-
rimbertus Episcopus Galesiæ in suo de Cardinalibus Commenta-
rio, vulgari sermone conscripto omnium primus obseruauit.

Lugdunensis deinde Archipræsul, Comes, & Primas renun-
ciatus Carolo VIII. & Ludouico XII. Galliarum Regibus per-
carius exiit; Parisiensem Vrbe gubernator rexit, & licet vir per-
paucarum litterarum, fuit tamen perspicaci ingenio, & summa
prudencia ornatus. Quare à Carolo Galliarum Rege missus ad Ar-
moricos ad persuadendum nobilibus Britannia minoris Castellj
Briani congregatis, vt aditus in eam prouinciam militibus regij
pateret prætextu expellendi à Britannia Ducis Burgundia ad Fran-
ciscum Britonum Ducem profugi, quod feliciter perfecit. Imò per-
spicaci suæ mentis acie in secreta Francisci Ducis penetrauit inten-
dentis Annam filiam locare in matrimonium Imperatori Maximi-
liano; qua de re monuit Regem Carolum, qui huiusmodi matri-
monio impedimento fuit, & postea eidem Annæ matrimonio, vt
peroptarat, coniunctus fuit. Lutetiæ Parisiorum in palatio Tur-
ricularum die 10. Nouembris ex sepulchrali inscriptione, & scri-
ptoribus ferè omnibus anno 1500. seu ex Contelorio 1507. morte
sublatus est, & in Cœlestinorum Cœnobio sepultus, vbi iacet cum
hoc epitaphio Gallico iuxta princeps altare.

*Cy gist Reuerend Pere en Dieu Messire André
d'Espina Cardinal, Archeuesque de Lyon,
& de Bourdeaux, Primat de France, & d'A-
quitaines zelateur, & bien-faicteur de l'Or-
dre des Celestins, qui trespassa à Paris aux
Tournelles le X. iour de Novembre, l'An de
grace mil cinq cents. Priez Dieu por luy.*

Hunc Ferdinandus Vghellius Monachum, & Priorem S. Mar-
tini de Campis ordinis S. Benedicti, ex Arnolde Vuion, alijque
nonnullis, facit.

V.

FR. MAPHÆVS, seu Mat-
thæus Gerardus, Venetus,
vir doctus, & pius, qui in adole-
scentiæ flore Camaldulense insti-
tutum Murani in Diuo Michaelis
Cœnobio suscepit; vigeat enim
ibi tunc temporis monasticus fer-
uor, Pauli Venerij viri integerr-
mi studio, & cura, qui septem, &
quingenta annos pietate, ac
religione singulari Antistes Cœ-
nobium illud instruxit, ac rexit.
Sub hoc duce Maphæus ordinis
instituto, ac ritibus instructus,
adeo profecit, vt post Pauli obitū
in eius locum omnium vocis suf-

Jacobus
Brullius
in Theat.
Antiquit.
Patriæ.

Franciscus
Bel forell.

Ciaconius
Jacob. Vo-
laterran.
in Dianijs.
Andr. Vi-
storell. in
Addit. ad
Ciacon.
Aubery in
Vita.
Leand. Al-
bert. inas
Descript.
Italiz.
Ferd. Vgh-
in Ital. Sa-
cra:
Panuinius
de Rom.
Pontif.

tamen est an hic sciret se renunciatum Cardinalem ab Innocentio; sed Sede vacante vocatus ad Conclauē accessit, in quod ingressus est die prima Augusti anno 1492. & inter Cardinales receptus virtute litterarum eiusdem Innocentij, quæ tunc primum publicatae fuerunt. In comitijs illis Alexandrum VI. suo suffragio iuuit indignante, vt scribit Garimbertus, Veneta Republica. Post Alexandri electionem ad gregem pascēdum Venetias petiturus 8. Idus Septembris anno 1492. cum Delphinio ab Vrbe discessit; in itinere disinteria correptus, Interamnæ consistere coactus est, vbi grauior decumbens, omni terrenarum rerum cogitatione reiecta, animum, vt solebat, in Coelum erexit; Sacerdoti noxas diligentissime, non sine animi dolore detexit, cœlestē beneficium eo ministro consecutus, facti in illius cubiculo mane peracto, Domini corporis Sacramentum Delphinio ministrante, pia mente percepit, mox Sacramentum illud cupidē petiit, quo in suprema lucta armanatur agroti. Veneti Oratoris Secretarius Interamnæ venit paulo ante mortem eum allocutus, miratus est, hominem morientem recte ad ea, quæ proposuerat, respondisse. Mox sensu vsque ad vltimum spiritum vigente, die 14. Septembris hora 22. anno nostræ salutis 1492. ætatis 82. mortalis esse desijt; & benè moriendi, ait Delphinus, normam præscripsit. Corpus autem peractis exequijs Interamnæ Venetias delatum, in S. Petri æde humatum non, vt scripsit Garimbertus, sine sepulchrali memoria, sed ex Sansouino in Venetæ Urbis descriptione, cum hoc Epitaphio.

MAPHÆVS GERARDVS PATRIARCHA VENETIARVM DALMATIÆQVE PRIMAS SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIAE CARDINALIS MCDXCII.

LOCVS CARNIS PROPRIVS TERRA EST.

De hoc ægrotante Cardinali hæc Delphinus scripserat die 12. Septembris cuidam Bernardino Priori claustrali: *Remotus est ab omni terrenarum rerum cogitatione, animo tantum Cælo intentus, ex oreis ne verbum quidem ociosum prodit, mundi oblectamenta profus abhorret. Die vero 13. eiusdem Mensis, hoc est pridie quam e vita excederet Maphæus, laudatus Delphinus Augustino Barbadijo Venetorum Duci hæc scripsit. Hæc confessus est diligentissime, hodie singulari deuotione Eucharistiam percepit, & sancti hæc tenus sancte, & innocenter vixit, ita ægrotans nihil aliud curasse videtur, nisi vt sumpto sacratissimo Viatico, atque Ecclesiasticis Sacramentis munus ex hac lacrymarum valle demigraret. Et die qua obiit, eidem Bernardino Priori. Discessit autem non secus ac vixit, tanta sanè animi intentione in Deum, vt nihil magis desiderasse illum crederes, moriatur vti nam, quando cunque Deo placuerit, anima mea morte huius iustis stantque nouissima mea eius similia. Et in calce eiusdem Epistolæ vnicum vitæ regularis exemplum eum nominat.*

Ciaconius, ac Garimbertus plura in Maphæum Cardinalem scripserunt, ac talia, vt stomachum quoque ijs moueant, qui ingenuos præstantis Cardinalis mores, & sanctimoniam ex veris monumentis agnouerunt. Placet hic Ciaconij verba referre, vt facilius Victorello duce reijciantur; hæc igitur ille scripsit. *Fr. Maphæus Gerardus Venetus ordinis Camaldulensis, Patriarcha Venetiarum, Presbyter Cardinalis SS. Neres, & Achillei titulo Fasciole; fuit is Cardinalis homo plusquam credibile est, pingui Minerva, ne dicam inepius, ac stupidus. Cum enim Innocentius de augendo Senatu mentionem fecisset, ac Veneti patris nomen illi viri etiam clari ad muneris maxime expetere viderentur; inter quos erant Dominicus Grimanus, qui postmodum sub Alexandro VI. voti campos euasit, & Nicolaus Lipomanius, qui sub Leone X. Bergomasum Præsul obiit; Senatus vero Venetus more suo, & quidem summopere laudando, non hunc, vel illum, sed tantum patrisium aliquem Venetum benè merentem Patrum numero adscribi ab Innocentio postularat; factum est opera Cardinalium Venetorum, qui Roma tunc erant, Marci videlicet Barbi, Ioannis Michaelis, & Baptiste Zeni agrè ferentium virum Venetum nominis alicuius eo tempore Patribus adiungi, vt ceteris omnibus posthabitis solus hic Maphæus ad tantum honoris culmen ab Innocentio assumeretur; quippe quem omnino crederent, atate præsertim ingrauescente in Romanam Curiam nunquam concessurum, vel si in eam is aliquando concederet, numerum tantum, vt aiunt, & ombra facturum. Cardinalis itaque is factus tantum Magistratum quanti fecerit, ex hoc maxime conijci potest, quod intra paucos dies diploma, muneris nuncium, quod ab Innocentio acceperat, amisit. Verum eodem Innocentio vita functo, cum Ascanius Sfortia Cardinalis, vt suffragiorum maiorem secum haberet numerum Federicum Sanseuerinatem, qui ab Innocentio Cardinalis tantum designatus fuerat, ad comitia introducere conuente etiam Senatu statisset, illius amulus Iulianus Ruuerus, qui postmodum Pontifex maximus fuit Iulius videlicet Secundus, vt & ipse in eadem re non minus ingeniosus videretur, ad inuento alio Innocentij diplomate, quod apud Laurentium Cybum illius fratris filium forte erat, hunc hominem missis ad Senatum Venetum litteris ad se accersiri quam primum curauit. Senatus Venetus cum huius mores satis exploratos haberet, & Iulia-*


no nihilo tamen secius morem gerendum putaret, Maphæum Romanam ad comitia confestim misit. Verum illi, vt puero pedagogos ex Senatus scribarum numero Georgium Nigrum, & Franciscum Pacium præfecit, quibus Maphæum in re omni obtemperare iussit, credens eo pacto Iuliano satisfactum iri; sed longè profectio aliter ac cogitatum fuerat, res successit; etenim dum Innocentio funeris solita munia à Patribus persoluntur, Andreas Cappellus, qui pro Venetis Roma legatum tunc agebat, vir certè magnanimus, & rerum experientia clarus, quid pro Iuliano Ruuero ad amissum acturi erant, Georgium, & Franciscum, quos retulimus, rite quidem imbuit, illi vero simul, ac Patres occlusi sunt, in Roderici Borgie, qui paulo post Alexander VI. Pontifex maximus cognominatus est, cuique Ascanius Sfortia fauebat, partes statim inclinarunt. Vnde cum Andreas Cappellus, vt quidam crediderunt, Veneti Senatus nomine mortem homini interminatus esset, ille non longo post tempore ex animi dolore vita concessit. Anno enim ab ortu Christi quadringentesimo nonagesimo secundo supra millesimum Pontificatus eiusdem Alexandri VI. primo, die 14. Septembris Narnia extremum obiit diem non sine veneni profectio suspicione ab eisdem, de quibus paulo ante meminimus, pedagogis Georgio Nigro, & Francisco Pacio, vt rumor fuit, propinato, ne hominis fortasse, & si insulsi verbis Senatus magis irritaretur Venetus. Consanguinei postmodum defuncti corpus Venetias transferri, & in ciuitatis Basilica locari curarunt; cui nec sepulchrum adhuc vllum posuerunt, agrè ferentes, vt credibile sit, talis viri memoriam vllam apud mortales extare; de quo ita scribit Iacobus Volaterranus in Diarijs. Cardinalis Venetus per hos dies Venetias apud suos se recepturus ab Vrbe recedit, & apud Interamnæ Umbria ciuitatem senio confectus, & profectio, ac radio itineris agitata vita excedit 14. Septembris, in reddendis super Pontificis electione suffragijs non tam suo, quam secretarij sui iudicio vsus dicitur: hæc Ciaconius.

At, vt non vna in re tantum cum Garimberto in hac narratione Ciaconium deceptū scias lector, hæc percurrere ne graueris, & primo quidem diploma Maphæum amississe ille scribit; quomodo diploma amissit, si clam ab Innocentio renunciatus Cardinalis post eius obitum publicè declaratus est? Diploma enim scribitur, cum palam sit Cardinalis. Deinde subdit idem Ciaconius, Iulianum Cardinalem S. Petri ad Vincula post Innocentij obitum Maphæo litteras dedisse, vt Romam se conferret; cum ex Delphinio certò sciamus, non Iulianum, sed Cardinalium Collegium Maphæum, Romam acciuisse: aperta sunt Delphinij verba, quæ ad elucidandam veritatem hic rescribo. *Defuncto Innocentio VIII. Pontifice maximo accersitus est Romam Reuerendissimus Patriarcha à sacro Cardinalium Collegio. Quod iter Romam versus Senatus Venetus suauit, non præcepit, si credas laudato Delphinio dicenti: Accersitus à sacro Cardinalium Collegio, inter futuram electionem noui Pontificis suadente Illustrissimo Dominio cum festinatione iter arripuit. Hæc ille, apud quem nullam inuenies de pedagogis mentionem, nec etiam de veneno propinato; nam dysenteria Cardinalem optimum non Narniæ, sed Interamnæ, vt vidimus, occubuisse testatur, quam in fene nonagenario, non itineribus, sed cubiculo afflueto, & quieti, itineris molestia, sellaque, qua incommodè gestabatur, agitatio excitari facile potuit. Demum Ciaconius, non ex Garimberto, sed se ipso scribit, Maphæi corpus Venetias consanguineorum studio translatum, in ciuitatis Basilica sepultum sine vlla sepulchrali memoria, ne talis viri memoria vlla apud posteros extaret. At ne hoc quidem verum; nam nos supra ex Sansouino sepulchralem Maphæi inscriptionem rescripsimus; imò viget adhuc Venetij huiusce viri memoria in picto illius simulacro apud S. Petrum in ædibus Patriarchæ; & Epistolæ, in quibus tantus hic vir celebratur, à Petto Delphinio Veneto partitio scriptæ Venetij editæ sunt.*

VI.

FR. PETRVS d'Aubuffon ex antiqua Aubuffonorum familia, quæ viget in Marchia Lemouicensi, nobili Gallie prouincia, patre Ludouico d'Aubuffon, matre Catharina, seu Margharita de Roche-choiard natus, militia à puero nomen dedit, & sub Sigismundo Imperatore in Germania militia rudimenta posuit. Infratres habuit Guichardum Carcallonensem Episcopum, & Antonium Vicecomitem de Montellis, de quo infra; fororem vnicam habuit, quæ fuit genitrix Guiclonis de Branchefort Equitis Rhodiensis, qui postea ex Commendatore Morterolensi ad supremum sui Ordinis magistratum euectus est. Fuit Petrus forma decoratus, ingenio acri, & grato; ita, vt cum quibus verfabatur, aut agebat

Ciaconius Iacob. Bosius in Histor. Meliten. Petr. Frizon. in As Gall. Purpurat. Felix Conzelorius in Elencho. Aubery in Vita. And. Vift. in Addit. ad Ciac. Panuinius de Rom. Pontificib. Hippolyt. Marac. in Purp. Mariana. Hér. Spödan. in Anal. Eccl.



beneuolentiam,

Guillelm. Cahorin. seu Ber. nard. Breidembach. de obsidio ne Rhodiens.

benevolentiam, magnotum Principum praesertim facile sibi conciliaret. In his adhibitus à Carolo VII. Francorum Rege arduis quibusdam negotijs, eam diligentia laudem ab ipso Rege tulit, ut is Aubussonij, & obsequij propensionem in suscipiendis mandatis, & fidem in conficiendis, satis sibi perspectam esse saepenumero confessus sit.

Adscriptus Equitum Rhodiensium numero, & Ordini, Commendas, ut dicunt multas, & pinguiissimas partim sortè sibi obuenientes, partim in praemium nauatae operae collatas, accepit; & Orator ad varios Principes ab eodem Ordine suo missus est, pro colligendis pecunijs ad defendendam Rhodum Insulam à Turcarum insultu, ac inuasionem necessarijs; habuitq; à Galliarum Rege Ludouico XI. sexaginta millia nummum aureorum pecuniae numeratae; à Ferdinando Neapolitano Rege quattuor millia, & comitatum ad multos menses; à Sixto vero Pontifice maximo licentiam, & facultatem, ut è sacris vicinis decimas multorum Sacerdotiorum auferret, nonnullaque vectigalia, quae ambigui iuris essent inter Romanum Pontificem, & ipsum Ferdinandum Regem, quae omnia in comparanda annona, tormentario puluere, telis, gladijs, clypeis, remisque, funibus, ac velis, alijsque rei nauiticae instrumentis pro armanda classe, insumpsit. Deinde vita functo magno Magistro Fr. Baptista Ursino, è lingua Aruernica, eiusdemque Aruerniae antea Prior, & Ciuitatis Rhodiensis Gubernator, Equitum Rhodiorum Magister renunciatur. Statim ab electione Legatum misit ad Sixtum IV. Romanum Pontificem, ut certiorum illum redderet tum suae electionis, tum obedientiae debitae. Illico totam inuisit Insulam, & multam annonam ad Rhodi contra Turcas tutamen comparauit; Equites ex varijs Orbis partibus ad oecumenicum Capitulum aduocauit. Pacis noua foedera cum Aegypti Sultano pacificauerit, ac inducias triginta annorum cum Tuneti Rege protraxit: à Ludouico XI. Francorum Rege multam pecuniarum summam in Iubilaeo erogatam accepit ad munienda Insulae loca contra Mahometem II. Turcarum Imperatorem, qui Rhodum obsidione cingere centum millibus Ottomanis, & classe composita ceterum sexaginta triribus, & nauibus statuerat. Aegre enim ferebat Mahometes, Rhodum urbem, & Equitum Hierosolymitanorum ditionem finitimam non solum liberam à suo iugo esse, nec vnquam induci potuisse ad soluendum ei tributum, verum etiam continuis maritimis excursionibus mare infestissimè Turcis reddere. Praeter classis Turcicae Melites, siue Misacus Vezires Bassa Graecus generis Palaologae, qui decimo Kalendas Iunij anni 1480. excursionem in Insulam fecit. Petro affuit opportunè frater ipsius Antonius d'Aubusson Vicecomes de Montelis, qui magna apud milites auctoritatis, & nominis, oblesorum Dux effectus est. Quadraginta Turcarum millia simul impetum fecere, verum egregie Petrus obtinuit vna cum suis accepto quintuplici vulnere, quorum vnum letiferum credebat. Obsidione in tres menses protracta, nouem millibus è suis fortissimis amissis, & quindecim millibus faucijs abductis, abiere Barbari Byzantiu soluta Rhodo. Ferunt Turcas maxime terrosos fuisse prodigijs diuinis, quibus Vrbs defensa ab eorum impetu est. Aiunt enim cum in vltima vniuersarum copiarum impressione Magister d'Aubusson vulneribus quinque in corpore susceptis, scalas conscendens, vexillum Imaginis Domini Nostri Iesu Christi, & Religionis cum Imaginibus Beatissimae Virginis, & S. Ioannis Baptistae expandi, & ad deiectionem erigi iussisset, Crucem auream in aere splendidissimam Turcis apparuisse, & insuper candidissimam Virgineum clipeum, & hastam gestantem, atque hominem vili veste oblitum, splendidissimo comitatu ad Vrbs defensionem accurrere, hisque visionibus percussis Turcae pedem illico retulerunt. Scribunt Sabellicus, & Iustinianus, duos viros, quos Apostolorum Principes Petrum, & Paulum fuisse vulgo creditum est, ut potè forma aliquanto humana augustiore, quamdiu tenuit obsidio, noctu incensis facibus circa muros excubare solitos; ac vbi iam propè capta esset Ciuitas, minaci occurfu visos Barbaris ferrum identidè intentare, additque Krantzius celsitus immisissos milites Turcis terrore, Christianis vero stupori, & consolationi fuisse. Non praetermisit magnus Magister Petrus, Regibus, ac Principibus Christianis, imò, & Sixto Pontifici huius pugnae, ac victoriae euentum significare, datis ad eos respectiue litteris, huius tenoris.

INVICTISSIME AC SERENISSIME PRINCEPS.

Quae in obsidione Rhodiae vrbs à Turcis expugnando, & à nobis tutando gesta sunt, non incongruum videtur vestrae Maiestati significare, cum ad hanc diem pugna ad honorem Christiani nominis felicem exitum adeptae sunt, & non ambigimus vestram Maiestatem ex victoris non paruum letissimum excepturam. Turcis, vbi circa urbem castra metati sunt, oppugnationis loca diligentius explorant, ciuitatem quoque omni ex parte bombardis quatere, & eruere proponunt, & quod mente concipiunt, opere demonstrant. Ad id quoque exequendum bombardis, & mortarijs urbem circumdant, verberant, diruunt turres nouem, & baluardum, magistratusque palatii concutiunt, & prosternunt. Tribus tamen ex partibus commodissimum sibi esse videtur, ciuitatem oppugnare, & aggredi; potissime ad rem conficiendam pertinere videtur, turris molis S. Nicolai expugnatio, ex qua urbem in suam potesta-

A rem facile transituram arbitrantur. Est enim arx in vertice molis sita, quae versus Septentrionem in mari prominet, usque ad portum conspicit, & aditum nauis antiquibus qui eam tenet, si libet, facile prohibet. Ad Occidentem oratorium S. Antonij situm est, fere ducentis passibus à turri distans, mari interiecto. Conspicua igitur loci opportunitate, hostis turris potius auidus omni conatu incumbit, ut eam in suam redigat potestatem. Ad turrim itaque diruendam, tres ingentes bombardas aeneas deuehunt, quarum magnitudo, & vehementia incredibilis erat. Saxa quoque sphaerica nouem palmarum torquebant, easque apud sacellum S. Antonij collocant.

Mirabile dictu, calamitosum visu, opus quidem percelebre, & quod stabilissimum videbatur, sex diebus assiduis trecentorum lapidum ictibus turris pro potiori parte diruitur, prosternitur, hostis quidem ruinam conspiciens exultat, plausibus quoque aera complot, quae vana gaudia in luctum suum conuersa sunt. Nos vero de iustione turris solliciti, grandem, horrendamque ruinam concipientes, quod supererat, munitione opplere iussimus, & quod id quoque parum visum est, propter ipsius magnam lapsum, constitimus ne dum arcem turris, sed molem ipsam sancti Nicolai defendere. Omnis igitur vigilantia, cura, ingenio, operarijs fere mille die noctuque adhibitis, totis diebus fossa non incassum excisa, propugnaculis quoque ex lignis edificatis in vertice ipsius molis circa turrim, & in medio eius, ac in radice, turrim, & molem inexpugnabilem non sine paruo sumptu reclusimus: tum praesidium quoque fortissimorum commilitonum in ruina molis, & munitionibus, & propugnaculis circa eam confectis collocamus. In radice quoque, ac pede eius altera praesidia ad Orientem, & Occidentem collocamus. Nam illic radix muro clauditur, & mare vadisum est, quare obseratur, defenditurque, ne Turci illuc transeant, & nostros à tergo adoriantur. In manibus vrbs bombardas disponi iubemus, quae ad tempus pugnae officio fungantur. Iones quoque cum scaphis parantur, quae in classem mittantur. Turci edificij ruina allecti, vno, & demum altero prelio turrim inuadunt, primum cum ipsam facile expugnare putarent, mediocribus viribus aggrediuntur, ante auroram luce adhuc dubia, triribus ad hoc paratis arcem oppugnant, prelianturque. Nostri quidem iustioni intenti locum constanter intantur. Sic hostis victus discedit. Ea in pugna fere septingenti Turci (prout profugus significauerit) cecidere. Interiectis autem diebus accensi priori repulsa, turrim maris potentia, arte, & ingenio oppugnant, & reparamenta, ac propugnacula sacru bombardarum quatunt, nonnullaque conterunt. Nos quoque reficimus summa celeritate quod obierat.

Parant ad haec conficienda trireres bene munitas, & ingeniose ad praesidium ornatas: adiungunt, & nauigia quaedam oneraria (parentarias vulgo dictas) quarum quaedam onusta bombardis, & saxis erant, ut locum turris, & molis, quae se posituros credebant, munirent, & ex his urbem lacerarent, diruerent, expugnarentque. Cymbas praeterea quasdam disponunt, ex quibus quoque Turcorum strenuissimè facile in molem descendant, & pontem miro artificio edificant, qui ex Ecclesiæ sancti Antonij turris in molem transstrum prebeat. Nos enim suspicati quod euenit, post primam pugnam, abundantius dies, noctesque circa turris, & molis tutamenta, vires, & ingenium adhibemus, munimenta ampliamus, praesidia augemus, grauissimis impensis non parcimus. Nam & in ea salutem vrbs constitutam conycebamus. Media igitur nocte, grandiori accensi ardore Turci, 13. Kalend. Iulij arcem summo silentio aggrediuntur, omnique parte magno impetu inuadunt: erecti enim erant nostrorum aures, nec dormitabant. Vbi autem adesse inimicos comperitur, machine saxa saciunt, milites gladio stringuntur, balistis, fundis, & saxorum ictu, ex turri, & mole hostem deturbant, & propellunt. Pugnatum est summa vi à media nocte, usque ad horam decimam. Turci vero complures, qui ex cymbis, & triribus in molem descenderant, trucidantur, pons natans Turcis onustus, machinarum ictu frangitur, qui supererat Turci, merguntur. Quatuor quoque trireres, & ea nauigia quae bombardis, & lapidibus onusta erant, saxorum ictu ex tormentis perfringuntur, & vndis obruuntur. Iones quoque in classem mittuntur, qui eam retrocedere compulsi. Sic discedunt victi Turci.

Insignis quidem haec pugna fuit, morte clarorum virorum, qui Turcis praerant, quorum interitus luctum exercitui praebuit. Profugis quoque post pugnam introducti affirmant, Turcos in hac pugna magnam stragem accepisse; ex eis quoque fere duo millia quingentos cecidisse. Cum autem Turci spem turris expugnandae perdidissent, industriam, ingenium, vires, & omnem conatum ad urbem expugnandam conuertunt: & licet tota ciuitas machinis concuteretur, & laceraretur, ut vix forma prioris vrbs remanserit, tamen potissime murorum partem oppugnare intendunt, qui Iudaorum domos claudunt, Orientemque spectant: eamque etiam partem, quae ad turrim Italiae ducitur. Ad haec igitur moenia diruenda, & dilaceranda, octo ingentes grandissimaeque bombardas comportant, saxa circuis palmarum nouem torquentes, quae assiduo die noctuque muros verberant. Nec cessant bombardae, & mortaria circa ciuitatem locata similes lapides torquere, quini mo ad terrorem, & detrimentum ictus multiplicat. Nos ad iactum

F

morta-

mortuorum utandum, imbecilem etatem, ac mulieros sub fornicibus, & valuis, & plurimis locis pomarij cohabitare statuimus, quo effectum est, ut pauci hoc tormento interirent. Vbi sunt quoque alio tormenti genere, quo igneas pilas proijcebant, ac sagittas ignitas ex balis, & catapultis torquent, quo ignem in adificia iacerent. Nos vero indemnitati urbis consulentes peritos artis delegimus, qui post casum pilarum magna solertia ignem extinguerent. His remedijs Rhodij à magnis incommodis seruati sunt.

Excogitant insuper impij urbem ingenio occulto propinquare: fossas itaque tortuosas effodiunt, quas partim lignis, partim terra operiunt, ut later ad fossas urbis accedant. Propugnacula quoque multis in locis adificiant, ex quibus assiduo sagittant: colubrinis, ac serpentinis bombardis nostros deturbant, fatigantque: pensitant quoque eis esse comodum aliquam partem ciuitatis, que muro speronis adiacet, completere. Opera igitur ab hoste adhibita, lapides congerere non cessant, & occulto in fossas iaciunt, assiduitate pars fosse oppletur, antennali quoque aequatur: ex quo, & ruina in formam dorsii redacta facillimus consensus in moenia efficitur. Nos autem inimici conatum conspicientes, tuitioni urbis inuisilamus, totaque urbe, & castello reparatis, & munitionibus, fossis quoque quam diligenter intendimus: quod Turci coniectantes, desperati, ad muros Iudaorum, & alio se conuertunt, & nos munimentis, ac reparis valdissimis ruinam Turcorum firmamus, palis lignorum viuacissimorum infixis, ac terra fascibus arborum, & ramorum interiectis, que iniuicem subtilissimè, firmissimeque coherentes, vim machinarum sustinebant, & ruinam protegebant, ne muri collapsi intra urbem facilis descensum preberent. Etiam loco propugnaculorum, palos, & vegetes terra oppletas statuimus, que nostros iutauerunt, & consendentibus Turcis impedimento essent. Ignes quoque artificiosos, & alia ingenia parauimus, que ad propulsandam Turcorum vim conducere videbantur. Excogitatum quoque est, eam partem fosse, que lapidibus à Turcis oppleta erat, euacuare. Sed cum id palam effici non posset, cuculo, laterisque fossa in pomario edificata, exitum sub lapidibus nostri habent, & occulto lapides in urbem comportant. Sentiant profecto Turce, qui fossa propinqui erant, lapidum congeriem muni, & ascensus opportunitatem adimi, nisi quantocius quod cupiunt, efficiant.

Itaque in his operibus triginta octo diebus consumptis, quo in tempore trium millium quingentorum, vel circiter ingentium saxorum in media, & in urbem iacta sunt, Turci scilicet occasione inuadenda urbis conspecta, ne ascensus commoditas auferretur, accelerant propositum conficere, prisdique quam bellum iniretur, ac sequens nocte, & diluculo quod mane quo pugnatum est, precesserat, octo bombardis distis muris obiecit, absque intermissione saxa ingentia torquent, quod mane propugnaculorum adhibendum erat, dilacerant, diruunt: vigilas, & custodes, & munim presidia pro parte potiori occidunt, ut quisque vix muris superstare posset, nisi summo astu occultaretur, & scala ad signum campana paululum descenderent, & demum conscenderent. Nec tempus datum est propugnacula denuo instaurandi, cum semper illis bombardarum auerentur, ut eo paucio tempore recerent, vel circiter saxa iacta sint. Turci vero iactu bombardarum finito ad signum iactus mortarij, quod pridem in eo loco constituerant, confertissimi, magno impetu, quam celerrimè septimo Kalendarum Augusti conscendunt. Erat namque facilis, ut diximus, eius consensus, facilius quam nostris per scalas. Superiora quoque murorum loca, eradicato nostro, quod illic erat presidio (quod primum tanto impetu resistere nequirit) antequam subsidia nostra scalas conscenderent occupant, & illic vexilla sua statuunt. Idem quoque faciunt ad turrim Italiae, cuius verticem oppugnant. Clamor undique oritur, manus quoque viriliter conferunt, magna quoque vi pugnant. Repente nostris hosti se obicientibus, dextra leuante murorum superioribus locis nostri hostem oppugnant, & valde deturbant, ne per mania discerent. Scalas quoque, que quatuor erant, quibus in vicum Iudaorum descendebar, una iussu nostro perfracta, consensus, hosti nos opponimus, tuamur, descendimus.

Turci vero per pulcre armati duo millia supra muros erant, confertissimi de nostris secum manus conferentes, qui armorum vim propellere, & loco expellere nitebantur: sed nostrorum virtus firma persistens nequaquam loco cessit. Sequebatur vero Turcos, qui muris potiti erant, ingens multitudo Turcorum, que totum campum adiacentem, ruinam, vallum, & fossam oppleuerat, ut terra vix conspici posset. Affirmarunt profuge quatuor millia Turcorum inuasioni adesse. Nostri ex Turcis qui super muro erant, trecenti, vel circiter in vicum Iudaorum propellunt, qui ad unum occisi sunt. Eo in conspectu vexillum Imaginis sacratissimi Domini Nostri Iesu Christi, & Religionis nostrae ante hostis conspectum erexitimus. Summa itaque vi horis duabus pugnatum est. Tandem Turci pressi, fatigati, perterriti, vulneribus quoque se suis terga vertunt, & fugam tanto impetu arripiunt, ut sibi ipsi impedimento essent, & perniciem afferrent. Cecidere ea in pugna Turci tria millia, quingenti, vel circiter, quorum cadauera intra urbem, & supra mania, & in fossa, ac munitionibus ho-

stium, & mari reperta sunt, & postmodum ad luem vitandam combusta, quarum spolijs nostri potiti fuere, qui fugientes Turcos usque ad campi planitiem, magno animo secuti eos trucidantes, tandem incolumes regressi sunt. In prelio quidem ex nostris militibus, & baluis inter confertissimos hostes pugnantes, non pauci occubere. Nos nostrique commilitones pluribus vulneribus acceptis, Deo gratias acturi, presidio valido muris imposito domum reuertimur.

Nec id profecto sine diuina Maiestatis auxilio contigit, que tantam cladem à nostris auertit. Misit enim Deus (non ambigimus) de caelo auxilium, ne plebecula Christum colens, Mahometis spurcitijs inficeretur. Parabant Turca spe potiunda urbis, sibi fures ad captiuos alligandos, & palorum ingentem multitudinem, ad viuos cruciandos. Deceuerant enim omnes mortales mares, & feminas, supra decem annorum etatem, trucidare, & palis suffigere: tenerioris autem etatis mortales in captiuitatem ducere, & ad fidem abnegandam compellere, & omnem suppellectilem in predam conuerti, urbis ditione Turco reseruata. Sed frustra suo nefando optatu, tanquam pecudes caduntur. His in pugnis, & eruptionibus, diuersis diebus factis, ut appropinquationem prohiberemus, & fossam euacuauerimus, & ageremus quod ciuitati commodissimum esset, machinarum etiam iactu in exercituum, ac viridaria, que incolabant (ut perfuga diuulgauerunt Turci) nouem millia occisi sunt. Ingens quidem multitudo vulnerata, inter quos quidam Capitaneus, ac germanus Bassa, & quidam Turci gener occubere. Pugna commissa, munimentis prius exstructis, ad primum lapidem castra Turci locarunt: ubi suppellectilem, impedimentis, & machinis onerandis, ac Turcis in Lyciam reuehendis, nonnullis diebus consumptis, Rhodiorum litore soluentes, Euxinum continentem urbem antiquam nauigant. Sic quoque victi cum ignominia recedunt. Omnipotens Deus vestram Maiestatem feliciter conseruet ad vota. Datum Rhodi die 13. Septembris anno Redemptoris nostri Incarnationis 1480. Vestre Maiestatis humiles seruitores PETRVS D'AVBVSSON Magister Hospitales Hierosolymitani, & Consules.

Anno vero 1481. ipsemet Mahometis Rhodum cogitabat agredi, sed hominem mors praenitit, filijs Baiazeth, & Zizimo inter se digladiantibus post obitum parentis, que fuit ania pacis danda ipsi Rhodiensibus, ad quos se recipit Zizimus apud Prussiam Bithynia à fratre in prelio victus, qui fuit à Petro benè exceptus; hinc Gallias adiit: pacem tandem Baiazethes quaeruit, concessa Rhodijs à summo Pontifice Sixto facultate pacis transigendae. Petrus Rhodiensis Statuta in optimam redegit formam vno volumine comprehensa; inter alia statuit, ut Fratres, qui nuncupantur Seruientes, in posterum Commendas haberent à Nobilibus distinctas.

Innocentius VIII. Romanus Pontifex Petrum renunciauit Diaconum Cardinalem S. Hadriani, Ludouici XI. Francorum Regis precibus, qui missum ad se Giemem, seu Zizimum Romam transimisit ad ipsum Innocentium requirentem. Ad Petrum Pontifex galerum rubeum misit in Rhodi Insulam, quem ille insigni caeremonia die SS. Apostolorum Petri, & Pauli ibidem in D. Ioannis Baptistae Templo, postquam se ex more iure iurando obstrinxisset, suscepit, ac totius Asiae Legationem de Lateri, peculiari Diplomate ab eodem Pontifice traditam admisit, & magni Magistri titulo ab eodem Innocentio est appellatus. Sacra ornatus toga, militaris sagi munus, non deserens Vaticano Senatore, & bellico Imperatore digna facinora confecit: magnus sanè vir pietate, benignitate, clementia, iudicij acrimonia, prudentia iustitia, fortitudine, bellico robore, ac victorijs illustis. Alexandrum Pontificem in Consistorio laudatorem aliquando habuit, pronunciantem, illius, militumque Hierosolymitanorum studio, & virtute Christianorum nomen in Orientis regionibus conseruatum in praetorium tumultibus. Historiarum studiosum semper se praebuit, quibus toto suae vitae tempore ad virtutem se excitauit. Hic inter alia, que exhibuit Mariae Virginis obseruantiae, ac religionis signa, nobile facellum erexit sub titulo S. Mariae de Victoria, ob victoriam de Turcis eiusdem Deiparae Virginis ope reportatam, sui erga tantam Matrem propensissimi affectus, & debitae gratitudinis posterorum memoriae monumentum.

Amorem suum Innocentius in magnum Magistrum Cardinalem priuilegio singulari, quo illius Ordinem prolecutus est, patefecit; Alexander vero VI. eidem Cardinali indulgit, ut Rhodi, & in alijs eius Religionis Insulis Iubilaei Romani celebritatem publicaret, & sex mensium spatium sacris diuinitjs comparandis statueret. Imò foedere cum Regibus Galliae, Hispaniae, Lusitaniae, ac Venetis inito, classis contra Turcarum vires parandae Petrum Cardinalem Imperatorem instituit. Amore autem Petrus, & benignitate viros sibi subiectos regebat, egentes subleuabat; Ordinis, & Christianae Reipublicae bonum, & decus, ac Dei praecipue gloriam, semper cordi habuit. Antonio Grimano Venetorum classis duci contra Turcas dimicanti prudentia, & fortitudine claro opem tulit.

Ereptus è viuis Rhodi non die 3. Iulij anni 1502. vscripsit Ciaconius, sed ex monumentis Vaticanis, ac ferè omnibus Scriptorijs, die Lunae, Iulij 30. anno nostrae salutis 1503. octogenatio

maior, cum Rhodiorum Religioni præfuit viginti septem annos. Spolia ditissima suo Ordini reliquit. Funus miro, ac singulari apparatu curatum est; corpus namque vnguentis, & balsamo delibutum, cappa violacei coloris indurum in lecto sublimi, & aureo stragulo cooperto collocatum est, ac omnibus expositum in aula publica Comitiorum; ad cuius caput stabant Equites duo pulchra veste amicti, quorum alter galerum Cardinalitium, alter vexillum Imperatoris, seu Ducis exercitus Christiani contra Turcas ostentabat. Ad quatuor autem ipsius lecti angulos, quatuor alij Equites, similiter pullati, stemmata Ordinis, ac ipsius Cardinalis, & magni Magistri simul iuncta præferebant. Ad latera mensæ item duæ conspiciebantur, & vnaqueque serico apice, seu umbraculo auro intertexto tegebatur, quibus superposita nitabant, hinc Diaconi Cardinalis insignia, videlicet dalmatica, & mitra, inde thorax, hasta, & ensis, quibus vsus fuerat eo die quo Turcæ ab inuasione Rhodiana eius virtute repulsi fuere, vna cum clamys alba cruce distincta, quam in ipso etiam conflictu, atque certaminis die gestauerat, adhuc suo, & hostium sanguine rubenti. Ipse vero Cardinalis crucem auream, atque ex ea Christi pendentis imaginem ad pectus habebat; digiti gemmis radiabant. Cumque per vnum, aut alterum diem ita iacisset, funebri pompa longo ordine ducta est, feretrum deportantibus ipsius Ordinis primoribus, præcedente Regulari Clero, & Canonicorum, ac Presbyterorum Collegio, simul cum Archiepiscopo ipso, ducentisque ciuibus primarijs, nigra veste conspicuis, tædas ardentes manu tenentibus, Equitibus signa militaria deferentibus. A tergo vero feretri, ducenti, & quinquaginta Equites atrati incedebant, ijsque permixti Cardinalis ministri, ac familiares. Sicque corpus illius in ædem sacram sancti Ioannis Baptistæ deportatum, in sacello, quod ipse Magister, & Cardinalis viuens extruxit, ac sibi parari fecerat, tumularum fuit, quem eruditus Augustiniani instituti sectator laudatione funebri, ac eleganti cohonestauit. In locum magni Magistri defuncti suffectus Aymericus de Ambres Galliarum Prior abiens, qui in Capitulo generali decreto iussit, vt ob eximia eius in Ordinem Rhodium, imo vniuersam Reipublicam Christianam merita, magnificentissimum eidem mausoleum emarmore sumptu publico erigeretur, ad illius memoriam, ac nominis immortalitatem, cum inscriptione breui præcipuarum rerum ab ipso egregie gestarum. Quod tamen executioni mandatum non est, ob infortunia quæ Insulæ illi euenerunt. Errat autem Ciaconius dum Petro huic successore in Magisterio Ordinis Hierosolymitani Fabritium Carretum facit. Hic enim natione Lygur ad eam dignitatem 14 Decembris anni 1513. tantum peruenit.

Exornatus denique passim reperitur Cardinalis hic, & Magister d'Aubusson multis laudibus, à pluribus viris grauissimis, atque à summis ipsis Pontificibus; inter quos à Sixto IV. & Innocentio VIII. de sancta Romana Sede, & vniuerso orbe Christiano optime meruisse dicitur; nec eius labores, & obsequia videri potuisse vnquam pro dignitate remunerari, cuius curis, & periculis suo tempore quiescere Christiani ab hoste crudelissimo Mahomete. Secundo in ipsorum perniciem coniurato. Ab Alexandro VI. in litteris ad Cardinalem Rheginum, Petrus sancti Hadriani Diaconi Cardinalis, Rhodi Magister, & Apostolica Sedis Legatus, vir fortis, strenuus, singulari prudentia, ac fide præditus, & assiduo in Turcas bello exercitatus, dicitur, qui, & eundem Pontificem habuit aliquando virtutum suarum in publico sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consessu, laudatorem, illustrem, & militum suorum studio, & virtute Christianum nomen in Orientis regionibus conseruatum asserere non dubitauit. A Guillelmo vero Cahorsino Vicecancellario Hierosolymitani Ordinis, qui Rhodi tunc sedem fixerat, eiusdemque ad Innocentium VIII. Romanum Pontificem Oratore in M. S. Tractatu, seu Commentario de obsidione Rhodiana vocatur, Excellentissimus Magister, & Princeps Petrus d'Aubusson, pater patriæ, Rhodiorum inuictus defensor, & tutor, ac restaurator. A Baptista Fulgoso, qui hoc ipso etiam tempore vivebat, confertur Horatio Coclitii, qui solus omnem Hetruscorum impetum sustinuit, dum ipse sublicium pontem à tergo relictum, etiam cum imminente propriæ vitæ periculo à suis interrumpi preciperet. Quin, & affirmat idem Author plus huic Rhodum debere, quam Romanam urbem illi, quod Turcæ gens barbara, & infidelis, quam Cardinalis d'Aubusson domuit, Hetruscis, cum quibus Coclitii res erat, longè ferociores extiterint. Ab Andrea Victorello in additionibus ad Ciaconium dicitur etiam vir magnus pietate, benignitate, clementia, iudicij acumine, prudentia, iustitia, fortitudine, bellico robore, atque victorijs, sacra ornatus togæ militaris lagi, munus non deseruisse, & Vaticano Senatore, magnanimoque belli Duce, ac Imperatore digna confecisse facinora: eundemque dum Turcarum vexaretur armis, piæ cælestis auxilij spe concepta, Dauidem orantem imitatum, magnos, ac efferos hostes ope diuina fusos, superatosque vidisse. Amore, ac benignitate sibi subiectos homines rexille; egentes subleuasse; Ordinis sui decus; Christianæ Reipublicæ bonum; Dei; optimi maximi gloriam corde in primis habuisse. Ab Henrico Spondano in Annalibus; Vir præstantissimus, ac omni laude dignissimus. Et alibi. Pietate, bellicisque facinoribus clarissimus.

Qui diuersa Sacella, & Oratoria extruxit, nec non Sacerdotia fundauit, aliaque egregia præstitit, quæ videre est in Historia sui Ordinis. Et anno quo ipsius obitum consignat, religione, magnitudine animi, fortitudine bellica, prudentia ciuili, alijsque virtutibus heroicis mirabilis.

Scriptis literas plures, quarum aliqua ante Statuta sui Ordinis, quæ ipsemet edidit, inueniuntur. Scripsit etiam eorundem promium. Hoc titulo.

Prohemium in Volumen Stabilimentorum Rhodiorum Militum sacri Ordinis Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani.


Proemio verò hoc initium dedit.

Frater Petrus d'Aubusson miseratione diuina sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Sancti Hadriani Diaconus Cardinalis, ac sacre domus Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani Magister humilis, pauperumque Iesu Christi custos.

Quadrupartitum scutum gessit, in prima, & quarta area coccinea, argentea cruce anchorata, in secunda, & tertia argentea, miniata cruce non anchorata, expressa: aliud illi tribuerant Ciaconius, & Frizonius, scutum scilicet cum crucibus quatuor non anchoratis; nos quæ supra expressimus insignia, ex libro Statutorum Ordinis Rhodiorum decerpimus, quæ ipsemet Petrus summus Magister edidit.

VII.

IOANNES Medices, Laurentij Medices viri in Republica Florentina Principis filius, ex Protonotario Apostolico renunciatus est Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Dominica. Innocentius enim VIII. Ioannem adhuc puerum, & vix annum decimumquartum suæ ætatis agentem, à Ludouico XI. Francorum Rege, opimo Sacerdotio auctum in Senatum legit, cum Ioannis soror Magdalena Francico Pontificis filio in matrimonium data esset. Ea tamen conditione purpura ornatus fuit, vt



per triennium se Cardinalem nominari non posset, nec se pro Cardinali haberi præsumeret; lapsa autem eo tempore, etiam propria auctoritate posset Cardinalatus insignia sumere. Permanit itaque Protonotarius vsque ad diem 9. Martij anni 1482. quo in Monasterio Fesulano Cardinalatus insignia suscepit. De Ioanne hoc renunciatum Cardinali has ad Innocentium Romanum Pontificem, litteras scripsit Angelus Politianus.

Angelus Politianus INNOCENTIO VIII. Pont. Max. S. D. Est me pudor prohibet, hominem tenuis fortune, nulliusque propemodum auctoritatis, litteras dare ad te Des maximi Vicarium, Principemque generis humani: tamen in tanto, vel privato meo, vel publico totius nostræ ciuitatis gaudio, facere non possum, quin reser apud te summe Pontifex Innocenti subitum hoc animi gaudium profitear letitiam, gratias agam priuato quoque nomine sua Sanctitati, quod adolescentem nostrum Ioannem Laurentij filium, Florentinæ Reipub. delicias, tuorum numero fratrum, summique Senatus Collegio adoptaueris: quod ciuitatem florentissimam, familiamque nobilissimam, tam insigni munere, tamque eminenti dignitate cumulaueris. Dum gratulor etiam tibi, quod hac acerrimi iudicij constantissima fide, prope immortalem ceteris tuis egregijs virtutibus gloriam conlaueris. Vt enim Laurentium ipsum taceam, quem tibi in perpetuum sancte Pater, beneficium istotanto deuinxisti, quid ipso tandem Ioanne Cardinali nostro perfectius? Aut quid omnibus numeris absolutius? Non indulgebo amori meo, non tuo iudicio blandiar Pontifex, nota cunctis, & restata loquar. Ita natus & factus, ita alius atque educatus, ita denique eruditus, atque institutus hic est, vt nemini secundus ingenio, nec equalibus industria, nec præceptoribus literatura, neque grauitate senibus concesserit. Natum in eo probitas, & genuina diligentia quoque parentis ita imperse culi a est, vt ex illius ore non modo non verbum dictus factus, sed ne leuis quidem unquam, aut etiam licentius exciderit. Non actio, non gestus, non incessus in illo notatus, non aliud postremo quod in deteriore parte conspiceretur. Sic in viridi ætate cana maturitas, vt qui loquentem senes audiant, proauitatem in eo, nos paternam certe indolem agnoscamus. Cultum pietatis, & religionis penè etiam cum lacte nutricis exsuxit. Etiam tum ab incunabilis sacra meditarus officia, quando nondum editum eum, tamen Ecclesiæ iam genitor prouidentissimus destinauerat. Proctinus autem quam est in lucem susceptus, multis, magnisque præcipuis in hanc erudiri spem cepit. Et quoniam tale de se specimen dabat, ut istius iam tum virtutis faceret fidem, compulsus fama Ludouicus ille Francorum sapientissimus, idemque sanctissimus Rex, ne summi quidem Archiepiscopatus fastigio indignum


hunc

Ciaconius Anr. Sander. in E. log. Card. Anr. Viti. in Addit. ad Ciacon. Aubery in Vita. Hér. Spé. dan. in An. nal. Eccl. Panuinius de Rom. Pontificib. Felix Cætelor.

hunc ipsum planè adhuc puerum, est arbitratus. Illum tu igitur habes Regem, collata istius dignitatis præforem. Talem Rex maximus exhorfus, quam Pontifex maximus pertexeret. Audires utinam voces, fausta tibi nunc, & prospera omninarius Florentini populi. Aspices gestentem ubique, & concursantem in armis nostris, ac letitia sua impotentem civium multitudinem, plebemque ipsam vix gaudium capientem animis. Non senes gravitas, non matronas pudor, non pueros infirmitas ab officio retardat. Confluunt in aedes Medicas sexus, atque omnis, omnis huc ordo (ut ad privatas necessitudines) properant. Pro se quisque primi haurire oculis aspectum noui Cardinalis festinant, exultant, vociferantur, manus ad Cælum tendunt: propinquum tibi Deum, prospera, secundaque. Omnia comprecantur. Pro tua vel salute, vel dignitate vota prorsus ab omnibus suscipiuntur. Nec est quod annos, ac natales Cardinalis nostri numeretis, virtus illi ante diem contigit. Ne dubita Pontifex, implebis utique angustiam purpuram. Non sub galeri pondere anhelabit, non fulgore caligabit nimio, non indecorem cum tanto Senatus, non imparè tantis fastigiis recipies. Iam nunc ampla maiestas, iam solito maior species. Constabit ratio collegis lati suffragij, nec te unquam summe Pontifex iudicij pœnitēbit. Hoc tibi nomine (quod unum valeo) gratulor, agoque gratias. Quos aliquando pedes istos beatissimos præfens osculabar, istædem nunc illis absens lætitia plenus aduoluo. Denique precor, ut te diu tuo perfrui beneficio gaudeamus, ut prospera incapta prosperi consequantur euentus. Quod autem ad me attinet (quando non alia pro animo meo facultas est) dabo operam certe quandiu vires suppetent, ut istiusmodi tua benefacta sancte Pater in omnem posteritatem, sempiterna literarum memoria propagentur.

Nemo ante eum adolecentior ad Vaticanum Cardinem euectus, teste Laurentio patre in celebri, & prudentibus referta motu epistola, qua illum Cardinalem creatum instruxit ex Medicea Familia; nullus ante ipsum tam insigni dignitate decoratus, pietatem puer etiam non oscitanter coluit, parentis exemplo incitatus, cumque per ætatem licuit, frequenti diuinæ Eucharistiæ visu, pœnitentiæ Sacramento expiatus, spiritali suæ salutis confutebat. Liberalium artium studijs egregiam nauauit operam, Musicæ optime calluit, viros doctos dilexit, ac fouit; ijs Musicis, Phonicis, Pictoribus, Statuarijs, gemmarum Sculptoribus, & rerum præscarum peritis liberalis, eruditus ingenij adolescentibus ædes suas patere semper voluit. Marsilius Ficinus magnus suo tempore Philosophus ingenium, & eruditionem nobilissimi Cardinalis magni faciens, Iamblicum ei misit, & Mediceam Familiam merito heroicam nuncupauit. Moribus humanissimis Ioannes mortalium capiebat animos; liberalitatem adeo adamauit, vt non semel ab illa ad lucram cum inopia redigi non recusauerit. Bibliotheca vetustis, & optimis Græcorum, & Latinorum Scriptorum codicibus instructissima à parente doctissimo comparata viros literatos recreabat. Romanam nobilitatem regio planè venandi studio ad se alliciebat; cum deerat pecunia, ita dissimulabat, & contemnebat gestiente lætitia vultu inopiam, vt certos, ac pingues redditus è cælo, vt cum Paulo Iouio loquar, ab illo expectari existimasset. Cardinales, Præfules, Vrbs vniuersa multis virtutibus excultum Cardinalem colebant obnixè. Is aliquot ab eodem Pontifice, & eiusdem Successoribus Alexandro VI. & Iulio II. legationes, vt Patrimonij, Perusinarum, & Bononiensem obtinuit. Patria post patris mortem Gallorum Rege Carolo VIII. Italiam quætiēte, cum fratre natu grandiore Petro armis ciuilibus pulsus, decem, & octo integros annos exulauit. Apostolicæ Sedis legatus interfuit Raennati prælio, & morientes verbis, precibusque mirum in modum iuuat, animalque è corporibus abeuntes Apostolici viri munere præclare fungens Deo commendauit. At in eo prælio captus à Gallis ad Federicum Sanseuerinatem Pseudo Synodi legatum captiuus Bononiam, deinde Mediolanum perductus, Apostolici legati maiestatem non exiit. Fulgebatur diuina prope dixim auctoritatis luce; militæque quam plurimos paulo ante pro Conciliabulo dimicantes, pœnitentiæ ductos in transfugam, Cardinalium iracundia tabelcentium oculis, absolutione donabat. Decenter enim custodiebarur, nec Regis Galli ministri id ægrè ferebant, aut impediēbant. Non vulgaris religio, & in Apostolicam Sedem reuerentia in Gallis milibus, magni extrati veniam, censuræ liberationem, & pro defunctis Ecclesiasticæ sepulturae beneficium à legato potentium concursus conspiciēbatur. At paulo post equo illo ex eorum manibus se proripuit, quo Pontifex anno sequenti ad Lateranum coronatus processit. Ab ijs auffsugiens, reparatis viribus, patriam, qua per arma ciuilia exciderat, recuperauit, & eodem anno in demortui Iulij II. locum Romanus Pontifex renunciat Leonis X. nomine assumpto. De illo hæc Politianus: Ioannes Medicus Cardinalis duodeviginti annos natus erat Legatus Pontificis in Ecclesia Patrimonia, & in Patria sua: is talem tantumque se iam in arduis negotijs gerit, & præstat, ut omnium in se mortalium oculos conuertēris, atque incredibili quadam, cui responsurus planè est, expectationem concitauerit. Hic Angelum Politianum, Demetrium Calchondilam, & Urbanum Bolzanium à prima ætate instituto-

res habuit, ac Pico Mirandulano, Marsilio Ficino, Christophoro Landino, Ioanne Lalcare, & Marullo Tarcantiota familiariter usus est. Vnde tantus ei literaturæ politionis amor, vt meritò à Pocciantio inter Scriptores Florentinos collocatus sit; non solum enim elegantissimas epistolas, quæ ad manus sunt, conscripsit, sed poetica laude clarus habitus est, cum referente P. Iouio verus nullo negotio extempore funderet. Cetera infra, cum de eo Pontifice egero subijciam.



VIII. FEDERICVS Sanseuerinas Mediolanensis, seu ex alijs Neapolitanus, filius Ioanne de Corregio, & Roberti Sæuerinatis, Comitibus Caiazzi, qui tempore belli, quod Innocent. VIII. cū Ferdinando Rege Neapolitano gessit, armis Ecclesiasticis Dux præfuit, ab eodem Pontifice in patris gratiam sacræ purpuræ honore collato in Collegiū Patrum S. Theodori Diaconus ex electo Maleacense afcitus non tamè publicatus. Ceterum cum Afcanius Maria Sfortia Cardinalis Innocentio VIII. vita fun-

Giaconus Io. Chenu de Episc. Galliz. Ferd. Vgh. in Addit. ad Ciac. Carol. Ep. Nouarien. in Nouaria Fræc. Guicciardin. in Historia. Aubery in Vita. Claud. Robert. inas Gall. Christiana. Pasuinius de Rom. Pontificib. Felix Cætelorius in Elencho. Scipio Ammiratus in hist. Florent.

cto nouum Pontificè ex voto creare ambitiosè nimium concupisceret, ita cum Patribus egit, vt Federicus confirmato sibi honore plenam Cardinalatus possessionem obtineret, quo futuri Pontificis Alexandri VI. comitijs interesset. Federicus porò in sinistram Alexandri Pontificis, suspicionem aliquando incidens, cum in aula Palatina cum Afcanio Maria Cardinale ob eandem causas captus, ab ipso Pontifice penè captiuus detentus esset, & eidem Afcanium commendans intrepide diceret, Pontificem meminisse debere, illum fratrem esse Ducis Mediolanensis, proinde rationem illius habendam, Papam serunt illico respondisse, Afcanium non debere esse immemorem, se Alexandrum VI. Pontificem Maximum esse Iesu Christi Dei in terris Vicarium, & in illum, atque in ceteros eius Ordinis summam potestatem habentem. Cumque altera die Sanseuerinati Cardinali data esset abeundi potestas, collegam Afcanium solum dimittere recusauit: huic duo illi tres ministri ex suis aulicis ad curam, & officium concessi, ita vt eis præter libertatem nihil deesset. Mortuo Alexandro VI. Pij III. & Iulij II. comitijs affuit; à Iulio II. cuius asperam, & bellicosam naturam oderat, alienus, utpote delicijs deditus, cum quatuor alijs sui ordinis Patribus, quorum Princeps fuit Bernardinus Carauai Hispanus, in Cæsaris Maximiliani, & Ludouici XII. Francorum Regis, Pontificis hostium gratiam Concilio Pisis contra Pontificem inchoato, & Mediolani, ac Lugduni improspere peracto interfuit, & acerrimum sese Iulio II. hostem præbuit. Legatione postea eiusdem Concilij nomine functus est in eo bello, quo ad Rauennam dimicatum est; & aciem lucidissimis armis contactus contra Iulium Romanum Pontificem duxit, militares partes strenuè adimplens; ad Federicum hunc perductus est Ioannes Medicus Cardinalis Pontificis legatus, à Gallis in pugna captus; vnde Polonius in descriptione pugne Rauennatis cecinit

Hinc stablis rerum per tot discrimina Cardio Fortuneque potius dominitor, Medicusque salutis Italia, Gallis capitur. comitemque serena Fronte SEVERINA S medios suscepit in enses.

Sanseuerinas tamen Conciliabuli Pisani legatus militari laude ab eodem Polonio cumulat

Cardine hic pariter FEDERICVS honore superbus Sed claro Maorte nitens metuendus in hostem Ire cupit. dic Iule vno quis dignior umquam Iure toga? aut bello, aut claris præstantior armis? Nec segnis FEDERICVS equo per tela seuerus Arma simul, pediteque alto clamore ciebat.

Quare à Iulio Romano Pontifice honoribus cunctis exutus, & anathemate notatus, ab eius demum successore Leone X. cuiusmodi palinodiam cum Bernardino Carauai decantasset, absolutus, & ad honores omnes restitutus est.

§. Nos Bernardinus de Carauai, & Federicus de sancto Seuerino, olim nube Schismatis obducti, superna illustrationis lumine, & gratia serenati, compertoque schismatis laqueo, quo tenebamur: diutina nobiscum deliberatione pertractantes, ac renunciantes, ad abundantem cautelam, omnibus, & singulis protestationibus, & secretè, & coram Notario, & testibus per nos hæcenus factis, quorum tenores, & clausulas ad hoc, vt omnino tollantur, hic pro specialiter expressis, & perinde ac si de verbo ad verbum insererentur, pro insertis legitime volumus, prona, & spontanea voluntate, non autem metu, in locotutissimo, ac in libertate plenaria nostra constituti, & sinceris cordibus ad unitatē Sedis Apostolicæ, diuina gratia duce reuerſi su-

nom. Et ne simulate, sed cum pura mente reuersi existimaremur, a Vestra Sanctitate, sacroque Cardinalium Collegio, erratorum nostrorum veniam humiliter postulamus, supplicamusque, ut Sanctissas Vestras pro nobis ad Deam optimum maximum, cuius vices in terris gerit, intercedere dignetur. Spondemus etiam, & voluntarie promittimus sub casu Ordinis, & dignitatis Cardinalatus, si ad eam nos restitui contigerit, & anathematis obligatione tibi Leoni Papa X. vero, & indubitato Christi Vicario, pro te S. Petro Apostolorum Principi, nos nunquam quoruncunque susceptionibus, aut quibuslibet causis, quæsitone colore, aut ingenio ad Schisma, de quo Redemptoris nostri gratia erepti sumus, reuersuros, sed semper in unitate sanctæ Catholice Ecclesie, veraque obedientia Sanctitatis Vestre, per omnia permansuros, & cum Reuerendissimis Cardinalibus, si ex Sanctitatis Vestre, & eorum clementia ad ordines ipsorum restituamur; benigne, pacificeque, ac sine rancore, scandaloque aliquo, ratione præteritorum, seu alia quavis causa, comersaturos. Et iuramus per Deum omnipotentem, & hæc sancta Dei Evangelia, quæ in manibus nostris tenemus, nos in unitate prædicta remansuros, & omnia, & singula prædicta, & infra dicenda obseruaturos, sub poena perjurii, & alijs prædictis, & infra dicendis. Et licet nuperim per schedulam nostris manibus subscriptam, ac in sacro Lateranensi Concilio publicatam, Schisma prædictum abiurauimus, ad veritatem tamen cordium nostrorum sinceritatem ostendendam, specialiter, & expresse Pisanum Conciliabulum, eiusque indictionem, ac singula, & omnia in eo gesta anathematizamus, ac renunciamus: credimus, & simpliciter confitemur irrita, & inania, ac nullius roboris, ac momenti, & à non habentibus auctoritatem, gesta, & facta, quin potius temeraria, & presumptuosa. Consentimus autem sacrosancto Lateranensi Concilio, tanquam unicus, & vero, illudque confitemur, legitime, iuste, & ex rationabilibus causis indictum, omnia, & singula in eo gesta, etiam specialiter, vel generaliter contra nos per bona memoria, Iulium Papam II. prædecessorem Vestrum; & omnia, & singula contra Pisanum Conciliabulum, & gesta, & facta, ritè, & rectè, & iuste facta pronunciamus, credimus, & simpliciter confitemur. Promittimus insuper omnem penitentiam, quam Sanctitas Vestra pro erroribus nostris, nobis duxerit iniungendam, benigne, & humiliter suscepturos, & opere completuros. Volumus etiam obligari, & per presentem promittimus, sub poenis prædictis, contra Schismaticos, à sacris Canonibus indictis, ac ampliori forma Camera, quod omnia, & singula prædicta firma, & illesa per petuo obseruabimus. Rogamus enim te Notarium, ut supra prædictis omnibus, & singulis à schedula huiusmodi, unum, vel plura, & in ampliori forma Camera conficias Instrumentum, & Instrumenta.

✦ Ego B. Caruaial supradict. iuro vt supra ita esse.
✦ Ego F. de S. Seuerino iuro vt supra ita esse.

ABSOLVTIO.

AUCTORITATE omnipotentis Dei, & Beatorum Apostolorum eius Petri, & Pauli, & Nostra, absoluisimus vos ab omni vinculo excommunicationis, omnibusque alijs censuris, & penis, quacunque auctoritate in vos, & vestrum quemlibet ex causa Schismaticis nuper per vos abiurati, seu alias quomodolibet latis, seu comminatis, seu alias quomodolibet per vos incuris; & eadem auctoritate restituimus vos unioni sanctæ Matris Ecclesie, & participationi Sacramentorum in forma consueta. Vos insuper, & vestrum quemlibet ad famam, honores, & dignitates quasunque, & beneficia Ecclesiastica, de quibus huc usque per sedem Apostolicam non est prouisum etiam Cardinalatus, nec non aduersus irregularitates, & inhabilitates, & aduersus sententias etiam priuationis, & condemnationis, seu literas quasunque, quarum tenores perinde, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, pro expressis haberi volumus, occasione in vos etiam per felices recordationis Iulium Papam secundum prædecessorem Nostrum, seu alias quomodolibet, & quavis occasione, vel causa emanatas, seu quomodolibet per vos hæctenus incuris, ac cuncta, & singula, quæ pro presentis actus expeditione necessaria sunt, seu quomodolibet opportuna, sine tamen iuris alieni, etiam ex causa præmissorum, seu alias quomodolibet quæsiti præiudicio, restituimus, & plenarie redintegramus, suppletes omnes, & singulos defectus in presentis actus, quomodolibet interuenientes. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Præfuit Episcopus Federicus Ecclesijs Viennensi, Morinensi in Gallia, Nouariensi in Italia, & Archiepiscopus Rothomagensis; Legationis munere functus est in Prouincia Patrimonij B. Petri in Tuscia. Decessit Romæ Diaconorum Cardinalium primus die Iouis, septima Augusti anno 1516. ex Diarijs; Ciaconius scribit Federicum decessisse anno 1517. Contra illum sunt omnia antiqua monumenta Vaticana, & series Abbatum Morimundensis Cœnobij, in qua anno 1516. legitimus, defuncto Federico Sanseuerino Abbate Cœnobium commendatur Iulio Cardinali Mediceo. Corpus perfolutis exequijs, in Æde Capitolina conditum est sine vlla sepulchrali inscriptione.


Extant huiusce Cardinalis Episcopi Nouariensis itatuta Ripariæ ab eo condita anno nostræ salutis 1507. hoc initio: Federicus S. Theodori Diaconus Cardinalis de sancto Seuerino, Ecclesie Nouariæ Administrator: Dilectis nostris Communitatibus, & hominibus Insula Ripariæ, & Caudiani in Domino salutem. Cum in omnibus rebus per nos gerendis, atque tractandis illud in primis curandum sit, vt nihil à nobis inconsulto, & immaturo factum videatur, tanto magis hæc ad nos cura, & diligentia pertinet, atque ad laudabile regimem eorum, qui ratione Nouariensis Ecclesie, cui presumus nobis pleno iure subsunt, & merito, & mixto imperio subsacent, quoruncunque vite, ac rebus, bonorumque potestas dependet à nobis. Propterea &c. Dum Galli Mediolanensem ditionem tenerent, à Carolo de Amboise Ducatus Mediolanensis Gubernatore, Federicus Cardinalis, & Episcopus Nouariensis decretum obtinuit, vt populi Ecclesie Nouariensis, & sibi, vt Episcopo, subditi immunes à potestate Regionum ministrorum conferrentur. Panuinius ex monumentis Vaticanis in Iulio II. S. Angeli Diaconum Cardinalem Federicum dixit, quem alij Franciscum nominarunt: tempore verò Concilij Lateranensis Ecclesie, seu Diaconie S. Theodori præerat Alphonsus Petrucius; quare dicendum Sanseuerinum ante purpuræ iacturam, Diaconum S. Theodori, restitutum deinde in Concilio Lateranensi sub Leone X. Diaconum Cardinalem S. Angeli vocatum fuisse.

De præfactis octo Cardinalibus meminere Panuinius, ac Ciaconius in vitis Romanorum Pontificum: alij verò Scriptores mentionem fecerunt de sequentibus uti Cardinalibus ab Innocentio renunciatis, qui tamen viuente Innocentio vel non fuerunt publicati, vel habitus non fuerunt vti Cardinales: Hiautem sunt.




IX. **F**REDERICVS Jagellonius, Episcopus Cracouienfis, Casimiri Regis Poloniae filius, ex Archiepiscopo Cracouienfi inter S. R. E. Cardinales cooptatus est, ut scribit Franciscus Maria Vialardus in vita Innocentij VIII. Ab Alexandro VI. Innocentij successore, supplicante Rege Poloniae ipsius fratre germano vel publicatus, vel inter Cardinales adnumeratus est ubi vide.

X. **N** Archiepiscopus Strigoniensis, teste eodem Vialardo ab eodem Innocentio Cardinalis renunciatus: an hic alius sit à Thoma Archiepiscopo Strigoniensi, quem in Cardinalium numerum Alexander VI. retulit profus ignoro.



XI. **P**ANTALEO Cybo, filius Christophori, Innocentij VII. consobrini ab ipso Innocentio S. R. E. Cardinalis creatus, eique datum Diploma, vt videtur afferere laudatus Franciscus M. Vialardus: at quo modo res peracta sit, non explicat.



XII. **N**ICOLAUS Cybo, ex Archiepiscopo Arelatenfi renunciatur, sed non publicatur S. R. E. Cardinalis: post Innocentij obitum magnus Turcarum Tyrannus institit per literas ad Alexandrum VI. successorem, vt illum publicaret, & faceret, vt ipse loquitur, perfectum Cardinalem; si tamen veræ sunt literæ Turcarum Imperatoris ad Alexandrum VI. quas Brucardus magister Ceremoniarum in Diatio rescriptis.

Nomencl. Cardia. Ioannes Trithem. Felix Conteronius in Blescho. Andr. Vi. florell. in Addit. ad Ciaconis. Pierius Veletian.



XIII. HERMOLAVS Barbarus Venetus, & Venetę Republicę apud Innocętięm Orator ab ipso Innocętio S. R. E. Cardinalis, & Patriarcha Aquileiensis anno 1491. contra patrias leges, quę vetant Legatis, ne à Principibus, ad quos missi sunt, dignitates vllas, aut munera accipiant, renūciatur; quare Cardinalis insignia nunquam gessit. De illo hæc Andreas Vi. florellus in suis additionibus. *Hermolaus Barbarus Venetę Republicę apud Innocętięm Orator erat, cum, post mortem*

Marci Barbi, Cardinalis S. Marci, Aquileiensis Patriarchę infulas ab ipso Innocętio traditas accepit; florenti atate, marore animi confectus, exul excessit; violauerat enim eam sapientissimi Senatus legem, à Pio IV. aliquando non improbatam; qua cautum est, ne quis eius Orator, dum publico nomine legatione perfungitur, munera, aut beneficia à Principe accipiant. Hic adhuc iuuenis Aristotelem interpretatus est: apud Politianum extat præfatio, quam Aristotelis libros explicaturus habuit. Singulati amicitia iunctus est cum viris doctis, scilicet cum Pico, Ficino, & Politiano, apud quem extant Epistolę ab eo iam Patriarcha Romę scriptę Antonio Caluo de eius laudibus pauca Ioannes Mirandulanus in epistola ad ipsum data.

- Scriptis de Cœlibatu libros duos.
- Castigationes Plinianas ad Alexandrum VI.
- Contra Barbaros Philosophos.
- Dere Vxoriam metricę.
- Conuenientiam Astronomię, & Medicinę.
- Præcepta Historię conscribendę ad Sabellicum.
- Compendium Philosophię.
- Compendium Galeni.
- Epistolę ad diuerfos.
- Orationes plures.
- Carminum plusquam duodecim millia.
- In Aristotelis Rhetoricam, & Dialecticam.
- In Dioscoridem.

E vita migravit Romę die 21. Maij, anno nostrę salutis 1494. ætatis 39. seu 41. & iacet in Æde S. Marię de Populo.

Ex plebeio inorbo, Romę extinctum, scripsit Bembus; quo teste, florebat optimarum artium præstantia, eiusque nomen magnum apud exteras nationes, maximum apud suos: *nam singulari doctrinę opinions perpetuam innocętięm adiuuauerat.* Iustinianus, eum 18. annum agentem egregia monumenta è Græco in Latinum sermonem conuertit, & immortalitate dignum, ob ingenij præstantiam, extitisse: Bembus omnium è sua ciuitate, qui ante illum nati essent, Latinorum, & Gręcorum litteris doctissimum, testati sunt. Ad Fridericum Imperatorem, & ad Maximilianum Romanorum Regem Reipub. Venetę Legatus orationem pulcherrimam non semel editam olim habuerat, Equetrisque dignitate fuerat donatus: post mortem hoc sepulchrali Elogio in Romana luce dignus est habitus.

Barbariem HERMOLEOS, Latio qui depulsi omnem. BARBARVS hic situs est. vtraque lingua gemit. Vrbis Venetum vitam, mortem deest incluta Roma, Non potuit nasci, nobilissus mori.

Anno Mccccxciv. Maij xxi. Ætat. xli.

Hermolao sepulchralem hanc inscriptionem scripsit Franciscus Suuertius.

HERMOLEOS iacet hic, non re, sed nomine tantum BARBARVS, Aony spēs; deusq; chori.

A Virum hunc doctissimum Marfilium Ficinus, Angelus Politianus, & vniuersa virorum doctrina excellentium eo tempore classis magni fecerunt; nonnulli, inter eos Trithemius, & Pierius Valerianus, Cardinalem existimarunt; Cardinalium Nomenclator inter Cardinales Innocętij VIII. tempore claros, recenset: ego verò id affirmare, non audeo: in Epistola, qua Alexandro VI. castigationes Plinianas dicat, se Cardinalem, si ab Innocętio VIII. eam dignitatem accepisset, cur non appellasset? dignissimum purpura eum iudicabis. Dices, fuit designatus, non declaratus: id fieri potuit; nam Pontifices Cardinales, quos referunt in pectore, alio tempore declarandos. Aliquando creant; id factum à Paulo III. & ab Urbano VIII. scimus.

EPISCOPI CARDINALES
Ab Innocętio VIII. ex Ciaconio renunciati.

- Ioannes Michaëlius, ex Presbytero Cardinali S. Marcelli, Episcopus Cardinalis Prænestinus.
- Georgius Costa, ex Presbytero Cardinali, tituli S. S. Petri, & Marcellini, Episcopus Cardinalis Albanus.
- Paulus verò Fregosius, ex Presbytero S. Anastasiz, Presbyter Cardinalis S. Sixti, seu potius ex Presbytero S. Sixti, Presbyter S. Anastasiz.

VICE CANCELLARIVS S. R. E.
Sub eodem Pontifice.

Rodericus Borgia, Episcopus Cardinalis Portuenfis, & S. Rufinę S. R. E. Vicecancellarius ab initio, vsque ad finem Põsificatus.

CARDINALES MORTVI
Sub eodem Pontifice.

Philibertus, seu Philippus Vgonetus, Gallus, Presbyter Cardinalis S. Lucię in Silice, deinde SS. Ioannis, & Pauli, tituli Pam-machij, obiit die 11. Septembris, seu ex alijs die 14. Decembris anno 1484.

Stephanus Nardinus, Foroiulienfis, Presbyter Cardinalis S. Hadriani, postea S. Marię Transtiberim, ex Ciaconio die 21. Septembris, seu ex monumentis Vaticanis die 12. Octobris anno eodem 1484.

Ioannes Moles à Margaritis, Hispanus, Præsbyter Cardinalis S. Balbinę, tum S. Vitalis die 21. Nouembris anno pariter eodem 1484.

Petrus Folcarus, Venetus, Presbyter Cardinalis S. Nicolai inter Imagines, deinde S. Sixti, ex Ciaconio mense Iulij, seu potius die 15. Augusti anno 1485.

Ioannes Arragonius, Neapolitanus, Diaconus Cardinalis S. Hadriani, tum S. Sabinę, tum S. Laurentij in Lucina, die 17. Octobris anno eodem 1485.

Thomas Bourcherius, Anglus, Episcopus Cantuariensis, Presbyter Cardinalis S. Cyriaci in Thermis, die 20. Martij anno 1486. seu ex alijs anno 1489.


Fr. Gabriel Rangonius, Mutinensis, Ordinis Minorum, Presbyter Cardinalis SS. Sergij, & Bacchi, die 27. Septembris, seu mense Octobris anno 1486.

Carolus Borbonius, Gallus, Presbyter Cardinalis S. Martini in montibus, die 13. Septembris anno 1488.

Ioannes Arcimbolus, Mediolanensis, Presbyter Cardinalis SS. Nerei, & Achillei, deinde S. Praxedis, & S. Marię nouę, die 2. Nouembris anno 1488. seu anno 1491.


Marcus Barbus, Venetus, Presbyter Cardinalis S. Marci, postea Episcopus Prænestinus, die 11. Martij anno 1490. vel ex Ciaconio anno 1491.

Fr. Petrus de Fuxo iunior, Presbyter Cardinalis S. Sixti, die 10. Augusti anno 1490.



ALEXANDER VI. PONT. CCXVIII.

ANNO DOMINI MCCCCXCII.



IN NOMINE DEI, ET SALVATORIS
Noſtri Ieſu Chriſti benediſſi. Amen.



A NNO Domini 1492. 7. Kalendas Augusti, exequiæ Innocentij VIII. more maiorū celebrari sunt cœptæ.

Eodē anno 8. Idus Augusti, Miſſa Spirituſancti ab Episcopo Portuenſi, & S. Rufinæ cantata, Cardinales vigintiſeptē Conclauē ingreſſi ſunt loco conſueto paratum, qui 3. Idus Augusti, elegerunt in Romanum Pontificem, Rodericum Borgiam.

ALEXAN
dri electio

EIVS-
dem pri-
mordia.

Lenzoliū, Valentiniū, Hiſpanum, Episcopum Cardinalem Portuenſem, & S. Rufinæ, Collegij Decanum, & S. R. E. Vicecancellarium, qui ALEXANDER VI. appellatus eſt. Sedit autem annos vndecim, & dies octo, pater eius fuit Iofredus Lenzolius, eques prædiues, mater Ioanna, Callisti Papæ ſoror, qui quam gente Lenzolia ortus eſt, Borgiæ nomen, quo cum gentilitijs inſignibus ab auunculo donatus fuerat, auito relicto, vſque ad obitum retinuit. Ipſe adhuc adoleſcens ab eodem Pontifice Archiepiſcopus Valentinus primū designatus eſt, deinde 11. Kal. Octobris anno 1456. Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano, & S. R. E. Vicecancellarius creatus; à Sixto verò IV. Episcopus Cardinalis Albanus, & paulò poſt Portuenſis factus, multas, tam ſub eo, quàm ſub alijs Pontificibus, & maximas legationes obiuit, & præcipuè Hiſpanam Sixti IV. Pontificatus initio. Is eò eſt legatus, vt Regem Luſitanæ, & Arragonum pro Regni Caſtellæ poſſeſſione pronos impelleret; qui, rebus parum ex animo conſectis, quum in Italiam cum triremibus Venetorum rediret, valida oborta tempeſtate, omni penè ſupelleſtile amiſſa, parum abſuit, quin in litore Piſano mari obrueretur; altera enim triremis, qua multi ex ſuis vehebantur, integra nocte, & magna parte diei fluctibus agitata, tandem vndis ſubmerſa eſt, in quacentum, & octuaginta homines periire, & in his tres Episcopi, & aliquot Cæſarei, Pontificijque iuris periti. Mortuo Innocentio VIII. in eius locum in Vaticano trium, & viginti Cardinalium ſuffragijs Pontifex maximus conſalutatus.

Hiſpania præbuit Italiz, quem ad ampliſſimum Sacerdotis gradum promoueret, & qui locum Innocentij VIII. recens mortui, conſequeretur; Doctores ei, ac vitæ magiſtros Calliſtus adhibuit, quorum opera, Bononiæ, Ciuili, ac Pontificio iuri operam egregiam nauauit.

Romæ iam ab annis ſeptem, & triginta poſtquam ad Cardinalatus apicem fuerat euectus, cum in maximum, vt videbatur, virum euaiſſet, Innocentio VIII. Pontifici mortuo 3. Idus Augusti ſuffectus eſt, anno 1492. ac tunc magnum deſiderium Sixti, in populo Romano fuit.

Igitur hic Alexander Pontificatum iniens, Legatos Principum, ſalutandi ſui cauſa, Romam miſſos comiter excepit, & inter cæteros, duos præclaros viros Angelum Politianum, qui Senenſium nomine, ad eum orationem habuit, & Iafonem Mainum magnæ exiſtimationis Iuriconſultum; ex cuius verbis diſcimus, in Alexandro fuiſſe formæ elegantiam, quæ virtuti ſuffragium adderet, latam frontem, regium ſupercilium, faciem liberalem, & maiſtatis plenam, ingenium, & heroicum totius corporis decorem. Singulos Reges hortatus eſt, vt pacem colerent domi, de bello autem nullo omnino cogitarent, niſi in ferociſſimam Turcarum gentem Chriſtianis exuuijs ſuperbam.

LEGATI
à Principi-
bus ad Ale-
xandrum
miſſi.

CARDINALES XXVII. VIVENTES
quando Alexander VI. Papa creatus eſt.

EPISCOPI CARDINALES VI.
CALLISTI PAPAE III.

1. Rodericus Borgia, Valentinus, Hiſpanus, Episcopus Cardinalis Portuenſis, & S. Rufinæ, Decanus Collegij Cardinalium, & Vicecancellarius, electus Papa.

PAVLI PAPAE II.

2. Oliuerius Carafa, ciuis, & Archiepiſcopus Neapolitanus, Episcopus Cardinalis Sabinus.

SIXTI PAPAE IV.

3. Baptiſta Zeno, Venetus, Episcopus Cardinalis Tuſculanus.
4. Ioannes Michaëlius, Venetus, Episcopus Veronenſis, Episcopus Cardinalis Præneſtinus.
5. Iulianus de Ruuere, Sauonenſis, Episcopus Cardinalis Oſtienſis, & Veliternus, Maior Pœnitentiarius.
6. Georgius Coſta, Episcopus Cardinalis Albanus.

PRESBYTERI CARDINALES XII.
CALLISTI PAPAE III.

7. * Ludouicus Milanus, Valentinus, Hiſpanus, Presbyter Cardinalis, tituli S. Quattuor Coronatorum, Prior Presbyterorum.

SIXTI PAPAE IV.

8. * Petrus Gundifalvus de Mendoza, Hiſpanus, Archiepiſcopus Toletanus, Presbyter Cardinalis, tituli S. Crucis in Hieruſalem.
9. Hieronymus Baſſus de Ruuere, Sauonenſis, Episcopus Recanatenſis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Chryſogoni, dictus Ilerdenſis.
10. Dominicus de Ruuere, Taurinenſis, Archiepiſcopus Taran-tienſis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Clementis.

11. Pau-

- 11. Paulus Fregosius, cuius, & Archiepiscopus Genuensis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Sixti.
- 12. Ioannes de Comitibus, Domicellus Romanus, Archiepiscopus Conanus, Presb. Card. S. Vitalis, tituli Vestinae.
- 13. Ioannes Iacobus Sclafenarus, Mediolanensis, Episcopus Parmensis Presb. Card. tituli S. Stephani in Caelio monte.

INNOCENTII PP. VIII.

- 14. Laurentius Cybo, Genuensis, Archiepiscopus Beneventanus, Presbyter Cardinalis, tituli S. Caeciliae.
- 15. Ardicinus de la Porta, Nouariensis, Episcopus Albienensis, Presb. Card. S. S. Ioannis, & Pauli, tituli Pammachij.
- 16. Antoniottus Pallaucinus, Genuensis, Episcopus Aurientis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Anastasiae, post S. Praxedis.
- 17. * Andreas Spinay, Presbyter Cardinalis S. Martini in montibus, tituli Equitij.
- 18. Fr. Maphæus Gerardus Patriarcha Venetiarum, Venetus, Presbyter Cardinalis, tituli S. Nerei, & Achillei.

DIACONI CARDINALES IX. PII PAPAE II.

- 19. Franciscus Picolomineus, cuius, & Archiepiscopus Senensis, Diaconus Cardinalis S. Eustachij, Sanctae Romanae Ecclesiae Archidiaconus.

SIXTI PAPAE IV.

- 20. Raphael Riarius, Saouonensis, Diaconus Cardinalis S. Georgij in Velabro, S. R. E. Camerarius.
- 21. Ioannes Baptista Sabellus, Romanus, Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano.
- 22. Ioannes Columna, Domicellus Romanus, Diaconus Cardinalis S. Mariae in Aquiro.
- 23. Ioannes Baptista Ursinus, Romanus, Diaconus Cardinalis Sanctae Mariae Nouae.
- 24. Alcanius Maria Sfortia, Mediolanensis, Diaconus Cardinalis S. Viti, & Modesti in Macello Martyrum.

INNOCENTII PP. VIII.

- 25. Ioannes de Medicis, Florentinus, Diaconus Cardinalis S. Mariae in Dominica.
- 26. * Fr. Petrus d'Aubusson, Gallus, magnus Rhodi Magister, Diaconus Cardinalis S. Hadriani.
- 27. Federicus Sanseuerinas, Diaconus Cardinalis S. Theodori.

Vigintitres Cardinales creationi Pontificis Alexandri VI. fuere praesentes, quatuor, qui asterisco notati sunt, abierunt.

Anno Dominicae Natiuitatis 1492. pridie Idus Septembris.

Alexander Papa VI. suae Coronationis insignia suscepit per manus Francisci Picolominei, Senensis, S. R. E. Archidiaconi, Romae, in gradibus ante fores Basilicae Principis Apostolorum, maiorum more, Cardinalibus, Episcopis, Clero, & Populo Romano, adstantibus.

Eius Pontificatus initio, rebus vrbanis intentus, Carcerum-Visitatores instituit, & quatuor Iudices creauit, qui de quacunque causa capitali cognoscerent, & die Martis omnibus se adire, & alloqui volentibus, seipsum exhibuit; vnde ius in Vrbe seuerissimè dici coepit.

Quo tempore Fridericus III. Imperator Austriacus, qui dum vixit, nuquam vinum bibit, neque vllum iuramentum iurauit, post longissimum tempus Imperij, quo nullus Christianorum Imperatorum potitus vnquam est, post annos 53. mens. 7. dies 19. diem clausit extremum anno 1493. 14. Kal. Septembris: Successit in Imperio, Maximilianus Primus, eius filius, qui Caesar electus fuerat, viuente parente, anno 1493. imperauit annos 25. mens. 4. dies 25.

Paulus Iouius, & Franciscus Guicciardinus anno 1493. Historijs suis initium faciunt.

Eodem anno. Carolus VIII. Francorum Rex bellicae laudis audissimus adolescens, exitabili diffidio, singularique dementia Italicorum Principum, in Italiam euocatus, praeter terribiles copias, inusitato bombardarum apparatu cuncta prosternebat; petebat ipse Neapolitanum Regnum, quod iure haereditario ad se pertinere affirmabat; impellente Insulbrum Duce Ludouico Moro, vt Alphonso Regis audacia magna temper appetentis, tanto immisso hoste, frangeretur, cuius vires veritus Pontifex, qui tunc cum Arragonijs affinitate, foederèque coniunctus erat, ne quid Italiae detrimenti terribilis eius aduentus adferret, multas cohortes conscripsit, quibus Urbem, seque à Gallorum armis tueretur. Cum Arragonio, & Pontifice Florentini foedus percusserunt, quorum viribus diffusus Papa, Venetos etiam, & Regem Hispaniae Ferdinandum, incassum in suam societatem euocarat, qui medijs, & spectatores tanti belli esse maluerunt. Carolus per Insulbras, & Hetruscas, cuncta prosternens, itinere habito, Florentinorum copijs ad Maceram amnem fufis, eos imperata facere coegit: Romam deinde Kal. Ianuarij, initio anni 1494. validissimis cum copijs viginti millium peditum, & quinque millium equitum ingrel-

sus, magnam commeatus copiam, qua exercitus longi itineris incommodis defatigatus subleuaretur, inuenit: edixerat enim, Romanos nihil detrimenti passuros, si facilis ei Romam tendenti pareret aditus, transitusque, & commeatus abundè suppeditaretur; quae si negarentur, se armis omnia paraturum. Romae perhumaniter susceptus, milites à tumultu, & rapina abstinere iussit, his, qui non obtemperauerant, supplicio affectis. Pontifex omni consilio, speque destitutus in Arcem fugit, qui nullo tumultu militari audito, omnia pacata videns, securiorque iam factus, foedus cum Carolo, quanquam inuitus, percussit. Rex ab Vrbe discedens, quum Pontificis fidem suspectam haberet, Caesarem Borgiam, Cardinalem Valentinum, Papae filium, secum obsidem, Legationis specie, & Turcarum Imperatoris fratrem Zizimum eduxit, vt potitus Regno, Zizimi opera contra Turcas vteretur, qui haud longè post Capuae, magna Christianorum iactura, dysenteria decessit. Neapolis Rex Alphonsus desperatis rebus, quum se omnibus inuisum esse, cognosceret, Regno Ferdinando iuniori filio tradito, qui in omnium amore erat, trepidus, in Siciliam cum Regia supellectile, nauigio se recepit; Ferdinandus tanto Francorum apparatu impar continentem relicto, nauibus apud Aenariam paruum insulam salutem tuebatur. Carolus, perpetuo victoriae cursu incredibilique celeritate Regno omni, arcibusque potitus, omnes Europae Principes tanta victoria attonitos, sibi que metuentes, contra se concitauit: Hi fuere Pontifex, Caesar, Rex Hispaniae Catholicus Ferdinandus, Dux Ludouicus Sfortia, & Veneti, qui foedere iuncti, pro Italiae salute, contra Gallos conspirarunt, & quadraginta millium virorum exercitum communibus impensis instruxerunt, vt Regi in Galliam tendenti transitum impedirent: quorum copiae apud Forum nouum iuxta Farum torrentem, non longè à Parma, cum Gallos magnis à Neapoli itineribus, expedito, delectoque exercitu fortes, contententes expectassent, ancipiti victoria, & cruento maxime praelio decertarunt: post pugnam Carolus fortissimo quoque amisso, tandem Astam se recepit: Pugna ad Farum audita, qua vires Gallicae fractae erant. Ferdinandus, quae facillè amiserat, suae sortis felicitate facillimè recepit, & Gallorum praesidia, propinqui sui Ferdinandi Regis Catholici auxilio, sub Duce magno Consaluo, in deditionem accepit, hostili parte omni extra terminos Regni eiecta.

Quo tempore Carolo VIII. Francorum Rege mortuo, Regnum recepit Ludouicus Aurelianensium Dux. Hic, cum Regno Neapolitano, Insulbrum quoque imperium haereditario iure ad se pertinere, contendens (quippè cuius auia Valentina fuerat primi Insulbrum Ducis Ioannis Galeati filia) contra Ludouicum Sfortiam, & Regem Fridericum, cum Pontifice, quem varijs officijs sibi deuinxerat, Florentinis, Venetis, & Ferdinando Hispaniae Rege execrabile, ac Italiae funestum foedus, his conditionibus percussit, vt principatu Mediolanensi acquisito, Cremona Venetis dederetur, & Caesar Borgia Papae filius, qui sacram purpuram, ducta vxore Carolota de Albreto, Regis Nauarrae filia, & Francorum Regis propinqua, deposuerat, lociorum auxilio, Aemiliam, Flaminiam, Picenum, & Umbriam, veteribus Dominis eiectis, obtineret. Reges verò Hispaniae, & Francorum Regnum Neapolitanum sibi diuiderent: ingentibus igitur, & potentissimis copijs comportatis, Morus paruo labore à Ludouico Rege Mediolani imperio exutus, & non multò post cum Alcanio fratre Cardinale captus in carcere Gallico obiit: Cremona Venetis ex foedere cessit: bello deinde in Regnum traducto, Fridericus Rex consternatus, tantis viribus impar, hostis potius manifesti Ludouici XII. quam Regis affinitatis gradu sibi coniuncti Ferdinandi misericordiam experiri voluit, ad quem supplex professus contumeliosus, quam sperabat ab eo tractatus est. In Regni autem diuisione inter Hispanos, Gallosque discordia exorta, Gallis omnibus caesis, Regnum ad solos Hispanos, Duce magno Consaluo, peruenit. Dum hoc in Italia bellum geritur, Caesar Borgia adhuc Cardinalis, quò sibi totius Ecclesiae ditioris imperium compararet, Regulos omnes aggredi coepit.

Alexander ante Pontificatum tres filios, & duas filias habuit, Lucretiam filiam, Alphonso Arragonio, Alphonso Regis filio notho, quo demum interfecto, Alphonso Estensi Ferrariæ Duci, apud quem obiit, locauit; in cuius nuptijs, quum ad virum Ferrariam proficisceretur, eque tres ludos, & venationem in Vaticano dedit. Ex filijs natu minimum Gofredum, Principem Squilatinum fecit; medium, Caesarem Cardinalem creauit; maximum natu, Ducem Gandiae in Hispania fieri, procurauit; cui etiam vxorem dedit filiam notham Regis Alphonso; qui breui tempore, cum nocte quadam vagaretur, trucidatus, & in Tiberim proiectus est. Post fratris igitur caedem Caesar se totum à Senatorum ordine, abiecta Purpura, auertens, ad arma transtulit, acceptoque militari sago, Pontificioque exercitui Praefectus, Gallis coniunctus, cuius Regis propinquam Carolotam de Albreto, vt dictum est, vxorem duxerat, oppidum Valentiam, dotis nomine, accepit, à quo Dux Valentinus dictus est, Ludouici deinde XII. Regis auxilio, perpetuoque foedere, patre adiuuante, maximum sibi in Italia imperium comparauit.

Alphonsus, Regno Ferdinando filio tradito Siciliam se coferret. CAROLUS Neapoli arcibusque potitur. CAROLO mortuo Ludouicus Aurelianensium Dux Regno potitur. ALEXANDER ante eius Pontificatum filios procreauit. PRIMOGENITUS Alexandri filius nocte trucidatur, in Tiberimque proiectus.

CORONATIO Alexandri VI.

VISITATORES Carcerum instituitur.

FRIDERICUS Imperator moritur.

DE TEMPORE, quo Maximilianus imperauit.

CAROLUS Francorum Rex Italiae veniit Neapolim petendo.

CAROLUS Romanus aduenit.

ANNVS MAGNI IVBILEI SEPTIMI.



Anno Domini 1500. Alexander Papa VI. Annum Iubilei magni septimum celebravit, populis ex toto Orbe Romam confluentibus ad Limina Apostolorum, ingensque hominum numerus pietatis causa Romam confluit, & delictorum veniam ijs, qui venire neglexerant, vel minime poterant per diplomata concessit.

Res memorabilis, & toto Orbe inaudita, & insignissima in hoc Pontificatu fuit, detectio, & inuentio nouarum Insularum, & continentis, quam Indiam Occidentalem, & nouum Orbem vocant; lustratore Christophoro Columbo Ligure, anno 1492. Pontificatus Alexandri VI. primo.

Eodem anno, ultima die Martij expulsi fuere Iudaei ex Hispania, poena capitis indicta, & amissione omnium bonorum ei, qui inter quatuor menses ab ea regione non discederet, aut aude- ret iterum eam, quauis occasione, repetere, & ita supra viginti- quatuor mille familiae Iudeorum ab Hispania discessere; quae partim in Lusitaniam, partim in Italiam, Galliam, & Germaniam, & Belgium; partim in Africam, & Imperium Turcarum concessere; anno 1500. Carolus V. gloriosissimae memoriae Imperator, post Carolum Magnum, omnium Imperatorum Germanorum potentissimus Gandavi in Belgio nascitur.

Papa Alexander VI. recepit se Oruietum, inde Perusiam, in Venetos concessurus, Carolum VIII. Francorum Regem fugiens.

Carolus VIII. secundò Urbem ingressus, iussit, occidi omnes Hispanos, qui reperiti in ciuitate potuerunt, & omnia eorum bona, & facultates diripi.

Caesar Borgia interim inuadebat omnes Primores Italiae, ex- poliabat fugientes ob vitae salutem, & sic lanienam, & carnifi- cinam aduersus cunctos exercebat, quousque Vrfini, qui eum- adiuuant in expeditionibus, aduertentes, se praedam Caesari re- linqui, in eum, bono consilio insiluerunt, & caedere cum Vene- tis, & alijs Potentatibus conciliato, aduersus eum arma mouere, & superauere.

Cum autem tantis sumptibus, Caesare magnum alente exerci- tum, Regioque luxu, liberalitate ostentante, Pontificis ararij pecunia minime sufficeret, Alexander VI. aliorum Pontificum ex- emplo, nouum octuaginta Scriptorum Breuium Collegium in- stituit; quorum loca singula 761. aureis venierunt; reliquorum Collegiorum emolumenta, quod omnia venderentur, nihilque pecuniae augetur, ab immo vberima quidem, postea tenuiora, fuere diuisa, cum Cardinale Rothomagenie, Galliae Legato, ma- gnum quoque vectigal, ex his, quos vulgus Marranos vocat, à Rege Catholico ab Hispania pullos, colligebat.

Pontifex autem senio grauis, Romae in Vaticano ad 15. Kalen- das Septembris, anno salutis 1503, hora 18. aetatis suae circiter altero, & septuagesimo, Pontificatus vero 11. die octaua extin- ctus, cuius corpus in sacro Basilicae Vaticanae, lateritio, & vili monumento sepultum est. Vacauit tum sedes supra dies tres, mensē vnum.

In Alexandro VI. vt temporum eius Scriptores tradunt, inerat ingenium, eloquentia verò quaedam naturalis, & ad persuaden- dum apta, vt nemo rem captius proponeret, aut acrius defende- ret, seu, quò desiderabat impelleret; sese vnus omnium animis accommodando, cum iucundis de remissione, cum seueris de dis- ciplina, cum Patribus de Republica loquebatur; aduersarios le- nitate, & patientia deuinciebat; nam ijs, qui de numero Patrū exulabant, quos suspectos non habuerat, nihil de pristina digni- tate detraxit, Gallorum animos contumacissimos ita sedauit, vt amicissimi discederent, in tanta Procerum Romanorum clade, quod sanè incredibile est, nullus in Urbem tumultus, nulla arma audita, omnia ipse obire, parum in rebus arduis cuiquam fidere, idem in otio solutissimus, metu constantissimus, nunquam nego- tia voluntate omisit: Res in multam noctem protrahēbat, bre- uissimi somni vbique artes liberales, si non colebat, admirabatur, & iuris praesertim scientiam: salaria doctoribus, stipendia militi- bus, mercedem operarijs, nunquam est differre, ne dum auferre, visus; cuius rei gratia exercitum, quem magnum, ductore filio, nutrebat, obsequentissimum habuit, breuique tempore, ac par- uo negotio tantum ei imperium comparauit: in annonae difficultate, quae bis contigit, aduecta è Sicilia magna vi frumenti, ita dili- genter Vrbi consuluit, vt plebs nullum, ferè, sentiret incommo- dum; si quando negotijs non premeretur, omni se iucunditatis

ANNVS Iubilei ce- lebratur.

INDIA Occiden- talis inue- nio.

IVDAEI ex Hispania expel- lantur,

CAROLI Quinti Im- perator natiuitas.

ALEXAN- der Perusi- sis petit.

CAROLUS Francorum Res Romam de- nuo veni- ens omnes Hispanos interfici iubet.

CAESARIS Borgiae iniquitas.

ALEXAN- der noui scriptorū breuium collegium instituit.

ALEXAN- dri obitus.

QVAEDAM de Alexan- dro.

generi, sine discrimine dedit; in Hadriani molem, quam propu- gnaculis, muro, fossa, cauique muniuit, multas res peregrinas, quae alibi suppetebant, in delicias populi Romam transtulit, sicut & perdoes, & multa vuarum, & ficuum genera propagauit.

ADDITIO ANDREAE VICTORELLI.

Cardinales 28. Conclauē ingressi.] Panuin. in Chron. & in Elogio; ipse auctor inferius, Rodericum à 22. Cardinalibus in Pontificem electum, narrat. Idem auctor paulò post, Cardi- nalibus 27. qui anno 1492. viuebant, enumerans, quatuor comi- tibus Alexandri non interfuisse, fatetur: cum ergo, Cardinales 28. Conclauē ingressos, Typographi lapsu id scriptum conijcio.

* Loco consueto paratum.] In Vaticano Conclauē paratum, intellige: ex Panuino in Elogio Alexandri VI.

* Hispanam.] De illa legatione Card. Papiensis epist. 534. ex quo ego superius ad Callistum III., & Garimbertus lib. 6. cap. 6.

* Tempestate.] V. Card. Papiensem loc. cit. ex quo superius nonnulla haufimus.

* Centum octuaginta homines.] Card. Papien.

* Legatos Principum.] Horum ego Oratorum Principum, ad Alexandrum VI. orationes cufas vidi, Angeli Politiani, pro Sen- nensium Oratoribus, Antonij Galeacij Bentiuoli, pro Bononien- sibus, Beneuenui de S. Georgio, pro Marchione Montisferrati, Erasmi Vitellij, pro Alexandro Magno Lithuaniae Duce, Gentis- Episcopi Aretini, Florentinorum nomine, Iacobi Spinolae I. C. pro Genuensibus, Iasonis Maini I. C. pro Principe Mediolani, Ioanis Lucidi Catanei, pro Marchione Mantuae, Marci Montani Archiepiscopi Rhodiorum, pro magno Magistro Rhodi, Nicolai Eltenfis Episcopi Adriae, pro Hercule Ferrariae Duce, Nicolai Tigrini I. C. pro Lucensibus, Petri Carae, pro Sabaudiae Duce, Ru- tilij Zenonis Episcopi S. Marci, pro Ferdinando Rege Italo, Seba- stiano Baduarij, pro Repub. Veneta.

* In Alexandro — forma elegantiam.] sapientia singula- ris, — prestans animi magnitudo, qua mortales crederes omnes antecellere, & aetas ipsa pariter auctoritatis retinenda laboribusque ferendis idonea, & vigor iste tuus oculorum, ac vultus, plenaque dignitatis, plena maiestatis facies, ac totius corporis visuda qua- dam vis, & solidum robur; tum istud ipsum Alexandri nomen, omnibus Orientis populis formidabile, quod tibi credo non frustra, sed diuinitus adoptasti, magna quaedam de te nobis rara, ardua, singularia, incredibilia, inaudita pollicentur. dixit Politianus: Nicolaus Tigrinus. Quid iste tuus diuinus, & maiestate plenus aspectus? quid vultus, & facies venerabilis &c. Nicolaus autem Episcopus Adriae Alexandri faciem venerandam, & huma- nam longè augustiorem vocauit.

* Pridie Idus Septemb.] Hac die Innocentij VIII. ann. 1484. at Alex. VI. anno 1492. 7. (si Panuino credas) Kalend. Septemb. Coronatus fuit, Maximiliano Rege Rom. Imperatore designato. Aetate numisma coronationis Alex. VI. vir perhumanus Mar- tuis Milefius Sarazanius, liberali animo mihi Romae exhibuit: al- tera pars Alexandri imaginem nudato capite, his verbis cinctum, refert ALEXANDER VI. PONT. MAX. in altera homo hominè coronans conspicitur; sub basique solij legitur CORONAT.

Petrus Delphinus (lib. 3. Epistoliarum, epistola 38. Bernardino Priori Clauftrali) oculus testis narrat; Alexandrum, ann. 1492. die 26. Augusti, oblato in Vaticana Basilica caelestis Agni sacri- ficio, triplicis coronamenti tiara redimitum ad Lateranum, via pan- nis obiecta, triumphorum imaginibus ornata, parietibusque au- laeis, & tapetibus decoratis, processisse, ad aramque maximam Lateranensem syncope correptum immobilem redditum, aqua conspersum conualuisse.

* Carolus VIII.] Instructissimo exercitu Carolus Neapo- litanum Regnum appetiturus, Romam cum venisset, Alexandri pedibus auratis Crucibus insignitis, in Vaticana etiam Basilica, oscula affixit, alio die in sacro aquam abluendis manibus ministra- uit; alio tempore orantem in horto nactus, ipse, & Proceres, & calumnijs in illum deceptos, putarunt: testis adest grauissimus Aegidius Viterbiensis eruditissimus Leonis X. Cardinalis; cuius verba, malè blaterantium haereticorum ora tudentia, libenti à me animo recensita, à te non legentur inuito. Carolus VIII. com- moto in Alexandrum animo, Urbem ingreditur, cum multa au- disse agi; quae minus Pastoris sancti officio conuenient: ducitur in hortum Rex ad Pontificem; quem cum postis humi genibus orantem inuenisset, ipse, cum Proceribus, quibus stipatus erat, at- toniti facti, quem prius oderant, statim amare, obseruare, & ve- nerari capere, falsis in eum calumnijs se deceptos, rati.

* In Arcem fugit.] Alexander pauens, duobus tantum Cardi- nalibus, Baptista Vrino, & Oliuero Carafa, comitantibus, tunc in Arcem se recepit, cum Carolus, armatus, erecta lancea, porta Flaminia, cum exercitu, ingressus est Urbem: rebus autem cum Rege compositis, in Vaticanum se contulit: Rex deinde publicè in Diuo Petri, ex more, exceptus, pedes eius, vt dixi, deoscula- tus est; alia autem die, eo sacrum peragente, post primum Epi- scopum Cardinalem sedit: Alexander, eodem Rege instante, duos viros Cardinalibus adscripsit: ipse apud D. Marcum hospitium,

habuit,

In cita- tion.

loc. cit.

In Chron. & eio.

Vid. Gué- ciard. l. 5. Hist. Ital.

In Hist. 20. fcc. M.S.

Guicci. l. 6.

Andr. Pol-
nius in
Carmine
de antiq.
Vrbis ad
Leonem
X. l. 2.

Nofus in
hif. Equit.
Hierofol.
T. 1. Bull.

Brucard.
in Diaz.

Idem 13.
Aprilis.

Rom. 3.

Seft. 3. n. 9

Erafmus
Vitellius.

Ioannes
Lucidus
Cataucus.

Oration.
ad ipfum
Alexand.

*Nec vos Pieridum reboantia tella fitebo
Hic ubi Gymnafium media fpectatur in Vrbe,
Mufarum, Phœlique ac Palladis artibus ingens
Eugenij Quarti auspicijs, & munere primum
Fundatum, cui Roma ftripis dedit annua dona
Collecto magnis ex velligalibus auro
Perfoluenda facras illic profertibus artes.
Hec loca Alexander Sextus renouauit, & auxit.
Adiungens ades fpatio maiore propinquas,
Amplaque porticibus designans atria magnis.*

Petrum d'Aubuffon Magnum Rhodi Magiftrum, & Cardi-
nalem, à fe in Confiftorio laudatum, cum Regibus Galliz, Hifpa-
niæ, Lufitaniz, & Rep. Veneta fœdere contra Turcas percuffo,
clafsi parandæ Imperatorem præfecit: Sacrarj Pontificij Præfe-
cturam Eremitani Ordinis D. Auguftini Sectatoribus commiffit.
Conf. *Ad facrum Ordinis* &c. Idibus Octob. 1497. Legem tulit
contra non foluentes cenfus &c. Apoftolicæ Cameræ. Conf.
Cum ex &c. eodem anno, 15. Kal. Ianuarij aliz ab eo ftatutz le-
ges tom. 1. Bull. anno 1500. die Iulij 25. ad D. Mariæ Populi Tem-
plum Deo, cuius beneficio trabe delapfa, & vitæ periculum affe-
renti, lafus non fuerat, gratias acturus, equitauit: campanas in
meridie pulfandas conftituit; vt fideles tonitu earum moniti *Pater
nofter*, & *Ave Maria*, Dei opem contra Turcas flagitantes, re-
citantent: id fub Callifto III. ftatutum; 19. Augufti ex pulfari ce-
ptæ; die omnium Sanctorum, fagro in D. Petri absoluto populo,
qui aderat, benedictionem, & Iubilei beneficium, præter morem,
impertiuit: & antea cum Cardinalibus, & Aulicis, quatuor Ba-
flicas inuiferat. Cafari Duci Valentino, cui Romam adeunti,
die 27. Febr. Pontificis, & Cardinalium familiæ, Principumque
Oratores occurrerant, facram auream Rofam, in Sacello Ponti-
ficio, Dominica quarta Quadragefimæ, publice dedit.

Nonnulli hæretici, tartareo furore acti, in Alexandrum fœuire
vifi, virtutibus prætermiffis, quali mulcæ cadauera quærentes,
humanæ imbecillitatis lapfus, & fortalfè non veros, retulerunt,
amplificauerunt, & quofdam, forfitan, confinxerunt, ipfamque calit
tributam, adamante firmiorem, Romani Pontificis dignitatem, &
auctoritatem conuellere, irrito ftudio, ftultiffime conati funt: im-
becillus Dauid nihil humani à fe alienum putauit, fe in peccatis cõ-
ceptu confellus eft: non tamen nauis animi Regiam illi poteltatem,
& diadema ademerunt; vt nec Petro negatio diuinam primæ Sedis
auctoritatem, nec ludæ Apoftolicam dignitatem, deteftandam, ne-
que fatis inquam odio habenda, & vituperanda prodito abftule-
runt. Diuina eloquentia Hebræis credita eorum incredulitas (ve-
rax Deus, mendax homo) infringere non potuit. *Quid enim aie-
bat D. Paulus fi quidam illorum non crediderunt? nunquid incre-
dulitas illorum fidem Dei euacuabit? aurez ledis leffor petifera
lue contaminatus auri vim, & pretium non extinguit. non defue-
runt, qui dixerint, Alexandrum nouas Infulas Catholicis Regi,
& Regina Ferdinando, & Elifabeth impertire non potuiffet: eor-
um figmentum apud te facile, euanelcet, fi quæ, tota Europa
celebris, Domin. Ord. Theologus Franciscus à Victoria, Rele-
ctione de Indis confcripfit, perlegeris. Fremant hæretici, nos
cum Magni Lithuaniz Ducis, & Marchionis Mantuz Oratori-
bus Alexandrum quali præfentem, vt ipfi præfentem allocuti
funt, alloquemur.*

*Te (Magnus Lithuaniz Dux) Vicarium IESV CHRISTI
Vicarium, Romane Ecclefie, & totius Christiane Religionis Pon-
tificem Maximum recognofcit; cui firmam fidem, & veram obe-
dientiam præftat, ac perpetuo pollicetur.*

*Te (ait Mantuani Marc. Orator) Caleffis Aula Ianitorem, eter-
ne vite Clauigerum, indubitatum Petri fuccefforem, Domini
Noftri IESV CHSISTI Vicarium, Patrem vniuerforum
fidelium, & Ecclefie totius Magiftrum recognofcimus. Tibi
fupremi verum omnium opifcius poteltas in terris conceffa eft, te
fupra mortalem conditionem honoribus meritis profequantur, non
folum Reges & Principes, colla fubmittentes, verum etiam Im-
peratores Augufti.*

Nicolaus Tigrinus, Lucentium ad Alexandrum Orator, à C. Iu-
lio Cafare Hifpaniz Quæftore eidem Alexandro originem fuiffe,
teftatus eft: vnde id haufert diuinare non potui.

* *Sexta creatio* — pridie Idus Septembris.] Brucardus ha-
bet 15. Kalend. Octobris.

* *Oftaua creatio* — 4. Kal. Octobris.] Hanc creationem
propofuiffe Alexandrum VI. in Confiftorio lecreto habito die 18.
Septembris conftat ex Brucard. & inibi fuit conclusum, quod ad
hoc vocaretur Cardinales abfentes, quod factum eft, inquit idem:
iterum feria 6. die 25. eiusdem fuit actum de dicta creatione, &
tunc præfentibus quindecim Cardinalibus fuerunt creati duode-
cim, quos Ciaconius recenfet, licet ordine præpoftero; nam tam
in creatione, quam in confectione Titulorum primus enumeratur
Didacus Hifpalen. fecundus Iacobus Arboren. tertius Thomas
Strigonien. quartus Petrus Rhegin. quintus Francifcus Cufen.
Reliqui bene ab eodem. Die 5. Octobris eidem fuerunt affi-
gnati Tituli; relati à Ciacon. præter Iacobum, & Thomam, quo-
rum primo fancti Vitalis, alteri verò fancti Sylueftri. In eodem.

A Cõfiftorio duo ex iisdem creati funt Legati, Petrus videlicet Rhe-
gin. ad Hungariam, & Ioannem Salernitan. ad Franciam, quo-
rum legationis mentio habetur ab auctore infra inter Cardinales
fub Iulio Secundo defunctos: fi fides Brucardo habenda, in mul-
tis corrigendus Ciaconius.

* *Nona creatio.*] Improprie creationem appellat auctor no-
fter; nam potius publicationem dicendam crederem ex Brucard.
hæc referente. *Feria 3. 28. Iunij* — publicauit (Alex. VI.) *Re-
uerendiffimum D. Ioannem Stephanum Epifcopum Bononien. quem
die 18. menfis Septembris 1500. cum alijs duodecim creauerat
Cardinalem, & dedit ei titulum S. Vitalis, &c.*

NOVA ADDITIO AVGVSTINI OLDIOINI
SOCIETATIS IESV.

B ALEXANDRO VI. nato die prima Ianuarij anni 1431. Pon-
tificatum non obarc prædixerat Cardinalis Papienfis;
afferuabatur olim M. S. eius ad Alexandrum prognofiticum in Bi-
bliotheca Sirleti. Hic, quem quorundam odio, & inuidia, aut (ua
mala forte vulgò peffimè audiffe conftat, renunciatus Romanus
Pontifex pro fymbolo verum hunc Dauidicum fumpfit: *Ad Do-
minum cum tribularer clamauit, & exaudivit me*: tantique trium-
phi per Vrbe ob eius electionem exhibitum fuere, vt nunquam
alijs fimiles. Horum partem Coirus hiftoriaz fuz inferuit, morda-
citer tamen more fuo concludens, ingreffum eum effe in Pontifi-
catum manfuete vt bouem; erat enim bos gentile eius infigne, led
adminiftraffe vt leonem. Sicut, & Guicciardinus toletiam in eo,
& fagacitatem fingularem, confilium excellens, vim ad perfuaden-
dum admirabilem, & ad res graues pertractandas dexteritatem
incredibilem agnofcens: has tamen virtutes lego interuallo à vitijs,
ac moribus, quos longa enumeratione recenlet, fuperatas, fcribit.

C Cui quidem Guicciardino æquè ftulum fuiffe nimum quam libe-
rum, vel etiam iniuriofum ex eius lectione plerique obferuant, ex-
cufantibus tamen plurimis ex conditione hiftoriaz, cuius primam
effe legem Marcus Tullius ait, nequid falſi dicere audeat, deinde
ne quid veri non audeat: fed quis iudicium ferat de falſo, aut ve-
ro? Oportet rerum geftarum apprime ſcientiffimum effe, qui hoc
agat; etiam fi non adeo difficile iudicatu videatur, vtrum fufpicio
gratiz fit in ſcribendo, an verò ſimulatis; quas penitus idem Tul-
lius ab hiftoria eliminandas cenſuit. Alexander die 26. Auguſti
ex M. S. Vaticanæ Bibliothecæ, feu vt alij volunt, die 12. Septem-
bris anni 1492. ad gradus Baſilicæ B. Petri tiam Pontificiam ſu-
ſcepit, cum has antea ad Interamnenſes litteras dediffet.

SALVATOR Noſter, Dominus Noſter IESVS CHRISTVS,
vt ab æterna morte liberaret humanum genus, mortalitatem no-
ſtra carnis aſſumpſit; ſacroſanctamque vniuerſalem Eccleſiam ſua
paſſione fundatam in terris, vſque ad conſummationem ſæculi per-
petuari voluit, & gregis ſuis oues paſcendas per variam ſucceſſi-
onem Paſtorum, qui eas verbo, & opere ad æternam gloriam inui-
tarent, diſpoſuit. Sane cum ſel. record. Innocentius Papa Octauus
Prædeceſſor Noſter 7. Kalend. Auguſti, ſicut Domino placuit, ex
hac mortali vita ad immortalitatem migraffe, poſt funeris ſplendore,
ac ſolemnium exequiarum, vt moris eſt, celebrationem, Venerabiles
fratres Noſtri S. R. E. Cardinales, de quorum numero tunc era-
mus, Rome in Palatio Apoſtolico apud Baſilicam B. Petri Apo-
ſtolorum Principis, in quo idem Prædeceſſor Noſter dum vixeret,
habitabat, & curſum præſentis vite aſſeruit; in Conclauo pro ele-
ctione futuri Pontificis celebranda modo, & tempore congruis in
virtute Altiffimi conuenerunt; vbi varijs conſilijs, & maturis de-
liberationibus præhabitis, facta celebratione Miſſæ in honorem
ſpiritus ſancti, poſt diligentem tractatum, prout tantares, quod
nulla magis in terris agitur, gratias exigebat, tandem prædicti
fratres, eius qui innocatus fuit, gratia cordibus eorum inſuſa, in
alijs maioribus meritis inſignes conuenire potuiſſent; certo tamen
Dei iudicio, cuius conſilia inſcrutabilia ſunt, Nos tunc Epifco-
pum Portuenſem, S. R. E. Vicecancellarium in Sponſum, Paſto-
remque Eccleſie ſue ſanctæ iij. Idus Auguſti vnanimes voluntate,
& concordia elegerunt. Quoniam verò ſicut Domino placuit,
ita factum eſt, quamuis Nos habere humeros imbecilles ad præfe-
rendum tantum onus, quantum eſt vniuerſalis Eccleſie ſarcina
ſentiremus, tamen ne reluctari voluntati diuine videretur, colla
ſubycimus iugo Apoſtolice ſeruitutis ſperantes in eo, qui infirma
elegit Atundi, vt confundat fortia; cum Romanus Pontifex licet
ad miſterium hominum eligatur, ex celeſti tamen inſpiratione
procedit, quod fragilitati noſtræ robur ſue gratiæ inſperabit, &
vires contra hoſtes fidei ſuggeret, vt perſidi Turci non ſolum à
ſuis auſibus retrahantur, ſed ope diuini auxilij, præſidio Noſtro,
ac Catholicorum Regum, & Principum penitus conculcentur.
Hanc autem aſſumptionem Noſtram ob veſtram conſolationem ſi-
gnificandam duximus deuotioni veſtræ, quam pro ſua in eandem
ſanctam Romanam Eccleſiam fide, & obedientia inter peculi-
ares Sedis Apoſtolice filios ſingulari charitate amplectimur, hor-
tantes eandem in Domino primò porrigi faciat preces ſolemnes
ad Dominum Deum noſtrum, vt nobis ſua gratia aſſiſtat, vt no-
ſtra humilitatis gratiam tribuat, vt Eccleſiam ſuam ad gloriam
& honorem eius, & exaltationem fidei, & extirpationem hære-

Alexandri
onus.

Prognof-
ticum ad
Pontifi-
catum.
Symboli.

Coirus, &
Guicciar-
dinus ma-
ledicæ de
Alexandro
ſcribitur.

Felix Co-
telonius
Elencho.
Henr. Jp-
dan in An-
nal. Ecd.

Alexandri
litteræ
in
Interam-
nenſes.

E

F

sum, pacem, & quietem populis Christianis feliciter in Domino gubernare valeamus. Datum Rome apud S. Petrum anno Incarnationis Dominice Millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, vi. Kalend. Septembris Pontificatus Nostri anno primo.

Quatuor, & non quinque, ut dictum est supra, Alexander ante Pontificatum filios ex quadam Vannocia Romana puella, genuerat, Petrum Ludouicum scilicet natu maximum, Cæsarem, Ioannem, Gofredum, filiamque vnam nomine Lucretiam. Petrum Gandiæ Ducem fecit, cui iam defuncto, prætermisso Cæsare, vnde illi itarum causæ, Ioannem in eo Principatu substituit, deditque ei in coniugem Mariam Arragoniam Alphonso II. Neapolitani Regis filiam notham; ex quibus natus est Ioannes pater Francisci Borgiæ, qui abdicato paterno, & auito Principatu, Societatis Iesu Præpositus Generalis extitit, & post obitum miraculis, ac sanctimonia clarus inter Beatos fulget. Cæsar factus Cardinalis, deinde Dux Valentinus, Gofredus natu minimus ab Alpho Rege Neapolitano Squilacij Principatu donatus, Sanctiam aliam Regis filiam notham in uxorem duxit. Lucretia filia, quam ante Pontificatum Hispano cuidam in matrimonium dederat, eidem ablata, Ioanni Sfortiæ Pisauriensi Principi primum, deinde abdicata Aloysio Arragonio Vilello Duci Alphonso Regis filio notho, eoque interfecto, Alphonso Estensi Herculis Ferrariæ Ducis filio maiori locata fuit.

Pontificatus initio, Imperatoris, Regum, ac Principum Oratores, ut dictum est supra, perhumaniter recepit, inter quos Bartholomæum Socinum Senensem Iuriconsultorum facile Principem, Senensis Republicæ Oratorem benignissimè aliquando excepit. Hic licet vir doctus, & eloquentia clarus, Alexandri maiestate, pauca factus, Orationis, quam scripserat, & memoriæ mandarat, ne verbum quidem proferre valuit; sed tacitus ante Pontificis pedes semper afflictus, & prostratus iacuit. Tum Alexander his verbis illum extulit; *Bartholomæe silentio tuo optimè Senensium causam perorasti*; eumque Aduocatum Consistorialem nominando, in sui amorem consolidatum dimisit.

Excepit quoque Iacobum Spinulam Genuensium Oratorem, benèque sic loquentem audiuit.

Cum sapennumero mecum ipse cogitans animo repeto, hinc felicis, & auspicianissimi Pontificatus tui gloriam immensam, & admirabilem; hinc summum, & incredibile gaudium, quod pro tanti numinis tui claritate patria nostra Genuensis vniuersa concepit: non sine dubia protinus, & incerta sententia diu volutans, ac anceps existo, qui coram tot Semideorum Reuerendissimorumque Patrum cætu, de vtroque tibi, Pater Beatissime, ac Sanctissime, sim verba facturus. Nam si supremam tui apicem Pontificatus inuebimur, quo cæteros vniuersi terrarum orbis Principatus exuperas; nedum ipsi Rhetorum principes eloquentiæ lumina, recensendo deficerent, qui superioribus seculis orandi copia, & grauitate floruerunt, sed nec minimam quidem portuinculam attingerent. Si maximam populi Genuensis lætitiā, ingeniesque acclamationes afferri volueris: nullis humani ingenij viribus, nullo laborum motu, nullaque linguarum vi poterit explicari. Sed cum primum officij nostri vinculum, & precipuam Christianorum omnium obligationem intueor, ut, quem sibi Romana Basilica summum Pastorem assumpserit, eum Christi Vicarium salutantes in terris veneremur; idque nedum pietati, & officio congruum, sed etiam iustitiæ, & honestati proximum veteri consuetudine seruetur: statui potius vniuersæ ritum obseruantię, pro ingenioli mei viribus adimplere, quàm aut gloriæ altitudinis tuæ necessaria non impendere, aut omnium primatum, Procerumque nostrorum voris aduersari: qui profectò nõ tam rei magnitudine, ac difficultate contenti, pro qua tuæ clementissimæ Sanctitatis prudentiam, & humanitatem exposcunt, quàm seruate compulsi, tantæ gratulationis habendæ per hos præstantissimos Oratores, meque inter eos minimum, & iuniorum decreuit, te tuum Sanctissimum, ac Beatissimum nomen salutari, supplicari, flexisque ad terram genibus adorari. Cum itaque tam grauiissimi muneris causam numeris meis imparè suscepim; offerturque mihi tam latissimus dicendi campus, ut quocunque diuertam, maiores, & vberiores progrediendi vias reperiam: tanti primo Pontificatus tui laudes, deinde tui ipsius, postremo gaudium nostrum immensum tenui hac oratione complectar, ea tantummodo explicando, quæ vel rerum nouitate attentam, vel breuitate clementem, & beneuolam tuam Sanctitatem reddere possint: proponuntur ergo imprimis hæc laudes referendæ: quæ cum satis abundanter, & copiosè videbuntur adductæ, tamen adhuc, & numero maiores, & exornatiores gloria supererunt. Quare vereor magnopere, ne tam grauem, tam difficilem prouinciam, aggressuro mihi eueniat, quod D. Augustino contigisse traditur: cui opus altissimum Trinitatis præmolienti, puer visus exiguæ foveæ totam maris aquam admouere, facilius sibi hoc opus, quàm Augustino, quod parabat, futurum asserens. Verum si non ita pinguem, copiosam, & elegantem Orationem habuero, ut rei magnitudo, & excellentia postulat: gloriosissima tamen, & clementissima tua maiestas, de qua nuper agendum est, ardentissimæ potius voluntati meæ sibi gratulandi, & inclinatis genibus obsequendi, quàm ætati animosæ forsitan, & Phæthonteo trami-

te procedenti rationem habeat. Si igitur ad tantæ dignitatis magnitudinem primo loco exornandam ipsius vim nominis confidere liceat: Pontifex alio nomine, Papa, nuncupatur, vtriusque vocabuli exitu rei vehementiam, ac potestatem iudicat: tum quod quod Papa interiectionem Papæ admirabilem sonet: tum quod Pontifex, Max. Scauola auctore, à posse, & facere, Isidoro verò in vij. Ethymologiarum, quod ad cælum pontem faciat interpretetur: nec inconueniens, aut absonum putes quandoque ab effectu dignitates aliquas nominari. Imperatores enim ab Imperando, Reges à regendo, Duces quoque à ducendo pariter deueniunt: sicque Clerici à Cleros, quod est fors, cum Matthiæ ab Apostolis ordinando priori contigerit; Episcopi à subditorum cura; Metropolitanæ à mensura ciuitatum vocantur. Si eius originem, & antiquitatem querimus: anno ante Christi aduentum MDXCV. institutum fuisse competimus, & iussu Domini per Moysen Aaroni fratri suo primum fuisse collatum. Si dignitatem istam, vel omnium potius dignitatum culmen intuebimur: hæc supereminens, & gloriosa maiestas multipliciter decoratur; ea enim est, quæ pastorem dignitatem in totum, ac vniuersum Christianum gregem gerit: quæ omnium Ecclesiarum protectionem continet: quæ nullo profus impetu, ac vi labefactari potest. Ea est, quæ deuos, & errantes ad veritatem reducit: quæ subditos ad pacem, & concordiam dirigit: quæ pro nobis cogitat, vigilat, & insudat: ea est quæ sanctissima, & beatissima, nedum nostro, verum, & cælesti arbitrio existimatur: quæ tanta potestate à Deo summo, & optimo condonatur: quæ Dei vices, & omnipotentis consistorium sortita denique nuncupatur. Si excellentiam querimus: quis in toto terrarum orbe, vel ordinis dignitate, vel officij claritate, vel magistratus auctoritate summo Pontifici sit adæquandus? Exurgat illa potens, & egregia maiestas, quæ cum tuo altissimo numine comparari temere audeat; qua vnquam præteritæ tempestatis memoria euasit, qui aut committatu potens, aut ducatu insignis, aut dominio excelsus, Beatissima huic sedi non succubuerit? Quid egregios Principatus, altissima Regna, Impériaque totius terrarum orbis ingentia meminerim? Sileant Assyrij Ninum, qui primus omnium intulit bellam finitimis: Cyrum Persæ silentio transeant: conticeant Macedones Amyntam, Philippum, & Alexandrum. Pœni Hannonem, Hædrubalem, atque Annibalem taceant. Siquidem hi aliqua regnandi gloria, vel imperandi laude micuerunt: ceterè eorum nemo tantum, tamque propagatum imperium obtinuit, & id quidem vi aut astu occupatum, non tam ad subditorum vtilitatem, & honestatem, quàm ad imperantis nutum, & voluntatem tegebatur. Tu autem virtute præuia, Deo auctore, omniumque totius Ecclesiæ militantis Cardinalium voto, singulorumque suffragijs, ne vilo quidem dissentiente, ad tantæ gloriæ Sanctitatis admittaris: qui totius Domini gregis pastor vnicus eum ad honestatem, ad pacem, & ad gloriam æternam, dirigas, instruas, & promoueas. Si iustitiam inspicimus, quæ firmum dicitur, & immobile propositum cuiuslibet perpetuo sua iura tribuens: quis non eam frustratorem dubitet, ni foret, qui eius administrator in terris diceretur? Quid enim nuda esset voluntas, si ab omnibus esset incognita? Quid constantia, si iura, & eorum dispositiones ignorerentur? Quid perpetuum, si nullæ leges, nullæ constitutiones, nulla edicta, quæ Princeps omnium summus exequeretur? Est igitur Pontifex, qui Canones edidit, editos auxit, auctos confirmauit: Pontifex est, qui iura correxit, correctæ promulgauit, promulgata seruauit: Pontifex est, qui Lege, Canone, & propria constitutione Papali solutus, ea tamen viuere non dedignatur: qui Canon in terris animatus vocatur: qui denique omnium Principum, Regum, & Imperatorum Iudex legitimus appellatur. Eius enim sententia cæteris omnibus præferenda, eius, in alterius defectu iudicis, tanquam alicuius numinis imploranda, eius tantummodo ipsi Deo corrigenda. Cum ergo vnum Pontificem iustitiæ cultorem, legum seruatorem, eundemque in terris animatum ius esse videamus: quid ei, vel honoris addendum, vel gloriæ cumulandum, vel laudis amplius aggregandum, reperiri, inueniri, vel excogitari queat, quo gens hominū vniuersa eum extollere, exornare, & magnificare æque possit? Si potestatis plenitudinem minerimus: quid est quod vis vlla mortalium assequi posse videatur, in quo suprema tua potestas non exuperet? Quis erit adeo temporaria fortuna præditus, adeoque temerarius? Quis tam velsanz mentis, & vecordis animi, qui te primum Sacerdotem, ac supremum Pontificem non agnoscat? Qui te Domini gregis Pastorem: totiusque nauiculæ Petri gubernatorem nesciat? Eundemque Sacrosanctæ vniuersalis Ecclesiæ basim, & fundamentum, Petrique successorem, ac optimi Dei Vicarium non honoret? Nonne, cum cætera desint, hoc salutandi tamen, & supplicandi munere, Beatissimosque pedes tuos osculandi, non modo idipsam penitus intelligunt, verum, & communi ore fatentur. Negabit ne ergo quispiam, quod gladij potestatem vtriusque à verò Deo demandatam non obtineas? Quod plenam in spiritualibus iurisdictionem, supraque omnes Ecclesias non exerceas? Quod si cæteri sollicitudinis in partem aduocentur, tu Dominatus excellentia, potestatisque plenitudine non decoreris? Respuet ne

Orator
recepit
Bartholo
mæum Soc
inum Sen
ensem
Oratorem
Alexandri
maiestate
pauca factus
Orationis
quam scripserat
& memoriæ
mandarat
ne verbum
quidem proferre
valuit
Carol. Cat
thar. in
Syll. Ad
Consil.

Iacobi Sp
inula Or
atoris

etiam per te uouentium, & peccantium casus non absolui? Per te de gradu deiectos ad pristinae uitae statum non restitui? Per te solum scripta omnia, & consilia non approbari? Equidem haec omnia liquido uera esse cognoscimus: quibus accedat, quod tuae proprium etiam auctoritatis existit, Templum erigere, Clericos ordinare, Episcopos creare. Tuae proprium auctoritatis est non solum mitras, & annulos; uerum & baculos pastorales, ceteraque Episcoporum insignia tribuere: Propriumque tuae erit auctoritatis, pallia poscentibus concedere, cruces ante se portari permittere, omnesque totius terrarum orbis dignitates instituere. Ad te praeterea vacantis Imperij pertinet administratio: ad te Caesaris electi consecratio: ad te uinctioe addita coronatio; & si Electores negligentia ducti, uel discordia impediti Caesarem non eligunt; uel indignum ex certa scientia decernunt: eo reiecto, alterius ad te Imperatoris electio deuoluitur. Adeoque suorum defectuum, & uitorum ad te magna, spectat castigatio, ut propter ipsorum iniquitates, solus, & sine concilio, ab Imperij dignitate eos deponere possis: quid tandem? qualcunque dignitates, & potestates unquam Patriarchae omnes habuerint, solus habet Pontifex: qui solus locum Principis Apostolorum obtinet, & in illa sede, quam sibi Dominus in beati Petri personam elegit, considerat: cuius auctoritas sanctorum omnium praestat auctoritati. Nec uillus, quantiscunque etiam fulgens miraculis, pro sancto debet uenerari, qui non fuerit per summum Pontificem approbatus antea, canonizatus, & in Catalogo sanctorum descriptus. Haec, & alia permulta à me adduci possent, quae penuria temporum, tanquam omnibus notissima, duxi omnino praeterenda fore, & in praesentia refecanda: ne apud tuam quandoque Sanctitatem sim longior habitus quam propositi mei ducat intentio. Ad te igitur ipsum, Beatissime Pater, sum deuenturus: qui adeo uirtutum gloria, & disciplinarum laude, & uita sanctimonia decoraris; & adeo singularum, ac omnium rerum ornamento dotaris, quae talem summam, ac uenerandam dignitatem praebent, ut ualde à omnibus ambigendum sit, tu ne magis Pontificatui, an illa tibi sacratissima, & gloriosissima Papatus dignitas offerenda fuerit; & ni eius decremento dictum putetur, quod mortali cuiquam assumatur comparanda, in hanc aulim profecto sententiam deuenire, quod tu illi futurus, & maiori ornamento, & uisui, non solum exoptandus, & ad hoc promouendus eras, uerum, & inuitus cogendus. Nam tibi, ut ipsi parum adiumenti parumque gloriae arbitror accreuisse, uel curarum pondus, & laborum cumulum, quam maximum sileam: siquidem satis constat excellentis dignitatis, & magistratibus amplissimis saepenumero uirtutem, & excellentiam augeri, famamque, & auctoritatem in homine succrescere: tuae tamen uirtutis, & gloriae iam diu liquidissimum, & manifestissimum documentum extitit, uel quod adhuc adulescens inter Reuerendiss. & Excellentiss. Cardinales constitutus, uel etiam quod non multo post Vicecancellarij locum sortitus, utroque declarasti te unum quandoque non immerito futurum, cui totius Ecclesiae gubernaculum demandandum, & committendum foret. Quare his tantummodo dignitate, non eos dignitate contigisse putamus, qui sedis eminentiae euecti, habitusque solius puritudo induit, & uerius laureati progrediuntur. Eos uero magistratum gessisse iudico, qui cum auctoritate, prudentia, sapientia, & iustitia id ipsum, cui praesunt, moderantur; qui pro rei dignitate summo studio, summa diligentia à malis optima quaeque secerentes administrant. Tu ergo, qui horum omnium scientia praeditus, & experientia refertissimus habes, ipse es, qui uere designandus, & euocandus accurrere debuisti, qui fluctuantem Petri nauiculam gubernares, & totum ouile Dominicum destitutum custodires. Cumque Portio Catone semel à Pratura repulso, dici consueuisset, non Praturam Catoni, sed Catonem Praturae fuisse negatum: sic in praesentia magnopere est exultandum, quod, ut alias Romano Imperio Numa Pompilius obtigit, ita, & tibi Pontificatus, & tu Pontificatui datus fueris: tu inquam datus, qui quanto maiora, & ampliora per superiores Pontifices acta, reperiantur, tanto, & altiora cogitabis, & longè magis admiranda perficies. Quod etsi tua tantummodo praesentis auctoritas, & herilis, ac regia ipsius faciei dignitas praesefere videtur: tamen, in primis accedit nobilissima natio tua Hispaniensis, inter ceteras uniuersae terrae prouincias, aeris salubritate temperata, omniumque rerum copia, & bonitate praecipua; viros progenerans, qui, & corporis agilitate, & ingenij acrimonia, & omnium uirtutum gloria summi clarissimique semper extiterunt. Dehinc eximia tua Valentina ciuitas, quae, & sui antiquitate, & situs pulchritudine, & uitorum copia, & omnium mercimoniorum genere longè reliquas Hiberiae ciuitates antecellit: necnon illustris, & excellentissima Boriarum familia, quae te nobis talem peperit, qui uere nationem, patriam, & familiam illustrasti; & recolendae, ac beatissimae memoriae auunculi tui Callisti semper aemulator, praclaris eum facinoribus, ac uirtute propria quam primum non modo adaequabis, uerum etiam nominis tui gloria longe superabis. Adest tibi praeterea morum probatissimorum qualitas, liberalis disciplinae scientiarumque omnium peritia, ac optima uiuendi ratio: adest humanitas illa inclita, cum tuae tamen auctoritatis ratione serua-

ta; optimum, & salubre consilium; ipsaque liquida, & aperta, ueritas nulla plica, nulla fucatione, nullaque uerborum captione, coniecta: adest, & uita ipsius sanctimonia, & pietatis cultus, ac omnium eorum cognitio, quae tam inclitae dignitati expedire, aut uisui esse possunt. Felix igitur, qui tot uirtutibus exornatus, tot laudibus cumulatus, in tam maximi altissimique Magistratus, culmine collocatus, post tot annorum interuallum, tot operum, sanctissima de summo, & optimo Deo tam bene meritus, diu tibi, & proximo, mox tibi, & uniuerso generi Christiano profuturus eualesis; & per rabidos itinerum anfractus, perque sublimis, & periculosos scopulos deductus, semitam tandem affertam feliciter occupaueris. Postremo superest, quoniam longiori admodum tuae laudis commemoratione aures tuas defatigari, quam me ipsum fatiari fortasse contigit, ut mentes nostras, exultantes, & non paruam animorum nostrorum gaudentium, uim, atque alacritatem adducam. Quam quidem adeo magnam, incredibilemque in primis concepimus, quod cum uniuersum, Reipub. Christianae commodum, & utilitatem cernimus, eam, expectationem praesefere, spemque, ac certitudinem praebere existimatis, quam quisquam ullo unquam exacto tempore, uel inspectione spondiderit, uel re ipsa nunquam fefellerit. Adeoque tuae splendor claritatis omnium mentibus affulsit, ut aurea illa, quae à maioribus nostris tempora Saturni uocabantur, euenisse profecto uideamus, quibus Astram ipsam in terras è caelo tuae maiestatis fretam numine rediisse conspiciamus, pacem Christiano generi, ac concordiam attulisse concernamus, mutua propediem obsequia, & humanae societatis officia non desitura: quibus minime distidendum esse uaticinor: breui enim futurum, ut pudor, fides, mores, sanctitas, ac uirtutes omnes ita firmam, ita stabilem, ita immutabilem sedem in terris statuunt, ut nullum unquam argenteum, aeneum, ferreumque seculum, uel illo deterius incurtura sit. Sicque uniuersalis Ecclesiae lux splendidissima lucebit, non solum pace, uinitate, fide, ac ueritate, uerum adeo supra aeternae uitae semitam splendescet, quod caeci quoque uiam ueritatis aspicient, & Christiani nominis infecutores ad ueri Dei cultum conuertentur. Deinde cum primum publica animorum, nostrorum uota metimur, non possumus non ingenti letitia exultasse, quod si nec propriae iactantiae, nec aliorum dedecori ascribendum putetur, inter primos extitimus, qui in tota Italia statim post aduentum Christi Ecclesiae summissis Sacramenta: qui nunquam Romanae Ecclesiae aduersari; sepiissime, & perpetuo, si aulim dicere, & fauente, continuo Ecclesiae libertatem, ac dignitatem propugnauimus, in posterum longè recentiores; & singulis diebus audentiores, ac procliuiores futuri. Quare ingemita nobis, & huic splendidissimo culmini fides asueta, nulla tempestate unquam defutura, in tantum omnium Regum, & nationum animis innotuit, quod, ne dicam negasse, qui eam dissimulasse cogitaret, haud facile posset. Tibi uero ipsi potissime, ac libentissime afficimur, quod, cum recolendae, ac sanctissimae memoriae Callisti Tertij protectoris nostri sanguine fores coniuuatis, qui nos apprimè diligebat, iuuabat, & tuebatur; idem quoque tu Cardinalis egeris, nec ab incepto desistens, immo, si expediens, aut opportunum erit, potius forsam aucturus. Denique, Pater obseruandissime, si tua ista creatio splendidissima tanto animi gaudio, tantaque letitia mentis affecit Illustrissimum, ac praclarissimum Principem nostrum Ioannem Galeatum Mediolani Ducem, ac inuictissimum, & excellentissimum, Dominum D. Ludouicum Sfortiam Ducem Bari totius Italiae ducis, & ornamentum: quanto ex uoti sui ratione, & maiorem uoluptatem, & exultationem nobis quoque capiendam putabis? Nam si eos tantum diliges, quantum ab ipsis laeta, & hilaris fronte exceptus, & auditus fuisti Papa creatus: non dubitamus eiusdem quoque dilectionis partem consequi. Nunquam animorum nostrorum fides eis perpetuo dicata sit: & Excellentiae tuae studium erga nos continue magis indefessum uideamus: eorum gaudium, & serenitatem nobis propterea communem fore putamus.

Nunc igitur, ut aliquando ea omnia perfoluantur, quae tam per Illustrum Dominum Augustinum Adornum Gubernatorem nostrum Illustrissimi, & Excellentissimi Principis Mediolani Ducis, Locumtenentem dignissimum, quam per magnificum Senatum Genuesem nobis iniuncta, & expresse demandata fuerunt. Horum omnium uice, ac nomine tibi reuerentiam, & obedientiam deferimus, quae per ceteros Principes Christianos, & maiores nostros summis Pontificibus offerri, ac impendi consuevit: eamque nunc tibi perpetuam tradentes, pollicemur, quicquid in nobis uirium, fortunarum, aut opis existat, quod Beatissimae Sanctitati tuae uisui expediens, aut uilla unquam tempestate necessarium esse possit.

Audiuit etiam Iasonem Mainum Mediolanensem; Gentilem Aretinum Episcopum, Florentinorum; Angelum Politianum, Senensium; & Nicolaum Tugrinum, Lucensium; aliosque Oratores, ut dictum est supra.

Narrant Ioannes Mariana, & Olorius Alexandrum Pontificem initio sui Pontificatus, Emanuelis Regis Lusitaniae petitione con-

Equitibus ordinem Militariū in Lusitania votum castitatis soluit.

Francisc. Menoer. de Militariū castitatem eod. die restituit.

Carolo Galliarum Regi Imperatorum Consilio in populis committitur.

Tubus vaporarius euerfus supra coenationem, ubi Pontifex agebat.

Episcopus ad S. Marium in Populo pro gratia a. 1490. Infinitio pulsatio- nis campanarum in meridiano.

Summa in S. Marium in Florentia colloca. Episcopus in P. M. in.

Alexandri Pontif. Praef. Laurent. Pontif. in Comit.

Gaiar. Pontif. in Comit.

cessisse omnibus, qui se deinceps quibuscumque ordinibus Militariis, excepto Hospitaliariorum, in Lusitania adiungerent, solutionem voti perpetuae castitatis, qua prius constringebantur, & vt vxores ducere possent. Et quanquam hac venia sceleribus occursum fuisse libidinis effrenatae illi fateantur; tamen non eam adeo approbant; quoniam propter nuptiarum curas, antiquus ardor militandi pro fide Christiana extinctus est; & optima eorum, ordinum vestigia in Alicurico delicias, qui castra nunquam viderunt, conferti conserunt, ac propterea fatius fuisse existimant, peccata luxuriae subula disciplinae in incontinentibus constringere, quam laxatis habentibus optima pristina instituta abolere. Eodem tempore anno scilicet 1496. vt laudatus Mariana scribit, Alexander Ferdinando Hispaniae Regi, Catholici cognomen contulit in posterum cum Regno transfundendum stabili possessione; quod iam antea ipsi spectatum ab Innocentio Alexandri decessore ob captam Granatam tributum dicit. Habet porro idem ipse, Catholici cognomen, Ferdinando, non sine obreptatione, & inuidia Regis Lusitani, fuisse ab Alexandro delatum, quando Ferdinandus imperio vniuersam Hispaniam non obtineret, eius tum non exigua parte penes alios Reges existente, & contentionem ab eo tempore excitatam ad ipsius Marianae aetatem tenuisse; quae demum cessauit, cum vniuersa Hispania sub vnus Regis dominium redacta est. Neque solum Hispaniarum, sed Galliarum quoque Regi studium Alexander; nam die 28. Ianuarij anno nostrae salutis 1494. illum Constantinopolitani Imperatorem nominauit. Ne tamen Pontificatus felicitas Alexandri inflaret animum, siue turpitudinem morum, quae inter viros sacros maxime vigeat, in eo Deus ad aliorum exemplum, vindicare voluerit, vt nonnulli existimant, siue alia occulta de causa anno nostrae salutis 1500. Pontificatus octauo accidit casus, quo Pontifex ipse Alexander ferè oppressus est. Die enim SS. Apollolorum Petri, & Pauli sacro, hora quarta post meridiem octo violentissimo turbine imbris, & grandinis, ventorum vehementi procella tubus vaporarius euerfus supra coenationem, vbi Pontifex agebat tabulatis contractis duos ad pedes Pontificis occisos proiecit, ac tertium graui vulnere faucium. Et ne Pontificis caput commoueretur lateribus, ac tabulis cadentibus, superstantis vmbelae tegmen prohibuit; capite tamen, & manu grauius fauciat, expiranti similis, inter rudera repositus, abductus est. Per Urbem, ac per Italiam illico Pontificis mors diuulgata; ita vt Matthaeus Bossius haec ad Augustinum Strozzam scripserit. *Hac sub hora Augustine ad se domi scribo ecce rumor aures impler. Cuius sit solennis Petri Apostoli die paulo post vigesima horam Alexandrum Romanam Ecclesiam magnum Pontificem istu fulminis interis.* Quare variae inde significationes, & prodigia capta, ac de successore, maxime cum accepta vulnera recrudescere viderentur, agereceptum inter eos, qui priuatis magis rationibus, quam Reipublicae cura ducebantur. Verum eas molitiones restituta breui Pontificis valetudo franauit; die enim vigesima quinta Iulij ad Ecclesiam Sanctae Mariae de Populo publicè equitare conspectus est ad reddendas Deo gratias de recuperata sanitate; ac paulo post non instituit, sed inolitam renouauit institutionem Callisti III. iussuque ad meridiem pulsari campanas, monendo populo, vt per recitationem Orationis Dominicae aut Salutationis Angelicae imploraretur Dei auxilium aduersus Turcas, ac datum tunc principium huiusmodi pulsatio die decima nona Augusti anni 1500. Brucardus tradit: id verò etiam iam olim alia occasione institutum in Gallia fuisse à Ludouico Rege XI. scimus. Cum verò imminetia sibi pericula maximè à Carolo VIII. Gallorum Rege videret, ad Deiparam Virginem confugit, & votis conceptis suam statuat in Templo Virginis Annuntiatæ Florentiae ante eius imaginem suspendi iussit. Ea summo artificio ad vinum elaborata, solenni pompa praecinentibus tubis excepta, & conspicuo in loco exposita ad haec vsque tempora visitur, monumentum perenne, spei, quam ille grauis in periculis in Virgine reposuerat.

Dum totus esset Alexander in rebus filij Valentini prouehendis, in summo maioris spei fastigio, vt inania, & fallacia sunt hominum consilia, ex improuiso mortuus est, veneno potatus, vt volunt, cum in hortis Hadriani Cardinalis Cornetanum, non longè à Vaticano coenaturus, eò mature adueniens vna cum filio, ac tirim ex graui zestu subleuare volens, errore pocillatoris vitium ex lagena medicata, quam Valentinus eidem ipsi Hadriano Cardinali, alijque opulentioribus de medio tollendis praemiserat hauriens venenum ebibat, & ipse quoque Valentinus, Deo scelerum iudice, quam parauerat fraudem in eius caput, & exitum conuertente: Remanum ita gestam esse plerique Itali, ipsique Hispani Scriptores scribunt; cum sint nihilominus qui vt falsam narrationem quoad praeparatum venenum eludant, quos omnes habet in vnum collectos apud Bzouium diligentia nonnullis ex ea familia. Veneno tamen potatum Alexandrum constans plerumque omnium opinio fuit, quod ei à Pincerna pecunia corrupto propinatam quidam voluere. Sanè vt non extiterit Pontifex, quod nonnulli volunt, tanti sceleris conficius, horret animus illud, vel sola cogitatione percipere; ita tamen filius eius Valentinus vitam egisse ab omnibus perhibetur, vt nihil sit nefandis, quod non de illo facile credi poterit. Denique vt Pontificem ab omni sceleris suspitione liberemus, An-

glerium habemus idoneum testem, qui vt res ad Ferdinandum Regem in Hispaniam delata fuerit, apud quem ipse agebat, aperit scribens ad Comitem Tendillae, & Archiepiscopum Granatensem, nimirum *Ducem Valentinum Cardinales quosdam pecuniosos ad coenam inuicasse, cumque illis amantem sui Pontificem, ne quid suspicarentur, duos iussisse ex optimo vino argenteos impleri cenophoros, & vnum infici medicamento lebisfero, conficio facti ministro iusso ex medicato proscriptis, ex altero Pontifici, sibique porrigere, sed Deo iusto Iudice insidias in artificem vertente, Pontificem ministro rei conficio quiddam imperasse, quo ex abaco discedere cogereur; vt alteri Pontifex rem imperaret, Valentinum potuisse, sed insubesse Pontificem velle se, vt is proficisceretur, Valentinumque ne in suspitionem caderet, repetere desuisse; curam de cenophoris demandatam esse collega illius, qui sceleris ignarus, casu mutatis cenophoris de medicato vino Pontifici, ac Valentino porrexerit, de salubri destinatis ad necem Cardinalibus.* Ita ille. Ceterum cum multis tentatis remedijs, nullo valuerit Pontifex propter aetatem iuuari; Valentinus tamen, quod diluisti bibisset, vigore aetatis, ac opportuno vfu remedium, inter quae fuisse dicunt, vt recens exenterata mular vtero inclusus, eo calore refocillatus, fuerit, sed expilatus, & cute perditus vitam seruauit, quamuis diuturnus ex eo morbus, & importunus spes eius malè fundatas euerterit. Post obitum in sacello Callisti III. patris sui Alexander est conditus; cum quo pariter Callisto sub pavementum primo Vaticanæ Basilicæ, mox, anno scilicet 1610. ad sanctæ Mariæ de Monteferrato Templum cum eodem patre translatus in sacro iacet sepulchri ornatum expectans. Huiusce Pontificis inopinatum mortem monstrasse ferunt trilitia quaedam praenuncia nimirum dum tenderet ad Vaticanum, Crucis hausta fracta est: in Missæ sacrificio bipartite Hostiae particula in calicem de more emissa, euanuit.

Diuerfas inter homines opiniones Alexander assecutus est; à multis laudibus extollitur; multa quoque in sacra dignitate indigna, carni, & sanguini nimium addictum alij recentent. Apud Paninium illius virtutes, quas multas, ac magnas habuit, vitiaque illas, vt ait, aequantia, in vnum breuiter congesta videre licet, qui verò solas virtutes vitij, aut negatis, aut excusatis cupierit, Bzouium adeat ad indicibus Borgianorum eas tractantem. In Ceremoniali m. s. Ioannis Brucardi hoc habetur Epigramma à Ioanne Cantore in ipsius Alexandri laudem scriptum, videlicet.

*Gande Roma vetus magnis celebrata triumphis,
Cui Deus aeternum contulit Imperium.
Claris Caesaribus quondam regnare fuisi,
Multo clarior est subdita Praesulis
Qui virtute licet intuerunt tempore prius
Haud viderent eas qua modo nostra videt.
Sextus ALEXANDER Hispanus origine celsa
Regnat, & officio fungatur aethereo.
Qui prudens, iustus, constans, pius, atque modestus,
Pro meritis tanto culmine dignus eras.
Eia Christicola Domino perfoluite gentes
Quilibet, & vestrum mente pia resonet.
Vivat ALEXANDER celebrandus magne, magni
Fastigio maior, non probitate minor.*

Sacelli Pontificij Cantores die 9. Decembris, Dominica secunda Aduentus anno 1492. Carmina haec musicè decantare reculant, vt refert laudatus Brucardus.

Fontem ante Templum S. Mariae Transtiberim erectum Alexander restaurauit: adertant nostris etiam hinc temporibus hęc notae.

**ALEXANDER VI. PP. M.
FELICI AVSPICIO IOANNIS LOPEZ VALENTIANI
S. MARIE TRANSTYBERINAE CARDINALIS PERV-
SINI FONTEM VETVSTATEM INFORMEM AD
COMMODITATEM POPVLI ROM. RESTITVIT.**

Alexander VII. ornatui Urbis mirificè dedit fontem eundem sicum, & ruinofum iterum instaurauit, vt dicemus in eius Vita. Vaticani quoque Alexander portas, & propugnacula restituit: extat etiam num ibi haec memoria.

**ALEXANDER VI. PONTIF. MAX.
CALLISTI III. PONT. M. NEPOS, NATIONE HISPANVS,
PATRIA VALENTINVS, GENTE BORGIA,
PORTAS, ET PROPVGNACVLA A VATICANO
AD HADRIANI MOLEM VETVSTATE CONEFGTA
VT TIORA RESTITVIT.
ANNO SALVTIS MCCCCLXXXII.**

Ambulationem, qua à mole Hadriani ad Vaticanum palatium tenditur, construxit, & vt viam ad Vaticanum aperiret, Romuli Metam dextravit. Vnde in libro Ruinarum Romae haec legimus. *Alexander VI. dum viam ad Vaticanum dirigeret, erasi Pyramidem vocatam Scipionis triumphatoris Africæ, & Hispania, nec impari Alexandro Macedoni. Plures Scipionis fuisse insidiantur indignum vata patrum instruxisse cuius Sarcephagum, qui vo lens patria ossa negauit. Ad nunquid prouidus Imperator suos cineres vs dispergendos committeret, qui perforato animo ingan-*

Alexandri sepulchri. Franc. Maria Turrig. in Cryptis Vaticanis. Roma. subterran. Praenuncia obit' Alexandri.

Varij Alexandri opinionones.

De eo Epigramma. Io. Cantoris.

Restaurat font' ante S. Mariae Transtiberim erectu

Vaticani item portas, ac propugnacula

Ambulacra Vaticanæ item Pontificis sacellum.

nam beneficiorum gratiam recepissent, & tam leniter eorum dissi-

passent memoriam? De noua hac via ab Alexandro aperta hæc inuenimus in Vati-

PORTICVS AD BENEDICTIONES AB ALEXANDRO VI.

Fontem in platea S. Petri in Vaticano, ab Innocentio VIII. & portam vulgo dictam Settignanam, olim Settimanam, seu Fontinalem nuncupatam, à Settimo Imperatore erectam, molemque Hadriani restaurauit: in mole enim Hadriani cum Alexandri insignibus hæc sunt notæ.

ALEXANDER VI. PONT. MAX. INSTAVRAUIT. ANNO SAL. MCCCCXCIV.

Basilicæ Liberianæ tectum auro Romanæ ex Indijs primò transmissio perfudit. In Basilica etiam Lateranensi tectum extruxit in spatio, quod inter testudinem mediam, & eius porticus, & chalcidicæ, quam apsidem, vel tribunam communiter appellamus, & crux transuersa Basilicæ dicitur. Patriarchæ Veneto, Felrensi, atque Nemesiensi Episcopo iniunxit, vt de Laurentij Iustiniiani vita, ac rebus gestis diligenter inquirerent.

Scriptit Alexander Clipeum defensionis S. R. E. qui Argentorati anno 1492. in lucem editus est.

De Cardinalium excellentia, & officio. Vicecancellarij librum vnum, qui asseruabatur olim in Bibliotheca Gulielmi Cardinalis Sireli.

Glossam in Regulas Cancellariæ ad Innocentium VIII. Constitutiones item Ecclesiasticas, quæ leguntur in collectionibus Romanæ, & Conseruati; nec non in Bullarijs Emanuelis Roderici, & Laertij Cherubini.

Scriptit ad Ruthenos Græcorum rituum sectatores, vt ad Romanam Ecclesiam se adiungerent.

Epistolas item plures scripsit ad Franciscum Cardinalem Ximeneium Franciscanum Archiepiscopum Toletanum, & Franciscum Philephum: quarum quædam extant in Bibliotheca Cardinalis Sireli, & in vita Cardinalis Ximenij.

Eius Epistolæ in causa Hieronymi Sauonarolæ cum responsis eiusdem Hieronymi M. S. inueniuntur in Bibliotheca Francisci Cardinalis Barberini.

Huiusce Pontificis litteræ octuaginta quatuor pro solis Fratibus Franciscanis, ac Monialibus S. Clare scriptis inueniuntur apud Fr. Lucam Vuaddingum tomo 7. & 8. Annalium Minorum.

Eidem Alexandro scripsit Epistolas Cassandra Fidelis, Veneta, litteris clara; & Sultanus Baiazethes, quas hic rescribimus in latinam versas linguam.

SVLTANVS BAIAZETHES, &c. Patri, Domino omnium Christianorum PAPÆ ALEXANDRO VI. Dei munere Ecclesiæ Romanæ summo moderatori, post debitam, & amicam salutationem.

Libenti animo, & sincera fide tibi significo, quod ex Georgio Bozardo tuo ministro, & Oratore intellectuam salutem, & quod tuo nomine mihi nunciavit, quia de re summo opere sum gauisus. Propter cetera accepi ex eo, Regem Gallie velle, à te sibi tradis Gemen fratrem meum, à qua re valde abhorret meo voluntas, te in summum discrimen, ac detrimenta conuerteret, & omnes tua fidei, assecla maxima damna incurrerent. Quare cum eodem Georgio id consilium in euudum duxi, vt pro tranquillitate, ac tuo commodo, & mea gratificatione idem Gemes, qui ceteroqui fato obnoxius est, ne tua potestati subdiceretur, è medio tolleretur, que mors illi promunere erit, ac tibi ocium, & commodum; vnus vero maximam securitatem pariet. Ne graueris ergo ea de re mihi gratificari; vt scilicet Gemes quoquo modo tibi videbitur, mortalitatem exuat, & anima eius in locum quietis transferatur. Quo peracto, cadauer eius in quavis regione maritimum mihi subiectam transmittens; ego autè fide mea interposita polliceor tibi numeratum vbiuis locorum trecenta millia aureorum, vt is prouentum aliquem filijs tuis compares; que pecunia attribuetur homini certo, quem tu designabis ante ipsam corporis attributionem, quod post eam numerationem eradeatur. Hinc spondeo tibi firmam, & sinceram amicitiam inter nos coalituram, & in omnibus tibi pro viribus sine iuoco, & dolo gratificaturum; nec vllum à me, aut à meis damnum, aut molestiam Christi cultoribus cuiusvis gene-

ris, & loci sint qua terra, qua mari inferendum, nisi qui me, meoque iniurijs, aut fraude lacefferent. Et vt magis de hoc tibi cautum sit, ac in tato sint promissa iure iurando me coram eodem Georgio obstrinxi per Deum, & sacrosancta Euangelia, eadem me tibi absque vilo dolo, & fraude prestiturum. Insuper vt omnem de mea fide suspensionem penitus abicias, nec vlla huius rei dubitatio super sit, iterum ego Sultanus Baiazethes Cham testem appello verum Deum, rerum omnium conditorem, quem colimus, me vbi postulata superiora perfeceri, quicquid supra petiitum est, optima fide seruaturum; nec in alijs rebus tibi aduersaturum vnquam. Datum Constantinopoli in Augusto palatio, die 12. Septembris anno 1494.

SVLTANVS BAIAZETHES.

Petrus Martyr Anglus Mediolanensis Alexandro Romano Pontifici Plutonem suum furentem inscripsit.

Regulam ordinis Sororum Annunciarum à Ioanna Valesia Franciæ Regina, Ludouici XI. filia, Caroli VIII. sorore, Ludouici XII. vxore, cooperante Gilberto Nicolai, aliàs Gabriele Maria ordinis Minorum alumno fundati approbavit. Postquam enim à viri confortio soluta est, tota pietatis operibus illa addicta, Ducatus Bituricensis dono accepti fructibus se sustentauit; magnamque illius partem, & redditus alios pijs vsibus impendit, & Monasterium decem beneplacitorum, seu virtutum B. Mariæ Virginis Biturici extruxit, & ab Alexandro Regula confirmationem per Gilbertum Romam missum obtinuit. Quam Regulam à Pontifice approbatam reuerenter illa accipiens, illico religiosæ Sororis febre affectæ capiti imposuit, & salutem restituit.

Scriptorum Breuium numerum ad octuaginta auxit; quamuis Panuinius, & alij in Alexandri VI. vita nouum octoginta Scriptorum Breuium Collegium aliorum Pontificum exemplo ab ipso Alexandro institutum fuisse Volaterrano ducem affirmant. Reuera tamen ex aliquibus Alexandri Collegium illud non instituit, sed Scriptorum tantum numerum auxit; nam Polidori Virgilij testimonio Ioannes XXII. qui per annos ferè 176. ante Alexandrum B. Petri sedem obtinuerat, Scribarum Apostolicorum Collegium numero distinxit. Martino etiam V. sedente Scriptorum Apostolicorum officium vigeat, vt ex eius diplomate conitar. Ego verò cum Gomefio in tractatu Breuium, vt Ciaconij, Panuinij, ac Volaterrani dictum defendam, ceteroquin non improbem, dicam ante Alexandrum fuisse quidem Scriptores Literarum Apostolicarum, quas Bullas vulgò nominant, non autem Scriptores Breuium, quorum Collegium instituit Alexander.

Sub Alexandro Tyberis Urbem inuasit. Apud S. Eustachij Templum legimus.

AN. SAL. MCCCCXCIV. TYBERIS SERENO AERE AD HOC SIG. CREVIT NON. DECEMBR. ALEX. VI. PON. M. AN. III.

Huiusce Pontificis numisma vidi in Bibliotheca Vatic. in cuius prima facie est ipsius Alexandri effigies cum lemmate. ALEXANDER VI. PONT. MAX. IVST. PACISQVE CVLTOR. In altera verò facie Moles est Hadriani cũ notis. ARCEM IN MOLE DIVI HADR. INSTAVR. FOSS. AC PROPVGNAVLIS MVN.

Eiusdem Alexandri simulacrum iacet in Cryptis Vaticanis, cum his notis.

ALEXANDRI PAPÆ VI. EFFIGIES MARMOREA.

Sedente Alexandro in Petri Cathedra, Fridericus Archiepiscopus Gnesnensis ab ipso Alexandro Cardinalitia dignitate insignitus, celebrauit Concilium Petricouienſe; fratrique Alberto Regi Poloniæ bellum in Turcas tunc meditati, quartam census pro subsidio contribuere Sacerdotes iussit.



Signum P.P.

Alexand. VI.

Delineationem Sepulchri placet hic exprimere, quod Alexander VI. habuit in Vaticano.


Portam Settignanam. Tectum Basilicæ Liberianæ auro perfudit. Tectum Basilicæ Lateranensis extruxit. Cæsar Raspon de Basil. Lateran. Laur. Justin. astra colligit. Jac. Phil. Tomasin. in Annal. Canon. Secular. Alexandri scripta. Nomencl.

Consuetudinem Sororum Annunciarum. Fr. Lucam Vuaddingum in Annal. Minor. Ioanna Valesia instituit ordinem Sororum Annunciarum. Scriptorum Breuium numerum auget, vt Collegium illud instituit.

PRIMA CREATIO CARDINALIUM
Alexandri Papa VI.

Anno Dominica Incarnationis 1492. Pontificatus primo, pridie Kal. Septembris Alexander VI. Romanus Pontifex in suo primo Consistorio primam Cardinalium Ordinationem fecit, quorum tantum Presbyterum Cardinalem nepotem suum renuntiavit, qui fuit.

Ciaconio Io. Bapt. Gaudio in Hist. Ferdinandi. Vghel. in Addit. ad Ciacon. & Ital. fac. Rocca. Pizz. in in Nos. Eccl. Sicil. Paninus de Rom. Pontific. Aubery in Vita. Ant. Summont. in Hist. Neapolitana. Felis Conzelor. in Eleacho.




I. IOANNES Borgianone, Hispanus, patria Valentinus, Alexandri ex sorore nepos, frater natu maior Petri Ludouici Cardinalis, ex Protonotario Apostolico, & Correctore Litterarum Apostolicarum à Sixto IV. anno 1483. Archiepiscopus Montisregalis in Sicilia, mox ab Innocentio VIII. Gubernator Urbis, demum Presbyter Cardinalis tituli S. Sufannæ, ac S. R. E. Vicecancellarius ab Alexandro renunciatus est. Administravit Ecclesias plures, Olomucensem scilicet, Baiocensem, Lombariensem, Cauriensem in Hispania, ac Ferrariensem in Italia, quâ postea Hippolyto Cardinali Estensi resignavit. Rexit Patriarchatum Constantinopolitanum; & eum Alexander Legatum Neapolim misit, vt in illa Vrbe Alphonsum Ferdinandi filium, novum Regem Corona redimere, ac sacramento adigeret ad fidem, & obedientiam Pontifici seruandam. Ad Carolum quoque VIII. Galliarum Regem, mandante auunculo de consensu Patrum Brachianum ulque obuim processit, vt inter Pontificem, & Regem pacis fœdera firmaret.

E vita migravit Romæ, sub Alexandro patre, die prima Augusti anno 1503. male Garimburtus libro quarto gestorum Pontificum, & Cardinalium Ioannem hunc Montisregalis Cardinalem anno 1500. è viuus sublatum narrat; alter enim Ioannes Borgia Cardinalis dictus Melphitenis, de quo Iouius in vita magni Consalui hæc habet. Borgia quoque Iuniorum Cardinalem, quod Candiano faueret, veneno sustulerat: qui, extrema clausit anno 1500. noster hic Ioannes, ex Iulij II. diplomate, & ex Ioanne Ludouico Lælio in Historia Montisregalis excessit è vita, vt diximus die prima Augusti anno 1503. ac post obitum sepulchrum habuit apud S. Petrum in Vaticano in Sacello Calisti III.

SECUNDA CREATIO CARDINALIUM.

Anno à partu Virginis 1493. Pontificatus secundo, XII. Kal. Septembris, die Veneris Alexander VI. Romæ duodecim Cardinalium Collegio adscripsit; hi autem fuerunt.

Ciaconius Nicolaus Arsfeld. in Hist. Ecclesiast. Anglican. Ferdinandi. Vghel. in Addit. ad Ciacon. Godeuin. in Archie. Castuar. Aubery in Vita. Paninus de Rom. Pontif. Felis Conzelor. in Eleacho.



II. IOANNES Mortonis Anglicus, cuius virtutes, & doctrinâ summè laudat Thomas Morus in Vita Richardi III. Angliæ Regis, iuris vtriusque Doctor, prudens, grauis, ac ad alios regendos maximæ auctoritatis, & in vitijs castigandis paræ seueritatis, Episcopus primò Æliensis, deinde Archiepiscopus Cantuariensis, demum Presbyter Cardinalis titulo S. Anastasie ab Alexandro Romano Pontifice, & summus Angliæ Cancellarius ab Henrico VII. dictus est. Hic Richardi Regis Angliæ iram fugiens, dum adhuc Episcopus Æliensis esset, in Belgium se contulit, vbi toto sui exilij tempore, studijs iuris operam dedit; aliqua sui ingenij monumenta posteris eum mandasse Pitæus ex Posidoro Virgilio affirmat. Non tamen diu purpuratus vixit, nam è vita in Angliâ excedens anno 1500. Menfe Octobris, sepultus est in sacello, quod suis impensis crexerat in principe Templo vrbis Cantuariensis: in testamento, quod ante obitum scripsit, Ecclesiæ Æliensi inter alia auream Crucem, ac Mitram legauit, relictus autem quos diuitijs suis mirum in modum auxit, iussit, vt viginti annorum spatio triginta pauperes iuuenes in Academijs Angliæ ad studia alerent.




III. IOANNES Antonius de S. Georgio natione Italus, patria Placentinus, vetusta nobilissime Sangiorgiorum, iuris vtriusque Doctor, publicus Papiæ Legum Professor, ex S. Ambrosij Maioris Mediolani Præposito, Alexandrinus Episcopus primò, tum Rotæ Romanæ Auditor, demum Presbyter Cardinalis SS. Nerei & Achillei titulo Falcio ab Alexandro renunciatus est. Episcopus Alexandrinus Oratoris munere functus

est Ducis Mediolanensis nomine ad Matthiam Coruinum Hungariæ Regem. Postquam inter Cardinales cooptatus fuit Episcopatum Parmensem, & Patriarchatum Hierosolymitanum accepit. Præfuit Episcopus Ecclesijs Albanensis ex Ciaconio, ex Contelorio verò, Suaresio, ac Vghello, Tufculano die 22. Decembris anno 1503. tum Prænestinæ, demum anno 1507. Sabinæ. Bis Legatione functus est in Vrbe primò sub Alexandro, deinde sub Iulio II. quando ab Vrbe discessit ad Bononiam recuperandam; in his tamen Legationibus Cruce nunquam vsus est ob reuerentiam Sedis Apostolicæ. Sui æui Iurisconsultorum Princeps habitus est, vt refert Cortesius, scripsit Lecturas ad Decretum. Lecturas item super Decretales. Commentaria in 4. Decretalium, & in tit. 2. Decretalium. De Appellationibus. De Feudis. Tractatus multos in varios vtriusque Iuris titulos. Orationem quoque scripsit in Dominica Passionis coram summo Pontifice habitam, & Orationem aliam in funere Federici de Cluniaco Cardinalis S. Vitalis, quam Romæ habuit frequenti Senatui. Cum interfuisset comitijs Pontificijs, in quibus renunciati Romani Pontifices Pius III. & Iulius II. Romæ die Veneris 28. Martij ex Contelorio, seu ex Iosepho Maria Suaresio, & Vghello, die 14. Martij, obiit anno 1509. & Hæredem suum instituit Societatem Saluatoris ad Sancta Sanctorum. In eius funere orauit Camillus Porcarius, sepultus est in Æde sancti Celsi cum hac sepulchrali Inscriptioe.

D. O. M. HIC SEPULTVM EST CORPVS R. DOMINI D. IO. ANTONII DE S. GEORGIO MEDIOLANEN. EPISC. SABIN. S. R. E. CARDI. ALEXANDRINI NVNCVPATI SOCIETAS SALVATORIS AD SANCTA SANCTORVM HÆRES EX TESTAMENTO B. M. POSVIT. MDX. VII. KAL. DECEMBRIS.

In hoc Epitaphio haud miretur Lector Mediolanensem Ioannem Antonium fuisse appellatum, cum reuera fuerit Placentinus, vt diximus supra: ibi enim qui Epitaphium illud scripsit, visus est respexisse ad Mediolanensem Præposituram, qua ante purpuram, fulgebat, & cuius denominatione etiam Cardinalis per ora mortalium volitabat. Hic Parmæ Episcopium serè à fundamentis restituit, nobilique, ac preciosa suppellectili Cathedralẽ illam exornauit: Ædes Episcopales Alexandriæ auxit, nobilique suppellectili sacrarium locupletauit, & solum, ac situm prope Templum primarium eiusdem Urbis cœmnit, vt ibi Canonicoꝝ commodius domicilium construeretur.



IV. FR. IOANNES de la Grolay, aliàs de Villarijs, natione Gallus, Monachus, & Abbas S. Dionysij Parisiensis electus die decima Maij anno 1474. instaurauit claustra Dionysiana, in quibus eius parmæ visuntur, Sandionysiani quoque Collegij partem Parisijs emit. Abbas etiam S. Quintini ordinis Diui Augustini fuit, claruit doctrina, quare ex Abbate Præful primò Lombariensis an. 1477. deinde Cordoniensis, & Viuariensis renunciatus est. Doubletus ait fuisse Antistitem, ante quam eligeretur Abbas, verum ante concordata Leonis X. & Francisci Primi, ex Coenobiarctis creabantur Episcopi, non ex Episcopis Abbates: hunc Episcopatum Lombariensem nepoti suo Dionysio de Villarijs anno seculi 1499. resignauit. Orator Regius profectus est ad Hispaniæ Regem Ferdinandum V. pro pace concilianda inter Reges, vnde hæc è ciuitate sancti Ioannis de Lus ad Monachos S. Dionysij die

Ciacon. Panin. Hier. Ga. Aubery in Vita. Leoad. Albert. in desc. Ital. Hieron. Ghiles. in Theatro. Nomesel. Card.

Ciaconius Annales Dionysij. Claud. Robert. in Gallia. Chiff. Francisc. Belford. Arnold. Vuion. Petr. Frizon. in Gall. Purpurata. Felis Conzelor. in Eleacho. Aubery in Vita. Ferdin. Vghel. in Addit. ad Ciacon. Paninus de Rom. Pontific.

decima Octobris anno 1477. scripsit. *Hesternaluce fuit pax stabili inter Monarchas Francia, & Hispania, die sacra Diuo Dionysio Patrono nostro, & Protectori; hodie fuit promulgata; rogo vos iterum asque iterum, ut solemnem celebretis processionem, & ignes lactis excutatis, ut Lutetia excitabuntur per plateas, quibus Rex mirum in modum delectabitur. Ex quibus Garibay, ac Zurita erroris arguuntur, dum primus pacem hanc firmatam die 9. mensis Nouembris anno 1478. alter mense Septembris anno 1479. scribunt. Interfuit conuentui Gallicano habito Caroli VIII. iussu contra Duceum Auteliani, qui arma in perniciem Regni comparauerat.*

Orator etiam Regius nomine Caroli VIII. Romam se contulit ad Alexandrum VI. Romanum Pontificem anno 1493. quo munere fungens, donatus purpura, titulum S. Sabinae obtinuit; quare monachi Sandionysiani Pontifici gratias agentes de Cardinalatu collato suo Abbati haec scripserunt. *Audistum est in terra nostra, Beatissime Pater, & celebri sermone vulgatum verbum, quod fecit nuper sanctissima tua paternitas, & ostendit nobis in pio Pastore nostro non verbi tantum, sed & facti experientia adimpletum; unde cor, & caro nostra exultauerunt in Deum vinum. Exultat, & non immerito pra virtutum tuarum amplissima claritudine, & gloriatur omnis Ecclesia Sanctorum; tuo siquidem munere praeuenisti nos in benedictionibus dulcedinis, ponens in capite amatissimi Pastoris nostri coronam de lapide pretioso, ac si suscitares de puluere genum ad collocandum cum Principibus Orbis, & Urbis, ut solum gloria teneas inter eos, sub quibus curantur, qui portant Orbem. Quod si in filio paternus superabundet homo, quidem tua regalis Macary Dionysii Ecclesia, quod sic memores eius, aut quid filius tuus Abbas eiusdem, qui sic tua munificentia vixit eum; ut illum primogenitum tuum poneret excelsum pra Regibus, ac Principibus Ecclesia, ut tu ipse Alexander in extra Machabeorum historiam Ionas he tuo coronam auream expressam signo sanctitatis, gloria, & honoris imponeret, & purpura, ac rubicundum vestimentum adaptares. Haec sane mutatio, tua mutatio dexterae excelsi, qua Abram in Abraham, Iacob in Israel, hoc est in tibi Assistentes commutasti, quod latebat sub modio, poneret in lucem; ut qui ingrediantur domum Dei videant, & laentur, & sic glorificentur, & honorificentur ministerium tuum. Nimirum profecto si ministros Christi seruis seruum eius, si inclitos inclitus, studiosos studiosus, emeritos tanta solis benemeritis exaltas; debitorum propterea nos humiles filij tuae dignationis tuae decernimus, per quam in idipsum gratia tua, & gloria Cardinalatus dignus habitus est assumus vir, cui amoris religio, cui honoris sapientia, cui bono odor iustitia est, vas electionis tuae in honorem plenum gratiae, & veritatis. Quibus ita gestis, arbitramur Regiam Francorum applaudere maiestatem, cuius interuentione, & tui benignitate id actum credimus. Non enim veritus est Valentinianus Romanorum quondam Imperator clarissimus in beatissimis Ambrosij Mediolanensis promotione se profiteri apprimae dignitatum; cum is, qui sub eo Iudicis viceungebatur, dignus esse comparatus tanti ministerij opico. Multo amplius Regem Christianissimum tibi congaudere non ambigimus, quando sumum prouidum Consiliarium, & ad exteras nationes legatum, in omni domo sua fidelissimum, in tua consortem Curiae euexisti, velut alterum Chusi in consilio David, velut alterum Ietro in Moyse consistorio, & de temporali Francorum regimine in columnam Ecclesia firmam, & stabilem erexisti. Quod autem pro tanta nobis, & ordani nostro impensa beneficia valeamus tibi rependere, non in promptu habemus, Beatissime Pater, nisi quod ex promptuarij cordis nostri haurire potuimus vinum exultationis, & letitiae, & fruges orationum, & precum, quibus augetur incrementa iustitiae tuae. Sanctissima Paternitati tuae nihilominus supplicantes, ut Regalis Ecclesia tua non immemor priuilegia, & libertates eiusdem duraturas in eum concedas, augeas, & confirmes, ut sedem magnitudinis tuae gloriae in Israel confirmet, qui constituit te Principem omnis possessionis tuae Princeps Regum terra, in quo semper bene valeas feliciter regnaturus. Scriptum apud sacratissimum Diui Dionysij Areopagita Caenobium undecimo Kalend. Octob. anno Domini 1493.*

Vestri perhumiles, & deuoti in Christo filij, & oratores Prior magnus, & Commentus Regalis Ecclesiae B. Dionysij in Francia.

Romae agens curauit fabricari à Michaele Angelo Bonarota ad huc adolescente excellentissimam iconem marmoream D. Mariae, & Filij mortui inter brachia materna iacentis, quam posuit in Cappella Regia Franciae in D. Petri ad Vaticanum Templo, deinde ob nouam fabricam alio translata, nunc in Canonicorum Choro iacet. Huius Cardinalis opera in rebus arduis vsus semper est Alexander; & post adeptum Cardinalatum nunquam Roma discessit; non diu tamen vixit in purpura; nam sub eodem Alexandro Romano Pontifice Romae die Martis hora decima octaua, octauo Idus Augusti, anno 1499. decessit. Post obitum in Vaticano in Cappella Regum Franciae, quam picturis, aliisque ornamentis in modum ornauerat, sepultus est cum hac inscriptione sepulchrali.

D. O. M.
IO ANNI LANGROLASIO GALLO
S. DIONYSII ABBATI.
EPISCOPO LVMBARIENSI
PRESB. CARD. S. SABINAE.
CARD.
ALEX. ET SENEN. ET
PESTR. ROTAE AVDITOR
EXECVT. TESTAM. MCCCC.
ETATIS SVÆ X....

Nostri haece temporibus in Cryptis Vaticanis extat hoc sepulchrum hoc lemmate superaddito.

SEPVLCHRVM
CARD. IO. LANGROLASII GALLI EPISC. LVMBARIEN.
TIT. SANCTÆ SABINÆ.

Huiusce Cardinalis memoria legitur in Diarijs M. S. his verbis. *Die 6. Aug. 1499. obiit Io. sit. S. Sabina Card. S. Dionysij, & delatus, & sepultus in Basilica S. Petri in Cappella S. Petronilla: Die 7. comitatus à Clero S. Petri, fratribus Minerva, Aracoli, S. Augustini, de Populo, Carmelitanis, & S. Marcelli, factis vigilijs ab XI. Cardinalibus, inter quos fuerunt Cesarinus, Borgia, Grimanus, & Senensis.*

Anniversary dies singulis annis celebratur in Caenobio sancti Dionysij die septima Septembris.

Cum vt diximus clarislet scientijs, scripsit.
In libros Sententiarum.
Collationes habitas cum Clero.
Sermones ad Populum.
Orationem ad Summum Pontificem, & S. R. E. Cardinalium coetum habitam.



V.
BERNARDINVS Carauagial, seu Carauai, filius Francisci Lopez de Carauagial, & Aldoncae de Sande, natione Hispanus, patria Placentinus, Romam Sixto I V. Romano Pontifice, cui à cubiculo fuit, venit. Carthaginensis Episcopus ab Innocentio VIII. renunciat, Hispanicam obiuit legationem ad Pontificem, quomunere fungens inter Presbyteros Cardinales titulo sanctorum Petri, & Marcellini, postea sanctae Crucis in Hierusalem coopatus est: ad hunc Cardinalem assumptum ad purpuram circa Equinoctium Autumnale hoc misit Epigramma Petrus Martyr Anglus Mediolanensis.

*Nescio quod gradibus sapidissima Libra sugaras
De medio Coeli tramite Solis equos:
Alma soror Phoebe: fratri contraria semper
Ceperat alternas, iam superare vices.
Ducentem choreas quod sensu astante marito
Thebida iam veterem: Nereidesque pius.
Omnia quod vario resonarent littora cantu,
Et placidas Triston are ceteras aquas.
Vidi etiam montes: valles, & flumina: & herbas,
Et fata cum plantis continuasse modos.
Ducebant Fauni, & Satyri, Dryadesque decentes:
Quicquid, & Hispano cingitur axe choros.
Gaudia scrutanti quare hec tam magna: iocique:
Causa aures patulas percudit una mihi:
Quod te Cardineo tandem decorarat honore
SEXTVS ALEXANDER: noster in Orbe Deus.
Quare age iam fidei nostra firmissime postis:
Doctrinam, & doctos non minus inde colas.
Si cupis eternum nomen famamque perennem:
Non sit Pegasidum nunc tibi cura minor.*

Post acceptum decus purpurae, Apostolicae Sedis Legatus Maximiliano Regi Romanorum occurrit. Legatus etiam ad Ferdinandum Regem Neapolis venientem ad Urbem: Germaniae, & Campaniae quoque Legatione functus est. Iulio II. viuente, à quo stultè deficiens cum Cardinalibus Federico Sanseuerinate, Francisco Borgia, Guillelmo Brissoneta, & Renato de Bria Pifis in Italia Conciliabulum contra Iulium indixit. Quare Cardinalitia dignitate cum locijs à Iulio priuatus, à Leone X. restitutus est, vt diximus in vita Federici Sanseuerinatis supra. Titulum Sanctae Crucis adeptus, Basilicam illam restituit, ornauit, altaria in ea erexit, & Monasterij porticus condidit: quare grati animi ergo ad posterorum memoriam has notas in eadem Ecclesia inciderunt Monasterij incolae.

Cicconius
Andr. Vi-
strell. in
Addit. ad
Cicconii.
Hic. Albi
in Elogijs
Cardd.
Thom. Co-
stus in Hi-
stor. Neap.
Gaspar Bu-
gatus in us
Historia.
Lud. Iacob-
bill. de E-
pisc. Ful-
ginaten.
Ferdinad.
Vghell. in
Ital. sacra-
Panuius
de Rom.
Pontificib.
Aubery in
Vita
Fric. Guic-
ciardin. in
Historia.

Ad glo-

Hilberia à filia Hispani Regis condita, & appellata: deinde sub Christo sincera mente Deum reuerens. Tum post cladem Hispania à Mahumetanis Africani sub Roderico Regi illatam multò tempore Mahumetis militia seruens. Tandem Ferdinando, & Helisabeth sacris coniugibus Hispaniarum Rege, & Regina Catholicis valida illam tunc obsidione cingentibus: dedita illis Roma nuntiat. Ut apparentes signo Filij Dei in Vrbe que vniuersum Orbem refert: simul contra Mahumetem præcipuum Christi hostem victoriam insignem nuntiarì contingeret: ac inde in memoriam vtriusq; tam præclari diuini mysterij vna die Romæ relati: INNOCENTIVS ipse, & hanc Basilicam cum Senatu deuotissimo visitauit: & quotannis eam ipsa die visitantibus: plene indulgit. Primum Alleluia referens contra bestiam Babylonemque Mahumetem in Ecclesia Sanctorum iuxta Apocahypsim ea die fuisse decantatum. Inde verò vetustatem visorum, aut inhabitantium incutia: fornice Sacelli istius Hierusalem ruinam minante, & musis figuris operis Valentini præter Canticum Ambrosianum quod in fronte descriptum fuit: omnino deletis. Reuerendiss. D. Bernardinus Lupi Carauaiæ Episcopo Ostien. S. R. E. Cardinalis S. P. in Hierusalem Patriarcha Hierosolymitan. & fornicem ipsum, ac figuram musas demò ad instar priorum refecit. Intra ipsam quoque maiorem Basilicamque primus lium est titulus: diuersa Altaria nonnullis S. R. E. Cardinalibus in cathalogo Sanctorum annumeratis crexit: atq; dicauit. Claustruq; paruum, & magnum intra domum ipsam Patrum Carthusien. Chorumq; in situ aslice, & vtrumque descensum, & ante Capellam ipsam ad perpetuam Crislian. Reipub. felicitatem fundauit.

In eadem Ecclesia est alia huiusce Cardinalis memoria; videlicet.

Ad gloriam Dominice Crucis, & spem recuperationis sacri gloriosi Sepulchri Hierosolyma sub S. in Christo Patre, & D. N. Leone X. Hetrusca gente, familia Medices; clarissimo, ac Serenissimo D. Carolo V. Hispaniarum, & vtriusq; Sicilia, ac Hierusalem, vniuersaque Insula Atlantica, seu Terra Sancte Crucis, & Hispaniensis, ac aliarum Insularum Africa, & India Rege Catholico; Archiduce Austria, & cet. in Rom. Imp. Electo, Reuerend. in Christo Pater D. Bernard. Card. Carual. Episc. Sabinens. & Card. S. Crucis: Patriarcha Hierosolymitanus ante Capellam hanc vltiori sacra Capelle S. Crucis in Hierusalem adiungendam curauit Anno salutis Christi MDXX.

S. Marcelli quoque titulum in Commendam habuit; quare in M. S. scheda S. Marcelli Cardinale nominatum se vidisse fatetur Andreas Victorellus. Episcopatum Seguntinum, Fulginatem, quem in Rodericum Carauaiæ nepotem post octauum suæ administrationis mensum remisit; Asturicentem quoque in Hispania Ecclesiam, & in Italia Albanam, Tusculanam, Prænestinam, Sabinam, Ostiensem, & Patriarchatû Hierosolymitanum obtinuit.

Ostiensis Episcopus, & sacri Collegij Princeps Romæ migravit à vita 17. Kalend. Ianuarij anno Christi 1522. ætatis 67. sepultus in Ede S. Crucis in Hierusalem, Vincentio Pimpinella in eius funere orante; vbi hoc legitur Epitaphium.

BERNARDINO CARAVAIAL Natione Hisp. Patria Placent. Ep. Ostien. CAR. S. CRUCIS ob egreg. virtutes doctrinamq; In Sac. Litteris singul. ab ALEX. VI. Pont. M. in numerum Patr. ascito plurib. Legationibus pro Rp. Chiff. integre Sapienterque sancto prospera fort. moderate aduersa Constante usu per omnem vitam pie, ac religiose vixit Ann. 67. mens. 3. dies 8. obiit 17. Cal. Ianuar. Ann. 1523.

HIC BER. CARAVAIAL S.R.E. CAR. S. EPISC. OSTIEN. QUIESCIT DONEC AD ETERNAM RESVRGAT VITAM.

Vir hic doctrina præstans, artium, ac Theologiz Magister cotam Sixto I. in sacello Pontificio anno nostræ salutis 1484. die quo anniuersaria Dominicæ Circumcisionis celebritas peragebatur; sermonem non eloquentiæ nitore splendidum, sed doctrinæ succo affluentem habuit. Die festo omnium Sanctorum id ab eo factum scripsit Garimburtus; pluries fortasse Sixto audiente perorauit: Ego, inquit Victorellus, *Solam de Circumcisione orationem legi.* Aliam habuit ad Cardinales de eligendo Pontifice, Innocentio VIII. defuncto: demum teste Auctore Nomenclatoris Cardinalium, aliam se vidisse affirmat ad Maximilianum Imperatorem.

Apud Carolum Antonium à Puteo huiusce Cardinalis numisma vidi cum effigie Virtutis, atque hoc lemmate: **QUI ME DILICIDANT, VITAM ETERNAM HABENT.**

Bernardino Carauaiæ Presbytero Cardinali S. Crucis, suum Rosarium Sermonum prædicabilium dedicauit Bernardinus Busti ordinis Minorum.



VI.
RAYMONDVS Peraldi, siue Peraldi, quem male Ciaconius Periardum vocat, Gallus, natalem habuit Surturij in Sanctonum prouincia anno 1435. & ibidem S. Ægydij Cœnobium Prior, sui generis obcuritatem, charitate virtutum illustrauit. Et quidem studiorum cursum in Gymnasio Nauarrico, cuius alumnus fuit, feliciter confecit; inde Romam veniens Paulo II. Sixto IV. & Innocentio VIII. Romanis Pontificibus gratus fuit. Præful Sanctonensem Ecclesiam in Gallia,

atque ex Garimberto Nouariensem, & Viterbiensem in Italia, ac Gurcensem, & Agrigentiam in Germania: à serie tamen Episcoporum tum Nouariensium, tum Viterbiensium excluditur ab illis, qui summo studio Ecclesiarum illarum Præfulum Catholicum collegerunt. Nuncij etiam Apostolici munere Paulo II. Sixto IV. ac Innocentio VIII. Romanis Pontificibus functus est in Germania ad colligendas pro bello Turcico pecunias, quæ pro suo libito fuerunt distributæ; vnde teste Garimberto male audijt, & nullus Cardinalium processit obuiam illi Romam ingredienti, vt motis est. Legatur secundo ad Maximilianum Cæsarem, & ad reliquos Germaniæ Principes, ut illos ad concordiam inter se, & ad bellum Turcicum cohortaretur: frequens est apud Kranzium, ac Trithemium huiusce Raymundi Legati mentio. Hic enim præclarè munere suo fungens per aliquot annos Ecclesias visitauit, Clerum à concubinis purgans, Monachos ad pristinam disciplinam reuocans, pacem inter Principes, & Ciuitates dissentientes concilians. Hunc purpura ornauit Alexander VI. intercedentibus Maximiliano Cæsare, & Carolo VIII. Francorum Rege, & dictus Cardinalis Gurcensis ab Ecclesia Gurcensi, cui præerat, ut supra diximus. A Garimberto Xantonensis appellatur, tum quod eius quoq; ciuitatis cathedram tenuerit post Petrum de Rochechijart, tum quod in ea Prouincia lucem hauferit. Initio præfuit Diaconus Ecclesiæ S. Mariæ in Cosmedin; tum S. Vitalis, & anno 1499. die 29. Aprilis assumptus ad titulum S. Mariæ Nouæ, qui ob hanc nam occasionem fuit ex Diaconali exectus in Presbyteralem, vt notat Bruchius in Diario: demum obtinuit Ecclesiam SS. Ioannis & Pauli, seu titulum Pammachij. Alexandri iussu legatione in Perusina, ac Tudertina prouincijs, & Iulio II. mandante in sancti Petri Patrimonio fungitur.

Dum suæ ætatis annum septuagesimum ageret, è vita migravit Viterbij die quinta Septembris, Incarnationis anno 1505. & iacet in eadem Vrbe ad ædem Trinitatis apud Patres Augustinianos cum hoc Epitaphio.

Raymundus Peraldi patriæ suæ Sanctonenfis Episcopus, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis Gurcensis, proque ea Legatus adeo opulentia contemptor, ut elargiendo, nihil sibi relinqueret: ab IULIO tamen II. Pontifice Maximo ditatus, dum Patrimony Legatione fungitur Viterbij obiit nonis Septembribus anno salutis MDV. usque ab Iulio tradita solum retinere occæperat, sic monumentum hoc haud questum reuerentia eiusdem approbare credendum est. Vixit annos septuaginta.

E Scripsit de Dignitate Sacerdotali super omnes Reges terræ. De Actis suis Lubeci in Dacia libellos varios in Germania excusos.

Epistolas item aliquot ad Capnionem, & ad Germanos Proceres, & Heluetios, cum podagra retineretur, vt illos ad bellum contra Turcas hortaretur.

Hic adeo diuitiarum contemptor fuisse dicitur, vt omnia elargiendo nihil sibi referuaret. Henricus à Lotharingia filius Antonij Comitiss Vaudemontiani Præful Metensis consensit, Coadiutoris in Episcopatu Metensi titulum in Raymundum Cardinalem Gurcensem transire, nullum esse in sua familia pernobilis aduertens, ætatis satis prouectæ ad hoc onus sustinendum: verum Renatus Rex Siculus, ac Dux Lotharingiæ, & Barri omnem mouit lapidem, vt Ioanni filio suo quatuor annorum puero Coadiutoriam cum Capituli consensu concederetur; quare S. Manfueti Tullensis Abbatia Raymundo cõcessa est. Inter alia affectus sui erga Deiparam Virginem documenta anno salutis 1503. dum in Germania esset Sedis Apostolice Legatus, edidit de Confraternitate Rosarij eiusdem Deiparæ Virginis Bullam unam, quæ Magdeburgi seculo superiore cultodiebatur, vt refert Io. Andreas Coppentinius libro tertio de eadem Confraternitate. Huiusce Cardinalis ex Patride Grallo resposum suggerit Auberius, cuius dicti fides sit penes Auctores, qui illud rescripserunt: ait, namque è Germania reuero, obtingisse prouinciam sacros cineres capiti summi Pontificis, qui erat tunc Iulius II. ex more imponendi in ipso capite Quadragesimalis


Ciaconius Petr. Frizonius in Gall. Purpurarum. Aubery in Vita. Panninius Perd. Vgh. in Ital. Sacra: Carol. Notuarica. in Nocturnis. Felix Cœtelor in Elecho. Lud. Iacob. in Hist. Polignac. Henricus Spondan. in Ansal. Eccles.

Nomencl. Cardinal.

Hipp. Mar. in Purr. Mar. cian.

malis ieiunij. Cumque solemnia verba, *Memento homo* pronun-
ciare vellet, à Magistro Cæremoniari, ne ijs uteretur, admo-
nitus, quod illa ex præscripto sacrarum rituum omitti deberent,
cum Pontifice, qui omnium Doctor, & Admonitor est, à nemine
verò doceri, & admoneri debet, sicut nec iudicari. At ille postea
cæteris Cardinalibus in vulgari colloquio per iocum asseueravit,
sibi venisse in mentem, aberrante memoria, vt pro consueta ver-
bis ista Pontifici reponeret, *Memento Papa, quia non habeo pec-
cunias*, quo, vel hoc modo Pontificem de indigentia sua faceret
certiorem. An autem hac arte sermoneque ad Iulij Pontificis an-
tes perlato, an propria munificentia motus fuerit Pontifex, ad
eundem Cardinalem ditandum, qui in obsequio Ecclesie, & le-
gationum sumptibus omnia sua consumpserat, ignoramus.

VII.



CÆSAR Borgia, cognom-
mèto Valentinus, Romanus,
Roderici Cardinalis Borgia
filius nothus, ex electo Archiepis-
copo Valentino renun-
ciatur ab eodem Alexandro VI.
Diaconus S. Mariæ Nouæ, &
specie legationis comes, & ob-
ses Carolo VIII. Regi datus, sed
Velitris Paulo Iouio teste, Ro-
mâ aufugit, ac Ioannem fratrem
Gadiz Ducem, vt opinabatur,
æmulum, si vera narrant, inter-
fecit. Galeri deinde decus as-
pernatus, & armorum amore cap-
tus Cardinalatus cessit die vlti-

ma Iulij an. 1498. & Gallis adhæsit, ac cum Carlotta Alibretæ fami-
liæ Regij sanguinis virgine coniugium iniit, & Pontificis Præ-
fectus copijs, multa nec parua molitus, magnæ partis Italiæ domi-
natum affectare cœpit, usque adeo dira cupiditate, vt in vexillis huius
titulû præferret; *AVT CÆSAR, AVT NIHIL*. quasi nihil animo
mediocre, sed immoderata, & longè maxima cupere videri vellet.
Ante omnia, Iouij verba rescribo; *Proceres Romanos Columinos,*
& Vrsinos tollere constituit, postquam inter eos bellum aliquamdiu
frustra abussit, vt utraque pars mutuo ferro concideretur: nam
*illi post ad cuius bellum, Borgia artibus intellectis, sese pacifac-
tione conciliarant. Columini nihil sibi fuga, ex exilioque potius rati,*
paterne oppida Borosa reliquerunt: Vrsini stipendia allecti, ad
unum fere omnes terribissimo supplicio necati sunt: Baptista Car-
dinalis in mole Hadriani gentiliu suorum necem preunte; cum
Vitelocius Thiphernas, & Liberottus Firmanus ad Senogalliam,
in agro autem Perusino Paulus Vrsinus Latini Cardinalis filius, &
Franciscus Vrsinus Gramma Princeps eandem necis sortem tulif-
sent. Caietana quoque familia Proceres, qui Sermonetam oppi-
dum in Latio iuxta Prænerum obtinebant, Iacobus, Nicolaus, &
Bernardinus alio, atque alio modo interfecti, arces, & opes Bor-
gie concesserunt. Camertes quoque Principes antiquæ nobilita-
tis, Iulius Cæsar, Penantius, Annibal, & Pyrrhus principatu
exuti, strangulati que sunt. Astorem Manfredum Fauentia Prin-
cipem sub fide deditum, necatumque immaniter Tybris excepit.
Catharina Sfortia, qua Foroliui, & Forocornely urbibus im-
perabat, expugnata tormentis, captaque Romam tanquam ad
triumphum perducta est. Pandulphus porro Malatesta, Ioannes-
que Sfortia, & Guido Vbaldu Feltrius ipsorum ditionum urbes,
Ariminum, Pisaurum, & Vrbium inuadenti relinqueret, quam
interfici arrepta fuga maluerunt: cessit Cæsari Iacobus Appianus
oppidum Populonium in Hetruria, sed dum hac cruenta via in a-
lienos principatus grassaretur, etiam Arragonium adolescentem
Bisethi Principem, ac Alfonso Regis filium, & Lucretia sororis
sue maritum in atrio Vaticano Templi vulneratum, & quoniam
spes esset, curari posse, in ipso cubiculo, lectoque nuptiali sororis
mastrari iussit. Borgia quoque iuniorem Cardinalem, quod Can-
diano saueret, veneno sustulerat: Ioannem denum Cerbellionem
virum domi, militiæque nobilem, quod pudorem in famina Bor-
gie domus seuerius custodiret, nocturnæ cenæ redeuntem crudeliter
interfecit. Ab eo quoque capitali supplicio affectus est Iacob San-
ctacrucius præclaræ nobilitatis Romanus ciuis, quo nemo ipsi Cæ-
sari amicior, & familiarior fuit; nec aliam ob causam, quam
quod validam promptissimorum hominum manum ex factione
Vrsina subire cogere, & ad omne audendum facinus impellere pos-
set. At in tanta propagandi imperij dira libidine, ac siti Alexandro
VI. Pontifice per venenum, paratum alijs, sublato, Cæsar eadem
rapida valetudine grauitè tentatus est, ita vt populus pro comper-
to haberet, & patrem, & filium ex eadem lagena venenum, quod
conuiujs parassent, ebibisse, fatali scilicet errore ministri, qui la-
genas improvidè commutarat in ea cenâ, quæ ad fontem in ad-
uerso Vaticani dorso ambobus maximè hilaris, sed exitu admo-
dum lugubris fuit. Medici cum senem vim eius veneni minimè
sustinentem seruare nequissent, Cæsarem filium, ut erat ætatis vi-

Agote præualidus, multis antidotis conseruauit. Ad Alexandri
obitum Valentinus in palatio Vaticano grauissimè decumbens,
vehementer indignatus querebatur, quod cum alias sæpius omnia
quæ in parentis morte accidere poterant, cogitasset, omnibusque
remedia inuenisset, sibi vt & ipse eodem tempore, tam periculoso
morbo detineretur fieri posse, nunquam in mentem venisset. Om-
nes tamen copias suas circa se contrahebat, vt à tumultibus in Vrbe
excitatis, & ab Vrsinis, ceterisque nobilibus Romanis eius armis
olim pulsus, sua reperentibus, se defenderet. At cum Cardinalium
Collegium Conclauè ingredi recusarent, nisi liberum esset,
Cæsar Nepe se lectica recepit, & inde ciuitatem Castellanam.
Post Alexandri obitum à Iulio II. Pontifice successore, qui arces
togatæ Gallie repetebat, custodiæ traditus est Cæsar, cum se in
eandem prouinciam proripere cogitaret: ibi enim non de futura
sibi hominum studia existimabat, ea præsertim spe, quod vtrius-
que factionis duces Ioannes Saxatellus, & Guido Vanius liberali-
bus stipendijs, & beneficijs præoccupati, apud eum in honore es-
sent, ideoque simulatas, & inanes ad Præfectos literas scriberet.
Quamobrem accidit, vt Petrus Ouedius cum his literis à Pontifi-
ce Cæsenam missus à Didaco Chignone de muro præcipitaretur,
eoque atroci factò vehementer commotus Pontifex Cæsari acer-
biora minaretur, nisi continuo Hispani Præfecti repetitas arces de-
didissent. Ab hac Pontificis iracundia territi Borgia, & Remolinus
Cardinalis propinqui Cæsaris, & Borgiae familiæ inserti Nea-
polim profugerunt: verum in id demum utrinque conuenitum est,
vt Cæsar si dimitteretur, secretiores tesseras dedendas arcibus ad
Præfectum missurum promitteret. Eius autem rei præstandæ, con-
ficiendæque vas fuit Bernardinus Caruaial Cardinalis, ea condi-
tione, donec promissio fidem impleret. Interim duo Cardinales
qui erant Neapoli, id expetente Cæsare à Consaluo impetrarunt,
vt Cæsari sub fide Neapolim venire, atque inde proficisci ex ar-
bitrio liceret. Id Consaluo summæ dignitatis viris nequaquam
grauate tribuit, ac diploma manu sua subnotatum, ac peculiari
obsignatum gemma Ostiam transmittit. Nec diu post cum Dida-
cus Chignones, & Consaluo Mirafontes conspectis tesseras, Cæ-
sare, & Foroliui arces Pontificijs præfidijs deditissent, Cæsar à
Cardinale Caruaiale statim dimissus, conducta repente nauicula,
Neapolim peruenit, lætus admodum, quod præter spem antiqui
hostis manus effugisse videretur. Tum verò Neapoli cum Cardi-
nalibus, & veteribus amicis suis Hispanis Ducibus nouandarum
rerum consilia agitare cœpit, nequaquam enim animo se demil-
lerat, quin antiquæ spei totus initeretur, & centuriones, milites-
que sibi notos, & ignotos vndique conquireret, ac nauigia para-
ret, quibus Pisas adueheretur. Erat enim fama edita in vulgus eum
Pisanis auxilio profecturum, qui libertatem suam aduersus Flo-
rentinos iam nonnum annum constantissimè defendebant; verum
in arcano erat, à Pisano littore per Lucensium agrum, & Cal-
phurnianos saltus transcendere Appenninum, & per Mutinensium
fines rectè ad Emiliæ vrbes penetrare, auctus scilicet copijs, studio
Alphonfi Atestini Ferrariæ Principis, cui Lucretia soror nupserat,
sperabat, beneuolos suos, ac veteres clientes sibi affaturos, vt pas-
sum propensissima omnium voluntate reciperetur. Hæc ubi eum
moliri Iulius didicit, nihil sibi cunctandum ratus, quin captis ob-
uiam iret, ad Consaluum scriberet, seuerè admonens, ne homi-
nem cruentum, audacem, maximoque Italiæ malo natum, & facti-
tiam tyrannidem ditionis siæ populis importantem, furere, & gra-
ssari iterum pateretur. Hæc eadem cum per Legatos Regios,
qui Romæ erant, & per suos, qui in Hispania Regem sequeban-
tur, cum Ferdinando grauissimè, & vehementissimè sæpius egis-
set, literæ Regiæ ab Hispania Consaluo allatæ sunt, quibus Cæ-
sarem comprehendere iubebatur, quod graui Principum omnium
incommodo, ac suspicione res nouas moliri, impiaque arma ad-
uersus Pontificem parare diceretur; atque ita Cæsar cum in exor-
nanda classe, ac militibus conscribendis occupatus, uti necesse e-
rat, alloquendi causâ sepe in arcem ad Consaluum iret, à Nonio
Campeo, dum egredi vellet, humaniter retentus, & custodiæ
traditus est, nec quisquam suorum edito ingenti suspitio fortu-
nam incusanti, frustra se sub fide proditum querenti, opem
ferre potuit. Nec multo post iubente Rege in Hispaniam à Liscano
deuictus est; sicut aliquandiu Conciliæ, & denum ad Medinam
vrbem in arce cui Motta nomen est, duos ferè annos custodiretur,
ea tamen sorte, vt deceptis custodibus, fure demissus, suppedi-
tante equos Pigmentello Beneuentano Principe, ad Ioannem
Nauarræ, seu, ut alij volunt, ad Ioannem Cantabriæ Regem per-
fugeret. Is tum cum Alarino Regulo, qui à fide defecerat, bellum
gererat; in eo armorum motu cum egregiam operam Regi nauar-
ret, conferta ad Mendauiam pugna, ignita glande læsus occubuit
eo euentu, ut nequaquam agnitus detractis armis nudus relinque-
retur. Sed scutifer eius cadauer equi ceruicibus impositum Pam-
pelonem retulit, haud dubiè rapiente fato ad eam urbem, cuius
Antistes antea fuerat: neque enim quisquam ferè repertus est, qui
cum sese susceptis semel sacris abdicarit, tranquillum vitæ exitum
tulisse censeatur. Occubuit anno reparatæ salutis 1505. die 13. Ap-
rilis, seu verius vt alij volunt die 12. Martij anno 1507. in Dic-

Ciaccon. Paulus Io-
nogi. Andr. Vi-
stozell. in
Addit. ad
Ciaccon. ff.
Hier. Ga-
simbert. i
Ashery in
viti. Henricus
Spondan-
in Annal.
Eccles. Brounus
in Annal.
Felix Con-
telor. in
Blecho. Frascio.
Guicciar.
Thomas
Colonus in
Hist. Nea-
politana. Ioan. Ts-
mayris de
Episcop. Præpou-
to Marti-
na in Hist.
Hispan. Pausanias
de Roma.
Ponice.

cessi Pampelonenſi eo ipſa die, quo Episcopatus illius poſſeſſionem inierat, nempe Magni Gregorij feſto: cadauer relatum Pampelonenſem ſepulturam habuit, cuius ſarcophago appendere Poetae latini Carmina plura, videlicet.

*Aut nihil, aut Caſar vult dici BORGIA quidni?
Cum ſimul & Caſar poſſit & eſſe nihil*

Seu

*Omnia vincebas, ſperabas omnia Caſar;
Omnia deficiunt: incipis eſſe nihil.*

Clarus illius æui Poeta Hiſpanus eidem Hiſpanica lingua aliud inſcripſit Epitaphium.

*A qui yaze en poca tierra
El que toda la temia
En eſto vulto ſe encierra
El que la paz, y la guerra
En ſu mano lo tenia.*

*O tu que vas à mirar
Coſas dignas de notar,
Si lo maior es mas digno
A qui aca bas tu camino
De à qui ti puedes tornar.*

Hoc eſt

*Terra qui modo terror vniuerſa
VALENTINVS erat, ſepultus hic eſt.
Tantillo hoc ſpatio quieſcit, Orbem
Bello qui potuit mouere totum.
Hoſpes qui freta longa, quique terras
Curris, res anidus notare dignas
Siſte hic adueniens gradum, neque ultra
Iam quoquam properes; videre mains
Toto nil potes Orbe, digniſue
Quam quo tantus homo ſacet ſepulchrum.*


Eidem Andreas Angulius aliud inſcripſit Epitaphium.

*Hæu quantum fuerat ſatius Dux maxime CÆSAR
BORGIA, tam claris Rome natalibus ortus
Hiſpano Patre, magnarum puer indole fulgens
Virtutum, & iuuenis donans honore Galæ
Purpurei, nunquam tam ſæde inſignia tanta
Tu deſpexiſſes; recondens dira cupido
Inuaſit quum te rorantem ſanguine Fratris,
Vel ſaltem eſt animum aggreſſus quum billicus ardor
Ille tuum, priſcos quo aquaſti Marte Quiriſes,
Totque Duces, valiaſque acies, totque oppida & vrbes
Viſiſti, inductus mentemque animumque tyranni
Aut nihil, aut Caſar demens iactare ſolebas,
Debueras pro fama eterna, pro laude perenni
Prælia tractare, ut Roma celeberrimus olim
Moſ fuit, at non illa inhians & ſanguine & auro
Exercere, domo Dominoſque expellere auita,
Totque horrenda animo committere funera ſeuo,
Que pudor Hiſpano me ortum Genitore, Quiriſini
Inque Vrbe, & teſtis huiſdem tam ſæda referre
Nunc prohibet; ſacri quum ſpreſis iniuria honoris
Magna olim edocuit mortales ſatque ſuperque,
Cantabria miſer ut cecidiſti in glorius agris.*

Eidem Sannazarius aliud inſcripſit Epitaphium; videlicet.

*Qui modo proſtratos iactat at cornibus Vrſos
In latebras Taurus concitus ecce fugit.
Nec latebras putat eſſe ſatis ſibi; Tybride toto
Cingitur, & notis vix beneſidit aquis.
Terruerat montes mugitibus; obuia nunc eſt,
Et facilis cui vis præda ſine arte capi.
Sed tamen id magnum, nuper potuiſſe vel Vrſos
Sternere, nunc omnes poſſe timere ſeras.
Ne tibi Roma noua deſint ſpectacula pompe,
Amphitheatrales reddit arena iocos.*

Vnicam filiam reliquit penes matrem atque auunculum Vaſconum Ducem Caſar, qui antequam Cardinalitæ dignitati cederet, præter Valentiam adminiſtrauerat Pampelonenſem, Caſtrenſem, Nannetenſem, & Elnenſem Eccleſias: Legati Apoſtoli munere functus quoque fuerat in Vrbeueteri, & ad coronandum Federicum Regem Neapolitanum. Purpura Cardinalitia reiecta in Galliam profectus Cardinali de Ambroſia galerum attulit. Poſt parentis mortem ludibrio apud omnes habitus, cuius eo viuente amicitiam maximi quique Reges, ac Principes certatim præſtabant: ſic tranſit gloria mundi, ſic euaneſcunt conſilia inique ſuſcepta, & corruunt malè fundata ædificia. Hunc verò P. Iouius inter Viros Bellica virtute illuſtres collocauit, & Elogium ſcripſit, ubi tamen longè plura illius mala, quam bona reperies.



VIII
HIPPOLYTUS Eſtenſis, natione Italus, patria Ferrarienſis, Herculem Primum Ferrariæ Ducem, ac Eleonoram Ferdinandi Siciliae citra Pharam Regis filiam in parentes habuit. Grauida mater acceptorum à Deo beneficiorum memor, quoniam augmentum quiddam in vtero geſtare ſibi viſa eſt, annuente viro, quicquid peperisset, Deo dicere promiſit. Puer adhuc ne domesticis emolliretur delicijs, ſub duris,

B ac ſeueris magiſtris accuratam cœpit operam bonis artibus impendere; penè infans excelsi ingenij argumenta dedit; ſeptennis ab Hungariæ optimatibus ad Strigoniensem Archiepiſcopatum vocatus, in Pannoniam cum inſigni comitatu patris ſtudio ſtatim contendit. Præliabatur tunc Matthias Coruinus Hungariæ Rex cum Caſare, & nouam Auſtriæ urbem obſidione cinxerat; Hippolyti aduentu agnito, obſidione deſerta, cum Regina, & exercitu lætus apprimè aduentanti occurrit, perhumaniterque, & perhonorificè exceptum filij loco habuit, idem Beatrix Regina, Hippolyti matertera, matris enim ſoror erat, peregit. Adoleſcentulus à Regis militari peritia, & gloria clariffimi latere non diſcedebat; eo magiſtro regendorum populorum, & militaris artis præcepta didicit; per ſeptennium in Pannonia hæſit; idioma illius gentis perculluit, literarum ſtudia coluit, modeſtia, comitate, humanitate, probitate, morum elegantia, illius Regni homines ita demulſit, ut eum amarent, & colerent. Puer nullam rem priuſquam ſacras laudes, quæ Deiparæ Virgini ſtatis horis canuntur, memoriæ mandauit, hæſque deinceps laudes quoad uixit, nunquam præterijt. Procero erat corpore, & valida neruorum, ac membrorum compage firmo, valetudinem autem ſagittandi, & iaculandi exercitatione firmiorem reddiderat: lepor, venuſtaſque in illius ore vigeat; viuidi oculi laudabilem ſeueritatem, & clementiam ſpirabant: regia planè tota facies, natandi peritus, quodcunque armorum genus icite tractabat; vigilijs, calores, frigora facile perſerebat. Rege extincto, Regiam matris loco, beneuolentia, obſeruantia, grato liberalique animo Strigoniæ complexus eſt. Ibi degentem Alexander VI. Romanus Pontifex in Senatum Vaticanum allegit, & Diaconum S. Lucie in Silice nominauit: re cognita Hippolytus Ferrariam ſe contulit, ac patrem modeſtiam, prudentiam, & purpuram in adoleſcente admirantem reueritus, in Pannoniam reuerſus eſt. Ibi galero rubro accepto, Romam è veſtigio conceſſit; vbi ſummo omnis ordinis hominum plauſu exceptus, omnis Flaminia via, omnis campus Martius, denique Vrbs tota facibus perlucendo tantum virum excepit. Roma à Ludouico Sfortia Mediolanum acceſſus, in rebus arduis adiutor illi, & ſocius fuit: ab Alexandro illius Urbis deſignatus Antifeſ, rerum gerendarum vſu, & ſingulari prudentia, excellens Eccleſiam illam annos tredecim adminiſtrauit. Ad nuptias Lucretiæ Borgiæ, & Alphonſi fratris celebrandas, Romam patre ſuadente redijt. S. Petri Archipreſbyteratum, Capuanam Eccleſiam, & non longo poſt tempore Ferrarienſem, tum ex aliquibus Mutinenſem in Italia, tum Narbonenſem in Gallia adeptus eſt. Vir admirabilis prudentiæ, & iudicij in tractandis rebus arduis ab omnibus Europæ Regibus ſummoperè dilectus, & maximo in pretio, & honore habitus Cæſaris Vicarius in Italia vixit, à quo Montagnanum, & Caſtrum Baldi in donum accepit.

E Alexandro moriente Roma aberat, monitus, diſpoſitis equis vtens Romam cum peteret, equi caſu dexterum crus illi fractum, Florentiam adijt, vbi breui conualuit; poſt Pij III. obitum ad Comitia venit. Ludouicum Galliarum Regem in Italia bellum gerentem inuiſit, ſummo ab illo honore exceptus, ſecretioribus eius conſilijs interfuit: ad Maximilianum Imperatorem Patavium armis laceſſentem, Apoſtolica auctoritate acceſſit. Venetorum claſſem Pado contra Alphonſum fratrem delatam vicit; nonnullas triremes cepit, duas incendit; vexilla in primario Templo Ferrariæ ſuſpendit. Profectus in Galliam cum Conciliabulum contra Iulium II. pararetur, non prece, non alia re contra Iulium, quem verum Pontificem prædicabat, excitari potuit: dexteriſtate tum Iulio Pontifici, tum Ludouico Regi ſatiſfecit; ab vtroque ſapiens appellatus eſt. In Italiam reuerſus, in Germaniam proceſſit, & inde in Pannoniam, vbi à Ladislao Rege, ut in Germania à Cæſare perhonorificè ſuſceptus, & magni æſtimatus. Iulio Pontifice inortuo, & Leone veteri eius amico ſublecto literas illico ad illum dedit, atque hæc à Leone in reſponſum retulit.

Ex tuis literis intellexi id, quod etiam ſine ijs exploratum mihi erat, Pontificatus mei nuntio audito te magnam lætitiã cepiſſe. Itaque mihi ea de re officioſiſſime amantiffimiſque verbis gratularis. Aegre ſens etiam ſuffragiorum ferendorum tempore te non aſſuiſſe. Quæ quidem mihi omnia optatiſſima legenti iucundiſſimæque fuerunt: ex animo enim beneuolentiſſimo mihi dudum

perſpecto,

Ciaconius Alex. Guatin. in orat. Funebri. Andr. Viſtorell. in Addit. ad Ciacon. Capacc. in Hiſt. Neapolit. Claud. Rober. in Gall. Chriſtiana. Selligrad. M. Anton. Guatin. in Hiſt. Ferrarienſi. Ferdinad. Vghel. in Addit. ad Ciacon. & in Italia. Guicc. in Hiſt. Aubery in Vita. Hipp. Mar. racc. in Purp. Martiana. Felix Cœtelor. in Elencho. Panuinius de Rom. Pontific. Hier. Garimbert.

perspecto, & cognito sanè proueniunt. Magnopere autem vellem eo te tempore Romæ fuisse: rem enim nostrâ, qui tuus est in me amor, profecto in primis inuisses. De meo verò in te animo ita te volo existimare: Amorem meum, qui quidem antea ergate, atque Alphonsum Ducem Ferrariensium fratrem tuum eximius semper fuit, hac in me Dei Opt. Max. benignitate, ac munere, & iam auctum multiplicatumque esse: ut quo maior ipse sum, eo uterque vestrum, & coniunctior mihi sis, & certe charior. Quod autem nobis eundem fratrem tuum commendas: voluit is iustis quidem de causis, quas ab ipso intelliges, irfctis rebus suis Roma proficisci. Spero tamen, quoniam eius res fundamenta secimus, quod super est, me daturum operam, ut intelligatis vos mihi ambos incolumitatemque vestram magna cura esse. Dat. 1513. An. I. Roma.

His acceptis litteris, inuitus ab inuito Ladislao discedens, ad Urbem magnis itineribus properauit; ibi Leonem veneratus, eius benignitatem expertus, in magno pretio fuit. Cum Leo Bononiam colloquium cum Francisco Gallorum Rege habiturus se contulisset; Hippolytus, & Sanleuerinus primi Diaconi Cardinales Regem medium excipientes ad Leonem deduxere. Ferrariam reuersus, Episcopatus ædificia restituit, Strigoniensem Ecclesiam cum Agriensi mutauit: ad res componendas Pannoniam repetijt, incensum primarij Templi tectum refecit; aliud sacrum ædificium absoluit; munificus omnibus, discordias sedabat. Cum Bona, ex materno genere neptis, Sigismundo Poloniae Regi desponsata esset, nuptias honoraturus à Sigismundo inuitatus, in Poloniam profectus, Regi gratus, Polonis Proceribus, aliisque penè admirabilis extitit. Bonæ enim sponsæ occurrit Hippolytus Cardinalis apud Forumiulij, eamque per Carinthiam, Styriam, Austriam, & Morauiam honestissimo comitatu in Poloniam, vsque deduxit: deinde Pannoniam iterum inuisit, cum Rege amore, & muneribus certauit: rebus compositis, morbum fratris agnoscens, Ferrariam aduolauit. Ecclesiam Mediolanensem Hippolyto nepoti celsis: Doctorum virorum Mœcenas; Mathematicas disciplinas, Geometriam, Arithmetica, Musicen calluit: Ludouicum Ariostum, & Franciscum Nigrum in famulatio habuit. Scripsit de Nauali certamine vernacula lingua, quo, anno 1509. Venetorum classem fudit, quem librum Cælius Calcagninus postea latinitate donauit.

In extremo morbo singulari fide, & pietate Ecclesiæ Sacramenta percepit, ac fratre hærede instituto, Ferrariæ religiose decessit die 3. Septembris anno 1520. ac sepultus est in sacratio Cathedralis eiusdem vrbis, Cælio Calcagnino orante in eius funere. Extant tamen aliz, Hieronymi, scilicet Faleti, & Alexandri Guarini funebres orationes: Antonius Sanderus illius in Elogijs Cardinalium mentionem facit. Hic ob amorem B. Virginis puellis maritandis, & publicæ Sodalitati ad id opus institutz priuatim multum contulit; neque annum prætermisit, quo non dotes supra decem persoluerit. Huius Cardinalis cineres anno 1607. Ioannes Fontana Ferrariensis Episcopus ad pedes sepulchri Urbani III. decentius vnâ corpore Ioannis Cardinalis Saluati eiusdem Ecclesiæ Episcopi collocauit, vt habet Marcus Antonius Guarinus in Historia Ferrariensis Ecclesiæ.

Hoc Præfule perhonorificè corpus S. Leonis Papæ conditum est in Ecclesia Ferrariensi, in qua ad perpetuam rei memoriam hæc notæ inciz.

A Partu Virginis Anno 1519. 14. Kalend. Julij Pontif. Max. Jul. II. Alphonsi Estensi Ferrariens. Duce III. Hippolyto eius fratre S. R. E. Cardinali, Ferraria Episcopo, hac in sepulchro, ubi Faustina olim cinis reconditus fuit. Ven. Iacob. Bentionus huius Ecclesiæ Antistes arcam plumbeam ossibus instructam deprehendit, in qua hæc incisa legebantur.

Hic requiescit Corpus Sancti Leonis Pontificis, & Sacerdotis Christi, translatum hæc à Vicouentia sub Grassano Ferrariense Episcopo Anno Domini M.VIIII. Kal. Martij. Cuius rei iudicla supplicatione per Ven. Sacerdotum Collegium religiosiss. eodem loco eadem ossa reposita sunt eodem Anno Id. Julij.

Supra inter Episcopos Nouarienses Hippolytus hic Cardinalis recensetur, sed malè; nam hunc cum Hippolyto Cardinale nepote, qui reuera præfuit Ecclesiæ Nouariensi, illi confundunt.

Alexander Sardus huiusce Cardinalis vitam scripsit. Ad cenotaphium Mutinæ anno nostræ salutis 1659. erectum, Francisko Estensi, Primo huius nominis Duci, inter alios illius illustriissimæ familiæ heroes Hippolyti Senioris Cardinalis simulacrum adfuit, in cuius basi hoc erat Elogium.

Hungarici Regni iactata securitas
 HIPPOLYTO nixa siquidem nutauit, haud cecidit.
 Suum ferre Cælum non modo didicit humeris
 Sed etiam seruare luminibus
 Hic Argus Alcides.
 Facile collabescit Imperium, quod Sceptro exocularo fulcitur.
 Præsentire Syrtis, semper est maturæ Peripicaciæ;
 Nonnunquam immaturæ Felicitatis, euincere.
 Dedecorant, pericula non opinata, Rectorem

Ciacon. Vit. Pontiff. & Cardd. Tom. III.

Sæpe non superata, Fortunam.
 Sagax HIPPOLYTI Claua
 Exortæ discordiæ seditiosas Beluas condorefecit.
 Vt in eiusdem Regni sphaera coniuncta splenderent quidem
 Non tamen à suo Sole deficerent.
 Ille mentem obscuri furoris illuminauit.
 Quando gliscentes flammæ ambitionis extinxit.
 Adamantina vires Prudentiæ
 Vices vitreas attriuere Perfidiæ.
 Quare procellosa capita, quæ tragicam concepere Melpomenem,
 Sapienti patrocinate Lucina
 Hilarem peperere Polymniam.
 Iam Serenissimis Leonis regale itemma sociauerat
 Sux gloriæ cum syderibus victor HIPPOLYTUS.
 Ita tamen, vt hosti magnanimo vulnera inflicta
 Radios vomerent eloquentes.
 Qui eundem victum testarentur, & inuictum.
 Quoniam vt extero de mundo triumphare consuesceret,
 Arte magistra vinci aliquando non recusauit.
 In hoc vno lunares est imitatus ille periodos;
 Quod exacta breui iactura fulgoris
 Orbem vniuersum sua luce compleuit.
 Venetus Leo
 Nullus cicatricis apparente vestigio,
 Quomodo Romulæ Lupæ laudes immanitas
 Post se longo interuallo relinqueret.
 Dum Laureata ipsius immortalitas inuenta potius,
 Quam acquisita crederetur:
 Sortis indulgentiæ, non Fato adscribenda virtutis?
 Æternitas illa pulchrior enitescit?
 Quæ nobili exortu, genitricis mortalitatis eluctata tenebras.
 Per splendida vulnera concedit in Solem.
 Purpuram contulit Alexander HIPPOLYTO
 Alteri verè Lysimacho.
 Qui prisca Macedonis viribus, & victoriæ plausibus æquaretur.
 Hic sanè vixit, & sanguine, & amore Alexandro suo coniunctus.
 Vix ille rubor Vaticanæ illuxit Auroræ,
 Cum Lyristes Apollo terris affulsit.
 Cuius obrutu diserta Musarum natio reuocaretur ad cantus.
 Quam benè Atestinæ Rosæ
 Delectarunt, ipsis cupidibus asperæ.
 Dum stylis aureis, erudito planè satellitio, Ferrariæ cingerentur
 Interim miraculo quidem venturi Nepotes adscribant,
 Quod Togatus pugnarit HIPPOLYTUS,
 Et vicerit Insulatus.
 Sed Prudentiæ, & Fortitudinis ingenio referatur acceptum,
 Quod triumphauerit Palmata prætexta Purpuratus.
 Huiusce Cardinalis numisma est apud Carolum Antonium à Puteo cum effigie, & expresso nomine in prima facie, hoc modo.
 HIPPOLYTUS ESTEN. S. R. E. PRESB. CARD. FERRAR.
 In altera verò sunt Angeli plures, & sene genuflexo cum literis. NE
 TRANSEAS SERVVM TVVM.



IX.
 FEDERICVS Casimirus, Casimiri Regis, & Elisabethæ Austriacæ Reginae Poloniæ filius, matre annitente anno decimo nono suæ ætatis electus est Cracouensis Episcopus, & paulò post renunciatus est ab Alexandro VI. Romano Pontifice Diaconus Cardinalis S. Lucie in Septem folio. Auctor vitæ Innocentij VIII. affirmat, Federicum Casimirum inter Cardinales cooptatum ab ipso Innocentio: at in m. s. Vaticano legitur ab Alexandro die prima Augusti anno 1493. purpura donatum, & die 20. Septembris eiusdem anni publicatum, quo die Matthias de Michouia tunc viuens creatum affirmat in Chronico Polonico. Quatuor fratres habuit, Casimirum scilicet Ioannem Albertum, Alexandrum, & Sigismundum, quos omnes regio diademate coronatos Orbis terrarum aspexit. Primus enim iuuenis castissimus, ac religiosissimus in Lituania immaturam mortem obiit non sine celebri sanctimonie fama, quam complura miracula ad sepulchrum eius edita confirmant. Alter, Iannes nimirum Albertus, qui post patrem octo, & amplius; tertius Alexander, qui annos quinque regnarunt: ille quidem maximi animi, sed ante susceptum Regnum, quam regnans felicior; hic à Moschis apud Vedrusios victus, eosdem apud Oposcam, Tartaros verò Tauricos, apud Clescum paucis ante mortem diebus prælijs insignibus profligauit. Quartus Sigismundus Felix Poloniæ Rex cognominatus. Fuit Federicus statura procerus,


Ciaconius Hier. Gaizibert. Victorell. & Ferdin. Vghell. in Addit. ad Ciacon. Martinus Cromer. in Histor. Polonic. Stephan. Damaleuicz de Episc. Craeou. & Archiepisc. Gaesica. Aubery in Vita. Felix Costeloz in Elencho. Panuinius de Rom. Pontific.

M i j aspectu

aspectu decoro, ac dignitatis plena. Gnesinensem Archiepiscopatum Rege fratre postulante obtinuit, ita tamen, ut idem Episcopatum Cracoviensem retineret. Alexandrum germanum fratrem ex Lituania Duce à Polonia Proceribus in Regem electum, in Basilica Cracoviensi die 12. Decembris anno 1502. Regio diademate cinxit; à quo dum in Lituania se recepit, ut Moscos bellum contra Lituanos gerentes reptimeret, Regni Polonici Gubernator est constitutus.

Ditissimus vixit; at morbo Gallico confectus obiit die 19. seu ut alij scribunt, die 21. Martij anno 1503. postquam annos decem sedisset in Cathedra Cracoviensi. Corpus Cracoviam aduectum, in primaria Basilica honorificè matre funus prosequente, marmoreo monumento conditum est: in eius funere Stanislaus Orichovius peroravit. Vnum nominis sui monumentum in Basilica Cracoviensi reliquit, nempe thecam caluz Diui Stanislai Martyris auream multis pretiosis gemmis distinctam. Porro in Gnesinense nullus ex antecessoribus ampliora intulit in auro, argento, gemmis, & præciosis lapidibus, calicibus, crucibus, candelabris, peluibus, thuribulis, reliquiarijs, casulis, dalmaticis sericis auro intertextis, quorum descriptio longa extat in tabulario Metropolitanæ Ecclesiæ Gnesinensis. Crucem ante ipsum præferri solitam, in necessitatibus Ecclesiæ in supremis tabulis iussit conuerti: Gnesinæ ante portam Ciuitatis Xenodochium erexit. Synodum Gnesinæ habuit, in qua quartam partem annui census Ecclesiastici pro subsidio belli contra Turcas Sacerdotes spontè contulerunt.

A Casimiro patre datus est Friderico iuueni Petrus Tomicius vir doctus, & pius, paulò ante è Bononiensi studio summa cum laude reuersus, ut esset actionum eius, studiorumque inspector, & moderator. Sed quamuis ille Tomicij grauitate detineretur, eoque veniente, pocula, quibus cum sodalibus euacuandis meliores horas impendere consueuerat; citò aufertur iuberet, nihil tamen melior factus, in omnem mox erupit licentiam, quæ illi mortem accelerauit. Martinus Cromerus, vitam, moreque illius his verbis descripsit: *Fridericus proceræ statura, aspectu decoro, ac dignitate pleno, ceterum ingenio nullo, iners, ignauo ocio, crapula, & assiduis computationibus in fumo, & sordibus cum suis pregalibus quibusdam marcescens, & ad extremum morbo Gallico confectus, seste Matthea Muechouensi Medico.*



Ciaccon. Cabrera. Andr. Vi. Storell. in Add. ad Ciaccon. Paulus Iouius in Elog. Iuliani Cardini. Senioris. Ferdinãd. Vghell. in Ital. Sacr. Aubery in Vita. Panuinius de Rom. Pontific. Felix Contel. in Eleacho. Francis. Maria. Turnig. de Cryptis Vaticanis.

xit. Repentina morte obiit Romæ die prima Maij anno 1510. & sepultus apud Aram cæli in suorum maiorù sepulchro, cuius virtutibus, animique dotibus omnis inscriptio impar visa est. In tabulario Vaticanæ Basilicæ sunt de Iuliano notæ m. s. *Iulianus Iunior Cesarinus Romanus, Protonotarius Apostolicus ex Canonico S. Petri, ab Alexandro VI. Diaconus Cardinalis SS. Sergij & Bacchi declaratus fuit: obiit anno 1510. sepultus in Aede Desiparæ Virginis in Capitolio. Habentur receptæ pecuniarum sui Canoniciatus in Archiuo in libris quæ antiq. ab anno 1490 usque ad annum 1493. partim manu sua scriptæ. Quare malè Iulianum hunc inter Archipresbyteros Basilicæ Vaticanæ recensent nonnulli, nam non hic, sed Senior Iulianus Cardinalis Ecclesiam illam Archipretbyter annis duobus, totidemque mensibus rexit: hæc enim in m. s. eiusdem Ecclesiæ legimus. *Iulianus Cesarinus Romanus, ex Canonico S. Petri Diac. Card. S. Angeli à Martino V. creatus, inde Presbyter S. Sabina ab Eugenio IV. Iordane Card. defuncto, Archipresbyteralis dignitate decoratus, quam annos duos, & menses duos laudabiliter gessit. Eiusdem quoq; meminit Iacobus Grimaldus his verbis. *Iulianus Cesarinus Ecclesiam S. Blasij in Cantu secuto in via Inlia ord. S. Benedicti cum suis redditibus Capitulo Basilicæ S. Petri anno 1439. se sponte abdicante, liberè concessit. Georgium Germanum fratrem habuit Protonot. Apostol. dictæ Basilicæ Canonicum, Virum in transgendis Ecclesiæ negocijs prudentia singularis, quo procurante magni valoris prædia venditis Castri Attigliani Amerina diocesis, & domibus nonnullis in Vrbe emptum fuit Castrum Campi mortui pretio nouem milium scutorum. Sacellum in Basilica sacario SS. Lamberto, & Seruatio Mart. dicauit, ac pro sua, & Cardinalis animarum expiatione Sacerdotes sibi Missam celebraturo censum attribuit.***

X.

IULIANVS Iunior Cesarinus, Domicellus Romanus, egregijs moribus clarus, Iuliani Cardinalis Cesarini Senioris toto orbe celebris imitator, ex Protonotario Apostolico, & Canonico Basilicæ Vaticanæ Diaconus Cardinalis SS. Sergij & Bacchi, postea S. Angeli, Episcopus Alculanus, & Archipretbyter Basilicæ Liberianæ renunciatus est: Alculanam Ecclesiam absens semper



æuo commissa est. Contelorio teste, Presbyteris Cardinalibus. Patriarchatum Aquileiensem anno 1498. magna Senatus frequentia, magno Ciuitatis fauore, magno hominum, ac Cœli tum studio sibi delatum, summa prudentia rexit. Præfuit Episcopus Ecclesiæ Albanensi, ac Portuensi: Vrbinarem, & Cenerentem Ecclesiæ administrandas suscepit anno 1514. die secunda mensis Maij; at post sex annos Cenerentem renunciauit, & post octo Vrbinarem. Antonio parenti, D. Marci Procuratori, & maritimæ classis Imperatori Venetiæ, post abrogatum illi imperium ob rem contra Turcas in Græcia potius non benè, quàm malè gestam, vocato occurrit Dominicus iuxta carcerem, eumque lacrymabundus amplectens: *Ego, dixit, pro te pater, tuæque salute in publica vincula me conijciam, nec prius inde discedam, quam audiero, te publico absolutum iudicio.* Sic mœstissimus filius in ipsa purpura Cardinalis, afflictissimi patris compedum pondera, dum scalas ascenderet, lacratissimis manibus sustinebat. Diuulsus deinde à patre publicorum ministrorum opera, precibus contendebar, ut se filium parenti in carcere inferuire permitterent: Antonius à maiori Consilio relegatus, Romam ad filium Cardinalem contendit, paulò post patriæ redditus, Procuratoris D. Marci dignitatem iterum, quod nemini antea contigerat, asscutus, Laudano Venetorum Principi vita functo, omnium Patrum consensu iam nonagenarius ipse Dux, seu Princeps creatus est mira fortunæ varietate: gesto Principatu viginti ferè mensibus, defunctus est anno 1523. Pietatem hanc Dominici in parentem à prudentibus laudatam Cortesius de Cardinalatu falsus est.

Aulicos virtute & doctrina præstantes aluit: Bibliothecam instructissimam octo millium voluminum habuit: Comitijs, in quibus Pius III. Iulius II. Leo X. & Hadrianus VI. in Romanos Pontifices electi fuerunt, interfuit ordinis Minorum Protectoris munus gessit. Romæ in media D. Marci Aede, in qua Dominicus familiaribus sepulchrum parauit, & pavementum tessellato opere perfici iussit gentilitium Grimanæ familiæ stemma Cardinalitio galero ornatum, marmore cœlatum extat, atque hæc illud verba ambiit.

DOMINICVS GRIMANVS CARDIN. S. MARCI PATRIARCHA AQVILEIEN.

Annum agens suæ ætatis sexagesimum tertium Romæ è vita migravit die 27. Augusti anno 1523. morti iam proximum sapius inuisit Hadrianus Romanus Pontifex. Post obitum sepultus in Aede Sanctorum Ioannis, & Pauli, alijs titulo Pammachij cum infra scripto Epitaphio, Baptista Cœlio in eius funere perorante.

Dominico GRIMANO Episcopo Portuensi, CARDINALI S. Marci, Patriarcha Aquileiensi; Inculpatissima vite, omnium Scientiarum peritissimo; Temporaneum depositum Nepotes pietissimi posuerunt Luctu totius Vrbs.

Vixit annos LXII. Menses VI. Dies VIII. Obijt xxvii. Augusti MDXXIII.

De huius Cardinalis obitu has ad Marcum Antonium Michaëlium literas dedit Hieronymus Niger.

Audueris Cardinalis Grimanus mortem obitam septima noctis hora die vigesima septima Augusti anni labentis 1523. non sine publico matore omnium bonorum, & præcipue Summi Pontificis, qui quotidie illum suo nomine officiosè adiri fecit, non quidem cupiditate illius opum, ut sit in Romana Curia interdum, nam illi potestatem fecerat de omnibus testandis, ac Sacerdotia, quibuscunque frueretur, impertiendi, præter Titulum S. Marci, ac Titulo adiunctu palarium. Supremis tabulis ita se benè meminisse cauit. Bibliothecam suam D. Antonij Venetiarum Ecclesia legauit; monumenta antiqua plurima, & quasdam gemmas Reipublicæ Venetæ; certam pecunia vim suis famulis diuidendam cum distributione etiam sacrorum prouentuum ad quadringentos aureos; ex quibus Gentilis Constantinus donatus fuit Archidiaconatu, ut aiunt, Vincentino, & Petrus Alexander Canonicatu Ciuitatis Bellunensis, & quibusdam alijs Sacerdotijs tenuioribus. Corpus suum sepulchro mandari iussit in Aede SS. Ioannis, & Pauli titulo olim Hadriani Papa in minoribus, quam obtinent viri religiosi Iesuæ nuncupati. Ad hæc legauit Nordio famulo sibi ab Episcopis, & maxime intimo argentea vasa, duo cubacula benè instructa, &

ornata,

Ciaccon. Andr. Vi. Storell. in Add. ad Ciaccon. Am. Sand. in Elog. Cardin. Fran. Saff. in Hist. Venet. Scipio Ammirat. in Hist. Florent. Ferd. Vgh. in Ital. Sacra. Panin. de Rom. Pontific. Aubery in Vita. Petr. Rodolph. in Hist. Seraph. Felix Contel. in Eleacho.

ornata, veltigal Ecclesiasticum trecentorum aureorum, prater Episcopatum Vrbinum, quem illi cefferat paulo ante quam in mortuum caderet: Summo Pontifici quasdam Diuorum icones argenteas, & gemmas fabricae, ut dicunt, S. Petri certam auri vim, in reliquo ere instituit heredes propinquos suos, & curatores testamenti designauit Pontificem, Theodoricum Pontifici a secretis, ac Staphileum Sacre Rotae Duodecim virum. Oratio funebris demanata est Cafalio, in gratiam Cardinalis Pisani, qui eam mihi eripuit, quem alij oratorem malebant: sed haec sunt nostrorum, paritiorum erga me munera; ignosceas autem hoc mihi, si te laesum pates, &c. die prima Septembris, anno 1523.

Nostris huius temporibus huius Cardinalis tumulus amplius no extat in titulo Pammachij: scribitur aliqui post nonnullos annos à Dominici obitu ossa Venetias translata, condita fuisse in Ecclesia S. Francisci de Vineis. Ex testamento, cuius executores scripsit Romanum Pontificem, bona sua inter amicos distribuit; praeiosorem suppellectilem Reipublicae Venetae legauit: Bibliothecam ante obitum Cenobio S. Antonij Venetae vrbs dono dederat. Vir hic doctrina clarus multorum laudibus celebratus est: Petrus Bembo in Historia Veneta, virum Philosophia studijs clarum; Petrus Iustinianus, doctissimum: Ioannes Candidus in Historia Aquileiensi, Philosophorum, ac Theologorum illius cui Principem; Paulus Cortesius de Cardinalatu Senatorem, tam Philosophiae, quam Theologiae robore nervosum appellarunt. In studijs vero adeo erat assiduus, vt idem Cortesius dixerit: cuius hodie non est nota commendatio Dominici Grimani? qui ita temporis auaritia flagrat, vt nihil propè relinquat naturae necessitati. Leo X. Romanus Pontifex magni semper fecit Dominicum hunc Cardinalem, vt ex his, quas ad illum dedit, literis, conijcere licet.


Letis tuis literis, quibus me certiores facis, te propter tabellarum tarditatem Cardinalium creationi interesse non potuisse, magna molestia affectus sum; qui enim te pro suis eximij virtutibus excellentique doctrina magnopere diligo, valde sane cupiebam es declaratione te adesse. Verum quoniam tabellarum accusas mandauit, vt is sua negligentia penas daret. Sed is ita se purgat, ait enim, quoniam Vrbeneteri te non offenderis, se, Spoletum recta tendisse, quod ad oppidum te iter fecisse intellexerat. Quo cum accessisset, rediisse te Vrbeneterem es nuntiatum fuisse, eoque reuertisse. Itaque se tardiores, quam oportebat, fuisse. Sed quo modo se res habet, animi tui alacritatem, quam pra te fers, libenter accipio. Reliqua, quae te scire volo ea dero, nuntius tuus ad te perferet quo cum loquutus sum. Dat. 5. Kal. Octobr. Anno primo. Roma.

Quoniam ad proximè sacri Lateranensis Concilij futuros dies aliqua sunt nobis iam munus constituenda, peto abs te, quod commodo tuo facere poteris, vt ante diem 12. Kal. Nouembris Romanam te conferas. Dat. 5. Id. Octob. Anno primo. Roma.

Quaedam ingenij sui monumenta reliquit: tomus quidam extabat olim M. S. in Bibliotheca Cardinalis Sirleti: scripsit etiam de Intensione, & Remissione, vt refert Tolosignanus; & Epistolas aliquot ad Sabellicum, Erasum, & alios. Tractatum S. Ioannis Chryostomi de incomprehensibili natura Dei in nostram vernaculam linguam conuertit. Huic Sabellicus, Niphus, Erasmus, & Picus Mirandula libros varios inscripserunt: eidemque dicatum fuit opus Hadriani VI. in Quartum Sententiarum Venetij editum. Apud Carolum Antonium à Puteo vidi huiusce Cardinalis numisma cum illius effigie, ac nomine, in prima facie, in altera vero Theologia Philosophiam docens inculpta est.

XII.


ALEXANDER Farneus, Romanus, natus die 23. Februarij anno 1468. eximia parentum cura Romae educatus, Pöponio Læto magistro vñs primò est, deinde Florentiae in Laurentij Medicei Academia Latinae, & Graecae linguae, optimarumque disciplinarum studijs addictus, non vulgares progressus fecit. Adolefcens Ciceronis Epistolas ad Atticum magno, & interposito hinc inde iudicio declarationibus illustrauit, vt refert Petrus Victorius: multumque in Poëtica profecit, vt auctor est Lilius Gregorius Giraldus: Mathematicas disciplinas apprime calluit: extant tredecim eius Epistolae ad Fridericum Nauileam, Erasum, Cortesium, & alios. Romam Innocentio VIII. Pontifice redijt: Rodericum Borgiam coluit; Scriptor Apostolicus, & Protonotarius fuit; post Innocentij obitum Pontificio arario, & Ecclesiae Montis Flaconis, & Corneti Praepositus, ac deinde in Cardinalium Collegium cooptatus: Alexander enim VI. illum Diaconum Cardinalem SS. Coenae, & Damiani dixit: à quo etiam Viterbij, & Piceni Legatione, Parmensem Ecclesiam; ac S. Eustachij Diaconiam à Iulio II. ad-



Caronius Cabrera. And. Vi. Ottell. in Adm. ad Caronius Paninus de Rom. Pontificib. Felix Coblar in Elencho. Fediad. Vpelli. in Ital. Sacra. Aubery in Vita.

plus est. Nemini priuatim addictus, integritatis, prudentiae, dexteritatis laudem promeruit: à Leone X. ad Tusculanam Ecclesiam, deinde ad Praenestinam, mox ad Sabinensem, tum ad Portuensem, & Ostiensem translatus est. Claruit Legationibus plurimis, videlicet illa anno 1518. ad Caesarem, ad quem tamen ob aduersam valetudinem proficisci non potuit: iterum Legatus ad Caesarem venientem in Italiam anno 1529. & ad Hadrianum VI. ad Vrberem ex Hispania properantem. Quadraginta, & amplius annos Vaticanæ purpuræ luce clarus vixit: demum renunciatus Romanus Pontifex, dictus est Paulus III. de quo plura in eius vita, infra.

pus est. Nemini priuatim addictus, integritatis, prudentiae, dexteritatis laudem promeruit: à Leone X. ad Tusculanam Ecclesiam, deinde ad Praenestinam, mox ad Sabinensem, tum ad Portuensem, & Ostiensem translatus est. Claruit Legationibus plurimis, videlicet illa anno 1518. ad Caesarem, ad quem tamen ob aduersam valetudinem proficisci non potuit: iterum Legatus ad Caesarem venientem in Italiam anno 1529. & ad Hadrianum VI. ad Vrberem ex Hispania properantem. Quadraginta, & amplius annos Vaticanæ purpuræ luce clarus vixit: demum renunciatus Romanus Pontifex, dictus est Paulus III. de quo plura in eius vita, infra.



XIII.

BERNARDINVS de Lunate, alias Lonati, natione Italus, patria Papiensis, ex Protonotario Apostolico precibus Alcanij Mariæ Sfortiae anno 1493. Diaconus Cardinalis S. Cyriaci in Thermis, & anno 1496. die 26. Octobris in Consistorio Legatus de Latere ad assidendum expugnationi castrorum, quae propè Vrberem possidebant Vrfini, & alij Domicelli Romani, renunciatus est. Die

Ciaconius Aubery in Vita. Paulus Iouius. Gaspar. Bugat. Ambros. Landucci. de orig. S. Mariae de Populo. Paninius de Rom. Pontific. Felix Conzelorius in Elencho.

27. eiusdem mensis Octobris ipse vna cum Duce Gandiae, & Verbini Roma egressus intra mensem, sunt verba Brucardi, expugnant, & acquiserunt Romana Ecclesiae Anguillariam, Galeram, Bassanum, Sutrium, Campagnanum, Formellum, Scrofanum, Cesenam, Vianum, & Bledam; sed Trivignanum tantum combusserunt. Cum anno 1494. fuisset retentus in palatio Apostolico Alexandri iussu, paulò post libertati datus recessit ab Vrbe cum Cardinali Alcanio Maria Sfortia, Pontifice infulato.

E vita migravit Romae, seu potiùs in obsidione Brachianj, post cladem à militibus Domicellorum Romanorum acceptam, die 8. Augusti anno 1497. & sepultus Romae in Aede S. Mariae de Populo in marmoreo sepulchro cum hoc Epitaphio.

BERNARDINO LONATI Sancti Cyriaci in Thermis Diacono Cardinali cui fortuna generosus natales natura Corporis dignitatem animique sollicitam virtus Verò ut in Patrum honoratissimorum Collegium Cooptaretur indulerat qui cum in dies & foris Et domi egregiam pro Sancta Rom. Eccl. nauando opera Prudentia Constantia, Fide maior insurgeret. Aetatis suae xxx xv.

Sacerdotij verò quarto anno è tanta verum Expectatione immatura morte surripitur.

Scripsit, vt refert Auctor Nomenclatoris Cardinalium, Pronosticon ad Alexandrum VI. olim M. S. seuatum in Bibliotheca Cardinalis Sirleti.

Vnum verò Cardinalem sibi in pectore seruauit Alexander arbitrio suo publicandum, quem nonnisi triennio post publicauit.


TERTIA creatio Cardinalium.

Anno à partu Virginis 1495. Pontificatus tertio, die Veneris, 16. Ianuarij. Romae Alexander, tertio Cardinalium numerum auxit, atque vnum Cardinalem dixit, qui fuit.

XIV.

GUILLELMVS Briffoneta, seu Briffonet, natione Gallus, parentes habuit Ioannem Briffonnetum Aquarum, & Siluarum Galliae Praefectum, Dominum de Vecennes, la Kaene, & le Rostan, suo æuo Patrem Pauperum, nuncupatum; & Ioannam Berthelot: fratrem verò Robertum Galliae Cancellarium, S. Vedasti Atrebatensis Abbatem, & Rhemorum Archiepiscopum. Aetate Gallici primus Oeconomus à Carolo VIII. Rege Guillelmus institutus duxit in vxorem Rollettam Berneam, ex qua quinque suscepit liberos: Ioannem Rationum Regionum subducendarum secundum Praesidem; Guillelmum Episcopum Lodeuensem, ac S. Germani Pratis Archimandritam apud Iulium II. Oratorem Regium; & Dionysium Tolonensem primò, mox Lodeuensem, Maclouiensem Antistitem, Cormeniaci Abbatem, maioris Ecclesiae Rhemenfis, & Auenionensis Archidiaconum; ac duas praeterea filias.

Ciaconius Etic. Guicciardin. in Historia. Iosa. Chemu de. Epif. Gall. Claud. Robert. in Gall. Christiana. F. Friz. in Gall. Purp. F. Iouius. F. Bembo. B. Platina. Ferronius. Iof. Maria Suarez. de Epif. Praenest. Aubery in Vita. Paninius de Pontif. Henricus Spondan. in Annal. Scipio Ammiratus in hist. Florent. Felix Conzelorius in Elencho. Ferd. Vgh. in Italia. facta.



Demor-

Demor-

De mortua coniuge, se tuamque Deo, & Ecclesie consecrauit: inauguratus Præsul Nemaufensis primò, quam sedem nepoti Michaëli resignauit; deinde Maclouiensis; cuius sedis appellationem retinuit vsque ad extremum vitæ spiritum. Auctor fuit Carolo Regi Galliarum expeditionis Neapolitanæ contra Ferdinandum Aragonensem. Instante toto Cardinalium Collegio, & Carolo VIII. exposcente, in publico Consistorio, dum Rex Romæ ageret, consecutus est Guillelmus purpurâ, ac titulum S. Pudenzianæ, conferente propria manu Alexandro VI. Renunciatur solus Presbyter Cardinalis, licet aliqui Historici Gallici dicant Philippum Lucemburgensem, Episcopum Cenomanensem vna cum eo fuisse creatum. Adfuit prælio iuxta Tarum confecto; nam è Regno Neapolitano redeuntem Carolum Veneti, & Ludouicus Sfortia Mediolani Dux conati sunt retardare, & insidias ponere; sed impaudus, & securus Rex armatas eorum copias fregit. Ea occasione Guillelmus Cardinalis tiam, epomidem, pedum, ac sacrum codicem cum galea, thorace, gladio, vmbone commutauit, Regique adfuit, tanquam armatus miles.

Auctor præcipuus fuit Conciliabuli Pisani, Maximiliano Primo Imperatore, ac Ludouico XII. Francorum Rege fauentibus; quare à Iulio II. dicta ei dies fuit, vt Romæ se siliet, & contumax Cardinalatu, & omnibus Ecclesiasticis dignitatibus priuatum illum declarauit die 24. Octobris anni 1511. verum à Leone X. die 7. Aprilis anni 1514. reuocatus, & respiciens eiurato Schismate ad illam dignitatem, & ad omnia decora restitutus fuit, atque Episcopus Prænestinus renunciatus, cum antea rexisset Albanensem, ac Tusculanam Ecclesias. Insuper Suresius de Episcopis Prænestinis scribit Leonem X. cum Cardinales Caruaial, & Brifsonetam recepisset in gratiam, & reconciliasset, illis Reatinum, ac Tiburtinum Episcopatus tanquam Cardinalibus resumptis assignasset. Rhemensis Archiepiscopatum obtinuit, & consecrauit Regem Ludouicum huius nominis XII. quo se Pontificatu abdicauit, ad Narbonensem Ecclesiam translatus: Cœnobiarcha sancti Germani à Praris Lutetiæ electus, Abbatiam illam Guillelmo filio postea cessit: à Rege plura alia, & opulenta beneficia accepit: præfuit Abbas Grandimontensi, & Andegauenli Cœnobijs. Sacris aliquando operanti solemniter duo ipsius legitimo ex Rolletta Berneæ thoro suscepti filij Guillelmus, scilicet Meldensis, & Dionysius Maclouiensis Episcopi, officio Diaconi, & Subdiaconi vacantes affuerunt.

Narbonæ in Gallia vitam finijt anno, ex Frizonio 1514. ex Contelorio verò anno 1515. die 14. Decembris, vel Ciaconio teste mente Ianuarij, & iacet in primaria eiusdem vrbs Ecclesia: cuius vera effigies visitur in Templo sanctæ Crucis. Vnde audiendus non est Guillelmus Coluenerius in Catalogo Archipresulum Rhemensium asserens vita functum Romæ anno 1506. minus etiam audiendus Ciaconius referens morbo Neapolitano suffocatum.

Multa pietatis insignia reliquit Romæ, Rhemis, Norbonæ, Maclouij, cuius maiori Nosocomio magnam pecuniæ summam testamento reliquit, qua ædificata fuit Comitiorum domus iuxta sedem SS. Petri, & Christophori: & Aulam maiorem domus Archiepiscopalis Rhemorum etiam exædificauit.

In platea Ecclesiæ Parisiensis adhuc superest hæc inscriptio.

C'est des biens de feu Monseigneur le Cardinal, & Archeuesque de Narbonne.

Composuit Enchiridion Precum Christianarum latinè, Regi Carolo VIII. oblatum.

Scriptit etiam Acta Synodi Maclouij habitæ anno 1501. vsus est dum vixit, lemmate hoc: *Exaltauit me humilitas, distauit seruata fides.*

Cardinalis Maclouiensis multa feruntur elogia, cui ad interiorum Regis amicitiam patuit aditus, inquit Iouius; eius consilio in omnibus Rex nitens, inquit Bembo in Historia Veneta: ipsi in omnibus siue seria, siue ludicra tractarentur, Rex acquieuit; inquit Ferronius: Oraculum Regis, & Regni columna, inquit plures; nihil vnquam aggressus teste Platina, quod non honorificè perfecit.

QUARTA CREATIO CARDINALIUM.

Anno Dominice Incarnationis 1496. Pontificatus quarto, die 21. Ianuarij in festo S. Agnetis. Romæ Alexander VI. Romanus Pontifex quartò renunciauit Cardinales, quatuor ex Ciaconio, ex Contelorio verò, qui m. s. Vaticana præ manibus sæpè habuit, vnum, qui fuit.



XV.

PHILIPPVS Lucemburgius Gallus, regia stirpe oriundus, filius secundogenitus Theobaldi Domini de Fiènes, & de Gauere, ac Philippæ Melodunæ, natus anno nostræ salutis 1445. fratres habuit Iacobum, Francicum, & Ioannem, quorum parens demortua uxore, Monachorum institutum professus, ex Abbate Igniacensi renunciatus est Episcopus Cenomanensis. Eius generis fuit Beatus Petrus de Lucemburgo Episcopus Metensis, de quo superius in Clementis VII. Schismate. Atrebatensem Ecclesiam obtinuit primò Philippus, deinde Morinensem, demum Cenomanensem, & Presbyteris Cardinalibus titulo SS. Petri, & Marcellini, instante Carolo Rege Franciæ 12. Kal. Februarij anno 1497. ex Frizonio, & Ciaconio in sexta Cardinalium enunciatione, ex Contelorio verò die 21. Ianuarij an. 1495. solus ab Alexandro adscriptus est: titulus tamen datus est illi die 27. Ianuarij sine Consistorio, & absentibus Cardinalibus, vt refert Brucardus in Diarijs. Episcopus deinde rexit primò Albanensem, mox Tusculanam Ecclesiam. Legatus à Latere in Gallijs solutioni nexu Matrimonij inter Ludouicum XII. Regem, & Ioannem Franciscam vacauit Philippus Iudex cum Ludouico de Ambrosia Episcopo Albiensi, & Ferrando Præfule Ceptensi Nuncio Apostolico, Alexandro VI. Pontifice hanc primam gratiam Regi conferente, & in intimos eius amicitie recessus ingrediente, malè affecto erga Alphonsum Neapolitanum Regem ob negatas nuptias filie eius nothæ cum Valentino Borgia. Causæ porro diuortij inter Regem, & Reginam metus prætexebatur, & quod non spontè eam duxisset Ludouicus tunc Dux Aurelianensis; sed compellente patre virginis lat corpore deformi; cuius instrumentum clam petijt ab Auctarij ipso nuptiarum die, & quod nunquam eam commissione carnali attigisset spatio viginti, & vnus annorum. Mandato Sedis Apostolicæ accepto se contulit Philippus cum duobus alijs Turonas, atque hanc sententiam scripsit.

In Nomine Sacrosanctæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen. Visa lre per nos Philippum tituli SS. Marcellini & Petri Cardinalem Lucemburgum, Cenomanensem Episcopum, Ludouicum Albiensem Antistitem, & Ferrandum Ceptensem Præfulem, Iudices in his partibus à sanctissimo Domino nostro Papa deprecatos, agitata inter Actorem ab vna parte Ludouicum XII. Christianissimum Francorum Regem, Reamque ab altera Illustrissimam Dominam Ioannam Franciscam viso rescripto Apostolico, Actoris intentione, Reaque suprascriptæ contentione, eiusdemque responsis, recusantibus, tertijs altercandi vicibus, intercessionibus, & supra easdem responsionibus, ab vtraque parte testibus ab Actore productis, eorumque dictis cum aduersa parte compositis, absque documentis, & initis in causa, dieque vadi monij dicto conclusionibus ad ius audiendum in consilij communicatione cum Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, Theologis, & horeconsultis ingenti numero Doctoribus assimus, & hac nostra definitiua Sententia dicimus, posito ob oculos Deo, declaramus, & contractum inter partes suprascriptas Matrimonium nullum fuisse, & esse pronunciamus, eidemque Actori supposita per auctoritatem Apostolicam necessitate, quamcumque voluerit mulierem sine suprascripta causa impendys in uxorem ducendis plenam facimus auctoritatem. Datu Turonis anno 1499. Ioannes Standonne Doctor Theologus, Dominus à Viletta, Malinis in Brabantia natus, Auctor Capettarum Collegij Montis Acuti palam hanc Matrimonij dissolutionem oppugnauit; quare proscriptus est à Gallia mandato Ludouici Regis. Dissoluto Matrimonio idem Ludouicus Ducatum Bituricentem concessit Ioannæ ad ipsius vitam, quæ Biturigas profecta, Cœnobiū monialium S. Francisçi instituit, vitam illic traducens sanctitate admirandam, ad portum felicitatis æternæ appulit die 4. Februarij anno nostræ salutis 1505. ætatis suæ anno quadragesimo. Rex Reginam Annam Britannicæ Ducissam, viduam Caroli VIII. sibi connubio copulauit, & Ducatum Britannicum Coronæ Franciæ indissolubili nexu coniunxit. Duo condidit Gymnasia Philippus Lutetiæ vnum, Cenomani alterum testamento, quod fuit executioni mandatum anno 1526. Palatium Parisiense Episcoporum Cenomanensium translatum, est in vltum Collegij, relicus in dotem decem librarum millibus pro Lutetiano: Exædificari potè curauit Castellum d'Yrault Euesque, quod distat duobus à Cenomano miliaribus.

Cenomani diem clausit extremum 2. die ex sepulchrali inscriptione, seu ex alijs 22. eiusdem mensis Iunij anno 1519. septuaginta quatuor annos natus, & sepelitur in sua Cathedrali cum hoc Epitaphio.

Ciaconiu Ferdinad. Vghell. ii. Addit. ac Ciaconiu Petr. Frizon. in. Gal. Purp. Claudius Robert. in Gal. Christi. Aubery in vita. Fanninius de Rom. Pontific. Felix Contel. in. Eleacho. Nomencl. Cardinal.

HIC

HIC IACET CORPVS
ILLVSTRISSIMI PHILIPPI A LVXEMVBRGO
S. R. E. PRESBYTERI CARDINALIS
LEGATI A LATERE IN GALLIA EPISC. CENOMANEN.
QVI OBIT QVARTO NONAS IVNII
ANNO M D XIX.

In Martyrologio Gallicano die 22. Iunij hoc extat nostri Philippi Cardinalis Elogium. *Pie memorie Philippus de Luxemburgo Cenomanensis Episcopus, deinde Cardinalis Tusulanus; cuius anima gratia septemplex sacrarium fuit; corpus omnium virtutum organum, & vita perfecta, sanctimonie speculum, longæus, & venerabilis, diuineque amicitie testimonijs clarificatus, æternum vt viuat apud Christum, moritur, & Cenomanis in sua Cathedrali sepelitur. Ad cuius tumulum multa diuina virtutes conuiscunt, quibus infirmi eò deportati solatia perceperunt ingentia, quousq; segreges lupina rabie, boni Pastoris ossa effossa cremauerunt. Quo flagitio sibi quidem sequacibusque suis amicorum Dei hostibus, sempiternum dedecus inusserunt, at Beato Antistiti nullam iniuriam irrogarunt, quin potius gloriosam magis eius effecere memoriam, & piorum in ipsum auxerunt deuotionem.*


Scutum gessit Philippus argenteum miniato Leone cauda bifida decussata, vt supra expressimus; aliud ab hoc illi Ciaconius olim tribuerat.

QVINTA CREATIO CARDINALIVM.

Anno reparata salutis 1496. Pontificatus quarto, die 19. Februarij. Romæ apud S. Petrum Alexander VI. Summus Pontifex de Veneris renunciauit quinto Cardinales quatuor, quos tamen non publicauit, sed referuauit in pectore, & decreuit sub excommunicationis poena, ac priuatione vocis actiue, & passiuæ ad electionem Romani Pontificis, vt si ipsum mori contingeret, antequam Cardinales nouissime creati insignia Cardinalatus recepissent, Cardinales tenerentur eos recipere, & admittere, & vti Cardinales possent auctoritate propria Cardinalatus insignia suscipere, eaque exercere, ac tenere sine alia noui Pontificis concessione; quare mandat Episcopis, alijsque, vt hæc publicent, & exequantur. Die 24. eiusdem mensis Februarij quatuor hi Cardinales recepti sunt in publico Consistorio; hi autem sunt.




XVI.
BARTHOLOMÆVS Martinus, natione Hispanus, patria Valentinus, Episcopus Segobienensis, seu Segobricensis in Arragonia; & Magister Domus sacri Palatii renunciatus est Presbyter Cardinalis titulo S. Agathæ in Suburra: administrauit Ecclesiam Balneoregiensem; & Coepiscopus vixit Tullensis. Synodum celebravit in Ecclesia sua Segobricensi Anno nostræ salutis 1485. è vita migravit Romæ die 25. Aprilis, vt ex Diario, ex Ciaconio verò die 25. Ianuarij anno 1500. corpus in Basilica Vaticana Principis Apostolorum marmoreo sepulchro honorificè conditum est.



XVII.
IOANNES, què aliqui Iordanum nominant de Castro, Hispanus natione, patria Valentinus, Arcis S. Angeli Praefectus, Episcopus Agrigentinus in Sicilia à Sixto IV. anno 1479. confirmatus diplomate scripto die 29. Martij, in quo has Ioannis laudes inseruit Pontifex. *Informati de meritis, probitate, ac etiã nobilitate dilecti filij Ioannis de Castro viri praeipue virtutis, & honestatis, praeficimus eum Ecclesie Agrigentinae. Et insuper Administrator Episcopatus Sleuicensis in Germania, inter Presbyteros Cardinales titulo S. Prisca coopertus ab Alexandro est, & dicitur Cardinalis Agrigentinus. E vita migravit Romæ ex m. s. Bibliothecæ Vaticanæ die 2. Octobris, ex Ciaconio verò die 29. Septembris anno 1506. & sepultus in Aede S. Mariae de Populo cum hac sepulchrali inscriptione.*

D. O. M.
IO. DE CASTRO illustri ceterioris Hispania familia S. Prisca Presb. Card. Agrigentino ab ALEXANDRO VI. Pont. Max. ob consilium humanitatem innocentiamque In Senatum ascito & in eo annos x. integerrime versato Qui vix Ann. LXXV. Men. VI. Dieb. VII. Qui vix Ann. LXXV. Men. VI. Dieb. VII. Ol. Carrasa Hostien. & Io. Antonius Sabinen. Cardd. Ex Testamento Pof. M. D. VI. IVLIO II. Pont. Max.

Interfuit Comitij Pontificij Pij II. & Iulij II. Fuit Abbas Commendatarius Monasterij Fossæ nouæ ordinis Cisterciensis.



XVIII.
IOANNES Lopez, Hispanus, patria Valentinus, frater Hieronymi Lopez Nuncij Apostolici in Gallia, & Alexandri VI. in minoribus Secretarius; Basilicæ Vaticanæ Canonicus, postea Papæ Datarius; Episcopus Perulinus, Administrator Ecclesie Capuanæ, Carcastonenfis, & Cauriensis, renunciatus Presbyter Cardinalis S. Mariae Transtiberim titulo Callisti: egregium fontem vetustate informem in eisdem Basilicæ platea, ante fores palatij, quod habitabat, restituit, atque ad æternam rei memoriam hac inscriptione illum muniuit.

Ciaconius Anbery in Vita. Gaspar. Porregu. in Elog. Card. Hispanorum. Paninius de Rom. Pontific. Felix Cotelorius in Elencho. Ferd. Vgh. in Italia sacra.

ALEXANDER VI. PP. M. FELICI AVSPICIO IOANNES LOPEZ VALENTIANI S. MARIE TRANSTYBERINÆ CARDINALIS PERVSINI FONTEM VETVSTATEM INFORMEM AD COMMODITATEM POPVLI ROM. RESTITVIT.

Quo blando facilem perducit murmure somnum
Qua cadit, & tremulos effecit vnda lacus
Quod fumis puros hausit, nrisdeque lauaret
Instauratori gratia habenda Lupo.
Res, animumque suum spectans, dic Romule verum
An minus hic Pater est, quàm Lupa mater erat.

Hunc fontem iterum vetustate informem instaurauit hisce nostris temporibus Alexander VII. vt dicemus infra.

Mortem subiit Romæ die 5. Augusti anno 1501. sub eodem Alexandro, & sepultus in Basilica Vaticana Principi Apostolorum sacra: veneno extinctum aliqui scripserunt opera Caesaris Borgiæ, qui malo vultu inter Pontificis consiliorum participes illum aspicebat.



XIX.
IOANNES Borgia, Hispanus, patria ipse quoque Valentinus, Alexandri nepos, ex Protonotario Apostolico, & electo Episcopo Melphitenfis; absens Diaconus Cardinalis S. Mariae in Via lata, primò, mox Archiepiscopus Capuanus, Legatus in Umbria, in ciuitate Bononiæ, Exarchatu Rauennæ, & Romandiolæ, ad Ducem Venetorum, Regem Gallia, & ad Christianos Principes renunciatus ab Alexandro est. Melphitensem Ecclesiam anno reparatae salutis 1498. cœsit ad fauorem Ioannis Ferrerij Tarraconensis, Papæ Cubicularij. Ecclesiam S. Mariae in Via lata restaurauit; quare eius insignia in minori naui nostris etiam hisce temporibus visuntur. E vita migravit Forosempronij, seu Urbini ex morbillis, vel vt alij tradunt, veneno die 17. Ianuarij anno 1500. corpus Romam relatum, sine monumento, vel aliquo signo in Ecclesia S. Mariae de Populo, seu vt alij volunt in Basilica Vaticana sepultum.


Ciaconius Ferdinãd. Vghell. in Addit. ad Ciacon. & in Ital. sacra. Aubery in Vita. Panuin. de Roman. Pontific. Florauant. Martinell. de Diac. S. Mariae in Via lata P. Iouius. Felix Cotelor. in Elencho.

Malè Ioannem hunc Archiepiscopum Montis Regalis, & Episcopum Melitensem fuisse scribit Ciaconius; vide quæ supra diximus in vita Ioannis Borgiæ Senioris.

PUBLICATIO VNIVS CARDINALIS.

Anno Dominica Incarnationis 1497. Alexander VI. Romanus Pontifex eum Cardinalem publicauit, quem sibi in secunda Creatione referuarat in pectore: is auem fuit.

Ciaconius Ferdinand. Vghel. in Ital. sacra. Aubery in Vita. Paninius de Rom. Pontificib. Felix Con- telor. in Elencho. Nomencl. Card.



XX. LUDOVICVS, seu Aloy- sius de Arragonia Neapolitanus, filius Ferdinandi Primi Arragonij Regis, & frater naturalis Alphonsi Regis Neapolitani, Marchio Hieracensis, licet matrimonium cō- traxisset cum Baptistina Cybo sub Innocentio VIII. chara- ctere Clericali insignitus, ex Protonotario Apostolico, non anno 1496. Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Aquiro, vt scripsit Ciaconius; sed ex Dia-

rijs in Vaticano seruatis, anno 1497. renunciat Diaconus Sanctæ Mariæ in Cosmedin. Rexit Episcopatum Legionensem in Hispania, & Auerlanam in Italia; Neritonensi, Cauensi, & Hieracensi quoque Episcopatibus, & Abbatia Montis Virginis, alijsq; Sacerdotijs est auctus. Interfuit ter comitijs Pontificijs, in quibus tres Romani Pontifices, Pius scilicet III. Iulius II. & Leo X. electi sunt. Reginam Neapolitanam viduam Ferdinando Rege in Hispaniam duxit; quo itinere confecto in Italiam per Gallias redijt: sub Leone X. in Germaniam se contulit. Vitam cum morte commutauit Romæ anno nostræ salutis 1519. ætatis 45. sepultus in Ede S. Mariæ super Mineruam cum hoc Epitaphio.

D. O. M. ALOYSIO CARDINALI ARRAGONIO REGVM NEAPOLITANORVM, FERDINANDI NEPOTI, ALPHONSIQVE PRIORIS PRONEPOTI: QVI VIXIT ANN. XLIV. MENS. IV. DIES XIV. FRANCIOTTVS CARD. VRSINVS EX TEST. FACIENDVM CVRAVIT ANNO MDXXXIII.

Ergo cuncta licent Lachesis tibi, nec datur ulli Eustare tuas improba posse manus? Regibus ille atavis Aloysius editus, ille Cui rosus sacro vertice fuit apex. Ille vni virtus omnis cui contigit, vnus Qui contra hac potuit viuere secla, sacet, Hæc quot nos mortale genus sperabimus annos, Si vita est ipsis tantula numinibus?


In Ecclesia Legionensi Sacerdotia duo fundauit, & annuos redditus dedit ad sacrificandum singulis diebus: larga quoque manu fabricæ opus ditauit. Petrus Martyr Anglus Mediolanensis Oceanæ Decadis libros quintum, & sextum, ac carmen in obitu Catholici Principis Hispaniarum, Ludouico Arragonio dedicauit. Imò cum satyra alijsq; carminibus ad eundem hoc epigramma misit.

Es tu murices qui gloria summa galeri, Conueniet capiti cui diadema triplex. Accipe de patruo breuibus sua gesta libellis, Scripsimus heroo qua pede di. ne nepos. Parua esse hæc fateor: nec tanto principe digna, Tunc maiora canam, cum mihi Cesar erit.

SEXTA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Anno à partu Virginis 1498. Pontificatus septimo die Mercurij, 12. Septembris. Alexander VI. Romæ Presbyterum vnum Cardinalem renunciauit, qui fuit.

Ciaconius Iac. Alpha rab. in Paneg. S. Ludouici. Andr. Vistor. in Addit. ad Ciaconiu. Guicciard. in Histor. Claud. Ro ber. in Gal. Christiana. Petr. Frizon. in Gal. Purp. Aubery in Vita. Iacob. Bau dier in vita Henr. Albi in Elogijs Cardd. Hier. Gar rimb. Felix Con- telor. in Elencho. Io. Mariana in Hist. Hispan.



XXI. GEORGIVS de Amboi- se, Gallus, Petri Ambo- liani Principis, Cubicula- rij Regum Caroli VII. & Ludouci XI. & Annæ Buel- liæ Sancerranæ, sororis Ioan- nis Buellij Franciæ Polemar- chi, minor natu filius anno 1460. Eius octo fuerunt fra- tres, & septem sorores; è fra- trum numero quinque fuerunt Ecclesiæ consecrati, Ioannes scilicet Præful Lingonensis; Aymericus magnus Franciæ

Prior, demum Rhodiensis Megalodicalus; Ludouicus Anti- stes Albienensis cognomento Bonus; Petrus Pictauorum Episcopus; Iacobus Claromontanus Antistes, & Archimandrita Cluniacensis. Georgius in iure Pontificio egregie exercitatus, vir acris ingenij, & prudentiæ incōparabilis: Montis Albani Hierarcha laudes diuinas, vulgò horas diurnas recitabat cum Carolo VIII. adhuc adolefcente. Narbonensis Ecclesiæ deinde curam suscipiens, Ludouici Ducis Aurelianensis fortunam secutus est, quādo arma in Carolū strinxit.

A sed victus in prælio Armorico, ipse etiam Georgius in vincula coniectus, duorum annorum spatio vixit in Turri Bituricensi; pro cuius libertate Ioanna Valesia sæpè Carolum orauit: libertatem tamen rogatu Nunciorum Romani Pontificis anno nostræ salutis 1489. adeptus est. Iolinus verò in Historia Caroli Regis vna cum fratre Georgium in custodiam datum scribit ob consilia cum Ludouico Duce Aurelianensi existente in Britannia habita; quæ per literas interceptas detecta fuere.

B Rothomagensem deinde sacrum lituum sumpsit cedens Narbonensi anno 1494. cuius mentionem faciens Genebrardus ait, Vnus Rothomagensis Ecclesia Sacerdotio absque ullis Abbatibus contentum virum antiqua virtute, & fide. Ciuitatem Rothomagensem mirum in modum decorauit tum viuis fontibus affabrè factis, tum eleganti ædificiorum numero, ac artificio: Tempa orna- uit; Turrim pulcherrimam Ecclesiæ Metropolitanæ erigi curauit, in qua admiranda illa mole sua campana erat cum hac epigraphe.

Je suis George d'Amboise, Qui plus que trente six mille poise, Et si qui bien me puisera Quarante mille y trouuera.

C Post Caroli VIII. Galliarum Regis obitum, Ludouici XII. precibus ab Alexandro VI. absens adscriptus est Purpuratis Patri- bus titulo S. Sixti, Cæsare Borgia Alexandri VI. filio notho galeri deferente; qui pileus Cardinali impositus Lutetiæ à Iuliano de Ruere S. Petri ad Vincula Cardinale in Franciæ aula commemorante. Anno sequenti scilicet 1499. Legationis à Latere in tota Gal- lia Pontifice mandante prouinciam accepit: Legationis quoque munere functus est apud Regem Castellæ, & in ciuitate Auenio- nensi. In Gallia plures Mendicantium religiosas familias reformauit: motus in Academia Parisiensi ortos compescuit: eiusque iu- su Rex Scacarium Rothomagensis, vt vocabant commune gentis Normannorum Forum, siue Senatum, qui nonnisi certis tempo- ribus ingenti causarum detrimento celebrabatur, in Parlamentum continuum commutauit. Maximilianum Augustum adiit; ideo Cameracensis fœderis contra Venetos suauiorem extitisse nonnul- lus dixit. Prorex Ludouici Regis in Mediolanensem Ducatum missus, quem paucis diebus in suam redegit potestatem, captiuo Ludouico Sfortia Duce facto apud Nouarium. Mediolanum in- gressus Georgius Prorex, & Cardinalis die 17. Aprilis anno 1500. ipsa Veneris die sancta, comitibus Ioanne Iacobo Triuultio Fran- ciæ Polemarcho; Petro Episcopo Lucionensi Cancellario Medio- lanensi, alijsq; Principibus viris. Tres ciuitatis ordines Prore- gem exceperunt populosa processione binis procedentibus, & pue- ris inclamantibus: Francia, Francia; misericordia, misericordia: vnde tres noctes integras duxit infomes Prorex, ne à militibus Mediolanum dilapidaretur.

D Cardinalem Alcanium Mariam Sfortiam à vinculis liberauit, & Romam duxit: Romæ elegit cum alijs Patribus Pium III. & Iu- lium II. contra quem Pisanæ Synodo fuit. Triginta annorum spatio à Consilijs fuit Regi Gallorum, semper Regum fauori, & gratiæ innixus, conciliata sibi populorum beneuolentia, quibus hoc in ore frequens; laissez faire à George. Est præclarum, nec omittendum Christianæ eius charitatis, & magnanimitatis exem- plum, quod refert Stephanus Paschasius in Senatu Parisiensi cau- sarum patronus, ac postea in suprema Rationum Curia Regius Aduocatus, in libro quem Disquisitionum Gallicarum nomine inscripsit, cum scilicet nobilis quidam, sed egestate laborans pos- sessionem haberet nemori Gallionæ ad Ecclesiam Rothoma- gensis pertinenti, contiguam, cuius accessione perfectus illud, atque ornatus reddi poterat, proponi fecit Cardinali legato per interuentores se illam ipsi vili vendituro, quod ex eius pretio dotem filiz nubili constituere cogitaret, ipsiusque beneuolentiam hac occasione captare, quam hac ipsa, & quauis alia possessio- ne vtiliorem sibi fore speraret. Quo ad se vocato, cum eadem ex ipsius ore audisset Georgius Legatus, proposuissetque ho- mini, si quis ei tantum pecuniæ mutuo daret sine villo scenore, quantum collocandæ in matrimonium filiz satis esset, absque eo quod possessionem illam suam à maioribus acceptam dilatare cogeret, numquid hoc ei multo magis placeret? Placeret sane, subiecit ille, sed ubi nam hoc seculo reperitur huiusmodi amici? cui Legatus, Ne in illis procul querendis multum labores, ego ero ille amicus, qui tibi hanc pecuniam ad libitum restituendam gratis commodabo. Protinusque pactam summam eidem numera- ri fecit, longissimo quo voluit tempore ad soluendum dato, quo facto, ait hæc narrans Petrus Camufius Episcopus Bellicensis, editorum voluminum copia nostro sæculo notissimus in O- pusculo de Singularibus Euentibus, maluisse illum lucrari, & ac- quirere sibi dominum fundi, quam fundum.

E Religiosos ordines in Gallia collapsos, summo studio erexit; stantes, vel orientes, aut resurgentes fouit. Sanctum Franciscum à Paula, qui è Galabriæ finibus Ludouici XI. Regis voto, & Sixti IV. Romani Pontificis imperio in Gallias nuper se contulerat, vi-

nutumque,

nutumque, ac miraculorum gloria Gallicum solum per id temporis illustrabat, mirifice coluit, suosque alumnos Minimos ex paternae voluntate dictos, & à plebe bonos homines ob sanctitatem vitæ, quam profitebantur nuncupatos, innumeris affecit beneficijs, ut patet ex literis ipsi, quas ad hunc Cardinalem dedit sanctissimus idem Patriarcha Franciscus de Paula, quibus ordinis sui Coloniam, quam exilem, ac modicam plantam vocat, ipsius patrocinio commendat, quæque habentur ad calcem Historiæ eiusdem Ordinis, quam in lucem dedit Ludouicus Donius d'Arthichij primum eiusdem ordinis alumnus, postea Episcopus Aduensis in Gallia.

Lugduni è vita migravit die 25. Maij anno salutis 1510. ex aliquibus, ex alijs vero 1511. ætatis 50. seu 51. hunc morti vicinij Rex ipse Ludouicus sua cohonestavit præsentia, illius exequijs interfuit, & omnia ab eo gesta laudavit. Cadaver Rothomagum delatum, iacet in Templo Metropolitano penè aram principum tumulo magnificentissimo cum hoc Epitaphio.

*Pastor eram Cleri, Populi Pater, aurea sese
Lilia subdebant, Quercus, & ipsa mihi:
Mortuus eni iaceo, morte exstinguuntur honores;
At virtus mortis nescia, morte viget.*

Hac morte lætus Iulius Pontifex dixit, ut refert Bembo: *Lodato fia Dio, perche adesso io solo son Papa.* Guicciardinus sæpe numero meminit Georgij Cardinalis in Historiâ oraculum, & auctoritatem Ludouici illum sæpe vocitans: Iacobus Alpharabius dicens Panegyrim in Diui Ludouici Regis, & Christiani fœderis celebritate Cardinalium Collegio dictam, Georgium Sacerdotum, Florem, Pontificum Gemmam, Cleri Decus, & Perfugium nominat. Nicolaus Causinus, Societatis Iesu, in suo de Regno Dei Commentario, hæc de Georgio habet. *Georgius in Gallia plurimum valuit, totus tamen semper pro Ecclesia, & pro Gallia fuit: Ad sublimia ascendit, ut sibi homines beneficijs deuinciret, in Aula diu vixit, ut Principi non minus gloriose quam fideliter inserviret.* Inter huius Cardinalis ætatis laudes illa non minima, quod in tanta potentia, & auctoritate, vnico Rothomagensi Sacerdotio contentus vixerit: plurimas alias magnas, verasque eius virtutes videre est apud Auctores, nec non in duobus Epistolis præpositis Commentarijs Iacobi Cardinalis Papiensis. Quarum prior, quæ est nomine ipsius Iacobi ad eundem Georgium, omnino alterius cuiusdam esse oportet; nempe ut putat Spondanus, Alexandri Minutiani Mediolanensis, qui Georgium palpaturus, manes Iacobi introduxit commentarios ei suos offerentes. Id enim ipse Minutianus non obcurè insinuat principio subsequenti Epistolæ ad Stephanum Ponchetum Episcopum Parisiensem, & Cantuariæ Mediolanensem de collectione Scriptorum Iacobi & laudibus eiusdem Georgij atque ipsius Stephani; quomodo enim verus ipse Iacobus id agere potuerit, qui totis vndeuginti annis ante mortuus fuisset, quam Georgius renunciaretur Cardinalis. Vnde etiam apertè intelligitur deceptos esse illos, qui Epistolam eiusdem Iacobi scriptam anno 1465. ad G. Cardinalem Rothomagensem, ad eundem Georgium esse voluit, qui non nisi sexennis tunc erat, si hoc anno, quo diem obiit, erat tantum quinquagenarius, ut supra diximus Scriptam autem illam esse ad Guilielmum Totauillanum, seu d'Estoutauiillam Cardinalem Ostiensensem Rothomagensem ab Ecclesia, cuius Archiepiscopus erat, dictum, nullum est dubium. Ceterum apud Belcarium legimus, Georgium Cardinalem trecenta aureorum millia testamento legasse, è quibus plurima ad pios vsus destinata fuere, maximè in dotem centum quinquaginta puellarum honestis viris in matrimonium collocandarum, quæ cum Iulius Pontifex, quasi legari iure non potuissent, sibi tradi postulasset, negasse Regem. Viuens hic vidit duos nepotes Cardinales, Franciscum scilicet de Castelnau sororis filium, & Ludouicum Ambosianum Episcopum Albiensem; etiam Renatum de Bria cognatione sibi coniunctum inter Purpuratos Patres lætus excepit. Parù abfuit, quin ad Pontificatù perueniret, cum est electus Franciscus Picolomineus in Pium III. Reprehensus tamen est, & notatus Georgius Cardinalis apud varios Scriptores de duobus; alterum quod vinum meracius, & largius, quam sobrietatis leges ferrent, potauerit. Alterum quod ad Pontificatus fastigium nimio studio aspirare visus sit, ac propterea multorum opinione bella in Italia concitasse, armatumque non semel in Italiam Regem duxisse, non vt, quod specie præ se ferebat, ditiones suas, Mediolanensem, ac Genuensium recuperaret, sed reuera, vt ipsum Cardinalem Rothomagensem, abdicato Iulio, in Pontificali solio collocaret, atque ab eo imperij coronam acciperet; Præfulesque Gallos, & Italos, vt Pisas aduersus eundem Iulium conuenirent, stimulasse.

Atamen laudibus Georgium ornat Alexander Minutianus his verbis: *Sequestres facere consuevit Deus victoriarum Gallus, qui opibus, armis, equis, virtute, concordia abundantes pronocari non possunt impune; & cum superiores fuerint, humanitate vincuntur, benigni, hospitalis, liberales. Verum tu in omni tam archylyta gentis decore præcipuus habebis, quod sapientissimus Rex maximas regni curas in te inclinet, quem sit a pueritia expertus fidelissimum custodem in omni fortuna, qua fuit illi semper varia,*


Ciaccon. Viti. Pontiff. & Card. Tom. III.

A *casibus insignis, & amicum nunc intelligat, inter ardua, laboris minime fugientem, cum vigilia nulla fatigant, nec austeritas corrumpat animam, aut insolentem vsupiam faciat. Inde in omnium ore versatur verissima confessio, post Regem in Gallia esse nihil Rothomagensi præclarior, opportunior, melius, prudentius, firmitus. Et infra. Vnus es, qui felicissimum effecit Regem, in quo omnia, virtutis lumina diuinitus accensa, tamquam ignem Vestalem custodis & in Religionem verbis; vt qui incolumitatem verum amant, nihil magis intendant votis a Deo, quam vt Rex visus, & tu possis qua potes amplissima diu. Idem alibi Ludouicù Regem maximum prædicat, & Cardinalis Rothomagensis, quo post tantam maiestatem nihil in tota Gallia excelsius eminet, res gloriosissimè gestas, eiusdemque Regis celebrandas, & in posteros Scriptorum monumentis diffundendas, & propagandas esse scribit.*

B Et paulò post eiusdem Cardinalis personæ dotes explicans, atque commendans, hæc habet: *Etenim vt omittam generis claritatem, quod diu in Gallia velut fulgentissimum sydus reluxit, id omnium virtutum iubar in eo semper emicuit, vt vel excellentissimi ingenij aciem facile perstringat. Quis enim aut in aduersis constantiam, aut in secundis modestiam dignè dixerit? Quis in verbis sinceritatem, in consilijs maturam celeritatem, in gerendis rebus diuinam sapientiam laudauerit, quibus egregijs virtutibus effectus est, ut Rex sapientissimus totius regni sui procuratorem illi demandauerit, & thesaurorum omnium custodiam, ac dispensationem crediderit; & cum ipsius consilijs ita acquiescat, vt eius nutu cuncta Regi videantur; is tamen in tanta sua potestate satis abundè habet, si probus, frugique ab alijs cognoscatur. Et quæ tanta unquam fuit frugalitas, quæ tanta continentia, quæ cū hac confertis possit? Cui per potentissimi Regis indulgentiâ lautissima Sacerdotia, quibus propter antiquam gentis religionem Gallia est ornatissima, licet possidere, vnico tantù contentus fuit, quo & Cardinalatus dignitate cū mediocritate sustineat, & præter ceteros in quibus aliquid nobilitatis eluceat, non multum se extollat: adeo à tenera usque ætate propositum hoc constantissime tenuit, non immodicis honoribus homines illustres fieri, sed virtutibus Principum nomen clarescere, immortalis atque optime commendari. Sed vt ad ea quæ ad nos ipsos attinent propius diuertam, quis huius clementissimi Patris immortalis erga nos beneficia commendabit, cum trepidante patria, imminentem direptionis, & militaris licentia, atque libidinis procellam, sola auctoritate de cervicibus discussit, adeo vt, quæ antea rapinis, & cadibus patebant, bidno tuta & pacata reddiderit? & non iustus cum patria parentem nuncupabimus, ipsius clementia seruati, Regisque potentissimo quotidie magis commendati, quam Syracusanus Marcellum à quo fuerant euersi, patronum nuncuparunt, & in perpetuum habuerunt? hæc ille.*

SEPTIMA CREATIO CARDINALIUM.

Anno reparata salutis 1500. Pontificatus octauo die Luna 16. ex Diario; ex Ciacconio, & Panunio 20. Martyj creati sunt tres Cardinales, sed non publicati, nisi in proxima creatione die 28. Septembris: hi autem fuerunt.



XXII.
Didaco Hurtadus de Mendoza nobilis Hispanus, filius Innicci de Mendoza, primi Comitis de Tendilla, alterius Cardinalis de Mendoza gentilis, ex Archiepiscopo Hispalensi Patriarcha Alexandrinus, tum absens Presbyter Cardinalis tituli S. Sabinæ renunciatus, dictus est Cardinalis Hispaniæ. Decessit Matriri, seu apud Maioricam Insulam Hispaniæ, annù agens quinquagesimum octauum suæ ætatis, die 24. Octobris anni 1502. cadauer translātū Hispalim iacet in illius vrbis Cathedrali, in marmoreo sepulchro illi ab Innico de Médoza fratre erecto cū hoc Epitaphio.

Ciaccon. Aubery in vita. Paquin. de Roman. Pontific. Gasp. Por. regn. d. Card. Hispanor. Io. Mariana in Hist. Hispan. Hier. Garimbert. Felix Coetel. in 2. Elencho. Nomencl. Cardin.


Reuerendiss. atque Illustriss. D. Didaco Hurtado de Mendoza, quem clarissimum genus, insignis literarum scientia, inusolata in suos Reges fides, sanctissima equitas in omnes, regalis munificentia in Amicos, & pauperes, ac ingens animi magnitudo, & temperantia celeberrimum reddiderunt; nec non Religio, & Pietas in Deum Opt. Max. Hispalensem Archiepiscopum, Patriarcham Alexandrinum, & Hispaniæ Cardinalem extulerunt.

Inniccus Lopez de Mendoza Tendilla Comes germanus natu maior, Generalis Granatenfis Regni Capitaneus, & Illiberitanarum arcium primus Præfessus, hunc fratri marmoreo tumulum satis maior a merenti posuit.
Vixit annos LVIII. XIV. Octobris MDII. obiit.

N

AMANEVS,

Ciaconius Andr. Vi- storell. in Addit. ad Ciaconiu. Petr. Fri- zon. in Gall. Pur- purat. Aubery in vita. Paninius de Rom. Pontific. Prudent. Sandoual in Catal. Episcop. Pampilon. Felix Con- telor. in Elencho.



XXIII. **A**MANEVS, seu Amaneus Albreus, vel de Albreto, natione Gallus, Regio genere ortus, Alanum Albreuum Comitem Droce- sem, & Franciscam de Brosse, Dominā de Pontieure, seu so- rotē Cęsarıs Ducis Valentini, vt voluit aliqui, sed malę, nam soror Amanei fuit vxor Bor- gię; progenitores habuit; & fratrem natu maiorem Ioan- nem XXXV. Nauarręorum Regem, qui Catharinam Na-

uarę Reginam duxerat vxorem. Hic S. Rufi Valentini Diece- sis Archimandrita primõ, mox Apamearum, & Conuenarum An- tistes, & Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere ab Alexan- dro VI. Romano Pontifice renunciatus. Administrauit Ecclesias plures, videlicet Condonicentem, Olorensem, Venetensem, Va- sarensem, Lascurensem, & Pampelonensem; à cuius Capitulo Antonij Cardinalis Episcopi obitu electus est. At sese oppositit Iulius II. Pontifex, deditque Episcopatum illum Facio Cardinali S. Sabinę cum verõ Capitulum Nauarręum obedire recusaret, illud interdicto subiecit; quare Canonici dare manus, & cedere decreuerunt. Facius admittitur in Episcopum, verum breui moritur, ac succedit Amaneus Cardinalis Albreus Leone X. con- ferente, nihilominus Hispaniarum Cardinalis Episcopatum, & annuos redditus vsurpauit. Interfuit Amaneus electioni Pontificis Iulij II. Synodum Pisanam, licet inuitus, promouit; vnde Bzo- uuius in Annalibus Ecclesiasticis ait: *Conciliabulum Pisanum, Ro- manorum, Gallięque Regum auctoritate, Bernardini Carnuiali Episcopi Sabini, tituli S. Crucis, Guillelmi Brissoneti, Galli, Episcopi Prænestrini, tituli Pastoris; Francisci Borgię, Hispani, Presbyteri, tituli S. Cecilia; Renati de Pria Baiocensis, Galli, Presbyteri, tituli S. Sabina Cardinalium temeritate; Friderico etiam Sanseuerinate, S. Angeli Diacono palam consentiente in- dictum fuit, & denunciatum, qui Cardinales huius pestis aucto- res, quo maiorem auctoritatem sibi conciliarent, in ditioni, alio- rum quoque Cardinalium nomina aduocauerunt; inter quos Ama- neus Albreus Gallus, quamuis inuitus, non detestatus parere sui Regis imperio.*

Decessit in oppido Beloso, seu Belgioioso Vasatensis Diece- sis die 10. Decembris anno 1520. ibique tumulatur: de eius obi- tu Cabrera in fine vitę Leonis X. Vixit extra Italiam ferę semper, venia à Romanis Pontificibus impetrata, vt constat ex literis Leo- nis X. ad illum datis, quę sic se habent.

Amore, & benevolentia, qua te fraterna prosequor, tuaque valetudine me impellente has ad te literas dedi: quibus literis, quemadmodum Iulius Secundus Pont. Max. tibi extra Italiam commorandi potestatem fecit, ita & ipse, vt in Gallia moram du- cere salus legibus posses, tibi permisi, quoad aliter statuerem. Quod tamen ipsum non fiet, nisi commodo tuo: tibi enim valetu- dinique tuę consultum iri maxime cupio 4. Kalend. Octob. Anno secundo. Roma.

Ciaconius Andr. Vi- storell. in Addit. ad Ciacon. Aubery in Vita. Paninius de Rom. Pontific. Felix Cę- telorius in Elencho. Ferd. Vgh. in Italia- sacra. Paulus de Angel. in descript. Basil. Li- beriaz.



XXIV. **L**UDOVICVS, seu Petrus Ludouicus Borgia, Hi- spanus, patria Valentinus, so- roris Alexandri VI. filius, Io- annis Cardinalis, & Archie- piscopi Mõtis Regalis frater, Eques Rhodius, S. Euphe- mię Prior, & Valentinus Prę- sul, adhuc puer ex Protono- tario Apostolico renunciatus est Diaconus Cardinalis S. Marię in Via lata, postea Pre- sbyter S. Marcelli. Migraue- rat è vita Ioannes Borgia Car-

dinalis Archiepiscopus Montis Regalis; Alexander, vt se ipsum, familiamque solatio afficeret, ipso anno, quo ille occubuerat, Lu- douicum in eius locum suffecit. In octaua Cardinalium enuncia- tione Ludouicum Borgiam ab Alexandro Sexto Cardinalem re- nunciatum scribunt Cabrera, Ciaconius, alijque; at id actum in septima existimauit Garimbertus, atque ex monumentis Vati- canis Contelorius. Post purpuram Archipresbyter S. Marię Ma- ioris, maior Pœnitentiarius, & Abbas Commendatarius Cœno- bij S. Simpliciani in Dicecesi Mediolanensi anno 1500. electus. Interfuit Comitij Pontificis Pij III. & Iulij II. quo imperante, Neapoli infcio Iulio voluntario sibi indulgebat exilio; at cum ru- mor incertus de Iulij obitu per Urbem seperet, Ludouicus dispo- sitis, & concitatis equis inde Romam pergens, ex eqno lapsus, mortem Neapoli subiit die 4. seu 5. Octobris anno 1511. seu ex

A alijs 1512. ibique sepelitur in Ecclesia S. Petro Cęlestino sacra. At Ludouicum è vita migrasse anno 1511. constat ex omnibus scri- ptoribus, qui res huius seculi tractant; eo enim anno parum ab- fuit, vt refert Spondanus, quin Pontificis repentinus casus occa- sionem obtulerit huiusmodi consilia aut exsequendi, aut testandi; multa enim in Conciliabulo Pisano Cardinales aliquot contra Ro- manam Ecclesiam moliebantur. Iulius autem decimo septimo Au- gusti anni 1511. in morbum incidens, quarto egritudinis die adeo ingenti animi defectu oppressus est, vt per aliquot horas à suis mi- nistris pro mortuo fuerit habitus. Vnde mortis fama vbique spar- sa, multi Cardinales absentes, ijque ipsi, qui Concilium conuoca- uerant, Romam iter instituerunt.

Ciaconius in vita huiusce Cardinalis scribit initio purpurę Lu- douicũ obtinuisse Diaconiam S. Marię in Via lata; deinde in serie Cardinalium mortuorum sub Iulio II. SS. Nerei, & Achillei Dia- conum Cardinalem eundem nuncupat. Certõ tamen scimus ex monumentis Vaticanis decessisse Presbyterum Cardinalem titulo S. Marcelli: quare fatendum est à Diaconia S. Marię in Via lata, ad illam SS. Nerei, & Achillei, postea ad S. Marcelli gradum fe- cisse; in Ecclesia enim S. Marię in Via lata extant huius Cardina- lis, & fratris insignia.

OCTAVA CREATIO CARDINALIUM.

Anno à partu Virginis 1500. Pontificatus octauo, die 28. Se- ptembris. Romę Alexander VI. nouem renunciatiuit Cardinales, & tres in præcedenti creatos publicauit: hi autem de nouo ren- uciati fuere.

C



XXV. **I**ACOBVS Serra, natione Hispanus, patria Catala- nus, Archiepiscopus Arbo- rensis, Papę Vicarius in Vrbe, inter Presbyteros Cardinales titulo S. Vitalis ex tabulario Vaticano; ex Ciaconio verõ, Suaresio, & alijs S. Stephani in Cęlio monte coopatus est. Administrauit Ecclesias Elnę- sem, & Licopientem; Lega- tionis munere functus est Pe- rusij, in Piceno, & in Vmbria: Episcopatum Albanensem pri-

mõ, mox Tusculanum sub Iulio II. & Prænestinum sub Leone X. texit: Episcopum insuper Calaguritanum eundem institutum scri- bit Filiuccius. Adfuit Comitij Pontificis pluris, & suffragium pro Pio III. Iulio II. & Leone X. tulit: pacem, quam Rex Gal- lia post Rauennę cladem suadebat, Romano Pontifici auctor fuit, vt excluderet. Romę ex mortalium agone discessit Victorello te- ste die 15. Martij anno 1517. corpus in D. Iacobi Hispanorum. Ede in facello à se ibidem erecto tumulatur: Epitaphium adiecit Cardinalis de Monte.

D

D. O. M. **IACOBO SERRÆ EPISCOPO PRÆNESTINO S. R. E. CARD. ARBORENSI ANTONIVS DE MONTE CARD. S. PRÆEDIS EXECVTOR EX TESTAMENTO P.**

E

Felix Cõtolorius extra Urbem è vita Iacobum migrasse in sinua- re videtur in Elencho; nunciatum enim fuisse Romę scribit, die 15. Martij anno 1517. Iacobum vitam cum morte commutasse. Hunc Ciaconius vocat Iacobum Casanoua, qui tamen Iacobus Casanoua renunciatus est Cardinalis in vltima enunciatione, vt infra subiiciam.

F



XXVI. **T**HOMAS Bacocius, seu Herdouts, Hun- garus, ex oppido Herdoui Verminiensis Diececis, à puero Bononię, & Ferrarię excolendo doctrinis ingenio operam dedit; mox Hippo- lyti Cardinalis Agriensis à secretis aliquando fuit: tanta deinde polluit auctoritate, vt non solum Regis Hunga- rię Cancellarius, sed etiam nobilium Urbium Anistes, Taurinensis scilicet primõ, deinde Soguenis Episcopus, mox Archiepiscopus Strigoniensis electus, totius Regni arbiter fuerit. In Senaturn Cardinalium Vla-

Ciaconius Cabrera. Andr. Vi- storell. in Addit. ad Ciacon. Aubery in Vita. Paninius de Rom. Pontific. Bonauet. Angel. in Historia Parmae. Lud. Iacob- bill. in aa. Hist. Ful- ginate. Ferdinãd. Vghel. in Ital. sacra.

Ciaconius Hieron. Garim- bertus. Aubery in Vita. Andr. Vi- storell. in Addit. ad Ciacon. Felix Cę- telorius in Elencho. Cabrera. Paninius de Rom. Pontific.

dislai Regis, & Republicæ Venetæ precibus adlectus titulo SS. Syluestri, & Martini in montibus, seu Equitij, à Julio II. Romam accitus, vt contra infanas Conciliabuli Pisani technas decertaret, Hungarique sibi, & Romano Pontifici obedientiæ nexu coniunctos retineret. Venit igitur Romam confusus se successorem Iulij in Pontificatu futurum; sed ea spe deceptus, nam renunciatum videns post Iulij obitum Leonem X. in Hungariâ reuertitur. Aliam tamen ab hac aduentus Romam Thomæ Cardinalis refert causam Bernardus Vapouij apud Martinum Cromerum; illum audiamus. *Vidi ego plerisque supremi ordinis Antistites Cardinales, qui alius spirabant, collacrymari, Thomam præcipue Strigoniensem Cardinalem, qui ea potissimum causa ex Hungaria trecentorum Equitum comitatu Romam venerat, vt Romanum Pontificem, sacrumque Senatum ad bellum contra Turcas suscipiendum impelleret; quod Iulio Pontifici, cuius tempore Romam venerat, post Petrum Barionæ, omnium Pontificum maximo, ac tot bellis exercitatissimo haud dubie persuaserat, si intestina Principum Christianorum odia, & immatura mors non obstisset.*

Presbyterorû Cardinaliû primus interfuit electioni Leonis, postquam Roma egressus ab ipso Leone Crucem sacrae militiæ signum contra immanissimos Turcas, qui rebus Hungaris plus nimio infestis erant, impetrauit, quam in Hungariam veniens Pontificia suffultus potestate publicauit, tanto cum fructu, vt ad sacrae militiæ nouitatem ciuissimè ex vario plebeiorû hominum genere cõstantis exercitus coaluerit. Rustici relicti agris, Sacerdotes, Monachi, & infimæ fortis quique seruilis conditionis contemptis Dominis arma sumptere: supra sexaginta hominum millia breui in vnum coiere, qui Turcico bello omisso contra Hungariæ Optimates conspirauerunt. Claruit Thomæ multis Legationibus, nempe Constantinopolitana, Hungarica, Boëmica, Polonica, Dacica, Noruegica: Legatus quoque est ad Scotiæ Regna, necnon in Prussiam, Russiam, Liouoniam, Lituoniam, Valachiam, Slesiam, Lusatiam, Morauiam, Transiluaniam, Sclauoniam, Dalmatiam, Croatiam, & Mosoniam. In Hungaria bellum inter viros nobiles, & rusticos sedauit, atque extinxit. Adiuuente fuit Leoni X. Romano Pontifici pacem inter Christianos Principes firmandam. Vt ipsius Leonis literæ quas hic rescribo fidem faciunt.

Exemplum literarum, quas Vladislao Regi scribimus, erit cum his literis. *Ex eo mentem erga illum meam planè perspicias: quam tu etiam meis ad illum verbis asseres, explicabisque singula, & accuratius, & prolixius. Ac te quidem scire volo, vos nihil aliud singulis penè horis cogitare, atque prospicere, quam vt pacem inter omnes Christianos Principes consociemus: eique rei neq; stando, neq; dilata, neq; labore, neq; certe ardore animi contentioneque decernimus. Et quoniam in eo id, quod volebamus, à Gallia, atque Britania Regibus iam consequuti auctore Domino sumus, ceterorum etiam Regum, & Principum controversias placandi, & terminandi, animosque conciliandi confido eundem mihi Dominum vires, & facultatem subministraturum. Ac si fieri profecto poterit, vt ad id auctoritas, atque prudentia Regis Poloniae Vladislai Regis fratris mihi magno usus sit futura. Quod cum erit, statim te faciam per literas certiorum: vt nauare in eo tu quoque operam mihi tuam possis, atque ea quidem, de qua loquor, pacem, atque concordiam Deum Opt. Max. oro, & quaeso, vt summi ad exitum nobis viuentibus perducatur: vt reliqua qua restant multo meo quidem iudicio, opinione quam re maiora, contra eius nominis hostes perpetuis communium omnium consensu, & voluntate aliquando moliamur. Sed & hæc, & alia, que in eam sermone comeci, quem quidem proxime habui cum Francisco Marsupino procuratore tuo, homine in primis diligente, ipse ad te perscribet: cui mandandi, vt tibi salutem adscriberet. Dat. 11. Kal. Octobr. Anno secundo. Roma.*

Et defuncto Vladislao Pannoniæ, Boëmiæque Rege, suadente Leone X. Romano Pontifice pacem curauit. Placet hic Leonis literas rescribere.

Quantum mihi molestia, quantum meroris Vladislai Pannoniæ, Boëmiæque Regis mors attulerit, de qua tuis ad nos literis est allatum, ex mea in illum charitate, atque beneuolentia tibi quidem omni maxime perspecta, & cognita per te ipse facile potes existimare. Videor autem mihi in illum non magnum, & prudentem modo Regem, sed optimum etiam filium, meique obseruantissimum amississe, quo tempore propter Turcarum insidias adiectumque, ad ista Regna semper animum maxime illum viuere oportuisset. Itaque cum ea, & certe istorum populorum, vel potius, vniuersæ Christiana Reipub. causa vehementer dolorem, angereque propè animi omnibus articulis, & sensibus, illa me res non mediocriter est consolata, quod is, vt scribis, Ludouicum filium suum misit ad indolis, magnaque spei puerum Regni heredem sibi reliquit. Qui quidem si non facis dum propter aetatem sit ad id regendum, & procurandum idoneus: habet certè non paucos excellenti virtute, singulari prudentia viros Principes, quibus nitatur, quorumque consilijs, & ipse rectè insitui, & eius Regnum administrari commodè, atque feliciter possit. Quamobrem sedato, quantum potui, merore meo, & luctu, consilioque cum meis tribus, R. E. Cardinalibus super ea re mature amantissimeq;

habito, tibi quidem negotium damus, primum, vt Regem puerum saluere iubeas nostris verbis, asseresque illi salutem eius, & dignitatem magne cura nobis fore nosque singulos in eo, & fouendo, & ornando Vladislai patris eius curam, & studium plano gesturos. Deinde vt reliquos istius Regni Principes quo maiore animorum nostrorum ostensione poteris, hortere, velint, quemadmodum quidem confidimus te, atque illos esse facturos, in eam præcipue cogitationem incubere nihil, vt inter vos dissidijs, nihil omnino discordia suboriatur, sed vno omnium vestrum consensu, & voluntate sedate, atque amanter Regni, & Regis pueri res, proventus, otium, negotium procuretur. Id erit, & prudentia vestra dignum, & nobis omnibus in primis gratum sic, vt iam nunc libentissime profiteamur, eius rei gratiam vobis singulis aliquando etiam relatuuros. Ceterum quod ad municipiorum illorum curam, & tutelam attinet, que municipia isto in Regno vicina oppositaque Turcis sunt, atque in summa rerum omnium inopia versantur, celebrisque auxilij magnopere indigent, ea in re omnem meam curam, adhibebodaboque operam, vt eis omnibus in tempore succurratur. Itaque volo bono vos animo esse, neque vereri, quin à me omnia paterna in vos officia procuratorumque proficiantur. Quod quidem vt iam re fieri perspicere omnes homines possint, mittere istuc quæ primum decreui Robertum Archiepiscopum regium, familiarem meum illustri ortum gente, probumque ipsum hominem, & doctrina studijs præditum, quem valde amo tecum una, vt à Regis pueri latere nunquam discedat, auctoritatemque illi afferat nostrâ quibuscumque in rebus, & opus erit, & oportebit: ne is tam illustrem patris sui de se se commendationem apud nos parum valuisse suspicari possit. Scripsi etiam Bernardo Cantori Agriensi Intermunio meo, vt cum istius Regni magnis viris, quos ad singulos etiam literas dedi, diligenter ageret, vt in Regni negotijs procurandis concordiam in primis exercerent: vt rectius, atque commodius publica per eos utilitati regieque dignitati consuleretur. Inebam autem tum has ipsas, tum ceteras, de quibus dixi, literas eiusmodi tabellario dari, qui celerrimè iter faceret: vt antequam conueniret vestri tempus, qui ad diem nonum Kalend. May est futurus, ad te perferrentur. Dat. 8. Id. April. Anno 4. Roma.

Quæ, & quanta peregerit Thomas Cardinalis post Vladislai Regis obitum, hæc ipsius Leonis literæ, indicant.

Lectis tuis literis, quas binas vno tempore accepi, alteris ad decimum, alteris sexto Kal. Iunias datis, statim fratres meos E. R. Cardinales adhibui, vt vna quid tibi ad illas responderet nos oportet, mature consuleremus. Itaque de communis nostrum omnium sententia tibi respondeo; vt ar ordine, ad priorem scilicet epistolam prius: gratissimum nobis accidisse, quod in Conuentu Pannonico nuper habito omnia tranquilla, atque pacata acta confecta transactaque sint. Nam cum proxime propter recentem Vladislai Regis mortem, imbecillamque Ludouici eius filij ad regendos populos etatem ne turba, seditionesque inter istos Principes existerent, magnopere timuissimus: nunc cum res aliter ceciderit, iamque omnia per vos, & prudenter, & temperato administrantur, magna certè voluptate tue nos literæ affecterunt. Valde enim fore credimus, vt si vos in tractandis Regnorum istorum, explicandisque negotijs, idem atque vnum omnes respicietis, magna cum pacis, & quietis, tum dignitatis, & commodorum incrementa publice, atque priuatis vestris rebus sint accessura. Pacis enim, atque concordia cupidus, & retinent; eis proteget, augetque pacificus, & misissimus Dominus. Quare eo de consensu, & voluntate maximis vos singulos, & studijs prosequimur, & laudibus. Hortamur autem, vt in instituendo Rege puero, atateque illa tenera, & flectenda, & dirigenda eundem consensum, eandem curam adhibeatis, quoad Rex se, atque sua regere per aetatem possit. Nam vt arborum semina, dum pusilla sunt, palis indigent, quibus nitantur, ne ventis, & tempestatibus incuruiscant, obliquitateque ducant crescentia, sic puerorum ingenijs moderatore opus est, & magistro, qui ea regat, atque contineat, ne flectere in vitia maleque artes possint: ad quas tenera omnis, & infirma etas pronos, maximeque lubricos lapsus habet. Rescripsi ad priorem epistolam tuam, nunc ad postremam venio: qua me de aduentu ad vos Turcarum Regis Legati certiorum facis induciarum cum Rege tuo consociendarum causa: consiliumque requiris meum: vt quid vobis faciendum sit, scire possis. Quod quidem nullum habeo, tibi quod dem, præter illud, de quo ad te non vnus literis scripsi. Quod idem nunc scribo: nobis scilicet eandem esse mentem, eundem animum, qui antea fuit, quique semper est futurus. Cupimus enim, vt debemus, ne cum perpetuis nostris hostibus vlli Reges nostri, vlla imperia se coniungant. Qui non id postulant propterea quod pacem, & otium velint, cum nihil, nisi bella meditentur: vel quod villo vos commodo affici non egerim molestissimeque ferant, quorum oppida ditionemque ipsas inducias stagentes depopulantur, & proterunt: sed vt à vobis populisque istis bellicosissimis, atque fortissimis securi tantisper sint, dum vel alia, que sibi cordis sunt explicitis aliisque Reges opprimant, vel sibi opes comparent ad vos posse, quibus maxime inhiant, valedis integrisque viribus aggrediendos planeque consociendos. Itaque non possumus assensurî is conditionibus, quas in vestras ceruices, atque perniciem credimus,

reversuras. Eam obrem, ut scis, diligentissime, ad omnes Christianos Reges non semel scripsimus: multisq; precibus cōtendimus ab eis, ut Regi, Regnisque istis ad hostium conatus repellendos una nobiscum opem, atque suppetias ferant. Id & si serus sit, quam volumus, quamque decebat, futurum tamen in tempore confidimus: utque fiat, damas nunc quoque ad eos ipsos eadem de re literas, monemusque singulos, longiorem mittendo auxilio moram ne addant: ne dum ipsi cunctabundi sedent, ad id vos necessitas compellat, quod postea factum recidere in maximum universę Christianę Reipub. damnum, atque dedecus facile possit. Quis si, quod petimus, in tempore fecerint, vobis ante omnes erit visile, nihil cum Turcis statuisse: quibus fortasse veteres etiam eorum in vos iniurias viciscendi occasio propterea dabitur. Nos quidem certę pro vestra dignitate tuenda, Regnoque defendendo omnes nostras opes, sanguinem etiam nostrum, si expedit, sumus libentissime profusuri: quemadmodum cum Francisco Marsupino familiari ab epistolis tuo lausius; & ipse loquutus sum, & meorum fratrum plurimi idem fecerunt: cuius se ad literas referes. Dat. 8. Kal. Quintil. 1516. Anno quarto. Roma.


Diem supremum obiit in Hungaria 21. Iulij anno nostrę salutis 1521. ex m. s. Vaticano, atque ex Hungarię scriptoribus, ex Ciaconio verò anno 1523.

Garimbertus inter infimę plebis parentibus genitos Thomam Herdouot, siue Herdouts, à patria sic dictum recenset.


XXVII.

Petrus Isualles, seu Isualia, obscuro genere Messanę natus, Archiepiscopus Reginus, ex Urbis Gubernatore, & Protonotario Apostolico, ab Alexandro Ferdinando Sicilię Regis precibus in Senatum Cardinalium adlectus, Presbyter Cardinalis sancti Cyriaci in Thermis primò, deinde sanctę Pudentię, & S. Marię Maioris Archiepiscopus declaratus est. Legationem Bononię, ac Romandiolę, & ad Regem Hungarię, Boëmię, ac Polonię sedis Apostolicę nomine subijt. Cum autem, vt scribit Trithemius, adeo multiplicati essent in Boëmia Hæretici, qui vulgò Fossarij nominabantur, propterea quod in fossis, & occultis speluncis nocte convenirent, turpiter se inuicem nullo discrimine morum brutorum immiscerent, vt anno reparatę salutis 1501. ad nouendecim millia creuissent dicerentur, qui & Ecclesiam Dei, & Ministros eius contemnebant, Sacramenta irridebant, infinitosque alios errores profitebantur. Ad quos etiam multi nobiles, ac potentes viri deficiebant, tanta etiam pietatis specie, seu velantię motu in turpissimis his moribus, vt eorum vnus quadraginta florenorum millia inter illos in elemosinam effuderit. Cnmque alius quidam nobilis Catholicus oppido quodam empro iisdem Hæreticis referto proposuisset eis, vt aut renunciarent erroribus, aut ab oppido discederent, cuncti vnanimiter relictis bonis suis omnibus, cum baculo abierunt ad alios sui erroris focios, à quibus tanquam Martyres Dei fuerunt cum gaudio, & honore suscepti, & rebus necessarijs abundē impertiti, Apostolorum se imitatores profitentes, mira subtilitate errores suos defendebant, recipientes certis superstitionibus, & execrationibus Spiritum erroris, quem Diuinum ipsi vocabant, haustu grandis muscę, quę in os eorum, qui his mysterijs initiabantur, ingrediebatur, eosque valdē doctos, & mirabiliter astutos reddebat, adeoque obstinatos, vt nullis tormentorum generibus ad rectam fidem reduci valerent. Aduersus quos, aliosque in Boëmia pullulantes Hæreticos, cum audisset Alexander Pontifex Ladislaum Hungarię, & Boëmię Regem iturum esse, Petro Isuallio Cardinali Rhegino in Hungaria Legato præcepit Regem in eo negotio comitari, & si ad tractationem potius quam ad arma res veniret, audire quidem, sed nihil prius Hæreticis respondere, quam ad sedem Apostolicam retulisset.

Vitam cum morte commutauit Casenę die 22. vel 23. seu 24. Septembris anno 1511. corpus translatum Romam, sepulchrum habuit in Basilica Liberiana, cuius fuerat Archiepiscopus, vt diximus, & constat ex m. s. tabulis publicis eiusdem Basilicę, in quarum vna hæc habentur. Petrus Tituli S. Cyriaci in Thermis, Presbyter Cardinalis Messanensis, & Archiepiscopus Rheginus, cepit esse Archiepiscopus anno 1510. die 4. mensis Maij.



Ciaconius Aubery in Vita. Guicciard. in Hist. Hier. Garimbert. Paulus de Angel. in descript. Basil. Liberianę. Henricus Spondan. & Brou. in Annal. Eccl. Felix Contel. in Elencho. Paninius



Pontificis filia proficiscente Ferrariam ad nuptias renunciatus est. Interfuit Comitij Pontificij Pij III. & Iulij II. contra quem literas nonnullas Oratori Ducis Ferrariensis apud Maximilianum Imperatorem, commoranti scripsit, ob quas cum Iulius Pontifex eas ex improviso in publico Consistorio alta voce legisset, Carceri auctorem damnauit, à quo Cardinalium precibus exemptus est. Cum verò Iulius Bononiam, bellum Ferrarię ducti illaturus pergeret, Franciscus cum tribus Cardinalibus Florentię substitit, ac Mediolanum concessit; vnde Iulium ad Pisanum Conciliabulum cum socijs vocauit, quare à Iulio Cardinalitia dignitate priuatur. Septuagenarius Regio Lepidi Pisas ad Conciliabulum iturus, seu, vt alij volunt, Pisas subita morte, antequam se purpura Iulij decreto spoliatus agnosceret, è viuis abiit aano 1511. in Diario non apponitur dies obitus, in m. s. de Cardinalibus asseritur è vita migrasse die 11. & apud Ciaconium die 4. Nouembris.

Ciaconius Andr. Vi. Arell. in Addit. ad Ciaconiu. Aubery in Vita. Hier. Garimbert. Paninius Francisc. Guicciard. Scipio Ammatius in hist. Florent. Pet. Mart. Felix Contel. in Elencho.

XXIX.

IOANNES Vera, Hispanus, ex Arcilla oppido agri Valentini à pueritia scientijs in Hispania dedit; deinde maior factus iuris tum Casarei, tum Pontificij Doctor, Archiepiscopus Salernitanus, inter Presbyteros Cardinales, titulo S. Balbinę cooptatus, tantę integritatis, & modestię fuit; vt Alexander VI. Casarem Borgia filium suum nothum erudiendum huic soli commiserit. Legationis munere post purpuram

in Gallia, & in Anglia, vt Reges illos ad Turcarum potentiam conterendam impelleret; deinde in Marchia, & in Romandiola functus est. Suffragium pro Pio III. ac Iulio II. in Pontificijs Comitij tulit.

Annus agens quartum supra quinquagesimum decessit Romę die 4. Maij anno nostrę salutis 1507. vt refert Anonymus Auctor in m. s. de Cardinalibus asseruato in Vaticano; alibi tamen legitur die 21. Iulij anno 1506. fortasse per errorem Amanuensis. Cadauer in Ecclesia S. Augustini ad sacellum S. Monicę sepulchro marmoreo conditum iacet cum hoc Epitaphio.

D. O. M.

IOANNI VERÆ ALGERITANO AGRI VALENTINI Casarei, Pontificijque Iurium consultissimo Presbytero S. Balbinę Cardinali Salernitano, Qui ab ALEXANDRO VI. Pont. Max. vltro ex Hispania Ascitus, & inter Patres reclusus, Picens, Aemilięque Magna Prouincialium commendatione presuit: Difficillimisque Ecclesia temporibus, duobus præsertim Inter Pontificijs, cum magnas turbas composuisset. Pacem, quietem, ociumque Vrbi Rome reddidisset. Tanti Pontificis iudicium summa prudentia, integritate, Animique magnitudine comprobauit. Vixit Annos LIII. Menses V. Dies IX.


Oliuerius Neapolitanus, & Franciscus Cosentinus S. R. E. Cardinales ex Testamento posuerunt.

Aliqui Ioannem hunc inter Episcopos Leodienses recensent; sed malè; nam in serie Episcoporum illius sedis non inuenitur.

Ciacon. Hieron. Garimb. Cabren. Paninius Raph. Volaterran. Aubery in Vita. Felix Contel. in Elencho.

Ex hac stirpe teste Henrico Fameſio per ſeptingentos, & amplius annos tum bello, tum pace, ac precipuis dignitatibus viri clariffimi prodire. Quantum bello valuerint, nouit ipſa Ciſalpina Gallia, magno illo extincto Ioanne Iacobo Franciæ Mareſcalco Vigleboni Marchione, ac Theodoro Comite altero Galliarum Mareſcalco: Quantum verò pace, & Eccleſiaſtica dignitate fulſerint, ipſa Romana loquatur aula, quam plures clariffimi Triuulſij Cardinales exornarunt, vt videre quis poterit in hac Pontificum, & Cardinalium Hiſtoria.

Ciaccon. Hier. Ga- zimb. Filiccius Andr. Vi- gorell. in Add. ad Ciaccon. Gaſp. Si- lingard. Felix Con- telor. in ſe- cleſcho. Aubery in vita. Brouſſus in Anna. Eccleſiaſt. Prouin. de Roman. Pontific. Ferdinaſ. Vghell. in Add. ad Ciac. & in Ital. ſacra.



XXXII.

IOANNES Baptiſta Ferrarius, natione Italus, patria Mutinenſis, honeſta familia natus, adoleſcens in tenui fortuna Iurisprudentiæ operam dedit. Romam poſtea petijt, vbi Sacerdotijs & præcipuè Canonici Mutinenſis Eccleſiæ ditatus, tantum pecuniæ ex ipſius redditibus induſtria ſua cumulauit, vt venalia quardam Cancellariæ Vrbis officia emerit, & in clîſtelam à Roderico Cardinali Borgia

Vicancellario aſſumptus inter Scriptores, ac Sollicitatores literarum Apoſtolicarum, ac deinceps inter duodecim viros dictandis epistoſis Apoſtolicis præfectos ſumma cum laude locum habuit. Roderico in Pontificem electo ſub Alexandri VI. nomine in Aulam Vaticanam ab eodem receptus, primò Referendarius, inde Datarius, demum Cancellariæ Regens, ac Moderator factus laborioſam negotiorum molem forti animo diu ſuſtinuit. At cum augendis ararij Apoſtolicis opibus nimis anxie incumberet, aliqua- lem auaritiæ notam incurrit, ex qua ſibi in Aula maximam contraxit inuidiam, & in plurimorum incidit malevolentiam; ipſe verò ſola Alexandri benevolentia, & gratia nitetur, cui cum omnem ſolertiam, ac diligentiam in omnibus negocijs accuratè præſtitijſet; Episcopatu primò Mutinenſi, & Capuano Sacerdotio donatus eſt; & in ſacrum Collegium Presbyter Cardinalis renuncia- tus cum in congregandis opibus perſeueraret, multis diſplicit, plures offendit; ob quam rem indignationem etiam ſummi Pontificis incurrit, ac tandem veneno ſublatus à Sebaſtiano Pinzono cubiculi Præfecto, qui poſtea ſub Leone X. ob aliam crimina carceri traditus, hoc eodem, quod antea negauerat, in tormentis ſpon- tè reuelat poenas dedit. Ob eius mortem delata eſt in Fiſcum ipſius Cardinalis opima hæreditas ſupra octuaginta millia numorum aureorum æſtimata, Franciſco fratre, qui ad Vrbem triduo ante accurrerat, in caſſum reclamante. Viſit altero ſupra quinquageſimum anno, vir eruditione, ac praxi rerum ad Romanam Cancellariam ſpectantium exactiſſimè commendandus.

Obijt Romæ in palatio Vaticano ex Diario die 20. Iulij, ſeu ex Ciacconio 6. Kalendas Auguſti anno 1502. & in Baſilica S. Petri ſepultus; eius verò oſſa inde Mutinam translata commune ſepulchrum cum Franciſco fratre ſupra Occidentalem portam maioris Templi accepit; vt indicant hæc Carmina, quæ parieti, antequam albario illinerentur, depicta, paucis ab hinc annis legebantur.

Hic ſiſus eſt Capua Antifſtes Venerabilis, atque Maxima Ferrariæ gloria, ſpeſque domus. Qui pariter Præful Mutinæ rutilante galero Chryſogoni Titulos, ſacraque Signa tulit. IOANNES BAPTISTA fuit, cui nomen & idem In quo priſca fides religionis erat. Cuius Alexander Romanus Paſtor agebat Sextus conſilio grandia quaque ſuo. Hic illi frater Patria ſucceſſor in iſto Franciſcus Pario marmore clauſus adest.

DOM. HERCVLES DE FERRARIIS FIERI F. MCCCCX.

Alias quinque alij acidiæ linguæ Scriptores Cardinali huic inſcri- plere ſepulchrales Inſcriptiones nimirum.

I.

FERRARIJ hic tumulus, quem ſic ſiſus viſſe habendi, Vt tumulus dici poſſit Auaritiæ. Tantaleam patitur poenam, & quia parua fuiſſet Impendent anidis aurea poma labris.

II.

HIC BAPTISTA regor, Medici quem culpa peremit, Natura fuerat neſcius ille mee. Herbarum mihi pro ſuccis dare debuit anrum; Sola erat apta meis hac medicina malis.

III.


Iniſce qui tranſiſ terram; ruruſus iniſce, ne qua Hic regitur peſtis proferat atra caput.

IV.

Non iacet hic corpus, petijt nec ſpiritus aſtra, Rex Superum in Stygios merſit utrumque lacus.

V.

Ne dicas, ſit terra leuis, ne ſpargite flores, Numos, ſi requiem mi dare viſ, numera.



XXXIII.

MARCVS Cornelius, natione Italus, patria Venetus, Georgij Cornelij Senatoris præſtantiffimi, Catharinæ Cypri Regi- næ fratris filius, & Florentiæ Egzimariz Ducis filiz nepos, altæ indolis adoleſcens, ex Protonotario Apoſtolicò, Diaconus primò S. Mariæ in Porticu, deinde S. Mariæ in Via lata; mox Presbyter Cardinalis S. Marci, demum Episcopuſ Cardinalis Alba- nus, ac Præneſtinuſ, & Baſi-

lica Vaticanæ Archipresbyter renunciatus præfuit Eccleſijs pluri- bus, Conſtantinopolitanæ ſcilicet, Veronenſi, Neritonenſi, ac Pa- tauinæ; legatione functus eſt in Patrimonio D. Petri. Ex Diaconorum Cardinalium principe Presbyterorum princeps inſtitutus, pietate in parentem, quem defendit egregiè, comitate in omnes, & in ſigni omnes iuuandi cupiditate enituit. Leo X. probitatem, & prudentiam Viri agnoſcens, rebus arduis, arcanisque tractandis eum, alioſque octo Cardinales præfecit, & anno 1517. Patavinum nominauit Episcopum, & commendauit Epistoſta ad Leonardum Lauredanum Venetiæ Principem ſcripta, hiſ verbis. *Hæri Sixto Cardinali vita ſunſto, cum vellemus Eccleſiæ Patavine, cui ſis præerat, aliquem ex tuis Ciuibus præſcere, nemo e nobis dignior Marco Cornelio eſt viſus; cum propterea quod ſis Cardinalis eſt; & Ciuis tuus, & multis, maximisque virtutibus prædiſtus; tum etiam, quia ſis omnibus eius Republica ſcilicet Venetæ, diſſiſſimis, duriffimisque temporibus nullum unquam laborem euſitauit, nulli rei pepercit, vt illi, vel commodo, vel ornamento eſſe poſſet. Scribit præterea Leo Marcum totos nouem annos fruſtribus, ac penſionibus caruiſſe, à ſe magni fieri, & amari; hortaturque Ducem, vt Patavinæ Eccleſiæ poſſeſſionem illi ſine mora tradat. Initio enim Episcopatus in adipiſcenda reddituum poſſeſſione per ciues Veronenſes obiecta illi difficultas fuerat; quam perbelle ſuſtulit Georgius Cornelius pater; qui forte fortuna tum præfecturam militarem in vrbe Veronenſi gerebat. Is enim filio ſuffragari cupiens primos Ciuitatis Senatores, eoſque maxime, quos obſtinatiſſime illi aduerſaturos perſpiciebat, ſerſim primò ſingulos, tum vniuerſos etiam comiter, blandèque appellans, ac quibus eſſent filij ad Eccleſiaſtica munera natura propenſi, habilesque incertiſſimam eos conciliatorum illis à Marco filio opimorum Sacerdotiorum ſpem erigens, ſi eum Romam ſequerentur, vincente publici commodi rationem priuati lucri ſpe, haud magno negotio cunctos induxit; vt de reiſcindo illo, quod tantopere antea obiectarant, Senatus Veneti pro ſe decreto conſenſerit. Cæterum eò tolerabilior plerique, viſus eſt fuiſſe Georgij aſtus, quod ſumma fide promiſſa omnibus exoluit; ſiquidem nemo fuit ex Veronenſibus adoleſcentibus, qui Romam Marcum ſunt ſecuti, qui non opimis Sacerdotijs ditaretur.*

Porro Marcus cum Cardinali Grimano dedit operam, vt Iulius II. in Rempublicam Venetam benevolentia ederet argumenta: Diaconorum primus Hadrianum VI. & Clementem VII. tiara Pontificia cinxit. Eccleſiam Veronenſem vnicè dilectam, quam multos annos piè rexit, plurimum auxit: Sacrarium enim pulcher- rimum in Cathedrali conſtruxit, & prætiſis vndequeque collectis indumentis ad ſacra peragenda adornauit. Cornelium menſam, in qua triginta ſex Clericos literis operam dantes inſtituit. Relictam teſtamento à Ioanne Michaelio prædeceſſore pecuniam Eccleſiæ Principi Veronenſi cum exegiffet Marcus, ex ea fornices, ac poſtremas columnas Cathedralis Eccleſiæ ædificauit.

Cæterum poſt Clementis VII. electionem, cum graſſante maxime Vrbe peſtilentia, propinquorum precibus Venetias Marcus euocatus eſſet, ex vehementi itineris agitatione febrè correptus, ibidem non longè poſt aduentum ſuum deceſſit. Venetijs illum repente perijſſe interitu ſcribit Garimburtus: migravit è vita die 20. ex Ciacconio; ex Diarijs verò 26. Iulij anni 1523. ſeu veriùs 1524. corpus in D. Georgij Maioris humatum: Cauacius in hiſtoria S. Iuſtinæ, trium Cardinalium Corneliorum Marci, Franciſci, & Andree corpora Venetijs in S. Saluatoris eodem in ſepulchro tumulata ſcriptit.

Sub Marco Episcopuſ Anno 1519. die 29. Aprilis Veronæ inuentæ ſunt Sanctorum reliquiæ in Eccleſia S. Nicolai, quorum nomina aptè ibidem in baſe Altaris S. Mariæ Magdalene ita deſcribuntur.

Fleſſe

Ciacconius Petr. Inſinias in Hiſt. Venetæ. Andr. Vigorell. in Add. ad Ciacconium. Curte de Hiſt. Veronenſi. Remboſius Epistol. Aubery in Vita. Fauſſinus de Rom. Pontificib. & Antiq. Veronenſi. Ioſ. Maria Suard. de Episcop. Preneſtina. Floruſant. Marinell. de Diac. S. Mariæ in Via lata. Ferdinaſ. Vghell. in Add. ad Ciaccon. & in Ital. ſacra. Felix Con- telor. in ſe- cleſcho. Fran. Saffouin. in Hiſt. Venetæ.

Flēte oculos, supplexque preces hic funde viator,
Nam tegit exiguus numina magna lapis:
Dimidij, Andromice, Simeonis, Thaleique
Et Dini Asturgi pulvis, & ossa iacens.
Corpus carens titulo sudaria tincta cruore
Martyriq; genus graua charta notans.
Sanguis odor crines vātreis seruantur in urnis,
Hac Magdalena vota fuere pia;
Dilecti Christo Affecta sunt fragmina busti,
Et cineres quorum nomina sancta latent.
Naxarius Doms hanc Presbyter exsulis Aram,
Reddidit & luci que latere dia.

XXXIV.

IOANNES Stephanus Ferrerius, natione Italus, ex oppido Biello, seu Bugella Vercellensis Diocesis, filius Sebastiani Ferrerij Domini Gallicani, qui pro Rege Galliarum Mediolanum Gubernator rexit, Romanæ Rotæ Auditor, & Protocotarius Apostolicus ab Episcopatu Hipponensi ad Veronensem primò, mox ad Bononiensem hac occasione, translatus est. Cum enim Iulianus Cardinalis Ruuerus Bononiensis Episcopus, Ioannē



Boniuolum iam tum ferrè non posset, elatè nimis in Vrbe se genantem, Romam repetisset, ac tandem Ecclesiæ illius administratione se abdicasset; Alexander VI. Pontifex eam Ioanni Stephano tradidit. Qui accepta illico per Procuratorem possessione, Vercellis postmodum Bononiam se contulit; vbi benignè ab omnibus Magistratibus, Clero, Populoque ex more ad portam occurrante receptus est. Ab eodem Alexandro Abbatiam S. Mariæ de Stapharda, & S. Stephani de Vercellis, & pauld post parpnam obtinuit; Alexander enim Mensè Iunij in vigilia Apostolorum Petri, & Pauli anno 1502. vocatis ad se Cardinalibus, antequam in publicum exiret ad Vesperas, eundem, quem anno 1500. nunciauerat, publicauit Presbyterum Cardinalem S. Vitalis, quo titulo relicto obtinuit illum SS. Sergij, & Bacchi. Ciaconius publicationem hanc recenset in nona Cardinalium enunciatione procreatione, nec meminit quicquam, quo fuit enunciatus, vel publicatus. Comitij adfuit, quibus Pius III. & Iulius II. Pontifices facti sunt; Cardinalis Bononiensis voluit appellari: litem cum Ferrerij Duce de Plebis, & Centi Castris, quæ post cessionem Iuliani, & ante professionem Ioannis Stephani Pontifex Duci concesserat, habuit. Cæterum Ioannes Stephanus fuit in omni literarum genere eruditissimus; imò quo tempore ab Episcopaliibus muneribus vacaret, in illarum studia assidue incumberebat; quare merito à Ioanne Trithemio in libris de Viris Illustribus inter Illustres Viros suæ ætatis relatus est.

Romæ die Martis quinta, seu ex monumentis Vaticanis, 13. Octobris anno 1510. mortem oppetit, & in Ecclesia S. Clementis sepultus, hoc habuit Epitaphium.

IOANNI STEPHANO FERRERIO
SS. SERGIJ, ET BACCHI PRESB. CARD. BONONIEN.
VIRO SANCTITATE, DOCTRINAQVE INSIGNI.
VIXIT ANN. XXXVI. MENSIS V. OBIT ANN. M D X.
III. NONAS OCTOBRIS.
IULIO II. PONTIFICE MAXIMO.


Ossa translata postea Biellam ad S. Sebastiani ædem condita sunt, quam Ecclesiam à Sebastiano parente erectam, ornamentis, annuq; redditibus ad adiuuandam Canonicorum Regularium inibi commemorantium sustentationem auxerat.

Rei literariæ cultor exactissimus, labore suo, & industria effecit, vt Aristotelis Magna Moralia prisca seculis nunquam præcognita, nobis communia fecerit Iacobus Faber Stapulensis, qui ea sub eiuſdem Cardinalis auspicijs felici refectione typis mandauit, vt notat Auctor Anonymus, qui Trithemium de Scriptoribus Ecclesiasticis suppleuit. Cæremonias insuper cognoscere Cardinalitatis studens, Paridi Grasso ciui, & Canonico Bononiensi, qui postea Pilaurenſi Ecclesiæ præfuit, negocium dedit, vt librum de Cæremonijs à Cardinalibus Episcopis in suis Ecclesijs adhibendis conscriberet.

Ferreria familia cœruleum erectum Leonem in argentea palma pro insigni gerit: nobilissimæ Acciaiolæ Florentinæ familiæ sunt antiqua itemmata, è qua ciuilibus discordijs aliqui Florentia pulsi Biellam Pedemontanz regionis nobile oppidum demigrarunt. Ibdem Sebastiano duce fundamenta posteris demutato nomine, fecere; ex ea Cardinales quatuor, Episcopi multi, Viri Toga, & Armis illustres prodierunt.

NONA CREATIO CARDINALIUM.

Anno reparata salutis 1503. Pontificatus 11. die 30. seu 31. Maij, vel ex Ciaconij die 30. Iunij. Alexander VI. Romanus Pontifex, item renunciauit Cardinales, qui fuere.



XXXV.

IOANNES Castellar, aliàs de Castella, natione Hispanus, natus in Diocesi Valentina anno 1441. è familia nobilissima de Castellar, seu de Castella, filius Galcerani, & Bernardinæ de Castella, Alexandro Romano Pontifici sanguine iunctus, Canonicus primò Hispalensis, mox Neapolitanus, demum Burgensis, præfuit Abbas Cœnobij Nonnantulano; Episcopus Ecclesijs Olorentis, ac

Tranensis. Hic ab Alexandro inter Presbyteros Cardinales cooptatus, titulum S. Mariæ Transtiberinæ, aliàs Gallisti obtinuit. Post Alexandri obitum à Cardinalium Senatu huius, & Cardinali S. Suerino prouincia demandata est de cogendis, quàm citissimè posset Cardinalium Comitij, & de Conclauis custodia. Ab Alexandro Montisregalensis Archiepiscopus designatur: facta tamen ipsi potestate retinendi plura Ecclesiastica beneficia, quæ adeptus fuerat: sed cum noui Præfulatus diploma neque ab Alexandro VI. nec à Pio II. ob temporis angustias obtinere potuisset, à Iulio II. obtinuit. At cum Roma Neapolim, atque inde in Hispaniam contendisset, Valentiz in Hispania ex calculo obiit die prima Ianuarij anno salutis 1505. ætatis suæ 63. corpus ibidem in Capitulo Fratrum Eremitarum S. Augustini in sepulcho maiorum suorum, ex testamento conditum fuit.

Scriptorum aliqui Ioannem hunc à Cardinalium numero excludunt; quia apud Ioannem Marianam non inuenitur; monumenta tamen Vaticana præter Panuinium, Ciaconium, alioque, illum recensent; & nos horum sententiæ vti veritati conformi libenter subscripsimus.

XXXVI.

FRANCISCUS Remolinus ab aliquibus dictus Franciscus de Eluense Remolinus, Hispanus, patria Ilerdensis, matre Carcaſsonensis, Gallia Pisis ius vtunque didicit; matrimonij nexu vinctus, Regis Arragonum ad Romanum Pontificem. Oratoris munere functus est. Suscepto deinde ab vxore religioso instituto, Archipresbyteratum Caccabensem, & Cantoratium Mazzariensem obtinuit.



Romæ postea Cæsari Borgiæ adherens, Protocotarius Apostolicus, mox Auditor Rotæ, Antistes Surrentinus, ac Vrbs Prætor renunciatus, Florentiam deinde, missus est ab Alexandro VI. vt Hieronymum Sauonarolam in signem Concionatorem à Clericali amoueret militia. Cardinalium Collegio, viuente adhuc vxore adscriptus, dictus est primò Presbyter Cardinalis tituli SS. Ioannis, & Pauli, aliàs Pammachij, tum S. Marcelli, demum Episcopus Albanus. Præfuit Episcopus Ecclesijs pluribus, Ilerdensi scilicet, Firmanz, Perusinz, & Archiepiscopus Panormitanæ, ac Prorex Neapolitano Regno; cum Raymundus Cardona in Galliam Cisalpinam, ac Rauennam profectus fuerat. Huiusce Cardinalis hæc memoria legitur in Basilica Surrentina. *Franciscus Remolinus Hispanus ad se sub Titulo SS. Philippi, & Iacobi minoris dicatam amplificauit.* Adfuit Comitij in quibus renunciati Romani Pontifices Pius III. Iulius II. & Leo X. Sub Iulio II. Neapolim ad euitandam illius iram se contulit; à Leone verò X. Successore constitutus est Iudex cū alijs duobus Cardinalibus in causa nonnullorū Cardinalium, qui ad Pontificis vitam dolum commoliti fuerant.

Decessit Romæ Episcopus Albanus die Veneris 5. Februarij anno 1518. ætatis 56. sepultus in Basilica Liberiana; cuius post multos annos, nescio qua occasione, cum reseratum fuisset sepulchrum, repertus est capiti suppositum brachium; quare suspitioni datus est locus, deliquim animi tantum passum, haud verò penitus mortuum sepulturæ fuisse illatum. Hunc Basilicæ Liberianæ Archipresbyterum nominat Rocchus Pyrrhus de Archiepiscopis Panormitanis: ex monumentis verò eiuſdem Basilicæ, atq; ex Paulo de Angelis, qui ea diligentissimè inspexit, inter Archipresbyteros illos recensendus reuera non est.

Ioannes

Ciaconius
Iac. Faber
in præf.
Moral.
Aristot.
Vghell. in
Addit. ad
Ciac. de in
Iul. Gera
Iul. Seph.
Pener. de
Episc. Ver
celles.
Cand. S.
gon. de ad
Episcop.
Bonon.
Pomp. Vi
zan. Iam
Hist. Bo
nonien.
France. Ab
pud. ab
Eccles. in
Chronol.
Hist. Bo
nonien.
Laud. Ab
bert. Iam
Deſcrip.
Italiz.
Panniuus
de Rom.
Pontific.
Aubery in
Vita.
Pelluc.
celor. in
Elencho.
Nonent.
Cac.

Ciaconius
Iac. Lud.
Lelius in
Hist. Mon
tis regal.
Ferdinad.
Vghell. in
Addit. ad
Ciacon.
Felix Cæ
relor. in
Elencho.
Aubery in
Vita.
Panniuus
de Rom.
Pontific.
Rocch.
Pirrh. in
Not. Acc.
Sicilien.

Ciaconius
Hier. Ga
rimbert.
Cabrea.
Andr. Vi
storiell. in
Addit. ad
Ciacon.
Panniuus
Scipio
Annirat.
de Episc.
Fesul. &
Volaterr.
Capacc. &
Aut. Sum
mont. in
Hist. Nea
politana.
Ferdinad.
Vghell. in
Ital. sacra.
Aubery in
Vita.
Felix Cæ
relor. in
Elencho.

Ioannes Sanches Abbas Parci Archiepiscopi huius ablentis nomine Panhormi iuravit de seruandis priuilegijs, & cōsuetudinibus Urbis hac solemnī forma iuramenti. *Ego Franciscus Archiepiscopus consecratus iuro super hac sacrosancta Dei Euangelia me obseruaturum de cetero bona fide exemptiones, iura, priuilegia, & immunitates à Summis Pontificibus, & Regibus Ecclesia Panhormitana sponſa mea concessas; sic me Deus adiuuet, & hac sancte Dei Euangelia.* Panormi Cœnobium Monialibus è sanctę Clarę disciplina in antiquis Archiepiscopi ædibus erexit, qua in Vrbe sub tanto Præfule sacrum Fidei Quæstorum Tribunal ad hæresis pestem arcendam erectum est.

Ciaconius Scipio Ammirat. de Episc. Volaterr. & in Hist. Florent. Andr. Vi-storell. in Add. ad Ciacon. Francisc. Guicciar. Ferdinand. Vghell. in Addit. ad Ciac. & in Ital. sacra. Henricus Spondan. in Annal. Ecclesiast. Aubery in Vita. Paninius de Rom. Pontific. Iac. Naldi in Histor. Florent. Ios. Maria Suarez. de Episc. Prænestin. Felix Con-telorus in Elencho. Hier. Garimbert. Nomencl. Cardia-



XXXVII.

FRANCISCUS Soderinus, natione Italus, patria Florentinus, illustri, ac nobili Soderinorum prosapia genitus lucem apexit anno reparatę salutis 1453. die 10. Iunij, vt scribit Ferdinandus Vghellius teste nobili Vipo, & antiquitatis peritissimo Philippo de Meliore Florentino Canonico. In patrem habuit Thomam Oratorem Reipublicę ad Paulum huius nominis Secundum, de patria benemeritum, & in matrem Dianoram Tornabonam mulierem primę nobilitatis Florentinę: in fratrem vero Petrum, perpetuum Reipublicę Florentinę Dictatorem. Vir fuit Franciscus omnium literarum, omniumque humanarum scientiarum genere peritissimus, varia, ac noua lectione, sœcunda, summo iudicio, quibus celebre nomen non solum apud suos, verum, & apud externos acquisiuit, ac gloriouus meruit. Pisis peracto Philosophię curriculo ad Iurisprudentiam se contulit; vbi Iuris vtriusque Doctor effectus est, atque in eadem vrbe adhuc iuuenis Ius Cæsareum, ac Pontificium incredibili auditorum frequentia, Philippo Decio acri æmulo cōcurrente. A Sixto I. V. Romano Pontifice Volaterranus Episcopus renunciatus Ecclesiam illam sibi commissam in tantum dilexit, vt Cardinalis inde creatus, etsi alias obtinuerit Ecclesias, Volaterranus tamen Cardinalis nuncupari semper voluerit. A Senatoribus Florentinis ad Sixtum I. V. nouus Episcopus Legatus est, & caput fuit duodecim Legatorum, vt enixius postularet à Censuris Ecclesiasticis Rempublicam Florentinam absoluti: Eorundem nomine ad Innocentium VIII. patrię Legatus cum alijs, sed primo loco selectus obedientiam debitam ei præstitit. Carolum VIII. Gallorum Regem Neapolitanum Regnum bello affectantem, cum Nerio Capponio patrię Regem consilio comitatus est: ad Ludouicum XII. Francorum Regem Reipublicę Orator missus, eidem Mediolani gratulatus est receptionem Neapolitani Regni. Anno 1502. iterum nomine Reipublicę Florentinę Vrbinum profectus est; deinde in Gallias, atque ibidem tandiu mansit, donec ab Alexandro VI. inter Canonicos Basilicę Vaticanę primò, mox inter Purpuratos Patres coopertus, sub titulo S. Sulannę ad duas Domos, eo ferè tempore, quo Petrus frater à ciuibus perpetuus Reipublicę Florentinę Dictator creatus est. Illo tamen titulo postmodum relicto, ad alium Sæctorum duodecim Apostolorum gradum fecit, deinde Episcopus Albanus, Sabinus, Prænestinus, Portuens, & Ostiensis renunciatus est. Interfuit pluries Comitijs Pontificijs: sub Iulio II. & Leone X. ob eius singulares virtutes in Romana Curia maximo in prætio fuit, à quibus Episcopatum Santonensem, seu ex alijs Nannetensem in Gallia, Cortonensem in Hetruria, Vicentinum, Narniensem, & Anagninum, ac Legationem Campanię accepit.

Sub Leone X. vti conscius coniurationis in ipsum Romanum Pontificem à nonnullis Cardinalibus actę, meritas penas subijisset, ni ad Leonis pedes prouolurus, veniam publicè in Consistorio petijisset: Grassum in Diarijs audiamus. *Et cum ad Cardinalem Volaterranum qui erat, & vt Episcopus Prænestinus nouus affinis Pape, & ab eo multa bona receperat, deuenisset, & ipse constanter negaret, illi tres Cardinales, qui processum in manu Pape viderunt, redarguerunt ipsum Volaterranum, hortantes eum, vt se ad terram proycaret, & misericordiam peteret de peccato commisso: ille autem obediens eis proiecit se, & cum multis lacrymis confessus est peccatum suum, omnia in arbitrio Pontificis remisens, se, & bona sua commendans.* Leo Cardinalium precibus Franciscum numeratis prius viginti quinque millibus aureorum, venia donauit: qui, vt refert laudatus Grassus, ab Vrbe recessit versus Præneste, ac inde habuit licentiam à Papa manens extra Urbem, vbi ei placeret, dummodo à malignationibus se abstineret, & sic in Campania, vbi Legationem habuerat, per multos menses mansit, & etiam Fundum accessit, vbi statum suum, quem simul cum Petro Soderino olim Florentiæ Domino tenuerat, & ibi etiam mansit pacificè, & quiete.

Post Leonis obitum ab Hadriano VI. initio sui Pontificatus vni-

cè dilectus, quem postea mutata fortuna in sine iratum sustinuit; interceptis enim Francisci Cardinalis literis ad Iulianum Soderinum filium sui fratris Episcopum Santonensem datis, quibus Gallorum Regem ad inferendum Sicilię bellum commouebat, eum in Hadrianam molem coniecit, & in carcerem trusit. Causam eius Cardinalibus S. Crucis, Anconitano, & de Cæsis inspicienti commisit Pontifex, eique necessaria omnia, dum obiecta dilueret crimina, tribuenda decreuit. Hi enim Iudices de illo veluti maiestatis Pontificię violatę reo, quod Regem Gallię ad Insulam, cuius supremum ius ad Pontificum imperium spectaret, armis oppugnandam hortatus esset, quæstionem habuerunt: qua in re effugatus cum ipso actum fuerit, Pontifex tamen omnia, quę in domo eius erant, occupauit. At paulò post è viuis Pontifice erecto, Cardinalium omnium votis è carcere liberatus Deum laudauit, & cum alijs in Conclauē ad noui Pontificis electionem inclusus, Clementi VII. agrè suffragium tulit, à quo statim in gratiam receptus, ad Ecclesiam Ostiensem translatus est.

Sub eodem anno 1524. ætatis suę septuagesimo Episcopus Ostiensis, & sacri Collegij Decanus die 17. Maij, ex Contelorto, Ciaconio, atque ex monumentis Vaticanis; ex Vghellio verò die 17. Iunij, ex alijs die 17. Iulij ex hac mortali vita eripitur, & in sanctę Marię de Populo breui hac sepulchrali inscriptione ornatus sepelitur.

FRANCISCI SODERINI EPISCOPI OSTIENSIS, ET VOLATERRANI DEPOSITVM.

Scripsit, vt auctor est Pocciantius, complura notitia dignissima, Decretorum difficultates enodantia, sed impolita, & quibus extrema desit manus.

Marsilius Ficinus eidem Episcopo iam doctus, docto literas scripsit.

Post Pium III. Cardinalis Volaterranus ordini Cisterciensium, & Camaldulensium, à Iulio II. in Protectorem, & in domum refugij, loquor enim cum Petro Delphino Generali ordinis Præfecto, tributus, quem Delphinus idem prudentia, doctrina, vitę integritate insignem dixit. Fuit Franciscus summę existimationis apud omnes, quippe qui ob inueterata aulicę prudentia ciuiles omnes recessus, & aulicos labyrinthos probè teneret; quamobrem apud cordatos audita illa vox est futurum fuisse, vt Franciscus patrię suę Principatum, Petrus verò frater Apostolicam sedem adipisceretur; si hunc sacris initiari, illum verò ad clauum Reipublicę federe contigisset.

XXXVIII.


MELCHIOR Copis Meckauus, Germanus, Galparis à Meckau, Austriaci, Maximiliani Romanorum Regis Consiliarij filius, ex Episcopo Brixinenſi in Germania, abtens ab Alexandro VI. Romano Pontifice renunciatus est Presbyter Cardinalis, tituli S. Nicolai inter Imagines, quo deinde relicto, alij S. Stephani in Cœlio monte obtinuit. Mortem appetijt Romę in Legatione pro Maximiliano Cæsare, die Sabbati, secunda, seu tertia mensis Maij anno 1509. & ibidem sepultus in Ecclesia S. Marię Aracœli: cum Brixinenſem Ecclesiam duobus supra viginti rexisset annis. Aubery scribit è vita migrasse die 30. Martij eiusdem anni.



Die Sabbati, secunda, seu tertia mensis Maij anno 1509. & ibidem sepultus in Ecclesia S. Marię Aracœli: cum Brixinenſem Ecclesiam duobus supra viginti rexisset annis. Aubery scribit è vita migrasse die 30. Martij eiusdem anni.

XXXIX.

NICOLAUS de Flisco, filius Iacobi, patrij Genuensis, Iuris vtriusque Doctor, Orator Reipublicę ad Galliarum Regem, ex Episcopo Foroiulensī, ac Protonotario Apostolico, Regis Galliarum precibus, & suffragantibus proprijs meritis Presbyter Cardinalis S. Priscę; tum Episcopus Albanus, Portuens, & Ostiensis, diuersis temporibus renunciatus est. Ciaconius affinnat primùm titulum S. Nicolai inter Imagines, postmodum Sæctorum duodecim Apostolorum obtinuisse, ac fuisse Episcopum Sabinum: Legationis munere, Pontificis nomine functus est apud Genuenses, & apud Franciscum Galliarum Regem: interfuit Comitijs Pontificijs, in quibus electi Romani Pontifices Pius III. Iulius II. Leo X. Hadria-



colai inter Imagines, postmodum Sæctorum duodecim Apostolorum obtinuisse, ac fuisse Episcopum Sabinum: Legationis munere, Pontificis nomine functus est apud Genuenses, & apud Franciscum Galliarum Regem: interfuit Comitijs Pontificijs, in quibus electi Romani Pontifices Pius III. Iulius II. Leo X. Hadria-

nus VI.

Ciaconius Vnguleus Nud de Salsburg. Eccles. Ferdinand. Vghell. in Addit. ad Ciacon. Paninius de Rom. Pontific. Felix Cotelor. in Elencho.

Ciaconius Hieron. Rubens in Hist. Ræuen. Aubery in Vita. Feder. Federic. de Famil. Flisco. Paninius de Rom. Pontific. Hieron. Garimb. Leoad. Albert. in delict. Ital. Felix Con-telor. in Elencho. Carol. Carhar. in Syll. Adooc. Conf.

mus VI. & Clemens VII. sacro Prædicatorum ordini patrocinatus est apud plures Romanos Pontifices. Erat Nicolaus, ut in suis Elegijs scripsit Vbertus Folieta, vir sanctissimis moribus, acerrimum Ecclesiæ propugnator, ac nullas pro illis, quamvis magnorum virorum offensiones, & similitates subire unquam veritus. Quo perpetuo vitæ tenore, ac meritorum gradibus cum ad summum auctoritatis, & existimationis locum conscendisset, in Pontificijs Comitijs, post Leonis obitum habitis, antea vitæ gloriæ clarissimam fastigium imposuit. Nam cum magna suffragiorum pars in illum inclinaret, multique auctores essent, ut renitentes Patres largitionibus ad se attraheret, ingentemque pecuniæ vim ea de causa à propinquis consecraret, & paratam ostenderet; vir integer fœdæ rei mentionem abominatus, nefaria suadentes, magna vultus, & vocis acerbitate, & contentione à se repulit, maiorem haud dubiè gloriam ex Pontificatu repudiato, quam multi ex adepto consecutus. A Leone X. Rauennæ Archiepiscopus electus, & consecratus est anno 1516. Tolonensem etiam, & Ebreundensem Ecclesias in Gallia, & secundum aliquos Foroiuliensem in Italia obtinuit, & rexit.

Collegij Decanus Romæ vale dixit huic sæculo ex Vghello 17. Kalendas Ianuarij, ex Ciaconio verò, atque ex Diarijs, & monumentis Vaticanis die Martis 14. Iunij anno 1524. & sepultus apud S. Mariam de Populo: testamento familiæ Fliscæ, Lauaniz Comitatu conspicuæ, legans domum, quam Romæ habebat.


Hieronymus Platus Societatis Iesu in suo de Dignitate, & Officio Cardinalium libromira de nostro Cardinali narrat his verbis. *Laudata est Nicolai Flisci constantia, qui cum Alexander VI. à quo ipse factus erat Cardinalis, immerito Castellanus Episcopus vellet deponere, ipse semper obstavit, neque hominis illius iram formidauit, quæ erat omnibus terrori, & quod mirabilius est, id facere non dubitauit in ipso primo Consistorio cui Cardinalis inieciuit, scilicet beneficio tam recenti denicatus.* Post hæc, ubi probauit varijs exemplis nihil obesse, aut nocere hanc dicendi libertatem, etiam apud profanos, quinimodò sæpè lucrum adferre qui ea opportunè vitæ consentiente præsertim reliquæ vitæ testimonio, subdit, *Fliscus etiam Cardinalis, de quo ante mentionem fecimus, cum se Iulio, tum in eius electione, tum deinde in ipso Pontificatu, sæpè ut res posebat, opposuisset, & quidem accerrimè, tamen tantum abest, ut damnum ullum acceperit, ut insuper ab eo ipso dicitur sit reddidit septem millium aureorum, quin etiam tanto in pretio habitus, ut scriptum sit, consecratus esse consuetam hominum opinionem, non posse bonum Cardinalem non amari à Pontifice etiam non bono.* Hucusque Platus.

Neque solum Iulius, sed Leo quoque successor Nicolaum Cardinalem Fliscum magni fecit. Cum enim Leo huius nominis Decimus, Franciscum de Paula Minimorum ordinis parentem, & Fundatorem summo Christiani orbis applausu ob innumera, & ingentia quibus viuens, ac mortuus claruerat, miracula in Sanctorum album referre vellet, eorundem cognitionem, seu discussionem iuridicam Cardinalibus quibusdam delectis è tribus illorum ordinibus commisit, ac demandauit, nimirum Dominico, tituli S. Bartholomæi in Insula, Presbytero de Iacobatijs, Ioanni, Sanctorum Cosmæ, & Damiani Diacono de Saluiatis, & Nicolao de Flisco, tunc Albanensi Episcopo. Ut habetur in diplomate Canonizationis eiusdem Beati viri.

Quod verò à Ciaconio dictus sit Episcopus Ambianensis, & Princeps, id errore manifesto positum puta; cum in Catalogo Præfulum eiusdem sedis, neq; à Claudio Roberto, neq; à Ioanne Chenutio, aut alio quouis numeretur, existimat autem Ludouicus Donius d' Artichy Episcopus Aduensis in sua de S. R. E. Cardinalibus Historia Ambianensem, dictum pro Ebreundenfem, quæ ciuitas, ac Ecclesia *Ambrun* gallicè effertur, cum vtriusq; nomen ab ipsèdem literis incipiat, ut faciliè fuerit hunc lapsum irrepsisse in scripta hominis à lingua Gallica peregrini; præcipuè cum Archiepiscopus Ebreundenfem se etiam Principè eiusdem suæ ciuitatis coniunctum cum ipso Rege Delphino cognominet, atque subscribat, quem titulum nullo modo præ se ferunt Episcopi Ambianenses.

XXXX.

FRANCISCVS de Sprata, seu de Sprats, vel de Spara, Hispanus, Aureolensis, Episcopus Legionensis, inter Presbyteros Cardinales, titulo SS. Sergij, & Bacchi coopertus ab Alexandro, cum interfuisset bis Comitijs Pontificijs, Pij scilicet III. & Iulij II. è vita migravit Romæ die 9. vel 10. Septembris anno 1504. & sepultus in Aede sancti Saluatoris de Lauro. Franciscus Borgia, & Ioannes de



Vera Cardinales Executores ex testamento sequentem sepulchralem Inscriptionem huiusce Cardinalis sepulchro inciderunt.

FRANCISCVS DE SPRATA
Ex Aureola Citerioris Hispania, Tituli SS. Sergij, & Bacchi Presbytero Cardinali Legionensi, nobili genere, integritate vitæ, doctrina singulari, & rerum gerendarum prudentia ALEXANDRO VI. Pontifici Maximo, & Ferdinando, Elisabethq; Catholicis Hispaniarum Regibus gratissimo: de Republica Christiana optimè merito.

Qui obiit IV. Idus Septembris MCCCCCIV.

Vixit annos XXXX.

Franciscus Cosentinsis, & Ioannes Salernitanus S. R. E. Cardinales ex Testamento posuerunt.



XXXXI.

HADRIANVS Castellensis, natione Italus, patria Cornetanus, Innocentij VIII. ad Scotiæ Reges Nuncius ad tollendas ipsius auctoritate ex illorum Principum animis discordias, factus, & lepidus Regis Angliæ, defuncto Iacobo Scotiæ Rege, gratiam iniit, eiusque beneficio Erfordiensem, illaq; relicta, Bathoniensem, & Vuellensem Ecclesias in Anglia consecutus est.

Alexandri deinde iussu, Nuncij munere functus est apud Regem Gallie ad condolendū de morte Caroli VIII. Cameræ Apostolicæ Clericus Thesaurarij munus, & Secretarij gessit. Quare de re Ecclesiastica benemeritis ab eodem Alexandro Cardinalium Collegio adscriptus, titulum S. Chrylogoni obtinuit; sub Iulio II. nullo cogente, venia non petita discessit ab Vrbe, & Ripam in Tridentina Diocesi sua voluntate exul incoluit. Sub Leone X. suspicio fuit Hadrianum quorundam Cardinalium conspirationi contra Leonem consensu fauiffe; vnde ut sibi consulere duodecim aureorum millia perfoluit, ac Pontifice non monito ex Vrbe discessit. Sciebat Leo X. eum abiturum, at noluit protectionem retardare, vocari iustum, ut iura præscribunt, & non parentem Pontifex in Consistorio publico contumacem declarauit; ac præcepit, Iudicem ad alia contra ipsum progredi. Narrat Garimbertus Hadrianum nūmis perfolutus, veste eminenti Venetiæ se contulisse, vocatumque, & non parentem, Cardinalatu, & Sacerdotijs à Leone spoliatū inde abiisse, & nihil unquam de illo amplius nunciatum. Hadrianus autem nulla malevolentia, sed regnandi cupiditate ductus Leonis mortem expectabat; certam autem spem adipiscendi Pontificatum conceperat ex oraculo fatidicæ mulieris; quæ cum pleraque interroganti de sua, & publica rerum fortuna, exactissimè prædixisset, constanter etiam affirmat fore, ut Leoni immatura morte sublato succederet vir senex nomine Hadrianus, obscuro natus loco, literarum studijs insignis, qui sacros honores gradatim sola nixu virtute, sine vlla maiorum commendatione meruisset; quæ omnia sibi vni apertè congruere videbantur. Nam Hadriano mediocri Tuscorum oræ oppido, familia tenui ortus, vno bonarum literarum beneficio singulas sacrorum Ordinum dignitates fuerat consecutus. Neque vetulæ oraculum fellit; nam Hadrianus senex Battaus, opificis filius, doctrina illustris post Leonem prodigiola felicitate Pontificatum est adeptus.

Quo verò tempore Hadrianus hic noster obierit, incertum; circa annum 1518. è vita migrasse scribit Ciaconius: die 16. Ianuarij anni 1526. illum iam fato cessisse affirmat Conelorius: ferunt in Traciam, Constantinopolim vsque, necis metu perterritum fugisse, ibique obscurum, ac latentem clausisse diè extremum.

Primus omnium memoria nostra fuit Hadrianus, qui post Ciceronis sæculum suis scriptis mortales ad perfectas literas ex probatissimis Auctoribus hauriendas excitauit: scripsit autem latinissimè, tersa, & defæcata dictione de modis latinè loquendi ad Carolum Hispaniæ Principem, postea Imperatorem, in cuius præfatione ait sibi tum fuisse in animo prosequi coeptum, iam opus sacri veteris Testamenti libros ex Hebræo ad verbum in Latinum sermonem vertendi.

De vera insuper Philosophia libros quatuor, ex quatuor Ecclesiæ Doctores conscriptos, varia eruditione, & multa pietate refertos, quos Colonia Agrippinæ anno 1548. editos vidisse se meminit Antonius Sanderus.

De Venatione conscripsit ad Alcanium Mariam Sfortiam Cardinalem.

Iter quoque Iulij II. versibus Heroicis.

Petrus Andreas Gammara Bononiensis, Hadriano Cardinali S. Chrylogoni Legalis Dialecticæ suæ libros, inscripsit.

In oppido Ripæ in Diocesi Tridentina ad lacum Benacum Polidoro Casamico amicissimo, eiusdem viæ comiti Epitaphium tale scripsit.

Ciaconius Andr. Viator. in Addit. ad Ciacon. Pantinius de Rom. Pontific. Aubrey in Vita. Polidorus Virgil in Hist. Anglicana. Scipio Ammirat. in Hist. Florent. & de Episc. Fesulan. & Volaterr. Francisc. Guicciar. in Hist. Io. Franc. Blond. in Historia. Anglica.

Ciaconius Aubrey in Vita. Pantinius de Rom. Pontific. Fels. Corneleus in Alcanio Gasp. Porcup. in Opp. Cas. Hist. Florent. & de Episc. Volaterr. Francisc. Guicciar. in Hist. Io. Franc. Blond. in Historia. Anglica.


**POLIDORO CASAMICO ROMANO
SVMHI PONTIFICIS OSTIARIO
VIXIT ANN. XXIV.
HADRIANVS CARDINALIS S. CHRYSOGONI
FAMILIARI CHARISS. POS.**

*Exulat HADRIANVS, tu iam POLIDORE quiescis
Aeternumque vales: nobis dira omnia restant.*

Romæ apud Vaticanum palatium suis sumptibus erexit, quod deinde Regi Anglorum dono dedit, modò illud Hieronymus Columna S. R. E. Cardinalis possidet. In huiusce Cardinalis hortis Alexandrum veneno potarum scripsere nonnulli; eò enim adueniens Alexander cœnatus cum filio, ac sitim ex graui aestu ante cœnam subleuare volens, errore pocillatoris vinum ex lagæna medicata, quam Cæsar Dux Valentinus eidem ipsi Hadriano Cardinali, alijsque opulentioribus de medio tollendis præmiserat, hauit, venenum ebibit, & ipse quoque Valentinus Deo scelerum vindice, quam parauerat fraudem in eius caput, & exitum conuertente: accepit, & ipse Hadrianus Cardinalis, vt refert Iouius in vita Gonfalui magni Ducis, idem mortiferum poculum, quo ita exaruit ex subito viscerum feruore, vt oborta caligines oppressis sensibus rationem sibi excuterent, se in fontem frigidum plenum mergere cogeretur, neque prius perustis interaneis ad vitam redijt, quam ei extranea cutis in exuias abiens toto corpore decideret.

XXXXII.


IACOBY S Calanoua, Hispanus, patria Valentinus, ex Protonotario Apostolico, & Papæ Cubiculario ab Alexandro in Hispanos, & præsertim Valentinus bene affecto renunciatus est Presbyter Cardinalis tituli S. Stephani in Coelio monte: hunc Ciacinius confundit cù Iacobo Serra de quo nos supra. Migravit Calanoua è vita Romæ die 4. Iulij anno 1504. cum interfuisset Comitij, in quibus electi Romani Pontifices Pius III. & Iulius II.



Ciacinius Paniniotus de Rom. Põificib. Aubery in Vita. Felix Cõtelorius in Elencho.

XXXXIII.

FRANCISCVS Iloris, seu de Loris, vel Hiloris, Alexandro Romano Pontifici affinis, natione Hispanus, patria Valentinus, Episcopus Eluenfis, Prosecretarius, & generalis Thesaurarius Alexandri VI. Diaconus Cardinalibus adscriptus, Diaconiam S. Mariæ Nouæ, Patriarchatum Constantinopolitanum, & Episcopatum Valentinum, ac Diensinobrinum, & vulgò dictus est Cardinalis Eluenfis. Post



Ciacinius Francisc. Guicc. in Historia Aubery in Vita. Paniniotus de Rom. Põificib. Ferdinãd. Vghel. in Ital. sacra. Felix Cõtelor. in Elencho.

purpuram cum alijs Cardinalibus ad condolendum de morte Caroli VIII. ad Ludouicum Gallorum Regem missus; pro Pio III. & Iulio II. in Comitij Pontificij suffragium tulit: à Iulio perpetuus Administrator Interamnenfis Ecclesiæ ascitus est anno 1504. die 4. mensis Decembris. Fortissimi animi fuit in multis calamitatibus, quæ illi obuenerunt, ex quibus tamen omnibus emerfit. Mortem subiit Romæ die 22. Iulij anno 1506. ex Diario Alexandri; ex Ciaconio verò 1505. & sepultus apud S. Petrum in Vaticano.

XXXXIV.

IOANNES N. sapientia, & eloquentia nobilis à Saxoniz Duce orator missus ad Alexandrum VI. Romanum Pontificem, ex Archangelo Gianio Cardinalitia dignitate ab eodem Alexandro titulo S. Crucis in Hierusalem honestatus, paulò post è vita decessit: at mentio huiusce Cardinalis non inuenitur in Diarijs, ac alijs monumētis Vaticanis; fides igitur tota penes laudatum auctorem remanet.



Andr. Viçtorell. in Addit. ad Ciaciniũ. Felix Cõtelor. in Elencho. Aubery in Vita.

XXXXV.

PETRVS Ciera, honestissima familia Venetij, in Italia natus, Vir probus, & doctus ex Notario Pontificio renunciatus est ab Alexandro Romano Pontifice S. R. E. Cardinalis. *Vidi ego*, inquit Andreas Viçtorellus, *exscriptum diploma fide publica firmatum, datum Romæ sub annulo Piscatoris anno 1501. die 17. Aprilis, in quo hæc verba. Te in Cardinalem approbamus, quod tamē sub silentio tenebis, donec tempus idoneum aderit: at paulò post, cum iam sexagenarius effect, migravit è vita, antequam Cardinalis palam declararetur. Felix tamen Contelorius cum per literas hæc in Cardinalem Petrus huc approbatus, & non creatus enuncietur, à Cardinalium numero hunc excludit; nullum enim ex approbatis pro Petro hoc extate documentum in Vaticano Archiuo affirmat.*



at paulò post, cum iam sexagenarius effect, migravit è vita, antequam Cardinalis palam declararetur. Felix tamen Contelorius cum per literas hæc in Cardinalem Petrus huc approbatus, & non creatus enuncietur, à Cardinalium numero hunc excludit; nullum enim ex approbatis pro Petro hoc extate documentum in Vaticano Archiuo affirmat.

**VICEANCELLARIVS S. R. E.
sub Alexandro Papa VI.**

Alcinius Maria Vicecomes Sfortia, Mediolanensis, Diaconus Cardinalis SS. Viti, & Modesti in Macello Martyrum, S. R. E. Vicecancellarius ab initio Pontificatus, vsque ad finem.

**CARDINALES MORTVI
sub eodem Pontifice.**

Fr. Maphæus Gerardus, Venetus, Presbyter Cardinalis SS. Nerei, & Achillei, obiit die 14. Septembris anno 1492.

Ioannes de Comitibus, Romanus, Presbyter Cardinalis S. Vitalis, tum SS. Nerei, & Achillei, & S. Hadriani die 20. Octobris anno 1493.

Ardicinus de la Porta Iunior, Nouariensis, Presbyter Cardinalis sanctorum Ioannis, & Pauli, titulo Pammachij, die 4. Nouembris anno eodem 1493.

Hermolaus Barbarus, Venetus, S. R. E. Cardinalis ab Innocentio VIII. vt ferunt, renunciatus, è vita migravit anno 1493.

Petrus Gundaluuus de Mendoza, Hispanus, Presbyter Cardinalis S. Mariæ in Domnica, postea S. Crucis in Hierusalem, die 11. Ianuarij anno 1495.

Bernardinus de Lunate, Papiensis, Diaconus Cardinalis S. Gyriaci in Thermis, die 8. Augusti anno 1497.

Ioannes Iacobus Sclafenatus, Mediolanensis, Presbyter Cardinalis S. Stephani in Coelio monte, tum S. Cæcilie, die 8. Decembris anno eodem 1497.

Paulus Fregofius, Genuensis, Presbyter Cardinalis S. Sixti, tum S. Anastasie, die 22. Aprilis anno 1498.

Ioannes Baptista Sabellus, Romanus, Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere, tum SS. Viti, & Modesti, die 18. Septembris anno 1498.

Fr. Ioannes de la Grolay, Gallus, Monachus, & Abbas sancti Dionysij Parisiensis, Presbyter Cardinalis S. Sabinæ, die 6. Augusti anno 1499.

Ioannes Balues, Gallus, Presbyter Cardinalis S. Sufannæ, postea Episcopus Albanus, die 5. Octobris anno eodem 1499. ex Ciaconio verò, & Diarijs anno 1491.

Ioannes Borgia, Hispanus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Via lata, die 17. Ianuarij anno 1500.

Bartholomæus Martinus, Hispanus, Presbyter Cardinalis S. Agathæ, die 25. Ianuarij, seu 25. Aprilis anno eodem 1500.

Ioannes Mortonus, Anglus, Presbyter Cardinalis S. Anastasie, mensis Octobris anno pariter 1500.

Andreas Spinay, Gallus, Presbyter Cardinalis SS. Syluestri, & Martini in montibus, die 10. Nouembris anno item 1500.

Dominicus de Ruere, Taurinensis, Presbyter Cardinalis S. Vitalis, tum S. Clementis, die 22. Aprilis anno 1501.

Baptista Zeno, Venetus, Diaconus Cardinalis sanctæ Mariæ in Porticu, postea Presbyter S. Anastasie, tum Episcopus Albanus, Tuscalanus, & Prænestinus, die 8. Maij anno eodem 1501.

Ioannes Lopez, Hispanus, Presbyter Cardinalis S. Mariæ Trãstiberim, die 5. Augusti anno pariter 1501.

Ioannes Baptista Ferrarius, Mutinensis, Presbyter Cardinalis S. Chryfogoni, die 20. seu 27. Iulij anno 1502.

Didacus Hurtadus de Mendoza, Hispanus, Presbyter Cardinalis S. Sabinæ, die 14. Octobris anno eodem 1502.

Ioannes Baptista Vrsinus, Romanus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ Nouæ, tum S. Mariæ in Domnica, deinde Presbyter SS. Ioannis, & Pauli die 22. Februarij anno 1503.


Fridericus Calimirus, filius Regis Poloniæ, Diaconus Cardinalis sanctæ Lucie in Septem folio, die 21. Martij anno eodem 1503.

Ioannes

Ioannes Michaëlius, Venerus, Diaconus Cardinalis S. Lucie, postea S. Angeli, deinde Presbyter S. Marcelli, mox Episcopus Albanus, Portuensis, & Prænestinus, die 10. Aprilis anno eodem 1503.
Fr. Petrus d'Anbussou, Gallus, Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani Magister, Diaconus Cardinalis S. Hadriani, die 30. Iulij anno pariter 1503.

A Ioannes Borgia, Hispanus, Presbyter Cardinalis S. Sulanæ, die prima Augusti annoitem 1503.
Ioannes Saxonie Ducis Orator, Presbyter Cardinalis S. Crucis in Hierusalem ex aliquibus, obiit sub Alexandro VI. incertum, quo mense, vel anno.
Petrus Ciera, Venetus, S. R. E. Cardinalis, teste Victorello, è vita migravit sub eodem Alexandro VI.

PIVS III. PONTIFEX CCXIX.
ANNO DOMINI MDIII.



IN NOMINE DEI, ET SALVATORIS
Nostri Iesu Christi benedicti. Amen.



OST Alexandri VI. obitum, Cæsar Borgia, Valentinus vocitatus, qui iam ex propinato veneno aliquantum conualuerat, pecuniam, & preciosam suppellectilem confestim arripens, veteri audacia, & firmandi sibi imperij studio adductus, vt Patres in noui Pontificis Creatione ad sua vota compelleret, Vaticanum, vbi proxima Comitia erant celebranda, atque Æliam molem aggeribus, &

duodecim armatorum millibus circumfedit.
Cardinales verò periculi vitandi gratia, ad Minerue sacræ ædem omnes confluerunt, qui mox à Michaëto Valentini duce obsessi, populo arma rapiente, liberantur. Nam Michaëttus plebis motu perterritus, inde protinus abscedens, Vrsinarum ædium ad montem Iordanum partem aliquam incendio vastauit. Valentinus intercedentibus Hispaniæ, & Gallie Legatis, Prospero etiam Columna, qui Romam tunc venerat, deprecante, cum copijs Vrbe, lectica vectus, excessit, & se Nepes recepit. Patres ad Vrbe custodia quatuor hominū millia conscribi iubent, & Vaticano recepto, donec Gallorum exercitus, tunc aduersus Hispanos illac iter agens, moenibus egrederetur, ne tumultu aliquo (dum Patres clausi Comitij operam dabant) Urbem, & publicam quietem infestaret. Cardinalibus ergo septem, & triginta Conclauē Vaticanum ingressis, quum pars vna factionibus esset distracta, altera Valentini obsequio inferuiret; sanioris partis, licet paucioribus esset fulta suffragijs, auctoritate, & virtute factum, vt per scrutinium tacita in vnam coniectione nominum 10. Kalend. Octobr. anno Domini 1503. Franciscus Piccolomineus, Cardinalis Senensis Diaconorum primus, solertia, moribus, & scientia inter omnes eius ordinis, præstantissimus, totius Ecclesie Pontifex electus Apostolicam Sedem conscenderit. Qui PIVS TERTIVS in auunculi Pij Secundi, memoriam appellari voluit. Filius Nanni Tudeschini opulentissimi hominis Senensis, & Laodomie, Pij II. fororis fuit.

Qui Senis Hetruriz vrbe, 7. Idus Maij, anno 1449. ortus humanioribus literis, & iuri præcipuè, auunculi sui industria, à teneris annis diligenter vacauit. Post Archiepiscopum Senensem à Pio II. ac subinde abiens tertio Non. Maij, anno 1460. cum alijs quinque Diaconus Cardinalis, tituli sancti Eustachij creatur, quum suæ ætatis vigesimum primum annum, quinque diebus minus expleuisset.

Eius frater fuit Antonius, cui Ferdinandus Neapolitanorum Rex, filia in matrimonium data, dotis nomine Ducatum Amalphitanum donauit. Pio III. quum esset iuuenis, benignum, mite, & humanissimum ingenium fuit, tantusque inerat virtutis habitus, vt nihil in eo, quod ad egregium hominem pertineret, desesse videretur. Qui ingenio, religione integritate, modestia, grauitate clarissimus semper emicuit. Cui ob tam singulares virtutes iamdiu communis hominum opinio summum Ecclesiasticæ dignitatis apicem augurabat. Grauiissimo Urbis, & Italie totius tempore, quo Pius II. Anconam fuerat profectus, Romanam legationem, & Picenam adhuc iuuenis, summa cum laude administravit. Nouissimo Pauli I. anno, in Germaniam ad Fridericum Imperatorem Legatus, egregiè id munus obiuit, & apud nobilem Germaniæ Urbem Ratisbonam, maximum de rebus fidei conuentum Germanorum Procetum, præfente Imperatore, habuit. Illic dum esset, Pauli II. obitum, & Sixti IV. creationem audiuit, à quo reuocatus rectissimum suæ vitæ institutum, & illæsam virtutis opinionem, apud omnes, retinuit. Ad Umbros etiam inter se dissidentes sub Innocentio missus, eorum dissensiones pace composuit. Carolo VIII. Francorum Regi in Italiam contra Arragonios irrupenti Legatus ab Alexandro VI. obuiam, pro tractanda pace, in Hetruriam missus, nec auditus, nec in castra receptus est. Quippè Regi, & Proceribus Gallis, ob recentem adhuc Pij II. memoriam erat inuisus; quoniam ille superiore Neapolitano bello aduersus Andegauenses à Ferdinandi Regis Arragonijsque partibus stetit.

Ob hæc igitur meritorum ornamenta, magna de ipso apud omnes spe excitata, ad amplissimum Sacerdotij culmen euectus, insignia sui Pontificatus ad Lateranum, mirabili pompa, & honore ductus, à Raphaele Riario Cardinalè 8. Idus Octobris recepit sub Maximiliano Imperatore designato. Quumque postsolemnem caeremonias, facem stupeam collucentem more maiorum vidisset,

SINGV-
lares Pij
virtutes.

EVIS-
dem pri-
mordia.

CORO-
natio Pij
Papæ III.

audiuissetque vocem illam, *Sanctissime Pater, sic transis gloria mundi: fleuisse statim, & humanam fortem breui perituram ingenuisse dicitur. Audita Pij III. creatione Valentinus gratias Patribus acturus, & Pontificis deoscularurus pedes, in Urbem venit; quem Vrfini veteres iniurias vindicaturi in Vaticano adoriuntur, & aliquibus Valentini militibus cæsis, fortiter se ipse defendit, sed non longè post iussu Pontificis in arcem ducitur, vnde non nisi ex Pontificis voluntate ei discedere liceret.*

CARDINALES XXXVI. VIVENTES
Qui Conclauis quo Pius Papa III. creatus est, interfuerunt.
EPISCOPI CARDINALES VI.
PAVLI PAPAE II.

1. Oliuerius Carafa, ciuis, & Archiepiscopus Neapolitanus, Episcopus Cardinalis Sabinus, Decanus.

SIXTI PAPAE IV.

- 2. Iulianus de Ruuere, Saouonensis, Ligur, Episcopus Cardinalis Ostiensis, & Velitrensis, Maior Pœnitentiarius.
- 3. Georgius Costa, Lusitanus, Archiepiscopus Vlyssiponenfis, Episcopus Cardinalis Portuenfis, dictus Vlyssiponenfis.
- 4. Hieronymus Bassus de Ruuere, Saouonensis, Episcopus Recenitenfis, Episcopus Cardinalis Prænestinus, Ligur, dictus Recanatenfis.

INNOCENTII PP. VIII.

- 5. Laurentius Cybus, Ligur, dictus Beneuentanus, Genuensis Archiepiscopus Beneuentanus, Episcopus Cardinalis Tusulanus.
- 6. Antoniorus Pallaucinus, Genuensis, Episcopus Alerienfis, Cardinalis Albanus, & Albanus dictus.

PRESBYTERI CARDINALES XVII.
ALEXANDRI PAPAE VI.

- 7. Ioannes Antonius de Sancto Georgio, Placentinus, Episcopus Alexandrinus, Presbyter Cardinalis, tituli sanctorum Nerei, & Achillei, dictus Alexandrinus.
- 8. Bernardinus Carauial, Hispanus, Episcopus Carthaginenfis, Patriarcha Hierosolymitanus, Presbyter Cardinalis, tituli S. Crucis in Hierusalem.
- 9. Dominicus Grimanus, Venetus, Patriarcha Aquileiensis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Marci.
- 10. Georgius de Amboise, Gallus, Archiepiscopus Rothomagensis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Sixti.
- 11. Iacobus Serra, Valentinus, Hispanus, Episcopus Arborensis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Clementis.
- 12. Franciscus Borgia, Valentinus, Hispanus, Archiepiscopus Cosentinus, Presbyter Cardinalis, tituli S. Cæciliæ.
- 13. Ioannes Vera, Valentinus, Hispanus, Archiepiscopus Salernitanus, Presbyter Cardinalis, tituli S. Balbinæ.
- 14. Ludouicus Podocatharus, Cyprius, Nicosiensis, Episcopus Caputaquensis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Agathæ.
- 15. Antonius Triuultius, Mediolanensis, Episcopus Comensis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Anastasiæ.
- 16. Ioannes de Castro, Hispanus, Episcopus Agrigentinus, Presbyter Cardinalis, tituli S. Priscæ.
- 17. Ioannes Stephanus Ferrerius, Vercellensis, Episcopus Bononiensis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Vitalis.
- 18. Ioannes Castellar, Hispanus, Archiepiscopus Transiensis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Mariæ Transyberim.
- 19. Franciscus Soderinus, Florentinus, Episcopus Volaterranus, Presbyter Cardinalis, tituli S. Susannæ.
- 20. Nicolaus de Flisco, Genuensis, Episcopus Foroliuensis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Nicolai inter Imagines.
- 21. Franciscus de Sprates Aureolensis, Hispanus, Episcopus Legionensis, Presb. Cardinalis, tituli SS. Sergij, & Bacchi.
- 22. Hadrianus Castellensis, Cornetanus, Episcopus Bathoniensis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Chrylogoni.
- 23. Iacobus Casanova, Valentinus, Hispanus, Presbyter Cardinalis, tituli S. Stephani in Cœlio monte.

DIACONI CARDINALES XIII.
PII PAPAE II.

24. Franciscus Picolomineus, ciuis, & electus Archiepiscopus Senensis, Diaconus Cardinalis S. Eustachij, S. R. E. Archidiaconus.

SIXTI PAPAE IV.

- 25. Raphael Riarius, Saouonensis, Ligur, Diaconus Cardinalis S. Georgij ad Velum aureum, S. R. E. Camerarius, & Archidiaconus.
- 26. Ioannes Columna, Domicellus Romanus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Aquiro.
- 27. Alcanus Maria Sfortia, Mediolanensis, filius Ducis Me-

diolani, Diaconus Cardinalis SS. Viti, & Modesti in Macello Martyrum, S. R. E. Vicecancellarius.

INNOCENTII PP. VIII.

- 28. Ioannes Medices, Florentinus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Dominica.
- 29. Federicus Sanseuerinas, Mediolanensis, Diaconus Cardinalis S. Theodori.

ALEXANDRI PAPAE VI.

- 30. Iulianus Iunior Cæsarinus, Romanus, electus Episcopus Alculanus, Diaconus Cardinalis S. Angeli.
- 31. Alexander Farnesius, Romanus, Diaconus Cardinalis SS. Cosmæ, & Damiani.
- 32. Ludouicus de Arragonia, Neapolitanus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin.
- 33. Amaneus de Albreto, Gallus, Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano.
- 34. Ludouicus Borgia, ciuis, & electus Archiepiscopus Valentinus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Via lata.
- 35. Marcus Cornelius, Venetus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ, quæ appellatur in Porticu.
- 36. Franciscus Loris, seu Hiloris, Valentinus, Hispanus, electus Episcopus Eluenfis, Diaconus Cardinalis S. Mariæ Nouæ.

CARDINALES NOVE M
in hac electione absentes.

CALLISTI PAPAE III.

- 1. Ioannes Ludouicus Milanus, Valentinus, Hispanus, Episcopus Segobricensis, Presbyter Cardinalis, tituli SS. Quatuor Coronatorum, in Hispania absens.

ALEXANDRI PAPAE VI.

- 2. Raymundus Perauld, Gallus, Episcopus Gurcensis, Presbyter Cardinalis SS. Ioannis, & Pauli.
- 3. Gulielmus Brissoneta, Gallus, Episcopus Maclouienfis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Pudencianæ.
- 4. Philippus de Lucemburgo, Episcopus Cenomanensis, Gallus, Presbyter Cardinalis SS. Petri, & Marcellini.
- 5. Thomas Herdouts, Hungarus, Archiepiscopus Strigoniensis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Martini in montibus.
- 6. Petrus Iualties, Meslanensis, Siculus, Archiepiscopus Rheginus, Presb. Cardinalis, tituli S. Cyriaci in Thermis.
- 7. Franciscus Remolinus Valentinus, Hispanus, Archiepiscopus Surrentinus, Presb. Cardinalis, tituli S. Marcelli.
- 8. Melchior Coppis, Germanus, Episcopus Brixienfis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Stephani in Cœlio monte.
- 9. Hippolytus Estensis, Ferrariensis, electus Episcopus Agriensis, Diaconus Cardinalis S. Lucæ in Silice.

Omnes sunt numero quadraginta quinque.

Vix Italix Principes lætum noui Pontificis nuncium acceptant, quum homo valetudinarius, seuo vlcere afflicto, quod crus exedebat, licet suspicio non abfuerit de illato vlcere veneno, vigesimo sexto die sui Pontificatus, & 15. Kalendas Nouembris obiit, annum quartum, & sexagesimum agens, & in Vaticano iuxta Pium II. non minore pietate, sepeliri se, Pius III. mandauit. Vacauit Romana Sedes dies 14.

Pij III. Epistolam vnam, quam adhuc Cardinalis ad Sabellum scripsit huic subnectere narrationi non alienum à meo instituto iudicauit: ex illa enim quæ in illo morum suauitas, & dicendi ratio fuerit, dignoscetur.

FRANCISCVS CARDINALIS SENENSIS,
M. Antonio Sabellico S.

Anceps satis sum profecto, Sabellice charissime, vnde potissimum exordia tibi gratias agere, pro tanto, actam eximio munere in me tuo: quippe cuius ea præstantia est, ea dignitas, ut non minores animo tuo, atque liberalitate tibi à me deberi gratias intelligam, facileque superant officia tua meam omnem dicendis facultatem. Ingenij sane tui monumenta, à me antea summo semper studio fuerunt celebrata, nunc vero maxime expectata, non solum quod ea, vel styli elegantia, quam pauci adæquant, hoc tempore, vel materie nobilitate admodum delectant: sed varietate etiam rerum multarum fortuna casibus, temporum vicissitudinibus, referta documentis, atque exemplis, vitam plurimum instrunt. Admirandum opus aggressus es, nec minus vastum, quam Orbis ipse, à cuius incunabilis id inchoasti, nec tamen in tanta plenitudine ordo desideratur, aut modus, tanta moderatione cuncta temperasti. Hæc nimirum clarissima, & viro eruditissimo, & Sabellico dignissima, verum tuus quoque erga me, atque Auunculum meum amor singularis, summum studium, præstantissimus animus, quantum addunt nexum, quantum obligatio nis; nihil omittis, nihil præteris, quo clarissimis studiorum tuorum muneribus nos honestes, nobis gratificeris, non vigilijs, non viarum difficultati, non sumptus, non cura vlli, non laboribus

parcis,

OBITUVS
Pape Pij
III.

parcis, modo benevolentia studium te non deceperis. Cetera ab
 te viro probatissimo, ac nostri cupidissimo, facile patimur pro tan-
 tis rebus, cuiusque in nos officij, tantas tibi iure merito habemus
 gratias, agimusque quantae a gratissimo quoque haberi possint, ac
 plane tales, quibus sunt immortalia. Visnam ea aliquando inci-
 dat occasio, quo referre, quoque, uti percipimus, libentius possi-
 mus. Opus tuum nobis charissimum fuit, nec minus opportunum,
 forte enim medicorum consilio intra biduum digressurus eram ad
 balnea, meque iam colligebam, voluens animo quem nam potissi-
 mum auctorem mihi adscissem, qui materia aliqua noua, & de-
 lectabilis iter nostrum exhalaret, quum tuus ecce occurrisse com-
 mentarijs, quasi calitus demissis, desiderium praeueniens meum.
 Eris itaque tuus liber itineris mei comes, sociusque indiuiduus, &
 (ut spero) praecel negotij curarum leuamen, cuius contubernio sic
 familiarissime uti constitui, ut ad mensam quoque, ac lectum, in
 balneum etiam (si uolet) admissurus sum: scimus enim maximos
 viros plerumque talia factitasse. Quis ergo prohibeat, ut eo loco
 sint nobis Sabellici Aeneades, quo olim Alexandro Homeri Ilias,
 ac Scipioni Cyri Pedia. Vale mi Sabellice, & scias Cardinalem
 Senensem tuum esse, cuius opera si qua in re tibi prodesse potest, pro
 tuo arbitrato utere, uti debes, & potes. Roma.

ADDITIO ANDREAE VICTORELLI.

Pecuniam — arripens.] Scribit Brucardus, Micheletum
 Corellia Caesaris Valentini Ducem, cum militibus ad Vatica-
 num iuisset, Cardinali Cafanoue, qui in Vaticano Palatio soluserat,
 mortem minatum, nisi claues tribueret, ijs acceptis, argentam om-
 nem suppellectilem, nummorum arcas, & multa alia surripuisse.

* Ad sua vota compelleret — 12. armatorum, &c.] Ex
 Panuino in Pio III.

* Ad Minerua.] Haec, & quae de parte aedium familiae Vr-
 sine incensa, & alia non pauca ex eodem Panuino mutuatus est.

* Comitia protrahit.] Haec etiam ex vita Pij III. à Panui-
 nio edita.

* 3. Non. Maij, 1460.] Ex Panuino in eius vita.

* 4. Kalend. Octobr.] Hora 15. Panuinius in Chron.

* Anno 1449. ortus.] Dicendum 1439. cum Panuino, in
 Pij III. vita.

* Humanioribus literis.] omnibus disciplinis, & iuri in pri-
 mis, ait Panuinius loc. cit.

* Cum annuum 21. expleuisset.] Panuinius loc. cit. vix 17. an-
 num ingressum Franciscum, episcopi auctor duos, & viginti an-
 nos natum à Pio I. ad Romanam purpuram electum dicunt.

* Modestia, grauitate.] Ex Panuino loc. cit. Cardinalis Pa-
 piensis, epistola 462. ad Sixtum IV. scripta ann. 1472. die 2. Au-
 gusti Cardinalem Senensem laudat, inquit. *Nonis Sanctitas
 tua modestiam eius, integritatem, & fidem, scit, quanta con-
 stantia supra sortem atatis duas legationes, pro Ecclesia, gesserit,
 alteram in Psceno, alteram apud Germanos, &c.* laudatur alibi
 ab eodem Cardinali, ab Historicis multis, & à Garimberto lib. 1.
 c. 3. c. 5. lib. 3. c. 1. lib. 4. cap. 1. & 4. singulari amore Apostolicam
 sedem profecutus Ecclesiae bonum cuiuscunque priuato bono pra-
 tulit; ita purpurae rationem habuit; ut nihil illa parum dignum ef-
 fecerit; quamuis aliorum non desent exempla; Alexandro VI.
 in Consistorio, magna animi constantia, cum modestia coniun-
 cta, solus restitit, cum is Gandiae Ducem Beneuenti Ducem insti-
 tuendum censeret: audiuit aequo animo Alexander, quae Francis-
 cus, pro sua sententia attulit; neque ei silentium indixit: vtrumque
 laudandum putat Garimbertus: Pontifex, qui audiuit; Cardinalis,
 qui libertate loquendi in tuendo Romanæ Ecclesiae iure, vsus est.

Voluit Pius Narbonensem Antistitem, Rothomagensis Cardi-
 nalis nepotem, in Senatum cooptare, at Cardinales aduersari sunt.
 Ceterum Senensem, nobilem Iuriconsultum, Aduocatum,
 Consultorialem creauit: cuius meminit Socinus, in Consil.

* *Facem stupeam collucentem.*] Ipsa haec verba ex Massono
 exscripsit Cabrera.

* *De illato ulcere veneno.*] Fama fuit, Pandulphi Petrucci Sen-
 ensis consilio, venenum vlceri adhibitum. Panuinius in Pij III.
 Vita & Elogio. Orlandus Malauolta multos in ea opinione fuisse,
 fatetur. Annos 64. mens. 5. dies 10. Pium III. vixisse, ait Pan-
 uinius in Chronico, & in Vita.

* *Epistolam vnam — ad Sabellicum.*] Eam alij retulerunt.
 Aliæ extant eiusdem Cardinalis epistolæ, & Cardinalis Papiensis,
 Petrici Delphini ad illum multæ; Angeli Politiani vnæ ego legi;
 cui respondens Cardinalis humanissimus hac vsus est clausula.
*Nos, quia virtuti debemus, tibi debemus; cui & opera, & indu-
 striam quædam docerimus.*

De breuissimo Pij Tertij, singulari honore digni Pontificatu
 ea aliquando legi carmina.

*Preficitur tibi Roma Pivs dum, Rector Olympi
 Lanquat, aut, Cælo dignior, exul humum.*

In primario Senensium Templo marmorea plurimorum Ponti-
 ficum Romanorum capita affabre eorum imagines referentia, &
 in ijs Pij III. caput, conspiciuntur; integra autem marmoreæ
 statuæ Alexandri III. Pij II. Pauli V.

**NOVA ADDITIO AVGVSTINI OLDONI
 SOCIETATIS IESV.**

Conclauæ ad Vaticanum ingressi triginta sex, seu septem ex
 Panuino, ex Auctore tamen Epitaphij duodequadraginta
 Cardinales, cum præ cæteris Pontificatum ambiret Cardinalis Ro-
 thomagensis, eodem tamen deluso, ut quidam habent artibus Iu-
 liani Ruueri Cardinalis S. Petri ad Vincula, qui & ipse Pontifica-
 tus cupientissimus erat, seu alijs difficultatibus adipiscendi spem

deponente, communi omnium consensu die Veneris 22. Septem-
 bris anno 1503. in Vaticano electus est Franciscus Todeschinius à
 Pio II. pattuo in familiam, & gentilitia insignia Picolomineorum
 ascitus, Diaconorum Cardinalium primus, qui Pij III. nomen
 in auunculi memoriam assumpsit. Hic ante Pontificatum Camal-
 dulensium, & Oliuetanorum ordinibus patrociniatus fuerat; re-
 nunciatus postmodum Romanus Pontifex ad Abbates, & Mona-
 chos in Monte Oliueto agentes hominem certum misit, qui suo
 nomine denunciaret, patrociniū humiliorē fortuna præstitutum,
 eò libentius deinceps præstitutum, quod amplissimo potius imperio,
 satisfacere postulationibus illorum posset beneficia, non vt ante
 curaturus, sed pro voto daturus. Arsit Pius cupiditate Ec-
 clesiae mores astringendi feueriori censura, ac præsertim Urbis
 Romæ, vt Curia totius retrum odorem amouendi; idque consi-
 lium in primo Patrum conuentu priusquam susciperet diadema,
 palam exposuit. Cumque ante electionem decretum à Patribus
 fuisset, vt quicumque Pontifex renunciaretur, intra biennium Epi-
 scopos ad Concilium Generale euocaret, ipse prædicto conuentu
 significauit, nolle se biennium expectare, sed rumpere continuo
 moras ad Concilij celebrationem; at præclarum, & sanctum hoc
 propositum importuna mors disturbauit. Nam mortifero cru-
 ris vlcere vehementer affectus, quamquam non sine veneni suspi-
 cione, Pandulphi Petruccij Senensium tyranni opera vulnere illi-
 ti, obiit. Cuius amissionem, velut rei præciosissimæ, ac perutilis
 iacturam ingentem omnes boni luserunt, & Ecclesiastici Scripto-
 res deplorant, nominatim Massonus; breue quidem illum fuisse in
 Pontificatu tempus, inquit, sed & breue nihilominus futurum,
 si quantum hominum visa suppetit, tantum vir talis Romæ imper-
 rare potuisset. Brouius verò. *Diuinum numen Christiani Orbis
 sceleribus irritatum talem, ac tantum inuadisse Pontificem.*

Post obitum corpus in Basilica S. Petri in sacello sacro S. An-
 dreæ Apostolo propè Auunculum marmoreo eleganti sepulchro
 conditum est nobili addita hac inscriptione, qua præcipue res eius
 gelte breuiter continentur.

Lib. 7. p. 3
 Hist. Sen.

1485.
 6. Id. Apr.
 Aug. Pa-
 trit. Epist.
 ad Card.
 Papien.

Cardina-
 les, qui in-
 terfuerunt
 Comijs,
 quot.
 Card. Ro-
 thomagen-
 sis Pontif-
 icatum
 peroptat.
 Heuicus
 Spondan-
 in Annal.
 Ecclesiast.
 Elestio
 Pij iij.
 Felix Cæ-
 telor. in
 Blecho-
 Secund.
 Læcellort.
 in Hist.
 Oliuet.
 Oliuet-
 norum, &
 Camaldu-
 lensium
 patronus.
 Ecclesi-
 ficorum
 mores cor-
 rigere stu-
 det.
 Concilij
 celebra-
 tionē pro-
 mittit.

PIVS III. PONT. MAX.

A PIO II. AVNCVLO DVOS ET XX. ANNOS NATVS IN CARDINALIVM COLLEGIVM ACCITVS
 VRBIS AC PICINI LEGATIONE INTEGERRIME FVNCTVS
 A PAVLO II. AD FEDERICVM III. MISSVS VT GERMANORVM ARMA IN TVRCAS CONCITARET
 CONVENTVM FREQVENTISSIMVM PONTIFICIS MORTE DISSOLVTVM HABVIT
 SVB INNOCENTIO VIII. VMBROS DISSIDENTES PACAVIT
 CAROLO GALLORVM REGE IN ITALIAM IRRVMPENTE
 AB ALEXANDRO VI. SERVO ADMODVM OBVIAM MISSVS
 EO MORTVO
 DVO DE QVADRAGINTA PATRVM SVFFRAGIIS PONTIFEX CREATVS
 DVM DE RESTITVENDA IN PRISTINAM MAIESTATEM CHRISTIANA REPVB. AC VRBE AGIT
 VIGINTI SEX DIE EX TANTA EXPECTATIONE RERV PVBLCIO OMNIVM LVCTV DECESSIT
 ELQVIO PRVDENTIA RELIGIONE INNOCENTIA ET GRAVITATE DOMI FORISQVE
 INSIGNIS IN DICENDIS IN SENATV SENTENTIIS LIBER ET GRAVISSIMVS
 VIXIT ANNOS LXIV. MENSES V. DIES X.
 OBIT ANNO SALVTIS CHRISTI MD III. XV. KALEND. NOVEMBRIS
 IACOBVS ET ANDREAS FRATRI SANCTISSIMO POSVERE.

In su-

Anne Pontificatum sepulchri sibi erigit, Franc. Maria Torrigius in Cryptis Vatican.

Corpus ad S. Andree deductum.

Antiqui sepulchri reliquie in Vaticano. Mumifina.

Scripta.

In funere coram Cardinalibus in Ecclesia S. Petri ad Vincula peroravit Dominicus Crispus.
 Ante Pontificatum Pius sepulchrum sibi construxerat in Vaticano, vti habemus ex m. s. Vaticanæ Basilicæ. *Franciscus Piccano, vti habemus ex m. s. Vaticanæ Basilicæ. Franciscus Piccano, vti habemus ex m. s. Vaticanæ Basilicæ. Franciscus Piccano, vti habemus ex m. s. Vaticanæ Basilicæ.*

Huiusce Pontificis ossa permisso Pauli V. translata sunt ab Alexandro Peretto Montalto, S. R. E. Vicecancellario ad Ecclesiam S. Andree supra Pompeiani Theatri ruinas à se exstructam; in qua supra minorem à leua Ecclesiæ ingressum nobile tanti Pontifici extrui sepulchrum, atque hoc decorari Epitaphio curauit.

PIO III. PONT. MAX. PII II. NEPOTI
 CUNCTIS VIRTUTIBUS ORNATISSIMO
 POST LEGATIONES VRBIS PICENI GALLIÆ
 ATQVE GERMANIÆ INTEGERRIME OBITAS
 AD SVMMVM PONTIF. ERECTO VI. ET XX. DIE
 PVBLICO OMNIVM LVCTV VI MORTIS ABREPTO
 IACOBVS, ET ANDREAS FRATRI SANCTISS. POSS.
 VIXIT AN. LXIV. M. V. D. X.
 OBIIT AN. SAL. M. D. III. XV. KAL. NOVEMB.

ALEXANDER PERETTUS
 S. R. E. VICEANCELL.
 CARD. MONTALTVS
 SEPVLCHRV M PII III. PONT. MAX.
 ET PII II. EX ADVERSO POSITVM
 PAVLO V. P. M. CONCEDENTE
 E VATICANO TRANSLATVM
 MAGNIFICENTIVS REPONENDVM
 CVRAVIT
 AN. SAL. MDCXIV.

In Vaticano antiqui sepulchri reliquie nonnullæ conspiciuntur cum his notis.

LAPIS SEPVLCHRALIS FRANCISCI PICOLOMINEI.

Vidi eiusdem Pontificis numisma cum insignibus, ac notis: PIVS III. P. M.

Scriptis Epistolas plures ad varios Viros eruditissimos, nempe Marsilium Ficinum Florentinum; Marcum Antonium Coccium Sabellicum; Angelum Politianum; Augustinum Dathum Senensem; Ioannem Reuchlinum Capnionem; Iacobum Siluerium Episcopum Cremonensem, & alios. Cui etiam multas Epistolas dedere Sabellicus tres; Ficinus quatuor; Antonius Campanus viginti tres; Dathus sex; Iacobus Mensbona, seu Amanatus Lucensis Episcopus Papiensis, & Cardinalis viginti sex. Franciscus Philephus, Angelus Politianus, Aldus Manutius Senior, Lipus Brandolinus, Hermolaus Barbarus, Venetus, & Petrus Delphinus. Recognovit insuper opus de rebus gestis Pij II. eius Auunculi.

De illo hæc cecinit Hippolytus Capilupus.
*Cum solus mediator maxime Principum
 Quæ tu sustineas mente negotia,
 Et cura tibi circum
 Quam magna saliant latus;
 Sic mecum tacitus: ni tot in arduis
 Rebus ferret opem, qui regit aurea
 Solo sidera nitu
 Iam fessus mures senex;
 Hinc tu sollicitus, concilij caput
 Curas iura Patres constituent sacra;
 Nec non sedulus Urbem
 Formas legibus aureis.
 Hinc dum tincta suo sanguine Gallia,
 Et prociata tuos ante pedes refert,
 Diuum diruta Tempia,
 Ingens te dolor opprimit.
 Nec vestra lacrymis sæpe carens gens
 Cum regni retegat vulnera nobilis
 Quod gens impia perdit
 Divis seditionibus.
 Quid dicam iuuenem carmine lugubri
 Quis spes magna tua iam fuerat domus
 Quem mors pallida nosse
 Fleu heu perpetua premis?*

*Vt Fratri perijt, sic tibi flebilis,
 Vester sanguis erat dulcis, amabilis,
 Lenabisque labores
 Vestros, alloquijs suis.
 Quid Cosmi memorem funera filij?
 Auxisti proprio quem modo honoribus
 Quis non carior ipsi
 Patri, quam fuerat tibi.
 Inter tot varias sollicitudines,
 Inter tot lacrymas, tu tamen o Pius
 Magno pondere rerum
 Numquam victus humi cadis.
 Vt naus rapidis se obijcit equori,
 Reddere, & validis freta rudimentis,
 Et spernit maris æstum,
 Et nigri rabiem Neos:
 Sic tu sancto Pater sponte laboribus
 Offers te innumeris, sine licet arduis
 Fidens arte magistri
 Qui nos omnipotens regit.
 Nec te res varia, atque innumerabiles
 Quæ circum volitant assidue, obtrunt;
 Quin tu ducis ab ipsis
 Vires usque negotijs.
 Tu quandoque tamen des requiem tibi
 Cessasse quoque, postquam ætherias domos,
 Terra, æstra, & undas
 Mirum fecit opus Deus.
 Confessus senio, respice iam tuam
 Actatam, & iuuenis Carolus, vt senem
 Te maiore laborum
 Iam parte exoneret, sinas.
 Hinc arcana tui pectoris intima
 Comonitis merito; hinc ingenium, & fides,
 Quæ non candida Luna
 Cæli, splendidius nitet.
 Atque aures faciles huius, & atria
 Alta, vt diuitibus pauperibus patens
 Certè hic numine Diuum est
 Nobis missus ab æthere.
 Ergo, o Tibri, caput iam altius efferas
 Nam regnante Pio, & sospite Carolo
 Ganges vertice, & Indus
 Pontum te minor insuet.
 Et Romana colat Tempia, nec amplius
 Leges Concilij Gallia respuet,
 Nec Germania rumpet,
 Aut edicta Britania.*

SIGNVM PII PAPAË III.






Sigillum Plumbeum quod Romæ seruatur in Vaticana Bibliotheca.



Huiusce sepulchri delineationem ad exteriorum curiositatem explendam hic inferere placuit.


PII PAPAE IIII MONUMENTVM



MAET PRAEMIVM

PAENA ET PRAEMIVM

IULIUS II. PONTIFEX CCXX.
ANNO DOMINI MDIII.



IN NOMINE DEI, ET SALVATORIS
Nostri Iesu Christi benedicti. Amen.



IULIUS II. qui, ante Pontificatum, Iulianus de Ruuere dicebatur, à gēte Roborea, vulgo Ruuerea inter Subalpinas nobili, genus, & gentilitia insignia, quæ robore, seu quercu aurea sunt expressa, ducebat: origo gentis à Longobardis, familiarq; auctor Hermundus fuit: qui anno Christi 700. vixisse fertur. Simon Ruuereus, ex Taurinis, vbi hæc familia apud Augustam Prætoriam,

ortum habuit, in Ligures ad Vada Sabatia, quam Sauonam vocamus, concessit; ibique fixo domicilio, ab eo gens de Ruuere, in illa vrbe, reliquis familijs nobilitate haud inferior manauit. Ex hac familia, Sauonaque Ligustici maris oppido, anno 1443. natus Iulius II. patrem habuit Raphaëlem Ruuereum Sixti V. Papæ fratrem, matrem verò Theodoram Manerolam honestissimam feminam: Duo eius fratres fuerunt, Bartholomæus ordinis Minorum Sacerdos à Sixto IV. Archiepiscopatu Ferrariensi, & Anthiocheni Patriarchæ dignitate honestatus Ioannes Guidonis Vbaldi Vrbini Ducis, tunc viuentis, & Iulij Ruuerei Cardinalis Vrbini auius, Princeps Soræ, Senogaliæ, & Vrbis Præfectus fuit. Sixtus IV. Papa, 18. Kalend. Ianuarij 1471. eum, ex Carpençorateni Episcopo, Cardinalem Presbyterum S. Petri ad Vincula, titulo Eudoxiæ, cum Fr. Petro Riario ex Ordine Minorum, deinde Episcopum Albanum, & ex Sabino, Ostiensem, ac Maiorem Pœnitentiarium creauit. Nec tamen tam vario, excellentique dignitatis accessu mutata fuit in eorum integritas, ingenijve suauitas; quin, præter cæterarum virtutum cultum, singularem in agendo, dicendoque moderationem, vrbanam erga omnes, & grauem comitatem, præclaram in familia modestiam, & elegantiam seruauit. Ante sacri thiarum imperij, edificijs extruendis gaudebat. Basilicam S. Petri ad Vincula, cui præerat præter alias profanas ædes, mirificè refecit. Porticum ante vestibulum SS. Apostolorum inchoauit, ædes proximas à Petro Riario Cardinale non absolutas, perficere conatus est, & castellum apud Cryptam Ferratam instaurauit. A Sixto IV. ob præclara, quæ in eo nitebant, animi decora, tribus Ecclesijs, Auenionensi, Medensi, & Cardinalitæ præficitur; totidemque legationibus Auenionensi, Picenti, Bononiensi, vno tempore, decoratur. Inde ablegatur in Galliam, vt inter Ludouicum XI. Francorum Regem, & Carolum Burgundiæ, pacis fœdera componeret. Plurimum apud Innocentium VIII. gratia, & auctoritate pollebat, cuius Pontificatus præcipuus ipse auctor extiterat. Sub Alexandri VI. Pontificatu, quo-

IULII
natiuitas.

rum animi, ob veterem priuatæ inimicitæ discordiam, malè conueniebant, continuos decem annos Vrbe caruit, in Gallia, & Auenione diuersatus. Quamobrem, mortuo Pio III. Cæsar Borgia, Valentinus Cardinales Hispanos precatur (quippe noctu clam custodia euaserat) vt aliquem Borgiæ familiarum studiosum, suffragijs iuuare velint; & Cardinalem Rothomagensem, Georgiumque Ambosium proponit. Cognita Valentini fuga, milites arcem deserunt, amici, si qui supererant, Borgiam defendere vix audent, eiusq; partes amplius sequi erubescunt. Cõternatus animo Valentinus, Columniorum, Vrsinorum, & Romani populi fortitudinem reformidans, supplex aliquot Cardinales adire, rogare, & obsecrare cœpit, vt sua auctoritate, se miserum, ærumnosumque hominem, incertæ, nutantisque fortunæ exemplum tueri, dignarentur. Tandem id gratiæ datur, vt in Hadriani delatus molem, compedibus teneatur, dum Comiticia creandi Pontificis agerentur, à quo iuste, & ex iure, Valentini causa iudicari posset. Quo in vincula ducto, plebs, & Vrsinorum factio placatur. Die igitur 11. Kalend. Nouemb. Patres in Basilica S. Petri exequias Pij III. per nouem dies, debita pompa, & laudatione, ritè persequuntur: subinde pridie Kalend. Nouembris, sacro officio per Oliuerium Carafam Episcopum Cardinalem Sabinum Collegij Decanum, peracto, Conclauè Vaticanæ Cardinales triginta septem tanto studio creandi Pontificis ingressi sunt, vt antequam Comitiorum aditus omnino clauderentur, eodem scilicet die, quo Comiticia inierant, Iulianus de Ruuere, IULII II. nomine assumpto, anno Domini 1503. omnium suffragijs in eum conuersis, Kalend. Nouembris fuerit summus Pontifex electus. Quum agitari Comiticia cœperunt, Cardinalis Bernardinus Carauai disidentibus inter se Patribus, parum absuit, quin Pontifex renunciaretur. Quo repulsam ferente, Cardinalis Rothomagenis, à Cæfare Borgia expetit, gratia, & studijs aliquorum, paria vota Pontificiæ felicitatis subierat; sed Alcanio Sfortia Cardinale de Rothomagensi benemerito reluctante, non difficile causa cecidit, & Iuliano summus rerum sacrarum Magistratus mandatur; quem, ipse Alexander VI. ne vnquam ad Pontificatum vocarent, Patres monuerat. Sed nemo (vt aiunt) successorem suum occidit. Qui 6. Kalend. Decembris ante Basilicam Principis Apostolorum à Raphaele Riario Archidiacono Cardinale coronatus, Cæfare Maximiliano Austro Augusto imperante, sedit annos 9. menses 3. dies 21.

IULII
electio.

CARDINALES XXXVII. VIVENTES
Qui Iulij II. creationi interfuerunt.
EPISCOPI CARDINALES VI.
PAVLI PAPAE II.

1. Oliuerius Carafa, ciuis, & Archiepiscopus Neapolitanus,
Episcopus Cardinalis Sabinus, Decanus.

S J.

SIXTI PAPAE IV.

- 1. Iulianus de Ruuere, Sauonenfis, Ligur, Epifcopus Cardinalis Oftienfis, & Velitrenfis, Maior Penitentiaris, Pontifex Max. creatus.
- 3. Georgius Costa, Lufitanus, Archiepifcopus Vlyffiponenfis, Epifcopus Cardinalis Portuenfis, dictus Vlyffiponenfis.
- 4. Hieronymus Bassus de Ruuere, Sauonenfis, Epifcopus Recenitenfis, Epifcopus Cardinalis Præneftinus, Ligur, dictus Recanatenfis.

INNOCENTII PP. VIII.

- 5. Laurentius Cybus, Ligur, dictus Beneuentanus, Genuenfis, Archiepifcopus Beneuentanus, Epifcopus Cardinalis Tufculanus.
- 6. Antoniorus Pallaucinus, Genuenfis, Epifcopus Alerienfis, Cardinalis Albanus, & Albanus dictus.

PRESBYTERI CARDINALES XVIII.

ALEXANDRI PAPAE VI.

- 7. Ioannes Antonius de Sancto Georgio, Placentinus, Epifcopus Alexandrinus, Presbyter Cardinalis, tituli fanctorum Nerei, & Achillei, dictus Alexandrinus.
- 8. Bernardinus Carauaia, Hispanus, Epifcopus Carthaginenfis, Patriarcha Hierofolymitanus, Presbyter Cardinalis, tituli S. Crucis in Hierufalem.
- 9. Dominicus Grimanus, Venetus, Patriarcha Aquileienfis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Marci.
- 10. Ioannes de Caftro, Hispanus, Epifcopus Agrigentinus, Presbyter Cardinalis, tituli S. Prifcae.
- 11. Georgius de Amboife, Gallus, Archiepifcopus Rothomagenfis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Sixti.
- 12. Iacobus Serra, Valentinus, Hispanus, Epifcopus Arborenfis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Clementis.
- 13. Petrus Ifualles, Meffanenfis, Siculus, Archiepifcopus Rheginus, Presb. Cardinalis, tituli S. Cyriaci in Thermis.
- 14. Franciscus Borgia, Valentinus, Hispanus, Archiepifcopus Colentinus, Presbyter Cardinalis, tituli S. Cæcilie.
- 15. Ioannes Vera, Valentinus, Hispanus, Archiepifcopus Salernitanus, Presbyter Cardinalis, tituli S. Balbinæ.
- 16. Ludouicus Podocatharus, Cyprius, Nicofienfis, Epifcopus Caputaquenfis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Agathæ.
- 17. Antonius Triulcius, Mediolanenfis, Epifcopus Comenfis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Anafafie.
- 18. Ioannes Stephanus Ferrerius, Vercellenfis, Epifcopus Bononienfis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Vitalis.
- 19. Ioannes Caftellar, Hispanus, Archiepifcopus Tranenfis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Mariæ Tranfbyberin.
- 20. Franciscus Soderinus, Florentinus, Epifcopus Volaterranus, Presbyter Cardinalis, tituli S. Sufannæ.
- 21. Nicolaus de Flifco, Genuenfis, Epifcopus Foroliuiefis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Nicolai inter Imagines.
- 22. Franciscus de Sprates Aureolenfis, Hispanus, Epifcopus Legionenfis, Presb. Cardinalis, tituli SS. Sergij, & Bacchi.
- 23. Hadrianus Caftellenfis, Cornetanus, Epifcopus Bathonienfis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Chryfogoni.
- 24. Iacobus Cafanova, Valentinus, Hispanus, Presbyter Cardinalis, tituli S. Stephani in Cœlio monte.

DIACONICARDINALES XIII.

SIXTI PAPAE IV.

- 25. Raphael Riarius, Sauonenfis, Ligur, Diaconus Cardinalis S. Georgij ad Velum aureum, S. R. E. Camerarius, & Archidiaconus.
- 26. Ioannes Columna, Domicellus Romanus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Aquiro.
- 27. Afcanius Maria Sportia, Mediolanenfis, filius Ducis Mediolani, Diaconus Cardinalis SS. Viti, & Modesti in Macello Martyrum, S. R. E. Vicecancellarius.

INNOCENTII PP. VIII.

- 28. Ioannes Medices, Florentinus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Dominica.
- 29. Federicus Sansuerinas, Mediolanenfis, Diaconus Cardinalis S. Theodori.

ALEXANDRI PAPAE VI.

- 30. Hippolytus Eftenfis, Ferrarienfis, electus Epifcopus Agriëfis, Diaconus Cardinalis S. Lucie in Silice.
- 31. Iulianus Iunior Cæfarinus, Romanus, electus Epifcopus Afculanus, Diaconus Cardinalis S. Angeli.
- 32. Alexander Farnefius, Romanus, Diaconus Cardinalis SS. Cofmæ, & Damiani.
- 33. Ludouicus de Arragonia, Neapolitanus, Diaconus Cardi-

- 34. Amaneus de Albreto, Gallus, Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano.
- 35. Ludouicus Borgia, ciuis, & electus Archiepifcopus Valentinus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Via lata.
- 36. Marcus Cornelius, Venetus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Porticu.
- 37. Franciscus Loris, feu Hiloris, Valentinus, Hispanus, electus Epifcopus Eluenfis, Diaconus Cardinalis S. Mariæ Nouæ.

CARDINALES SEPTEM in hac electione abfentes.

CALLISTI PAPAE III.

- 1. Ioannes Ludouicus Milanus, Valentinus, Hispanus, Epifcopus Segobricenfis, Presbyter Cardinalis, tituli SS. Quatuor Coronatorum, in Hispania abfens.

ALEXANDRI PAPAE VI.

- 2. Raymundus Perauld, Gallus, Epifcopus Gurcenfis, Presbyter Cardinalis S. S. Ioannis, & Pauli.
- 3. Gulielmus Briffoneta, Gallus, Epifcopus Maclouienfis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Pudencianæ.
- 4. Philippus de Lucemburgo, Epifcopus Cenomanenfis, Gallus, Presbyter Cardinalis SS. Petri, & Marcellini.
- 5. Thomas Herdouts, Hungarus, Archiepifcopus Strigonienfis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Martini in montibus.
- 6. Franciscus Remolinus Valentinus, Hispanus, Archiepifcopus Surrentinus, Presb. Cardinalis, tituli S. Marcelli.
- 7. Melchior Copis, Germanus, Epifcopus Brixienfis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Stephani in Cœlio monte.

Omnes funt numero quadraginta quatuor.

Incredibilis fuit Cæfaris Valentini moeror, quum eum supremo titiaræ honore decoratum vidit, quem ipfe olim, nutu patris, tam longo exilio multauerat: fed ea est humana naturæ infirmitas, fortunæque conditio, quæ femper vaga, volubilis, & fluxa est. Iulius igitur, præter omnium opinionem Cæfari Valentino vitam indulfit, vt Iuliam verè magnitudinem, iniurias condonando, & dignam Principe clementiam ostenderet, & vt Ludouico Francorum Regi gratificaret, cui charum esse Valentinum, optimè norat. Erat præterea inter Ludouicum Regem, & Iulium II. veteris amicitia: neceffitudo, cum olim sub Carolo, & Ludouico XI. Legatus efferet in Gallia, & in Neapolitano bello communi vfi fuiffent contubernio; quamuis postea (vt dicemus) graues inter fe, conflauerint similitates. Has ob caufas, cum deiecto hoſte Borgia benigne agens, eum, libere abeundi, quo veller, facultate donauerat: fed noua offentione, aut falſa delatione Pontifex irritatus, Borgiam difcedere nauigio adornantem, in Vrberem reuocari iubet, & vrberibus copijs, & dignitate exutum, reſtitutus ſedi Apoſtolicae Cæſenæ, & Forliuij ciuitatibus, dimiſit. Ille Hoſtia elapſus, Neapolim nauigio contendit, vbi à magno Duce Gonſaluo, comiter, ac liberaliter excipitur: ſed noua poſtea quum moliretur ſtudia (dum à quibuſdam Bononiæ primoribus ciuibus contra Ioannem Bentiuolum coniuuantibus accerſitur) à Gonſaluo, iuſſu Regis, Hiſpaniam miſſus, ad arcem Motinæ Campi cuſtodia mandatur. Vnde poſt tertium annum, deceptis cuſtodibus, ſe ſunibus deiecit, & beneficio Reguli Beneuentani, equum naſtus, ad Ioannem Cantabriæ Regem ſibi affinem peruenit. Ille non multo poſt, tumultuario quodam in prælio, quod cum Alarino Regulo gerebatur, apud Mandauiam victor, glande traiectus occubuit, nudus, & exutus armis, ad Regem, farcinæ vili iumento impoſitus, pendentibus brachijs, & cruribus, relatus, Pompelone ſepelitur.

Non temerè eo mortis genere, atque loco, Cæſarem Valentinum obijſſe, plerique conſiderant; quippe olim Eccleſiæ Pompelonenſis cura, & gubernatio eius fuerat miniſterio, cum Epifcopi titulo, commendata. Rarè enim officij Eccleſiaſtici, & cultus diuini ſemel admiſſi, contemptores, exitialem negligentia: poenam effugere potuerunt.

Interim Iulius Pontifex, occupata à Cæſare Borgia, Columniarum oppida, Columnis Proſpero, atque Fabricio reſtituit, qui Alexandri VI. ſumptu, in Algido, Genetiani, atque Antij apud Neptuni Portum, nec non in Tuſculano ædificatis arcibus, veterem ditionem auſtam, & munitam receperunt. Poſtquam Columnios in patriam ab exilio reuocauit Pontifex, Lucretiam ſocoris Luchinæ filiam, Antonio Columnæ locauit, donoque ad dotem adiecit Fraſcatum oppidum in Tuſculano percelebrem, olim Lucij Luculli villam; atque item ædes magnificas, præaltaque turre inſignes ad Apoſtolorum Templum ſub Quirinali; quas ipſe in minore fortuna conſtruxerat. Ioanni etiam Iordano Vrſino filiam ſuam nomine Felicem, quam ante Pontificatum ſulceperat, in matrimonium dedit.

Pacis, & publicæ tranquillitatis ſtudioſus, ad pacandas Italia, Gallia, & Hiſpania: prouincias, varijs prælijs, decennio fatigatas, omnes animi neruos intendebat. Nam finito Neapolitano bello, poſt adeptam à Gonſaluo Caietæ victoriam, exactoſque Gal-

IULIUS Cæſari Vaſtiano Borgie indulget.

CÆSAR Borgia, coſijs, diglitate ciuitatibusque priuatur. CÆSAR Neapolim nauigio dedit ad arcem Motinæ Campi cuſtodia mandatur.

CÆSARis Borgie miſerum finis.

IULIUS Proſpero, atque Fabricio Columnis eorum oppida reſtituit.

P A X iura inter Hiſpania, Galliaque Reges.

IULIUS II. PONTIFEX CCXX.

An. 1503.

223

LVSTITA- ni Barba- ras gentes, eorumq; duo Reg- na subiugant.

R E X Ferdinandus Maurotii reliquias ex Hispania debellat.

ISABEL- la Hispania Regi- na obitus.

S. FRAN- cisci de Paula Or- do confir- matur.

IOAN- nis Bentiuoli crudelitas.

BONO- nia à Iulio capitur.

FERDI- nandus Lu- douicum Gallie Re- gem Sano- nae conue- nit.

PONTIFI- cis Lega- tus adfer- dendum Ludoui- cumque venit, vt foedus con- tra Venet- os iniret.

los, auctoritate Pontificis isto foedere inter Gallias, & Hispanias, anno à partu Virginis 1504. & Iulij Pontificatus primo, pax orbi terrarum per triennium conciliata fuit. Sub idem tempus, pax orbi terrarum per triennium conciliata fuit. Sub idem tempus, pax orbi terrarum per triennium conciliata fuit. Sub idem tempus, pax orbi terrarum per triennium conciliata fuit.

Rex etiam Catholicus Ferdinandus, cum Isabella vxore belli- ci laboris focia, Maurorum reliquias, quæ in Hispania erant, de- bellauit; & lege contra Sarracenos sancita, Catholicæ fidei hos- tes cedere prouincia, iussit.

Huius piæ Regiæ precibus, quæ incredibili semper studio propagandæ, & instaurandæ religionis tenebatur, à Iulio II. di- plomate impetrato, Claustralium Fratrum ordo ad religiosiorem viuendirationem, & leuatiorem Christiani instituti disciplinam redactus fuit. Paulo post 8. Kalend. Decembris, anno secundo Pontificatus Papæ Iulij, Regina Isabella, admirabile pulchritudinis, & honestatis exemplar, quæ præter vitæ sanctimoniam, & prudentiam, adeo temperantia floruit, vt semper abstemia vixerit, quum iam 55. annum ageret, Metinæ Campi, summo totius Hispaniæ dolore, animam dimisit. Ferdinandus Gubernatoris nomine, clauum Hispaniæ biennio tenuit; dum Philippus Belgarum Prin- cept, Maximiliani Cæsaris filius, primusque huius nominis Rex in Hispaniam aduauigabat; vt Isabella Socrus dotale Regnum adiret. Qui receptus ab eius Regni Proceribus tanto studio fuit, vt Ferdinandum protinus relinquens, ei omnes adhæserint. Fer- dinandus suorum leuitate offensus Neapolim contendit. Nec mul- to post, ob noui cæli intemperiem quum terrarum orbem sui ex- pectatione Philippus compleuisset, febre correptus, 7. Kalendas Octobris, Burgis occubuit. Mortem eius luridus Cometes qui per aliquot dies arserat ad Occidentem plagam, portendebat.

Anno 3. Pontificatus ordo Minimorum S. Francisci de Paula Calabri 5. Kal. Augusti, priuilegijs auctus, & Iulio II. confirmatus fuit. Hoc interim spatio, tot bellis, intestinisque malis iam antea- quassata Italia, in otio, sub Iulio Pontifice, vltra annos duos quie- uerat: quum repente belli scintilla, anno Pontificatus tertio ex- arsit, qua tota prouincia misere deflagrauit. Nam Bononiæ Dy- nastes, Ioannes Bentiuolus cætu audacium filiorum superbus, con- spirantes, pro libertate ciues, tam fontes, quàm insontes, sibi tamen suspectos, atrocissimè puniuit. Quæ res, incredibile apud omnes odium Bentiuolis conflauit; Pontificique recuperandæ Bo- noniæ, quæ ad Ecclesiæ patrimonium pertinebat, non ingrati- præbuit occasionem. Nam licet Papa Iulius nihil antiquius, aut charius haberet, quàm rempublicam pace firmatam tueri: non ta- men illi ad suscipienda bella militaris animi alacritas, & innata for- titudo deerat. Nullus enim superioris ætatis Pontificum, vehem- entiore proferendæ Ecclesiæ ditionis ardore flagrauit, neque fe- licius eam tutatus est. Quare hinc sumpta belli antea, à Ludouico Gallie Rege, aliquas sibi copias, ex his, quæ Mediolani aderant, opportunè transmitti, postulauit. Quibus in Italiam continuo venientibus, facile Bononia capitur, Tyrannus expellitur, eiusque insignes ædes populo furenti, à fundamentis, euertuntur. Ioannes Cardinalis Medices, propter veterem cum Galeotto Cardina- le Pontificis, ex sorore nepote contractam amicitiam, Bononiæ Legatus creatur. Milites Galli, post captam urbem, larga stipen- dia, seu alia bella expectantes benedictionibus, & priuilegijs, ma- gis quàm ere onusti, à Iulio dimittuntur.

Rex Ferdinandus anno Christi 1507. Pontificatus quarto Nea- poli in Hispaniam traiciens, Ludouicum Gallie Regem Sano- nae conuenit: Tunc enim Gallorum Rex Genuenses bello subegerat, quò pulsa nobilitate, statum popularem induxissent. Ibi Fer- dinandus cum Ludouico splendide conuiuatur, accubente pariter magno Duce Consaluo, quum Ludouicus prudenter dixisset. *Consaluum esse Regum accubitu, & conuiuium dignum, qui Re- ges debellasset.* Ad vtrumque Regem salutandum, & occultum foedus contra Venetos faciendum, Legatus à Iulio mittitur Anto- niottus Cardinalis Pallauicinus titulo S. Praxedis, vir iudicij recti, consilij incorrupti, & prudentiæ laude clarissimus. Reges singu- lari benignitate vsi, qui militari Consalui Ducis sagum, mensæ honore decorauerant, sacram Antoniotti Legati Pontificij togam, medio regiæ mensæ accubitu, honorandam, admirabili æstiman- dæ religionis exemplo, duxerunt. Icti autem foederis ea causa fuit, quod Veneti Rauennam, Fauentiam, & reliquam Æmiliam, quæ Ecclesiæ ditionis sunt; Brixiam etiam, Cremam, Bergamum, Cremonam Mediolanensi imperij oppida, ad Gallum pertinentia occupabant. Pro pecunia Ferdinando Regi mutuata, ex Neapo- litano regno, Tanium, Monopolim, Brundisium, & Hydruntum retinebant. Sed ea per Antoniottum societas foederatorum, Regum, cum Iulio constituta, aliquando post, (vt statim dicemus) suas vires explicuit. Nam Veneti mutuata Regi Ferdinando II. pecunia, in pignus Franium, Monopolim, Brundisium, Hydruntum, quæ ad Neapolitanum regnum spectabant, acceperant, nec

non Rauennam, Ariminum, Fauentiam, & reliquam Æmiliam, quæ Ecclesiæ ditionis erant; Bergamum, etiam Brixiam, Cremonam, atque Cremam, Mediolanensi imperij oppida retinebant.

Ante omnes Maximilianus Cæsar grauitè de Venetis quereba- tur, quòd aliquot vrbes Cæsarei iuris vsurpassent, & Gallie Re- gi contra Ludouicum Mediolani Ducem fauissent, cuius liberi in exercitu Imperatorio militabant. Quamobrem indicto ad Con- stantiam Concilio, Pontificatus anno 5. bellum à Maximiliano contra Venetos magna copiarum vi concitatur. Qui amissa non- modo recuperasset, verum etiam, magnam Venetis cladem intul- lisset, ni Dux Carolus Gueldres, suasu Regis Galli, Brabantiam, inuasisset; ad cuius defensionem, Maximilianus reuocatus, non paruo Caroli detrimento hostes abegit.

At Cæsar ad comprimendam Venetorum audaciam, viresque retundendas opportunum ratus, si cum hostibus Veneti Senatus conspirasset, anno Christi 1508. & Pontificatus sui 5. foedus cum Hispaniæ, Gallieque Regibus, ipsoque Iulio II. Pontifice, Came- raci in Belgis percussit. Pontifex, & Reges haud inuiti societatem iniierunt; nam præter veteres iniurias, quibus Ecclesiasticam di- tionem affecerant Veneti, Ariminum à Pandulpho Malatesta, (quem à Pontifice illa vrbe priuatum iri audierant) paulò ante- receperant, & sedis Apostolicæ hostes, Ecclesiasticique inuaso- res imperij, defenfabant. Communi ergo assensu, & robore, bel- lum contra Venetos tanto silentio decernitur, vt Venetis vix cre- deretur, quum suspicio manare, cœpisset.

Primus omnium Cæsar, anno Christi 1509. & Pontificatus sexto arma mouere cœpit, sed aliquod difficultatibus affectus, præcla- ra cœpta persequi non valuit. Ludouicus Rex belli, & propagan- di imperij audax, qui ex lege foederis huic prælio interesse volue- rat, quadraginta hominum millia in Italiam deducens, cum Venetis, quorum copiarum quinqueaginta hominum millia erant, fortiter ad flumen Abduam confligit, & multo vtrinque fuso sanguine, pro- fligato Venetorum exercitu, captòque Liuiano, Cremam, Brixiam, Cremonam, & Bergomum recepit.

Sub idem tempus Maximilianus Cæsar maiori copiarum apparatu bellum instaurans, Vicetiam, Patauium, & Veronam suo adiecit imperio. Nam Petilianus, qui cum reliquijs Veneti exercitus mæ- serat. Ad Mestrium extremum continentis oppidum refugerat. Pontifex non modo militaribus armis formidabilis, sed etiam Ec- clesiastico anathematis turbine in Venetos terribilis, quos inter- dicto, & excommunicationi subiecerat, præter tria, quæ dixi à Venetis occupata oppida, Cæsenam etiam, & Ceruiam recupera- uit. Hac affecti calamitate Veneti, ne aliquod grauius à Ferdi- nandi copijs acciperent detrimentum, ei Monopolim, Hydruntum, & cæteras vrbes libenter restituerunt. Die itaque 14. Kal. Maij, anni eiusdem, tantam Venetis intulit cladem, vt qui totum terrarum orbem, metu, & admiratione concusserant, tot amissis vrribus, penè extincta nominis auctoritate, intra domesticos li- mites, ipsamque urbem, circumfusis fluctibus munitam, pauen- tes redigerentur, toto ferè continentis imperio exacti.

Sed quum durior sit, quàm incognita, virtutis spectatæ condi- tio; iniquo ferebant animo Veneti, patrijs coerceri angustijs, itaq; inueteratæ amplitudinis iactura turpiter delitescere. Quare anno Christi 1510. & Pontificatus septimo, iterum belli fortunam, ten- tantes Patauium, Cæsaris militibus incautè tuentibus, & Leonardo Drassano non diu arcè defendente, facillè receperunt. In spectatis amissi Patauij nuntius, Cæsarem in Italiam reuocat, qui Germanorum copijs, Ferdinandi, Ludouici, & Pontificis auxilio, urbem circum- fedidit. Sed propter egregiam Petilianus in propugnando constantiam irrito incepto, in Germaniâ, non sine cæctorum stupore profectus obsidionis, & expectatæ cladis metu, Patauium liberauit. Ea res Venetis maiorem iniecit auidaciam, & tota belli mole in Ferrarie Ducem Alphonsum conuersa, quòd Gallorum partibus adhæsisset, eam urbem expugnare constituunt.

At secus, quam putarant, propter Hippolyti Cardinalis Atesti- ni singularem industriam, vota successerunt. Nam ex viginti trire- mibus, quæ ex aduerso Pado missæ fuerant, tormentis sub aggere constitutis, partim fractæ, partim demeræ, aut captæ sunt, vixq; Angelus Triuifanus, classis Præfectus fuga euasit. Desperato ergo fortunæ melioris euentu, pacem, misericordiam, & anathema- tis expiationem à Pontifice supplicare deliberant, rogantque ne à Gallis, Hispaniæve Italiam occupari permittat. Pontifex, qui sua iam receperat, & pacis studio ducebatur, Venetorum preces li- benter admisit. Videbat enim Gallorum opes, accessu Mediola- nensis imperij formidandas. Ludouicum propagandi regni aui- ditate inflammatum, Ligures suos armis domitos, arce ceruicibus imposita in seruitutem redactos animaduertebat. Quas ob causas, anno eodem, expiatis ante Petri Basilicam, cum supplicatione sol- lemni, Venetis Oratoribus, foedus cum eis percussit, quo maris imperium eiuratum, & Beneficia Ecclesiastica Pontificis volunta- te conferenda fore constitutum fuit.

Quibus peractis, diligenter curauit amicitiam inter Maximilia- num, & Venetos, reliquosque initi foederis Principes componere; quos literis etiam monuit; vt ab indigna Venetorum pernicie ab- stinerent, se haud æquo animo laturum tam præclaræ Reipublicæ

MAXIMI- lianus bel- lum con- tra Venet- os gessit.

FORDE- Inter Pon- tificem Gallie, Hispaniæque Reges iniret con- tra Venet- os.

LYDOVI- cus Venetorum exercitum eo- nospit, Cimitate- que eouit.

MAXIMI- lianus Im- perator contra Venet- os.

PONTI- fex Venet- os anathe- matizat.

VENETI libenti ani- mo Ciuic- itate Ferdi- nando restituerunt.

VENETI iterum bel- lum gerit Patauium- que reci- piunt.

VENETI contra Ferrar- iam Ducem.

VENETI pacem, mi- sericordiam, que à Pon- tifice petunt.

PONTI- fex licitè Reges imp- per de co- mponenda, cum Venetis pacem.

normen

nomen obsecrari, quod penè iam obrutum, & suppressum tot fluctibus videretur. Ferdinandus libenter Pontifici, sua etiam cum recuperasset, obsequitur. Maximilianus erepti sibi Patavij clade offensus, ad pacem cum Venetis ineundam adduci non potuit. Ludovicus Gallorum Rex se in ipsa benegerendæ rei opportunitate à Pontifice deseri, querebatur, & Alphonso Ferrariz Duci in bellum contra Venetos auxilia subministrabat. Dux verò Ferrariz per Oratores à Iulio admonitus, ut à Gallorum fœdere discederet, annuamque vestigal, à maioribus suis pendit solitum, sed di Apollonicæ solueret, & salinas restitueret, obedire contempsit; quare contra Galliz Regem, quòd Alphonsum Ferrariz Ducem tueretur, indignatus Pontifex, ab eius fœdere, & amicitia recessit, Alphonsum verò, qui Ferrariam beneficiario iure ab Ecclesia acceperat, ad summi Pontificis iussa contumacem, à quo paulò ante fuerat Ecclesiæ vexillifer honorificè appellatus, sacris interdicitum, conscriptis militum copijs, bello persequendum censuit. Quod ut felicius gereret, perficeretque brevius, publicis rebus Romæ ordinatis, Vrbe anno 1511. & sui Pontificatus octavo, profectus, 3. Idus Nouembrijs, Bohoniam ingreditur. Hoc Iulij Pontificis iter Hadrianus Presbyter Cardinalis, tituli S. Chrylogoni, hinc versibus descripsit.

PONTI
fex Vrbe
discedit
Bohoniã-
que venit.

PONTI
fex hinc.

A Vgusti memoranda dies vigesima sexta,
Pontificem magna Roma dimisit IVLVV.
Pene omni Patrum, & Procerum comitante Senatu.
Formello prius excepit Iordanus, & Vxor,
Moribus, ingenio, sermone, & nomine Felix.
Postera lux Nepete antiquum, tum proxima Vicos
Ostendit; mox per Cimini montemque, lacumque
Tendimus insignem per balnea multa Viterbium.
Discordes bonus hic cives pacavit IVLVV.
Præbuit hic celeberrimus mons dulcia vina Faliscis;
Detinuitque diem. Vesperem post vidimus urbem
Excelsa rupi impositam sine mœnibus vllis.
Hic Templum Genitrici ingens, cui sculpta vetusto
Marmore stat facies, spirantque in marmore vultus.
Carnaiola procul, pons hinc sex milia distans
Cyaneas transmissit aquas, sparsaque paludes
Per sata, per sylvas: ab quantum absumitur agri.
Plebis ad indomita castrum pervenimus, inde
Imposita apparent Perusinis collibus arces:
Castellona lacus Trasymenus mania cingit,
Hunc rarihus læti transivimus, insula lætos
Accipit hospitio, Pasionum allabimur, unde
Prospicimus campos Romanis ossibus albos.
Sernat adhuc nomen locus: & de sanguine fuso
Sanguineos campos Perusini nomine dicunt.
Hic ubi commissio fallax certamine Pœnus,
Flamineumque Ducem, Mauortiaque arma subegit,
Per colles, respansaque lacus Corclava subimus
Mania oliviferis tumulis lætissima rura.
Vicina placuit Patribus recubare sub vltimo.
Hic simul occurrunt equitum, pedestrumque caterve,
Vrbinate Duce, illo nec melior fuit alter,
Nec pietate prior, sed nec præstantior armis:
Tot dotes iuveni stuidit lapidosa podagra.
His circumsepiti legionibus, ordine longo;
Ingredimur Perusinam urbem, civilibus actam.
Euerfante odijs, hanc tu Pater optima IVLI
In placida tandem compositam pace relinquis.
Non procul oppidulum est, Fractam cognomine dicunt,
Annis obis novos cano, & graue olentibus vndis.
Huc ubi delati montes Eugubia cœta,
Hærentemque iugis urbem superavimus, inde
Perpetuos colles Casiani villula findit:
Villula munifico non aspernanda popello.
Hos præteruectis tumulos plebecula callem,
Qua colit angustum, Cagli cognomine dicunt,
Occurrit facie obducta, nam tabida fertur
Infecisse lues, celeri pede fugimus omnes.
Hinc ad aquas Lanias perreximus; vndo Methaurus
Confusus Gauno Foruli spectacula præbet.
Est opere precium versu describere mirum
Natura ludentis opus, stant vertice ad auras
Hinc, atque hinc montes prærupti flumine subter.
Secretis labente vijs, ut fumus ab imis
Surgat aquis, lætisque stuant aspergine cautes.
Rupis ad extremum læva venientis ab vrbe
Porrigitur molis dorsum, qua semitæ nulla
Nulli aditus quondam, nec erat via peruisa cuiquam
Cæsar inaccessam præfecit Titus: & illam
Quantum acio possant oculi servare, cauavit,
Inscriptisque faros: & adhuc vestigia utrumque
Limen habet, scabro, & fragilis vix cognita topò,
Sunt soliti hac camera multis latitare latrones,

A Exceptoque viatores demergere in Anniem.
Repsimus o crypta, atque angusta fauce viritum
In campos Vrbe tuas, hinc imus in Urbem,
Vrbium dixerunt Patres tuæ regis aetæta.
Ardua qua saxo colitur Maccrata vetusto
Hinc petitur, Vicoque brevis succedimus, inde
Scandimus excelsas nimbosa cacumina pinnas
Dive Marine tuas. tumidi hic subsistere montes
Incipiunt, superoque mari consternere litus
Planiciem ingentem terris, opibusque superbam,
Gallia, qua fluvio Rubicone comata patescit.
Italia hic finis quondam, nunc omnia misceat
Efferat barbaries, antiquaque nomina vertit.
Sanguinea vocant, pinguisque murræ colons.
Huc madidi, multoque luto, fessique venimus.
Progressi meliore via, celo grauiore
Cæternam intramus, culices auertere somnos
Omnibus, & varijs multos maculare figuris,
Pompili, Lavinique forum divertere cogunt:
Terra ferax, populusque ferax, ac cæde frequenti
Terribilis, semperque furens civilibus armis.
Vt ter quinque dies abierunt, Lavinia cœta.
Lanquimus, atque iterum montes subet ire per altos
IVLVV, & Castris, ad lævam iuga visere cari.
Imus præcipites per mille pericula rerum,
Turrigeraque arces, rupes, & inospita saxa
Appennicola accurrunt, visoque Senatu
Reptantes genibus per humum noua Numina adorant.
Mudiana iacet vasto depressa barathro
Accola torrenti, truncis, salebrisque fragoso:
Hanc terram pedibus celfo de monte ruentes
Prendimus, & placido curamus corpora somno.
Postera lux alios scopulos, celoque propinquas,
Nubigenasque Alpes aperit, Marradia vulgus
Saxa vocat, summum excipiunt Magalia IVLVV.
Inde Palatiolum statio opportuna labori
Hospitio lassos refouet, tum fluminis arcta
Provehimur ripa tenui discrimine euntes.
Est locus extremis in montibus asper Hætruscis,
Hunc distum perhibent à rursi Tustinianum:
Huc quoque delati, montes deuotissimus omnes.
Orta dies lætos campos, & amœna vireta,
Cornelique forum, feliciaque arua reducit.
Hic mens ortus habet sedes Papiensis anstas
Nobilis, & clarum genus alto a sanguine ducit.
Consistit hic Pastor, dum prospicit omnia IVLVV,
Et belli pacisque simul dum pondera librat,
Consilioque Patrum rerum moderatur habenas.
Appulie interea Gallorum exercitus ingens,
Conseruitque manum, & muros circumstetit armis
Felsina docta tuos: volat impiger actus ab Vrbe
Nuncius: & Serram exaltam, pulsumque Tyrannum
Excussumque iugum patriæ cervicibus affert:
Pontificem implorat fessis succurrere rebus.
Hoc Oratores certatim ex Vrbe frequentes
Exposcunt, patriæque Patrem properare precantur.
Thura adolet IVLVV Templis, sacrisque peractis
Tendit iter, gressum celerans, vrbsque propinquat.
Vrbs antiqua, ingens Hætruscis regia quondam
Felsina: tum Bois fato irrumpentibus impar,
Accepisse nouum fertur Boionia nomen:
Verum ubi sunt Boi Romano milite pulsi,
Barbariem excussis, cœpitque Bononia dici:
Subditur ad Boream radicibus Appennini.
Planicie accliu, procumbens Solis ad ortus:
Inter aquas Sapine, & Rbeni, quarum utraque in Vrbe
Ducta vehit, reuehitque rates, pristinaque versat.
Aemilia decus, & belli, pacisque patrona:
Dives opum variarum, & milibus indiga cultus:
Musarum domus, atque omnis nutricula Iuris.
Iamque dies aderat, medijsque vehebat ad axem
Omnia conspiciens Phœbeæ lampadis astrum;
Obsedere Patres maioris limina porte.
Qua modo Felsina Pastor requisierat ade:
Porticibusque amplis expectant nomen IVLI.
Tandem de thalamo sella sublimis eburna;
Gestaturque hominum scapulis, longo agrimine prodit.
Cui trabea ex auro, gemmis, ostroque coruscas:
Tempora conchili fulgent redimita thirara.
Progreditur Procerum legio tua Felsina proles:
Aerataque ruunt acies, clypeataque circum
Aemina funduntur: placidos dat Curia gressus
Aequari spacis omnes, & vestibus omnes:
Purpureisque Patres tecti capita alta galæris:
Obuia quaque oculis præstrungunt Numinis instar

C

D

E

F

*Vivendi studio effusi sumusque, senesque,
Et matres, puerique simul tecta omnia compleve:
Culminibusque adsunt, portisque & turribus harent.
Vt vero ad Divi venit penetralia Petri,
IVLIVS, aspersaque Patres in limine primo
Rore levi, geminis manibus veneratus ad aras.
Effigies sacras, Grates, quas possumus, inquit,
Accipe Christe Deus, nam que sat digna queamus
Munera, quas laudes humana voce referre?
Tu nos incolumes per tot discrimina vectos,
Urbe hac Felsinea sine cade, & sanguine donas.
Det Pater Omnipotens, rerumque aeterna potestas,
Sic superos penetrare aditus, veresque triumphos,
Terreno involucre exutos, visisque subactis.
Hac ubi supplicibus votis oravit IVLIVS,
Quisque domum properat, factoque hic sine quiescit.*

Rex Gallorum Iulio succensens, non modo locum, ex fœderis lege, Alphonsum, seque ipsum armis defendere satagebat; verum etiam amittendæ Pontificiæ dignitatis metu incusso, coacto Pisis Cœcilio, & ad id facinus conciliato sibi Maximiliano Cæsare, Pontificis hoste, Iulium deterrere tentabat. Nam quum aliquot Cardinalium animos à debita Pontificis fide pecunijs, & pollicitationibus Gallus subduxisset, qui egrediente Romam Iulio, Pisas continud sunt profecti generalis Christianorum conventus Imperatoris, Ludouici, & Cardinalium nomine indicitur, missisque per orbem terrarum literis, Iulius Pontifex ad dicendam causam vocatur. Huius conciliabuli auctores fuere Bernardinus Carauai Hispanus, Sabinorum; & Guillelmus Brissoneta Gallus, Prænestinorum Episcopi Cardinales; Franciscus Borgia Hispanus, Archiepiscopus Cosentinus, & Rhenatus, seu Reginaldus de Priæ, Gallus, Episcopus Baiocensis, Federicus Sanleuerinas S. Theodori Diaconus Cardinalis: Pontifex nihil cunctatus, eos omni dignitate, titulisque priuatos, Galliarum Regem Ludouicum, omnes etiam facinoris tanti, & sacrilegij fautores, hæreticos, ac schismaticos, interdicto per totam Galliam rerum sacrarum vsu, pronunciauit. Fœdus præterea cum Rege Hispaniarum Ferdinando ictum, (cui etiam Veneti adhæserunt) antequam Roma proficisceretur ad ædes S. Mariæ de Populo, tertio Nonas Octobris, ipso præter Pontifice, Ecclesiæ dignitatis conseruandæ, & libertatis Apostolicæ defendendæ nomine promulgatur.

Ferdinandus Pontificis voluntati, ac precibus obtemperans, quàm, vt verè Catholicus, Ecclesiæ præstare debebat, propugnationem constanter suscepit. Hanc vt libentius subiret provinciam, Neapolitani Regni titulum, cum modica annui census, solutione, Ferdinando, Iulius Secundus Pontifex donauit. Ferdinandus igitur confestim à Cardonio, qui Neapoli præerat, Pontifici supplicias ferri, nec non Fabricium Columnam 400. cataphractis equitibus præsto etiam adesse, & Iulij causam acriter propugnari iubet. Heluetiorum non exiguum numerum Pontifex mercede coaduxit, vt Pedemontij agros vastarent: classim etiam ad eripiendam Ludouico Genuam protinus ornari curat, cui Grillus Contarenus à Venetis missus, cum duodecim trirēibus iungitur. Huic etiam Octauius Fregosius adhæsit, cuius pater, & patruus Genuæ tenebant Principatum, vt patriam, Gallis expulsis, in libertatem vindicaret. Marcus Antonius Columna, cum alia equitum, & cohortibus, terrestri itinere procedentē classē sequebatur. Veneti circiter Nonas Septembris Cæsarianos inuasere, qui à Verona descendentes, se in Vicetiæ, Patauicque agros populabundi effuderunt. Dux autem Vrbinas in Mutinensium agrum copias eduxit. Sed ex tanto belli apparatu, sola Mutina à Pontificijs ducibus occupatur, Heluetiorum sanè perfidia, & venali militia, qui in Comensensium agrum quum descendissent, Ambosij equitatu facilè repulsi, & accepta pecunia, partim redire in patriam, partim verò Gallorum castra sequi non erubescunt. Venetus exercitus Gritto Legato, & L. Maluesio Duce, postquam intra Veronæ mœnia hostes submouisset, & urbem ignaua oppugnatione fatigasset, aliquot cohortium Præfectis temerè amissis, cum dedecore abscessit. Pontifex, ob infaustam belli fortunam, dolore extimulatus, infracto animo, acriter consilio, dum bellum renouare studet, in difficilem morbum lapsus est. Prospero rerum successu elatus Ludouicus furere insanius, Iulij famam discerpere, per totam Galliam, ne quisquam Roman adiret, merces, aut pecunias inueheret, aut quoduis literarum genus impetraret, seuerius edicere; ac tandem omnino minitari, armis, & Concilij auctoritate se proculdubio facturum, vt Pontificia dignitate priuatus, serra desertæ amicitia pœnitentia duceretur, & Gallica virtute Bentiuolis erepta Bononia, expulso rursum Pontifice, eisdem, tanquam optimis ciuibus, restitueretur. Nec mora, Ambosius iussu Regis, Pontificem Bononiæ commorantem obfessurus contendit, qui Vrbinatis, & Baleoni præsidij occupatam Mutinam, in itinere expugnare frustra conatus, ad tertium vsque, ab vrbe Bononiæ, lapidem, populabundus validum promouit exercitum, præmissis ad portas Bentiuolis, ad persuadendam ciuibus defectionem. Neque dubium, quin Iulium oppressisset, nisi ab Hispaniæ, Britanniaque Regum Legatis in castra-

A Ambosij properantibus, grauissimis contestationibus, conceptis verbis; rogatisque tabellionibus monitus fuisset, ne sacrosancti Pontificis dignitatem temerè violaret, laturos nunquam Ferdinandum, & Henricum Reges, nec vlla initi fœderis religione dissimulatos iniuriam tam impij sceleris, quod contra ipsum religionis auctorem patraretur. Substitit ergo Ambosius, seu religione ductus, seu Legatorum admonitione retentus, ne temere Regi suo, potentium Regum haud contemnenda odia conflaret. Audiebat præterea Venetum equitatum, in eoque validam Turcarum aliam, Bononiam intrasse; Fabricium etiam Columnam Pontifici latrum, auxilium festinasse; à tergo Vrbinatem Ducem, à quo intercipi possent commeatu, vrgere; Bononienfes denique Pontificis fidei deditos Bentiuolos à porta repulisse, perceperat.

B Iulius animi, & corporis ægritudine, vno tempore, depulsa, licet vix dum integra, aut firmata valetudine, Ambosium, ac reliquos cohortium duces nominatim sacris interdicit; & auctis copijs, sæua aded hyeme, vt Padus gelu rigens curulia tormenta sustineret, seruido animo in prælium erumpit, nulla habita sensu dignitatis, aut salutis ratione, vt laceratam, & contemptam à Gallis Pontificis maiestatem, vel cum proprii capitis periculo, vindicaret, sed quum Ferrariam, tunc haud opportunis præsidij munita, oppugnare decreuisset, dolo, atque perfidia Alidosij Cardinalis à sano consilio reuocatus, non multo labore Mirandulam, & mox Concordiam subiecit, præsertim Ambosio, qui luxui, & amoribus, importuno hyemis tempore infertuebat, opem non ferente. Ambosius paulò post ignauæ crimine apud Gallorum Regem postulatus, Corregij moriens, inertia pœnas anteuertit. Iulius faciente cæli inclementia impeditus, Bononiam tanquam victor se recepit; eiusque exercitus paulò post in hyberna diffusus, ab Alphonso Ferrariæ Duce ceditur, ac fugatur.

C Ambosio Triuultius sufficitur, cuius præclara in ductando exercitu, hosteque præmendo virtus, ita Pontificem timore concussit, vt relicta Bononia, se protinus Rauennam contulerit. Franciscus Vrbinas adolescens (Fabricio Columna propter finita stipendia, iam ab exercitu profecto) tormentis castris, & magna copiarum parte, sine vulnere militum Gallorum, à Triuultio exutus, ad Bononiæ mœnia, instantibus, præmentibusque semper Gallis, retrocedere compellitur. Quæ res Bentiuolos in patriam redegit, nullis præsertim fidis Bononiæ præsidij impositis, neque cœnate arce per Legatum munita, qui mox turpiter inuoluto capite profugiens, Rauennamque delatus, Vrbinati Duci obuiam factus, nihil defendentibus corporis custodiens, vulneribus confossus perfidiolæ fraudis, aut intermissi officij pœnas luit. Vrbinatis facinus, licet à multis probaretur, alumni tamen sui, & sacriati visæ cadem aded graui, & acerbo animo Iulius tulit; vt mandata ducibus belli cura, Vrbinatemque exosus, extemplo Romam contenderit.

D Pisani Concilij Cardinales, Ludouici ope, & secundis bellorum euentibus elati, atque insolentes, Pontificem ad Kalend. Septembris anni 1511. Pisis adesse impudentissime iusserant. Iulius ubi animaduertit tot fraudibus, & insidijs sibi vim fieri: Britannia, & Hispaniæ Reges Henricum Octauum, & Ferdinandum Catholicum per Legatos rogat, vt se oppugnatum tot Gallorum insidijs tueantur; ac tanquam Apostolicæ Sedis germani defensores sibi præstent opportuna subsidia; ne Ludouicus victoria potitus, Italiae totius imperium impotentibus armis inuadat. Oratoribus ab vtroque Rege, frustra ad Ludouicum de pace missis, arma confestim arripiuntur. Ferdinandus Ioannem Cantabriæ Regem, fœdere associatum Gallis, Henricus Aquitanos prælio vrgere constituit. Pontifex descriptis in vrbe militibus, Heluetijs quoque euocatis, vt Francorum Regem in amicitiam reduceret, aut Gallos Italia depelleret, & Pisano conuentum dissiparet, anno à partu Virginis 1511. Pontificatus sui anno octauo, decimoquinto Kalend. Augusti, consilio Antonij de Monte Cardinalis, Romæ generale Lateranense Concilium, bullæ suæ Apostolicæ auctoritate promulgat, conuocatisque omnibus totius orbis Antistitibus, data publica fide, annona, & expensarum subsidio promissis, dies Lunæ, auspicando Concilio, post octauam Paschatis Resurrectionis, 13. Kalendas Maij, anni 1512. constituitur. Et, quum ante huius Concilij promulgationem omnia Pisani conuentus statuta reuocasset, Pisanos transfugas Cardinales accersiri, & Romam intra dies quinquaginta properare, iubet; quibus elapsis, viginti, atque his nouem alios adiunxit: at morem gerere Pontifici recusantes, grauissimo anathemate percussos, omni Ecclesiastica dignitate priuauit. Cæteros sacrilego conuentui præsertim, Florentinos etiam, Soderinumque summum Florentiæ, post Mediceos expulsos, Magistratum, quod Pisis locum Concilio dederant, sacris interdicit; & in eorundem, Soderini que odium, infestum eis hominem Ioannem Medicem Cardinalem, Bononiæ, Emiliæque totius, & confociati exercitus Legatum nominat. Cardinales popularem Pisarum tumultum veriti, qui propter admissos intra Pisana mœnia 400. Gallos equites, grauitè de Soderino palam quærebantur, Florentiam Concilium transferre deliberant, sed refragantibus Florentinis, & in gratiam Pontificis conspirantibus, Mediolanum conuolarunt.

CONCILIUM à Gallorum Rege contra Pontificem indicitur.

PONTIFEX Gallorum Regem omnesque Conciliabuli auctores hereticos interdicto pronunciat.

FERDINANDUS Pisis voluntati obtemperat.

PONTIFEX ingens indicit bellum contra Francos Regem.

MUTINA à Pontificijs ducibus tantum occupatur.

PONTIFEX ob infaustam belli fortunam, dolore extimulatus, acriter consilio, dum bellum renouare studet, in difficilem morbum lapsus est.

FRANCORUM REGIS edictis, quicquam Romam merces inueheret.

AMBOSIUS Regis iussu Bononiam obfessurus contendit.

AMBOSIUS ab Hispaniæ Britanniaque Regibus Legatis monitus ab incepto desistit.

IVLIVS Ambosium cohortiumque duces sacris interdicit. IVLIVS in prælium tendit.

AMBOSIUS Bononiæ Regem re cepit cuiusque exercitus à Ferrariæ Duce fugatur.

PONTIFEX Rauennam se offert.

IVLIVS Britannia, Hispaniaque Reges rogat ad Apostolicæ defensionem.

CONCILIUM generale Lateranense.

RAMO Cardonius copiarum Dux constituitur.

BONONIA oppugnatur. IULII datus est Augustinus de iure pontificis.

DEIATA Virgini minime.

GASTO Pontificis Bononiensis occasione dux impugnat.

Coactis copijs, rebusque bello necessarijs per Legatum comparatis, Ramo Cardonius Hispanus, ciuili potius gloria, quam militari conspicuus, omnium copiarum dux constituitur. Cui Ferdinandus tanquam militiae magistrus, Fabricium Columnam praestantis animi, & exploratae fidei ducem, Petrumque Nauarrum, addiderat, qui magnis rebus in Mauritania, & Nurnidia gestis, excitam periculis, & fortissimi ducis gloriam fuerat consecutus; Pecharius etiam Marchio, Ferdinandus Daualos, iam tum magnae spei adolescens, eadem castra, haud satis fausta belli sorte, sectatus est, qui postea tot facinoribus editis, incluta animi virtute, terrorem orbem sui admiratione compleuit. Nauarrus postquam in totam Galliam fuit peruentum, a via Flaminea in agros Ferrarientes diuertens, Bastiam, hostium fortissimum propugnaculum, expugnat, defensores, ac ducem Vestidellum interfecit.

Bononia subinde, quae Germanorum, Gallorumque praesidijs ab Hannibale, Alexandro, Hermete, & Galeatio, Ioannis Bentiuoli filijs, tenebatur, a porta, quae Florentiam ducit, acriter oppugnari coepta est. Nauarrus cuniculis muros subuertere, Legatus pollicitationibus, & spe veniae, ciues conciliare nitentur. Bononienses enim, quod arcem a Iulio conditam rebellantes euerissent, eius hostes Bentiuolos recepissent, Statuanque eiusdem Papae Iulij, est fastigio Templi deiecit; varijs prius affectam ignominijs, in tormenta conuulsum, patratu facinoris supplicia formidantes, fortiter, & indefesse urbem tuebantur. Ingens erat apud omnes Nauarri terror, qui admirabili, in subcauandis arcibus, & euerendis turribus, ingenio ferebatur. Quassabatur murus maioribus tormentis, ea parte, quae a propugnaculo, & porta S. Stephani dextrorsum sese inflectit, in quo etiam tractu, Nauarrus ad Baracanum Virginis facellum cuniculis animam intendebat. Cui Galli, & Germani, contrarios cuniculos agendo fortiter occurrebant. Rupta muri parte, Hispani milites in propugnaculum, superata fossa, rapiuntur, & cataphractorum equitum impetum, fortiter repellentes, capto Gallico Vexillo, Hispanum in alto suffragans, magna apud Pontificios alacritate, & spe occupandae urbis excitata. Haud mora, maiore tormento ab Alegria in propugnaculum ab Hispanis occupatum destinato, miserabili cum caede in fossas exturbantur. Neque dubium, si fors paratae legiones adfuissent, quin Hispanorum audacia victoriam peperisset.

Ergo spes omnis in cuniculis erat quippe multo aggerem murum intro munitionem, & cohortes ad resistendum dispositas Pontificij duces credebant. Vnde multi duces, ac maxime Legatus Medicus vno Nauarri artificio, solaque eius industria, urbem capi posse dicebant. Neque spem fecerunt euentus, nisi Deipara Virgo praesenti auxilio facellum suum, atque urbem, tanta clade prohibuisset. Nam dum Nauarrus subter sacras Mariae aedes, quae Baracani vulgo dicuntur, occultum cuniculum egisset, concepto, igne admittisque sulfuris flammis, tota repente templi machina conuulsa, in altum sublata est, indeque ad fundamenti locum, saxis semper cohaerentibus relapsa, integra, & illaesa subsedit. Sic, miles inter fumum, & ruinae prorumpere per hiatus disrupti muri paratus, tanto miraculo, & Virginis numine retardatus, & exclusus fuit. Bononienses religione capti facellum frequentare, donarijs augere, festiuitate, & porticu ornare, ex eo tempore ceperunt. Hoc etiam tempore Aloysij aduocati opera, populi que studio, Veneti Brixiam receperunt.

His difficultatibus oppressi Galli, iam ferè Cisalpinam Galliam deseruati, a Gastone Foisseio, omnibus copijs per Ludouicum Praefecto, consumantur. Erat Foisseius sorore Ludouici natus, iuuenis imberbis, micantibus oculis, generosa, militarique ferocia valde terribilis, Imperator antequam miles, qui potius a natura, quam ab usu militares artes imberbat. Hic, primum collectis repente copijs, Heluetios, circa Mediolanum crebris equitum praesidijs laesit, fatigatosque, & hyemis asperitate, annonaeque penuria subactos, domum vexilla vertere coegit. Inde nulla interposita mora, antequam ad Hispanos aliqua de eius aduentu fama dimanasset, raptato per luculentia loca exercitu, Bononiam, acie instructa, viginti amplius cohortibus, & sex millibus equorum, tormentorum, & carrorum magno numero, ingressus est. Tanta enim celeritate omnes nuncios praecurrerat, tantusque erat ample ciuitatis ambitus, ut vix a tribus portis, sine periculo vnus castris posset obsideri. Postero autem die Hispani, per quendam Graecum equitem, & aliquot agrestes, consilia hostium, & Gastonis aduentum edocti, (qui cum Hispanis praedio decertare constituerat,) castra ad forum Cornelij, reducunt, ne importuno hyemis tempore, ante portas bellicolae ciuitatis praeter belli disciplinam, cum validissimis copijs, praedium inire cogentur. Per Aemiliam viam, recedentem ex ordine exercitum protinus Galli sectantur, quos intemperantius vrgentes, Malatesta Baleonus extremo praefectus agmini; fortiter caecos repressit. Gasto, Bononia obsidione liberata, & hostium fuga contentus, eos multis de causis insequi neglexit, Brixiamque traiecto Pado conuolauit, quae proditione Aloysij à Venetis fuerat occupata. In itinere ad Turrim Magnaniam, quae est propè Athesim, Pauli Baleoni cohortes, & validum equitatum, qui Brixianis auxilia laturus festinabat, tumultuario inuicem certamine, profligauit; vixque ipse Baleonus, quum se ad

Amnem, cum globo suorum prorupisset, tranato flumine liberauit. Insperato nouae victoriae euentu, Gasto, maiore festinatione, his auxilijs interceptis, Brixiam accedere maturat. Qui per arcem, quae Gallicis praesidijs tenebatur, milites hortatus, torrenti similis, ingenti omnis generis hominum edita caede, vrbe potitur. Tum videre licuit, quam sit intemperans, insolensque victoria: quippe Galli milites feritate, & saeuitia incredibili, nulli aetati, nec sexui, nullis templis, sacrativae corporibus pepercerunt. Capto Gritto Venetorum legato, Aloysius aduocatus a fuga retractus, ipso inspectante Foisseio, in frustra, carnifici traditus dissecatur. Post dies septem in vrbe direptione consumptos, Foisseius superato rursus Pado, ad expugnandam Rauennam praepes deducitur.

Legatus geminata Foissei victoria, & nimia festinatione perterritus, Iulium Pontificem monet, ut maioribus praesidijs, copiisque paratis, Italiae Imperio opportunè prouideat. Ille profusus inuictus, seque ipso in aduersis semper maior, extemplo equites sub Troilo Sabello, & Gentili Baleono conduci, cohortes sub Iano Capoccio Romano conscribi, Heluetiorumque sex millia Matthaei Sedunensis Cardinalis Heluetij opera, per Rheticas Alpes magnis pecunijs, & pollicitationibus euocari iubet.

Foisseius interim per agrum Bononiensem, in hostium conspectum properabat, rebus sane omnibus superior, tormentorum apparatu, leuis armaturae equitatibus dimidio amplioribus, Germano pedite, veterano, ac fortissimo, qui in duodecim quingenarias cohortes partitus, castrorum faciem vallabat. Fabricius, & Nauarrus in via Flaminea castrametati colles, qui sunt ad dexteram, occupauerant, ut Gallos successu rerum elatos, commodioribus ex locis adorirentur. Conspecto hoste; Hispani, nulla iniqui, aut aequi loci habita ratione, alacritate pugnandi, aut ipsa religione capti, tam centuriones, quam milites ad Legati concionantis pedes tanta pietate, & numero confluebant, ab omnibus noxis auctoritate Pontificia expiandi, ut paene signa deserti, & ordines confundi viderentur. Legatus erecta argentea Cruce, aeternae vitae gloriam omnibus in praedio occumbentibus, pro defendenda summi Pontificis dignitate, pollicetur. Dum haec fierent, solutos ferè ordines Foisseius prospiciens, Pontificiorumque numerum, & apparatus contemnens, cum hoste omnino confligere statuerat; ni Yuonis Alegriae consilio, ad Rauennae expugnationem reuocatus fuisset, ut muro non validam urbem caperet, aut cum hostibus auxilio vrbi venientibus, nouissimo praedio, certa spe victoriae, decertaret. Sed Foisseij consilio, & itinere cognito, protinus à Legato, & Carmonio, cum ala equitum M. Antonius Columna, Petrus Castrus leuis armaturae equitum praefectus, Paredes, & Salazarus cum cohortibus, Rauennam submittuntur. Quibus ire recusantibus Legatus ipse, singulique duces tempestiuum auxilium polliciti sunt. Vix illi Rauennae pedem intulerant, quum Galli crebra tormentorum explosione murum proscindere tentant, fortissime M. Antonio Columna, & Petro Castro, triduo propugnatis, in quorum auxilium, Fabricius, & Nauarrus, ipso etiam fragore admoniti maturant. Hac in expugnatione Spinæus tormentorum magister, & Getellio è Colinae familia dux clarissimus, plumbeis ictri glandibus occubuerunt; ex his verò, qui murum tuebantur, Dentitij fratres duo, Neapoli clara stirpe orti. Hostium aduentum Foisseius quum praesensisset, pedem reuocat oppugnatione intermissa, veritus ne aduentantibus hostibus, & Rauennae copijs interceptis, excedere, quum opus esset, non posset.

Promouerant duces Pontificij copias ad Roncum flumen, antiquius Vitim appellatum, ibi iuxta flumij aggerem Nauarrus pedites omnes curribus, quibus venabula ingentia praefixerat, circumsepit. Fabricius, Padulius, & Carauaal equites, in tria diuisos agmina conglobauerant. Totum leuis armaturae equitatum Praefectus Fabricij gener ductabat. Huc Foisseius cum Ferrariae Principe, qui alam equitum fortissimorum, & ingentia tormenta adduxerat, quum breuiter peruenisset, (Alphonso, & Senescalco Normaniae primae acie, alijs ducibus, secundae, & tertiae cura demandata,) singulos ordines, alacritate insigni, modo Italos, modo Gallos, Germanos, & Vascones hortatus, die sancto Paschatis, anno 1512. per sex horarum spatium, cum Pontificijs copijs, cruento vtriusque praedio, dimicauit. Ferrariae Dux Aetellinus capto opportuno circuitu, Amnem transgressus tormentis ex obliquo aciem prosternebat, haud paruo Hispanorum incommodo, pluribus etiam ex numero suorum interfectis. Iam igitur, ingenti clade, per medias acies pilae tormentis emissa volabant, iam equitatus Gallicus ferè omnis, peditum verò maior numerus flumen transferat, leuisque armaturae equites conferta pugna, se in vtrumque; latus diffuderat, quum Fabricius discrimen victoriae agnosceret, Nauarrum obtestatur, ut opportunè peditatum educat, & cum hoste, fluminis transitu impedito, congregiatur. Quo minime subueniente, immo suis, dum tormenta mittebantur, humi decumbere iussis, equestre Fabricij agmen Gallorum impressione, facile prorumpitur, multique caesis, & alijs viris illustribus, haud inultè occumbentibus, ipse Fabricius desperata morte ferocior, & suorum clade vehementer accensus, medium hostium agmen, fortiter calurus, irrupit. Sed ab hostibus circumuentus, simul cum Padulio, & Pechariae Marchione grauius vulnerato, capi-

LEGATUS inter Legatum Pontificem, & Foisseium, vt maioribus copijs Italiae imperio prouideat.

PUGNA inter Legatum Pontificem, & Foisseium.

CRVENTO praedio per sex horas pugnat.

tur, &c

tur, & in Alphonſi Ferrariæ Ducis poteſtatem venit. Cardonius Carauai, & Antonius Leyua tormentorum clade conſternati, fuga ſibi conſulerunt. Tunc Germanis, & Nauarri pedestribus copijs acriter coeuntibus, quum Zamudius Hispanus, Iacobum Emperium Germanorum ducem ſingulari certamine interfeciſſet, Germani audaciæ, & fortitudini Hiſpanorum impares cederebantur: Vaſcones adorti Italos, poſtquam emiſſis ſagittis ad manus deuenere, Hiſpanorum ope facile repelluntur. Quibus Alegria, cum equeſtri ala ſubueniens, & in vindictam Ramazotti ruens, conſoſus interiit. Ramazottos iclus ſecuris poſtratus ab Hiſpanis liberatur. Qui Gallos, & ſocios, ita pepulerant, vt denſæ Germanorum phalangi pauentes adherere compulerint. Erat adhuc incerta vtriuſque victoria, quum Foiſſeus deſatigatis Vaſconibus opem ferens, circumfuſo equitatu, Hiſpanos pedites, iam pœnè victores, obſedit. At Hiſpani, aliquot centurionibus, militibus, ac vexillis iam amiſſis, ſine ſpe victoriæ ſingulari animi alacritate, conſeruatſ ordinibus, fortiter ſeſe defendendo, intra viam excitato aggeri, & flumini mediam, vbi ab equitatu eſſe poſſent ſecuri, ſeſe recipiunt. Nauarrus Fabricio ſimilis, in eo receptu, ne ſuperſtes tantæ cladi foret, in denſam hoſtium aciem ruens, ſtrenuè pugnans in hoſtium ſine vulnere poteſtatem ceſſit. Foiſſeus ergo cruentam aſſecutus victoriam, dum fugientibus inſtat, & intemperanter cum aliquot circumbilibus, recedentes perſequitur, à nouiſſimo hoſtium agmine circumuentus, fruſtra ſe Foiſſeum, Hiſpaniæque Reginz fratrem clamitans, & vitam deprecans, equo deiectus occiditur; iuxta quem eius fratruelis Lotrechius, viginti amplius vulneribus acceptis ſternitur. Foiſſei morte, facilius, tutiusque ab Hiſpanis denſa, validaque fronte Galli reiecti, ad caſtrorum prædam reuertuntur. Hoc in prælio ſupra quadraginta minores, maioreſque duces perierunt, aliorum militum cum lixis, & caloniſus viginti millia cæſa ſunt, maiorque occiſorum numerus Gallorum fuiſſe perhibetur. Hos inter, viri nobiles ex Regis aula, centum quinquaginta, & militum tribuni quinque occubuerunt.

FOISSE-
ius occi-
ditur.

DE MOR-
tuorū no-
mero in
hoc bello.

Cardinalis Medices turpem ſibi fugam ratus, quum alios hortaretur, alios cadentes ſuperis commendaret, in Gallos duos equites delatus, Platęſij Bononięſis equitis fortitudine defenditur, vno interempto, altero in fugam verſo. Mox in Epirotas equites incidens, à Federico Gonzaga Bozolo liberatus, eique tanquam nobili Duci, & Italo deditus, ad Federicum Sanſeuerinam, qui nomine pseudoſynodi Legatum agebat in caſtris, captus Medices deſertur. Ab hoc pie, & honorifice exceptus petit, vt Iulius Medices, qui Caſenam fugerat, ad ſe tuta verbi fide veniat, Romam protinus reſeſurus; qua re impetrata, Romam tranſmiſſus Legati ſalutem Pontifici, Cardinalibuſque commendat, & in publico Senatu, ad famam tantæ cladis metu conſternato cruentiſſimam, Gallis victoriam fuiſſe, maiuſque detrimentum victores ſubijlle, quàm victos, belli ſeriem, & euentum enarrans, omnium animos conſirmauit. Plures enim adeo, non modo Gallici in urbem incurſus, ſed domeſtici hoſtis formidine tenebantur, vt Iulio ab Hoſtia fugiendum ſuaderent. Quippe Rubertus Vrſinus, & Petrus Marganus, à Gallis accepta pecunia, vt à Pontifice deſicerent, eumque vrbe expellerent, ſeditiones moliri ferebantur. Augebat eam ſuſpicionem Pompeij Columnæ Episcopii Reatini, & Antimi Sabelli recens, & audax facinus, qui grauiter ægrotante Iulio in Capitolio, pro antiqua populi Romani libertate, concionati ad arma facile omnes concitaſſent; niſi Scipio Lancelloetus medicus, oblato Perſico pomo, Iulium ſtomachi vitio laborantem, & alimentaſtidiem, præter omnium opinionem, in meliorem ſalutis ſpem reuocafſet.

CONIV-
ratio con-
tra Ponti-
ficem.

Iulius omni timore depulſo ſeſe non deſerit, Cardonium copiarum reliquias colligere, Vrbinatem, ſibi antea, ob Alidoſij necem inuiſum, milites conſcribere, Sedunenſem Cardinalem Venetijs commorantem, non vt antea ſex millia Heluetiorum, ſed quantum poſſet eorum multitudinem, nulli parcendo ſumptui, oblata in id à Venetiſ pecunia, in Italiam breuiſſimè tranſmittere iubet.

GALLI
ingenti cla-
de Rauenn-
ates affi-
ciunt.

Interim direpta caſtrorum præda: Galli Rauennæ admoti, vt Foiſſeio, & amiſſis ad murum ſocijs parentarent, facile ſub fide in urbem recepti, miſerabilem in modum deditos Rauennates multa clade afficiunt, diripiunt, & caedibus urbem replent, neque ſecus quam Brixiz fecerant, ſacris ſœdatis ædibus, ſancti Vitalis Templum, multis Gothorum denarijs, auro, & argento locupletatum deprædantur. Legatus Medices, & Nauarrus Bononiam miſſi, à pueris, & opificum modum tranſeunt, contumelijs, & conuitijs peruntur; quibus omnibus Legatus, ſingulari, poſtea victor, benignitate pepercit. A Bentiuolis humaniter, & ſplendidè exceptus, inde cum Nauarro, alijsque nobilibus captiuus Mediolanum pergens, à Blanca Rangona Bentiuolorum ſorore, Mutinæ, ornamentis ad cultum neceſſarijs oneratur, cuius ipſe filios, ſacram poſtea imperij tiaram adeptus rubeo galero, alijsque muneribus honeſtauit. Mediolanum ergo delatus, omnique humanitatis, & honoris officio receptus pseudoſynodum, criminofosque eius auctores diſſipauit. Nam plebs à Cardinale admonita reſpicere cepit, rebelleſque ſubſannare; atque inter omnes Bernardinum Carauaialem ad Pontificiam dignitatem aſpirantem per iocum Pappam vocitare, adeo vt nec ab equitibus Gallis, ne ſacerdotibus in-

ſultarent, coerceri poſſent. Miſſo ſubinde per Iulium Medicem, qui poſtea Clemens VII. fuit, Pontificis diplomate, quo facultas Legato dabatur, Schiſmatis, & Anathematis ſordibus inquinatos expiandi; tam pernicioſi diſſidij flamma vſque eo refriguit, vt copijs militaribus ad luſtrationem culparum feſtinantibus, Heluetiorumque metu perterriti, captam Mediolani Synodum transfuge Patres conſeſſim Lugdunum tranſtulerint, ipſumque Legatum ſecum adduxerint. Qui ad Cairum Vicum Pado proximum, oborta, aut diſſimulata ægritudine, Bongalli familiaris ſui induſtria, qui Raynaldum Tactum, & Viſimbardum, ad liberandum magna ſpe Cardinalem, diſertus induxerat, coacta agreſtium manu, hoſtibus ereptus, Placentiam Iulio deditam, ac inde Mantuam, militari ſago indutus effugit.

Interea duces Galli Rauennæ victoria elati, nihiſque belli reliquum fore exiſtimantes, pedestres copias, adnente Quæſtore Normaniz, dimittunt. Quapropter aduentantibus in Italiam Heluetijs, quos à Gallorum amicitia recedens Maximilianus, comeatu per Rheticum agrum iuuerat, & Tridento, Veronaque receperat; Germanorumque copijs, quæ Gallorum Regi militabant, ab Imperatore in patriam reuocatis, Gallorum exercitus Italiae finibus, nullo propè negotio, exactus fuit. Nam Palicia, qui Foiſſeio ſucceſſerat, non tam copijs Gallorum, quàm rerum geſtarum opinione terribilis, ad Vallegium, Mintij ponte repulſus, intra Ticinum ſe receperat, Heluetiorum virtute, & Pauli Baleoni peditum, equitumque cohortibus, quum moenia quaſſari cœpiſſent, ſe vndique circumſederi animaduertens, pluribus Germanorum, Gallorumque cæſis, alijs captis, ea vrbe, poſt Mediolano, & mox tota Italia, magnis itineribus vltra Alpes tendens exceſſit. Qui licet Mediolanum, Inſubrumque arces præſidijs munifſet, eis facile pulſis, Mediolanenſe imperium, reiectis omnino Gallis, Maximiliano Sfortiz, Ludouici Mori filio, Venetorum, & Pontificis auxilijs reſtituitur. Quod Iulij II. & Imperatoris Maximiliani auctoritate per Mattheum Cardinalem Gurcenſem, pro Cæſare in Italia Procuratorem, in Concilio Laterani confirmatum fuit. Ad hanc victoriæ famam Cardonio in Togatam Galliam, & Vrbinatē Duce Bononiam maturantibus, ad Pontificis fidem omnia Inſubrum oppida, Parma tamen ex ſœdere, atque Placentia, redierunt. Interim, ad victoriæ felicitatem augendam Ligures, Gallis Genua expulſis priſtinam libertatem vindicarunt.

GALLI
ab Helue-
tis ſupe-
rentur.

Bentiuoli hoſtium fuga, & Vrbinatis aduentu debilitati, ſuadeate Franciſco Elephantio, qui ſummus tunc erat Bononiæ magiſtratus, quam tueri urbem non poterant, prudenter, ac mature relinquunt, ne, ſi obſtinatus agerent, patriam ipſam, ſe, fortunaſque omnes perditum irent, Cardinalis Medices ea re cognita, Bononiam, magna omnium gratulatione ingreſſus, Rempublicam vt ad Legati munus pertinebat diligenter ordinauit.

BENTI-
uoli è Bo-
nonia fu-
gam am-
piont.
CARDI-
nalis Me-
dices Bo-
non. ingre-
ditur ſum-
ma omni-
lialitia.

Nec multo poſt ad Mantuam, pro componenda Italiae pace, indicto conuentu, cui Iulianus Medices à Legato fratre miſſus interſuit: omnium ſuffragijs Medicei in patriam reuocandi. Florentini verò, quod Gallis fauiſſent, hoſtes habendi (fruſtra Ioanne Victorio Soderini fratre reclamante) iudicantur. Legatus cum Hiſpanorum copijs, quibus Cardonius præerat (nam Vrbinas occultè Florentinis contra Pontificis ſtudium fauebat) agreſtibus Ramazotti cohortibus, Populorum copijs, quorum in Alpibus vigeat auctoritas, comeatu, & iumentis adiutus, Florentiam recuperaturus approperabat. Soderinus cognito hoſtium aduentu; Legatos ad Cardonium miſit ampla ſatis illi munera, militibusque ſtipendia pollicendo, ſi urbem, quæ Regum ſœderatorum nutui in poſterum obtemperatura foret, ab omni iniuria, & veteris ſtatus conturbatione, prohiberet.

Hoc interim ſpatio, Prati oppidum, ſcalis admotis, repulſiſque propugnatoribus, Hiſpani expugnant, direptumque miſerabiliſſimè quaque millium hominum carne funeſtant. Prati calamitas Florentiæ audita populum ingenti metu concuſſit, & omnium Optimatum odium Soderinus contraxit. Qui protinus coactò Senatu, iterum Cardonij fidem pecunia, animorum expugnatrice, alijsque muneribus labefactare fruſtra conatus, animum retinende vrbis deſpondens (Antonio, Fabricio, & Paulo Victorio audacter admonentibus, vt dictatura, & vrbe abiret,) poſt decimum Magiſtratus annum, Raſinum in Dalmatiam, dignitate exurus contendit. Eodem die Iulianus Medices, Legatusque frater poſt decimum octauum annum, ex quo vi Caroli Octauo Gallorum Regis, & inimicorum inuidia, fuerant patria expulſi, Florentiam ingreſſi, Domini, & Magnifici nomine, per Iulianum repudiato, tota ad gratulandum eſuſa ciuitate, incredibili populi læticia excepti fuerunt.

IULI-
anus Medi-
ces, ac ei-
frater Le-
gatus Flo-
rentiam
venientes
magna læ-
ticia exci-
piuntur.

His omnibus magna felicitate geſtis. Iulius Pontifex liberatè à Gallis Italiae nomen prætulit, Heluetioſque quod fortem, & fidelem in bello operam nauaſſent, multis muneribus affectos, & ſpecioſo deſenſorum Pontificiæ dignitatſ titulo decoratos hilares, domum remiſit. Hanc tamen Iulij ſingularem fortitudinem, & in aſſerenda Eccleſiaſticæ dititionis libertate operam fortiter præſtitam, quum omnes ſerè laudarent, & titulum liberatoris Italiae paſſim inſcriberent, libera Germani probi Senatoris vox irridebat; quandoquidem Neapolitanum Regnū, quæ magna erat Italiae, &

IULIUS
Italy libe-
rator ac-
clamatur.

opulenta

IVLIVS
Nauarræ
Regis vi-
cissimus.

IVLIVS
Nauarræ
Regis au-
thentat.
deus fe-
nit.

opulenta pars, Hispanum iugum iustineret. Ad quod Iulius, qual-
sato Scipione, quo inualidus senex nitebatur, pauimentum pertun-
dens respondit, *Faltherum se breuiter, ut Neapolitani excusso ex-
serorum iugo, legitimis Regibus inferuere.* Cogitabat enim
Alphonsum Federici Regis filium Tarenti captum, & in Hispania
custoditum, in regnum paternum, constituta cum Rege Ferdina-
do haud iniqua conditione, reuocare.

Nec solum Florentinos, sed ipsum etiam Nauarræ Regem Ioa-
nem Albreum, vulgo de *Albris* vocatum, studijs Gallorum con-
tumaciter fauentem Iulius Pontifex egregie vitus est. Nam Fer-
dinandus Hispaniæ Rex laturus Pontifici open, exercitumque; per
Nauarræ fines necessario transmiffurus, Albreum, vt copijs in-
Pontificis auxilium properantibus liberum transitum daret, vehem-
enter precabatur. Ille aliquandiu animo hærens, à Ludouico
Gallorum Rege tandem exoratus, neglecto anathemate, quod
contra omnes Pisanæ Synodi, & Galli Regis fautores, iam antea
promulgatum fuerat, Ferdinandi Regis Oratori Antonio de Acuna-
na, id fieri nequaquam posse, respondet. *Pontifex à Ferdinando
edoctus, enagnato sacri anathematis gladio, Albreum demou-
feris, ac schismaticis, Ecclesiæque rebellem pronuncians, ipsi
Ferdinando, aut cuius alij, pellenum regno, & priuandum ex-
ponit.* Hanc iustam ob causam, Ferdinandus suas copias in Na-
uarræ limites (quæ ad mille cataphractos, & leuis armaturæ equi-
tum, ac peditum sex millia erant) à Duce Albæ Federico Toletio,
hostiliter educi, regnumque quod olim ad Hispaniæ imperium
pertinebat, occupari iubet. Qui tanta celeritate, silentioque cop-
ias raptauit, vt hosti ad comparandum exercitum tempus ade-
merit, nulloque prohibente, in Pompeiopolis vrbs confectum,
quam visitata magis voce Pompilonem vocamus, festinus accessit.
Albreus inopinato hostium aduentu perterritus, relicta vrbe,
ad Ludouicum in Gallia Regem profugit, ciuibusque portas Al-
banio Duci pandentibus, die sancti Iacobi, anno 1512. Catholi-
cus exercitus mœnibus admittitur, protinus in dedicationem reliquijs
oppidis, & vrbus properantibus. Nec tamen Ferdinandus in-
terim monere, & obtestari Albreum cessabat, vt à Ludouici schif-
matici Regis amicitia recederet, sacroque Pontifici conciliari, &
pacari velleret; paratum se vltro regnum amissum restituere, qui pu-
blicam quietem, debitumque Christi Vicario obsequium, partem regni
accessionem anteponendum iudicaret. Albreus obtinata animi sen-
tentia, Ludouico adhærens, conscriptis iam ad Imperij recupera-
tionem militibus, non modo salutare Ferdinandi consilium ne-
glexit, sed contra omnium nationum mores, legatorumque iura,
(quæ apud omnes gentes sancta, & inuiolata semper esse solent)
Ferdinandi Legatum Acunnam Zamorensem Episcopum retinet,
qui coniectus in vincula, ingenti postea ab eodem oblata pecunia,
insultam Hispaniæ libertatem adsecutus fuit. Hic enim, non mul-
tos post annos, Reipublicæ specie popularibus factionibus stu-
dens, prouinciam illam miserè conturbauit, & afflixit. Pompilo-
ne igitur, ac reliquis ciuitatibus præsidio munitis, Albanus in-
Aquitaniam se Angliis iuncturus iter agere instituit; sed, ante eius
aduentum, Angli à Gallo Rege pecunia corrupti, naues conscen-
dentes in patriam rediere. Quamobrem Albanus Pompilonem
ab Albrei, & Paliciæ obfisione defensusur maturè reuertitur, vr-
bemque ingreditur. Quos bis oppugnantes, ac fortissimè repul-
sos, magna accepta clade in Galliam, sine spe regni abscedere,
coegit.

Gallus subinde Rex Ludouicus, quum Cisalpinæ Galliæ, vnde
fuerat pulsus, auiditate flagraret, Albreum veteri, hæreditarioque
iure amicum, recentique eius societate regno exutum deserere,
non veritus, occultas cum Ferdinando inducias pepigit. Sic enim
ille facilius Insulbrum imperium repetere, hic autem Nauarræ gen-
tem Albrei Regibus amicam, induciarum spatio conciliare, re-
gnumque sibi confirmare posse videbatur.

Hoc etiam tempore Venetis Vicetiam, & Veronam Cæsaris
Imperio attributas, Maximiliano Cæsari reddere renitentibus, cum
Iulio II. Imperator societatem iniuit. Illi verò Brixia iam ab His-
panis eiectioni, fœdus cum Galliæ Rege Pontificis hoste faciunt, qui
cum rebellibus Cardinalibus, contra Pontificem tumultuosus esse
rebat, & Abbatem Cluniacensem, conuulsa Iulij dignitate, re-
bus sacris præficere, conabatur.

Tandem post Ecclesiæ ditionis propagationem, & assertam
Pontificiæ amplitudinis libertatem, Iulius tot superatis difficulta-
tum fluctibus victor emergens, vt hoc etiam trophæum suis victo-
rijs adijceret, delenda rebellium Sacerdotum Pseudosynodo, La-
teranensis Concilij auctoritate, animum, & vires intendit. Fue-
rat enim, propter Rauennæ cladem, auspicio Concilij, in diem
sequentis Maij anni 1513. Inuentioni sanctæ Crucis solemnem
reiectionem, in quo Missa de Spiritu Sancto, per Iulium cantata, Pon-
tifex Pseudosynodi amentiam, & immane transfugarum dissidium
temerè, & ambiciosè concitauerat, diserte, & grauitè detestatus,
se, quod Concilium Lateranense tot prælijs vique præpeditus ea-
tenus produxisset, excusar. Hic de istius Ecclesiæ correctione,
& instauratione acta, promulgataque multa sunt; quæ postmodum
obseruata non fuerunt; quoniam Iulij mens eò præcipue tendebat,
vt Conciliabulo, eiusque auctoribus aduerfaretur, quod in perni-

ciem, & caput suum coactum fuerat. In secunda sessione quæ die
17. eiusdem mensis celebrata fuit. Iulij diploma, quo omnia Pi-
sis, Mediolani, aut Lugduni decreta rescindebantur, locus idoneus
agitando Concilio Laterani ædes, omnium Patrum suffragijs,
confirmatur.

Interim Pontifex tot laboribus fatigatus, aut, vt alij volunt, do-
lore animi, quod Venetos in amicitiam cum Maximiliano Cæsare
reducere frustra tentasset, lenta, tenacique febris, fluente sensim,
aluo correptus, septuagenario maior, 9. Kalend. Martij hora 11.
Romæ in Vaticano decubuit, domi, bellique clarissimus.

Nec enim probari ob id minus debet, quod tam infracta animi
virtute contra Ecclesiæ dignitatis inuales propugnauerit, quan-
do temporum ea conditio tantum virum religione, ac fortitudine
verè Maximum Pontificem postulabant. Neque sanè ob alias cau-
sas tot bella gessit, nisi vt à pluribus occupatum sacre sedis impe-
rium recuperaret. Ad quod præstandum insita à natura Iulij inui-
cto animo bellicæ virtutis semina cernebantur. Erat enim animo
magnus, acer, constans, liberalis, contumacibus implacabilis, in
prosperis continens, in calamitatibus se ipso semper excellior: ir-
ritari aduersis, non eneruari, virtus eius poterat.

Iulius II. paulo ante mortem, suadente Alberto Maximiliani Gæ-
saris in Italia procuratore, adstantes ad lectulum Cardinales obte-
crauit, vt vrbs Mutinam ab Imperatore coemendam curarent,
vt ab vrbe Roma decedentibus, per Flaminiam, atque Æmiliam
ad Padu iter esset expeditum, nec alienæ ditionis finibus intercursum,
quod non parum ad imperij Pontificij amplitudinem, & opulen-
tiam pertinebat.

Fuit Iulius natura maximè iracundus, & contumeliarum inso-
lens, sed eum animi motum prudenter, & opportunè moderaba-
tur. Nam cum Hieronymus Vicus Regis Ferdinandi Legatus,
cum Pompeio Columna Pontifici suspecto, ad cubiculi Pontificij
fores expectaret, vt Pompeius causam coram Pontifice diceret,
seque de crimine rebellionis excusaret, admittere eum Iulius ræcu-
savit, seuera fronte hoc vnum Iulius respondens, *Nolo ego ira-
cundus, cum superbo, & turbido, verbis decertare.*

Primus omnium Pontificum Iulius contra maiorum consuetudi-
nem, barbam prolixam aluit, vt maiorem intuentibus reuerentiam
incuteret; idque reliqui, post eum, Romani Pontifices probasse
vltu videntur. Fuit Iulius suorum haud multo studiosus; Franciscum
Mariam fratris sui filium, à propinquo suo Guidone Vbaldo Fel-
trio, sine macula prole decedente, adoptari, Vrbinatemque Du-
cem, & hæredem fieri, curauit. Cui etiam nomine debiti stipen-
dij, Ioanne Sfortia sine hærede mortuo, Pisaurum assignauit. Tem-
pus quod Ecclesiæ ditionis recuperationi, bellisque supererat, Iu-
lius Pontifex corrigendis hominum moribus, aut ædificijs extruen-
dis impendebat, vastam illam, ac portentosam augustissimi Tem-
pli in Vaticano molem, egregij Architecti Bramantis opera, vete-
ris Basilicæ parte disiecta, feliciter inchoauit: & Sauonæ (vbi Iu-
stinianus Ligur eum natum esse refert) Templum Virginis, atque
Episcopium ampliauit. Ecclesiam S. Agnetis refecit; æneum Mau-
solæum in Basilica sancti Petri Sixto I V. patruo suo elegantissi-
mum extruxit; atque alterum marmoreum sibi maxima ex parte à
Michaële Angelo Bonarota elaboratum in æde S. Petri ad Vincula
ædificauit, in quod tamen nondum cadauer est illatum, sed iuxta
aram maximam in Sixti I V. sacello sine tumulo sepultum quiescit.
Quo mortuo dies 17. Romana Sedes vacauit.

SIGNVM IVLII PAPA II.



ADDITIO ANDREAE VICTORELLI.

Iulius.] Celebratur Iulius Elogio à Folieta.
Gente Roborea.] De hac Panuinius diligenter in Sixto I V.
ex quo Cabrera.

* Patrem — Raphaelem — fratres — Bartholomæus, &c.]
Ex Panuinio in Iulio II.

* Anno 1443.] Anno 53. supra 1400. Panuinio loc. cit.
* Sixto IV. — ex Carpentoracensi Episcopo.] Ex eodem
loco citato.

* Conclauè Vatic. Cardinales 37. — ingressi.] Inferius di-
cit, 38. Cardinales Iulij electioni interfuisse: Panuinius in Vita
Iulij, & in Chronico, primo Comitiorum die, à 37. in Elogio à
38. Cardinalibus electum eum fatetur, Kalend. Nouemb. die
Mercurij, hora 16. anno 1503.

* 6. Kalend. Nouembr. — coronatus.] Die Dominica,
hora 22. Panuin. in Chron.

IVLII
obitus.

IVLII
singulares
virtutes.

Lodoni.

* Ludovicus Milanus.] Hic abfuisse, superius Iulij electioni interfuisse, dixit.

* Borgiam (Cesarem) --- dignitate exutum.] Ex Panu- nio in Iulio II. Vide Iouium in Elogio Ducis Valentini.

* Magno Duce Consaluo.] Ex Panuino loc. cit. V. etiam Iouium in Vita illius, & in Elogio Ducis Valentini.

* Lusitanos pugnando barbaras gentes.] De praelijs Lusitano- rum cum barbaris, Hieronymus Olorius, de Rebus gestis Ema- nuelis Regis Lusitan. lib. 2. de varijs eorundem victorijs Petrus Maffei in Historijs Indicis.

* Ferdinandus --- cum Isabella.] Horum Principum, in- comparabilem sapientiam, iustitiamque admirabilem, quibus ab ijs vtriusque Hispaniæ regna ad meliorem frugem redacta fuere, aliaque virtutes celebrat paucis Antonius Geraldinus, Oratione ad Innocentium VIII. habita.

* Belli laboris socius.] Hæc, viro ad bellum profecto, cum Virginibus, Deum, pro illius, & exercitus incolumitate, ac vi- ctoria exorabat, ius populis dicebat, stipendia parabat, comectus mittebat; vulneribus, aut morbo affecti cubilia, medelas, meden- di peritos, sani arma, cibaria, subsidia, munera ab ea accipiebant: & vt plures ad militiam alliceret, ardentiusque ad conflegendum cum hostibus, Regij sui oris maiestate, inflammaret, ipsa nonnun- quam pergebat in castra, & præstantissimis Ducis munere fun- gebatur.

Gangas, lenones, aleatores, periuros, aliosque Dei hostes ex castris, & ciuitatibus pellere, vtriusque cura fuit: ibi enim impios adesse, vbi Dei causa agebatur, dedecere, sapientissime arbitra- bantur.

* Regina Isabella.] De laudibus Elisabeth Reginæ præstan- tissimæ Ludouicus Brunus Episcopus Aquensis Regis Romano- rum apud Iulium II. Orator, funebrem habuit Orationem: prodijt illa in lucem, ann. 1448. die Aprilis 23. abiit ad Deum, ann. 1504. die 25. Nouemb. orans, & de diuinis loquens, viro Ferdinando Antistitumque, & Sacerdotum corona astanti, in oppido Methi- niæ Campaniæ, in Granatensi vrbe, quam, cum viro, Christianæ re- ligioni acquisiuerat, tumulo sibi delecto. Laudauit in ea Brunus prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam, religionem, pietatem, veritatem, obedientiam, humanitatem, affabilitatem, liberalitatem, honestatem, verecundiam, (obrietatem, castitatem, continentiam, mansuetudinem, modestiam, magnanimitatem, magnificentiam, fidem, spem, charitatem, misericordiam, beni- gnitatem, in pauperes præcipuè. Hæc, celeberrimi nominis Re- gina, Templâ, Cœnobîa, Xenodochia extruxit, ornauit, ditauit: septem Fortunatas, & Atlanticas insulas suauissimo Christianæ fi- dei iugo subiecit: in Atlanticis nouem, in Fortunatis duas, apud Indicas tres, in Granatensi regno quattuor Cathedrales Ecclesias erexit; Ebionis, & Cherinti, Circumcisionem cum Baptismo iun- genti, hæresim, in suis regnis renouat, extinxit, Iudeos expulit, & à Granatensi regno etiam Sarracenos, Ioannes II. Castellæ, & Legionis Regem, 13. regnis imperantem, Elisabeth ex Lusitanis Regibus ortam, parentes, B. Ferdinandum III. Hispanis expu- gnatorem, decimum, S. Ludouicum Francorum Regem, item, decimum, ex matris genere, auos habuit: cum viro Ferdinando, viginti regijs coronis insignita: corpus post non paucos dies, Gra- natam delatum incorruptionem nondum erat expertum. Ex Bru- no loc. cit.

* S. Francisci de Paula.] Constitutio, qua Iulius Minimo- rum ordinem confirmauit, extat tomo I. Bullarij Dudum ad sa- crum Ordinem Minimorum, &c. Dat. Romæ ann. 1506. 5. Kalend. Augusti.

* Ioannes Bentiuolus.] V. Panuinium in Iulij Vita, Iulius, alti animi Pontifex, Io. Bentiuolum, quem publica iura vsurpasse, intellexerat, exturbare cum decreuisset, mense Octobri, an. 1506. instructo exercitu, ad oppugnandum Bononiam, se contulit, Me- diolanoque Gallicas copias in bellicam societatem acciuit: Bentiuolus, cum ad se tuendum impar esset, cum vniuersa familia, Kalend. Nouemb. decessit. Iulius victoria, sine sanguine potitus, Cardinalium, & Procerum agmine comitante, effusisque obuiam cinibus, Bononiam, die S. Martini, ingressus est. Bononienses eam lætitiâ indicaturi, instituerunt; vt æuo perpetuo, magistra- tus in Templo D. Martini quotannis sacro intersit, & currentium equorum spectaculum, præmio proposito, exhibeatur. Pontifex Bononiensium Senatorum numerum ad quadragenos adauxit: & die primo quadragesimæ, anni 1507. in Palatino sacello sacros di- stribuit cineres, ad singulaq; Templâ Romanorum stationum the- sauros collocandos, curauit, & 7. Kalend. Martij Romam iter ar- tipuit. Ex Sigonio initio lib. 5. de Episc. Bonon.

* Consaluo.] Consaluum hunc Ferdinandum magnum Du- cem Iouius in eius Vita, tribus libris contenta, & in Elogio meritò celebrat; de cœna duorum Regum, cui, Saouæ cum ijs accum- bens Consaluum interfuit, Idem Iouius. Gallorum Rex Ludoui- cus detraçtum sibi è regio collo aureum torquem in eius cerui- cem iniect.

* Cesar factus cum --- & Iulio Cameraci percussit.] De hac re Panuinius in Iulio II. Iouius in Hist. sui temp.

* Aqua, & igni.] V. Panuinium loc. cit.

* Cesar Vicetiam --- Veronam.] De hac re Panuin.

* Toto, serè contentis imperio exacti.] Io. Baptista Egna- tius de hac Venetorum clade scribit. Ciuitatem mille, & amplius annos de toto terrarum orbe optima meritam, ac Pontificia digni- tatis assertorem Senatam, Imperium tam late patens, opes tam firmas, atque orbi ipsi penè pares, & copias domesticas locuple- tissimas, in tanta amplitudine gloriæ, in tanta virtutis opinione, intra quatuor, & viginti dies, repente concidisse; vt præter sta- gna, & paludes, de quibus trepidatum interdum sit, nihil ex tan- to imperio superfuert. Quis tum non credat, hoc à superis datum Pontificia in nos indignationi? quis de piorum cœu execratione, illa tam graui nos exemerat. Hæc ille lib. 1. cap. 2. Exempl. Il- lust. virore Venetæ vrbs, & aliarum gentium.

* Veneti Patanum.] V. Panuini loc. cit. Pet. Iust. lib. 11. Hist. Venetæ. De ea vrbe à Cesare oppugnata Guicciard. lib. 8. Hist. Ital. Iouius in Vita Alphonfi, Pet. Iustinian. loc. cit.

* Belli mole --- in Ferraria Ducem conuersa.] Iratus Iulius bellum ei Duci indixit; quia monitus, vt à Gallorum amicitia di- scederet, Pontificia monita spreuerat. Augustinus Chisius patri- tius Senensis, vir ditissimus, maximus Italiæ (Europæ etiam vt quidam aiunt) mercator ab ipso Turcarum Rege plurimi factus, & magnus mercator appellatus, Pontificias Salinas, & môtës Alu- minis conduxerat, Iuliumque monuerat, sibi, & Pontificio ara- rio ex Salinis Comaclensibus Ducis Ferrariæ damnum non vulga- re creandum, teste Ludouico à Portu. Panuinius, Ducem, victo- ria potitum, maximi prouentus Salinas apud Comaclum sibi ven- dicasse, dixit.

* Expiatis Venetis Oratoribus.] Panuinius narrat prius, ex- piatos à Iulio Venetos, atque vrbi eorum Principi sacra restituta: mox illum conatum, auertere à Gallis Ferrariæ Ducem. Cabrera narrationem, næuis non carere, dixit vir doctus.

* Sacris interdictionem.] Ex Panuino; cuius narratio concin- nior aptiori ordine incedit. V. Iouium in Vita Alphonfi Ferrariæ Ducis.

* Vrbe 1511. --- profectus Bononiam ingreditur (Iulius)] Hieronymus Rubeus in Hist. Rauenn. narrat, Iulium Pontificem, anno 1510. Romæ Bononiam, Ferrariæ Duci Alphonso bellum, illaturum, concessisse; Sigonius eodem anno, 10. Kalend. Octob. Bononiam rediisse, & inde 3. Idus Februar. 1511. Rauennam pe- tijisse, Bononiamque remeasse, memorant.

* Conuentus Imperat. Ludouici, (Galliarum Regis) & Car- dinalium nomine inducitur.] Narrat Rubeus, Bernardinum Car- uaium Cardinalem, nouem Cardinalibus in suam sententiam al- lectis, Concilium aduersus Iulium Pisem indixisse; Panuinius quin- que Cardinales Pisani illius conuentus auctores recenlet, Bernar- dinum Caruaium Hispanum conuentus Principem, Sabinen- sem cum alijs, qui à Cabrera referuntur. Iulius II. in literis, qui- bus indixit Lateranense Concilium, Cardinales quosdam Papiam profectos, in cælum os ponere aulos, sine supremi Antistitis au- ctoritate ecumenicam generalem Synodum conuocasse, Synodi locum, & tempus indixisse, instrumentique etiam falsis, Templum valuis, publicique alijs in locis affixis indictionem patefecisse, fatetur: at nullius nomen indicat. De Rom. Imperatore ele- cto, & de Ludouico Francorum Rege, quid sit affirmandum in hac re docet nos ipse Pontifex, his verbis. Ac vt huiusmodi eorum (Cardinalium delertorum, qui, vt locutæ, erant cephal) con- uocationem, & conuenticulum honestare viderentur, eisque aucto- ritatem adijcere, hoc idem, serè per omnia, per quosdam assertos procuratores charissimorum in Christo filiorum nostrorum Maxi- miliani Roman. Imperatoris electi, & Ludouici Francorum Regis Christianissimi Principum, sub isdem datis, modo, & forma, & similibus schedulis, præter tamen voluntatem, & mentem dicto- rum Principum (vt rationabiliter credi, debet) fieri, & publica- ri procurauerunt, & ordinauerunt.

* Pontifex eos --- dignitate --- priuatos.] Omnibus di- gnitatibus, & galero priuatos ordine Senatorio amouit, ait Pan- uin. lege Iulij verba contra eos magnum pondus habentia.

* Gallia Regem Ludouicum, omnis facinoris tanti, & sacri- legij fautores, hereticos, ac schismaticos, interdictione per totam Galliam rerum sacrarum usu promouit.] Hæc Cabrera verba excutienda: Pisani Conciliabuli auctores antea protulit, cum Cardinalibus infelicissime lapsis, Maximilianum Cesarem, & Ludouicum Gallorū Regem. Cardinalis Gurcensis, Maximilianum Casaris in Italia Locumtenens, Orator, & Procurator Roman. venit, inchoato iam Lateranensi Concilio: omniaque illius Con- ciliabuli acta, & agenda, irrita, nomine Casaris, declarauit, adie- citque Declaro etiam, Maiestatem Cesarem nunquam dedisse mandatum ad presatum Conciliabulum. Postquam Maximilianus Lateranensi adhæsit Synodo, Iulius, eadem approbante, dixit Omnia, & singula per damnationis alumnos Bernardinum Car- uaium, Guillelmum Brissonetam, Renarum de Pria, & Federicum de Sanfenerino olim Cardinalium eorumque fautores, adherentes, consplices, & sequaces, schismaticos, hereticos, in suam, & alio- rum perniciem debacchantes, vnitatem sanctæ Matris Ecclesiæ scindere

Ex Gerol. 1. c.

Ap. 1505. d. 22. Febr.

Sexcenta Iudæorum ducenta Sarraceno- rum milia abegit.

lib. 4.

loc. cit.

109. l. c.

V. Genebr. 1. 4. Chr.

Ad Anto- nium Sa- uorgnanū tom. 1. E. pif. Prin- cipium in Iulio II.

lib. 8.

Lib. 5. de Episc. Bo- nonicis

loc. cit.

loc. cit.

Self. 3.

scindere satagentes in Conciliabulo Pisano, Mediolani, Lugduni, vel alijs quocumque, quocumque, & qualicumque — acta, gesta, & facta — & in futurum, forsitan, gerenda, quamvis sint nulla, irrita, & inania, & a nobis — Concilio sacro approbante, damnata, & reprobata fuerint, potiori pro cautela, damnationi — huiusmodi inherendo, eodem sacro Concilio approbante, damnamus, reprobamus, & detestamur, illaque nulla, irrita, & inania — fuisse, & esse, decernimus, & declaramus.

Ex his Iulij verbis, quod ut affirmavit Cabrera, Gallorū Regem, & alios hæreticos à Pontifice declaratos fuisse, non colligo. Cardinales Caruaialis, & de S. Seuerino Schisma, teste Ciaconio; non hæresim, eiuarunt; nec Pontifex illos absolute donans, hæresi contaminatos fuisse, indicauit. Monitus Gallorum Rex à Leone, patris affectu, discessit à Conciliabulo Pisano, & adhaesit Lateranensi sacratissimo Concilio, anno 1513, die 6. Octobris teste Petro Bembo à secretis Leonis X. publicis tabulis, quæ extant in eodem Concilio, sess. 8. ex quibus appetissime apprehendes, Christianissimum Regem à quavis, minima etiam, hæreticæ labis suspitione alienum extitisse: cur eas non legit Cabrera?

* *Interdictio per totam Galliam rerum sacrarum usu.*] Franciæ Regnum, Lugdunum præcipuè (Britanniæ Ducatu excepto) Iulius Pontifex Ecclesiastico Interdictio subiiecit, anno 1512. Idibus Augusti; nundinaeque quæ Lugduni haberi consueuerant, in Gebennensi ciuitate haberi iussit. Hæc idem Pontifex, in diplomate tertie sessionis Synodi Lateranen. pluribus narrat.

* *Fœdus cum Rege Hispaniæ Ferdinando iustum, cui Veneti adhaesere.*] Ille, & hi cum Iulio verò Pontifice rectè sentientes ad Lateranense Concilium accesserunt. Ille aurea illa verba scriptis mandauit. *Profitemur enim nos filium S. R. E. matris nostre deitissimum, proque eius honore, atque statu animam ponere paratissimum.* Hi demandamus Francisco Foscaro, Equiti, Oratori nostro, ut sacrosancto Concilio Lateranen. nostro nomine interstet, — & ea omnia præstet, quæ à nobis quoquomodo adhiberi possent, aut incumbere, ad honorem, decus, dignitatem, utilitatem, & conseruationem, amplitudinemque, & exaltationem, persone eiusdem Sanctissimi. D. N. Iulij II. Summi Pontificis, nec non S. R. E. ac vniuersalis, venerandi Lateranen. Concilij, &c. De fœdere Iulij II. cum Ferdinando Rege, Panuinius in Iulio II.

* *Ludouicus — Iulij famam discerpere.*] Angelus Vallumbrosæ Anachoreta Ludouicum Gallorum Regem Iulio Pontifici inferens, data ad eum Epistola, reprehendit, pieque monuit: altera Epistola Bernardinum Caruaialium Pisanae synagogæ principem ad bonam frugem reuocare, conatus est.

* *Vi Pontificia dignitate priuatus.*] Leonardus à Portu, Epist. ad Antonium Sauorgnanum, ann. 1511. die 3. Augusti scripta, in qua de Bononia à Bentiuolis recuperata, & defensa; narrat, Iulium II. à Pisano Conciliabulo à Pontificia dignitate amorum, (irrito opere) Bernardinumque; Caruaialiū in Pseudopontificem delectum.

* *Cum Ferrariam.*] Vide Epist. Leonardī à Portu.

* *Cum multo labore Mirandulam.*] Oppidum illud, egregium ingentis animi femina Ioanni Iacobi Triuultij, ducis præstantissimi, Gallorum Regis Marecalli foror tunc incolebat, vide priorem Epist. Leonardī à Portu. In Mirandulæ obsidione, agitans Iulius, in castris tentorio, belli consilia cum Cardinalibus, à globo ferro exploso, à quo prætorium deiectum, occidi potuit; at diuina clementia, neque ipse, neque alius quispiam eorum, qui ibi aderant, læsus est; ex illa expugnatione Lauretum, vbi prius, Bononiam proficiscens, die ipso B. Virginis Natali in illius natali cella, sacrum fecerat, reuersus, Deo, Deiparæque gratias egit, vota reddidit, globum, monumentum posteris, quam graue periculum, Lauretanæ Virginis ope, euasisset: in miro Sacello suspendi, præcepit. De Mirandulæ obsidione etiam Guicciard. lib. 9. Hist. Ital.

* *Corregij moriens.*] De hoc viro, & de eius morte Guicc. l. c.

* *Bononiam tanquam victor (Iulius) se recepit.*] Ioannem Franciscum Picum Ludouici fratrem natu maiorem Mirandulæ reliquit. Vide priorem Epistolam Leonardī à Portu, Guicc. l. c.

* *Ambosio Triuultius sufficitur.*] Io. Iacobus Guicciard. l. 9. in quo prudentissimam concionem ab eo, Ambosio viuente, habitam refert; strenuum, rei militaris peritissimum, Italotum Ducum celeberrimum, & optimum nonnullus eum nominauit. Litterarum studijs addictus iam vir gymnasia, non sine adolescentum admiratione, frequentauit.

Magno illum Maurors, Pallasque affecit honore.
Iouius Ducem egregium Elogio; alij Epitaphijs celebrarunt: vnius illa claufula arridet.

Vicerat hic hostes animis; at nomine mortem Vicit; & immittus vixit, & interijt.

Sine suorum vulneribus, Bononiam Bentiuolis restituit. Vide Guicc. l. 9. Iouium in Vita Alphonfi Ducis Ferrariæ; Hier. Rub. lib. 8. Hist. Rauenn. Massonus lib. 4. Annal. Franc. in Ludouico.

* *1511. 15. Kalend. Augusti.*] Constitutionis initium est. *Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, &c.* quam Alexander S. Eufstachij Diac. Card. de Farnesio, sess. 1. Concil. Lateranensis in Lateranensi Basilica legit; anno 1512. die Lunæ 10. Maij.

* *Consilio Antonij de Monte Cardin.*] Guicc. lib. 10. Panu-

nius in Iulio II. & ipse Antonius Cardinalis, Epistola ad Leonem X. ipsi Concilio Lateranensi præfixa; cuius iussu, Acta omnia, & literas in vnum codicem rededit; quem Iacobus Mazochius cudit.

* *13. Kal. Maij 1512. constituitur.*] Ita Constitutione eadem *Sacrosanctæ Romanæ, &c.* col. 8. Dilatum fuit Concilium vsque ad Kal. Maij, & iterum vsque ad Festum Inuentionis S. Crucis 1512. extant literæ sess. eadem 1.

* *Pisani comentus statuta.*] Illius Conciliabuli indictionem, & publicationem damnauit Iulius Pontifex, indicata Constitutione *Sacrosanctæ Romanæ, &c.* omnia acta, & agenda, sess. 2. Constituit. *Sacro approbante Concilio, &c.* anno 1512. 16. Kalend. Iunii; & sess. 3. diuersa Constit. data in Lateran. Basilica, in publica sessione, anno eodem, 3. Non. Decemb. Pontificatus eius anno 10.

* *Ramo (Repoluimus,) Raymundus.*] Is familia nobilissima Cardonia Prorex Neapolitanus tunc erat. V. Guicciard. loc. cit.
* *Fabricium Columnam.*] Marcellus Palonius Romanus, duobus libris, metro (historici tamen munere perfunctus) cladem Rauennatem descripsit: & Ducem clarissimū, Fabricium Columnam à Guicc., à Iouio, & ab alijs laudatum, his versibus indicauit.

Primus in arma ruit radians præstantibus armis Fabricius, quem cana fides, quem viuida virtus Iuncta animis, armisque potens, & fama cornu scio Veritæ, & æterni pariter comitantur honores.

Sed pone arripotens certo fulgore Columna Fabricius medijs stabat sitibundus in armis. Ac veluti, &c.

Haud aliter dux ille furit, sic ore, manique Sanguineos densos seuit mesuendus in hostes: Per mediosque volat: qualem armis Gallia nuper Vidit; & attonita, præ sanguine, Liris arena.

* *Nauarrus — Piscarius.*] Vterque laudatur à Guicciardino, à Iouio, à Palonio Ferdinandi Dauali Piscarij Elogium, & Vitam, Iouius, Elogium etiam Roscius conscripsit. De Nauarro Palonius.

densaque Phalanges Conueniunt, strepsituque acunt in prælia vires, Arma ciet Nauarrus ouans; peditumque frementum Pectora dux, animosque regit; quem mille sequuntur Clari ductores.

De Piscario. Dauleus alipedum iuuenis moderamina corme Letus habet: datur armorum frons prima Columna Fabrici.

* *Bononia* —] De hac Bononiæ obsidione Guicciard. l. 10.

* *Nauarrus cuniculis.*] Guicciardus loc. cit. Sigonius lib. 5. de Episcopis Bononien.

* *Statuamq; eius* —] De statua Iulij II. Guicc. alijq; nonnulli.

* *Maria Aedes, quæ Baracani.*] De hac re loco miraculi habita Guicciard. loc. cit. Historici Bononienfes vno calamo. Carolus Sigonius, lib. 5. de Episcopis Bononien. in Achille Craffo, id Kalend. Ianuarijs, anno 1512. accidisse, testatur.

* *Brixiam Veneti.*] Ex Guicciard. loc. cit. de eadem re Pet. Iustinian. in Hist. Veneta.

* *Foisseus — sorore Ludouici natus.*] Dicitur etiam Foixius, Foyus, Gasto. De illo Guicciard. loc. cit. Iouius in Leone X. Rubeus in Hist. Rauenn. Massonus lib. 4. An. Francorum, Leonardus à Portu, Epistola ad Antonium Sauornianum. Palonius de illo cecinit.

Foyus ante alios rutilans præfectus in armis Stat volucris sublimis equo (quod Brixia passa est) Excidium rursus crudele misnatus, & alto Bella ciet, Diuino accensus corda furore, Nescius, atque agitans mortali in pectore Numen. Quod si te Superis, suuensis fortissime, mactæ Certa salus, patriæque pater, modo viuere visum, Supremum Italia excidium, funestaque flamma Solus eras: per te Romana potentia flecti Extremo, æterna poterantque rubescere carta.

* *Iuuenis imberbis micantibus oculis.*] Iouius Cabreram docuit; dixit enim Imberbis, præclara facie decorus, micantibus oculis, à generosa, militarique ferocia terribilis.

* *Per lusculeta loca.*] Lusculeta scripsimus.

* *Gasto — vrbe, Brixia, positur.*] Ex Guicciardino lib. 10.

* *Nullis Templis, sacratisque corporibus pepercerunt.*] Guicciardus, cui potius credendum, Ducem Foisseium præcepisse, tradit, ne sacrarum Virginum pudorem iniuria milites afficerent; eosque paruisse.

* *Legatus erecta — Cruce.*] V. Iouium lib. 2. vitæ Leonis X. Guicciardus non videtur laudare Cardinales Sedunensem, & Medicem argenteas Cruces inter arma, & celestos deferentes: at id improbandum non est: si ratio habeatur venerationis, quæ Crucis vexillo debetur.

* *M. Antonio Columna.*] Guicciard. de hac re, & de funesta pugna, & clade Rauennate vbertim, & diserte, Iouius quoque lib. 10. Hist. Rubeus, & Palonius loc. cit. Bembus paucis lib. 12.

In Tanactio VII. ad Federicum de S. Seuenio.

Ann. 1512. Non. Dec. emb.

In mandato, quod erat in usum Concilij Lateran. sub Iulio II. sess. 10. in mandato, quod ibidem sessione habetur.

part. 1. li. 10. p. 100.

loc. cit.

Turk. l. 2. c. 11. Hist. Laurer.

lib. 4.

Eos vidi apud Milisium Sarazanū.

Lib. 1.

Et lib. 2.

Lib. 1.

Lib. 8. part. 1. lit. Principi. Lib. 1. Clad. Rauennat.

Vide militatē Foisseij cōcionem ad exercitum, antepugnā apud Rauennam, in Guicc. lib. 10.

Lib. 2. vitæ Leonis X.

Lib. 14. Hist.

L. 10. l. c.

Hist. Vener. memoratque M. Antonium Columniam torti, pra-

stantique animo Rauennam defendisse.
* Die Paschatis.] Ex Panuino in Iulio II.
* Ferraria Dux --- ex obliquo.] Guicciardinus, Iouius, Rubeus, Palonius l. c. & Panuin. in Iulio, Iouius etiã in Alphonso.

Alphofus Dux Ferrariae. L. Cladis Rauenn.

De Fabric. Columna capto Guicciard. Iou. Rubeus l. c.

Lib. Elogiorum militariũ.

In Elogio Foisfeii l. c.

Lib. 2.

loc. cit. sub Iulio Secundo.

seff. 1. in Bulla propagationis Concil.

Palon. l. 1.

Idem l. a.

Iouius l. 1. Vita eiusdem Ferd.

Apud eiusdem.

Iouius in Vita F. Dauali l. c.

Attamen ante alios bello metuendus, & armis Alphonfus &c. Vno Italiam, atque aciem ferro sibi poscit Iberam, Deuenitque vbi fetigero modo seuior apro Fabricius mucrone viros miscebat ad orbem.

Aggrediturque ducem egregium: atque vbi fortia videt Pectora, & arma viri, diltis affatur amicis. Quid tantum Romane furis? frustra que fatigas Indomitas animi vires: num Baetica ferro Agmina caesa vides? vix nullus restat, & ipse Prælia solus agis: tua sat mihi cognita virtus, Te nunc cede mihi, bellatoresque reponne In me animos: cernet captiuum Gallia nunquam, Polliceor, nec te religabit purpureus Rex. Talibus instanti decisa tot agmina ferro Conspiciens, imoque gemens à pectore tantum, Dedit, ait, & tepidum vagina condidit enses.

* Cessit Nauarrus.] Guicciard. Iouius lib. 10. Hist. Rubeus, Palonius loc. cit. Petri Nauarii Elogia scripsere Iouius, Roscius, biennium in Gallia detentus fuit Nauarrus.

* Occiditur Foisfeius.] Guicciardinus, Rubeus, Palonius loc. cit. Massonus lib. 4. Ann. Franc. Panuinius in Iulio, Iouius lib. Hist. cit. & in eius Elogio, Roscius in altero Elogio, quasi florem sub annis aggere, anno ætatis vix 23. succisum narrat, victoriãq; morte positum, dum victoriam ipsam vincere nititur. Regium iuuenem laudauit, qui dixit.

Sic obitu iuuenis Decios imitatis: & armis, Sic geminos belli fulmina Scipiadas.

* Lotrechius 20. --- vulneribus --- sternitur.] Non obiit in eo prælio Lotrechius; Ferrariae conualuit; nonnullisque post annis, Vrbe belli flammis correpta, Pontifici loco tuto vix relicto, incitatis equis, vt illi libertatem restitueret, in Italiam venit: quare seruator Vrbs, & ciuium, bellica virtute Heros Pontificiæ dignitatis Assertor, & Vindex vocatur à Roscio, illius cineres pretio redemptos, decretaque ex S. C. anniuersarias exequias in Laterano, idem fatetur.

* 20. millia caesa.] Panuinius in Iulio: Iouius in Vita Leonis X. 20. millia vtrinque strage ferè æquata, omnemque fermè militum, Ducumque florem occubuisse, ait: Guicciardinus decem millia; quorum pars vna ex Gallico, duæ ex Pontificio, & Hispanico exercitu. Scriptor Actorum Concilij Lateranen. (initio illius) narrat, perempta multa hominum millia; Iulius Pontifex magnam hominum stragem editam fatetur. Ægidius Viterbien. ante decus Purpuræ, terram minus imbris, quam sanguinis tunc bibisse, dixit. Mixti erant exercitus, cominus gladijs, insigni ardore, dimicabant.

Accipiunt lætè campam, numerosaque in unum Tela, virique ruunt, & aperium vna undisque bellum. crebrescunt puluis, & imbres

Telorum: arma armis contraria, pes pede iunctus, Os ore, atque ira ira, sic pectore pectus, Nec quicquam terris, mixtus nisi sanguis, & arma Apparent: tonat hinc Mors, ac Mars inde; nec vltro Cernere erat, firmo intuitu, & discrimine belli; Quis Gallus, quis Iberus erat: sed, milite mixto, Eximiam querunt avidi per vulnera mortem.

* Maiorque occisorum numerum Gallorum.] Vtrinque ferè æquata clade, aiunt Iouius, & Panuinius loc. cit. at Guicciard. in tres partes occisos diuidens, duas partes Ecclesiastico, & Hispano exercitui, vnam Gallico tribuit.

* Ex Regis Aula 40. & militum Tribuni quinto.] Hæc Panuinius loc. cit. sed quinque non quinto, ait.

In prælio Rauennati præter Ioannem Medicem Legatũ captus etiam vulneribus saucius fortissimus iuuenis Ferdinandus Daualus, cognomento Piscarius, sed deinde pretio redemptus: cui, post obitum in Epitaphij calce, insignis laus tributa.

Num Mars, num Daualus tumulo iacet? hic situs, hic est Hæu Daualus; quin Mars cum Daualo ipse iacet.

Foisfeij cadaver triumphali quasi pompa, dum Mediolanum deferebatur, passim excipiebatur à populis; triumphalesq; victoris exequias Legatus, Piscarius, Nauarrus captiuus, alijque viri nobiles inter capta Pontificis, & Hispani Regis Vexilla, feretri læsticam præcedentes, decorabant.

* Iulius Medices.] Rubeus lib. 8. Hist. Rauenn. * Pompeius Columna.] V. Iouium in eius Vita. * Scipio Lancelottus.] De graui morbo Iulij II. in Diarijs m. ss. anno 1511. die 25. Augusti.

* Galli --- fœdatis edibus.] De Templis fœdatis nihil Guicciard. V. Iou. in Leone X. vbi de Templo S. Vitalis; & Rub. l. c. * Cuius --- filios --- rubeo galero.] Herculeum Rangonium tantum purpura à Leone X. honestatum legi.

* Pontificis diplomate.] De hac re Guicciard. lib. 10. * Ad Casurum Vicum.] De fuga Ioannis Medicei Legati idem Guicciard. loc. cit.

* Maximiliano Sfortia Venetorum, & Pontificis.] Hæc ex Panuino, in Iulio II. vide etiam Elogium Iulij ab eodem conscriptum, & Guicciard. loc. cit. Cardinalis Sedunenſis Legatus Apostolicus contra Cardinales Schismaticos, & Gallos à Iulio II. anno 1512. die 7. Ianuar. creatus; cuius militarem industriam agnosces, ex eius Elogio apud Iouium, & ex Guicciard. loc. cit.

* Per --- Card. Gurcensem --- in Concilio Laterani.] Ita Panuinius in Iulio II. Cardinalis Gurcensis, pro Cæsare, seff. 3. Concilio Lateranen. adhæsit, seff. 5. quæ fuit prima sub Leone X. Marinus Caracciolus Protonotarius Apostolicus, inter Principum Oratores; Maximiliani Ducis Mediolanensii Orator nuncupatur.

* Bentiuolis debilitati.] De hac re Guicciard. lib. 10. in fine: Panuinius paucis multa complexus dixit, Bononia, pulsus Bentiuolis, Rauennaque recepta, Parma, & Placentia ex fœderis legibus Pontifici tradite, Gemma, quæ Gallis parebat, à Fregosus occupata, Veneti Cramam, & Brixiam receperunt.

* Legatus cum Hispanis copijs.] De Mediceis Florentiæ restitutus, & de Soderino Vexillifero vrbe exacto breuiter Panuinius; vbertim Guicciard. lib. 11. Petri Soderini Elogium extat apud Iouium; insignem illius concionem ad Florentinos, magistratus, qua affectus est, priuationem, cautum à Florentina ciuitate Anconam discessum scriptis mandauit Guicciard.

* Prati oppidum.] Prati ærumnas, & damna ab Hispanorum exercitu, defensionemque à Ioanni Mediceo Cardinali feminarum honestarum pudicitiam idem Guicciardinus commemorauit.

* Iulius --- liberata à Gallis Italia.] Surtius in Historia, Genebr. lib. 4. Chron. vnde Ianus Vitalis.

Piramidem hanc vastam ponit tibi libera, Iulij, Italia, o Patria terque, quaterque Pater.

* Nauarra Rege.] Vide Guicciardinum lib. 11. Hist. Italiz. * Illi --- Veneti fœdus cum Gallia Rege.] Panu. in Iulio II. * Abbatem Cluniacensem.] Ex Panuino loc. cit.

* Auspicatio Concilij --- 1513.] Anno 1513. die 26. Febr. Iulius excessit: post mortem Synodum inchoare non potuit. Anno 1512. Synodi Lateranensis initium fuit. Indixit eam Iulius anno 1511. inchoandum anno 1512. die Lunæ, Aprilis 19. deinde in Kalendas Maias, & mox in diem Inuentioni S. Crucis sacrum, eiuſdem anni, reiecit.

Custos præcipuus Synodi illius Constantinus Dux Macedoniæ, & Achaiz Princeps, loci custodes Conseruatores Vrbs, Romanique ministri, Iulij Pontificis Hierosolymitani milites. Ex scheda Pontificia lecta in Synodo ab Alexandro tituli S. Eustachij Diacono Cardinali de Farnesio.

* Missa de Spiritu sancto per Iulium cantata.] Typographi, vel Cabrerae somnium, seu lapsum ex his Concilij verbis deprehende. Constitutus --- in --- Basilica Lateranensi, celebrata prius in maiori altari Missa per Reuerendiss. --- Dominum Raphaelem Episcopum Ostiensem, Cardinalem S. Georgij --- S. R. E. Camerarium, & Collegij sacri Cardinalium Decanum, ac facto sermone Latino --- per Magist. Ægidium de Viterbio, &c. Absoluto sermone, Pontifex ad locum Concilij se contulit, adfuerunt Cardinales 15. & 40. & ed amplius hominum millia; prandit eo die Iulius apud S. Petrum ad Vincula.

* In secunda sessione die 18.] Initio sessionis 2. Lateranensis Concilij sub Iulio (Romanæ editionis) leges Die Luna septima --- Maij: at in prima sessione Cardinalis Farnesius ex scheda legit, secundam sessionem, die 17. Maij celebrandam.

* Interim Pontifex.] Iulium etiam metu schismaticis confectum decubuisse, censuit Panuinius.

* Non. Kalend. Martij.] Ex Panuino in Iulio, & in eius Elogio, in Chronico, die Lunæ 9. Kalend. Martij inter 10. & 11. præcedentis noctis horam anno 1513. obiisse eum dixit. In fine seff. 5. Concil. Lateran. hæc. Anno à Natiuit. Domini 1513. indult. 1. die --- Luna 26. Februarij, Iulius Papa II. --- Rome apud S. Petrum in palatio Apostolico ex hac luce migravit. Sed non deest mendi suspicio; nam in compendio rerum eiusdem Concilij legimus, Iulium obiisse, die 21. Februarij: vt etiam in Guicciardino, & Paris Crassus, in Diarijs, hora 10. inter 20. & 21. Februarij dixit, id accidisse, ait. Ægotans, constantia, seueritate, iudicio, vigoreque animi, quibus ante morbum claruerat, non amisit, sacramentorum præsidium pie suscepit. Ita Guicciard. Euchartistia 20. Februarij die morti proximus animum contra hostes munuit: cognitaque abeundi hora, precum opem poposcit; quia, aiebat, peccator sum; sua sit, vt bonus in Pontificem deligeretur; dixitque vt Iulianus, Cardinalibus schismaticis parco, vt Iulius iustitiæ rationem habendam esse, iudico, eoque à comitijs Pontificis electionis arcendos. Die 3. Februarij, Paridi Crasso accessit dixerat, le ex vita hac demigraturum, corpus in cinerem abi-

turum,

loc. cit. lib. 2.

Ann. 1517.

Ex Diarijs m. ss.

In Iulio II

Ibidem.

Iou. l. c. lib. 11.

C

Seff. 1. Inforuabilis Romanus Pontifex.

fac. 1. In dit. Rom.

fac. 11.

Ex Diarijs m. ss.

fac. 14.

fac. 28.

Lib. 11. Erat Panuini excomunicatum Sacelli Pontificij Magister.

Parte Crassi in m. ss.

turum, iusseratque ne splendido; quia, vt asserbat, magnis se erratis obstrinxerat; sed decoro, quia Pontifex, funere cohonestaretur: ipse enim nonnullos Pontifices à suis desertos viderat: albas autem vestes, quibus exanime corpus indueretur, imperavit. Observat Guicciard. Iulium aegrotantem vehementibus multorum precibus exoratum, vt Felicis consanguineæ fratrem in Senatum referret, dixisse, *Amplissima illum dignitate indignum esse.*

* *Neque ob alias causas tot bella gessit.*] Deserto reprehendunt bellorum studium in Iulio: vide Greterum pro illo digladiantem cap. 66. Exam Myst. Pleff. Narrat Egidius Viterbiensis (Leo X. cum donavit Purpura) Iulium ad arma contra Turcas venire ardentissime cupiuisse, seque ab illo Perusiam, quam liberauerat, vocatum, frequenti auditorum corona verba facere iussim dixisse; Pontificem, qui aderat, audiebatque nullius odio ea face, re, sed vt, rebus suis pacatis, ad Constantinopolim, Hierosolymamque recuperandam pergere, posset; eademque Bononiæ, & Romæ non semel populo explicari, & audire voluit.

* *Iulus natura iracundus.*] Idem affirmat Card. Egid. sed eo addimento. *Qui tamen iratus nemini obesse, miseretur: dubium, plures ne ipse iratus iuerit, an blandus Alexander emergerit.* Spiritus acris, vehementisque animi simplicis, magni, & liberalis Pontificem eum idem nuncupavit.

* *Barbam prolixam.*] Hæc hausit ex Massono. Quinque diuerfa numismata, quæ Romæ in Milesiano Museo extant, Iulij II. vultum imberbem (nempe rafa à tonsore barba) referunt: præcipuum Basilicam Vaticanam, & Iulij imaginem exhibet. Vbi imago, legitur IULIUS LICVR PAPA SECVNDVS MDVI vbi Basilica, ex Bramantis delineatione in superiori parte, TEMPLI PETRI INSTAVRATIO, in inferiori VATICANVS M. Quo tempore is barbam nutrire cœperit, nutriuit enim, vt alia imagines ostendunt; nescio.

* *Iulus suorum haud studiosus.*] Ex Panuino in Iulio, de eadem re Card. Egidius loc. cit.

* *Aedificijs extruendis.*] Card. Egid. Viterb. Basilicam Vaticanam diuinam Templi molem appellavit: Vrbs vias. Bramantis consilio, rectas, lataque à Iulio effectas; duoque insignia ædificia, quæ absoluta cum veterum Romanorum ædificijs de splendore contendissent, inchoata affirmat; primum dicas ingentis palatii non longè ab Æde D. Blasij ad ripam Tyberis, iacta fundamenta; vt ibi Romani omnes Magistratus ius dicerent; alterum via in Vaticano triplici operta testudine, qua à magnis ædibus Pontificis ad locum, cui pulchra Specula nomen est, contenditur. Lauretanum Templum, quod Paulus II. inchoauerat, eiusdem nobilis Architecti consilio vsus, Basilica in arcis modum extructa, inuiniuit: Cardinalis Basilicam SS. Apostolorum, (vt alia ædificia præteream) magno sumptu restituerat. Pauli II. & Sixti IV. beneficia in Lauretanum Templum confirmavit, idemque in suam tutelam recepit, & Pontificum Sacellum nuncupavit: illius ministros Pontificum familiares esse, voluit: muneribus multis, ijque insignibus, sacram illam Ædem honestavit. Inter quæ non infimo loco pones argenteam Crucem auro ornata, & prisco operè cælata, 40. librarum pondus, in cuius turbinata base titulo illo, cælestis Virginis ope partæ victoriæ indice, suam in illam pietatè testari, studuit.

IULIUS II. PONT. MAX.
DEIP. VIRGINI LAVRETANÆ DICAVIT
ANNO M. D. X.
IN HOC SIGNO VINCES.

Virgini quoque Hallensi in Hannonia Belg. Prouinc. argenteam factavit lampadem; cui inscriptum.

ANNO IX. IULIUS II. PONT. MAX.
Anno 1508. Decembri ineunte, Iulius primum lapidem, & numismata ad Ciuitatis veteris arcem extruendam iecit, teste Paris de Craslo in Diarijs m. ss. Duo ego apud Milesium Sarazanum numismata Centumcellanum portum, & Iulij vultum exprimentia vidi; discrepant parum tituli: vnus enim est. PORTVS CENTVM CELLÆ, alterius CENTVM CELLÆ.

Eodem anno, Senensium Oratores Iulio de Senensis ciuitatis iure, quo aui etiam ipsius fruebantur, gratulaturi Romam venere; Respub. castrum, cui eius familia imperauerat, à Sigismundo Chisio emptum illi donauit; quod deinde, anno 1530. Nicolaus de Ruere, nepos Sigismundi Chisij, filijs, accepto pretio, dedit.

Laudatur Iulius à Guicciardino lib. 11. à Hieronymo Donato Venerorù, & à Didaco Pacæo Lusitanie Regis Oratoribus, orationibus, quibus obedientiam exhibuere, à Panuino in eius Vita, & ab alijs plurimis. Genebrardo bellica gloria, quam Pontificia clarior visus est: idem ferè Guicciardinus lenit: veri amantissimus fuit, iustitiæ tenacissimus, quam ferocitas quadam, & quasi morositas conferuabat; libertatis Ecclesiasticæ studiosissimus: eo regente, tanto metu afficiebantur improbi, vt nemini inferrent iniuriam, constans, firmus, altus, erectus illius animus, magnis semper assuetus, pacem iustissime coluit, militiam constantissime exercuit, inuidiosissimus Pontifex, quamuis bis viribus superatus, numquam animo victus apparuit: pro eloquentia illi animus, pro eruditione vsus rerum; vt potè qui ad faciendum, quam ad di-

A *endum melior esset, aiebat Card. Egid. Dauidicum illud, Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, flectens Iulius dicebat, Si mei me, meaq; non tradidero, tunc immaculatus eo. Principi minas contempfit, vires contudit, Ecclesiæ libertati, amplitudini, auctoritati, incremento consuluit: quæ bello recuperabat, & quæ domi opulentissima asseruabat, non nisi Ecclesiæ futura prædicabat. Pontificis Romani esse censebat, contumaces compescere, supplicibus ignoscere, parcere subiectis, & debellare superbos. Quidam de Venetorum nomine delendo cogitarant; at id Iulio displicuit; qui eos obsequentes, non euersos, non deletos volebat, Italia libertati, inquit Egid. Card. cui aspirabatur, non paruo adiumento futuros; quos magnum Italianum ornamentum, tum munimen arbitrabatur: repugnante magno Principe Sacra eis restituit, & ex hoste amicus, ex expugnatore defensor effectus est. Signis in hostes illatis, pugna, victoria, triumpho Iulium II. planè egit. Emanuelis Lusitanie Regis Orator, Didacus Pacæcus; vbi dixerat, Accipe Emanuelum tuum, Lusitaniam tuam, — Aethiopiæ — India vastitatem, Orientalem obedientiam — tibi referuatum — accipe orbem ipsum terrarum; quid orbem? immo terras alias, aliud mare, alios orbis, alia sidera, locutione fatidica, verus illos de eo dici, posse, affirmavit.*

IULIUS hic, hic est, Diuum genus, aurea condet
Secula, qui rursus Latio regnata per arua
Saturno quondam, super Garamantas, & Indos
Proferet imperium.

Anno 1504. die 29. Iunij, duos asturcones, à Gallico Oratore vnum, ab Hispanico alterum, Iulius accepit: neutrius partis iura violata esse, permittit: idem factum anno insequenti. Bruchardus in Diarijs m. ss.

C Philippum Decium magnum illius temporis Iureconsultum, Pseudodynodi Pisanæ, scriptis verbisq; defensorem, qui Cardinales transfugas sequebatur, & docebat, Iulius dignitate priuauit, Angelus Anachoreta Vallisumbr. Apologetico præstrinxit, confutauit.

Cassinese cœnobium ordinis S. Benedicti Congregationi S. Iustine Iulius adiunxit, ann. 1503. simoniacam Pontificis electionem damnauit, 1505. instituit Collegium Archiui Romanæ Curie, 1507. pœnas contra pugnantem singulari certamine cõstituit, 1509. Pij II. legem cõtra appellantes futurum Concilium firmavit, eodem anno, Congregationem S. Bernardi ordinis Cisterciensis in Italia restaurauit, 1511. Canonicos Regulares Congregationis S. Saluatoris, ordinis S. Augustini, beneficijs, & priuilegijs ornauit, 1512. 4. Non. Aprilis plures alias edidit Constitutiones: quarum nonnullas Laertius Cherubinus tradidit prælo.

D Cum Iulius S. Petri ad Vincula Cardinalis esset, Innoc. VIII. annuente, Ædem eiusdem S. Petri in Vrbe, & S. Agnetis extra Vrberem, indicatæ sancti Saluatoris Congregationi, quam protectione iuuerat, (vt idem fateretur) impertijt. Innocentio VIII. anno 1489. eo Cardinale assentiente, diplomate M. S. ordinem sancti Ambrosij ad Nemus, & alium quemlibet in eodem S. Petri ad Vincula Templo, eiusque domo extinxit, monasteriumq; Canonico Regularium erexit, ipsumq; sic erectum, cum eodem Templo, illiusque ædificijs, annexoque S. Agnetis extra Vrberem monasterio, eidem Congregationi adiunxit; fratribus autem sancti Ambrosij ad Nemus præcepit, vt ad S. Clementis, vel S. Pancratij, ad aliasue eiusdem ordines Ædes se conferrent.

Ioachimus Marchio Brandeburgensis, Elector, Iulio approbante, Academiam Francofordiensem instituit, Geneb. lib. 4. Cron. Middendorp. lib. 3. Acad. Iacobus Gault. in Tab. Chronog.

E Iulius, vt inter Anglos, Hispanosque pacis bonum vigeret, Anglo petente, indulgit; vt Catharina Ferdinadi Regis; & Elisabethæ Hispaniarum Reginae filia, vxor olim Arthuri sine filijs extincti, coniugij vinculo Henrico Arthuri, fratri, (qui Rex deinde Henricus VIII. est dictus) iungeretur. Vide Sanderum lib. 7. de Vlib. Ecclesiæ Monarchia.

Sanguis ex sanctissima Eucharistia, offensa, anno 1510. manuit. Miraculum recensent Surius in Historia, Geneb. Gault. l. c.

Anno 1507. S. Francisci de Paula animus è corporis ergastulo euolauit in cælum: inter nos degens, Iulianum S. Petri ad Vincula Cardinalem Petri Sedem adepturum, prædixerat.

F Iulio II. Pontifice, Syluester Prierius, Thomas de Vio Caietanus, Augustinus Steuchus Eugub. Egidius Viterbien. Io. Franciscus Picus Mirandulanus, Petrus Galatinus, Hieronymus Alexander, Dominicus Iacobatius; alijque à Genebrardo recensiti, viri docti floruerunt. Viuebat etiam Baptista Mantuanus Carmelita, cuius ea sunt ad Iulium II. carmina.

Maxime Quercentum Princeps, & Summe Sacerdos,
Qui iura, & leges Diuumq; hominumq; gubernas;
Ense potens gemino; cuius vestigia aderant
Cæsar, & aurato vestiti murice Reges:
Non Itala solum gentes, sed tota per orbem
Sparsa tibi æternas grates Ecclesia soluit,
Nam postquam in Petri solium te Roma leuauit,
In decus antiquum, maiestatemque vetustam
Publica res Christi tandem reuocata, Tyrannis,
Respirare potest, & ducere gaudia, victis.

Heu Craslo

In Hist. 10

Tridellio

cap. 11.

Lipino in

In Paci

de Craslo.

In Paci

de Craslo.

Idè Card. Egid. l. c.

loc. cit.

Oratione, qua ei obedientiam præstitit, ann. 1505.

Guicciard. lib. 10.

V. 1. parte Bullar.

Ex parte 1. Bullar.

Constitut. intercat.

Diploma. n. 3. vidi.

1056.

Novatores Iulium communem quasi scopum, in quem calumniarum spicula conijcerent, sibi proposuerunt: in horum acie Pleffæum collocabis; contra quem, Coqueus, & Gretterus dimicant: non defuerunt putidi poetastræ, à quibus scurrarum more, indigna epigrammata, mendacijs scatentia procusa, quorum pars à Pleffæo myfterio iniquitatis inserta. Quis credat, quod ipsi garriunt, Iulium, virtum gratissimum, & laudabili severitate venerandum, ensem militarem, clauibus in Tyberim coniectis, accinxisse; ac *Quando claves Petri nihil prosunt, age gladium Pauli distringamus*, dixisse?

Memini superius de quinq; numismatibus Iulium II. imberbem, tonsuram referentibus, & quæ in aversa facie trium leguntur, retuli: ne quid tibi in hac re desiderandum super sit, hic, quæ in alijs extant adjicio. In vno hominem armatum S. Paulum referentem, qui à Numine è cæli regione ex teroci equo deijcitur, aspicias, & sub equi, & deiecti alterius militis pedibus verba **CONTRA STIMULVM NE CALCITRES**. In altero Iustitia, & Pax iungunt dexteræ, additque est titulus. **OSCVLATA SVNT**. Pax oleæ ramum, Iustitia libram, & cornucopiæ tenet.

Vidisti Iulium victum, & victorem; Gallos victores, & victos: perpende consilium mentis Cardinalis Ægidij Viterbien. his verbis explicatum. *Galli victores fuga trans alpes sibi, & saluti consuluere, iactantes, adversus pietatem non pugnandum; si quis illam viceret, vel in ipsa victoria pœnas dare: ita victoria suffragium temperavit Deus; ut uterque victus sit, uterque vicerit; ne plane, vel superbiat victor, vel victus interiret; ut uterque disceret, hic sacris, non armis fidere; ille sacra armis non oppugnare; alter bellis, alter Templis parceret, uterque ab iniuria absteret.*

Iulius rebus alijs præclare gestis sibi gloriæ segetem comparavit: multa ne innuere quidem licuit. Bramantem nobilem Architectum secum in Bononiensium itinere habere voluit: antequam Bononia discederet, anno 1507. die 20. Febr. arcem Bononiæ erecturum primam lapidem, & numismata iecit: promulgavitque decretum de 40. Consiliariorum Ditionis Bononiens. creatione, Cardinale Hadriano Notarij munere fungente. Crassus loc. cit.

Anno 1508. Dominici Aduetus tempore, in Arcis Centucellensis fundamenta lapis coniectus, & numismata, in lapide hic titulus.

**IULIUS II. PONT. MAX.
ARCEM CENTVMCELLENSEM PORTVS
ET VRBIS ROMÆ COMMODITATI
CONDIDIT ANNO MDVIII**

De numismatibus, aureis etiam, in eundem locum iactis, idem Paris l.c. & ex eo alijs: æreum ego paulò ante mentis oculis subieci.

**NOVA ADDITIO AVGVSTINI OLDIOINI
SOCIETATIS IESV.**

Post Pij III. obitum, cum Vrbs turbata esset Valentini Ducis, & Vrfinorum dissidijs, electionem successoris extra Conclauē decretam esse Guicciardinus scribit; quippe Iulianus Ruereus amicis, auctoritate, & opibus potens, tot suffragia sibi obstrinxerat, ut ijs, qui contra sentirent, se opponere non audentibus, iam certus, & decretus Pontifex Conclauē ingressus, antequam illud clauderetur, eadem nocte, quæ fuit vltima Octobris ad Pontificatum assumptus fuerit. Qui vel primi sui Iuliani nominis respectu, vel, ut fama fuit, quo suarum cogitationum magnitudinem indicaret; vel ne etiam nominis præstantia Alexandro decessori cederet, **IULIUS** appellari voluit; non quidem intuitu Iulij retro Pontificis Romani, & miti ingenio viri, ac pacifici, sed Iulij Cæsaris ob virtutem bellicam præstantissimi Ducis, quem & imitari egregius bellator quæsit. Quacunque verò de causa Iulius fuit inter Romanos Pontifices Secundus, assumpto sibi signo, seu symbolo. **DOMINVS MIHI ADIVTOR, NON TIMEBO QUID FACIAT MIHI HOMO**. Ad huius electionem maxime contulerunt ipsius animi dotes, quod scilicet potens admodum esset, ac magnificus, liberalis, & libertatis Ecclesiasticæ, ac Pontificiæ dignitatis defensor eximius, & veri amantissimus. Nam, quod Scriptores aliqui, profusus scilicet largitionibus, & amplis promissionibus ad Pontificatum adipiscendum vsum esse volunt, inter calumnias computandum.

Cum tamen esset animi inquieti, & naturæ difficilis, odiaque, & similitates cum multis magnis viris exercuisset, magna fuit omnium mortalium admiratio, ut tanto consensu Pontificatum adeptus esset, ac præsertim inter tot Cardinales Hispanos; cum ipse eatenus totus Gallus habitus fuisset; atque etiam Alexander omnino monuisset, ne vnquam eum ad Pontificatum vocarent: cauendum enim ab eo esse, ut olim Sylla à disincto puero Iulio Cæsare, cui malo, seu periculo occurrere aliquo modo quærentes Cardinales, qui conuenerant, siue iam constitutam haberent eius promotionem, seu præuiderent, ad cohibendum eius animi impetum, seu aliàs ad tranquillum Ecclesiæ, atque Italiae statum conseruandum, certas leges ante omnia conscripserunt, & iureiurando roborarunt; easdemque Iulius factus Pontifex pari iureiurando confirmavit; & de sua ad Pontificatum assumptione has Sigismundo Poloniae Regi literas scripsit.

A. *SALVATOR Noster Dominus Iesus Christus, ut ab æterna morte liberaret humanum genus, mortalitatem nostræ carnis assumpsit, sacrosanctamque vniuersalem Ecclesiam sua passione fundatam in terris, vsque ad consummationem sæculi perpetuari voluit, & gregis sui oves pascendas per variam successionem Pastorum, quæ eas verbo, & opere ad æternam gloriam inuitarent, disposuit. Sanè cum sel. recordat. Pius III. Prædecessor Noster 15. Kalend. Nouembris, sicut Domino placuit, ex hac mortali vita ad immortalitatem migrasset, post funeris ipsius, ac solemniū exequiarum, ut moris est, celebrationem, Venerabiles fratres Nostri S. R. E. Cardinales, de quorum numero tunc eramus, Roma in palatio Apostolico apud Basilicam B. Petri Apostolorum Principis, in quo idem Prædecessor dum viveret, habitabat, & cursum presentis vite fineret, in Conclauē pro electione futuri Pontificis celebranda modo, & tempore congruis in virtute Altissimæ conuenirent, ubi varijs consilijs, & maturis deliberationibus præhabitis, facta celebratione Missæ in honorem Spiritus sancti post diligentem tractatum, prout tante rei, quæ nulla maior in terris agitur, grauitas exigebat; tandem eius, qui inuocatus fuit, gratia cordibus eorum infusa, licet in alios maioribus meritis insignes conuenire potuissent, cerò tamen Dei iudicio, cuius consilia inscrutabilia sunt, Nos tunc Episcopum Ostiensem S. R. E. Cardinalem in Sponsum, Pastoremque Ecclesiæ suæ sanctæ die prima Nouembris anno 1503. unanimi voluntate, & concordia elegerunt. Quoniam verò sicut Domino placuit factum est, quamuis Nos habere humeros imbecilles ad perferendum tantum onus, quantum est vniuersalis Ecclesiæ sarcina, sentiremus, ne tamen reluctari voluntati Dei videremur, colla subiecimus in eo Apostolicæ seruitutis sperantes in eo, qui infirma eligit Mundi, ut confundat fortia; cum Romanus Pontifex licet per ministerium hominum eligatur, ex cælesti tamen inspiratione procedat, quod fragilitati Nostræ obur suæ gratia inspirabit, & vires contra hostes fidei suggeret, ut perfidii Turci non solum à suis ausibus retrahentem, sed ope diuini auxilij, & presidio Nostro, ac Catholicorum Regum, & Principum penitus conculcentur. Hanc autem assumptionem Nostram ad tuam consolationem tibi significandam du-ximus, quem ut Nostrum, & Ecclesiæ filium singulari caritate complectimur, hortantes Mæstatem tuam in Domino, ut porrigi facias preces solemnes ad Dominum Deum Nostrum, ut Nobis suæ gratia assistat, & Nostra humilitati gratiam tribuat, ut Ecclesiæ suæ sanctæ ad gloriam, & honorem eius, ac exaltationem fidei, extirpationem heresum, pacem, & quietem populi Christiani feliciter in Domino gubernare valeamus. Dat. Roma apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1503. 6. Kalend. Decembris, Pontificatus Nostri anno primo.*

B. *Similes eidem Regi literas dederunt Cardinales Episcopi, Prefbyteri, & Diaconi, ac eorum nomine ordinum Capita: in eundem modum Iulius scripsit ad Erasimum Episcopum Ploccensem. Benignissime deinde recepit Erasimum Vitellium Regis Poloniae Oratorem, qui ad Iulium orationem habuit. Senatus Genueus Romam ad Pontificem Iulium duodecim Oratores misit, qui illi Reipublicæ nomine Pontificiam potestatem congratularentur, & communem lætitiā declararent. Horum autem nomina fuere Stephanus Vualdus, Ioannes Ambrosius Fliscus, Petrus Spinula, Ambrosius Lomellinus, Dominicus Adurnus, Cosmus Terbus, Hieronymus Saluus, Petrus Saulus, Augustinus Ferrarius, Augustinus Grimaldus, Hieronymus Auria, & Gabriel Fornarius. Lucensis verò Republica Nicolaum Tigrinum Oratorem misit, qui ad Pontificem orationem habuit in Consistorio.*

D. *Interim Ægypti Sultanus, ut Indici maris imperium Lusitanis eriperet, atque Orientis commercio prohiberet, Vitum quendam Religiosum Franciscanum, nomine Maurum, natione Hispanum ad Romanum Pontificem misit cum minis atrocibus de suo exequendo proposito contra Christianos, nisi Pontifex pro auctoritate, qua pollebat erga Principes Christianos, Lusitanos à Principum Indicorum vexatione auocaret. Datæ sunt ea de re ad illum, literæ, quarum exemplar se vidisse Barrosius ait, cum speciosissimis titulis tam sibi, quam Pontifici attributis, quos idem recitat: suos quidem ita exprimit. *Magnus Rex Dominus Dominantium; nobilis, excelsus, sapiens, iustus, & victor; Rex Regum; gladius Mundi, Princeps fidei Mahometicæ, & illorum, qui ei adherent vniuersatori iustitia toto Orbe; successor Regnorum; Rex Arabiæ, Gemæ, Persiæ, & Turciæ; umbra Dei in terris; cunctorum bonorum operator, siue sint ab eo præcepta, siue non; alter in hoc Mundo Alexander, a quo multa bona procedunt; Rex eorum, qui sedent in Tribunali, & ferunt Coronam; dator regionum, terrarum, ciuitatum; persecutor rebellium, & hereticorum infidelium; conseruator duorum locorum peregrinorum summus Sacerdos Templorum sacrorum, quæ sunt sub suo Imperio, & continent fidem Mahometis; sparfor iustitiæ, & bonitatis; splendor fidei, pater victoriæ; Canazanus, Algaurus, cuius Imperium Deus perpetuet, sedemque supra planetam Geminorum exaltet. Præmissis his superbißimis, atque inanissimis titulis, ad Pontificem sermonem dirigens, Tibi, inquit, Pape Romano excellentissimo, & spirituali qui times Deum, & bene operaris, magno in antiqua fide Christi-**

E. *Cardinales eidem Regi dant literas. Orator Poloniae ad Iulium. Genueus Pet. Bizar. in Histor. Genueis. Orator Lucensis. Ludou. Jacob. à S. Carol. in Bibli. Pont.*

F. *Ægypti Sultanus Oratorem ad Iulium misit. Hér. Spé. dan. in Anal. Eccl.*

Tituli Sultani Egypti.

Tituli Romano Pontifici dant.

In Hist. 20 sæcul.

Vafarius in vita Bramantis.

Ex Dianijs P. Crassi.

Panninius in Vita Henricus Spondan. in Anal. Ecclesiast. Iulianus de Ruere Conclauē iam definitæ ingressus. Rodolph. Traciath* de gestis Iulij II. Iulius dicitur.

Iulij virtutes Signa.

Calumniæ in Iulium.

Iulius animi inquieti.

Leges iactas ad Italiam pacem iureiurando confirmat.

Literas ad Regē Poloniae scribit.

Felix Cætelor. in Eleacho.

Cardinales eidem Regi dant literas. Orator Poloniae ad Iulium. Genueus Pet. Bizar. in Histor. Genueis.

Orator Lucensis. Ludou. Jacob. à S. Carol. in Bibli. Pont.

Ægypti Sultanus Oratorem ad Iulium misit. Hér. Spé. dan. in Anal. Eccl.

Tituli Sultani Egypti.

Tituli Romano Pontifici dant.

Suliani O...
Suliani co...
Emanuelis...
Suliani d...
Almeida...
Legatos...
Continu...
Continu...
Salutio...
Salutem...
Iuliano...

Sanorum fidelium Iesu Regi Regum Nazaraeorum conservatori, & Domino marium, & finium maris morum, Patri Patriarcharum, & Episcoporum. Lectori Evangeliorum, & sapienti in sua fide, atque in rebus licitis, & illicitis, benigno Regibus, & Principibus Regni Romani possessori, cuius gloriam Deus augeat, &c.

His literis munitus Maurus Romam veniens anno 1504. ac mandata, minaque Pontifici explicans, adeo illum commovit, ut miserit eum in Hispaniam cum iisdem literis ad Reges Ferdinandum, & Emanuele auctores indignationis Sultani, ut quid responderent, quidve agendum esset, considerarent. Non ante proximum annum Maurus in Hispaniam pervenit, cum mense Iulij Emanuele Regem adiens, post mandata exposita responsum accepit, has nihil aliud quam vanas esse Sultani comminationes, quae cum non aliud fundamentum haberent, quam diminutionem vestigalium suorum, haud timendum esse ob grandia emolumenta, quae ex Christianorum peregrinatione ad loca sancta colligere solet, ut induci posset ad ea diruenda. Et sic tutus redditus Maurus, & elemosynis in Terram Sanctam deferendis locupletatus redijt ad Pontificem cum literis vtriusque Regis: sed quid Ferdinandus rescripserit, cum non inuenerimus, asserere non audemus. Emanuel Pontifici significavit, dolere se, quod non maiorem Sultano dedisset expositulationis occasionem; sperare tamen, directurum ita Deum arma sua, ut etiam ad Mecham, & sepulchri Mahometis euerisionem pertingerent; atque ut ad tam pium opus Christianos omnes Principes dimissis priuatis suis disensionibus, animos, viresque iungere Pontifex hortaretur, rogauit. Reuersus Maurus ad Sultanum, quae vidisset, & audisset, retulit, nec tamen propter repulsam Sultanum quae minatus fuerat, executus est; sed tantum classem in Indiam per mare Rubrum aduersus Lusitanos immisit; quam Laurentius Almeida Indiarum Prorex ingenti clade, & grandi caede Mammalucorum superauit.

Iulius tamen ad Turcarum audaciam comprimendam Legatos ad Christianos Principes destinauit; & praecipue ad Sigismundum Poloniae Regem, Iacobum cognomento Pisonem legauit, qui praeter faustam in Moldauiam expeditionem, ac in clytæ Victoriae gratulationem, Regem illum inuictissimum contra immanissimos Turcas Vladislao Hungariae, & Boemiae Rege sibi in commilitium assumpto est exhortatus, astruens Iulium Pontificem Romanum, & alios Christianos Reges, ac Principes ad tam piam, ac necessariam expeditionem terra, & mari esse accinctos, ac flagitabat, ut ipse sacrae militiae, ac omnium copiarum ducatum assumeret. Nulli hoc conuenire magis quam sibi, qui cum barbaris gentibus tot belligerens, morem eorum pugnandi probe norat: ob id faciliorem deis, quam vilis alius principum victoriam assequi posse; immensam ad hoc auri vim Pontifex pollicebatur.

Vt verò foeditati, cuius Apostolica Sedes vehemeter apud nonnullos infamabatur, occurreret, Constitutionem edidit, qua itauit ut si qua simonia in electione Summi Pontificis committatur, vel ab electo, vel ab eligentibus, electio eo ipso nulla existat; & contra ipsum vti haereticum agi possit, & auxilium brachij secularis implorari: tamque ipse, quam qui eum simoniace elegerint, aut eligi quomodocumque procurauerint, priuati sint Cardinalatu, alijque omnibus dignitatibus, & beneficijs Ecclesiasticis, feudis, bonis, honoribus, &c. ijque Cardinales, qui simonia non consenserint, electione alterius Pontificis agere possint, & Concilium etiam Generale indicere, & conuocare. Aliam quoque Constitutionem eodem tempore promulgauit contra non sumentes literas Apostolicas de Ecclesijs, ac beneficijs, quae accipiebant; & contra non soluentes annatas, qua, alias ab Antecessoribus suis super his editas confirmauit. Scriptores Archiuij ex Gomefio instituit, multique priuilegijs decorauit, numerum praefiniuit, munus, & officium praescripsit: Vicecancellariū, Camerariū, & Cameræ Apostolicæ Auditorem destinauit huius Collegij defensores: Annonæ Urbis Praesidentem dedit.

Salutium, vel Salutem, seu Salucias Urbem sitam non procul à Pado ad radices Alpium Cottiarum Taurinensi Diocesi subtraham, Margarita Foxia pijsissima matrona Ludouici II. Salutiarum Marchionis vidua supplicante, non tantum Episcopali dignitate decorauit, sed etiam nulli Metropolitanano subiacere voluit. Huiusmodi erectionis Diploma Romæ scriptum 4. Kalend. Nouembris anno 1471. Augustinus ab Ecclesia in sua Historia Chronologica Pedemontanae Regionis; & Ferdinandus Vghellius in Italia sacra rescribere; quam Ecclesiam primò commisit Ioanni Antonio Roboreo filio Bartholomæi.

Maxima erga B. Virginem pietate affectus monialium Coetum instituit sub titulo Conceptionis beatissimæ Virginis Immaculate, eisdemque Regulam scripsit, & Officium Conceptionis dedit. Regione verò erga Lauretanam Virginem, praeter ea, quae superius enarrata sunt, in Lauretanam aedem multa contulit ornamenta, ac beneficia: annonam, & alia venalia Lauretum deferentes, omni portorio, ac vectigali immunes esse voluit. Interdixit etiam, ne quisquam dona, seu pecunias B. Mariae Lauretanæ oblatas auerteret, cum excommunicationis latae sententiae minis. Neque his contentus Basilicam ipsam à se constructam, seu perfectam, varijs ornamentis ditauit: binos aræ ornatus, frontalia vocamus, ex holo-

ferico villosa coeruleo, insignes auro, margaritis, & opere phrygio addidit. Altarium ornatui ornatum Ministrorum adiecit, Mitram scilicet egregio opere, aliaque Pontificalia ornamenta, quibus videlicet, vel Pontifex, vel Episcopi sacris operantes vterentur; super hæc conchiliata peristromata exornandis Templi parietibus dedit. Ad eius verò cultum Cantorum chorum instituit, & organa magnifico opere, auroque conspicua erexit; campanas duas eximia magnitudine, ac specie suas donauit, turrisque campanariae fundamenta iecit.

Suam quoque erga S. Mariae Maioris Ecclesiam de Vrbe egregiam pietatem patefecit, dum eidem insignem apparatus auro intertextum pro sacris faciendis largitus est. Saouæ, vbi Iustinianus, alijque multi eum natum esse volunt, Templum Virginis ampliauit. Vaticanum Templum mutata forma, superbo structurae genere primus instaurare est aggressus Bramante Architecto, Sabbatho in Albis 1506. primus lapidem suis manibus ipsemet posuit; in cuius prima facie hæc legebantur.

ÆDEM PRINCIPIS APOSTOLORVM IN VATICANO VETVSTATE ET SITV SQUALENTEM A FVNDAMENTIS RESTITVIT
IVLIVS II. LIGVR PONTIF. MAX. ANNO MDVI.

In altera verò.

IVLIVS II. LIGVR P. M.
ANNO SVI PONTIFICATVS TERTIO MDVI.

In tertia tandem.

INSTAVRATIO BASILICÆ APOSTOLORVM PETRI ET PAVLI PER IVLIVM II. PONT. MAX. VATICANVM.

Ambulacrum quoque in Vaticano extruxit: ibi enim ad parietem legenti patet hæc memoria.

IVLIVS II. PONT. MAX. LIGVRVM SEXTVS PATRIA SAVONENSIS SIXTI IV. NEPOS VIAM HANC STRVXIT PONTIF. COMMODITATI.

Fontem apud S. Pellegrinum in Vaticano restaurauit, ut indicant hæc carmina.

*Vnde mihi tam forma decens, dulcesque liquores,
Hosce hospes, IVLI Numinis aura dedit:
Hilares Superum superent te iudice vorem,
His homines, illo Solis aluntur equi.*

Viam ab Alexandro VI. à mole Hadriani ad S. Petrum apertam Iulius lateribus itrauit; vti habemus ex antiquo m. s. Vaticano. *Die 28. Augusti 1505. Card. S. Georgij fecit verbum cum Pontifice de via Alexandrina, ut sterna posset, & fuit conclusum, quod Sanctissimi D. N. & Collegium DD. Cardinalium soluerent 600. ducatos, & Officiales 800. & Hospitale sancti Spiritus cum Ecclesia S. Petri 100.*

Huiusmodi Pontificis iussu Æneum tormentum illud septeno ore munitum, fufum, & in Hadriani mole ad hostium terrorem expositum est.

Hæc autem dum agerentur, parum absuit quin Pontifex ex hac vita migraret: nam 17. die Augusti anni 1511. in morbum incidens, quarta ægritudinis die adeo ingenti animi defectu oppressus est, ut per aliquot horas ab ipsis ministris pro mortuo fuerit habitus. Vnde mortis fama vbique sparsa, multi Cardinales absentes, ijque ipsi, qui Conciliabulum conuocarant, Romam iter instituerunt, & Romæ nonnulli nobiles seditioni populū ad recuperandam libertatem incitarunt. Quando Pontifex à tam periculoso casu nonnihil respirans, Cardinalibus ad se vocatis, nepotem Urbianum Principem à Cardinalis Papiensis caede non ex iuris formalibus, vti constitutum fuerat, quod temporis breuitas non patiebatur, sed tanquam facti poenitentem absoluit; ac successoris electionem rite, & secundum leges fieri mandauit, confirmata Constitutione, quam ea de re initio Pontificatus promulgauerat. Quamprimum autem mortis periculo liberatus fuit, ad consuetos labores redijt; tenui tamen valetudine deinde vsus est.

At cum paulò post Iulij Pontificis imbecillam valetudinem continua cura grauerent, senem septuagenarium letifero oppressum morbo diu non posse superuivere vulgatum iam erat tenaci febricula, ac fluente sensim aluo. Metus suberat, ne eo defuncto factiosi Cardinales Pontificatum sui muneris facere aggredierentur; quasi Synodi auctoritate ad ipsos electionis ius recidisset; certe Comitij Pontificis Romæ interesse vellent. Inter hæc decessit, ut dictum est supra ad auroram decimo, seu nono, vel octauo Kalend. Martij, seu ex literis Leonis ad Interamnenes, die vndecima Februarij anno 1513. corpus amplo funere non ad S. Petri ad Vincula, sed ad Vaticanam Basilicam illatum sepulchro, in Canonicorum Choro iuxta Sixtum I V. patrum: inde progressu temporis sub pavementum eiusdem Basilicæ translatum, scribunt scriptores omnes, qui Templum illud suis scriptis illustrarunt. At licet in Basilica Vaticana iaceat, sepulchrum tamen habet nobilissimum in Ecclesia S. Petri ad Vincula, cuius delineationem hic exponimus.

Hor. Turcellin. in Hist. Lauretan. Dona eidem Templo facta.

Pietas Iulij in Basilicam Librianam. Paul. de Angel. in descript. eiusdem Templi. Virginius Templum Saouæ ampliat. Vaticanam Basilicam construit. Francisc. Maria. Turrig. de Cryptis Vaticanis.

Ambulacra in Vaticano extruit.

Fontis Instauratio.

Via à mole Hadriani ad S. Petrum lateribus sternit.

Æneum tormentum fufum.

Iulius ægrotat.

Romæ tumultus excitati.


Redit ad sanitatem.

Imbecilla valetudo.

Iulij obit.

Cabrera. Per. Bizaro in Histor. Genuens. Iulij sepulchrum. Roma sub terram.

MARMOREVM IVLII II. MONVMENTVM
A M. ANGELO BONAROTA SCVLTORVM PRÆSTANTISSIMO
IN TEMPLO D. PETRI AD VINCVLA ERECTVM.



Thoresa del Po Sculp.

Fuit Iulius vir, magno animi robore præditus, quare si veluti Princeps profanus tantum, & non Ecclesiasticus, populis præfuisset, inter illorum primos merito numeraretur; at quia inter sanctissimos hoc est inter Christi Vicarios, Petriq; Successores locum obtinere illi obuenit, huiusce nauuli, pergrandes labe interpretantur. Gessit in pectore Iulius cor ferocem, & iracundum; at si ingenio miti ornatus, mitius egisset, tot Vrbes, Oppidaq; quot Tyrannorum auaritia iniuste ademerat, Ecclesie non recuperasset. Mors de Iulio maledicè, contumelioseque Petrus Soave in sua Historia scripsit; non est tamen attendendus ille, cui Principes fere omnes, ac præsertim Romanos Pontifices detrectare cordi semper fuit. Obijt Iulius, piè, sanctè, ingenuèque, etiam Francisco Guicciardini teste, alioquin perseuero Romanorum Pontificum censor.

Huiusce Pontificis Vitam breui Elogio comprehendit Vbertus Folietta dum scripsit. *Ego verò de clarissimum Italia lumen Iulii Maximè, quem eadem, qua Sixtum patrum Roboreia gens tulit, quo nomine appellem, incertum habeo: tot illud meritum, ac multiplicis virtutis tituli insigne faciunt. An Italica libertatis acerrimum vindicem vocem? an Pontificia dignitatis constantissimum propugnatores? an Sacerdotalis dignitatis perpetuum assertorem? an ditionis Romana Ecclesie omnis fere amissa recuperatorem? an Pontificij imperij propagatorem duabus opulentissimis, & nobilissimis Cispadana Gallia urbibus Parma, & Placentia illi adiectis? quid verò magis miremur, verum ne gestans magnitudinem, an diuinam, & multiplicem in illis generis virtutem, tot consilij, fortitudinis, audacie, constantie animi terroribus infracti, nulliq; periculis unquam deterriti edissemplis? nec minor contentie, animique ab omni sordis laus, quam heroica hac virtus, ac verum gestarum gloria tuum commendat equi bonorum publicorum tam diligens, & religiosus custos, & conseruator fueris, nullis unquam largitus in tuos saltis. Iam verò innumera cum omni generis primis arcium substructiones regio sumptu excitata, quoniam Pontificiam ubique firmasti, & ornasti, quam tan honorariam nomini tuo conciliant? In quibus Vaticanum Templi fundamentis excitatum, quod contemplantium animos re perfundat, declarat, te Romanam animorum magnitudinem, qua duabus rebus hoc est virtute bello inuicta, atque immensum substructionum portentosa specie in primis conspecta est; quoque parte tanto saeculorum intervallo unum nobis retulisset. Beatam verò Italiam, ac beatum Pontificium solum, in quod erendum, & ornandum omnes curas perpetuè intendisti. Nisi quidam virtute tua humane conditionis necessitas nimis citò cesset; profecto ad summum aliquid rerum fastigium illud exisset; quam rem te moliri incredibilis animi tui magnitudinem, & denique patris charitas haud dubium facebat. Vno igitur nomine laudes tuas complectar; teque Italia, ac Romana Ecclesie vixemem iure nominabo; omnique nobis, ac posteris nostris, tantum à te beneficijs acceptis atas erit in moribus, ac laudibus tuis adicandis, memoriaque tua veluti Numini cuiusdam colenda.*

De Iulio II. Romano Pontifice hæc cecinit Petrus Magnus ad laudatum Foliettam.

*IVLIVS haud vlli Ligurum virtute Secundus
Seu pacem, seu bella gerens, acerrimus hostis
Desidia, probrique Vrbes ditione tuetur,
Amittas, recepit, captas instaurat, & auget;
Imittus, solers, obseruantissimus aqvi.*

De eodem M. Ant. Casanova, Mantuanus, hoc scripsit epigramma

*Vix bellum inditum est, cum vincis: nec citius vis
Vincere, quam parcas: hæc tria agis pariter.
Vna dedit bellum; bellum lux sustulit vna,
Nec tibi, quam bellum, longior ira fuit.
Hoc nomen diuinum aliquid fert secum, & vtrum sis
Mittior, an ne idem fortior, ambiguum est.*

Petrus tamen Bizarrus in sua Senatus, Populiq; Genuensis Historia Iulium ambitionis arguit his verbis. Fuit Iulius, ut breuius verbis hominis naturam, & visa cursum perstringam, incredibilis quadam ambitione flagrans, cuius animus multarum quidem urbium; ut verum fateamur, capax, nunquam vlla potentia, vel gloria potuit exarsari, & qui potius ad belli, quam pacis artes tendas, & obuidas natus esse videretur. Nam si tantum opera in Regibus ad bellum in Turcam decernendum, quantum ad Imperia, & Respublicas conturbandas, & inquietandas contulisset, non dubium esse potest, quin Respublica Christiana eius presibus subnixæ, meliore loco, & conditione diutius suo tempore staret, ac florisset.

Laures in Vrbe Iulij memorie visuntur; in platea scilicet Iudeorum.

**IVLII II P. M. AVSPICIIS
IACOBVS ALBERINVS, ET HIERONYMVS PICVS
ÆDILES ANGVSTIA VIÆ AD FORVM IVDÆOR.
OFFENSIS COACTIS REGREDI DOMIBVS AMPLIANDI
CVRAVER. IDEM PROBAVERVNT ANNO CHRISTI
MCCCCVILL**

In via qua ad molè Hadriani ducit, e regione antiquæ Officinæ monetariæ in cuiusdâ priuatæ domus alia est Iulij memoria, nempe.

**IVLIVS II. PONT. OPT. MAX. QVOD FINIBVS
DITIONIS S. R. E. PROLATIS, ITALIAQVE
LIBERATA VRBEM ROMAM OCCVPATÆ
SIMILIOREM, QVAM DIVISE PATEFACTIS
DIMENSISQVE VIIS PRO MAIESTATE
IMPERII ORNAVIT.**

**DOMINICVS MAXIMVS)
HIERONYMVS PICVS) ÆDILES F. C. M D XII.**

In Vaticano, in atrij, vt dicitur *Belvedere*, corona grandi lateris maximis.

**IVLIVS II. PONT. MAX. LIGVRVM SEXTVS
PATRIA SAONENSIS SIXTI IIII. NEPOS
VIAM HANC STRVXIT PONT. COMMODITATI.**

Ibidem in ambulacro minoribus literis est eadem repetita. In arce Capitolina sub Iulij insignibus in conclauis legitur.

**IVLIO II. PONT. MAX. SEDENTE
IOAN. BAPTISTA TAVRVS ART. MED. DOCTOR,
GABRIEL COSSVS, IOAN. ANGELVS DE LEONIBVS
CONSERVATORES SENATORIS OFFICIVM QVINQVE
ET VIGINTI DIEBVS EGREGIE EXERCENTES
EORVM INSIGNIA HIC POSVERVNT. M D VIII.**

Item ibidem.

**IVLIO II. PONT. MAX.
M. D. FRANCISCVS TVTI, EVANGELISTA BVCCAPADV-
LIVS, FRANCISCVS CALVIVS CAMERÆ VRBIS CON-
SERVATORES, DVM A SENATORE RATIO EXQVIRITVR,
PRO ILLO IVS REDDIDERVNT.**

In Umbria quoque in Æde D. Feliciano sacra Fulginea in Vrbe vnam reperit Laurentius Schraderus, nempe

**IVLIO II. OPT. MAX. PONT.
QVOD LVCA CIBO EPISCOPO FVLGINEI EXORANTE
ANNO SVBSIDIO CLERVM PERPETVO LIBERAVIT
CANONICI LIBERALISSIMO PRINCIPI POS. M D XII**

Scripsit Iulius literas Apostolicas plures, & Constitutiones Ecclesiasticas, quæ leguntur tomo septimo Conciliorum Biniij, & in collectione Constitutionum Romæ edita, atque apud Lucam Vuaddingnm in Annalibus Minorum, & Ferdinandum Vghellium in Italia sacra.

Literas familiares dedit Philippo Decio clarissimo Iuriconsulto, & ab eodem responsa recepit, vt videre quis poterit, illasque legere in Vita eiusdem Decij.

Godofredus Bullardus Gallus Orationem, quam Bononiæ ad ipsum Iulium habuit, Ioannes Antonius Flaminius Elegias varias, quæ leguntur in delicijs Poetarum Italorum à Ranuccio Ghero collectis, Andreas Mocenigus, patritius Venetus, Pentateuchon, Petrus Martyr Anglus, Mediolanensis, librum tertium Decadis eisdem inscripserunt. Baptista quoque Hispaniolus, à patria Mantuanus cognominatus, professione Carmelita Factorum libros præstanti ingenio concinnatos, insigni præmio Iulio dedicauit.

De Iulij Pontificatu hæc Petrus Card. Bembus carmina ad posteros scripsit.

*Ille Pys populis, mundoque accepta recenti;
Sub Ioue cum nondum ferreus Orbis erat,
Nec proficissa graues vertebant arua iuueni,
Vinea nec lacrymas falcere fecta dabat;
Mella sed aeris sudabant rosida Silua.
Et lac pro gelida flumen habebat aqua;
Nunc o nunc redit ad primos bona quercus honores;
Quos habuit, mundi cum tener Orbis erat;
Quercus glande sua que quondam heroas, alebat,
Cura Deum quercus sancta, piumque nemus,
Dignaque Cecropie pinguis cui Silua Minerva
Cedat. & Herculeis populus apta comis:
Cedat & ipsa suo laurus Phœbeia luco,
Inflexæque pedem Bacchica Sertam hedera;
Vel myrti Veneris, vel Siluani cyparissi,
Vel qua capripedi pinus amata Deo est.
Namque boni mores nostro rediere sub ano;
Vt primum posito constitit illa situ;
Simplicisæque inculta comam, relique cupido,
Et lex, & probitas, & sine labe fides:
Nec redit ad primos tantum bona quercus honores;
Quos habuit, mundi cum tener Orbis erat;
Sed prouecta solo nitidis caput inseris astris,
Quantum homines aluit, tantum alitura Deos.*

Leonardus de Porto literas Antonio Sauorgnano dedit de bello Iulij II. contra Ducem Ferrariæ, & sunt Italico Idiome scriptæ in primo tomo Literarum Principum.

Sub tanto Pontifice viri aliquot pietate, ac sanctitate clari mortem subiere; inter quos circa principium mensis Decembris anno 1503, mortuus ponitur à Ioanne Magno Steno Princeps Regni Sueciæ, cuius pietatem, ac religionem, fortitudinem bellicam,

caeterasque

Prope pontem S. Aggeli.

In Vaticano.

In Arce Capitolina.

Item Vaticanis.

Scripta Iulij.

Libri Iulij inscripti. Ludou. Iacob. à S. Carol. in Bibli. Pont.

Stenonis Principis Sueciæ obitus.

Francisci item de Paula.

Conciliabulum Turonense.

Synodus Laciciensis.

Iulij numismata plura.

Ciacon. Guicciar. in Histor. Petr. Frizon. in Gall. Purpurata. Panunius de Rom. Pontificib. Io. Ant. in Historia. Aubery in Vita. Io. Chenu de Episc. Galliz.


cæteraque laudes idem auctor valde prædicat. Anno vero 1507. quarto nonas Aprilis in Parascue Paschæ Turonis in Gallia in cœlum abiit Franciscus de Paula ordinis Minimorum conditor, vitæ sanctitudine illustris, & miraculorum magnitudine, atque frequentia alter Thaumaturgus, ætatis anno nonagesimo primo, sui ordinis inchoati septuagesimo secundo.

Sedente hoc Pontifice præter Concilium Lateranense, & Conciliabulum Pisanum, de quibus supra, habitum etiam est. Conciliabulum Turonense ab omnibus Episcopis Galliz, in quo decretum est, vt mitterentur ad Pontificem Legati, qui cum eo de pace agerent; & si ipsos nollet audire, eum prouocarent ad conuocandum generale Concilium. Habita quoque est per Andream Roseum Archiepiscopum Gnesnensem Synodus Lanciciensis, restaurandæ Ecclesiasticæ disciplinæ causa; in qua Regij Poloniæ subsidium duplicatû ab vniuerso Clero ad bellum Prussicû decretû est.

Huiusce Pontificis numismata multa vidi apud aliâs sæpius laudatos Carolum Antonium à Puteo, & Carolum Cartharium, quorum aliqua fuere supra exposita, præter quæ sunt alia duo, quæ Centum cellæ arcis delineationem continent: vnum Viam Iuliam, alterum Ecclesiæ speciem exponit cum lemmate. VIRGINI FAVENTI TEMPLVM: aliud Pastorem oues ducentem repræsentat cum literis. SERVATAS OVES AD REQUIEM AGO.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM Iulij Pape II.

Iulius II. Romanus Pontifex, post viginti octo à sua creatione dies, eodem salutis anno 1503. die Mercurij 29. Nouembris, coacto primo Cardinalium Senatu apud Vaticanum, quatuor renunciavit Presbyteros Cardinales, qui fuerunt.




I. FRANCISCVS Guillelmus de Claremonte, Gallus, filius Tristandi magni Franciæ Dapiferi, & Catharinæ Ambrosiæ sororis Georgij Cardinalis Ambrosiani, Ecclesijs pluribus, Agathensi scilicet, Valentini, ac Senecensi Episcopus; qui, & Narbonensi, ac Auxitanæ ex Vghellio, & Contelorio Archiepiscopus præfuit. Hunc inter S. Pauli Episcopos recenset Ciaconius; at cum-

neque apud Claudium Robertum, neque apud alium quempiam in serie illius Ecclesiæ Antistitem repositum non videam, cum Ciaconio sentire non audeo. Omnium primus à Iulio II. renunciatus est Presbyter Cardinalis sancti Hadriani, quem in Presbyteralem titulum ipsemet Iulius die 8. Decembris anno 1503. erexit; illo tamen paulò post relicto, titulum S. Stephani in Cœlio monte obtinuit. Subscripsit Diplomati indictionis Concilij Lateranensis contra Synodum Pisanam: Galliarum Patroni munus in Romana Curia gerens, pluries liberè sui Regis cõmodi causa ad Pontificem verba fecit: quare detentus aliquandiu est in arce S. Angeli, cum denegata licentia recedere in Galliam ad Regem meditaretur.


Sua cura, studio, & pietate effecit, vt Petrus de Lucemburgo, & Ludouicus Alemannus Beatorum titulo à Clemente VII. nominarentur: in cuius rei Diplomate Clemens Francisci de Claremonte meminit his verbis. Nobis propterea Venerabilis fratris Nostri Francisci Episcopi Tusculani S. R. E. Cardinalis de Claremonte illarum partium Nostrarum de Latere Legati; qui ad eod. dem Petrum, & Ludouicum non paruum gerit affectum; & vestro nomine humiliter supplicatum, vt huiusmodi tam pijs, & honestis desiderijs annuere pro Nostri Pastoralis officij debito, & benignitate Apostolica dignaremur. Quare de eiusdem Clementis licentia lacrum B. Petri cadauer ab humo, & puluere erexit.

Dum Auenionensi Legatione fungeretur, Episcopus Tusculanus à Clemente VII. creatus, & sacri Collegij Decanus, non autem Portuensis, vt scribit Frizonius; neque Ostiensis, vt refert Aubery, extremum diem clausit Auenione anno 1540. ex Frizonio, ac Ferdinando Vghellio; ex Contelorio verò anno 1541. incertum quo die, vel mense. Nuncium de illius morte allatum esse Romam die tertia Martij anno 1541. ex monumentis Vaticanis refert Contelorius in secunda Elenchi parte. Post obitum terræ mandatus ad Sorgiæ Pontem in Ecclesia Cœlestinorum.


Scutum, cuius aureum solum castro coccineo, contra quadripartitum ex argento, Leone nigro, quadrifariam dispersitum fascijs aureis, & muricatis, capite muris pontici quinque notis expresso exaratum Cardinali huic Frizonius dedit: illud idem immixtum tamen, & dimidiatum olim dederat Ciaconius, nos Aubery duce eidem antiquum Ciaconij vti proprium reliquimus.



II. IOANNES de Estunica, siue de Zuniga Hispanus, Aluari Zunigæ Arenalij primò, mox Placentiæ, & Baicæ Ducis, ac Eleonoræ Pimentellæ filius, fauore Ferdinandi Regis, & Sixti IV. Papæ dispensatione, adhuc puer nondum professus contra Alphonsum de Monroy Regis rebellem magnus Magister militum de Alcantara renunciatus circa annum 1476. deinde anno 1479. per abdicationem dicti Alphonfi Magister legitimus solus remanens, dispensationem accepit ætatis. Præfuit à prima sua electione annos decem, & nouem, deinde Archiepiscopatu Hispalensi donatus, Magistri dignitatem liberè abdicauit in manus Ferdinandi Regis, qui Magister, & Administrator perpetuus ordinis de Alcantara factus est. Postea ipso Ferdinando Rege petente à Iulio II. Romano Pontifice Presbyteris Cardinalibus titulo S. Nerei, & Achillei, aliâs Falciolæ adscriptus est: anno verò sequenti 1504. die 27. Iulij Guadalupi in Hispania è vita migravit, ibique sepultus in Æde S. Mariæ; die verò 21. Augusti huius obitus nunciatus est Romæ ex Diario: Ciaconius Ioannem mortem subijisse die Lunæ 14. Augusti affirmat.



III. FR. Clemens de Ruere, cognomento Grossus, natione Italus, patria Saouensis, sororis Sixti IV. filius, ordinis Minorum, ex Episcopo Mimatensi, non Mendensi, neque Miniteni, vt habet Ciaconius; nam in serie Episcoporum illarum Ecclesiarum, diligenter à Claudio Roberto, & à Ioanne Chenu congesta, non inuenitur; renunciatus est Presbyter Cardinalis sanctorum duodecim Apostolorum. Non tamen diu vixit in noua dignitate; nam anno sequenti 1504. die 13. Iulij Romæ vitam cum morte commutauit, vt in ipso Iulij Diplomate, ac in Diario videre quis poterit: quare apertissimi erroris arguuntur Aubery, & Ciaconius, dum primus 18. alter 15. Augusti anno 1504. & multò magis Fr. Lucas Vuaddingus, ac Longelinus, qui die 15. Augusti anno 1505. obiisse scribunt. Malè etiam eidem titulum S. Clementis Ciaconius attribuit; nam in Diario pro primo titulo Basilica sanctorum duodecim Apostolorum tribuitur, & cum illo decessisse affirmatur, non sine suspitione veneni. Post obitum sepulchrum habuit in Vaticano in Sacello Sixti IV. Pluribus sub Iulio functum fuisse Clementem legationibus affirmat Ionnellinus; at quales Legationes obire potuit breui octo mensium spatio, quo vixit in Cardinalatu? Huiusce meminit Vbertus Folieta in Elogijs clarorum Ligurum.



IV. GALEOTTVS Fraciotus de Ruere, nobilis Lucensis, Ioannis Francisci Franciotti, & Luchinæ sororis Papæ Iulij II. ex primo marito filius, iuuenis florentis ætatis, suauitate ingenij, forma corporis, vitæq; splendore non solum Iulio, verum etiam vniuersæ aulæ, Romanoque populo iucundissimus fuit. In sacrum Cardinalium ordinem à patruo coopertus titulum S. Petri ad Vincula, aliâs Eudoxiæ, quem ipse Iulius habuerat, accepit, ac defuncto subinde Ascanio Maria Sfortia Vicecancellarius renunciatur. Eisdem Iulius Episcopatum Lucensem, Patauinum, Vicentinum, Cremonensem, & Archiepiscopatum Beneuentanum commendauit, ac Legationem Bononiensem commisit. Abbas præfuit Cœnobij S. Benigni Fructuariensis inter flumina Orci, & Amaloni in Eporediensi diocesi, & Casenouæ in finibus Carnagnoliæ diocesis Salutarium erectis. Ecclesiæ omnes sibi commissas absens per Vicarios rexit; Lucensis curam Georgio Franciotta affini suo, & Canonico demandauit. Cum eximia Galeotti forma,

Ciaconius Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciacon. Gasp. longelin. in Puzpur. D. Bernardi. Bernab. Moutal. in Histor. Cl. stercien. Aubery in Vita. Panunius de Rom. Pontificib. Felix Contelorius in Elencho. Gasp. Porreg. de Card. Hispanor.

Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciacon. Panun. de Roman. Pontific. Felix Contel. in Elencho.

Aubery in Vita.

Ciaconius Aubery in Vita. Panunius de Rom. Pontific. Ferdinad. Vghell. in Ital. lacra

Marius Vera de Episc. & Archiep. Beneuen. Franc. August. ab Ecclesia in Histor. Pedemont.


conuenerunt suauissimi mores, atque cum ijs eruditio singularis, atque amor in Poesim: similitudine ergo studiorum Ioannem Mediceum Cardinalem, qui postea defuncto Iulio II. ad Apostolicam euectus est Sedem sub nomine Leonis X. sibi familiarissime deuinxit. Alij qui à certo, & verò sensu non iudicant, maleuolentia, & liuore ducti, huiusce arctissimæ necessitudinis aliam causam assignant, & rem sic narrant. Ioannes Cardinalis Medices, cum spei suæ rationes aduerso rerum successu conturbatas erigere cuperet, singularem amicitiam cum Galeotto contraxit, ex eoque apud Pontificem magnam gratiam, & apud omnes auctiorem nominis famam promeruit; adeoque inter Galeottum, & Ioannem amicitia, & beneuolentia amor coaluerat, vt iam ab illis, vique temporibus cum auunculum Iulium in firma fatis, & incerta valetudine vt animaduerteret, Ioanni vix ad annum trigessimum ætatis prouecto Pontificatum Galeottus fuerit pollicitus; vt diceret æquitati iam esse consonum, iunioribus, qui corporis, & animi robore senibus anteirent, sacrarum rerum imperium tandem aliquando deferri. At fabulæ sunt istæ non nisi à conuiciatoribus inuentæ, quæ illas vt cauermus, solū indicauimus: erant hi duo amicitia, & sensibus coniunctissimi; alter alterū per se ipsum gratis diligendo. At in tantæ secundæ fortunæ prosperitate Galeottus terris vix quinquennio monstratus, incredibili Ioannis dolore, & populi Romani mœreore febri correptus, die Lunæ 11. Septembris, non Octobris, anno 1508. non 1507. terram reliquit. Infirmum pluries inuisit Iulius, & pro eius salute quadraginta horarum supplicationem in S. Mariæ de Populo Templo instituit; multumque auri, & argenti pauperibus in elemosynam contulit. Post obitum solemniter elatum, Populus Romanus ex animo luxit. Ioannes verò Medices omnibus veræ amicitia, & pietatis officijs erga Galeottum ad ipsa vique extremæ vitæ momenta perfunctus, sic morte eius indoluit, vt quoties Galeotti incidere mentio, suspiria, & lacrymas retineret non valeret. Sepultus in Basilica Vaticana in Sixti IV. sacello cum hoc Epitaphio.

DEPOSITVM GALEOTTI CARDINALIS S. PETRI AD VINCVLA.

Nunc, ab anno scilicet 1625. iacet in Sacello Sanctissimi Sacramenti in Sixti sepulchro. In ipso ætatis flore immatura morte sublatus est Vir literarum politorum nō omnino rudis: extant nonnullæ odæ populari lingua, ingenij sui indices: Insignis huius viri liberalitas, ac regia magnificentia cum erga amicos, tum in quotidiani cultus splendore in primis conspecta est.

SECUNDA CREATIO CARDINALIUM.

Anno à partu Virginis 1505. Pontificatus Iulij anno tertio, die Lunæ, prima Decembris. Iulius secundo enunciauit Cardinales, quos tamen non publicauit nisi die Veneris, 12. eiusdem Mensis, vt habemus ex Bullis, Breuibus, & Diario. Ciaconius asserit, creatos mense Februario anno 1505. & diem creationis omittit; Panuinius Kalend. Ianuarij: qui fortasse præ manibus non habuerunt, vt nos habuimus Iulij Diplomata, & Diaria.



V. FR. MARCVS Vigerius, natione Italus, patria Sauonenfis, quem Panuinius, & eum securus Guillelmus Eifengrenius Vogerium, & Lucas Vuaddingus Vigerium, vel de Vigerijs nominant, filius Urbani, & Nicolettæ Grossæ, Sixti IV. proneptis, nepos alterius Marci, Nolani Episcopi, Sixti IV. Præceptoris; Emanuel à puero vocatus, Minorum ordinem ingressus Francisco de Ruere


eiusdem ordinis Generali adhæsit, qui eum, nomine Emanuelis in Marci mutato, in Patauino Cœnobio Regentem, vna cum Magistro Antonio Trombetta Patauino collocauit. Cū verò Franciscus Ruereus ad celsissimam Petri Sedem assumptus fuisset, Romam hic petijt, delatus ab æmulis apud Sixtum, quod operam consumpsisset, oleumque perdidisset. Eius rei Pontifex periculum fecit, cognitaque æmulatorum fraude, Marcum Magistrali corona donauit; atque in Romana Sapiencia Lectorem instituit: paulò post Senogallienfi Ecclesiæ præfecit. Quo in munere eam præ se prudentiam, & experientiam rerum tulit, vt Sixto iam defuncto, Iulius Sixti nepos eundem Urbis Præfectum, loco Ioannis de Ruere instituerit. Deindè Bononiæ Suffraganeus, & Arcis S. Angeli custos factus, adeo Iulio indulgit, vt non modò ditissimos annuos redditus, sed & purpuram ab illius manibus accipere breui meruerit. Inter Presbyteros Cardinales coopatus titulum S. Mariæ

A Transtiberim, alias Callisti primò, mox Episcopatum Prænestinum ab ipso Iulio anno 1511. obrinuit. In expeditione contra Alphonsum Ferrariæ Ducem, & Oppidum Mirandulæ Legationis munere functus est, & in grauissimis rebus, de quibus in Concilio Lateranensi agebatur, adhibitus, Iulio fidam, ac strenuam nauauit operam. Quem Archipresbyteris insuper S. Petri à Iulio adscriptum refert Antonius Sanderus ex Ciaconio in Vita Leonis X. sed in monumentis Vaticanis nulla de hac dignitate memoria inuenitur.

B Theologus excellentissimus Apologiam contra Pisanum Conciliabulum eleganter, & doctè incæperat, quam Iulij morte interceptus non absoluit; seu potius illam incompletam reliquit, quod illud ipsum Conciliabulum illico reprobatum fuerit, ac dissipatum. Libellum vnum Decachordum Christianum vocatum; & alterum de Ferro Lanceæ, & Christi indumentis, eorumque dignitate: Controuersiam de excellentia instrumentorum Passionis Dominicæ scripsit. Reliquit, & alia, sed nōdum, quod sciam, in lucem data; videlicet.

- De Sacerdotis officio.
- De Comaternitate tractatum.
- De vniuersalibus actiuorum opus.
- Sermones, seu Homilias.
- In Ethicam Aristotelis commentaria.
- De Antichristo tractatum.
- De tollendis abusibus Dialogum.
- De Annuntiatione B. Virginis librū vnum; qui excusus est Fani, teste Hippolyto Marraccio in sua Bibliotheca Mariana, ann. 1506.
- E vita migravit Romæ sub Leone X. cuius comitijs interfuerat, anno 1516. die 18. Iunij, seu veriùs Iulij, ætatis suæ septuagesimo, doctrina potius, quàm vitæ exemplo, ex Ciaconio commendabilis.
- C** Sepultus ad S. Mariam Transtiberim sine vlla sepulchrali inscriptione, quem titulum structuris, hortulique decorarat: quare pluribus in locis proximarum ædium, & viridiorū nomen suum incriptum reliquit. Funebris oratione à Camillo Porcario in funere laudatus est.

In Episcopatu Senogallienfi census Pontificios adauxit: in Arce contratæ palatium Episcopale construxit: Templum S. Mariæ Magdalena: fratribus sancti Francisci in sua diocesi Senogallienfi addixit. Vbertus Fohetta inter claros Ligures eum recensuit, ac pulcro cohonestauit elogio, addiditque in gratiam illius Iulium, Pontificem Nicolettam Rueream fratris filiam, Marci fratri spōsam tradidisse.



VI. ROBERTVS Brittus, quem alij Guibe, aliàs de Vitre, seu de Chalanch vocant, Gallus, Armoricus, Vitraei natus, in parentes habuit Adenetum Brittum, & Oliuam Landais; in fratres Michaelem, Dolésem primò Antistitem, mox Rhedonensem, Iacobum Urbis Rhedonenfis Præfectum, & Ioannem ciuitatis Fogerenfis Præpositum. Abbas primò Robertus præfuit Cœnobio Rhedonenfi S.

E Melanio facto, deinde Episcopus Ecclesiæ Trecorensis, & defuncto Michaele fratre, Rhedonenfi, demum Nannetensi præfuit. Anno ætatis suæ vnde quinquagesimo Presbyteris Cardinalibus titulo S. Anastasiæ secunda Cardinalium electione, Anna Armaricorum Ducissa, postea Ludouico XII. Galliarum Regi iuncta connubio, postulante, à Iulio adscriptus, subscripsit indictioni Concilij Lateranensis contra Synodum Pisanam. Anno suæ ætatis duodeuigesimo inter Cardinales Robertum hunc à Iulio coopatum scriptores aliqui referunt, at si rem discutere attentè placeret, apertissimè illos arguere facillimè ex eorum scriptis possemus. Narrant illi Robertum Oratoris munere ad Innocentium VIII. functum fuisse, qui, vt diximus supra, obiit 8. Kalend. Augusti anno salutis 1492. ab illo enim anno vsq; ad 1505. quo renunciatus est Cardinalis, tredecim intercesserunt anni: quinquennè igitur Robertum puerū Oratoris Ducis Britannie munus gessisse in Romana Curia fatendum est illis; quod non est veritati conforme. Deinde Aubery scribit, Robertum mortem subijisse anno ætatis quinquagesimo quarto, cum enim octo tantum annos duxerit in Cardinalatu, anno octauo, vel nono supra quadragesimum suæ ætatis purpuram induisse dicendum nobis est. Oratoris Ludouici XII. munere post adeptam purpuram dum Romæ fungeretur apud Iulium, Regi suspectus, quod Pontificis partibus, magis quàm Gallorum causæ faueret dum Iulius recuperandæ Bononiæ gratia perrexit, omnibus, quos in Gallia obtinebat Ecclesiasticis redditibus priuatus, rerum inopia laborauit, qua Cardinalium Senatus are collato decreuit subleuandum. Scripsit Orationem ad Innocentium VIII. habitam, cum Francisci vltimi Ducis Britannie

Nomencl. Cardinal. Gasp. Fougelin. in Elogijs Carol. ord. Minor. Hipp. Miracc. in Purp. Marian. & in Biblioth.


Ciaconius Cabrera. Hier. Garimbert. Andr. Vitorrell. & Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciacon. Panuin. de Roman. Pontific. Aubery in Vita. Petr. Frizon. in Gall. Purpurata. Claud. Robert. in Gall. Christiana.

Ciaconius Cabrera. Hier. Garimbert. Andr. Vitorrell. in Addit. ad Ciacon. Ios. Maria Suard. de Episc. Præfectis. Vghell. in Addit. ad Ciacon. in Italica.

Petr. Frizon. in Gall. Purpurata. Claud. Robert. in Gall. Christiana.

nomine eidem Pontifici obedientiæ munus exhiberet. Mortem oppetiit Romæ die 9. non Septembris, sed ex Diarijs, Nouembris anno 1513. initio Pontificatus Leonis X. cuius comitijs interfuerat, & in æde D. Iuoni sacra ad tempus sepultus; ex qua Ecclesia ossa in Gallias translata, in Ecclesia principe Rhodonensi, vrin supremis tabulis iusserat, iacent in pernobili sepulchro sine vlla sepulchrali inscriptione. Ab Ecclesia, cui præerat, Cardinalis Nanuetensis vocatus est semper dum vixit.

Ferdin. Vghell. in Addit. ad Ciacon. Aubery in Vita. Cabrera. Felix Cotelor. in Mas. Elencho. Franc. Maria Turrig. de Crypt. Vatican.



VII. LEONARDVS Grossus de Ruere, patria Saunonenfis, Cardinalis Clementis frater, & Sixti IV. ex sorore nepos, ex Canonico Basilicæ Vaticanæ Episcopus primò Agennensis in Gallia renuntiatus est à Iulio II. deinde Presbyter Cardinalis sanctorum duodecim Apostolorum, & maior Pœnitentiarius, quem titulum postea relinquens, illum S. Petri ad Vincula, aliàs Eudoxiæ accepit.

Ciaconius, & Paninius eidem pro Basilica sanctorum duodecim Apostolorum attribuunt titulum S. Susannæ, licet in Diarijs semper sanctorum duodecim Apostolorum, & nunquam S. Susannæ Presbyter nominetur. Legatione functus est in Patrimonio S. Petri in Tuscia, atque ex aliquibus in Vrbe, quando Iulius armatus Roma discessit ad recuperandam Ecclesiæ Bononiæ. Paris tamè de Crassis in Diarijs scribit, Iulium discedentem ab Vrbe Bononiæ versus, Legationem eiused Vrbs Ioanni Antonio Cardinali Alexandrino commisisse; & nos ipsedem Diarijs inhærendo idem in vita eiusdem Cardinalis supra affirmauimus. Post obitum Petri Itualis Cardinalis Messanenfis constitutus est ab ipsomet Iulio Archiepiscopus Basilicæ Liberianæ, ex cuius tabulario scimus die 4. Octobris anno 1511. Leonardum Archiepiscopum primò in hanc Basilicam pedem intulisse.

Paulus de Angel. in descript. Basil. Liberianæ.

Romæ mortem subiit, non prima die Nouembris, sed ex m. ss. Vaticanæ Bibliothecæ, die Iouis 27. Septembris anno 1520. & sepultus apud S. Mariam Maiorem.

Huiusce Cardinalis virtutes Vbertus Folieta commendat his verbis. *Eximia in hoc viro fuit Pontificij, & Cesariani Iuris scientia, præterea sanctissimi mores, perpetuo vite cursu integerrimè actò: verum due in illo ingentes virtutes in primis conspiciuntur, eximium iustitiæ studium, ac singularis misericordia, excellentisque in egentium inopia subleuanda liberalitas, qua virtus inter Christianas altissimum locum tenet. Quarum virtutum multa in omni vita clarissima edita sunt documenta: Nos utriusque sinuola exempla protulisse contenti erimus. Nam cum supplicibus libellis tam us, qui ad Forenses res gerendas, quam us, qui ad Beneficiorum distributionem pertinent, multos annos præfussset, in eoque munere fungendo castè, & integrè perpetuo effect verus, factum est, ut quidam ex cubicularijs longa, & intima familiaritate illi in primis acceptus illum commonesceret, etiam atque etiam animaduerteret; qua enim in libello oblato continebantur, ea rem fratris oblique attingere. At Leonardus hominem verbis malè acceptum, oculis, & auribus asperratus, facese, inquit, protinus è conspectu meo scelestè, qui tantum nefas mente concipere ausus sis, ut pluris esse apud me ponderis fratris respectum, quam iustitiæ studium suaderes; hominemque domo exegit. Et mortuum Leonardum miserorum, & egenorum parentem pauperes diu, multumque luxerunt.*

Paninius Aubery in Vita. Ioan. Chesu de Epif. Gall. Claudus Robert. in Gallia Christiana. Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciacon. Franc. Augustin. ab Ecclesi. in Histor. Pedemot.



VIII. CAROLVS Dominicus, quem aliqui Carolum nominant, de Carreto, ex Comitibus, seu Marchionibus Finarij, Genuensis, filius Galeotti, & frater Fabricij, Magistri Equitum Hierosolymorum, Archiepiscopus Thebanus, Turonensis, Cadurcensis, & Rhemenfis, demum Presbyter Cardinalis SS. Viti, & Modesti, mox S. Cæcilie renuntiatus est teste Ciaconio, Cotelorio, & Cabrera; quos omnes erroris arguit Victorellus, nam SS. Viti, & Modesti Ecclesia ad Diaconos, non ad Presbyteros Cardinales tunc spectabat. Quare Carolum hunc inter Diaconos primum, deinde inter Presbyteros Cardinales tituli S. Nicolai inter Imagines collocat ex Iulij diplo-

mate, in quo hæc. *Iulius PP. II. Dilecte fili Noster salutem, & Apostolicam benedictionem: Hodie te, hactenus Diaconum, Cardinalem S. Viti in Macello Martyrum, Presbyterum Cardinalem tituli S. Nicolai inter Imagines de consilio Venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium constitutus, & deputauimus, &c. Ut autem Ecclesiæ S. Nicolai vtilius præficeretur, eidem indulget, vt à quocunque catholico Episcopo, etiam extra Curiam, & extra tempora, Sacerdotio initiari possit. At in breui eiusdem Iulij, quo Cardinalium hæc enunciatio Regi Francorum significatur, primo loco ponitur Carolus; ex quo aliqui arguunt fuisse inter Cardinales Presbyteros adscriptum; cum primo loco inter Presbyteros collocetur. Quare volunt, Pontificem in creatione inter Presbyteros illum adscriptis, & deinde pœnituisse, & collocasse inter Diaconos, quod probabile mihi non fit. Fortasse in primo loco, sine titulo tamen in diplomate ad Regem Francorum dato recensuit illum Iulius, quia Archiepiscopatu Thebanus anno ornatus cæteris dignitate præibat: in reliquis verò scriptis anno 1507. & 1509. Diaconus semper enunciat. Quare dicendum Diaconum primò S. Viti, mox Presbyterum S. Nicolai inter Imagines, & demum S. Cæcilie Ecclesijs præfuisse. Caroli huiusce Cardinalis Gallie Regem omnibus in rebus magnoperè consilij vsum semper fuisse Bembus refert. Pro Iulio Romano Pontifice Episcopo Tiburtino apud Regem Galliarum pacem inter Christianos Principes summo studio procurauit; & cum interfuisset Lateranensi Concilio, cessit è vita Romæ sub Leone X. pro quo in comitijs suffragium tulerat, die Martis, 15. non Augusti, sed Iulij, ex Leonis X. literis, anno 1514. ex alijs 1517. sed malè; nam ex laudatis literis Leonis X. quas infra rescribimus, patet, ante 13. Kalend. Augusti anni 1514. obiisse: post obitum sepulchrum habuit in titulo S. Cæcilie.*

Boschi. Angel. in Historia Parmen.

Petrus B. zarus in Hist. Gemen.


Hunc Vbertus Folieta in suo de illustribus Viris libro egregiè prædicat his verbis. *Quot Deus immortalis, quantæque laudes Caroli Dominici Carretij nomen verendum faciunt? Nam ad præclarum, & peruetustis generis nobilitatem accesserunt multi & opes; quæ res cum per se ad homines illustandos satis valeat, tamen tanta est in Carolo clarissimarum virtutum gloria, vt illarum splendore reliqua amplitudo penè obscuratur, fortunæque, & generis commendationes animi, & ingenij bonis obruantur: fuit enim in hoc viro præstans ingenium, singularis prudentia, eximius rerum humanarum usus, in primis verò summum religionis, & pietatis studium, quas ingentes virtutes regia in omni genere magnificentissimè decorabat. Neque verò indefessa virtus vllis aut laboribus unquam infracta est, aut negociorum multitudine succubuit, aut radio, & satietate relanguit: sed eodem semper perpetuo tenore vinctis, & ac viguit, omnique vite cursu Carolo in assiduis laboribus, atque in Republice administratione, acerrimæque contentione continenter auctus est. Prima gerenda Republice tempora Gallis data sunt, pro quibus multis, & per amplissimis documenta dedit, atque nominis sui fama Christianas provincias impleuit, vt Iulius II. quantus, qualisque Pontifex excrabilis, internecionique odij, quo Gallia se dissidebant, obtutus, aduersarum partium virum, ac pro illarum propugnatione experte constantia ad se euocatum, sacra purpura honore collato in Senatum legeret, quod sapiens Pontificis consilium ea, qua consecuta sunt, comprobant. In Pisano enim Conciliabulo Carolum iam ac nequitiam vulgatæ virtutis exempla, amplissimorum beneficiorum, ac partium immemor, se se à seditionum consilijs, & societate Christianos Principes componenda datum sit. Iamverò immensas sacrarum adium substructiones regio sumpit, ac miro opere excitarum, amplissimæque illius facta donaria quantum cumulum reliquis laudibus addunt? Vt iure duo Principes Christianarum rerum capita Leo X. Pont. Max. & Maximilianus Cesar elogijs suis amplissimis verbis conscriptis ingentium meritorum, & virtutum Carolo testimonium dederint.*

Leo X. suis literis ad Fabricium fratrem Rhodi Magistrum datis, eiusdem Cardinalis virtutes mirum in modum commendauit, sic enim ille scripsit. *Esti exploratum Nobis erat pro tuo fraterno amore ac pietate tristem te nuncium accepturum, cum intelligeres Cardinalem Finarium fratrem tuum mortem obiisse, voluisti tamen vt de eo meis literis fieres certior, vt cognosceres, te, atque tuos, tuaque omnia paterna mihi cura, vti debent, fuisse. Quem sane virum cum propter plurimas eius, eximiaque virtutes, & diligere rem vt fratrem, & magno esse vsum in Republica administratione viderem, quantum mihi molestia, quantum meroris eius mors attulerit, existimare facile ipse per te potes. Ego quidem certè sic existimo multum in eo viro splendoris, & presidij Republicam amisisse: Nostri verò in ipsum amoris, & benevolentie testimonium id supremum fuit, quod omnibus profectò in rebus, quas impetrare à me noluit, vt beneficeret suis, es petens satisfeci.*

Ipsè au.

Ipsa autem ita fortiter, temperateque decessit, ut credi par sit, Deum Optimum Maximum ex hoc impuro, lacrymabilique hospicio ad celestis illum patrie iucundissimam, beatissimamque sedem evocare, atque traducere voluisse: nihil enim eorum, quae ad sanctissime decedentes pertinent, praetermisit. Quae cum ita sint, te hortor, ut eam iacturam equo, & erecto animo feras; ut virum magnimum, & etate iam decessa, & terrona omnia infra se habentem, & contemnentem deceat. Ego autem, si quid in eo solatij tibi esse poterit, polliceor tibi, atque recipio, me in omnibus rebus, quae ad te, dignitatemque tuam pertinebunt, fratris tui clarissimi Viri, amorisque eius erga te preces, atque munera subiturum, libentissimèque representaturum, & praestaturum. Tu modo ad Christianam rem suandam, tuaque cura, & diligentia, ut soles amplificandam, à luctu, atque moerore te auoca: erit id, & te dignum, & tuae antea vitae proprium, & mihi gratum, & optatum. Dat. 13. Kalend. Augusti 1514. Anno secundo, Roma.

Ciacconius
Asir. Vi-
torell. in
Addit. ad
Ciaccon.
Vbet. Fo-
letta in
Elog. clar.
Ligurum.
Cabreta.
Hieron.
Garimb.
Io. Bapt.
Laurus in
Hist. Per-
usia.
Aubery in
Vita.
Fouquier
de Rom.
Fouquier.
F. L. Vgh.
in Italia.
Lacta.
Felix Co-
ctor. in
Leuco.



IX.

ANTONIUS Ferrerius, natione Italus, patria Sauonenis, Iuliano S. Petri ad Vincula Presbytero Cardinali obsequium in priuata aula praestitit; à quo deinde Romano Pontifice magnis Sacerdotijs, & amplissimis dignitatibus euectus est. Nolanam, seu Naulensem, Eugubiam, & Perusinam Ecclesias rexit; deinde ex Magistro Domus Pontificiae inter Presbyteros Cardinales titulo S. Vitalis, aliàs Veltinae

Cardinalium Senatu repugnante cooptatus, Datarij munere, & Legationibus tum Perusiae, Bononiaeque Iulio mandante fungitur. Sed à Bononiensi, quod auctoritate Pontificia abuteretur fraudulenter ipsi Iulio subrepta, ac turpiter extorta Legationis Bononiensis ampliore facultate Romam adscitus, & in vincula ad arcem S. Angeli coniectus Pontificis aspectu, Senatus ingressu priuatus, & viginti mille aureis multatus, in Cœnobio S. Onuphrij in Ianiculo inclusus, praenimio dolore, morboque ex ignominia contracto bimestri spatio consumptus est. Vita functus est die 22. seu melius ex monumentis Vaticanis 23. Iulij hora noctis quarta, anno 1508. quem Iulius à memoria iniuriæ alto animo insidentis, posterorum exemplo, nulla funeris pompa efferti, nulloque exequiarum honore decorari voluit, ac ne sepulchrum quidem vilo inscriptionis monumento insigne fieri permisit, ut ingrati hominis, à quo ipse parum sincera fide cultus erat, memoria prorsus extingueretur. Adeo non semper aridet fortuna mortalibus, cum illos supra conditionem generis, ac meriti ad dignitates praecclariores euexit.

X.

FRANCISCVS Alidosius, natione Italus, ex Castro Riui Forocorneliensis diocesis, ortus ex nobili Alidosiorum familia, quae in Æmilia Forocornelij Principatu olim potita est, educatusque liberaliter, sed aliquanto licentius, quam exuerti pueritiam ad tuendum pudorem expediret. Adolecens adhuc Sixto IV. Romano Pontifici familiaris extitit: quo mortuo eiusdem nepoti


Iuliano non minus gratus adhæsit: quem adeptus Pontificatum & Iulius II. appellatus Thesaurarium Generalem, Melitensem, primò, deinde Papiensem, ac Bononiensem; tandem Presbyterum Cardinalem titulo SS. Nerei, & Achillei primò, mox S. Cæcilie renunciauit. Cum his dignitatibus non modò permagna illi extot Sacerdotijs diuitiæ obuenerunt, sed & agnomen Cardinalis Papiensis sortitus est. Cù eo sedente in Bononiensi Cathedra ciuitas Bononiensis assiduis belli terroribus affligeretur, Annibale Bentiuolo castra cum Gallis in agro metante, atque omnia infesta circumquaq; habente, Franciscus Episcopus monuit, vt Imago B. Virginis, quam Bononiensis populus, vt parètem amantissimam, & aduocatum fidissimam religiosè admodum colebat, publica in supplicatione cum Sanctorum capitibus deferretur. Quo facto Bentiolis discedentibus, à belli terroribus ciuitas liberata est. In togata Gallia apud Ludouicum Gallorum Regem, in Patrimonio D. Petri, & Bononiae Legationibus perfunctus est; at dum intemperanter blandientis fortunæ beneficio vitur, sibi perniciem, & infeli-

com exitum parauit. Mirè enim sibi placebat, cum pleròque eius ordinis splendoris, & munificentiae, gratiaque nomine antiret; postquam ei literarum, & veræ virtutis ornamenta deessent. Et non obscure Forocornelij dominatum optimo iure se petere à non ingrato Pontifice profiteretur, quod eam Urbem olim Alidosij maiores obtinuissent. Cæterum in ea re Iulium spe sua durior inueniebat, occupatù scilicet Gallico bello, & Concilij à Gallo Rege indicti offensionibus circumuentum, nec quicquam aliud coquentem, quàm vt Pontificij Imperij opes augetet, studio religionis, & amore patriæ communis, quam in libertatem asserere, aduersus externas gentes magnopere contendebat. Verùm fortuna generosis, atque sanctissimis consilijs aduersa, ita Iulij coepta perturbauit, vt vndique victor Gallus impotentibus fretus armis maximè vrgeret. Quo rerum successu Alidosium peruersè potius lætatum, quàm malo publico consternatum ferunt; vt potè qui pristinae innixus cupiditati, Forocornelij Urbem beneficio Galli victoris, quàm Iulij munere adipisci mallet; ac propterea perfidiosis artibus importuna ad sustinendum, ac gerendum bellum impedimenta Francisco Mariae Feltrio Vrbinatum Duci, qui Pontificijs præerat copijs, asserre diceretur, vt Gallis incumbentibus victoriam aperiret. Erat enim Bononiae in munere Legationis expediendis castrensis rebus, atque pecunijs obscuro quodam alio semper aduersus, & vsque adeo auaritia clarus, vt à Bononiensibus Verre Tulliano rapacior, & sauior publicè vocaretur, ob id praefertim cum infantes, nec vilo iudicio conuictos simplicissimo tantum, liberoque ore locutos Patritios quatuor ad inanem Ciuitatis turorem strangulasset; eoque acerbius quod nulla Pontificij iustus in eorum necem documenta extarent. Fuere ij Albertus Castellius, Innocentius Aringherius, Salustius Guidottus, & Bartholomæus Magnanius, qui nunquam de prodenda Vrbe somniasent. Itaque alienato populo, & Gallis appropinquantibus Triuulcio summo Duce Feltrianæ copiar, & Veneta item auxilia his sub Vrbe coniuncta primò, ac repentino impetu foedè profligata sunt; ita vt irrumpentes Bentioli veteres Tyranni in Urbem reciperentur, aperiente Galerian portam Laurentio Ariosto, quem Alidosius Bentiolæ factionis studiosum cohortibus conscriptis portarum, custodiae perfidiosè, aut imperitè praefecerat. Erat tum Rauennæ Iulius Pontifex, ad quem Feltrius amissis copijs peruenerat: cum eo etiam Alidosius Vrbe, atque arce desertis in fugam se eiciens conuolasset, vt scelesti admitti erroris ventam inculcata fortuna deprecaretur; seu potius, vt in Franciscum Mariam Feltrium culpam amissæ Bononiae referret. Adeo hæc calumnia Franciscum Mariam pupugit, vt cum Alidosius atrii coloris penula, & Hispanico pileo, reiectis Senatorij ordinis insignibus mula vectus, quinquaginta Ballistarijs stipatus ad Pontificem pergeret, eum Feltrius mucrone per ilia grauius ad actò, è mula deturbauit: cum cadenti Mondulphus quidam equitum praefectus latiore sica malam cum auricula discidisset. Philippus demum Auria repetente ictus Feltrio iacentem impresso ad præcordia gladio humi confixit, nihil se commouentibus prætorianis aliquot equitibus, qui stupente, atque attonito Guidone Vaino ipsorum Duce, ac prætorij Praefecto, neque animos, neque arma ad ferendam cadenti opem expedire potuerunt. Ferunt aliqui, Iulium Pontificem ad nuncium tanti sceleris lacrymas fudisse, pectus manu percussisse, ac noctu Ariminum tetendisse: alij exclamasse; neuter eorum me fecellit; quod ominabar enim, non serò euenturum sciebam: sed displicet tamen quod dexterâ sacrato sanguine fratris filij ille polluerit, cù priuato indulgere odio, quàm publicæ salutis, immitis, patrii desertor maluisse videri possit. Huius patratæ cædis nomen diuersi iudicij famam tulit; cum alij ad sacrosancti ordinis immaniter violati contumeliam, execrabilis, inusitataeque cædis facinus detestarentur. Alij verò Alidosij capitales aduersarij hominem impensè celebrarent, qui æquissimo iure sacri Senatus probrum, & purpuræ dedecus tanquam planè monstrum generosa manu sustulisset: vnde læti cecinere.

*Improbior Caco, Lerneque immanior Hydra
Gergone asperior
Ille est Ausonia non enarrabilis aule
Peltis & opprobrium
Iam tum vulgatae cunctis ALIDOSIVS oris
Quem tamen impavidus
Sustulit Herculeo confossum Feltrius ictu,
Scilicet vt merito
Sublatus terris Strygias inuiseret umbras
Tergeminumque canem
Perpetuas illic pœnas, & sua daturus
Supplicia, heu miserum
Te pudor & pietas, & Religionis honores
Deseruere simul.
Pro quibus inuidiam, & rabiem exercere solebas,
Imperium Patriæ
Affectans, tumidi dum te Victoria Galli
Erigit, atque putas
Illius auspicijs cuncta exoptata referre:
Sed vetuere Dei.*

*At vos iam dudum caso gaudete Tyranno
Patritiorum anime.
Et tu cum placido letare Bononia Rheno
Nam quis erit scelerum
Tantorum inuentor, qui tristes improbus iras
Effugiat Superum.*

Iulius tamen Ducem Feltrium nepotem à suo conspectu dimo-
uit, eumque militiae titulis, omniumque munerum honoribus spo-
liauit. Franciscus igitur Alidosius Presbyter Cardinalis S. Cæcilie
Rauennæ interfectus est die 24. Maij ex monumentis Vaticanis, ac
Diarijs, ex Ciaconio verò 9. Kalend. Augusti anno salutis 1511.
post obitum sepulchrum habuit in Vrsiano Templo, æternum
victurus ad posterorum exemplum, tunc scilicet posse mortales va-
riantis fortunæ vicissitudines eludere, si vnam animi moderatio-
nem semel excolere didicissent. Huiusce Cardinalis numisma est
apud Carolum Antonium à Puteo, in cuius prima facie effigies
ipsius Cardinalis cum literis extat. FR. ALIDOXIUS CAR-
PAPIEN. BON. ROMANDIOLÆQUE C. LEGAT. In altera
verò Iouem dextera fulmen tenentem, in curru duabus Aquilis
ductum cum lemmate. HIS AVIBVS CVRRVQVE CITO DV-
CERIS AD ASTRA.



Ciaconius
Cabrera -
Hieron.
Gasimb.
Andr. Vi-
storell. in
Addit. ad
Ciacon.
Paninius
de Rom.
Pontific.
Ferdinid.
Vghell. in
Ital. sacra.

XI.

FATIVS Sanctorius, na-
tione Italus, patria Vi-
terbiensis, inope, sed honesta
familia natus, literis, ac erudi-
tione clarus, Iuliani de Ruue-
re, dum Perusia literis incun-
beret, pædagogus, & eiusdem
à Sixto IV. purpura insigniti
familiaris, & comes in vtraque;
fortuna indiuisus, atque ob
id ab eodem, Pontifice renun-
ciato, Episcopus Cæsenas cõ-
stitutus, postea Cameræ Apo-
stolicæ Clericus factus, ac Da-

tarius, Cardinaliũ numero titulo S. Sabinæ adscribitur. Cui etiam,
vt facilius Cardinalitæ dignitatis sumptibus par esse posset, Ec-
clesiæ Pampilonensis in Nauarrâ gubernacula regenda concessit;
sed renuente Cantabriæ Rege, neque literis Pontificis obtempe-
rante, possessionem sæpius expetitam nunquam fuit adeptus. Ob
id Iulius Romanus Pontifex Ioannem Nauarræ Regem, iam sibi
antea propter res Gallicas infestum, anathemate damnauit; & Na-
uarræ regno priuatum Regi Ferdinando amouendum regno
permisit, cui mox iuste occupati regni titulum donauit.

Nobiles ædes Templo S. Mariæ in Via lata contiguas, à Cardi-
nali Agriensi edificari cœptas, cum alijs proximis à Canonicis eius-
dem Ecclesiæ numerata pecunia mercatus perfecit: cuius emptio-
nis extant in Archiuo prædictæ Basilicæ publicæ tabulæ scriptæ
die 28. Iulij anno 1507. ex quibus hæc ad rem nostram excipiti.
*Vendiderunt, &c. domos, & accasamenta omnia cum hortis, ter-
renis, solis dictæ Ecclesiæ, que dicti Canonici portionarij tenent,
& possident iuxta, & retro dictam Ecclesiam existentia; scilicet
portionem dicti Prioris, quam hæctenus detinuit ad pensionem pro
dictis 20. ducatis Antonius Episcopus Agrien. & que versus Viam
latam existit, & cui ab vno est dicta Via lata, ab alio coheret por-
ticus dictæ Ecclesiæ, & ab alio est cortile palatii dicti Fatij, & re-
tro est Sacristia dictæ Ecclesiæ, & quoddam cortile vbi est puteus;
& à dicto porticu citra per lineam directam iuxta murum Sacri-
stie dictæ Ecclesiæ, vsque ad Ecclesiam dictam S. Nicolai intra
dicta accasamenta existentem; ita quod murus dictæ Sacristie
tantum sit perpetuo diuisorius inter res huiusmodi venditas, &
Sacristiam dictam, & alias res dictæ Ecclesiæ versus illas à dictis
finibus citra; sitque & esse debeat dictus murus diuisorius perpetuo
communis, & communiter vtrique parti deseruiat: ita tamen
quod reliqui muri qui sunt à dicta Sacristia, vsque ad Ecclesiam
prædicti S. Nicolai sint liberi absque alia seruitute, & etiam mu-
ri, qui sient in secundo cortili, & cum alijs capitulis, & conditio-
nibus, &c. Vendideruntque etiam dicto Cardinali à dicta Eccle-
sia S. Nicolai exclusiue citra per directum, vsque ad alia casa-
menta, que existunt iuxta Curiam discoopertam dictæ Ecclesiæ S.
Nicolai, & alterius Ecclesiæ S. Cyriaci in eodem loco existen. ac
ipsa accasamenta, & stabulum, quod nunc tenet dictus D. Cardi-
nalis ad pensionem iuxta se cum omnibus hortis, & locis discooper-
tis existen. retro illa versus plateam Camilliani, vsque ad dictam
plateam, & quibus accasamentis, stabulo, hortis, & locis discoo-
pertis venditis. Ab vno coheret dicta Curia discooperta S. Ni-
colai, & ab alio est via publica, qua tendit ex platea Camilliani,
& ab alio sunt bona dicti Cardinalis, & alij sui fines, si qui sunt
veriores, &c. Reseruatæ dictæ Ecclesiæ S. Mariæ in Via lata, &
Canonicis dictæ Ecclesiæ S. Nicolai, & alia Ecclesiæ S. Cyriaci
cum suo Monasterio, & Curia cooperta, que est in medio earundem
Ecclesiarum SS. Nicolai, & Cyriaci, & Monasterij, & omne id
quod est super eisdem, & porticu columnato iuxta dictam Curiam*

Florauant.
Martinell.
de Diac.
S. Mariæ
in Via lata

A coopertam, & aliam Curiam discoopertam: & etiam dicta Curia
discooperta cum suo introitu, & exitu ex via publica, qua tendit
ex platea Camilliani ad SS. Apostolos, ac omne id, quod est su-
per introitu prædicto latitudinis, longitudinis, quantum se exten-
dit dicta Curia discooperta versus S. Cyriacum tantum: qua quæ-
dam Ecclesiæ, Curia, porticus, introitus, exitus, & quid est super
eis cum Monasterio prædicto nullatenus comprehendantur in hu-
iusmodi venditione.

B Et ulterius si d. D. Fatius Cardinalis pro ampliatione dicti sui
palatii indigeat in totum, vel aliquam eius partem dictæ Ecclesiæ
S. Nicolai, & ipse illam, vel eius partem apprehendendi, & pro-
fanandi, & dicto suo palatio incorporandi licentiam à S. D. No-
stro Papa habuerit, seu alias habere contigerit, dd. DD. Canonici,
& Capitulum ex nunc prout ex tunc, & e contra, etiam con-
senserunt, & eorum consensum præstauerunt, quod dictus Reueren-
dissimus D. Fatius Cardinalis posset illam apprehendere, profa-
nare, & incorporare, dummodo iuxta suam conscientiam aliqui
restauri in recompensam donari faciat Ecclesiæ S. Mariæ in Via
lata, ita quod Capitulum ob amissionem dictæ Ecclesiæ non rema-
neat lesum ad dictas res venditas, &c.

C Has ædes, vt diximus à Canonicis S. Mariæ in Via lata pro præ-
tio scutorum duorum millium, & proximas à Cardinalis Agriensis
hæredibus emerat, & sunt illæ, quas hodie tenet, ac possidet fa-
milia Aldobrandina. Iulius haud iniqua Sanctorio conditione
promissa, nepoti suo Francisco Mariæ donari procurauit eas;
cum verò pollicitationibus, & conceptæ remunerationis spei
euentus non respondisset, sed imminuta potius apud Iulium gratia
Sanctorij, & parum firma videretur, dolore animi in morbum la-
psus obiit die Veneris, seu ex alijs die Sabati 22. Martij anno Põ-
tificatus Iulij septimo, Christi 1510. ætatis 63. in ædibus S. Lau-
rentio in Lucina proximis; & in Basilica Principis Apostolorum,
Vaticana in Sacello Sixti sepultus cum hoc Epitaphio.


**DEPOSITVM FATII SANCTORII
CARD. S. SABINÆ.**

In nouo Templo iacet in sacello S. S. Sacramenti apud Sixtum
Quartum. Executores suæ vltimæ voluntatis instituit Cardinales
Senogalliensem, & Farnesiu, qui defuncto solemnè pöpa in Vatica-
no parentarunt, orante Camillo Portio Canonico eiusdem Basilicæ.

Felix Cõ-
telonius in
Elencho.
Nomencl.
Cardin.
Fræc. Mat-
Turig.
de Crypt.
Vaticanis.
Aubery in
Vita.

XII.

GABRIEL de Gabrielli-
bus, Italus, patria Fane-
nsis, Andreæ, seu Ludouici,
& Dianæ de Lilijs nobilium
Fanenlium filius, cum in Ro-
mana Curia, Alexandro VI.
sedete in Petri Cathedra Pro-
tonotarius Apostolicus esset,
ac Iuliani Roborei Cardinalis
fortunam consequeretur, ab-
sentique, ac voluntario exilio
iactati Romæ res aliquandiu
administret, ita sibi deuinxit
Iulianum, vt cum sub no-



Ciaconius
Paninius
de Rom.
Pontificib.
Aubery in
vita.
Andr. Vi-
storell. in
Addit. ad
Ciacon.
Felix Cõ-
telor. in
Elencho.

D mine Iulij II. ascendisset ad Sedem, ab eo præcipuis aulæ honori-
bus nobilitatus est. Primum enim Vrbinatem, non, vt alij volunt,
Vrbeuetanum Episcopum, nam in tabulario Canonico Romano Vrbi-
ni, hæc est Gabriellis memoria, *Gabriel de Gabriellis, nobilis Fa-
nenfis, creatus Episcopus Vrbinus anno 1503.* & Pontificis à secretis
illum constituit, deinde Abbatem Cœnobiorum S. Saluatoris in
Perusino, & S. Leonardi in Firmano agro, & Presbyterum Car-
dinalem S. Agathæ, postea S. Prædixis; ac Perusiam, Umbriæque
Legatum nominauit: qua deinde Legatione ex grauitate cœli, si-
bique insalubris libens citò abiuit. Romam reuersus rarissimo ad
posteritatem exemplo omnem censum, ac pecuniam, quæ ex latè
sententijs iuste sibi obuenerat, ad pedes Pontificis læto vultu effu-
dit in sanctæ sedis commodum expendendam. Omnibus in pretio
fuit ob candidissimos mōres: valuit adeo auctoritate consilij, vt
nullum alium Iulius congressui ad Sauonam Ludouici XII. Regis
Galliarum, ac Ferdinandi Arragonij, quàm Gabrielem adhiben-
dum censuerit; vbi cum Legati personam, & Pontificis auctorita-
tem egregiè sustinisset, Romam reuersus, sub eodem Iulio, an-
no Pontificatus octauo, Christi 1511. ætatis 66. die Mercurij ex
aliquibus 24. Octobris, ex alijs die 14. Nouembris, seu ex mo-
numentis Vaticanis 5. vel 6. Nouembris in palatio Apostolico vbi
apud Pontificem habitabat, è vita migravit. Iacet in æde S. Præ-
dixis cum hac sepulchrali inscriptione, quam coniunctissimi ne-
potes Ludouicus, Galeatius Petrus, & Andreas ex alie hæredes, vt
patet ex testamento, posuerunt.


E **GABRIEL ex Fano fortuna ex Gente sui nominis
Cooptatus in Sacrum Collegium Cardinalium
A IULIO II. PONT. MAX.
Pro clementia suæ Sanctitatis rediens
Ex Legatione Perusina hic diem functus est.
Vixit Annos LXVI. iacetque sub hoc paruo lapide.**

Nomencl.
Card.

Huiusce

Huiusce Præfulis, & Guidi Baldi Ducis intuitu Iulius II. Vrbinatibus Collegium, quod Rotam appellant, ad decidendas lites concessit: cuius erectionis diploma Iulij rescripsit in suo secundo tomo Italiae sacrae Ferdinandus Vghellius: in literis familiaribus Petri Bembi quinque huic nostro Cardinali inscriptas inuenies: in Vrbe Fanensi sunt plura numismata cum huius Cardinalis effigie.

Circulus
Cabeza
Hiet. Ga
mbert.
Andr. Vi
Astell. in
Add. ad
Cacon.
Ferdinad.
Vghell. in
Ital sacra.
Aubery in
Fiz.
Francipius
Felix Con
telor. in
Eleacho.
Art. Pol.
Ferdinad.
h. G.
Gonzaga.
Hypolyt.
Donat.
de in M.
in Eccl.
f. h. ca.
Ludovic.
Donis de
Amchy in
in histor.
Cachal.



XIII.
SIGISMUNDVS Gonzaga, Mantuanus, Marchionis Mantuae Federici, & Margaritæ Bauaræ filius, militari cultu relicto, Episcopus electus eiusdem vrbis, non minus vitæ integritate, quam generis splendore conspicuus inter Diaconos Cardinales absens à Iulio cooptatus præfuit Ecclesiæ S. Mariæ Nouæ. Amplissimæ dignitatis insignia Paulus à Molaria Romanus, Põtificij cubiculi inter proceres togatus minister detulit, & à Francisco Mantuæ Marchione Cardinalis fratre non vulgaria mu-

nera retulit. Accitus deinde à Iulio Romam magno nobilium comitatu adiuit, & à sene Pontifice, singulari quali parentis affectu exceptus est; deinde Legationem gessit in Piceno, & Bononiæ, cuius virtute, & industria Bentiuolis crepta Bononia, & sedi Apostolicæ reddita. Post Iulij II. obitum, à Leone X. sacrum Imperium moderante Legatus in Mantuanum agrum amplissima cum facultate mittitur; quo in munere exercendo ille sæ famę opinione, vsque ad vltimum vitę spiritum permansit non minus honoris acceptæ purpuræ, & Legationis dignitatibus deferens, quam ab ipis in eum gloria redundaret. Mantuani Episcopatus munere se abdicauit in fauorem Herculis Gonzagæ nepotis: & moriens sex millia aureorum Mantuæ Cœnobijs, reliquam suppellectilem satis amplā Marchioni Federico Gonzagæ postea Mantuæ Duci legauit.

Mortem subiit Mantuæ ex monumentis Vaticanis die 4. seu 5. ex Ciaconio verò 9. Octobris sub Clemente VII. cuius comitijs, vti etiam Leonis X. & Hadriani VI. interfuerat, anno Christi 1525. & solemnii pompa sepultus in Ecclesiâ principis eiusdem vrbis D. Petro sacra, quamuis in D. Francisci sepulturæ locum sibi delegisset, cum hoc Epitaphio.

**SIGISMUNDO GONZAGÆ CARDINALI
QVI CVM GENERIS SPLENDORE BONITATEM
ADEQVAUIT.**

Eius deinde cadauer cum Ludouico antecessore Franciscus Gonzaga Mantuanus Episcopus in medio Ecclesiæ nouæ sub principe fornice honorificentius collocauit, scripta hac noua inscriptione.

D. O. M.

*SIGISMUNDO GONZAGÆ Cardinali Mantuæ Episcopo,
& Ludouico Gonzaga electo Mantuæ eidem Episcopo: cum
eorum corpora serè inhumata, & indecorè iacerent, non vt
sanguinis nobilitas, splendor, functisque officij dignitas
postulabat.*


*Fr. Franciscus Gonzaga Episc. Mantuæ summa in utrosque
pietate, atque singulari reuerentia in amplissimos Patres ante
cessores suos, quo potuit decore monumentum hoc eis
faciendum curauit.*

Obijt Sigismundus anno MDXXV. Ludouicus verò MDXI.

In Piceno Legatus Maceratæ degens Legatorum Apostolicorum palatium nobili structura erigi iussit: Mantuæ Episcopales aedes, veteribus solo æquatis à fundamentis extruendas curauit. In Franciscanum ordinem propensus Assisij nobiliora Franciscani hospitij cubacula extruxit: Carmelitano ordini tuendo præpositus fuit. Huius Cardinalis intuitu Clemens VII. Romanus Pontifex singulare illud Episcopis Mantuanis contulit priuilegium delegandi etiam in secundis, & tertijs instantijs quem mallent iudicem, sublata facultate reis appellandi; ipsius Clementis diploma die 30. Ianuarij anno 1524. scriptum seruatur in tabulario Mantuano.

TERTIA CREATIO CARDINALIUM.

Anno Dominica Incarnationis 1507. die Lune, 4. Ianuarij. Iulius II. Pontifex Maximus Põtificatus sui anno quinto Bononiæ lectetò adscripsit Cardinalium Collegio tres Gallos, & vnum Hispanum, quos Romæ deinde publicauit eodem anno die 17. Maij. Dissentit à nobis, seu potius à monumentis Vaticanis Ciaconius, dum tres tantum Gallos, anno verò 1506. & non 1507. renunciatos esse Presbyteros Cardinales affirmat.




XIV.
IOANNES, quem Ciaconius Franciscum, alij Ioannem Franciscum nominant, de Tremolia, Gallus, Ludouici Tremolij Vicecomitis de Thouras copiarum Regiarum in Italia Ducoris, & Margaritæ Ambofianæ filius, ex Abbate S. Benedicti Floriacensis, & B. Mariæ de Granataria, diocesis Lucionensis Pictauiorum Præful, deinde Ausciorum Archiepiscopus, demum absens S. R. E. Presbyter Cardinalis tituli S. Martini in montibus, aliàs Equitij à Iulio renunciatus est: quem malè Narbonensem Archiepiscopum Panuinius vocat. Ludouicum Regem Gallia in expeditionem Insulicam secutus interfuit solemnii ingressus pompæ eiusdem Regis apud Mediolanum: sed paulò post, dum Romano itineri se compararet, gratias acturus Pontifici de ipsius promotione, mense Iunio, seu veriùs die 20. Iulij anno eodem, quo purpura ornatus fuerat, animam exhalauit, dubium an veneno extinctus, vt refert Historicus Regius Ioannes de Authon. Cor ipsius in ædibus sacris fratrum Minorum Mediolani; corpus verò in æde Collegiata S. Mariæ Castri Thoarcensis in Pictonibus sepulchro gentilitio Dominorum de Tremolia conditum est sub marmoreo sepulchro cum hoc Epitaphio.

**HIC IACET
CORPVS ILLVSTR. PR. IOANNIS DE TREMOLIA
CARDINALIS S. SEDIS APOSTOLICÆ
ARCHIEPISCOPI AVSCENSIS
QVI OBIT MEDIOLANI ANNO MDVII.
ORATE DEVM PRO EO.**

*Ausciorum Præful, sacro qui Cardine fulget,
Pictauium Antistes hac requiescit humo.
Ipse pedo dignus, quo nusquam sanctior alter,
Nec fuit ille tamen nobilitate minor.
Mendicos aluit diues, castusque Sacerdos,
Iustitia cultor, conscia culpa procul,
Italiam fato querens, Sanctumque Parentem,
Aetatis florem mors inopina rapit.
Ioannes Tremolius superas concessit ad auras
Illic quo nomen lana dedit media.
Quingentos septem sol tunc compleuerat annos,
Milleque quo Christus natus in Orbe fuit.*

Ioannis Cardinalis Auscensis hoc epitaphium Latinis versibus conscriptum, Gallicè primus composuit Ioannes Bouchetus Picto in Panegyrico fratris Ludouici Tremolij Vicecomitis Thoarcensis, Burgundiæ Proregis, Viri magni, qui testibus Paulo Iouio, Francisco Guicciardino, Arnolde Ferronio, alijsque primæ notæ Historicis, magnis rebus gestis Dux clarus fuit.

Scutum gessit aureum, cantherio coccineo exaratum, cum tribus Aquilis cœruleis rostro, & cruribus miniatis, duabus in summo, tertia in imo: aliud ab hoc dederat illi olim Ciaconius, & aliud ab his duobus omnino diuersum Aubery.



XV.
RENATVS, seu Reginaldus de Prie, vel de Pria, Gallus, Bituricensis, Antonij Baronis Busfanciaci magni Franciæ Coqui, & Magdalene Ambofianæ filius, Ecclesiæ à teneris annis addictus, opulentibus Sacerdotijs insignitus, Archidiaconatu scilicet maiore Bituricensi, Episcopatibus Lectorenensi, Lemouicensi, ac tandem Baiocensi. Inter Presbyteros Cardinales à Iulio II. Summo Pontifice absens adlectus titulum obtinuit primò S. Lucie in Septem folijs, deinde S. Vitalis, demum S. Sabinæ. Ferunt Renatum accepto purpuræ galero nullum edidisse latitiæ signum: huic præfente Ludouico XII. Galliarum Rege Georgius de Amboise purpureum pileum imposuit Lugduni in Ecclesiâ Prædicatorum. Eum verò idem Pontifex Cardinalitia dignitate priuauit in odium Conciliabuli Pisani, cui Renatus intererat, & quia sine licentia Pontificis à Curia discesserat. Promiserat enim antea Renatus, seque iuramento obstrinxerat de non recedendo sub pœna priuationis omnium dignitatum etiam Cardinalatus. Concilium tamen Pisanum deinde abrogauit, & Lateranensi adhæsit; quare in sacrum Collegium postea restitutus est à Iulij successore Leone X. Celebrauit exequias

Claud. Robert. in Gall. Christiana.
Io. Chenu de Episc. Gallia.
Petr. Frizonius in Gall. Purpurata.
Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciacon.
Felix Cotelorius in Eleacho.

Ciaconius Claud. Robert. in Gall. Christiana.
Io. Chenu de Episc. Gallia.
Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciacon.
Felix Cotelorius in Eleacho.
Aubery in Vita.
Petr. Frizon. in Gall. Purpurata.
Francis. Guicciar. in Histor. Panuinius de Rom. Pontific.

Annæ Reginae Ducissæ Britannæ, assistentibus Episcopis Parisiensi, Aurelianensi, & Lemouicensi. E vita migravit ex Ciacionio mense Augusti; ex alijs verò, atque ex sepulchrali inscriptione die 9. Septembris anno 1516. & sepultus in Monasterio Prateæ ordinis Cisterciensis in Biturigibus, vbi visitur hoc Epitaphium.

Hæc mortales, Reuerendissimus D. de PRIE Cardinalis Tituli S. Sabine, Episcopus Baiocensis, ac Lemouicensis, Abbas S. Mariae de Prateæ, ab humanis discedens animam Deo Optimo Maximo tradidit, eiusque cadaver iussit humillime iuxta Diuam Faustam recondi.

Obijt 5. Idus Septembris anno Domini MDXVI.

Fuisse autem Renatarum B. Mariæ de Prateæ Abbatiem Regularem, non Commendatarium scribit Gaspar Longellinius in suo de D. Bernardi purpura libro, atq; ex illo dictum suum probat, quod vltimus illius de Prateæ Cœnobij Regularis Abbas D. Claudius de Besley obiit anno 1547. die 27. Martij, hic verò Renatus anno, vt diximus 1516. Ciacionius in Leone X. scripsit, Renatum nostrum mortem subijisse Presbyterum Cardinalem S. Anastasiæ; sed non audiendus in hoc Ciacionius; cum ex sepulchrali inscriptione, cuius notitiam ille non habuit, sit certum, obiisse Presbyterum S. Sabine.

Huiusce Cardinalis scutum bipartitum visitur in andrio Prateæ, in cuius priore parte miniata trifolia aurea, in posteriore verò palata auro, & minio exaratur. Aliud ab hoc illi tribuerat olim Ciacionius; sed proprium nos restituumus, quod ad eius sepulchrum, vt diximus, visitur; nec dissentit à nobis Longellinius; solum quadrupartitum idem scutum, quod nos bipartitum, eidem tribuit.

XVI.

LVDOVICVS, quem nõ appositè Panuinius Fræcicum vocat, de Amboise, Gallus, Caroli de Amboise Campaniæ, & Burgundia Gubernatoris ex Catharina de Chauigny filius, successit patruo, Ludouico item nominato in Præsulatu Albiensi; & Romana purpura absens insignitur, & inter Presbyteros Cardinales titulo SS. Marcellini, & Petri cooptatur à Iulio II. Romano Pontifice. Cum autem accessisset Viterbium, vbi Iulius tunc temporis commorabatur, iamque paratum esset publicum Confessorium pro eo recipiendo, Nuncius ex Gallia superuenit, qui certum reddidit Pontificem de nouitate à Rege facta circa annuos Cardinalium redditus in Gallia; illos enim ne redderentur, impedierat, adeoque licet omnia parata essent, noluit illum recipere, nec recepit, nisi prius res in pristinum in Gallia reddita: sunt. Hic in Albiensi vrbe constituit Sorores, Annunciatas dictas, in Monasterio Conceptionis.




Ciacionius Ferdinand. Vghell. in Addit. ad Ciacion. Claud. Robert. in Gall. Christiana. P. Frizon. in Gall. Purp. Aubery in Vita. Felix Cœtelor. in Bleacho.

Anconæ in Italia fato cessisse autumat Frizonius anno 1517. Ciacionius, & Carellus die tertia Martij 1511. monumenta Vaticana 1510. die 17. Septembris; corpus sepelitur Laureti, vt verò deportatum in Galliam conditur Albiæ in Cathedrali iuxta Ludouicum patrum. Huic tamen apud ædem Lauretanam Cardinalis Armeniacus hoc Epitaphium ponendum curauit anno sexto supra trigessimu ab eius obitu.

LVDOVICO CARDINALI Amboisiano, Gallo, Albiensi Episcopo; præter generis nobilitatem, singularis pietatis Viro, ac omnes omnium Virtutes complexo GEORGIVS CARDINALIS Armeniacus affini, & prima ætatis alumno, neglecto, & collabente in sumulo iacenti, voti reus hoc post sextum, & trigessimu ab eius obitu annum, cum venisset, pro tempore posuit Anno MDLIII. Kal. Octobris.

XVII.

FRANCISCVS Ximenius, Hispanus, ex nobili, & vetusta Ximeniorum familia natus, Cisnerius cognominatus ex aliquibus, Cisnerio, Regni Legionensis haud ignobili municipio, Alphonsi, & Mariæ de Turè filius, in Baptismo Gonsalvus nuncupatus, ab ipsis incunabulis honestè, & sanctè educatus, puerilibus litterarum rudimētis domi instructus, Grammaticæ vperam daturus, Complutū primò, deinde Salmanticam ius vtrumq;



Ciacionius Cabrera. Andr. Viorell. in Addit. ad Ciacion. Panuinius. Felix Cœtelor. in Elencho. Andr. Sander. in Elog. Card. Henricus Spondan. in Annal. Eccles. Io. Mariana in Hist. Hispan.

auditorum mandatur; vbi tales profectus fecit, vt paucos post annos in domesticis ædibus facultatem hanc ipse alios docuerit. Liberalium verò artium, & diuinarum in primis scientiarum discendarum cupidus quicquid temporis ex iuris studio subducere licebat, Theologiæ sub Magistro Roensi celeberrimo professore impertiebat. Studiorum petactò curriculo in patriam reuersus, ex Alphonsi patris auctoritate, qui forenses causas procurabat, Romam contendit. In itinere cum in latrones semel, atque iterum incidisset, viatico, veste, & equo spoliatus, apud Aquas Sextias sistere coactus est, donec præteriens Brunetus quidam Salmaticensis, olim contubernalis pecuniam subministravit, & socium itineris adhibuit.

Romæ dum se causis acitandis exercet, nuncium accipit, patrem obiisse; vnde matris viduitati, & fratrum orbitati consulturus, domum regreditur, obtento prius Pontifice de Expectatiuis, vt vocant, diplomate, cuiusuis Sacerdotum aliquod posset adipisci. Harum literarum auctoritate Vzedotia Archipresbyteratui vacantem obtinuit: is modus Vzedotia vindicandi cum apud omnes Episcopos inuidiosus esset, tum maximè fuit apud Alphonsum Garillium Archiepiscopum Toletanum virum potentissimū, qui domesticum quendam Sacerdotio illo statim vbi vacauerat, præfecit. Ex mota itaque lite, grauissima Præfulus offensione contracta coniectus est Gonsalvus in vincula in penitente turre arcis Vzedanæ, quæ illi postquam ad Archiepiscopatum peruenit, pro gazofilacio fuit. Inter custodias mœstum non ignobilis conditionis Sacerdotem illius oppidi ciuis, qui in eodem erat carcere, per humaniter solatus his verbis. *Depone marorem; in hoc ipso, quo teneris cubiculo Ioanes Zereuela, Aluari illius magni Comestabuli frater grauioribus vinculis constructus, acerbiorum passus est custodiam; cui ad Pontificatum Toletanum assumpto, rerum præteritarum, & iniquæ sortis memoria fuit incunda. Ego quidem postquam tua frontis probitatem, totiusque corporis dignitatem contemplatus, talem in te rerum conuersionem futuram animo concipio.* Gratias egit Ximenius consolatori suo; sed duriora dixit esse principia, quàm vt exitum tam facilem essent habitura. Non defuerunt aliquot huiusmodi prædictiones, & ostensa, quibus eius futura magnitudo, quantum superis curæ esset, prædiuinarum potuit, & animaduerti. Ab hac Vzedanæ arcis custodia haud multò post ad arcem oppidi S. Torquati publicum fontium Sacerdotum carcerem translatus, complures ibi dies detentus, vna sacrarum literarum lectione duram fortunæ, in qua verlabatur, conditionem tolerauit, donec Archiepiscopus per Bondiani Comitris nepotis sui vxorem tandem exoratus, abiectionis spe, quam de iure Sacerdotij extorquere à capto conabatur, liberum hominem abire permisit. Ille conceptam semel Antistitis indignationem veritus, ne quæ sita, vt fit, non tantum expectata occasione rursus erumperet, solum vertere statuit, atque ab vniuersa illius ditione ipse exilio spontaneo sese multauit. Quo circa cõposito cū Capellano maximo Ecclesiæ Seguntinæ mutua Sacerdotiorum permutatione, Capellaniam, quam maximam appellant, Ecclesiasticæ dignitatis titulo insignem adeptus est, sed nonnullo, quod vberioris prouentus esset, quàm Archipresbyteratus annuæ pensionis onere prægrauatam. Ita integre vitam instituit, vt ab omnibus bonis eius amicitia certatim ambiretur: inter quos familiarissimè vñs est Ioanne Lupo, Medinensi, Almazani Archidiacono, Viro singulari, morum probitate, ac rerum gerendarum prudentia prædito, tum etiam opibus, & auctoritate pollenti. Cui iam tunc auctor Ximenius fuit eius Collegij Literarij condendi, quod in suburbio Seguntino ius Academiae publicæ tenet; qua in re non obscurum sanè documentum dedit animi ad literas prouehendas propensij, secumque tale aliquid meditantis, modo fortuna par votis offerretur.

Interea Petrus Gonsalvus Mendozius tunc Episcopus Seguntinus, magna hominis fama motus, nihil tale cogitanti, aut ambienti vicariam detulit vniuersæ diocesis administrationem, quod ille munus quanta potuit contentione recusauit. Sed cum Antistes acrius instaret, & vrgeret, subiit tandem onus, ne illius auctoritatem contemnere videretur. Susceptum igitur munus tanta animi moderatione, prudentiaque gerebat, vt vniuersi facillè intelligerent, neminem inueniri posse, qui ab omni, vel auaritiæ, vel insolentiæ labe magis abhorreret. Quo factum est, vt ab Antistite suo plurimum fieret, & Sacerdotijs non contemnendis aueretur, & simul maiorem bonorum omnium beneuolentiam comparauerit. Ea quidem opinione apud Viros primarios innotuit, vt Alphonsus Silua Cifontanus Comes in Granatensi expeditione captus, & in vinculis Maurorum detentus, eius fidei ditionem suam vniuersam commiserit, remque publicam, & familiarem illius tutelæ commendarit.

Cum itaque Seguntinæ in litibus Ecclesiasticis iudicandis, cæteris omnibus abundè satisfaceret, sibi vni tantum displicebat; nimirum mens diuinis assueta rebus, quæ ab illo vitæ stæpitu ad turcissimum otium se iam receperat, haud ferre poterat, tempus omnerebus fordidis impendi. Quare suas meditationes assiduo cum Deo colloquio conferrebat; non tamen reperire modum poterat, quo se à suscepto munere extricaret, & in pristinam libertatem affereret.

Interea Petrus Gonsalvus Mendozius tunc Episcopus Seguntinus, magna hominis fama motus, nihil tale cogitanti, aut ambienti vicariam detulit vniuersæ diocesis administrationem, quod ille munus quanta potuit contentione recusauit. Sed cum Antistes acrius instaret, & vrgeret, subiit tandem onus, ne illius auctoritatem contemnere videretur. Susceptum igitur munus tanta animi moderatione, prudentiaque gerebat, vt vniuersi facillè intelligerent, neminem inueniri posse, qui ab omni, vel auaritiæ, vel insolentiæ labe magis abhorreret. Quo factum est, vt ab Antistite suo plurimum fieret, & Sacerdotijs non contemnendis aueretur, & simul maiorem bonorum omnium beneuolentiam comparauerit. Ea quidem opinione apud Viros primarios innotuit, vt Alphonsus Silua Cifontanus Comes in Granatensi expeditione captus, & in vinculis Maurorum detentus, eius fidei ditionem suam vniuersam commiserit, remque publicam, & familiarem illius tutelæ commendarit.

Cum itaque Seguntinæ in litibus Ecclesiasticis iudicandis, cæteris omnibus abundè satisfaceret, sibi vni tantum displicebat; nimirum mens diuinis assueta rebus, quæ ab illo vitæ stæpitu ad turcissimum otium se iam receperat, haud ferre poterat, tempus omnerebus fordidis impendi. Quare suas meditationes assiduo cum Deo colloquio conferrebat; non tamen reperire modum poterat, quo se à suscepto munere extricaret, & in pristinam libertatem affereret.

Gasp. Ion. gelin. in. Card. ord. Minor. Hipp. Mar. rac. in. Purpura. Mantua.

assereret. Cœpit ergo monachatum cogitare; nam hæc sola via re-
liqua videbatur, qua & Cardinali Mendozio satisfaceret, & sui voti
compos efficeretur. Cum rem ad amicorum quam plurimos de-
tulisset, illorum nonnulli haud quaquam pari spiritu afflati, ma-
gnopere hominem ab eo consilio debortari, ac deterere conaban-
tur. At ille cum obfirmato in ea sententia animo hanc vitam libe-
ratorem nostrum Christum optimum maximum commonstrasse
diceret, quæ illum expeditius mortales sequerentur; amici hanc
homini mentem diuinitus datam intelligentes, minime quidem
repugnandum rati, de Sacerdotijs, quibus præerat, cum eo age-
re cœperant, vt ad Bernardinum eius fratrem natu minimum de-
ferti operam daret. Vagabatur tunc temporis adolescens, nec sa-
tis conitabat, vbi nam locorum ageret; *providendum ergo dice-
bant, qua fieri posset, ne egestate oppressus, ut quis, & parentum
iam pridem auxilio, & nunc fraterna ope destitutus esset, malis
artibus vitium quæreret.* Ille dictis amicorum cedens, successo-
res Sacerdotiorum ipsos constituit, fratrem interim illis commen-
dans, modò idoneus esse videretur.

Domesticis rebus utcumque compositis, S. Francisci instituto,
quod potissimum delegit, sese mancipauit: cum verò Cœnobium
Toletanum nuper à Catholicis Regibus constructum sinceræ, &
primariæ religionis cultu florere perciperet, illius se sodalibus an-
no nostræ salutis 1477. tyronum omnium primus adiunxit. Elapso
tyrocinio, ac mutato in solemnî professione Gonfalui nomine in
Francisci, tanta continuò, tamque præclara veræ pietatis docu-
menta dare cœpit, vt breui maximam de se sanctissimi viri opinio-
nem excitaret. Egrè porro tulit Mendozius Cardinalis se, suumq;
Episcopatum integerrimo priuari Vicario; attamen nonnullis fami-
liaribus dicere solebat, magnum virum Ximenium esse, seque
augurari ab illo Cœnobio ad præclarissimam aliquam dignitatem
abducendum; idque in magnum totius Reipublicæ Christianæ
emolumentum cessurum. Hoc prudentissimi viri dictum in mul-
torum hæsit memorijs, & rei euentus docuit, non tam leuiter con-
niecisse, quam verè diuinasse.

Atqui in hoc etiam à mundo secessu, & religioso claustrî reces-
su non quiescebat Ximenius; offendeat enim hominem quietis,
ac tranquillitatis percupidum celebritas loci, quo frequens, & vi-
rorum, & foeminarum turba varijs de rebus interpellantium quo-
tidie confluebat. Ergo vt ad solitudinem quandam mitteretur,
magnis precibus obtinuit; quare in angustam quandam perpaucorum
sodalium domunculâ non longè à circumfusa frequentium
castaneorum sylua, Castanetum vocant, amandatus est. Hic ille
tam voti compos factus cœlestem quandam vitam cœpit meditari:
fatagebat corpus inædiâ, labore, & vigilia attenuatum animi im-
pêno fugigere, mentem precatione, lectione, & contemplatione
exercitam in sublimè tollere. Inuitabat ad hoc præter loci silen-
tium, ac solitudinem lucus quidam vicinus tam proceris, & densis
arboribus, vt vix internitentis Solis dubium lumen per meridiem
admitteret. Hic sese ille penitissimè recondebat, vno dumtaxat
diuinarum Scripturarum codice comitatus, vbi post mentem
sacra lectione refectam, precationibus intentus, nunc positus ge-
nibus, nunc herbido solo recumbens, totus à sensibus propemodum
abstractus in supernam regionem ferebatur. Multo post
tempore humanis negocijs redditus hanc solitudinem solebat re-
quirere, & sub aureis laquearibus positus tugurium, quod ad vi-
tandas cœli iniurias hoc loco cõstruxerat, sæpè numero suspirabat.

Ab hac Castaneti solitudine nonnuquam à sui ordinis superio-
ribus Toletum euocabatur, quo ille inuitus licet accedebat. Mi-
rum quiddam accidisse fertur, dum aliquando hoc faceret iter com-
mite Petro Sanctiaco sui ordinis viro, integritate vitæ, ac simplici-
tate Christiana insigni. Cum multa nocte Aiofrinum non longè
à Toletò oppidum peruenissent, in frugibus ad triturationem pa-
tratis recumbentes indormierunt: euigilauit Petrus, & Ximenium
inclamans, *se nunc, inquit, à Patre Archiepiscopum Toletanum
venerabar, galero etiam rubro insignitum: Dum optimum ma-
ximum precor, vt in somnium à se, ut credo, missum verum effi-
ciat: Ximenius autem nihilo ob id commotior dormi, ait, obse-
cro; nam hæc sunt vera somni ludibria.* Apud pios quidem viros
non tam nocturna insonnia, quam diuinæ præmonitiones reputa-
bantur, dignæ quidem Sanctiaco propter vitæ sanctimoniam, ad
preparandum ad res excellas Ximenij animum immisissæ.

Castaneti secessu haud ita diu frui potuit Ximenius; commi-
grare enim iussus est in per pusillum aliud Monasterium à proximo
Salictò *Salzedam* Hispanicè nuncupatum, neque amenitate,
neque solitudine Castaneto inferius. Ibi multò incultiorem, &
horridiorem vitam agebat; nam & vino abstinuit, & herbis aqua
elixis, vt meliores essent, ad cibum vtatur. Sed neque hoc qui-
dem viuendi genus diutius sequi, vt proposuerat, permisissum fuit;
breui siquidem illius Cœnobij Guardianus factus, non potuit, vt
instituerat, vitam agere à turbis, & humanis curis penitus alienam
munus hoc inuito, & recusanti datum, summa cum laude, in pri-
mis verò tam nullo supercilio gerebat, vt religiosos viros exemplo
potius quam imperio in officio contineret; nam & intima quæque
ministeria sibi vitro assumebat, & nonnunquam aliorum operam
præstabat tam libenti animo, vt omnes pro virili anniterentur sese

A gerere in munij demandatis, vt Ximenius necesse non haberet
ipforum etiam res agere: vique adeo verum est vim acrem impe-
randi esse, si ductor ipse præcedat.

Ita contra prioris instituti sententiam rebus iam gerendis inten-
dere, actionis indultriam animi contemplationi coniungere, ope-
ram suam rebus etiam externis impendere coactus, ostendit quan-
tæ fuerit virtutis, & prudentiæ, qui proeue nonit vtranque vitam
coniungere, arque actiue absque villo contemplatiue nocumẽto
studere, præludum quoddam istud erat sublimioris exercendæ
potestatis, atque hac quidem ratione pugilem suum, Deum hæc-
tenus in vmbra exercitum in mediam Ecclesiæ arenam parabat im-
mittere, quem è latebris illis siluestribus hac potissimum ratione
produxit in lucem. Erat hoc tempore Petrus Gonzalez Mendozius
Cardinalis, qui ex Seguntino Episcopo Hispalensis primò, ac de-
inde Toletanus Archiepiscopus fuerat factus, in summa apud Re-
ges Catholicos auctoritate, & gratia; Isabellæ verò Reginæ su-
pra foemineum captum prudentissimæ in primis carus. Errant
autem priores Reginæ partes in administratione Regnorum, quæ
iure hæreditario ad illam prouenerant, quàm mariti, quanuis
vtriusque primæ esse viderentur. Igitur cum Regina Granata vr-
be non ita pridem è Maurorum potestate recepta, in Castellæ re-
gnum discedere pararet, huius Mendozij Cardinalis fidei, ac dili-
gentiæ commisit, & summopere commendauit, vt quempiam
speciatæ religionis, & probitatis quæreret, qui ipsi ab arcanis con-
fessionibus esset. Nam qui eam operam hæcenus Reginæ præsti-
terat, Fernandus Talabricensis Hieronymianus eximia sanctitate
vir, ex Abulensi Episcopo nuper Granatenfis Archiepiscopus fa-
ctus, aula relicta, in vrbe sua remanserat anno 1492. quo hæc ge-
sta sunt. Cardinalis, qui nimis sollicitam hac de re sentiebat esse
Reginam, non esse dixit opus longa indagine; habere enim se
hominem illi ministerio ad vnguem factum, atque formatum: ergo
illi Franciscum Ximenium suum olim Seguntinum Vicarium, tunc
verò Salzedæ Guardianum suis coloribus accuratissimè depingit.
Se tamen veteri affirmat, ne homo pricæ seueritatis, & sanctimo-
niæ suam illam contemplationem quietam, & vitæ modum quan-
tumuis incultum velit conditione alia mutare.

Regina Cardinalis verbis permota, quem sciebat non temere,
qua erat prudentia, quemquam laudare solitum, flagrare cœpit
studio hominem videndi, atque alloquendi familiariter; quare
Cardinali mandat, vt illum aliquam ob causam accerfat. Ximenius
per literas Cardinalis accitus, quamquam ægerime à secessu illo
Salzedano diuellebatur, tamen ne optimo patrono deesse videretur,
ad illum in regium comitatum venit, vbi communicatis quæ
Cardinalis voluit negocijs à Regina, deinde tanquam per occasio-
nem vocatus iniectis varijs sermonibus prudentissima foemina Xi-
menij animum interrogando, & percontando elicere satagebat.
Ille regio conspectu, colloquio nihil commotior factus, vul-
tu, atque habitu corporis sedatæ mentis compositionem præsefe-
rente, tum oratione ipsa sapientissimis sententijs plena, quæ vera
est latentis animi imago, facillè Reginam in sui admirationem ad-
duxit, & conceptam de se opinionem impleuit. Post aliquot dies
rogatus est vt Reginæ esset à confessionibus, quod onus ea se re-
spondit conditione subiturum, si regium comitatum sectari non
cogeretur. Se quoties sua opera Regina indigeret, venturum eius
iussu, mox tamen rediturum in suum Cœnobium; nec aliud mul-
tis precibus à Ximeno impetrari potuit.

Magna erat tunc Ximenij fama apud omnes Hispanos ob eius
integritatem, & sanctimoniam; nam Regina apud maritum, cæterò
que viros prudentes non cessabat Ximenij dotes laudare, repe-
risse se hominem dicens, omnibus pietatis, religionis, & sapientiæ
numeris absolutum. Certè Petrus Martyr de Angleria Regum
Catholicorum historicus, qui styli ruditate rerum à se traditarum
fide egregiè compenfat, in epistolis scribit, eum ex abditis syluis
extractum, vultus pallore, & ob vitæ asperitatem totius corporis
obducta macie, Paulum, aut Hilarionem eremi incolas post tot
secula in lucem retulisse, magnamque sui apud Regios comites
admirationem concitasse. Relictis enim Seguntinis Sacerdotijs,
fortunaque nequaquam aspernanda in semotam solitudinem se-
cessisse, & cum viuendi rigorem delicijs, quas aulici tantopere
consectantur, prætulisse, haud vulgariter mentes hominum com-
mouit. Nec dubitat Petrus Martyr ipsum Augustini acuminè, Hie-
ronymi abstinentia, Ambrosij seueritate exornare. Addit præ-
terea ab eius sodalibus iactatum fuisse mentis plerumque veluti ex-
cessu, aut cum cœlestibus ipsis collocutum, aut certè rebus ipso-
rum contemplandis occupatum, sensuum quandam stuporem, &
alienationem subire solitum. Illud etiam à viris doctis memoratur,
cum de itinere lassus esset, confedisse propter aquæ riuulum; cuius
comes in mediam minus ferens; nam vterque erat impransus, modò
non animam videbatur agere. Qui dum Ximenius vt in memoriam
Dei prouidentiam, & curam, quam habet de vilibus etiam passe-
tibus, reuocet, vidisse fertur purissimum panem petræ, quæ ri-
uulo imminebat, impositum; quem inter se partiti, & aqua sum-
pta, quod itineris superabat, conficere potuerunt.

Cum ergo Ximenius magna esset apud Reginam auctoritate,
atque omnia ferè Reipublicæ negocia ex eius consilio, & sententia
gereren-

gererentur, accidit, ut in comitijs Prouinciæ Castellæ in Cœnobio S. Stephani, quarto à Burgis lapide, in locum Ioannis Tolofatis viri grauiſſimi, & piſſimi Vicarius licet abſens ſubſtitueretur; quamquam conſodales vererentur, ne homo rerum iſtarum nequaquam appetens, magiſtratum, qui illi mandabatur, recuſaret. At ille quod paulò ante cum Reginæ nullas operas debebat, omni ratione depulſiſſet, perlibenter accepit, ut occasione huius muneris, quod aſſiduas habet occupationes, haud ita frequenter ad Reginam, & aulam venire cogi poſſet. Sed nihilo rariùs ob hoc ab illa acceſſebatur, in cuius ſinum non ſolum occultas animi noxas, quas in Deum commiſerat, ſed quicquid publica, aut priuata negotia moleſtiæ, aut ſollicitudinis incuſſerant, familiariter, & amice effundebat. Quæ cum ſemper maximis de cauſis in illa fortuna oriantur, neceſſe eſt, ut mole ſua eos etiam quibus cum communicantur, obruant, aut ſaltem ingenti ſollicitudine, ac tumultu eorum animos impleant. Quo circa quantum fieri poterat, aulam, & ſæcularia negotia vitabat.

Cum itaque vtriuſque Castellæ prouincia tam quæ cis montes, quam quæ ultra eſt, Ximenio viſenda, & peragranda eſſet, ac multæ res examinandæ, & deſcribendæ eſſent, Religioſum aliquem virum quaerere cœpit, & ætatis vigore, & ingenij dextérité præditum, quem in laborum partem aſſumeret. Qua de re dum Compluti Gardiano ſedulò ageret; *peropportune*, inquit, *hoc mihi, ut curem mandas; nam non ita pridem adoleſcens quidam huc à Toledo aduenit, qui in noſtrum ſodalitium per me cooptatus præclaræ indolem præſeſſe videtur; nam & viuido ingenio, totiuſque corporis vegeta natura omnia induſtriæ, & virtutis munera, ni male coniecto, mihi pollicetur, ac proſus iſ rebus, quibus ipſe in præſentia tractandis indiget, apparet aptus; pulchris enim literis, celerique tractu manu minimè torpentis ſcribit. Vnum eſt tamen, cur à nobis diuelli doleamus: quod cum voce, & artis maſtica perſeſta excellat, magnam noſter chorus iacturam eſt facturus; nam totam pueritiã inter pueros Templi Toletani miniſterio dicatos egit; poſtea verò in quoddam Collegium migravit, quod Franciſcus Aluarius Toletanus ſcholæſticus in horum pueroꝝ gratiam domi ſua inſtituit, antequam Academiam Toletanam conderet, ubi literas diſcerent Latinas.*

Permotus Marquinæ ſermonibus Ximenius ad ſe Franciſcum Ruizium, hoc enim erat adoleſcenti nomen, quam primum duci iubet, cuius liberali aſpectu delectatus ſibi ſodalem delegit, & ad vitæ finem retinuit; eiſque fidem, & vtilem operam expertus, primum quidem Mirobrigæ, ſiue Ciuitatenſem, deinde Abulenſem Episcopum faciendum curauit. Igitur Ximenius in ſuſcepto munere ſtrenuè gerendo totus occupatus, eo, quo priuatus ſolebat, apparatu ſingula prouinciæ contubernia luſtrabat, hoc eſt vnico diuitaxat ſodale viæ comite, & aſello, quo & farcinæ nonnullæ portarentur, & deſeſſus nonnunquam ſodalis veheretur; ipſe enim ſuæ religionis tenax, niſi ægritudo aliqua cogeret, ſemper iter pedibus conſciebat. Oſtium ab vtroque petebatur cibus, niſi illum nonnunquam ex itinere malè habentem Franciſcus Ruizius ut quieſceret, moneret, ſibi que eas partes concederet, orabat: nam Ximenius ad hanc rem planè ineptus plerumque donum vacuus redibat, & oleribus tantum veſcebat. Quocirca Ruizius ſi quando acrius de mendicatione faciendâ contenderet, hiſce verbis obiurgare ſolebat: *quin tandem non ſentis, o Pater, minimè ſe ad has operas eſſe aptum, aut genitum? non omnibus omnia Deus conceſſit; in precibus, & meditationi vacato, & mihi hanc prouinciã relinque.*

Aliquando dum Beticam ex officij ratione perluſtraret, ad fretum Herculeum, ubi Calpe mons eſt, quem nunc Gibraltarum ex corrupta Arabica nomenclatione appellant, appulit. Hic & Africa terræ conſpectu inuitatus, & quod iam diu deſiderio teneretur eò traiciendi, quod & D. Franciſcum feciſſe didicerat, cœpit de nauigatione cogitare. Ardebat Ximenius miro quodam deſiderio tranſmarinis hominibus Chriſtum annunciandi, paratus ſupplicia, & mortem ſubire. At quoniam per viros religioſos certior factus fuerat, ſœminam ſui ordinis cultricem tertij inſtituti pœnitentiæ ibidem eſſe, vitæ, & morum ſanctitate clarã, & quæ Diuorum præſentia ſapè numero frui crederetur, captato extemplo ſœminæ colloquio ad eam rem, quam animo conceperat, eius ſententiã priùs requiſiuit. Deterruit hominem vates mulier, & ut à propoſito deſiſteret, effecit; ſeruari enim eum ad res maximas perficiendas dicebat, in quibus grauiora certamina ſuſtinenda forent, quàm ſi inter barbaras, & Punicas nationes verſaretur. Retardatus piæ ſœminæ dictis ſententiã mutauit, & è Betica rurfus ad Reginam, quæ illum per literas, ut maturè ad ſe veniret, rogabat, in Caſtellam proceſſit.

Accidit per id tempus ad Reginæ votum de Ximenio apud ſe retinendo peropportuna occaſio. Cœperat enim ille ſummo ſtudio cum Regina agere, ut quod iam olim à prædeceſſoribus Regibus tentatum erat, atque minima ex parte conſectum per delectos quosdam cenſores perficiendos curaret, qui corrigendis, atque in veterem diſciplinam reuocandis omnibus omnium Ordinum, per totam regiam ditionem tum viroꝝ, tum ſœminarum Mo-

naſterij animum intenderent. Obſoleuiſſe omnem vbique religioſorum viroꝝ ſinceritatem ingemicebat, maximè verò apud ſui inſtituti viros, quibus ut nalcenſibus arctior quædam, & ſanctior diſciplina fuerat; ita collapsis, & degenerantibus altior calus, ac turpior contigerat ruina. Nam præter vitæ licentiã, quæ ſanè labe communis per id tempus religioſis Collegijs propemodum eſſe videbatur, pleraque illorum ſodalitia aduerſus tam commendatam illam à D. Franciſco paupertatem, prædia vbique cum ruſtica, tum vrba, veſtigalia, & cenſus obtinebant. Huius inſtituti qui erant Conuentuales fratres, & Clauſtrales paſſim dicebantur: hi pleraque omnia magnifica, frequentiffimamque incolebant Hiſpaniæ Monafteria; illi verò qui propter accuratorem ſui Ordinis obſeruantiam, Fratres Obſeruantes appellabantur, pauca quædam, ea que exigua Cœnobia obtinebant. In horum itaque poteſtatem Conuentualium domos Ximenius qua potuit arte, prece, vel pretio traducebat; at cum opulentis, & potentibus aduerſarijs contendendum ei ſepe numero erat. Quare cum ſe imparem eſſe videret, Reginæ fauore uti decreuit, atque longiùs ſolito apud illam morari; quæ ea de cauſa Ximenio longè beneuolentior, & æquior erat; & ipſe competitoribus terribilior. Conſilium quidem pietatis plenum, grauiſſimarum tamen cauſa fuit diſſenſionum, atque turbarum. Nam & ſtatim in Archiepiscopum Toletanum aſſumptus, nondum ea de cauſa Prouinciali præfectura abdicata, cum adhuc acriùs poteſtate auctus inſtaret de clauſtralibus illis reformandis, exortus eſt quidam Laurentius Vacca ſancti Spiritus monaſterij Segobienſis Commendatarius, qui prætextu Pontificiæ conceſſioni ſibi facultatem eſſe aſſeuerabat, quoscuque vellet Conuentuales in ſancti Spiritus libertatem aſſerendi; hoc eſt arctam Minoritanorum diſciplinam in ſuam quædam laxiorem commutandi. Is ſanctiſſimos Ximenij conatus diplomatibus Pontificijs eludebat: nemo erat licentiæ paulò amantior, qui non apud illum rationem inueniret, qua ſemel ſuſceptam religionem abijceret, ſeque ab excommunicationis vinculo exolueret. Itaque fiebat, ut quantum vigilantiffimus cenſor ad priſcam ſanctimoniam ſodales ſuos diligenti ſtudio reuocare niteretur, tantum ille commentitijs priuilegijs ad petulantiam, & immodetiã deſlecteret. Qua de cauſa ab optimis, & religioſiſſimis Principibus Ximenius impetravit, ut iſ ſalua ſummi Pontificis auctoritate, qua præterius, & ſas abutebatur, per regios lictores in vincula conijceretur, ibique tantisper pœnas lætæ religionis daret, donec ſuſceptum negotium Ximenius conſiceret, remque omnem è Reipublicè Chriſtianiæ vtilitate, ſuique ordinis integritate componeret.

Laurentius tamen è vinculis auſugiens Romam ad Alcanium, Cardinalem Sfortiam contendit, quem patronum quondam habuerat; ut eius præſidio tum ſeueriſſimi hominis indignationem vitaret, tum in Regum Hiſpaniarum gratiam rediret; qui Ximenij ſtudia tantopere iuuantes nonniſi per magnos interceſſores placari poſſe exiſtimabat. Suſcepit illum benignè Alcanius, deque eius innocentia facile ſine aduerſario perſuaſus, literas fauoris plenas ad Reges dat, & Petrum Martyrem Mediolanenſem, virum doctum, & in rebus gerendis ſtrenuum per epistolam rogat, ut ſuo nomine Ximenium adeat, detque operam, ut ſi patria tandem Laurentius propter ſummi Pontificis rectè adminiſtratam conceſſionem carere debeat, ſaltem ablata per ſummam iniuriam ſupellex, & intercepti ex facultatibus ſuis fructus illi reſtituantur. Inuitus id Petrus Martyr fecit, qui probè rem omnem, ut erat cognouerat; ne quid tamen in officio ceſſaret, Ximenium adiuuit, eique Alcanij mandata expoſuit: ad quem Ximenius, ut idem Martyr in epistolis ſcribit; contracta, & obducta fronte conuerſus, *hominem*, inquit, *Petre Martyr, qui tam ſancta Regum decreta auſus fuerit reſcindere, tueris? ac minatus in Regine odium venturum, ſi verbum amplius pro eo faceret abire ſuffit.* Hoc idem, ut actum fuit, ad Alcanium Cardinalem Martyr reſcripſit, ſimulque ipſum à patrociniò Laurentij Vaccæ, qui tanta inuidia apud noſtros laboraret, dehortatus eſt.

Biennium iam proceſſerat, ex quo Ximenium apud Reginam Cardinalis Mendozius commendauit, quando ille periculoſè cœpit ægrotare, & relicta aula, in urbem Guadalſaiare, natale ſolum ſeceſſit; morbo ingraueſcente, cum ſalutem hominis præſtantiffimi, ſibi que multis de cauſis cariffimi propemodum deploratam Reges comperiſſent, ad anni 1494. finem viſum abierunt. Poſt officioſa, & familiaria colloquia, ſemotis arbitris actum eſt de multis rebus grauibus ad imperij incrementum, & ſtabilitatem. Multa, quæ ſibi videbantur vtilia, pro ſua erga Reges pietate, & fide morti iam proximus Cardinalis expoſuit; atque inter hæc illud magni dixit referre, ut mediocriſ conditionis hominem, modo alijs integritatis, prudentiæ, grauitatis, & doctriinæ dotibus præditus eſſet, in Pontificatum Toletanum ſufficerent. Quod idem poſteris, ut idem facerent, inuiolabili exemplo demandarent; eam eſſe inquiens, eius ſedis amplitudinem, & potentiam, ut haud tutò committeretur, cui, & natalium ſplendor, & numeroſæ familiæ patrociniũ eſſet. Aſſerebat autem in exemplum quantum moleſtiarum Alphonſus Carillius eis exhibuiſſet, Regi Luſitaniæ adhærens. Habere eos virum omnibus numeris ad eam dignitatem obtinendam abſolutum Franciſcum Ximenium Franciſcanorum.

foedaliū Prouincialē, quem sibi demortuo successorem procrearent.

Auidis auribus istud quidem, quod ad imperij conseruationem pertinere videretur, Reges exceperunt; quamquam postea rogatus à Regibus Ximenius, quid ea de re sentiret; longè aliam sententiam sibi esse dixit. Neque enim alium decere magis ad amplissimum Pontificatum vocari, quàm hominem tam stemmatibus, quàm propinquorum, & clientum familia clarissimum. Nam præter Hispanorum erga Reges suos obseruantiam, qua semper illos colunt, postquam Regia potentissimorum regnorum incrementis adaucta est, minime verendum esse, vt vltos vnquam motus Archiepiscopi Toletani sint cõciturari. Ex altera autem parte perdifficile sibi videri hominem humili fortunæ astuetum, & innutritū, repente eum animum posse suscipere, qui ad tantam rem pro dignitate gerendam aptus esset. Quare Regi suadebat, vt Didacum Furtadum Tentilliani Comitis filium, ex eadem etiam Mendoziorum familia, Petri Gonsalui Cardinalis ex fratre nepotem, qui Alexandrini Patriarchæ titulo condecoratus Pontificatum Hispanensem obtinebat, alijs, qui eum ambiebant, reiectis, Toletano præferret: id enim è Reipublicæ vtilitate multis de causis esse videbatur.

Paucos post dies defuncto Cardinale, cura continuò Reges incessit alterum nobilissimæ Ecclesiæ Antistitem præficiendi; nam viri æquè prudentissimi, ac sibi fidelissimi sub mortem sententiarum animis infixa remanserat. Archiepiscopi enim Toletani auctoritas tanta semper apud Hispanos fuit, vt si quando de rebus ad Rempublicam pertinentibus ageretur, is statim post Regem sententiam diceret, ac nihil vnquam illo inconsulto, aut rogatum, aut decretum sit. Vnde, & maximus regni Cancellarius, & Pontificum Hispanorum Primas ingenti potentia, & dignitate iam olim, creatus adhuc his titulis suo iure nominatur. Et quidem in eam dignitatem Regum pietate, & liberalitate Pontificatus creuit Toletanus, vt ipsis Regum posteris non ita grata esset tanta Archiepiscoporum potentia. Cum diu proinde Reges secum deliberarent, quem in demortui locum sufficerent; nam & Didacus Mendozius Archiepiscopus Hispanensis totius nobilitatis studijs ei succedere ante alios contendebat. Regina, vt Ximenius postea referebat, Ioannem Belalezaren ex Astuniga nobilissima familia, qui non ita pridem Florentini Principatu in Hispania relicto, Franciscano se ordini addixerat; sed hoc ipso anno, dum hæc agerentur, ex humanis abiit, designare voluit. Rex porro pro filio Alphonso Arragonio Cæsaraugustano Antistite vehementer laborabat, sed postquam vxorem virilis animi sceminam neque precibus, neque blanditijs in suam sententiam pertrahere potuit, facillè totam eam curam ex animo reiecit. Regina verò cuius arbitrio res conficienda erat, quamuis Ioannis Balalezaris sanctimoniam ante oculos haberet, cum nullus ex optimatibus familijs tantæ potentæ accessione augere vellet, varijs consilijs fluctuabat. Sed tandem in Iurisdictionem quemdam Oropesam nomine, regium Senatorem, animus inclinavit, virum sanè præstanti morum integritate, atque grauitate præditum, qui ætate iam fessa domesticæ quieti veniam à Regibus impetrarat. Hunc ergo Regina communicato cum Ximenio consilio Archiepiscopum Toletanum designare statuit; quare suo apud Pontificem maximum Legato per literas mandat, vt suæ nominationi Apostolicam auctoritatem more maiorum interponendam curaret.

Verùm haud ita multo post religioz mulieris animo est obortus scrupulus, quod Ximenij Prouincialis viri optimi à Cardinale Mendozio sub mortem ad hanc dignitatem sibi proposito rationem nullam habuisset, quantumlibet huiusmodi honoris abhorrentis. Nam qui procul ab omni ambitione sunt, & nulla impetrandi alijs cupidine ducuntur, ad Magistratus præfecturas, munita denique omnia obunda, vel inuitos esse pertrahendos optime nouerat. Huic errori opportunè succurri posse videbatur; nam Romæ habendus erat ea de re non semel legitimus Patrū Senatus, & ob frequentiam negociorum credibile erat non defutura impedimenta, quæ priorem designationem morarentur. Igitur misso magnis itineribus nuncio, Legatum suum Regina mutatæ sententiæ admonens, Franciscum Ximenium Prouincialem ordinis Minorum designari iubet Antistitem Toletanum, eiusque designationis sancitam auctoritatem, & literis Apostolicis præscriptam, magna ad le celeritate perferri, iusto diplomati expediendo dilatione, vt fieri solet, impetrata. Romæ igitur negocia ex sententia Regiæ processerunt; cum interim omnia in scio Ximenio secretò gererentur: sunt qui Oropesam oblatam dignitatem, quod ei gerenda imparè sese arbitrareretur, constanti animo recusasse affirmet.

Sub Quadragesimæ finem redijt Roma cursor; eoque tempore Madritum, vbi erat Regina, venit Ximenius, vt confessiones illius exciperet, qui vbi muneri suo satisfacit, in sanctæ Spei Cœnobium prope Ocaniam constructum, discedere parabat, vt tranquilliori animo, loco à turbis remoto, hebdomadæ sanctæ Officijs posset interesse. Iam Franciscum Ruizium sodalem admonuerat, vt a se hunc, quo vehi solebat, sterneret, simulque aliquid herbarum cõdiceret, ne impransis viam ingrederentur; sed insperatò dum hæc mouentur, Castellus, vnus ex cubicularijs Regiæ ad Ximenium ve-

A Init, & priusquam discedat ad Reginam iubet maturare. Doluit ille eo nuncio accepto, veritus ne quid tempore præsertim tam sacro, impedimenti accideret: continuò ergo Reginam adiuit, sese quanto citius posset, explicaturus. Regina Romani Pontificis literas tunc allatas post sermones alijs de rebus consultò primùm iniectos in manus tradidit; & videto, inquit, quæso, quid nam hisce literis summus Pontifex sibi velit. Prouincialis ad primam statim inscriptionem, quæ sic à tergo erat: *Venerabili fratri Nostro Francisco Ximenio Electo Toletano*: vehementer commotus, depositis continuò in Regiæ gremio ob signatis literis, & nihil ad se pertinere inquiring, de scabello surrexit, atque nulla, vt solebat expectata missione, vultu admodum conturbato recessit.

B Regina qua erat grauitate dissimulandum interim rata, dum scilicet interiecta temporis morula animum hominis rei nouitate perculsum redderet sedatorem, abire in præsens facillè permisit, petitam tamen priusquam cubiculo egrederetur, ab eo facultate quaerit, quid literarum illud erat resignandi. Paulò post Henticum Auricium Villadæ Dominum, Regiæque auunculum, & eius familiæ Præfectum; & Aluarum Portugallium regij Senatus Præsidentem, summa viros dignitate, ad Ximenium mittit, qui peterent, ne vel Regiæ, quæ illum tanti faciebat, vel Pontificis maximi, cuius in ipsum imperij ius esset, auctoritatem contemneret: quin vtriusque voluntati, imò diuinæ potiùs vocationi facillè se dictoque audientem præberet: simulque alia in eam sententiam adderent, mandat, quæ ad hominis ingenium emolliendum facere viderentur. Illi suscepto negotio ad Monasterium properantes, cum comperissent, Ximenium iandudum inde profectum, Pintum versus contendere, citatis equis eam viam ingressi hominem cum duobus sui ordinis socijs, ad tertium ab oppido lapidem consequuntur pedibus iter facientem: reductumque paulisper è via post multum sermonem vltro citroque habitum, hoc tandem perpulser, vt relicto itinere, quod instituerat, Madritum reuerteretur. Igitur cum Regina, & Procerum omnium hortatu, precibusque rogaretur, vt delatam dignitatem capesseret, fortem omnino animum, atque inuictum præstabat, semper proposito sui tenax; adeo vt Gutierrez Cardenas è Regiæ intimis Ximenium aliquando de ea re compellens dixerit: Non est Pater cur nos suspensos teneas; nam si anuis, Archiepiscopi Toletani ratione, siue renuis, magnanimitatis tuæ, & religionis causa manus tuæ sunt à nobis deosculandæ. Reges paulò post Burgos deueniunt, quo allata sunt literæ Pontificis maximi ad Ximenium, quibus illum non modò hortabatur, sed pro suo in eum iure imperabat, vt Pontificatum Toletanum, cui ritè præfectus erat, omni posthabita mora acciperet. Hic ille nihil ampliùs repugnandum ratus, animo dolenti, & inuito se certuicem submittere asperrimo iugo post sex ferme menses, quibus hac de re controuersum fuerat, professus est. Nihil tamen addubitabat, quin Deus optimus maximus, qui ineundi tanti muneris auctor fuerat, obeundi quoque adiutor esset futurus: illud semper excipiens, si nullis conditionibus, nullaue pensione prægrauatam eam dignitatem darent. Nam sinistris quibusdam præmoribus sparsum fuerat, eius mediocritati quemuis sumptum sufficientem fore; quo circa prouentibus modicis, qui tamen idonei essent, cõtentum, Regibus, qui magna, & religiosa meditabantur, reliquos, qui superfuissent, libenter cessurum. Non ideo indignati, aut offensis sunt Reges; quin immo incredibile dictu fuit, quanta Regum animos, Procerumque omnium lætitia peruaferit, quod ab eo tandem impetratum fuerit, vt Archiepiscopus Toletanus, hoc est inter regni primarios, auctoritate, & opibus primus esse non recuset. Tanta est virtutis vis, & tam potens verus potentia, honorumque contemptus.

E Digressi Burgis paulò post Reges cum Turiaffonem, nobilem quondam Romanorum coloniam, & nunc regni Tarraconensis non obcuram urbem venissent; ibi Franciscus Ximenius Archiepiscopus designatus in D. Francisci æde magna celebritate, affatibus etiam Regibus 5. Idus Octobris, qui dies Franciscanis sacer, octauus à D. Francisci festo numeratur, anno 1495. solemnè ritu inunctus, consecratusque est. Sacris verò peractis confestim ad Reges accedens, illorum dexteris per speciem deosculantis de more appetens, *non tam*, inquit, *quod beneficio vestro Reges inchoati Archiepiscopus factus sum, vestras exosculari manus velim, quam quod eas mihi vcs confidam porrecturos esse mei adiutrices, vt tandem mihi liceat in celo Archiepiscopi locum mereri.* Reges contra quod ille per speciem Regij cultus fecerat, re ipsa religionis ergo facientes, & postea vniuersi, qui aderant Proceres, eius manum venerabundi sunt deosculati. Deinde omnium Aulicorum congratulatum comitatu, ingenti quoque quacunq; præteribat, populi plausu in domum suam reductus est.

F Mittit illico per totam dioccesim Toletanā præstantes viros, qui oppidis, arcibus, & præsidijs novos custodes, & præfectos designarent, quorum fidem conceptis verbis Antistiti per iusiurandum de more alfringerent, cæterosque omnes tum sacri, tum profani fori ministros, donec sibi per ocium lustrare liceat, quàm idoneos, & strenuos præficiant. Est enim ingens numerus in hoc Pontificatu honorum, præfecturarum, & munerum, quæ temerè quibuslibet propter oppidorum celebritatem nonnunquam com-

mittuntur. Erat illi quoque prouident dum de perampla tum digni-
tatis, tum opulentia plena Castoriz Præfectura, quam Petrus Fur-
tadus Petri Gonsalui Cardinalis frater eo viuente semper obtinuerat.
Quo circa cum Reguli quidam ex Mendoza familia ad Xi-
menium venissent Reginæ nomine, vt aiebant, rogantes, vt Pe-
trus rursus per eum præficeretur, ne cogeret priuato habitu ab
administratione prouinciz discedere. Futurum enim per quam
iniquum, neq; ingratitude insigni cariturum, si Gonsalui quon-
dani patroni immemor, cuius nempe auctoritate, ac testimonio
in tam sublime fastigium conscendisset, fratrem modo dignitate
deturbaret, qua Gonsaluis illum decorauerat. Solent Reges dum
rogant, cogere, nec tam id precibus videbatur agi, quam impe-
rio. At Ximenius excelsi animi, quem diu intra syluas obscuras
prefferat, aperta iam documenta exhibens, renunciare Reginæ
iubet, se quod petitur, nequaquam facturum: *posero, inquit,*
rursus ad priuatam vitam, & humilem cucullum, unde inuitus
abstractus sum, redire; neque enim unquam hanc dignitatem am-
bui: ceterum Toletanum Pontificatum mutilum, aut gleba una
inminutum nunquam profecto suscipiam. Audita voce tam con-
stanti, ad Reginam Reguli cum responso redierunt, non tam Xi-
menij robor apud illam collaudantes, quam ingratum animum
obijcientes, neque de ea re verbum amplius est factum. Post ali-
quot verò dies cum nihil tale iam expectaretur, fortè Antistiti au-
lam ingresso Furtadus obuius factus est, qui alio cum vellet iter di-
uertere; nam Ximenij conspectum, veluti ab eo læsus vitabat; vo-
ce paulò altiore illum honorificè appellat, & Castoriz Præfectum
salutat, addens se pro certo habere, talem se Regibus, Reipubli-
cæ, & Præfui suo Toletano præstiturum, qualem hæctenus sub
fratre illustrissimo. Hunc igitur quandiu vixit, in magno pretio,
& honore habuit, & Castoriz imperio præesse voluit.

Tanta ergo fortunæ, ac dignitatis accessione nouus Antistes,
seu nouus quoque homo factus, parem exemplo personam tanto
fastigio induere visus est, nihil iam nisi sublime, & excellum ani-
mo agitans: seu quod ita natura comparatum sit, vt magni animi
magnis honoribus fiant apti; sed quod diuinitus huic sanè homini
ad res magnas gerendas, vt cætera instrumenta, sic quod primum
omnium est, par animi robor, & magnitudo data fuerit. Primum
igitur dicecelsi suæ constituendæ vehementer intentus Consiliarios,
seu assessores iuri dicundo, tum morum censors, quos Visitato-
res appellat, homines tum doctrina, tum vitæ integritate præ-
stantes vndique conquisitos sibi adsciuit. Quod verò ad rem pri-
uatam attinet, nullam sanè aut sumptuosi, aut magnifici appa-
tus rationem per id tempus habere, vnquamue habiturus videba-
tur non frequentis familiaris, non præciosæ suppellectilis, quin pri-
scam illam Sanctorum Pontificum frugalitatem cum Francisci sui
humilitate coniungere visus est. Nam asello quo solebat, vehen-
tatur, aut ibat pedibus, non argento mensam, non aulæis parie-
tes ornabat; totum porrò annuum censum statuerat ita partiri, vt
ex parte dimidia præsentibus egenorum necessitatibus subuenire-
tur, reliqua verò deductis tum familiaris, tum Pontificatus necessarijs
sumptibus, in opera publica, quæ religionis cultui prouehendo,
& iuuandis sacrarum literarum studijs necessaria essent, impende-
retur. Totum ergo semissem pauperum vsibus destinatum Ioanni
Cardenæ Burgeni viro Theologo, & antiqui moris homini, quem
pijs præfecerat largitionibus, vnicè syngrapha decreuit, nulla ex-
peni ratione deferenda in egenos distribuendum.

Verum deinde succedentibus maximorum sumptuum occasio-
nibus in primis verò graui arte alieno ex effusa in Granatenses no-
uos Christianos liberalitate contracto, semissis illius largitionem
ad arbitrariam distributionem redigere coactus est. Quod sanè
consilium in dies magis necessarium animaduertebat, cum impos-
sitam sibi tum moderatoris, tum pacificatoris publici personam
dubijs, ac turbulentis Reipublicæ temporibus cerneret sine magna
pecuniaz vi sustineri non posse. Ad familiaris quoque frequentiam,
& domesticum cultum, atque ornatum paulò post Pontificis ma-
ximi hortatu pertractus est; quam quidem mutationem quoniam
eius ætuli, quos egregia virtus semper est habitura, leuitati ani-
mi eo tempore adscriperunt; non alienum ab instituto nostro erit
literarum exemplum, quas ad Ximenium Pontifex maximus ea de
re misit, exscribere.

*Dilecto filio Francisco Archiepiscopo Toletano. Dilecte fili
salutem, & Apostolicam benedictionem. Sancta, & vniuersalis
Ecclesia, sicut te ignorare non putamus ad instar celestis Hieru-
salem, multis, ac diuersis decoratur ornatibus; in quibus sicut in ex-
cessu præuaricando peccatur; ita in defectu nimium declinando er-
ratur. Grata est Deo, & laudabilis cuiuslibet status concedens
observantia. Et propterea quicumque præsertim Prelati Ecclesia
sicut in moribus, ita in habitu, & incessu studere debent, ne nimio
fastu superbi, neue nimia abiectioe superstitiosi esse videantur;
cum utroque auctoritas Ecclesiastica disciplina viscescat. Eam ob
rem hortamur te, vt postquam te sancta sedes Apostolica de infe-
riori statu ad Archiepiscopalem dignitatem euexit, quemadmo-
dum te in interiori conscientia secundum Deum viuere intelligen-
mus, de quo plurimum gaudemus, ita extrinsecus iuxta conde-
centiam status tui, habitu scilicet, familia, & cæteris ad digni-*

*tatis decorem conuenientibus, te habere, & obseruare coneris. Dat.
Roma apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 15. Decembris
1495. Pontificatus Nostri anno quarto.*

Sic ergo Pontificia auctoritate impulsus, cui minus audientem
esse religio erat, vix tunc sibi imperare potuit, vt familiam modi-
cè auget, domum vtunque ornaret, & lautiore denique vitæ
cultu uteretur. Procedente tamen deinde tempore animaduertens
quantum splendor hic vitæ apud vulgum momenti habeat ad vin-
dicandam à contemptu publicæ personæ dignitatem, quam in-
pretio haberi permagni ad quietem publicam refert, non modò
ad iustam familiaris frequentiam, mensuram magnificentiam,
& elegantiam, ad omnis quoque apparatus gloriam, & amplitu-
dinem peruenit; sed cultum etiam sibi accersuit non incuriosum;
nam & holoserica veste super induebatur, & præciosis pellibus
utebatur. Longo post tempore dum Reipublicæ gubernandæ præ-
eslet, Beltrannum Metinensem, regium apud nouum Orbem Se-
natorem vestem illi obtulisse aiunt rarissimis pellibus ornatam ex
animalibus transmarinis, quæ tribus aureorum millibus æstimaba-
tur. Retinuit illam Ximenius domi per aliquot dies ne vi-
deretur offerentem contemnere, sed paulò post ad Beltrannum re-
misit morbi prætextu, quo postremo laborauit, quasi sibi parum
commodus eo tempore huiusmodi cultus, & necessarius esset. Mi-
rum quidem in illis pellibus fuisse odorem traditur; nam si aliquan-
do explicabantur, aut quouis modo agitabantur, suauitas quædam
odoris ex illis afflabatur, quæ totum illico replebat locum.

Lectos item sericis, & purpureis stragulis ornatos habuit; cum
tamen ille Franciscanæ regulæ ad vltimum vsque spiritum obser-
uantissimus fuerit, & sindones lineas semper respuerit, & sæpè à
ministris deprehensus est mollibus culcitrjs, & præciosis pannis è
lecto ablatis, in nudis tabulis, aut humi somnum carpere. At in
familiaribus tam primo hoc tempore, quam deinceps recipien-
dis maximum morum delectum habuit; nam & inculpatam vitam,
omni turpitudinis non modò labe, sed & suspitione vacantem
exigebat. Pueros verò ingenuos ferculorum ad mensam ministros
seuerissima disciplina continebat, pædagogico admoto, qui illorum
ingenia bonarum literarum rudimentis excoleret, à quibus non-
nunquam diurni studij operam exigebat.

Familiaris porrò vniuersæ hoc ipso sui Pontificatus rudimento non
exigua pars ex Franciscanis sodalibus constabat: decem quippe ex
illis spectata probitate viros centubernales sibi delegerat, quorum
societate religiosæ vitæ memoriam, & quoad eius fieri posset, for-
mam quoque rueri, perque eos sacra officij sui munera exequi de-
stinat; quo fiebat, vt penes eius ordinis viros futuram iam inde
partem maximam Pontificatus, honorum, ac sacrorum Magistra-
tum omnes arbitrarentur. Tanta erat Archiepiscopi in illos, tanta
Reginæ in Archiepiscopum amoris, & beneuolentia signifi-
catio. Vnde non vulgares spes sibi proposuerunt non ij modo, qui
familiari illo Archiepiscopi vsu, atque conuictu fruebantur; sed
alij etiam eiusdem ordinis viri insigni aliqua religionis, ac doctri-
næ opinione clari. Qui si apud aulæ primates, & auctoritate, &
gratia pollerent, portigente vtunque manum Archiepiscopo, fa-
cilè emerfuri credebantur; sed vtroque sanè sua spes fefellit. Om-
nino enim Ximenius, seu quod religiosos homines longè ab huma-
ni ambitus scopulis retrahendos esse iudicaret, seu certo quodam
alio consilio, nihil sanè suis ille contubernalibus publicorum nego-
ciorum, vel communicabat, vel ab alijs communicari sinebat. In-
teruentores verò quales per multi rerum alienarum curiosi, & fu-
mos vendere in aula regia consueuerunt, ad eos ingredi haud tem-
mere patiebatur. Sed neque pedem in palatium inferre, aut inter
proceres aulicos versari permittebat; adeo vt angustius in Archie-
piscopi ædibus agere, quam in suis Cœnobijs viderentur. Cum
viris ordinis sui primarijs quoties familiares sermones miscere cõ-
tigerat, nihil aliud, quam de tuenda religionis disciplina, de con-
tinendis in officio sodalibus, deprecationis, lectionisque frequen-
tia, alijsque id genus exercendis pietatis studijs non sine summa
oris grauitate diserebat. Qua de re non vulgari inuidia apud re-
ligiosos viros laborare cepit; quasi ordinis sui ornandi parum stu-
diolus; nec verebantur nonnulli sinistros sermones de nimia homi-
nis seueritate in vulgus spargere.

Accidit postea vt Egidius Delphinus Amerinus Minister Ge-
neralis in Hispaniam muneris sui exercendi causa proficisceretur;
hic à Ximenij ætulis accitus est, vt eius opera, & auctoritate con-
tra Antistitem reformationi Cœnobijs intendentem securus
ageret. Studuit hic Ximenium apud Reginam minus gratum
reddere, & à suo gradu si posset, deturbare: sed temeritatis po-
nas luit, à Regina indignanter reiectus, & seuerè reprehensus.
Alium habuit Ximenius lux patientiæ, & prudentiæ exercitator-
em, ac talem Bernardinum bis fratrem, ijdem scilicet parenti-
bus genitum, eademque religione initiatum. Hic enim morum
inconstantia, & mentis impotentia in tot se mutauit formas, to-
tiesque grauissimè Præfui animum perturbauit, vt tandem Xime-
nium illum proculfacere, & malè habere oportuerit.

Synodum statim post ingressum in Archiepiscopatum Toleta-
num coëgit, in qua sanctas leges nò modò Clero, sed populis quo-
que præscripsit. Academiam Compluti in perampla area amplissi-

mis, & magnificis ædibus in studiorum Collegium ædificandis aptissima cepit ædificare, cuius quidem augendæ, ornandæque ad usque vitæ exitum curam, & cogitationem nunquam remisit. Collegium hoc in duas partes diuisum, quarum vna amplissima, indito nomine Collegij maioris data est secularibus; altera sub Collegij minoris nuncupatione, ac titulo S. S. Apostolorum Petri, & Pauli fratribus sui instituti concessa. Numerum in Collegio minori taxauit duodecim, qui literis incumberent, Guardianum præfecit, duosque, qui inferirent, confodales laicos designauit: Ius alendis, & in morbo curandis, vt necessaria quæque abundè ministrarent Collegij maioris Ministri perpetuò voluit. Inditi Collegio huic minori tituli S. S. Petri, & Pauli ridiculam quidem offert Salazarius rationem, commutati scilicet per Leonem X. Cardinalij tituli S. Balbinæ in alterum S. S. Petri, & Pauli, summè inter Cardinales honorificum; & sicut priorem titulum sanctæ scilicet Balbinæ alteri Collegio à se condito imposuit; ita isto voluit insigniri alterum fratrum Collegium. Præterquam quod ab ipsis Collegij exordijs, & ante purpuram hoc audiuerit nomine; an non futillis hæc inuentio tituli Cardinalitij S. S. Petri, & Pauli, nusquam hæcenus excogitati; neque vnquam inter Cardinalitios enumerati? Alterum Collegium primum, nuncupatum, D. Ildephonso sacrauit, in quo omnibus facultatibus Grammaticæ, Humanioribus literis, Græcæ, & Hebraicæ linguis addiscendis cathedras instituit; solam Iurisprudentiam ab hoc suo Athenæo exclusit, ea in præscriptis à se constitutionibus ratione producta. *Cum due celeberrime apud nostros Academiae habeantur, in quibus Iuris vtriusque scientia magno cum fructu, & laude ingenti traditur, Iuris civilis peritia in hoc Gymnasio non esto: Ius Pontificium eo usque tradatur, quatenus eius peritiam ad sacros Ordines in hac Toletana diocesi suscipiendos nostra Synodales constitutiones necessariam esse cauens.* Ad iuuentutis igitur in disciplinis incrementum, & ne copia alimentorum destitueretur, præclaram rationem excogitauit: quinque tunc temporis Collegijs instituit, quibus pauperes adolescentes alij triennio, alij quadriennio alerentur; quinque itaque contubernia parari iussit, in quibus qui Rectoris, ac Triumuiorum suffragijs comprobati essent, per tempus vnicuique designatum diuerteretur. *Ædes proinde per amplæ constructæ sunt, quarum singulæ peculiari alicuius Diui tutelæ dicatæ sunt, à quo, & nomen acceperunt: Grammaticorum schola binas suscepit, altera D. Eugenio primo Toletanorum Antistiti, altera D. Isidoro Hispanorum indigenæ ex Gothico sanguine, cuius admirabilis doctrina multis in rebus Rempublicam adiuuit. Singulis ædibus virum moribus, & doctrina præstitem præfecit, qui ternos Grammaticæ Præceptores ad puerosque institutionem per classes suas distinctos conduxit. Horum primus rudimentis tradendis, alter pro uectioribus instituendis; tertius vtroque supergressus, ad elegantioris rationem, priusquam ad alias disciplinas discedant, formandis omni cura, & vigilantia intendit. In his Collegijs quadraginta duo adolescentes triennio aluntur, qui sæpenuero ab initijs illis ad contubernia reliqua per gradus promoti, victa egestate in viros magnos, & præclaros eualerunt. Horum Præceptores quindecim quoquo die vicissim tribus discipulis suorum magistrorum de rebus Grammaticis sententias defendentibus, aduersarijs contra impugnantibus, in Gymnasium, quod maius ob capacitatem vocant, conueniunt, vbi multæ eius disciplinæ difficultates enodantur, puerique ex mutua contentione non mediocriter iuuantur. Quoniam verò ad cæterarum disciplinarum cognitionem permultum interest bene pueros in Grammatica institui, nullaque maior studiorum pernicietas sit, quàm si ignoratis linguæ Latine fundamentis conetur quis cæteras disciplinas superstruere, quæ latine traditæ sunt ab auctoribus, hac quoque in parte sapientissimus Academiae conditor curauit, vt cauereetur. Nam horum Collegiorum præfectis quoties adolescentibus ab vna Grammaticæ classe ad aliam transeundum esset, quantum in Grammaticis rudimentis profecissent, explorare iussit, animosque eorum non mediocri religione obstrinxit, ne immeritis, & parum profecis ad maiora progredi concederent; quod si ad alias disciplinas cõscendendum foret, Rectori de examinatore creando curam præscripsit. Dialecticæ, & Philosophiæ studijs binæ itidem ædes contributæ sunt, alteræ Diuæ Balbinæ virginis dedicatæ nonnullos singulis quibusque annis adolescentes recipiebant, qui Dialecticæ primo anno rudimentis, secundo Aristotelicis de ea re libris, ingenti Præceptorum labore assiduis exercitationibus per pugnas literarias instituerentur. Alteræ sub D. Catharinæ titulo, ad quas tertio quoque anno è D. Balbinæ Collegio qui commigrabant, naturalibus, & sapientiæ, quam supernaturalem Philosophiam appellant, traditionibus pari cura per biennium instruebantur; hi Metaphysici, illi verò Physici in Ximenij legibus vocantur. Sed in S. Balbinæ Collegio viginti quatuor iuuenes, qui Aristotelis Dialecticæ operam dabant, alios qui rudimentis vacabant, anno antecederant, quo temporis spatio, & in D. Catharinæ Metaphysici, Physicos præcurrebant. Atque ita continua quadam conuersione illis abeuntibus noui succedunt, & quadriennio integro peracto, quod semper in continuo cursu est, ad novos Præceptores stipendia cathedrarum quotannis redeunt. *Ædificata est, & alia domus titulo**

A *Marris Dei, vbi ægrotantes Icholattici possent curari. Collegium quoque aliud instituit, in quo viginti quatuor sodales alerentur, quorum decem, & octo Theologiæ, reliqui sex Medicinæ vacarent: deinde Collegium alterum Trilinguæ nuncupatum, in quo triginta alumni cohabitant; decem, linguam Græcam, totidem, Hebraicam, reliqui Latinam addiscunt. Cathedræ porro per hæc Collegia distributæ quadraginta duæ numerantur; sacræ Theologiæ sex; Iuris Canonici totidem; Medicinæ quatuor; Artium liberalium octo; Philosophiæ moralis vna; Mathematicæ altera; Linguæ Græcæ duæ; Hebraicæ totidem; Rhetoricæ quatuor; Grammaticæ sex; Anatomix vna; Chirurgiæ altera; assignatis omnibus iustis stipendijs; cum in redditus annuos quatuordecim millia aureorum Academiae statuerit; sed tam prudenter omnia disposuit, vt nulla parte extenuata sint hæc meritorum stipendia, sed potius ad triginta millia, & vltra progressu temporis peruenerint.*

B *Vt firmius omnia consisterent, huiusce Academiae patronos, & vindices, quorum fauorem in rebus arctis, & difficilibus Complutense Gymnasium implorauit, quinque potissimum esse voluit Hispaniarum Regem, S. Balbinæ Cardinalem, Archiepiscopum Toletanum, Infantatus Ducem, & Cluniensem Comitem. Præbendas, Canonicatus, Beneficia, & varia Sacerdotij genera instituit, quibus scholastici, & magistri excitètur ad feliciores in literis progressus; secundum etenim singulorum merita, præmissò seuro examine à destinatis Iudicibus hæc singulis distribuuntur.*

C *Archiepiscopus renunciatus aulam regiam non nisi rarò frequentabat; quare quando ad Reges ibat, protinus omnes id no sine magna Republicæ utilitate fieri dicebant: huius opera graues populi Hispanici pressuræ moderatæ sunt. Anno tamen nostræ salutis 1498. sub Aprilis finem Catholicos Reges Compluto Toletum profectos comitatus pijsimos illos Principes ob immaturam mortem Ioannis Principis, nimio mœrore penè obrutos, pijsimis verbis est consolatus. Et dum Reges Toleti morabantur, secundam Sacerdotum Synodum ad diocesis mores corrigendos habuit; in qua quæ priore Synodo constituta fuerant, rursus approbata, & confirmata sunt. Multa item de nouo adiecta, ex quibus vnum in primis egrégium, & ad morum licentiam emendandam necessarium esse visum fuit; vt in futurum singulis quibusque annis Synodus saltem semel haberetur. Post conuentum Sacerdotum celebratum regiæ literæ sunt redditæ, quibus iubebatur, vt quàm primùm Regiam Cæsaraugustam versus iter agentem sequeretur: ibi enim solemnnes conuentus habendi erant de rebus per multis ad Republicæ utilitatem pertinentibus. Paruit illico Ximenius, & Complutum, quò Reges iter contulerant, properat; vbi paucis diebus commoratus, in Toletana, & Complutensi Præfectura, duos grauissimos viros Villalpandum, & Friañum Vicarios constituit, & regium è vestigio comitatum est secutus. Iter illi per Seguntiam necessario faciendum fuit; vbi prima Pontificatus gerendi rudimenta Vicarius Petri Gonfalui Mendozij exercuerat; Sacerdotes Seguntienfes ad Fontem calidum, idest Vico nomen, obuiam prodeuntes, Primatem venerabundi salutarunt, senes præsertim, qui longæ ætatis beneficio quondam Vicarium viderant; ille omnes comiter susceptos cupidissimos sui dimisit.*

D *Ventum est Harizam proximum Castellæ limitibus regni Arragoniæ oppidum; vbi illustri apparatu à Sacerdotibus susceptus: cum Cæsaraugustam accessit, quo Reges iandudum peruenerant, sine strepitu urbem illam ingredi parabat, sed Procures non permiserunt. Nam inter alios Alphonus Arragonius Catholici Regis Ferdinandi filius, Cæsaraugustanus Antistes, & Arragoniæ regnis gubernandis Præfectus humanissimis officijs Ximenium persecutus est. Hic cum res graues incidissent, quibus tractandis Ximenij præsentia necessaria fuit, nulla in re quantum prudentia valeret, magis ostendit, quàm cum Isabella regnorum hæres in Emmanuelis Lusitani coniugis complexu, qui illuc venerat vnà cum vxore, post Ioannis Principis mortem, regnorum successionem ab Arragonijs destinandus, acerbissimo fato erepta fuit. Nam Arragonij, Valentini, & Catalanij ingenti controuersia in dubium vertebant, an successio illorum Regnorum ad sceminam posset iure deuolui; sed partus doloribus subito correpta Isabella, quorum impotentia, & vi infirma alioqui puella sufficere non valens, animam efflauit; quæ vt scriptores illius æui testantur, longiori vitæ digna fuerat; nam vt homine, & vultu, ita quoque animi dotibus matrem clarissimam referebat; corpore tamen macro magis, & gracili. Cum ergo è dolore grauius laboraret, Ximenium accessit Regina mater iubet, vt in tam graui discrimine parturientem, religiosis dictis confirmaret, & ad omnem fortunæ casum paratam faceret. Quod ita prudenter Ximenius effecit, vt cum eam ex vultus coniectura morti proximam iam esse præsentiret, pijsimis sermonibus sic mortem contemnendam esse persuaserit, vt hac vitæ mortali spreta ad Deum quam primum euolare concupisceret. Vix ex vtero prodeunte infantulo animam illa emisit non indignatam, aut mœrentem, quod in ætatis flore occumberet, sed potius viri sanctissimi monitis exultantem, & lætam obnixè. In illo vitimo vitæ spiritu à Ximenio petijt, vt desolatorum parentum curam susciperet, & ne quid ex solito casu incommodi caperent, provide-ret; nam eos proculdubio tam graui ictu consternandos esse certò*

nouerat. Fecit id sedulo Ximenius, & cum vtrunque parentem maxime offendisset, & Isabellam apud Deum optimum maximum agere profusus lacrymis dixisset, tanta comiseratio Regum animos inuasit, vt Antistitem bono esse animo iuberent, & se mortales esse, & mortalem genuisse dicerent, & ob temporis transecti vsuram gratias agere Deo immortal.

Complutum inde se recepit ad constituendam Academia Complutensem; dum autem totus intentus ad fabricam ibi degeret, iussus est Granatam accedere; vnde Reges post mentem Hispali profecti nouae Reipublicae stabiliendae, & Maurorum conuersionis prouinciam illi commendarunt. Is multa ad vrbis illius tranquillitatem, multa ad mutua Christianorum cum Mauris commercia, multa denique ad religionem ipsam spectantia excogitauit; & ita se in hac re gessit Ximenius, vt intra paucos dies turbae ad Baptismum petendum cateruatim conuolarent; & dies quidam inter fastos relatus est, quo plusquam tria millia hominum lustrali aqua lustrata sunt. Aliqui tamen contumaces patrum traditionum nimis studiosi, dolentes priscam Maurorum fidem in Hispania funditus eo exemplo perire, populi animos crebris concionibus à Christianismo vehementer deterrebant; hos omnes Ximenius, ne quid detrimenti nouellae illae plantationes caperent, vinculis coarctatos in custodia detinuit. Inter hos Zegri quidam qui partim ob generis nobilitatem, partim ob egregias animi, & corporis dotes auctoritate praestabat: is magnopere assidua contra suos increpatione Ximenij pios conatus retardabat. Qua de causa decreuit Ximenius omni ferè humanitate deposita, seuera in eum ratione animaduertere, & ei, quem comitate, & beneficentia nullo modo superare potuerat, atrocia remedia admouere. Data est cura hominem curandi Petro Leoni Ximenij à sacris ministro, qui verè animo leonino praeditus, adeo fortiter in ea re se gessit, vt hominem alioqui ferum, & immani animi truculentia reluctatem, mansuetum, & humilem reddiderit, ac profusus voluntati Ximenij obtemperantem. Nam aliquot post dies diuino ad id aspirante fauore Zegri ad Ximenium quam primum se deduci postulat: deducitur vincetus vt erat, & squalidus, qui à Ximenio petijt, vt quo posset liberè eloqui, vinculis illum iuberet exoluere; neque enim quicquam pro rato habendum esse, quod ab homine captiuo compedibus, & manicis constricto diceretur. Ille vinculis leuatis, continuo genibus volutatus, terram primum, deinde manum propriam ex Maurorum ritu à prisca gentium adoratione dimanante deosculatus, velle se fieri Christianum dixit; id enim sibi ea nocte, manifesta visione ab Ala, ita enim Mauri Deum vocant, admonitum; seque diuinitus ad eam rem vocari certò scire. Quod tunc proculdubio se declaraturum esse confidebat, quando tale quippiam accidisset, vbi eius fides erga Christianos exposceretur; vt interim taceret, quantum momenti ad rem, quam in praesentia parabat Ximenius, sua ad Christum conuersio allatura esset.

Lætiore ea de re quam credi posset Ximenius, ablatis captiuitatis vestibus, totoque illo pædore absterfo, quem ex diuturna, eaque grauisissima custodia contraxerat, veste coccinea, & fericea indutum ad sacrum fontem venire iubet: vbi ille per Baptismum reuiscens, nomen simul cum religione mutauit, & Gonfaluum Ferdinandum Zegri appellari se voluit. Commodissima accidit Ximenij consilij hæc Zegri conuersio; nam simul atque id vulgatum fuit, Mauri, quibus prisca superstitio cordi erat, animis mutatis, Christianorum Baptismate iniantur. Tantum potest vnus hominis apud populum auctoritas, qui sua virtute, & animi praestantia fidem sibi, & amorem inter suos peperit. Quinquaginta millibus nummum in singulos annos à Ximenio Zegri donatus, non modo Christianae religioni apud suos dilatandae, sed & Reipublicae commodis augendis in multis postea rebus viui fuit, quemadmodum in Ferdinandi Regis Catholici historijs traditur. Hoc successu exultans Ximenius, occasionem tam commodam vrgendam, ac totum Mahumetanum errorem penitus ex animis illorum quando oportunitas dabatur, extirpandum esse ratus, nihil illorum opiniones morabatur, qui inueteratam consuetudinem paulatim aboleri consultius esse censent: id enim tantum in rebus parui momenti, & vbi de animorum salute non agitur, locum habere existimabat. Ergo Alfaqunis, Sacerdotes Maurorum sunt, ad omnia obsequia eo tempore exhibenda promptis, Alcoranos, idest superstitiosis grauisimos libros, & omnes cuiuscunque auctoris, & generis essent, Mahumetanæ impietatis codices facillè sine edicto, aut vi in publicum adducerentur, impetrauit. Quinque millia voluminum sunt ferè congregata, quae varijs ymblicis Punica arte, & opere distincta, auro etiam, & argento exornata, non oculos modo, sed animos quoque spectantium rapiebant: multi eis se donari à Ximenio petierunt, sed nemini quicquam concessum est. Ignibus omnia in publica pyra ad vnum iussit exuri, praeter aliquot ad rem medicam pertinentia, cuius gens illa non sine magno profectu studiosissima semper fuit; quae propter celeberrimae artis dignitatem ex incendio illo liberata in Bibliotheca Complutensi nunc asseruantur.

Haecenus quidem prospero cursu religiosissimo Antistiti propositum succederat, & quamuis res difficillimas, & grauisimas sit aggressus, incomparabili tamen prudentia, qua semper est vsus,

omnes ex voto confecerat. Non deerant tamen, quibus indignum esse videbatur, prorsusque ab instituto Christiano alienum, quemquam per vim, aut huiusmodi artibus ad Christi fidem capessendam adigere, cuius vnicus scopus mansuetudo est, & prompta in primis, ac sincera voluntas. Cum praesertim Toletanis Concilijs, quorum tam celebris apud omnes Christianos auctoritas est, seuerè admodum sancitum sit, nemini vim ad credendum Christo inferendam. Cæterum ille consilium in ea re suum secutus fuit, pauloque post ad durissimum scopulum allidens, vt in rebus humanis quoties aliquid praclarum tentatur, parata semper inuidia est, quae ardua quaeque negocia subuertit, milleque impedimentis obstitit, animi sui constantiam ostendit, quantumque robur pectori inesset, in acerbissimo casu declaratur.

In ea vrbis parte, quae *Albajzinum* dicitur, exorta rixa inter aliquot Mauros, ac tres ex Ximenij familia in tantum prorupit tumultum, vt tanquam ad clasticum vrbis tota concineret, & spe recuperandae libertatis ad arma conclamaret. Augebatur in singulas horas popularis furor, & quo magis sedari tentatum est, eo magis inualefcebat, neque per diem illum, aut noctem subsequentem vllum potuit adhiberi remedium. Demum Ximenij domum obsideri, statuunt, vel quia iram, & odium quae iam dudum tanquam in superstitiosis euerforem conceperant, in eum effundere, vel quia familiam omnem, cui erant propter externam rixam indignati, cupiebant occidere. Suadebant plerique Ximenio, vt turbam furorem in tempore declinaret, & ad Alhambra fortissimum vrbis praesidium se conferret: pius respuit ille consilium, indignusque sua grauitate duxit aliò commigrare, cum praesertim periculum esset, ne illo absente in familiam lauiretur. Dies decem perseuerauit pertinaciter seditio, coepitque Ximenij nomen apud multos, sed maxime apud Regem Ferdinandum, cuius virtute, & improbo labore parata erat ciuitas, periclitari. Auxerat fama malum, & sparfit multis in locis, sed Hispali praesertim, vbi Reges debebant, totam vrbem rursus in Maurorum potestatem venisse, ac tam atroci, grauique iactura Ximenium occasionem omnem dedisse, dum studio nimis peruicaci Mauros adhuc rudes, ac traditionum suarum tenaces nullis praemissis catechismis, aut doctrinis, subito vellet Christianos fieri. Stupor in primis Reginam tenebat; coepitque de sui Antistitis prudentia dubitare, sed apud Regem indignandum, cui tantis laboribus, & difficultatibus vrbis illius expugnatione constiterat, quantum licuit, excusabat. At ille conceptum dolorem dissimulare nequies, ita Reginae obiecit: *En, inquit, tot maiorum nostrorum, & nostrorum triumphos Hispana nobilitatis sanguine, & sudore paruos, ob Ximenij sui stultam pernicitiam momento temporis dissipatos, & euersos.* Hæc Regis tam iusta, vt tunc videbatur omnibus, increpatione, eo mentem Reginae acrius pupugit, quoniam nondum coniugis animo excidisse sentiebat Alphonsi Regis Arragonij filij honores praereptos, ex Ximenij Praelati iniuriam. Anxia igitur literas doloris, & querimoniae plenas ad Ximenium quam primum dedit, per quas ille intellexit missum à se tertio seditionis die cursorem celestimum impedimento aliquo detentum non peruenisse. Ergo vt Regum indignationem, & conceptam iracundiam mitigaret, Franciscum Ruizium sodalem suum cum mandatis Hispali ad Reges misit, statim se illuc venturum, promittens, rationem omnium illis redditurus, simul ac motus Granatenses residissent. Adeo rem omnem Ruizius à principio eleganter edocuit; adeo singula per partes disseruit, vt Regum animos serie rerum actarum audita leniuerit, & suo patrono priscam beneuolentiam restituerit. Postea verò Ximenius Hispali veniens, omnem praesentia sua, si qua remanserat, offensionem absterfit, relato praesertim tumultu sine, & fructu, quem inde decerpserat, conuertit ad Christum gentis vniuersae. Nam cum Albajzinenes lætae maiestatis lege tenerentur, conditioque illis proposita esset, vtrum supplicium mallent, an Baptismum, ad Christum omnes ad vnum redacti, & simul quicquid in reliqua vrbe infidelis turbæ supererat. Magna deinde apud omnes veneratione Ximenius esse coepit; siquidem tam graui affectus incommodo, ac tam arctis angustijs circumuentus, neque ipse animo defecerat, neque se in latebras abdiderat, aut Regum suorum conspectum fugerat. Annos ferè tres in conuersione gentis illius, & vrbis stabiliendo regimine Ximenius insumpsit; rebusque tandem ex voto compositis, annuente Regina post multas molestias, & curas immodicas, quas ob Reipublicae commodum spontè subibat, in suam se deducit dioecesim, & Complutum sub natale Dominicum anno 1502. peruenit. Ibi dum Academiae molem adurget, & Pontificiae suae ditioni omni studio prospicit; Alpuxarenfes, qui montes niuosos vrbis Granatae imminentes incolunt, partim Granatensibus indignati, quod caeremonias patrias reliquissent, partim ne ipsi quoque ad easdem deserendas cogerentur veriti, praeruptorum montium, quos habitant, natura freti, defectionem adorti sunt. Cuncti in Ximenium absentem denuo fremere, eiusque rursus consilium improbare, quod pertimescendae illius seditionis causa, & origo videbatur. Per literas tamen à Regina reuocatus, rursus Granatam se conferre cogitur, operibusque aedificiorum, quibus intendebat, interruptis. Quo cum iter studiosè faceret, omnem tumultum Regis virtute sedatum fuisse, & Alpuxarenfes totum illum.

salum habitantes, qui a colore *Sierra Vermexa* nostra tempe-
ste, olim *Orospe* Græco nomine propter tramite rupibus impe-
ditos est appellatus, acri prælio, & cruento devictos, tandem
Christi sacra suscepisse per amicorum literas agnovit.

Ximenium iterum Granatam ingredientem Reges benignissi-
mè susceperunt, cui in Alhembrana arce, ubi Catholici Reges di-
uerbantur, locus ad manendum est datus, omnique genere com-
mitatis, & favoris liberaliter est tractatus. Dum igitur duorum
sæpe mensium spatio arcanis, grauiissimisque de rebus cum Regibus
assidue agit, & cum nobilioribus ex Maurorum gente hominibus,
qui se hortante Christi religionem susceperunt, libenter versatus,
& fidei Christianæ ab eis rationem exposcit, in morbum grauiissi-
mum incidit, qui cum longior videretur, ac parum medici reme-
dijs vulgaribus proficerent, Reges, quos sollicitudo incredibilis
tenebat, lecto accumbentem salutarunt, & dulcissimis verbis con-
solati, bono vt esset animo hortati sunt. Nihil interea medici in-
consultum, nihil intentatum, aut inexpertum relinquebant sed
frustram ad maciem ferme iam redactus Ximenius medicis om-
nibus nihil se amplius ad eius salutem præstare posse aperte pro-
fiteribus. Conualuit deinde vetulæ cuiusdam beneficio, quæ sine
vlla venarum sectione, & sine vilo pharmaco, solis vnctionibus
morbum depulit, & corpus in pristinum restituit sanitatem. Com-
plutum iam sanus redijt; ubi viam illam quæ *Maxima* appella-
tur, rectitudine, & longitudine conspicuam, cæno, & aquarum
sordibus, quæ propter loci planitiem stagnabant, oppletam, la-
pidibus vniuersam sterni iussit, & medio alueo paulum deprimi,
quo aquæ præcipites sensim laberentur, eamque puram, & vici-
nis domibus innocuam relinquerent. Surgenti verò Academiæ
decies centies nummum perpetuò percipiendum è prouentibus
regijs comparauit. Ad Complutum deinde ornandum, & au-
gendum à Regina Isabella impetravit, vt quoniam liberalibus di-
sciplinis in eo oppido domicilium parabatur, liberi quoque à re-
gijs exactionibus perpetuò Complutenses redderentur.

Tolerum deinde profectus ibi Philippum Burgundiæ Ducem
Regum Catholicorum generum, & Ioannam coniugem, qui in
Hispaniam hæreditariæ successioni destinati peruenerant, splen-
didissimo apparatu excepit. Bibliorum quatuor linguarum editio-
nem summo studio, & magnis impensis curauit; in qua quinquaginta
milliuro aureorum summam impendit: septem sacræ Scripturæ
Hebrææ exemplaria, quæ etiam nunc Compluti asseruantur,
quatuor aureorum millibus ex diuersis regionibus Ximenium sibi
comparasse ad hoc opus perficiendum illius æui scriptores omnes
referunt. Ioannes Brocarius Typographus Complutensis, Arnol-
di Brocarii filius, sæpenumero ad æquales dixit, eo ipso die, quo
ultima manus à patre operis executioni imposta fuit, se puerum
elegantè vestitum cum vltimo Bibliorum volumine ad Ximenium
venisse, qui impendio lætatus, ita cælum suspiciens acclamauit:
*Grætas tibi ago summe Christe, quod rem magnopere à me cura-
tam ad optatum finem perduxeris; & ad familiares continuò con-
uerfus: E quidem, inquis cum multa ardua, & difficilia Respu-
blica causa hæc tibi gesserim, nihil est amici, de quo mihi magis
gratulari debeatis, quam de hac Bibliorum editione, quæ vna
sacros religionis nostræ fontes tempore per quam necessario ape-
rit; vnde, multo prius Theologica disciplina hæretur, quam
à vniuersis postea deductis.* In hac editione quindecim continui anni
consumpti sunt, & summa diligentia, auctoritate, & liberalitate
opus illud absolutissimum prodijt Leoni X. Pontifici maximo dica-
tum; cum in testimonium grati animi, tum quod vniuersa, quæ ad
sacrarum literarum illustrationem pertinent, nemini magis quam
Romano Pontifici, penes quem tota Ecclesiæ Christianæ auctori-
tas est, consecrari, & offerri debeant.

Huius tam magni operis dispositio sic se habet: Pentateuchus
triplicem habet editionem, Hebraicam videlicet, Chaldaicam, &
Græcam lxx. Interpretum, cui connectæ sunt tres Latinæ editio-
nes, videlicet Latina Hieronymi Hebræicæ veritati respondens;
Chaldaicæ alia Latina respondet de verbo ad verbum à viris eius
linguæ peritissimis elaborata: Græcæ autem lxx. Interpretum,
correspondet interlinearis Latina traductio. Hagiographi, & Pro-
pheticæ libri duplici lingua excusi sunt Hebræa, & Græca, cum,
alijs duabus Latinis translationibus, illis correspondentibus: Chal-
daicæ verò omiſsa est, quod in cæteris libris præterquam in Penta-
teucho corrupta sit aliquibus in locis, & fabulis, merisque Thal-
mudistarum nugis conspersa; & indigna prorsus, quæ in sacris
codicibus inferatur. Libri verò, qui extra Canonem sunt Hebræo-
rum, quos Ecclesiæ ad ædificationem legit, Græcam tantum ha-
bent Scripturam, sed cum duplici translatione Hieronymi scilicet,
& altera interlineari de verbo ad verbum. At nouum Testamen-
tum Græcum habet contextum cum Hieronymi versione nudis
tantum literis conscriptum sine vllis aut tonorum, aut spirituum
notis ad instar antiquissimorum Græcorum, quos absque hisce
accentibus, fastigijque literarum scriptasse, Callimachi poema-
ta vetustissima, Sibyllina carmina, & marmorum vetustissima frag-
menta indicant. Nam cum vniuersum nouum Testamentum Græ-
cè scriptum fuerit, voluit Auctor priscam in eo linguæ illius vetu-
stam, ac maiestatem intactam retinere, & ad imaginem antiqua-

rum scripturarum publicare, ne rei tam sanctæ auctoritati, ac ve-
nerandæ maiestati adiectijs, ac nouitijs rebus detrimentum affer-
ri videretur. Cæterum ne alicui dubium aliquod posset occurre-
re, in qua videlicet syllaba accentum oporteat collocari, simpli-
cem tantum apicem in polysyllabis dictionibus adiecit, & hunc
quidem non tanquam Græcum accentum, sed tanquam notulam,
ac signum, quo dirigi possit lector, ne in prolotione, modulatio-
neue dictionum aliquando labatur. Apposuit vltimo loco in fine
totius operis copiosissimum dictionarium Hebræorum, Chaldeo-
rum, Græcorumque vocabulorum, in quo simplices non modò
dictionum interpretationes tam primitiuarum, quam deriuatarum
continentur; sed quod omnium operosissimum fuit, quor locis
in veteri Testamento vnaquæque Hebraica dictio propter linguæ
illius fecunditatem multiplicet significata, adiectis quam plurimis
concordantijs, continuò subiungitur. Opus mehercule miraculo-
par, & cuius tanta apud omnes, qui vbicumque tertarum in sacris
literis versantur, veneratio est, vt ad Complutensium Bibliorum
exemplum quicquid alicubi excuditur, certarim reuocetur, & in
sapientissimorum hominum scriptis, quoties de lectione sacra
controuertitur, testimonia ab eisdem petita profertantur. Ad tan-
tum negocium à Ximenio vocati sunt homines vtriusque literatu-
ræ peritissimi, Demetrius Cretensis natione Græcus; Antonius
Nebriſſensis; Lopides Astuniga; & Ferdinandus Pincianus Græ-
carum literarum, & Latinarum professores; quorum scripta, &
studiosa monumenta passim nunc in manibus habentur. Accersit
quoque Alphonsum medicum Complutensem, Paulum Coro-
nellum, & Alphonsum Zamorram Hebræarum rerum consultiſsi-
mos, qui cum olim inter suos publicas scholas fuissent moderati,
Christianæ fidei sacris deinde ex animo susceptis, Ecclesiæ Or-
thodoxæ tunc alumni, in tam operoso opere insudarunt. Vocatus
etiam est ad hoc munus Ioannes Vergara, cui libri, quos vulgò
Sapientiales vocant, explicandi sunt commisi; in quibus multa,
quæ in vulgata translatione difficilia esse videbantur, in antiquam
lectionem restituit.

Non satis animi sui magnitudini Ximenius ingens hoc Bibliorū
edendorum opus esse arbitrabatur; adhuc alia secum voluebat,
quæ morte præuentus absoluere non potuit. Nam Ioanne Ver-
gara, alijsque compluribus testibus, Aristotelicorum voluminum
editionem parabat, vt singule paginarum facies ternis columnis
distinguerentur, quarum prima Græca Aristotelis verba emenda-
tissime contineret, media vulgatam translationem; extrema verò
nouam quandam, & liberio rem versionem, vt eis veluti commen-
tarijs, scriptoris alioqui difficilis sensus abditè illustrarentur. Ve-
rùm hæc ad eruditorum hominum studia iuuanda esse videbantur;
illiterata verò, & imperita turba, ne vanis fabulis, profanisque hi-
storijs, quibus mores corrumpuntur siue legendis, siue audiendis
intenderet; libros aliquot sanctimonia, & pietate plenos, quibus
ipse olim se priuatus oblectauerat, partim Latinè edendos, partim
in linguam Vernaculam per viros prudentes transferendos, eosque
non sine magnis impensis vulgandos curauit. Hi sunt Catharinæ
Senensis Epistolæ; Angelæ Fulginatis; & Methüdis Opuscula;
Ioannis Climaci Gradus; Vincentij Ferrerij, & Claræ virginis Vi-
uendi instituta; Christi Vitæ meditationes, quas Landolphus Car-
thusiensis scripsit, ac Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi Vita.

Ateruò cum diuinis cantibus obeundis musici libri mutili, &
laceri in Ecclesijs haberentur, veritus ne quando illorum inopia
diuinæ laudes intermitterentur, quæ mirum in modum, illa præ-
sertim simplici modulatione, quam *Gregorianam* vocant, pious
animos religione afficiunt, in membranis vniuersam Officij diui-
ni seriem multis voluminibus excudi iussit, appositis etiam musi-
cis notis, quæ per suam diocesim distribuit.

Cum autem à fratre Mauro legato ad Romanum Pontificem
misso à Sultano tabulam marmoreâ liuidis maculis aspersam, quam
ipse Maurus è Christi sepulchro rapuerat, accepisset, per annos
duodecim, quibus superuixit, nunquam alibi, quam in ea ara, di-
uina se Eucharistia refecit. Moriens verò, vt ex testamenti tabulis
apparet, Ecclesiæ Toletanæ dulce amoris monumentum, & pi-
gnus inter cætera prætiosa ornamenta tabulam illam marmoream
legauit. Misericordiæ sodalium in Toletana vrbe erectum ali-
quot nummorum millibus Ximenius sæpè sapius donauit: deinde
anno 1504. quoniam ea tempestate ob lquidum, & impluuium
coelum, frugum inopia laborabatur in vrbe illa, lectissimi frumen-
ti quatuor millia, & amplius modiorum eidem sodalitati in vltus
pauperum distribuendos dedit. Et quoaduixit, in singulos annos
vicena nummum millia pro pharmacis, & medicamentis ad egro-
tantium curam comparandis, & nongentos item frumenti modios
inter pauperes distribuendos largitus est. Idcirco sanctæ Dei ge-
nitricis Conceptionis die, & die Ascensionis Dominicæ, & Ka-
lendis Nouembris, ac postredie eius diei Ximenio in sodalities hoc
anniuersaria sacra fiunt.

Rex Ferdinandus, & Isabella Regina ad Methinam Campen-
sem profecti, Ximenium Compluto aduocarunt, quibus vtrique
grauiter ægrotantibus ille continuò assistebar, nullo intermisso
die, quin vtriusque lecto assideret, omniaque diligenter circum-
spiceret, quæ ad eorum salutem conducere videbantur. Tunc

Hieronymus Vianellus, Venetus, ad Ximenium salutandum cum venisset, & anulum adamante selectissimo insignitum, quem venalem habebat, Antistiti ostendisset, & quinque millia nummum eius pretium diceret; *Quanto, inquit Ximenius, melius esset ea summa quinque millibus militum in Africanis oris laboratissimum succurrere nummo auro in singulos collato, quam omnes Indicos adamantes possidere.* Dum Methinæ ob Reginæ morbum complures dies Ximenius moratur, loci vicinitate excitus de sacro funebri Cisneris suæ familiæ Proceribus in maiorum suorum antiquo domicilio instituendo in hunc modum decrevit. Annuæ vectigalia ex regijs in eo municipio prouentibus comparauit, quæ municipalibus Sacerdotibus sunt tradita, vt in vestibis lineis, singulis quibusque Dominicis diebus pomeridianis horis, postridie verò ante meridianis ad S. Petri ædem, vbi Toribus Ximenij auus proprio sacello conditus est, maiorum manes exipiari teneantur; & etiam ad S. Laurentij, vbi antiquum Ximeniorum monumentum sacello item peruetusto habetur.

Priusquam Methinam Ximenius accederet, ire cogitabat Toletum, vbi à principio sui Pontificatus mirè concupiuit Sacerdotum mores emendare, & in eorum acta, & vitam inquirere. At Reginæ mandatis prohibitus statuit quas per se non poterat officij sui functiones per Vicarios administrare. In primis igitur in vitam, moresque Sacerdotum Ecclesiæ Toletanæ quaestionem decernit, quam *Visitationem* vocant; eamque doctori Villalpando Vicario suo generali, vna cum Fernando Fonteca eiusdem Ecclesiæ Canonico exequendam mandat. At incredibile dictu est, quam hoc decretum grauius, molestèq; Ecclesia tulerit, & quam obstinatis animis se illi omnes opposuerint, se potius extrema omnia passuros clamitantes, quam vt ab illo, quam ab ipso Antistite in ipsos inquireretur. Interposita est ad sedem Apostolicam solemnis prouocatio, missi legati ad Reginam, censoresque communi consilio reiecti sunt. Regina auditis Ecclesiæ Toletanæ nuncijs iustam à Ximenio causam agi videns, perhumaniter veniam abeundi dedit, illud etiam adiiciens, quando ille à diocesi sua tam abegre abesset, daturum se operam, vt ipsa cum coniuge, totoque adeo regio comitatu in Toletanam diocesim quam primùm venirent. Sed Reginæ mors promissa dissipauit, neque est amplius à Ximenio visa. Erant id temporis qui existimarent Ximenium suos illos censores, quos à Capitulo reiecturum iri non dubitaret, asturo consilio designasse, vt hac arte discedendi facultatem, quod euentus docuit, à Regina extorqueret; sed id verisimile non videtur, in tanto discrimine Reginam ab homine illi deuotissimum relictam præsertim causis euentis. Igitur non sine graui animi dolore, quod optimam Reginam tam graui morbo affectam desereret, post quatuor menses Methinæ actos Toletum se contulit ad censuram faciendam, quæ tandem iuxta Capituli voluntatem facta est. Cum autem complures esse feminas intellexisset honestas natas parentibus, quarum pudicitia ob rerum penuriam periclitabatur, religiosarum mulierum Cœnobija passim per suam diocesim condere necessarium esse iudicauit. Vbi puellæ, quæ ob rem angustam illocabiles essent, aut quæ spontè sua à nuptijs abhorrent, longè à virorum congressibus semotæ, Deo optimo maximo dicatæ virginitatem perpetuò colerent. Compluti igitur ædem sacrarum Virginum erigendam curauit.

Toleti partim egenis subueniendis, partim moribus emendandis intentus vitam ducens, nuncium à Rege missum accepit, qui Isabellam Reginam foeminarum decus, & Christianæ religionis ornamentum, Methinæ 6. Kalend. Decembris anno 1504. decessisse significabat. Quare Taurum urbem, quo se Rex profecturus accingebat, quam celerrimè posset, festinaret; vt qui inter testamenti executores appellatus fuisset, Reginæ sui amantissimæ, deque eo tam benè meritæ non deesset, cui iam munere viuendi calca executionem postremæ voluntatis tanquam fido amico commendauerat. Hoc vbi Ximenio nunciatum fuit, quamuis ad omnem animi ægritudinem dissimulandam exercitatisimo, lacrymæ pietatis indices in Reginam obortæ sunt, & voce præter solitum lamentabili. *Reginam eo tempore defecisse dixit, cuius nunquam similem Sol visurus esset, siue animi magnitudinem, siue pectoris puritatem, siue religionis Christianæ cultum, siue iustitiæ curam, quam omnibus tribuebat, siue legum præscarum conseruationem, aut pro tempore condendarum studium, siue annonæ vbertatem diligentia sua ubique partam, quod in primis regium, & populare est, considerare quispiam voluisset.* Atque in hunc modum oratione de eius virtutibus inter familiares longiusculè producta, animum ex tristissimo nuncio afflictum non nihil remisit, & sine vlla mora itinera facere instituit, quibus Taurum urbem iuxta regis præscriptum perueniret.

Post Isabellæ obitum controuersias inter Philippum Burgundum, Hispanici sceptri heredem, & Ferdinandum Arragonium Philippi locerum composuit, & vsque ad Regis Philippi mortem, & Ferdinandi in Hispaniam reditum magna Reipublicæ vtilitate, varijs procellis per id tempus perturbatæ, nunquam à regio comitatu discessit. A Philippo Rege summis honoribus exceptus, eidem semper assistit, & regio Senatui præficatur. At cum aduerso rerum Hispanarum fato Philippus Rex ex lenta febre, & affecto

latere 9. Kalend. Octobris anni 1506. ad vltimum vitæ discrimen peruenisset, conuenientes vniuersi Principes, qui in regis erant comitatu, in domum Ximenij, de tranquillitate Reipublicæ seruanda acturi, omnium sententia decretum est, vt quoniam nemo erat, qui magis morum sanctitate, & auctoritate, quam Ximenius apud plebem vniuersam polleret, aut cunctis Proceribus carior, vt qui nullis propinquitatum cognationibus cuique eorum obnoxius esset, is vnus ex omni Optimatum numero, Reginæ custos, & Caroli pueri protector designaretur. Postridie defuncto Philippo Proceribus placuit, vt Ximenius in regia maneret, data illi eadem parte nobiliore, qua in viam publicam prospectus est. Sed cum noui tumultus in regno timerentur, & præscarum simultatum statim germina pullularent, è re omnium fore iudicatum Proceres, vt vnus tandem de Reginæ auctoritate rebus gerendis, & regio Senatui præficere, cuius dictis omnes obedirent, alioquin nihil benè administratum iri, sed omnia in perniciem ruitura. In Ximenij sententiam omnes abierunt, vnum præficiendum esse, proclamantes, qui de amplissimæ Curie consilio Reipublicæ prouideat, cui omnes sine prouocatione obtemperent. Ximenium sine controuersia eligendum esse centent; quo nemo esset ad eam rem aptior: laboriosam illam prouinciam suscepit; annuos tamen redditus ex regio arario assignatos, regio Fisco concessit. Sed quoniam paucissimos esse intelligebat, qui honesti ratione ducti meliora sequerentur, actuerentur; instructam aliquam armatorum manum, quæ ad omnem motum præstò esset, comparauit; Reginæ, & palatij regij custodia prætorianam cohortem præfecit.

Licet Ximenius tota hac mole regnorum Hispaniæ premeretur, etiam de restauranda in longinquis regionibus religione Christiana impensè cogitabat. Quare Ferdinandum Hispanum, Emmanuelem Lusitanum, & Henricum Anglum Reges ad foedera prouocare non cessabat; vt coniunctis viribus, & mutuis animis Hierosolymitanam expeditionem subirent, Dominicum sepulchrum, & reliqua nostræ redemptionis incunabula recuperaturi. Et anno 1509. instructissima classe parata suis impensis Oranensis vrbs Maurorum opulentissimæ expugnationem excepit peragendam; quare Hispaniæ rebus compositis ipsemet Ximenius Cardinalis licet ætate prouectus, & diuturnis laboribus penè confectus, religionis dilatandæ studio, & Reipublicæ defendendæ amore classis imperator quarto Idus Maij Carthagine soluit. Classis constabat octoginta actuarijs nauibus, decem maximis trirēibus præter permulta nauigia minora, & scaphas maioribus seruiētes; uehebantur autem decem millia pedum, equitum quatuor millia, lixarum calorumque numerus necessarius. Postridie eius diei, quo Christi in cœlum ascensus celebrabatur, multa iam nocte secundis ventis Africam appulit; vbi sollicitus, & infomnis per eam noctem in anchoris permansit, dum singulis quid postridie faciendum esset, per partes diuisit. Egredie è nauibus milite, & pedatu in quatuor agmina per tribunos militares disposito, prodijt ex classe Ximenius suorum caterua stipatus, qui nouitate, & insolentia spectaculi omnium animos perculit, multumque alacritatis inuexit. Neque enim Imperatorem suum splendēte clypeo, aut calside ex Chimæra ignes vomente formidabilem intuebatur; sed Pontificalibus vestibus indutum, Sacerdotibus, & religiosis viris ex vtroque latere stipatum, & Cruce argentea pro vexillo præeunte. Refertum exercitum cibo, potuque pulchra, & potenti oratione Ximenius ad fortiter agendum pro re Christiana, pro Rege, & pro patria exhortatus ante eum progredi constituit. Vt tamen pugna abscederet, omnes orarunt; ipsiq; prælij conflictum committeret; etenim spondebant operam se religioni, & Reipublicæ nauaturos, vt ipsum suscepti negocij nunquam pœneret. Cessit communibus omnium precibus Ximenius, atque ætatis, & personæ suæ memor, in Petrum Nauarum eam curam reiiciens ad Mersalabiranam Hispanorum arcem se recepit, sacram ædiculam ingressus, quæ Diuo Michaëli dedicata est, in genua procumbens, expansis manibus in cœlum intentus, multis lacrymis Deum precabatur, vt suis Christianis præsidio esset. Petrus Nauarum vt ingentem Maurorum, & Numidarum multitudinem colles occupasse vidit, ne nostri, quos maritimi æstus, & labor eius diei lassauerant, impares in congressu essent, timuit. Belli autem principio parum prosperè nostris succedente, fiduciam, & vires hostibus auctum iri non dubitabat: quare secum deliberare cepit, an in posterum diem conflictum differret; intereaque hostes in timore contineret, an alacritatem militum secutus, tandem de summa belli eo die decerneret. Cunctationem magis probabat, quod iam esset hora diei nona; metuebant enim ne iam appetentibus tenebris prælium inceptum intermitteretur, & noctis interuentu noua exoriretur rerum facies; paruo enim momento belli res plerumque in alteram partem inclinat. Animi itaque dubius ad Ximenium redire decreuit, eius sententiam antequam quidquam tentaret, rogaturus. Is experientissimi imperatoris dubitatione permultum commotus, neque quid consuleret, satis certus, cum se collegisset; *In hac die, inquit, vir fortissime, pugna: Christus summi Patris Filius, & Seducor Mahometes in certamen descendunt, omnem cunctationem non solum damnosam, sed impiam esse arbitror; quare omni deposita formidare milites tuos, vt cum*

hostibus

hostibus manus conferant, cubato; certa enim mihi spes est hodie
 te victoriam magna cum laude reportaturum. Diuinum id potius
 oraculum, quam vilius hominis consilium fuisse, quæ sunt postea
 insecuta, declararunt; nisi enim eo die pugnatum fuisset, Oranum
 capi non poterat. Vix post tres horas à capta vrbe Trimenesius
 Messaurus, qui auctoritate, & potentia à Rege est secundus, cum
 magna peditum, & equitum multitudine in auxilium Orani venit,
 qui vrbe captiuitate, & direptione cognita nihil tentandum con-
 tra Hispanos victores ratus, ad Regem suum redijt.

Nauarrus igitur rebus periculis dispositis, tubis classicum concin-
 entibus, & omnibus D. Iacobum Hispaniæ tutelarem inclaman-
 tibus rectà ad clium vrbi imminentem occupandum, & inde ho-
 stes deturbandos infestis signis, & armis contendit. Superato in-
 genti virtute colle, fugatisque Mauris, miles per subiectam Orano
 planitiem sese aduersus fugientes effudit, quod terrorem maximum
 Mauris incussit, multo maiorem exercitum quam erat, ea specie
 existimantibus. Interea classis Orani muros quatere non cessabat,
 quamuis Mauri crebris tormentorum ictibus illam impeterent.
 Accidit verò, vt tormentarius magister tam bene collineauerit pi-
 lam ferream contra præstantissimam Maurorum machinam, vt il-
 lam confregerit, & loco deturbauerit. Exinde hostium ictus re-
 missiores fuerunt, adeo vt Hispani à trireribus desilientes terre-
 stribus copijs sese coniungere potuerint, coniuncti fortissimè di-
 micantes effecere, ne fugientibus hostibus pareret aditus in vrbe.

Dum hæc geruntur sex Christianorū signa in summa vrbe arce
 sunt cõspecta, & paulò post intra semihoræ spatium omnia moenia
 Christianorum vexillis tenebantur; etenim milites per hastas mi-
 rabili pernicitate reptantes, dicto citius omnia præsidijs obsede-
 rant. Tanto ergo impetu conscensum fuit, vt postea id per ocium
 considerantes, vix fieri potuisse crederent ipsi auctores; nam par-
 ta victoria cum idem efficere laborarent, nunquam successit, nunc
 murorum altitudine, nunc hastarum polita læuitate, & flexibili
 materia militum studium, & conatum retardantibus. Adeo ad res
 præclaras gerendas necessarius est ille ardor, quo animi incalefcunt,
 cum res vera peragitur. Sola, cohortis Præfectus, fuit primus, qui
 reptando in muros conscendit; nam D. Iacobum, & Ximenij au-
 spicia inclamans, & è summis moenibus Ximenij vexillum osten-
 tans victoriam partam nunciauit. Complures intra vrbe è mu-
 ris desilientes, portas reseratis, aditum reliquis militibus dederunt.
 Mauri re insperata perterriti, & suorum militum præsidio destitu-
 ti ob subitam Hispanorum irruptionem multi se in facella, quas
Mesquitas vocant, receperunt; alij in munitas quorundam diuitum
 ædes; nonnulli, quibus animus erat promptior, patientioribus lo-
 cis conuenerunt, vltima aduersus hostes experiri parati. At vbi
 vniuersum exercitum vrbe ingredi viderunt, totamque illam
 formidandam aciem per omnes vicos circumfundi, veriti ne omni-
 no spes fugæ interciperetur, vrbe portas petierunt, si fortè cum
 irruptionem confusa multitudine ipsi quoquomodo possent elabi.
 In omnes ferè læuitum, nulli ætati, aut sexui venia data, ferro,
 & igne omnia vastata sunt.

Viri multi insignes, & præclari ex hostibus ceciderunt: promi-
 scui vulgi quatuor millia, capta quinque millia: ex Hispanis triginta
 dumtaxat sunt desiderati, qui in montis expugnatione perierat.
 Præda adeo ingens, & opulenta fertur, vt non solum tribuni mi-
 litares, & Duces inter quos vnum fuisse certum est, cui decem
 millia ducatorum obuenerint: sed ipsi quoque gregarij milites auro,
 & argento diuites discesserint. Quingentis millibus nummum
 aureorum Orani præda æstimata est; quod neutiquam mirum vi-
 debitur vrbe opulentiam; & diuitias reputanti: mille, & quingen-
 tas tum mercatorum, tum artificum officinas Orani numerarunt,
 qui tunc interfuerunt, & rem gestam scripserunt. Non desuerunt
 ad bellum hoc suscipiendum, & prosequendum ostenta aliqua,
 inter quæ illud omnino maximum, quod multorum, qui affuerunt,
 aliorumque scriptis est testificatum; Solem scilicet quatuor, & ampli-
 us horas cursum suum cõtinuisse. Nam cum à Christianis mons
 appetebatur, dies palam inclinare coeperat, fermeque Sol iam oc-
 casui proximus esse videbatur, quod vnum Nauarrum ad montis
 radicem, priusquam prælium tentaret, reputantem non parum
 conturbauerat.

Ximenius captæ vrbe nuncio lætus totam illam noctem in hym-
 nis, & gratiarum actionibus somni immemor inter suos traduxit;
 postredie eius diei trireribus Oranum petere placuit, vt salebrofi
 itineris difficultates vitaret. Ad terram expositis, Crucis vexillo
 præeunte, & victore milite stipatus, vrbe ingressus lætus omnium
 acclamationibus suscipitur, laudes Deo optimo maximo victoria-
 rum largitori incinentium, & Ximenium gentium barbararum vi-
 ctorem proclamantium. Qua ille re mirificè oblectatus, Davidis
 versiculum sublimi voce protulit, ita vt omnibus exaudiri posset:
Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Ad
 Alcazaram hoc est ad arcem maximam è vestigio perrexit, neque
 enim alteris præterquam Ximenio aditum ad eam le daturum Præ-
 fectus affirmauerat. Postquam receptus fuit, clauis sunt ei tradi-
 tæ, & protinus trecenti ex Christianis captiui, qui dira seruitute
 à Mauris premebantur, ex arcis ergastulis in lucem producti, atq;
 optata libertate donati sunt. Oblata est illi vniuersa præda tan-

A quam præcipuo imperatori, quæ publicè iussa fuerat asseruari: ille
 quamuis multa precio, & elegantia insignia videbantur, nihil ad
 rem suam priuatam transtulit, sed quedam in publicos exercitus
 vsus; quedam ad Regem deportanda seposita fuerunt. Ducibus
 deinde, ac tribunis militaribus vocatis, virtutem illorum publicè
 collaudauit, & pro tam fortiter nauata opera benignissimè gratias
 egit, ac torquibus, armillis, alijsque præmijs singulos donauit.
 Bellica instrumenta plusquam sexaginta sunt capta, catapultarum,
 scorpionum, ballistarum, & iaculorum immensus numerus. Qua-
 re miraculo proximum esse videri possit, atque ideo Ximenij au-
 spicijs, & pietati adscribi solet; vrbe Mauritaniz celeberrimam,
 tot apparatus bellicis refertam, tam florenti iuuentute, ac tot
 præsidijs abundantem, quæ vel sex mensium obsidione vix expu-
 gnari posse credebatur, tanta celeritate, & paruo temporis spatio,
 tam denique inuenta Christianorum victoria captam esse.

B Ergo Ximenius altero postquam Oranum ingressus est, die,
 obequitans per loca vrbe celeberrima eius situm contemplatus, &
 quid in singulis partibus reficiendum, aut noua molitione con-
 struendum attentè considerauit. Ad Mesquitam deinde deflebens
 ritibus Mahumetanis conspurcatis, vt emundarentur, & expur-
 garentur curauit: Mesquitam maximam Mariæ victrici, & Ange-
 licæ ad eam Annunciationi dedicauit. In hoc autem Templo, cœ-
 nographo ad aram maximam constituto, vt sibi annuuario sacro,
 decimo quinto Kalend. Iulij, quo die Oranum captum fuit,
 parentarent, instituit, triginta millibus nummum ad hanc operam
 in perpetuum datis. Alteram Diuo Iacobo Hispaniæ virtutis
 conseruatori consecrauit: Xenodochium pro ægrotantibus mili-
 tibus in Diui Bernardini Senensis honorem erexit. Ædes item
 binas dedicauit, alteras Franciscanis, Dominicanis alteras, in-
 quarum singulis, ciuium animabus procurandis sufficiens religio-
 forum virorum numerus aleretur. Parta hac insigni victoria, re-
 busque in ea vrbe compositis, relicto Nauarro exercitus impera-
 tore, in Hispaniam Ximenius traiecit: Cõpluri aliquot menses va-
 letudinis suæ restituendæ causa commoratus est; Toletum enim
 pergere renuit ad euitandos triumphos, quos Primates illi parabat.

C Depositis bellicis curis pietatis augendæ, cultusque diuini mul-
 tiplicandi, Illefcis ædem sacrarum foeminarum excitauit, Deipa-
 ræ Virgini dedicauit, & annuis prouentibus abundè instruxit. Turri
 lacunæ, quod illi, vt referunt aliqui, natale solum fuit, aream
 percommodam, & spatiosam signauit ad alteram ædem Deiparæ
 erigendam, in qua Franciscani sodales habitarent. Sancti Audi-
 tus delubrum, quod non longè à Turri lacuna inter rupes Buitra-
 giorum est loco certè nemorum solitudine, & aquarum scaturien-
 tium abundantia perameno constitutum, sanctiori cultu, & pin-
 guiori prouentu coonestauit. Et inter alia, quæ circa pietatem
 Diuis debitam religiosè sanxit diem Præsentationis Dei genitricis
 Mariæ solemnè pompa, & festo apparatu coli iussit in diocesi
 Toletana.

D Ne autem sanctissimæ Hispanorum priscorum cœremoniz à
 viris præclaris institutz, & miraculorum testimonijs comprobatae
 in desuetudinem venirent, illas instaurare suscepit, adhibitisque
 viris, quotquot extabant, libros omnes, quibus sacra Militarum,
 vulgo *Mozarabum* continerentur, Gothicis characteribus con-
 scriptos, in Vulgaris literaturæ formam redigendos, & impres-
 sionis formis excudendos curauit. Sacellum quoque ædificauit ele-
 ganti forma in Toletano primario Templo, in quo tredecim Sa-
 cerdotum Collegium adiunctis tribus ministris instituit, quos *Mo-
 zarabes* sodales appellauit, opusque sub annum 1512. absoluit;
 quod Collegium idoneis prouentibus annuis instructum sub Ca-
 pituli Toletani patrocinio constituit.

E Ferdinandus Rex Arragonius Ioannæ Reginz genitor compo-
 sitis cum Ludouico Gallorum Rege de regno Neapolitano dilce-
 ptationibus in Hispaniam cum redijset regnum pro filia modera-
 turus, secum duxerat insignia Cardinalitæ dignitatis à Iulio Pon-
 tifice, dum Neapoli in Hispaniam proficisceretur, pro Ximenio
 obtentæ, quod amoris in eum haud vulgaris magnum fuit indi-
 cium. Voluit porrò Rex, vt primo quoque tempore, magno ap-
 paratu, & celebritate Ximenius hoc honore potiretur, & purpu-
 reo insigniretur galero. Itaque ad Mahamudi oppidum omnes
 ferè Proceres cum Rege conuenerunt, & Ioanne Ruffo Nuncio
 Apostolico sacra procurante, purpura Ximenius decoratur, lectis
 publicè his literis à Iulio II. per ipsum Regem transmissis.

F *Venerabili fratri Nostro S. R. E. Presbytero Cardinali. Dile-
 cte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Inducti præcla-
 ris meritis, & virtutibus tuis, contemplatione etiam carissimi in
 Christo filij Nostri Arragonum, & Sicilia Regis Catholici, qui
 hoc à Nobis per literas, & Oratores instantissimè petijt, hodie in
 Consistorio Nostro secreto, S. R. E. Cardinalium consortio, &
 Collegio te aggregauimus, sperantes quod eidem S. R. E. cuius iam
 honorabile membrum es, visilis eris, & honorificus, illiusque au-
 ctoritatem pro viribus conseruabis, & augebis. Dat. Roma apud
 S. Petrum sub annulo Piscatoris die 17. Maij 1507. Pontificatus
 Nostri anno quarto.*

Presbyter igitur Cardinalis renunciatus præfuit Ecclesiæ, non
 S. Sabinae, vt refert Ciaconius, & Contelorius, sed ex Panuino,

monu-

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

monumentis Ecclesiarum Toletanarum, & Complutensium Academiae, S. A. Balbinæ. Huic dignitati alteram ferè æqualem eidem Ximenio Cardinali confecti curavit ipsemet Ferdinandus Rex, ut scilicet causis religionis examinandis supremi Iudicis partes sustineret, Inquisitorem vocant generalem, quod munus Didacus Deza Hispaniensis Episcopus propter ingentes motus Cordubæ exortos, paulò ante abdicauerat. Ut huic grauissimo præfectus est muneri tabulas publicas, quarum exemplum in Complutensibus scrinijs habetur, per vniuersas Hispaniarum Ecclesias dedit, quibus id potissimum agebatur, quo pacto recens ad fidem conuersi, liberique eorum, & familia vniuersa in religionis rebus sese gererent, & qualiter sacris deberent interesse, & quibus item rudimentis, & exordijs paulatim ad Christianam fidem instruerentur.

Quare cum Iulius II. Romanus Pontifex à Conciliabulo Pisanò variè exagitatus literas Ximenio dedisset, ut Regis Ferdinandi animum ad Pontificium patrocinium suscipiendum, & sedi Apostolicæ subueniendum inflecteret, Ximenius Cardinalis, in quem multa Iulij Pontificis extabant merita; nam ab ipso, ut diximus, in Cardinalium Senatuum allectus, Inquisitoris maximi officio ad Regis votum cohonestatus, & Academia Complutensis non mediocribus priuilegijs aucta fuerat. Peculiari etiam affectu in Iulium propensus, quem incredibili animi vigore Ecclesiarum Patrimonium tueri animaduertebat, ac Tyrannorum conatus, & vires infringere, per procuratores nunciari iussit, ut nulla aduersariorum potentia, aut machina debilitatus à proposito suscepto discederet. Se autem pro debita pietate, & obseruantia in sedem Apostolicam, & Dei Vicarium quadringentis nummum aureorum statim ad Urbem per publicos argentarios numeraturum; seque ipsum si opus foret, exercitum coacturum, & in Italiam iturum.

Cum verò sepe numero annonæ charitate inopem Toleti plebeculam premi videret, & aliquorum iniquitate apud paucos frumentum recondi, cum vrbis Præfecto egit, ut horrea publica more Romano Toleti instituerentur. Ille primus frumenti nonaginta millia modiorum populo Toletano donauit nouis granarijs afferuandos, & quotannis in Reipublicæ vsus distribuendos. Hanc curam Senatus Toletanus suscepit, qui ut se haud ingratum Antistiti suo benè merenti ostenderet, pridie nonas Octobris altero post festum D. Francisci die Ximenij manes annuerialio sacro in sacello Mozarabum solet expiare; atque in huius rei monumentum in medio vrbis Prætorio, vbi Senatus de more habetur, inscriptio est, qua Ximenij liberalitas declaratur. Idem Complutenses præstiterunt inciso Epigrammate ad forum olitorium, quod sic se habet.

Aethere seu largus, seu parcus decidat imber

Larga est Compluti tempus in omne Ceres.

Cum Ferdinando deinde Rege Catholico ad bellum Nauarrum cum suis copijs processit; quo bello regnum illud Coronæ Castellæ, cuius sumptibus, & milite comparatum adiunctum est. Absoluto feliciter hoc bello, ineunte anno Christi 1516. ad 14. Kalendas Februarij Ferdinandus Rex Catholicus vitæ cursum abluens, Carolum adolescentem, in Belgijs hærentem, Regina Ioanna Ferdinandi filia, & Caroli genitrice adhuc superstite, sed imperio inepta, gubernationi Reipublicæ præfecit; Ximenio verò Cardinali, absente Carolo, regnorum curam commisit. Ad tam ardua vocatus Cardinalis, ac regnorum tot amplitudine se ipso excellior effectus misit manum ad fortia, ingentique animo Hispaniarum scepra absente Carolo biennium ferè moderatus, mirum quanta auctoritate, & imperio motus, qui eo tempore in Reipublica exorti sunt, aut sustulit, aut repressit. Licet multis, diuersisque distentis negocijs, attamen nunquam prætermisit Indorum conuersionem; quare inter reliqua statuit, ut nulla nauis, vel in Indiam ad nouas explorandas terras, vel ex vna Insularum Indiarum ad aliam subiugandam, vel ad liberandos captiuos mitteretur, quæ viros religiosos non veheret, quorum industria, & zelus illa idololatriæ summo perè dedita ad Christi fidem conuerteretur.

Post hæc cum varia valetudine apud Aquileram Ximenius affligeretur, visceribus grauius affectus, quorum in senibus difficilis semper fuit curatio, magis de eius salute timere familiares, & amici coeperunt. Fama igitur crebra iactauerat Ximenium morbo lethali laborantem in Cœnobio Franciscanorum abditum, Reipublicæ curam profus abiecit; quod ut in Baetica vulgatum fuit, indeque in Africam delatum; Petrus Gironius Luzerum Affidonenfis Ducatus oppidum inuasit. Mauri cuncta eo ægrotante negligentius curari existimantes, oram maritimam Granatæ proximam infestare audacter tentauerunt: Turcæ, qui nuper Algerium occupauerant, Horuscio Barbarossa Duce, Oranum Ximenij decus, & trophæum magna militum copia adoriri destinantes ipsum prope diem inuasuri nunciabantur. At Ximenius, qui animi vigore, quantumvis corpore debilitato esset, nunquam destituebatur, ad Gironij motum comprimendum, qui mille, & quingentis peditibus ex agro Vrsaconensi congregatis, apud Moronum alias copias conuocabat, Quignonio Luna comiti, Hispalis Præfecto,

Reipublicæ præfidijs accersitis, iustum exercitum cogat, iubet, eoque in Gironium feratur, donec aut captum ad se viuum perducat, aut interimat. Id à Quignonio ita præclare actum est, ut Gironius pater suppliciter filij errorem, & peccatum deprecaretur, & Gironius filius statim ab armis recesserit. Ex Mauris verò qui ad trecentos in terram descendentes, ex maritimis oppidulis prædas agebant, quinquaginta dumtaxat elapsi, cæteri capti, aut occisi sunt: cæterum de Orano tanquam de propria sollicitus prouincia, omnia necessaria vrbis propugnandæ prouidit, æquo animo aduersa pertulit. Cum exercitum in Africam missum ab Aphris fugatum audiuit, literas illico ad Leonem Romanum Pontificem scripsit, quibus se animo fractum non esse ostendebat; quare Leo has illi rescripsit.

Magna molestia tua Nos litera affecerunt: quibus scripsisti eum, quem contra communis nostros hostes in Africam exercitum transfemiseras, ab Aphris, atque Turcis reuelatum, & fugatum magnam plagam apud Alzarem accepisse. Te tamen animo fractum non esse, neque quicquam de tuo ardore, & diligentia eam ob causam esse detractum: que quidem tua constantia, & fortitudo dolorem meum multo leuiorem fecit. Sic enim existimabam, si te ipse non contraxisses, & spem vincendi non abiicisses, fore, ut breui hæc ipsa res secundior multo maiorem luctum, & diuturniorem tuis hostibus pareret. Sed auxit eundem illum statim dolorem meum, atque molestiam Turcarum Regis contra Sultanum Aegypti Regem recens, mirificaque victoria: de qua, & te arbitror cognouisse, & ipse his diebus cognoui: tum eiusdem Regis ducentarum longarum nauium classis, quam illum habere paratam dicunt, qui illinc veniunt. Sed hæc Dominus moderabitur. Te autem, etiam, atque etiam hortor, ut quando hoc tuo parando, mittendoque exercitu magna tua diligentia, maiore impensa confecto maximam verissimamque gloriam apud omnes homines optimi fortissimi que Principis, apud Nosque in primis tibi ipse comparauisti, magis etiam ad eosdem hostes opprimendos, & prostrandos, Remque publ. Christianam inuandam pro virili tuasterum, atque sepe te accendas, & pares: atque in hac quidem causa dignum te, dignum tua virtute, dignum etiam auctoritate ea, quam tibi Respub. dat animum, quid dicam sumas, qui tantam rem egeris? Sed tamen illum ipsum, quem sumpsisti multo antea, magnum, & fortem animum, vel retineas diutissime, vel auceas. Nam quod ad insequentem animum attinet, esse nobis exploratum potest, verè in isto mare Nostrum omne Turcarum classibus plenum fore. Itaque Nos, neque desistimus reliquos Christianos Principes magnopere hortari, ut ipse ad capeendum contra Turcas bellum in tempore comparent: neque si quid erit, in quo inuare ipsi causam, tam sanctam bonisque omnibus, tam expetitam possimus, non id sumus libentissime iam nunc, si expediat, præstaturi: modo vnum omnes sentiant: vnum sibi, & tentandum, & conandum, & perficiendum putent. Sed ut ad te exercitumque tuum redeam, & doleo tuas cogitationes, atque conatus in communem utilitatem susceptos non multum profuisse, & letor tui te, studij, & voluntatis hoc accepto incommodo nihil remississe. Dat. 4. Non. Nouemb. anno quarto. Roma.

Carolus 5. Kalend. Octobris anni 1517. è Belgio in Hispaniam appulit, & Ximenio scripsit, ut ad Morados Antistitis Segobienfis oppidum occurreret de Reipublicæ statu locuturus, consiliumque de rebus priuatis componendis, totaque familia constituenda daturus. Pridie quam Regis literæ peruenirent, Ximenius sub vesperam febri laborare coeperat, atque idcirco Caroli literæ ei datæ non sunt, sed ad regium Senatum remissæ: eo ipso die magnum suscepit febris incrementum; vnde iudicarunt medici paucos vitæ dies superesse. Vbi ille se mori sensit, vitæ sanctissime actæ præclara documenta dedit: nam quamvis corpore nimis afflicto, & debili, animo tamen, & iudicio firmo, de rerum humanarum instabilitate, & vanitate, de immensa Dei misericordia, apud suos breui quodam sermone piè, & doctè disseruit. Deinde Christi Crucifixi signum, quod semper sub veste brachio alligatum gestabat, complexus, veniam à Deo multis lacrymis efflagitauit, vocans iterum in suum patrocinium Diuos omnes, sed ante alios Deiparam Virginem Mariam, Michaëlem Archangelum, Petrum, & Paulum Apostolorum Principes, & Iacobum Hispaniarum Patronum: Diuum etiam Franciscum, sub cuius instituto vixerat; ac Toletanæ Ecclesiarum Præsides Eugenium, & Ildephonsum: quæ tanta ab illo pietate, atque animi Christiani affectu dicebantur, ut circumstantes amici lacrymas tenere non valerent. Ergo postquam sacra religionis omnia à se postulata iustis interuallis, ac pijs precibus absoluit, subinde versus illos Davidis repetens: *In te Domine speravi, non confundar in æternum: & Conserua me Domine, quoniam speravi in te.* Prolatisque ex imo pectore illis verbis: *Sancta Maria quanta apparet rerum Hispanicarum turbatio: prænuncians ingentem, funestamque illam, quæ paulò post secuta est, Urbium, & Communitatum commotionem; Antistes dignissimus, & clarissimus, atque Hispaniarum moderator, qualem futura secula illis temporibus inuidebunt, animam efflauit 6. Idus Nouembris, die Dominico, non anno salutis 1510. ut Typographi, seu amanuensium errore in Elencho Contelorig narratur, neque*

anno 1518. sed anno 1517. ætatis circiter octuagesimo, Pontificatus vigesimo secundo. Cunctis qui aderant mœstissimis, fletu ingens obortus est, qualem Patronum, qualemq; Dominum amitterent, in clamantibus. Thesaurum, quem in usus pios repositum habebat, centum scilicet quinquaginta millium aureorum in arce Vvedana, testamento inter pauperes distribuit, & in dotem magistralis Ecclesiæ S. S. Iusti, & Pastoris, quam à fundamentis reedificauerat, Sacerdotijs, ac ministris auxerat: necnon in fulcimentum, annuoque proventus multorum Collegiorum, & Monasteriorum, quæ fundauerat, diuisit. Huius sumptibus testamento etiam legatis facta est Venetijs prima impressio operum Alphonsi Toletani Episcopi Abulensis.

Cadaver vnguentis, & aromatibus conditum, vndique confluentibus populis summa pietate felicem in clamantibus, lacrymis pedum oculis, & vestium contactu funus prosequentibus, Complutum, vbi se humari iusserat, deportatum est. Academia temporarium Sacellum vndique gradibus, funebri veste stratis cinctum, & in eo cœnoraphium ad portam Burgensem constituit. Vt autem proximè aduentare cognitum est, iuuentus studiosa, Cœnobitarum fratrum Collegia, ordines literarij, omnes mœstissimi, postremò Michaël Carracus Rector, Patribus Theologis, ac suis collegis comitatus obuiam ad Sacellum processerunt. Altera ex parte, Abbas, & Capitulum S. S. Iusti, & Pastoris aduenere: funesta etiam, & atrata Ximenij familia paulò post accessit. Tantis per eo in loco constiterunt, dum preces aliquot funebres, & carmina expiandis manibus accommodata, tam Capituli, quam Collegij Sacerdotes mœstis rythmis incinuerunt. Contentio illico inter Canonicos, & collegas exoritur, dum vtrique cadaver Ximenij ad suum sanum deducere cupiunt: sed eam Abulensis Episcopus composuit prolatis testamenti tabulis, quibus ad Collegium Complutense in æde D. Ildephonso sacra sepulchrum sibi deligere Ximenium patefecit.

Multum tamen à Ximenij voluntate Abulensis Episcopus, testamenti executor in parentalibus celebrandis deflexit; nam cum Ximenius religiosissimus palam in testamenti initio prohibuisset, ne quid superba vanitatis, aut vulgaris ambitionis, & arrogantiae in eius funere fieret, amplissimum vt esset, curauit. Siruelus Theologus de eius laudibus concionem habuit. Dies, quo humandus Complutum infertur, D. Eugenio primo Archiepiscopo Toletano facer est; quam ob causam Rector, ac Theologi qua pietate in diuum sanctissimum Ximenium fuisset, non oblii, lege cauerunt, vt eo die sacris Anniversarijs Ximenio parentaretur, fierentque exequiæ ampla, & illustri pompa, concione etiam habita in eius laudem. Sepulchrum verò è Lunensi marmore candidissimo factum est, in quo eius simulacrum indumentis Pontificijs, & Pastoralis pedo ornatum visitur: in sepulchri fronte hoc insculptum est Epigramma.

*Condideram Musis Franciscus græde Lycæum
Condor in exiguo nunc ego sarcophago.
Prætextam iunxi sacco, galeamque galero
Frater, Dux, Præsul, Cardineusque Pater.
Quin virtute mea iunctus est diadema cucullo,
Cum mihi regnanti paruit Hesperia.*

Anno ab Academia Complutensi cõdita quinquagesimo octauo Alphonsus Mendozius Rector ferreis cancellis miro opere elaboratis monumentum cingendum curauit, sexdecim quibus licuit spatij totam Ximenij vitam cœlaturis præclaris ostentantibus.

Procero fuit Cardinalis corpore, firmo tamen, & compacto, incessu composito innatam grauitatem præferente, voce virili, & stabili, facie oblonga, & macra, fronte ampla sine vllis rugis, oculis mediocribus conditis potius, quam eminentibus, acutis tamen, & acribus; naso oblongo, & adunco, narium foraminibus latis, amplisque, dentibus penè iunctis, sed caninis prominentibus, labris crassioribus, & aliquantulum deductis, nam superius nonnihil attollebantur, sed citra deformitatem, infimis auriculis non pendulis, sed perpetua serie ad maxillarum iuncturas hærentibus; superiore totius corporis parte longior erat, quam inferiore, sequitertia fermè proportionem.

Anno 1545. Andrea Abbate Rectore cum fornix subterraneus, in quo Ximenij cadaver conditum fuerat, restauraretur, eius calua foras ad lucem deducta fuit, quæ nullis futuris compacta erat, sed ossè continuo constabat, qualem aliquando in homine reperiri Aristoteles notat. Animi sententiam breui explicabat, respondebat disertè, nec vnquam extra rem vagabatur; erat enim verborum parcissimus, etiam cum minabatur; nam cum beneficij loco aliquid promittebat; multò liberalius rem ipsam præstabat, & cumulationem quam verbis. Neque vnquam temere præsertim de rebus serijs sermonem faciebat, sæpeque illud Ciceronis vsurpabat, nequaquam ita nos à natura generatos esse, vt ad ludum, & iocum facti existimaremur, sed ad seueritatem potius, & ad grauiora studia inclinabat.

A Huiusce Cardinalis mors, vt fuit bonis, & rempublicam amantibus grauis, & acerba, sic malis hominibus, & seditiosis iucunda. Literis ille mirè videbatur, recreari, quarum semper fuit studiosus; solemne hoc illi fuit, vt à prandio, & cœna doctæ quaestiones de rebus præsertim sacris proponerentur, de quibus viti eruditi, qui semper illi aderant, disputarent. Audiebat etiam Dialecticas iuuenum dimicationes; *Bonum enim agricolam non minus delectari nouis, dicebat, virgultis, quam arboribus iam fructuosis.* Atrabile nonnunquam vexabatur, quo tempore negocijs se subtrahebat, neque temere ab alijs quam ab intimis conueniebatur. Nihil vnquam grauioris consilij, aut operæ aggressus est, quin prius ad Canonicos Toletanos referret, quibus cum re communicata, Deum precari iubebat, vt negocium fortunaret. Nam Africanam expeditionem facturus, & Arandam cum regio Senatu profecturus, Toletum ad Patres venit, quibus conatus, & consilij sui rationem edidit.

B Quod semel faciendum proposuerat, dicto citius confectum, volebat; illud Sallustij vsurpans: *Vbi consuleris mature, factu opus est.* Si quis parum cautè aliquid fecisset, etiam in rebus magni momenti, modò animi voluntas ad nocendum abesset, per omnes ætatis gradus, nulla indignantis significatione data, siue ea humanitas, siue potius prudentia erat, dissimulauit. Malleo ex alto decidente in capite læsus patienter tulit nulla voce emissa, vitæ humanæ caliginem, & pericula considerans; verborum libertatem in nonnullis magna animi moderatione tolerauit. Quamuis purpuræ splendore, & supellectilis lautæ copia dignitatem quandam, & reuerentiam sibi conciliabat, tamen interiores vestes, & lecti, quo indormiebat, stragula, vt diximus, semper ex præscripto Franciscani instituti habuit, vitæ strictioris perpetuus cultor, vt habemus ex literis Leonis Pontificis ad illum scriptis, quarum exemplar ex tabulario Collegij Complutensis in Annalibus Minorum Fr. Lucas Vuaddingus exhibuit.

C *Dilecto filio Francisco titulo S. Balbina Presbytero Cardinali Toletano. Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Accepimus, quod tu, qui septuagesimum, & ultra ætatis tuæ annum agis, & in Ecclesia Toletana, nec non regnorum Castellæ & Legionis pro carissimis in Christo filijs Nostri Ioanna Regina, & Carolo Rege Catholicis gubernatione, & regimine, ac in officio Inquisitionis hæreticæ prauitatis, quod de commissione sedis Apostolicæ laudabiliter exerces, plurimum sollicitudinis, atque laboris iugiter impendis, proindeque (vltro quas tanta ætas fecum affert) in variis corporis indispositionibus, atque infirmitatibus sæpè incidis, ac ætatis tuæ quasi immemor, medicorum consilia spernens, à ieiunijs, & abstinentijs per Ecclesiam indictis, & per Fratres ordinis Minorum S. Francisci de obseruantia, cuius tu professor existis, ad huc desistere non curas; sed ea constantissimè obseruando, habitu, ac singulo per dictos Fratres gestari solitis, nocte indutus in lectum te recipis, & cum illis ibi manes, ac lanea tunica vltimus, & alijs austerissimè viuas. Et licet dilecte fili modus iste viuendi sit exemplaris, & laudari potius, quam reprehendi debeat, ac clarè conspiciamus, te ad brauium æternæ vitæ non lentis gradibus properare: tamen quia (vt accepimus) complexio, & ætas tua istis vitæ austeritatibus adeo rigorosis, atque arctis non est apta, ac deceat te, qui multis annis ieiunia ipsa, & dictorum Fratrum viuendi modum integerrimè obseruasti, velut emeritum militem ad maiora seruatum, tanta ætatis mole grauatum, à tanta viuendi austeritate iam desistere, sperans, quod tu, qui regimen, ac officium prædictum integerrimè exercendo, S. R. E. & Religioni, ac Regni prædictis maximè utilis fuisti habemus: de cætero etiam illis, nec non generali expeditioni contra Infideles per Nos fieri proposita, ac deliberata, quibus tu nonnunquam magno terrori, ac formidini fuisti, quorum vires cum non parua illorum strage contriuisisti futurus sis utilis, ac necessarius; animoque repetamus conuersionem regni Granatæ ad Christi fidem, & expugnationem ciuitatis Orani, & alia iam ferè omnibus nota, per te cum Dei auxilio præclara gesta; motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te Nobis super hac oblatione petitionis instantiam, sed de Nostri mera deliberatione, ac certa scientia de Apostolica potestate plenitudine in virtute sanctæ obediens (cuius quanta sit virtus, & efficacia non ignoras) ac pro tua erga hanc sanctam Sedem solita, atque in multis cognita reuerentia, ac sub Nostri indignationis eo ipso, quod huiusmodi Nostri mandati fueris transgressor, poenis præcipimus, & mandamus, vt de cætero quando in humanis vixeris, diebus ieiuniorum prædictorum, sextis ferijs, & maioris hebdomadæ sanctæ dumtaxat diebus exceptis, carnibus, & alijs sementinam originem ab eis trahentibus, vesci, ac uti debeas, quibus diebus tres Christi pauperes reficiendo, omne ieiuniorum meritum consequaris, perinde, ac si ad licentiam ieiunia ipsa plenè seruares, & adimpleres. Et ipsi quoque diebus superius exceptis, dum medicorum consilio tuo corporis saluti expedire decernatur, carnibus, & ab eis originem ducentibus tibi similiter vesci, ac uti liceat. Necnon habitu siue tunica lanea, & singulo prædictis per te dimissis, lanea dumtaxat tunica in lecto spondonibus, siue lineis lineis strato cubare, atque dormire, ac alijs in præmissis, & eorum aliquo medicorum, qui*

sui corporis valetudini curabunt, libero consilio, & suasioni parere, ac obedire possis, & debeas. Non obstantibus Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Statutis, & Consuetudinibus Ecclesie, & ordinis predictorum, iuramento, voto, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, & indultis, ac literis Apostolicis, etiam per eas sit cautum, ne quis dicti ordinis Frater aliquid etiam ab Apostolica sede absque licentia sui Superioris impetrare, aut illo uti audeat, etiam si de illis plena, & expressa de verbo ad verbum fieri da esset mentio: quibus omnibus ad effectum presentium, harum serie pro hac vice derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, quod si se comestibilium appetitum amittere contingat, & propter hoc, vel aliter medicis predictis expedire videatur, piscibus iuxta ipsorum medicorum ordinationem quibusvis anni temporibus vesci, ac uti possis, & debeas, ita ut tua corporis bona valetudini integre consulatur. Datum Rome apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die ultimo Maij millesimo quingentesimo decimo septimo, Pontificatus Nostri anno quinto.

Quoties locales Franciscani panem, & vinum ostiatim mendicabant, panem sine quo viuere commodè non possent, iure suo exposcere aiebant: *unum verò delicias meras esse, cum tot perennes fontes ubique scaturirent.* Nocturno tempore plerumque tondebatur, ne vllam diei particulam Reipublice subtraheret; quamquam nec illud tempus perire patiebatur, audiebat enim, qui grauem aliquem auctorem recitaret. Preces horarias adiutore raro accersito, solus, & plerumque oblerata ianua absoluebat, vt interpellandi occasionem adimeret. Sacram synaxim celebraturus, publico item loco non gaudebat, frequentius in priuata aedificia operabatur, duobus Franciscanis viris bonis, & eruditus præsentibus, quos in id munus apud se habuit. Simplicem in Ecclesijs cantum, quem Gregorianum à Gregorio institutore, seu restauratore appellant, amabat; theatri offendebar: Templis nec admodum spatiofis, nec plurimam lucem admittentibus capiebatur; nam alterutra res mentis intentionem disturbat, quæ in locis subobscuris colligi solet.

Extremis vitæ suæ temporibus negociorum, & morborum agmine irruente publicis sacris interesse desijt, & aliquanto serius quam solebat, in publicum prodibat. Vtrunque æmuli culpabant, & apud Regem per literas sæpe conquesti, multum detrimenti ex ea re lites capere aiebant, qui responsum Rege dignum acceperunt. *Plus momenti in vnius Ximenij salute ad Reipublica incolumitatem verti, quam in omnium priuatorum negocijs.* Quoties digna aliqua, aut opima Sacerdotia Toleti in Templo maximo vacua esse acciderat, ea in filios Hispaniæ Primatum, aut in viros aliquos doctrina pariter, & moribus præstantes semper contulit; nam ex claris, & nobilibus viris fauorem, ex doctis verò auctoritatem rebus sacris conciliari aiebat. In beneficijs Ecclesiasticis conferendis præsertim, quæ animarum curam annexam habent, haud vulgarem considerationem adhibuit; nam proximis quibusque ex familia prætermittis, sæpe numero ignotos aduocabat, homines probos, & in aliorum commodis curandis pie sollicitos; quos vel mediocri literatura præditos, alijs quamuis doctioribus, minus tamen strenuis præferebat. Dum hæc secum ponderabat, & de singulorum virtutibus certior fiebat, multa nonnunquam Sacerdotia penes se retinebat, donec dignus minister occurreret: sacris potissimum Paschatum solemnij eiusmodi Sacerdotia bene meritis distribuerebat.

Ministris, & familiaribus viris optimis, & efficacibus est vsus, eosque semper in maius prouehere, nouisque incrementis adaugere, vt solent patres carissimos liberos curauit. Si quis à familia discedere vellet, nihil aliud rogans, aut inquirens, illico abundi commeatum dabat, neque vnquam rursus admittebat. Rerum occultarum, quarum sibi notitia à Rege non daretur, adeo se parum curiosum esse ostendebat, vt suo apud Regem Ferdinandum negociorum actori, ne quid tale rogaret, per epistolam interdixit, nihilque operæ in illis rebus inquitendis lumeret. Esse enim vanum, & molestum studium in negotio, præsertim non admodum necessario, cum alioqui ita omnia priuilegium euulgarentur, cognita habuerit, vt nihil sibi repentinum acciderit, aut occultum diutius fefellerit. Æqui semper obseruantissimus iustitiam per se, & per ministros coluit; quod si quando munera sua, aut parum integre, aut negligenter obire intellexerat, illico magistratibus amouebat, quantumvis vinculo arctissimo coniunctos. Vitæ sanctimoniam Prophetiæ dono, & miraculis confirmauit, ita vt Complutenses, ac Toletani, inter quos vixit, & obiit, Beatum proclamant, suosque miserint ad Romanam Curiam Oratores, qui interpositis Regum Hispaniarum precibus, & literis pro connumerando inter Sanctos laborarent. Inter quos primum locum tenet Philippus I V. qui has ad Innocentium X. & ad Alexandrum VII. Romanos Pötifices literas dedit: ad Innocentiũ X. literæ hæc sunt.

MVT SANTO PADRE.

El Cardenal D. Fr. Francisco Ximenez Arçobispo de Toledo fue tan insigne en la rigurosa obleruançia de su religion el tiempo

A que viuio con ella, y despues en la administracion de su Prelacia, que resplandecio mucho en santidad de vida, y costumbres con grande exemplo, y aprouechamiento de las almas; de manera que su memoria ha sido, y sera siempre venerable en estos Reynos, donde exercitò otras grandes virtudes morales en muchos beneficios de ellos, como supògo que V. S. se hallarà informado, y de nueuo le informerà el Duque del Infantado mi Embaxador. Suplico à V. S. tenga por bien de oírle gratamente, y dandole credito à lo que referirè de mi parte, sea seruido de mandar que se continue, y despache la causa pendiente sobre la Beatificacion de este Varon insigne, en que Yo, estos Reynos, de que fue Governador, la Orden de S. Francisco, en que fue Religioso, el Collegio mayor, y su vniuersidad, que fundò de Alcalà à su costa, y las Prouincias de Berueria, donde abrio vna gran puerta à replantar en ellas nuestra santa Fee con la conquista de las plaças de Oran hechas à proprias expensas, recibiremos de V. S. muy singular graçia, y consuelo. Nuestro Señor guarde la muy santa persona de V. S. al bueno y prospero regimiento de su vniuersal Yglesia. De Madrid à 14. de Julio 1650.

Muy humilde, y deuoto hijo D. Philipe por la graçia de Dios Rey de las Españas, de las dos Sicilias, de Ierusalem, &c. que sus santos pies, y manos beffa.

EL REY.

Ad Alexandrum verò Innocentij successorem has scripsit.

MVT SANTO PADRE.

En diferentes ocasiones representè por medio de mis cartas, y de mis Embaxadores à la Santidad de Innocentio Decimo las grandes virtudes, meritos, y santidad, que resplandescieron en el Cardenal D. Francisco Ximenez de Cisneros, Arçobispo de Toledo, durante su vida, suplicandole tubiesse por bien despachar la causa pendiente sobre su Cononizacion, y porque en à quel tiempo se adelantò poco esta materia, y Yo tengo particulares razones para desleat ver decorada la memoria de Varon tan digno con los fauores de la Yglesia, suplico à V. S. de nueuo, se sirua mandar se camine en ello sin dilacion, que Yo, estos mis Reynos, la Religion de S. Francisco, y el Collegio mayor de la vniuersidad de Alcalà, de quien fue fundador, recuiremos en ello muy singular graçia, y fauor de Vuestra Beatitud. Nuestro Señor guarde la muy santa persona de Vuestra Beatitud al bueno, y prospero regimiento de su vniuersal Yglesia. De Madrid à 12. de Octubre 1655.

Muy humilde, y deuoto hijo D. Philipe por la graçia de Dios Rey de las Españas, de las dos Sicilias, de Ierusalem, &c. que sus santos pies, y manos beffa.

EL REY.

D Talem demum fuisse Ximenium omnes admittunt, qualem vix alium inter purpuratos Patres antiquitas fortalle viderit: hic enim apud omnes fermè nationes Magni Cardinalis nomine veluti proprio nominatur.

Eius Vitam scripserunt Aluarus Gomecius, & Fr. Lucas Vuadtingus Latino idiomate: Hispanico Eugenius de Robles, Marcus Vlyssipponensis, Antonius Daza; Italico, Bartholomæus Cimarrelli, Hieronymus Garimbertus; & Gallico, Aubery, Michael Gaudier, Hilarion de Coste, ac Henricus Albi. Petrus de Quintanilla Mendoza ordinis Minorum in libro: *Orantium Ximenij virtute Catholicum*, inscripto præclara Ximenij gesta expressit. Olim se vidisse fatetur Andreas Victorellus imagines, Elogiaque duodecim Cardinalium pietate, doctrina, rebuque gestis illustrium libello impresso in Belgio contenta, & ad imaginem Cardinalis Ximenij hæc carmina.

E *Cernere se Cælo demissum Numen ab alto
Lector XIMENII dum conspicis ora, putato
Edi qui varijs curauit Biblia linguis
Quo merito illius volat omnem fama per Orbem.*
Aliud de eodem legi Epigramma Simonis Cugnæ Riberæ Lusitani, & est tale.

*Qui stupet ex humili me peruenisse cucullo,
Presulis ad culmen, Cardineumque decus,
Adiunctumque sagis sceptrum, Libyamque subactam,
Totque Deo, & Musis Tempia dicata sacris:
Virtutes potius stupeat, quibus Orbis, & omnis
Cessit honos, tituli, purpura, regna, decus.*
De eodem hoc scripsit Epigramma Petrus Martyr, Mediolanensis.
*Ordo Cardineus quondam decus esse solebat,
Ornabatque viros hac data flamma nitens.
Nunc autem recipit, dare quod rubeo iste galerus
Est solitus; vellat quem caput iste tuum.*


F Huiusce Cardinalis meminit Philippus Ferrarius in suo Catalogo his verbis. *Toleti depositio B. Francisci Episcopi Toletani, & Cardinalis ordinis Minorum vita sanctitate conspicui.* Et in notis: *Obijt anno 1517. non sine sanctitatis opinione maxima ob vitam sanctissimè actam.*

Extant quædam huius Cardinalis Epistolæ ad Carolum Bouillium, & alios scriptæ. Eidem Petrus Martyr, Mediolanensis, Tabulas geographicas, ac Poëma de ludis Hispanicis inscripsit.

QVAR.

QVARTA CREATIO CARDINALIVM, quam alij quintam faciunt.

Die Luna XI. Septembris anno 1508. eo scilicet die, quo Galeottus Cardinalis mortalitatem exiit, Iulius II. Romanus Pontifex vnum renunciauit Cardinalem Presbyterum, quem die 15. deinde publicauit: is autem fuit.



XVIII.

SIXTVS Gara de Ruuere, Lucensis, Iulij II. ex socore Luchina nepos, & Galeotti Cardinalis mortui frater vterinus, ex Priore Urbis Romae ordinis S. Ioannis, & militia Hierosolymitanae, inter Presbyteros Cardinales titulo S. Petri ad Vincula, aliàs Eudoxiae nondum sacris ordinibus initiatus cooptatus, in omnibus fortunis, ac dignitatibus Galeotto fratri, tamen ab eiusdem elegancia

morum, atque eruditione longè abfuerit, successit; & Archiepiscopatum Beneuentanum, Episcopatum Lucensem, Cremonensem, ex Panuino Vicentinum, & Patavinum; sanctaeque Romanae Ecclesiae Vicecancellarij munus obtinuit. Vicentina tamen Ecclesia magnae discordiae seminarium fuit inter Iulium Pontificem, & Senatum Venetum; quippe qui aegre ferens hic opulento Sacerdotio extraneum donari, Iacobum Dandulum patritium Venetum in illam intrusit Ecclesiam, quam ille toto discordiae tempore emulit, electi titulo contentus; deinde pace peracta in ordinem redactus inani titulo se abdicauit. Sixtus verò Vicentinam cum Patavina Ecclesia anno 1509. commutauit; cumque accerrimis podagrae doloribus vreretur, procul ab aula, & à publicis muneribus abcedere coactus, omnem ferè ruri aetatem egit. Et anno Christi 1517. aetatis suae 44. sub Leone X. die Dominico 8. Martij vitae concessit, & ad aram maximam S. Petri ad Vincula humatus est cum hac inscriptione.

D. O. M.

SIXTVS IVLII II. NEPOS, SIXTI IV. P. M. PRONEPOS, S. PETRI AD VINCULA E FAMILIA ROBOREA QVARTVS PRESBYT. CARDINALIS S. R. E. VICECANC. SEPVLCHRVM IN TEMPLO A SVA FAMILIA DOTATO, INSTAVRATO, ORNATO, VIVENS SIBI ELEGIT. OBIIT VIII. MARTII MDXVII. ANNUM AGENS XLIV.

Quinta die antequam decederet, Lucensi Episcopatu se abdicauerat in fauorem Leonardi Cardinalis Grossi Roborei. Aliàs tamen eiusdem Ecclesiae Lucensis curam Andrea Franciotto patritio Lucensi, committere voluit, & à Leone Romano Pontifice ad id faciendum his literis hortatus est.

Significans mihi Bernardus Bibiena Quaeſtor meus Nicolaus frater tuus nomine Episcopatum te Lucensem Andrea Franciotto velle tradere; quae quidem mihi res vehementer probatur: amo enim valde hominem cum meo quidem spontè, tum vel maxime quod is carissimus fuit Galeotto Cardinali fratri tuo, qui cum mihi, ut scis, summa necessitudo, singularisque benevolentia intercesserat. Itaque non solum ea de re te magno opere laudo, sed hortor etiam, ut quod semel in animis induxisti tuum velle facere te, id re efficias, quod ut commodius facere possis, polliceor tibi, me & Episcopatum tui tibi quamdiu vixeris, & Praefecturam militum Hierosolymitanorum, quas ille possidet, fructus ipsi Andrea reseruauimus; quos etiam si opus erit, tuque ita statuas esse faciendum, Episcopatum tui fructus aliorum Sacerdotiorum fructibus, qui tantidem sunt, tibi facile compensabo; nihilque praetermittam earum rerum, quas tu fieri voles, ut id iam ipsum libentius facias. Dat. prid. Non. Septemb. 1513. Anno primo. Roma.

Ad finem tamen res perducta non est, exitumque habuit alienum à Leonis voluntate, qui nullum erga Sixtum hominis amarissimi officium praetermisit. Dum Roma abesset Sixtus, ad Cardinalium comitia à Leone inuitatus, ob malam valetudinem se excusauit, at Leo, ut Sixti sententiã audiret, has ad illum literas dedit.

Lectis tuis literis, quibus me certiore facis ad aquarum Veneris balnea curandis tui causa te accessisse; neque nunc quidem sine me valetudinis incommodo posse isinc discedere. Itaque rogas, me te accusum, si ad Cardinalium comitia Roma esse, quemadmodum tibi scripsi cupere me, eique rei interesse nequiuisti. Ego vero Sixte te excuso: valetudinisque tuae rationem tibi in primis esse habendam statuo. Quid enim possumus, aut quid plane sumus aegroti? Quare manebis tu quidem isto in loco perlibente me tan-

diu, quoad tibi vsus erunt aquae istae; à quibus tibi profici valde cupio: ut recta posthac valetudine uti possis, mecumque, & cum Noftris fratribus Roma esse. Horror autem te, quo res melius tuo etiam consensu transigatur, ut tuo chirographo, vel mihi, vel cui vis, qui tibi ad eam esse rem idoneus videatur, mandes tuam vicem; ut is in creandis Cardinalibus Laurentio Puccio, Iulio Medice, Bernardo Bibiena, & Innocentio Cibo, quae tu dicere agere si adesses, posses dicere, agere ipse quoque possit. Dat. 16. Kalend. Octob. 1513. Anno primo. Roma.

De Sixto Cardinali hæc scripsit Epigrammata Angelus Politianus.

Tenderet Hetruscam nuper cum Xystus in urbem Aurea quae magni signa Leonis habet, Viderat assiduis pallentes solibus herbas, Et caua limoso flumina sicca sinu. Viderat, & querulis poscentem vocibus imbres, Effusas populum congeminare preces. Ergo saluti feros suspendit in aethere nimbos, Dum pergit tydas Xystus adire domos. Inde ubi iam latus media sese intulit Vrbi, Obrulit, & Tuscis ora serena p'is. Ardua laxatos discussit nubila caelo, Et liquido arentem nebulare pauit humum. An quisquam neget esse Deum, te Xyste tenentem Imperium terris, imperiumque poli?

Ad eundem.

Verba dedi Xysto, decet hæc dare dona Poetam, Aera decet Xystum reddere, verba refert. Verum habet ille alios, qui dent sibi verba, fatemur, Aera tamen qui nunc det mihi, nullus adest.


Ad eundem propter aliquos Poetas detractores.

Credebam demens Xystum mihi verba dedisse, Fallebar, vates nam mihi verba dabant. Nil queror, insans mos est dare verba Poetis, Dy faciant ne sis Xyste Poeta mihi.

QVINTA CREATIO CARDINALIVM ab alijs sexta dicta.

Anno à partu Virginis 1511. Pontificatus 8. die 10. Martij. Iulius II. Romanus Pontifex Rauennae nouem ex Ciaconio, Praefbyteros scilicet sex, ac tres Diaconos; ex Contelorio verò octo, septem videlicet Presbyteros, & vnum Diaconum renunciauit Cardinales: hiautem sunt.

XIX.




CHRISTOPHORVS Anglicus, quem Vrsu-uiccum aliqui, Brambiggum, vel Brambridge alij cognominant, Iuris vtriusque Doctor sui tēporis clarus, Ioanni Morono Cardinali Cantuariensi familiarissimus fuit, & cum eo sub Rege Richardo III. quādiu Anglorum regnum vsurpauit, graues persecutiones, multaque mala passus est. Sed cum Henricus VII. ad regnū peruenisset, telicior illi fortuna arripit; nam in primis Regi factus est ab Eleemosynis; deinde Praeful praefuit Eccle sijs aliquibus in Anglia, eiusque opera Rex vsus est in frequentibus legationibus, ad Maximilianum scilicet Imperatorem, ad Carolum VIII. Galliarum Regem; ad Franciscum Britanniae, & Ludouicum Aureliae Duces. Inter hæc Rex Archiepiscopatum Eboracensem ei contulit; & Alexander VI. Romanus Pontifex suum in Anglia Quaeſtorem instituit. Tandem Rex eum Romam misit ad sedem Apostolicam Oratorem, & in bello, quod inter Ludouicum Gallorum Regem, & Iulium exarsit, Henricum, apud quem auctoritate, & fide plurimum valebat, Pontifici ut opem ferret, ac parata classe arma contra Ludouicum caperet, induxit. Ea re feliciter gesta, dum adhuc Oratoris munere fungeretur, à Iulio Presbyteris Cardinalibus titulo S. S. Petri, & Marcellini primò, mox S. Praxedis adscriptus est; & in castris Iulij II. contra Gallos Legatione perfunctus fuit. Hunc licet tempore posteriorem in gratiam Regis Angliae Sipontino Archiepiscopo praetulit Iulius: sed homo insolentis, & intemperantis ingenij, indutus purpuræ ornamento, iracundos, & inornatos mores haud exiit. Quae morum acerbitas non modò in domesticos, sed etiam in alienos intempetiuā, & effrenis iracundia violentum, & inopinatum attulit vitæ exitum. Nam inter alios ab eo contume-

Ciaconius Hieron. Garimb. Francisc. Guicciar. Jac. Nald. in Hist. Florent. Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciacon. Panuinius de Rom. Pontific. Aubery in Vita. Scipio Ammirat. in Hist. Florent. Andr. Vitorell. in Addit. ad Ciacon. Felix Contelior. in Eleacho. Filiucius in Elogijs m. s. s. Fitius de Scriptos. Angl.

lijs affectos, aut fustibus pulsatos quidam Rinaldus patria Mutinensis, eiusdem familiaris eum veneno interemit. Qui anno secundo Pontificatus Leonis X. Christi 1514. die Iouis pridie Kalendarum Iulij, seu verius ex monumentis Vaticanis, 14. Iulij Romæ moriens in Ecclesia Hospitalis S. Thomæ martyris nationis Anglicæ, sepulchrum habuit cum hoc Epitaphio.

D. O. M.
CHRISTOPHORO ARCHIEP. EBORACEN.
S. PRAXEDIS PRESB. CARDINALI ANGLIÆ
A IVLIO II. PONT. MAX. OB EGREGIAM
OPERAM S. R. E. PRESTITAM DVM SVI
REGIS LEGATVS ESSET ASSVMPTO
QVAM MOX ET DOMI ET FORIS CASTRIS
PONTIFICIIS PRÆFECT. TVTATVS EST
OBIIT PRID. ID. IVL. A. SAL.
M D X I I I.

Qui verò venenum ei propinauerat, se ipsum in carcere veneno confecit, cuius cadauer lectum in frusta ad Urbis portas suspensum fuit. Aliqua Christophorum scripsisse, licet illum inductum, & vanitate inflatum Garimbertus nominet, perhibetur: narrationem suarum Legationum exarasse affirmat Aubery.



Ferdinãd. Vghell. in Ital. sacra, & in Add. ad Ciac. Ant. Mar. Spelta in H. storia. Papiensis. Aubery in Vita. In Rhod. in Exemp. Virtut. & Vitor. Felix Cõ. lotius in Eleacho Carolus Carthar. in Syllab. Aduoc. Cõsist.

XX.
ANTONIUS Ciochi, quem alij Antonium Mariam nominant, è Monte S. Sabini prope Aretium in Hetruria, Montanus, seu de Monte dictus, Fabiani Aduocati Cõsistorialis, ac Iuriconsulti insignis filius; Iulij II. non vt aliqui per errorem affirmant, Clementis VII. patruus, Episcopus Tiphernas, Ariminensis, Caiacensis, Archiepiscopus Sipontinus, & Cameræ Apostolicæ, ac Rotæ

Auditor, ob eximiam in rebus gerendis fidem, & excellentem legum peritiam tum in Vrbe, tum foris clarus floruit; cuius constantia etiam aduersus Iulij gratiam in iure dicendo claruit. Nitebatur Iulij II. Pontificis maximi gratia litigator potens, & aduersarium premebat eadem; nam & Iulius, secundum amicum, sententiam ferri cupiebat maximopere; sed non ideo flexus Antonius est, quin contra sentiret, ac decideret. Id vbi relcuiuit Iulius II. qui ius amico stare sibi persuaserat, & ardentioris animi erat, adeo commotum ferunt, vt Antonius prima irarum metuens, Neapolim clam se reciperet, haud laus sua se dignitate Auditoris Rotæ irato Principe tutum in Vrbe credens. Pontifex vbi refrigeratus est, vim animi, & qui amantem, virtutemque admiratus, reuocatum in Urbem Antonium sub titulo S. Vitalis in Cardinalium ordinem legit. At ille progressu temporis relicto S. Vitalis, S. Praxedis titulum primo, mox Episcopatum Albanum, Tullulanum anno 1523. Prænestinum, Sabineniem anno 1524. & Portuensẽm obtinuit. Præsul quoque præfuit Ecclesiæ Papiensi, ac Nouariensi: Romæ abiente Clemente VII. & in Umbria Legationis munere functus est. Huius Cardinalis optimo, salutarique consilio ad abrogandam Conciliabulo Pisano fidem, Romæ Lateranenie vniuersale Concilium indictum est: Protectoris munus ordinis Fratrum Seruorum obiuit. Lauretanam Domum religiosissimè inuisit: Philippus Belluccius illius iter Versibus expressit: ex vrbe Lauretum discessurus in Templo S. Mariæ de Populo eidem Virgini maximæ donum obtulit: Belluccium audiamus.

*Ventum erat ad Portas, cum celsi limina Templi
Proxima conscendens Dominus sic voce precatur,
Tn que causa via Virgo, sumptisque laboris
Alma viam facilem concederis annue captis
Da precor, vt meritas possim persolvere grates,
Incolumis rediens & nostris pignus amoris.
Quæ tibi dona fero, nunc accipe dixit, & auro
Obtulit insignem Pallam, quam baltheus ostro
Contextam cingit Tyrrio, debinc maximus heros
Egreditur latus pulchra comitante cohorte
Flamineam Populo Portam spectante Quirini.*

Cum ad Lauretanum Templum peruenisset, Deum sacrificio, Dei matrem lacrymis, precibus, munere veneratus est, vt laudatus Belluccius testis est.

*Inde propinqua caput non longè à littore Templa
Tollere iam turres, & Lauretana videmus
Mœnia qua Pelagi scopuloso gurgite fluctus
Adriacas voluunt, Borea resonante, procellas.
Miramur molem immensam, Templumque superbum,
Atque urbem, quondam nemora, & magalia tantum
Crescere, miramur strepitum, turbamque frequentem;*


*Virginis effigiem veram, sedemque vetustam:
Tot memoranda Ducum, Regumque ingentia dona.
Soluere vota parans sanctam prostratus ad Aram
Procubuit genuis Princeps, sacrisque peractis
More suo, latus Matri pulcherrima donat
Munera Christipare, fuluo pretiosa metallo:
Atque ait, ò nostre Virgo spes vna salutis,
Que miseros primi damnatos labe parentis
Tartareis pœnis reuocas, Cœloque redemptos
Posse frui aeterno partu inuiolata dedisti,
Nunc precibus placata meis pietate misellum
Respice qua solita es, nostris & sordibus irans
Siste Destactam, tantique miserta laboris.
Accipe Diua Parens queso hac, sine vilia quamuis
Munera, meque tua sanctissima protege dextra,
Da Diua optatam pacem, da Diua quietem
Christicolis, duce te cessent crudelia bella.
In Turcas, Maurosq; truces, & vana colentes
Numina corda moue, mentemque, & pectora sancta
Pontificis: cui longa precor, tranquillaque fata.
Conscia mens rectis populum pietate gubernet
Ille suum solita Petri sanctissima sceptrâ
Augeat, insanos vesani comprimat hostis
Errores, merasque simul caligine ceca
Disyciat sectas Martini, vinculaque tradat
Colla premeda sibi, pariter da Diua salubrem
Aera, ne crebras inducant sidera mortes,
Languor epidemia cesset, da carcere demum
Visere terreno caelestia Regna solutos.*

Vixit vsque ad Clementis VII. tempora, sub quo mortem subiens die 20. Septembris anno Christi 1533. ætatis 72. ad Ianiculum in Ecclesia S. Petri de Monte aureo vocata sepultus iacet cum hoc Epitaphio.

D. O. M.
ANTONIO FABIANI F. DE MONTE S. R. E.
Episc. Cardinali Portuen.
Qui ob singularem Cæs. & Pont. Iur. peritiam urbanis
Fere omnib. I. D. Magistrat. INNOCENTIO VIII. ALEXANDRO V. I.
Et IVLIO II. Pontificib. Max. sanctiss. gestis ab eodem.
Iulio per omnes Dignitatis gradus in Cardinal.
Ordinem adscitus est multisque inde Resp. munerib. Domi
Forisq; Præflect. ac in Umbria semel LEONIS X & CLEMENTIS VII.
In Vrbe verum Legatus eam semper præ se
Integritatem prudentiam pietatem tulit vt Romana &
Catholica Ecclesia non iam Fratrem ac membrum nobiliss.
Sed Caput ipsum & Patrem eius morte amississe
Visa sit
Vixit Ann. LXXII. e vita excessit An. Chr. MDXXXIII.
IVLIVS III. PONT. MAX.
Patrio chariss. ac de se & Balduino Fratre suo opt. mer. F.

Cardinalis Papiensis ab Ecclesia illa, quam vt diximus, administravit, aliquando cognominatus est. In iure Canonico doctissimus, secularium literarum non ignarus scripsit acta Concilij Lateranensis, tam sub Iulio II. quam sub Leone X. habiti.

Huius Cardinalis numismata duo vidi in Museo Caroli Antonii à Pureo.



XXI.
MATTHEVS seu Mar

cus, cui Longo, rectius Schiner, Longus enim Gurgensis Cardinalis fuit alius à nostro, cognomen fuit, natus est apud Gornesianos humili genere, in viculo Mulbacho, adhuc puer à parentibus Sedunum missus, deinde Tigurum, prima literarum rudimenta didicit, in quibus locis cum pro more pauperum scholarum illius regionis hymnos ad victum comparandum in multorum præsentia decantaret, quidam vir senex vocatum ad se puerum diligenter inspexit, ab eoque de nomine, & patria inquisiuit. Cui cum puer promptè respondisset, ad astantes conuersus, hic puer, inquit, aliquando Episcopus, & Princeps noster erit; quæ vox altissimè animo pueri inleuit, vt deinceps, & maiori diligentia studijs incubuerit. In Italiam postea missus, Italicam, Latinamque linguam Nouocorni, sub Theodoro Lucino perdicens, robusto, auidoque ingenio dignam non solum Germano, sed etiam Italo homine scientiam, & exultam rerum cognitionem comparauit. Tantos autem progressus in studijs fecit, vt nihil earum rerum, quæ vel audiret, vel legeret, robusti, audique ingenij memoriam subterfugeret. Vt potè qui sæpè ægri

Giacomus P. Ionus in Elogijs. Ant. Sander. in Elogijs. Hier. Garimbert. Cabren. Filuccus in Elogijs. m. s. Franc. Augustin ab Ecclesia in Hist. Pedemot. Carol. Episc. Nouanen. in Nouana. Andr. Vitor. in Addit. ad Ciaccon. Aubery in Vita. Panninius Felix Cõ. telor. in Eleacho

præceptoris munia docendo felici æmulatione obire esset solitus, magnamque partem Maronis Æneidos, & Heroidum Nafonis recitaret, & amplecteretur supra cunctos auctores librum Seuerini Boëtij, qui liber moralibus multis exemplis refertus delectos quotidianis actionum suarum sermonibus flores, & exempla cunctis quoque casibus opportuna ita suppeditabat, ut eius eloquentiam non Germani modo, sed Itali etiam magnopere mirarentur. Sacris initiatus primum apud Vallesios curam ignobilis vici nactus ita se gessit, ut apud vicinos quoque magnam sibi doctrinæ, & sanctimonie opinionem compararet. Deinde renunciatus Canonicus Sedunensis, Nicolao patruo se ab Episcopatu Sedunensi abdicante, Matthæus integris iam moribus spectatus à Sedunensibus Episcopus per suffragia delectus mitra Sedunensis Sacerdotij à Pontifice exornari postulat. Qua dignitate recepta, sacras in Templo habere conciones, dissidia inter ciues componere, sobrijs, & castis moribus exemplo omnibus esse satagebat. Sic magna apud Heluetios collecta auctoritate, cum à Ludouico Gallie Rege Iulius Pontifex infauista Concilij auctoritate premeretur, Iulius ab Hispanis, Britannijs, & præsertim Heluetijs opera Matthæi opem implorabat. Quia in re ita piè, ac integrè se gessit, ut à Iulio II. in honorem Heluetie gentis fuerit Presbyter Cardinalis S. Pudentiane, titulo Pastoris electus. Legatione fungitur apud Maximilianum Imp. & in vniuersa Germania, qui postea Episcopus Nouariensis, & ad vniuersam Italiam Legatus fuit, & Pontificis iussu ad Heluetios missus ita eos contra Gallos acriter, & fortiter concitauit, ut eorum virtute, & constantia Matthæus, eiectos Ticino Gallos, atque Cisalpina Gallie imperio exactus ultra alpes reiecerit. Quibus cum postea Insubriam inuadentibus, Heluetiorum copias hortatus, equo insidens, rubro galero, & cruce erecta conspicuus parum feliciter confligit. Sed à Leone X. rursus in Italiam Heluetij exciui Matthæo duce, Gallis iterum à tota Insubria repulsis Parmam, & Placentiam suis viribus sedi Apostolicæ restituerunt. Tanta apud Heluetios polluit auctoritate, dignitate, & gratia, ut Leo ipse Romanus Pontifex nullum alium apud eisdem causam suam agere, quàm Matthæum Card. voluerit; ut suis hisce literis fastus est.

Non oblitus quantum in Nos beneficiorum contuleris, ei, qui has tibi literas reddidit, Goro familiari meo ad Heluetios proficiscenti mandami, te ut viseret, tecumque communicaret causam professionis sue. Qua in re peto abs te non id solum, ut cum instituas omnibus is in rebus, quas ad te deferet, doceasque quid illis agendum, quid statuendum, quid conandum sit: sed illud etiam ut meam causam apud Heluetios agas ipse, measque omnes suscipias partes. Quod te facturum, & facile pro ea, qua plurimum apud illos pollet dignitate, auctoritate, gratia, & libenter pro tua singulari, atque mstrifica in Nos beneuolentia planè confido. Vno autem in primis, ut ipsos Heluetios de mea propensa, perpetuaque in illos voluntate certiores facias, doceasque eo animo esse me, ut in eadem cum ipsis fortuna magis magisque quotidie coniungi, & consociari cupiam. Deinde ut eos confirmes in Maximiliani Marie Insubrum Ducis statu, atque imperio, quemadmodum adhuc quidem egregie fecerunt, & fulciendo, & defendendo: qua sanè tibi quidem res cura magnopere semper fuit: Nobis autem non minus cordis est quam Florentinorum Respublica, atque Urbis, que mihi patria est, incolumitas, & conseruatio; quemadmodum ab ipso Goro intelliges. Qui quidem ea etiam, que ad te de me falso delata sunt, diluet, purgabitque me tibi, eaque patefaciet, quam ob rem mentem erga te meam, atque animum perspicere facile possis. Te verò etiam, atque etiam hortor eiusmodi vocabus hominum, vel inuidensium Nostra coniunctioni, vel certè maleuolorum aures tuas ne prebeas: quemadmodum, & ipsi etiam fecimus, facturusque sumus ad ea que de te ad me præter tuam dignitatem, & allata adhuc quidem sunt, & fortasse offerentur. Neque enim de te tuis summis, præstantissimisque virtutibus villorum hominum artibus tantum quidem partem detractum iri patiar. Reliquum est, ut Goro ipse meis te verbis alloquenti omnem fidem habeas. Vale. Dat. sexto Kalend. Nouemb. Anno primo. Roma.

Obijt Matthæus Romæ sub Hadriano Papa VI. cuius comitibus interfuerat, anno 1522. die 2. Octobris, seu Decembris, & in Ecclesia Teutonicorum sepultus est: vir inter exactæ virtutis imperatores potius quam inter senatores numerandus, si corporis, ac ingenij robur, & rerum strenuè gettarum cumulum spectes. Maximè verò ei gloriosum fuit Francisci Regis iudicium, cum alleueret, aliquanto plus sibi sumptus, atque periculi Matthæi Sedunensis facundie indomitam vim, quam tot legionum eius gentis cuspidis attulisse: de illo hæc Placidius Placentinus.

*En tua purpureus decorat Matthee galerus
Tempora digna sacro triplicis splendore corona;
Scilicet exultans telus ferus accola Rheni,
Pondus arenosum rapidis, qui flexibus urget
Oceanis in gremium, demens hostilibus armis
Imperia, & leges diuum lacerare profanus
Irruerat, validis cum te duce castra manipulis
Heluetia aduentant, bisque acres cuspidis Gallos
Fundunt, Pontificemque armis vetricibus ultra
Tandem nubiferas Alpes transcendere cogunt.*

Et Augustus Cocceianus.
*Helueti gens vna Ioni carissima summo
Et cara Martis pignora
Inuicti bello populi, certissima Regum
Bellantium spes, ac metus.
Nullo Heroas vestros celebratus honore?
Nulle aere? nullo marmore?
Certè iam externos clare virtutis amice
Artes fouebunt Itale.
Ipse Pater Iouis quam mira expresserit arte
Illustrum formas Ducum
Cernitis, & vestri ductoris imagine vera, ut
Dotes, & ora effinxerint.
Qui late Italam fama compleuerat omnem
Virtutis ergò fulgore
Quare purpureo corpus velabat amictu
Sacro coruscus ordine
Certabantque Virum sublimem tollere ad astra
Bellona Pytho, Sanctitas.*

Matthæo Cardinali Sedunensi, Topicam suam dedicauit Claudius Cantiuicula in Basiliensi Academia Legum professor. Huiusce Cardinalis insignia duobus locis sunt coloribus expressa; in palatio insulæ S. Iulij in diocesi Nouariensi, vbi Episcoporum, & Dominorum loci insignia pingi solent: vno in loco hæc sunt literæ adscriptæ: *Matthæus tit. S. Potentiane Cardinalis, Ep. Nouar. & Catarenfis, Marchio Vigleuani, Prefectus, & Comes Vallesij.* In altero: *Cardinalis Ep. Nouar. Legatus Germanie, & Lombardie.*

Hic adeo sua studia, operam, laborem, atque industriam semper contulit ad duos Sfortias fratres tuendos, ac restituendos in regnum, ut meritò Maximilianus eum se colere, ac patris loco habere in suis literis fateatur. Imò quia præ illis Federicum Cardinalem S. Angeli nihil faciebat, has Leo ad Matthæum literas dedit.


Molestè sanè tulimus Maximilianum Mariam Insubrum Ducem haberi in custodia iussisse Ioannem Petrum Moronum ciuem Mediolanensem Federici Cardinalis S. Angeli procuratorem ea de causa, ut fructus monasterij Morimundi quos is Cardinalis debet, quisque apud ipsum sunt; ab eo per vim, atque iniuriam extorqueantur; eiusque te iussionis auctorem fuisse, quem minime quidem decuit; minimeque opus fuit. Eo de genere toto iniuriarum tametsi proxime ad te literas dedimus, quibus te hortabamur, velles inferendis Cardinalis detrimentis modum aliquem aliquando tandem statuere. Tamen quia non solum ea te literæ nihil mouerunt, sed post eas multo etiam quam antea grauius, atque iracundius te gessisti; has ad te alteras dare literas volui, ut te diligentius commonefacerem, meminisses Federicum, & esse Cardinalem, & haberi; Nosque id Romanamque Rempublicam statuisse; neque esse Regem, aut populum Christianum vllum, qui non ipsum eo nomine appellet. Hæc quanti tibi faciendæ sint, si nescis, cur te fieri Cardinalem appetieris, non intelligo; si scis, & magni astimamus istam dignitatem, vide ne quod tibi amplum putas, in altero te minimi facere, non tam vilius vitium redarguat, quam sit tuum. Quod si reliqua causa omnes parum apud te quidem valent, tui te ordinis, & dignitatis ratio ab eiusmodi consilio reuocare certè debet; ne tuo exemplo quislibet lacefferet reliquos etiam Cardinales, ordinemque ipsi augustissimum audeat; vnumque vestrum male habendi licentia ad ceteros facile contemnendos emanet. Hæc scripsi impulsus non magis Federici causa, quam amore in te meo, mutuaque nostra beneuolentia. Tu si offensionum, iracundieque tue finem feceris, & illum frui monasterij sui fructibus, & pensionibus passus fueris, profectò, & reliquis Cardinalibus, tibi que ipse consulens, & huius Respublice dignitati vi debere tuas rationes posthabuisse, & meam mandata non despexisse. Dat. 16. Kal. Martij Anno secundo. Roma.

Magni tamen Matthæum Cardinalem semper fecit Leo, ut ex literis ad illum datis clarè patet; in quibus tum eius virtus, tum prudentia maximè commendatur his verbis. *Cum perspecta Nobis esset, & virtus, & prudentia tua, deque tua in me, atque in Rempublicam, in quam quidem plurima tua egregia, præclaræque officia extiterunt, fide, & cultu magnopere considerem, &c.* Et alibi. *Cum Ennius Episcopus Verulanus Legatus meus istuc proficisceretur, ei mandami, ut tibi salutem adnunciaret, ostenderetque tuum studium, curam, diligentiam, laborem, quem mihi Resque publica impendis, esse gratissimum, eaque omnia, ut bene posuisse te sentias, me effecturum, &c.* Curabat Leo Heluetios ad se trahere, & pro se habere in bello contra Turcas; at illi recusabant, dum similitates cum Francisco Galliarum Rege, quas Matthæus fouebat, vigerent; quare Leo has Matthæo literas scripsit.

Certiores Nos per literas fecerunt Heluetiorum legati Vicorum octo Nobiscum fœderatorum, qui in oppido Bergensi conuenerant, se quò facilius Nos communem omnium Christianorum concordiam inire, necessariamque in Turcas professionem parare, atque conficere possemus, suas cum Francisco Rege Gallorum similitates, atque inimicitiam deposuisse, neque dubitare quon consentientes statim unâ cum ipsis futuri ea in re fuissent reliqui eorum fœ-

deris

deris socij, nisi tu eis impedimento fuisses, tuisque eos studijs a proposito retraxisses. Deque eo grauius apud Nos sunt conquesti, ut pote qui prouideant, si qua optas, quaque conaris, effeceris, nouos bellorum in Christiana Republica motus magna inter ipsorum societates dissidia, grauissimasque breui tempore diffensiones futururas. Quae quidem Nobis omnia incredibilem molestiam attulerunt, fortissima illius consensum, atque concordiam, & Christianorum Principem unanimem praclarum illud ad bellum conspirationem summo iam pridem studio desiderantibus, atque spectantibus. Quamobrem has ad te statim literas duxi dandas; quibus te commonefacerem, atque hortarer ab incepto desisteres; quietique potius, ac tranquillitati, quam bellorum, & discordiarum fouendis inuis, incendendisque animis te te daret; cogitareque, quam te deceat cum a nobis dissentire, atque in alia omnia discedere, qui pro tua dignitate una Nobiscum Romana Republica curam sustines, tum Helueticorum nationem tam egregiam, ex qua oriundus es, concordia praesertim cupidam uelle dissociare, atque dirimere. Quod si tu uel priuatus omnino, uel alienus homo esses, deberes tamen, & cum Republica uoluntate, Romanique Pontificis studijs consociare studia, & uoluntatem tuam, & uelle fortem, praclaramque gentem illam, & populos concordem potius inter se se esse, quam bellis intestinis laborare. Nihil est enim tam alienum a boni uiri, prudentisque hominis consilijs, quam quae conuulsa pacis, & beneuolentiae studijs praestat esse; ea cupere, dareque operam, ut bellis, & diffensionibus conterantur. Cum uero, & unus sis ex meis ipsis fratribus E. R. Cardinalibus, & in Helueticorum terra Helueticis parentibus, atque maioribus genitus, uide quam de te hominum opinionem sis excutaturus, cum & a Nobis, & a Republica diffentias, & ea tractes quibus Helueticorum natione te progenuit, a pace, atque concordia, ad arma seditionisque concitetur. Quamquam id quidem etiam mouere te plurimum debet, quod in eo uniuersae rei Christianae male consulis; quae quidem maxime in Helueticorum, & inter se concordia, & cum Romana coniunctione, tanquam in optimo totius spei rerum bene gerendarum fundamento, atque initio nititur. Neque a me illud quoque silebitur, amorem erga te meum, quo te semper fraternitatis colui, ueteremque beneuolentiam mereri, ut ne Nostris conatibus, praesertim cum omnium Christianorum bono, atque salute conueniens, ad pacem, ociumque tendentibus ire obuiam status, aduersariumque te pares. Quod ne pergas facere, atque ut uerborum Domini memor, qui pacem Nobis discedens commendauit, pacem, & concordiam nationis tuae iniri ceptam ne impediatur, per huiusce Republicae dignitatem, cuius esse propugnator in primis debes, & mehercule consuesti, perque eam, qua Christianus es, religionem, abs te magnopere quaeso, & postulo. Id si feceris, & ipse tuorum in me officiorum, & plurimorum, neque sane lenissimorum memoriam nunquam prouiciam; & dignitas tua principem apud me curam, locumque semper obtinebit; & facies quidem ex usu cum omnium hominum, tam tuorum maxime ciuium, sed certe, atque in primis tuo. Dat. 16. Kalend. Martij 1516. Anno tertio. Florentia.



XXII.

Petrus de Accolti, seu Accolitus, natione Italus, patria Aretinus, natus est Florentiae die 15. Martij anno 1455. ex patre Benedicto nobili Aretino, ac ciue Florentino, & Laura Federica, lectissima, ac nobilissima formina. A teneris annis usque ad perfectam adolescentiam in scholis bonas artes didicit; Pisis deinde aliquot annis in Iurisprudencia feliciter collocatis, utriusque Iuris consummatissimus euasit, & lauream doctoratus accepit; eiusdemque Academiae a Florentina Republica uocatus, publicus Lector fuit. Ad Romanam deinde Curiam profectus, sub Alexandro VI. & Iulio II. ex Apostolici palatii causarum Auditore, Episcopus primo Anconitanus anno 1505. mox Presbyter Cardinalis titulo S. Eusebij renunciatus, uulgo appellatus est Cardinalis Anconitanus; quem Episcopatum administrauit usque ad annum 1514. illumque ex beneplacito Apostolico, deinde contulit in Franciscum nepotem. Caeterum tamen dignitatum gradus ille refugeret, dignitatum tamen decora illum, uel reluctantem consequentur: quare Gaditanum Episcopatum a Iulio II. in Hispania; Maleacensem in Gallia a Leone X. Atrebatensem in Belgio, Cremonensem in Gallia Cisalpina ab Hadriano VI. & a Clemente VII. anno 1524. Archiepiscopatum Rauennanensem in Emilia accepit. Praefuit Episcopus Cardinalis Ecclesiae Albanensi anno 1523. Praenestinae anno 1524. & Sabiniae eodem anno die 15. Iunij: Romae Pontificis uices gessit, & supplicationum libellos signauit: Legati quoque Apostolici munere functus est in exercitu Pontificio contra Gallos instructo.

Ciaconius Bembus in Epistolis. Hieron. Rubeus in Hist. Ra-uennaten. Ludouic. Cantirellus in Hist. Cremon. Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciacon. Felix Cötelorius in Elencho. Aubery in Vita. Pauuinius de Rom. Pontificib. Iof. Mar. Suarez. de Episc. Praenest. Iacob. Naldi in Hist. Florent.

A E vita migravit Romae die 12. Decembris anno Christi 1532. aetatis septuagesimo octauo, & ex Hieronymo Rubeo ad S. Eusebij Ecclesiam, ex Ciaconio uero, & ex m. ss. Vaticanis ad S. Mariam de Populo sepulturae mandatur. Hunc Leo X. laudibus extollit in literis ad Franciscum Galliae Regem, eumque uirum doctum, ac de se, deque Republica benemeritum uocat: & ne Gaditanae Ecclesiae annuos redditus retinerentur has ad Ferdinadum Hispaniae Regem literas dedit. Intellexi te Petro Cardinali Anconitano fructus Ecclesiae Gaditanae retineri mandauisse; quae mihi res, & pro meo in illum fraterno amore, & pro eius in rem Romanam plurimis, maximisque promeritis non parua sane molestiam attulit, praesertim cum per spectissimum mihi sit, eum tui studiosum semper fuisse, tuasque res, dignitatem, gloriam rebus omnibus antetulisse. Quare te hortor, neque hortor solum, sed etiam peto abs te diligentissime, uelis Ecclesiae Gaditanae prouentus Cardinalis procuratoribus remittere; quod erit mihi tam gratum quam quod gratissimum. Caeterum polliceor tibi, in meque recipio, reliquis in rebus, quas cum eo tractas, quemadmodum uoles ipse, sic plane fore. Dat. 9. Kalend. Ianuarij 1513. Anno primo. Roma.

B De eadem re Episcopo Colentino Internuncio Hispanensi has scripsit. Exemplum literarum, quas Ferdinando Regi scribimus postulantes, ut is Ecclesiae Gaditanae fructus interdictos a se Cardinalis Anconitani procuratoribus remittat, habuisti cum his literis. Mando autem tibi, ut apud eum agas, cures, enitare, ut res quemadmodum uolumus, conficiatur, in quo nihil praetermitteres, si mihi rem gratissimam uoles facere, neque diligentia, neque studio, neque plane laboris. Est enim mihi permolestum Cardinali, de Republica, deque Nobis optime merito in colligendis Ecclesiae suae fructibus negotium fieri; nam quod ad eas res attinet, quibus tu de rebus ad me scripsisti, certiore facere Regem poteris, me curaturum, ut quemadmodum ipse postulat, sic aptentur. Dat. 9. Kalend. Ianuarij anno primo. Roma.

XXIII.

Achilles Grassus, seu Crassus, aut de Grassis uocatus, natione Italus, patria Bononiensis, Balthasaris filius, nepos Antonij de Grassis Episcopi Tiburtini, cui destinatum ab Innocentio VIII. galerum, aliquot Cardinalium inuidia emulatio surripuit. Hic in audiendis Rotae causis patris suo ob praclarum doctrinae laudem fuisse, innata quadam grauitate, externo modestia decore astute continens, infixos animae incontinentiae aculeos egregie uelabat. Ea virtutis specie, atque hominis solertia ductus Iulius II. Pontifex uirum bonis artibus insignem, rebusque ciuilibus agendis aptissimum, non Tiburtinae, sed Tiphernati ex Vghellio, ex Martino uero Polono Modoecensi Ecclesiae praefecit. Mox Rotae Auditorem, & Referendarium dixit, demum in Senatorium ordinem titulo S. Sixti adoptauit, qui etiam in Senatus ordine titulo S. Mariae Transyberimae, postea ornatus est. Ad Helueticos, Polonosque sedis Apostolicae nuncius in Poloniam peruenit finito Polnaniensi conuentu; Sigismundum illico Regem adiit, & expeditionem contra Turcas cum Vladislao Hungariae, & Boemiae Rege iunctis uiribus ineundam



E Iulij Romani Pontificis nomine sollicitauit. Consultatum est ibi frequenti Senatu, an contra Palaitem Turcarum Imperatorem, Graeciae, atque Asiae Dominum, vicinum, ac praepotentem hostem arma mouenda essent; plerisque censentibus Sigismundo Regi gloriosum futurum, si expeditioni sacrae, ac omni zeo memorabili contra immanissimos Turcas interesset, maxime si terra, & mari exercitibus, & classibus Christianorum Principum aggrediendi essent, quo facto indubitata speranda esset victoria. Alij aliter censebant contra hostem ferocissimum praepotentem, ac vicinum nil tamen mouendum esse, cum facilius arma sumantur, difficilius deponantur, & hoc non in nostro, sed in hostis situm sit arbitrio Christianorum Principum expeditionem contra Turcas toties per plures, ac diuersos Romanos Pontifices sollicitatam, ob emulationes esse incertam, Regibus Christianis inuicem dissidentibus, & Italia tota tumultuante, quorum fera essent auxilia, & forte nunquam speranda, si potentissimus Turcarum Imperator in Polonos, atque Hungaros omnem belli impetum conuerteret. Achilli igitur responsum, Sigismundum Regem de Turcica expeditione cum Vladislao Hungariae Rege, & regni sui Proceribus consultaturum, & per proprium nuncium Pontifici Romano respondendum: cum hoc Achilles expeditus, ac regali munificentia donatus, Cracouia discedens, in Italiam redijt. Ad Ludouicum paulo post Galliarum Regem Legatus fuit; ne Bentiuolos ciues Bononienses sub regio patrocinio reciperet: Legatione quoque functus est in Germania apud Caesarem. Caeterum uir mehercule ex-

Ciaconius Hier. Garimbert. Aubery in Vita. Pauuinius de Roman. Pontific. Andr. Vghell. in Addit. ad Ciacon. Carol. Sigon. de Episcop. Bonon. Felix Cötelorius in Elencho. Ferdinad. Vghell. in Ital. sacra. Pomp. Vizan. in Hist. Bononiens.

cellens,

cellens, & inter sua aetatis viros nemine inferior, si vnam incontinentiae labem deleas. Iulius II. interfecto ab Urbini Duce Cardinale Alidosio Episcopo Bononiensi, post die Bononiensem Ecclesiam Achilli detulit anno 1511. 9. Kal. Iunij, qui licet populus, & Clerus Bentiuolorum impulsu eandem Antonio Galeatio tradidissent; tamen Kalend. Iunij per Agamemnonem fratrem possessionem, nemine interpellante accepit, & anno sequenti 8. Kalendas Augusti recepta iterum à Iulio Bononiae possessione, insigni pompa Episcopali eam iniuit urbem; & Episcopalem aulam, quam Galli à Bentiuolis aduocati inflammauerant, instaurauit. Interfuit comitijs Pontificijs, in quibus renunciati Romani Pontifices Leo X. Hadrianus VI. & Clemens VII.

Diem supremum obiit Romae tertia die post Clementem VII. ad Pontificatum euectum, die scilicet 29. ex Sigonio, ex Garimberto verò, & Contelorio 22. Nouembris anno 1523. & in Ecclesia S. Mariae Transyberim sepultus est cum hoc Epitaphio.


Achilli de Grassis Episcopo Bononiensi, huius Basilicae Cardinali, morum grauitate, & Legum peritia nulli secundo; in quo nulli infirmitate, modestia, ac liberalitatis genus unquam desideratum est. Vixit annos LX. Clementi VII. & uniuersae Curiae maximo de se desiderio relicto.

In aula verò Ecclesiae S. Mariae Transyberim proxima, ab ipso restituta huiusmodi exstat Inscriptio.

Achilles de Grassis S. Sixti Presbyt. Card. Bononiensis aulam hanc igne crematam restituit Ann. MDXII.

Ad Achillem hunc sunt nonnullae Leonis X. literae apud Petrum Bembum, in quibus illum non modo pacis, & quietis amantissimum nominat, sed apud omnes auctoritate, & gratia plurimum valere affirmat.

Cabrera -
Bambino.
Ashby in
Vita.
Felix Co-
pilot in
Elench.
Perdidi.
Vphel. in
Eral. lora.




XXIV.
FRANCISCUS Argentinus, Venetus, patre humili Germano, ex Argentina Germaniae ciuitate, & matre Veneta ortus, ex Episcopo Concordiensi Iulij II. Romani Pontificis Darius primò, deinde Presbyter Cardinalis S. Clementis renūciatus est. Cabrera illi attribuit titulum S. Vitalis uti datū initio suae creationis; in Diarijs vnicus S. Clementis titulus ab initio vsque ab obitum eidem attribuitur.

Romae sub eodem Pontifice Iulio die Sabbati 23. Augusti anno 1511. vitae munere perfunctus occubuit, & cadaver eius in aede S. Mariae Transyberim conditū est: cuius deinde corpus Concordiam relatum, Cathedralis excepit, eiq; hoc inscripsit Epitaphium.

FRANC. TIT. S. CLEMENTIS PRESB. CARD. IOANNIQVE EPISCOPO CONCORDIEN. VENETORVM FAMILIA ARGENTINA PAVLO TERTIO CONS. FRATRE CVRANTE MDXXXIV.

Scripsit Franciscus, cum esset vir doctissimus, de Immunitate Ecclesiastica; aliaque post se reliquit monumenta.

Cabrera
Viter. Po-
litta. in
Elog. clar.
Lignam.
Cabrera-
Francisc.
Gelic. in
Elench.
Petrus Ni-
mus in
Historia
Genua.
Ashby in
Vita.
Pammone
de Rom.
Fonsch.
Ank. Vi-
trandi. in
Add. ad
Cabrera.
Felix Co-
pilot in
Elench.
Iac. Baldi
in Elog.
Rome.




XXV.
BENDINELLVS, quem alij Bantinellū nominant, Saulius patritius Genuensis, ex nobili, & antiqua Sauliorum familia natus, quae egregiorum hominum semper alitrix fuit; praeter ipsum generis, & florentis opibus familiae decus, multis animi, & corporis ornamentis, quae propria virtute parauerat, insignis effulsit. Quare à Iulio II. Romano Pontifice Diaconus ex Cabrera, Presbyter verò ex alijs Cardinalis titulo S. Hadriani primò, mox S. Sabinæ, cum antea Episcopus esset Hieracensis, electus fuit. Alias, in secunda scilicet Cardinalium emūciatione à Iulio nominatus fuerat, vt de consensu Cardinalium eligeretur Cardinalis; at sacrum Collegium tunc assensum praestare recusauit. In nouo hoc munere exercendo ita se accepta purpura dignum ostendit, vt non modò ipsi Iulio Pontifici gratissimus vixerit; sed à Leone X. successore propter singularem morum suauitatem, & elegantem vitae modestiam inter familiarissimos, & sibi carissimos Senatores Pontificatus initio Saulius haberetur. Graui praeterea iudicio, & prudentia supra ceteros omnes, studiose egregijsque rerum scriptoribus fauebat, ex quibus non paucos in

familiaritatem acceptos, muneribus, & stipendijs augebat. In quibus fuerunt Ioannes Maria Cataneus, qui in heri gratiam urbem Genuam eleganti poemate descripsit, ac laudauit; ac Paulus Iouius, quo nemo in profanis rebus plura scripsit, aut magis nostram aetatem scriptis suis illustrauit. Nam cum optimus quisque ad nominis immortalitatem aspires, ea nullo magis modo certius, aut peremptius, quam literarum monumentis paratur. Nec modò eas in alijs amauit, & admiratus est, sed viuio, & praestanti ingenio, literarum poliorum iam ab ipsa iuuentute minime rudis, exactam multarum rerum scientiam sibi comparauit. Qui grauium etiam negociorum vsuum, qui ad maximas dignitates homines industrios solet euehere, literarum cognitioni pari felicitate coniunxit. Sed cum fortuna pariter, atque virtus de homine in dies ornando ambitiosa quadam emulatione contendere viderentur; inuidia virtutis comes destinatae felicitatis cursum inhibuit. Nam apud Leonem X. falsa delatione suspectus graue sui nominis irato Principe discrimen subiuit: purpura igitur spoliat uti conscius conspirationis in Pontificem. At cum magna innocentiae vis sit, paulò post, vt nonnulli referunt, iudicio Pontificis liberatur, & cumulata benignitate pristinae Leonis gratiae, & omnibus honoribus restituitur. Quippe non voluntate, sed auribus tantum eum peccauisse Leo iudicauit; quod aliquando Petrucci Card. Senensem effraznatè ob Senarum imperium ereptum contra Pontificem loquentem audiuisset. Non tam acerbo odio aduersus Pontificem sibi amicissimū Saulius pugnauit inanis mehercule causa est, quam assert Petrus Bizarus in Historia Genuensi Massiliensis Sacerdotij repulsa, quod Iulio Medici, postea Clementi VII. collatum fuit. Nec tam iniquae mentis erat Saulius, cuius admirabilis erat, & nota satis Leoni modestia, vt Mediceæ sanguini, amicitiam suam temere anteponeret, aut veterem Pontificis beneuolentiam lethali odio ingratis pensaret. Quare ob exploratae fidei integritatem ita iubente Pontifice pari gratia apud eum in Vrbe fuit, qui non multo post cum magna hominum de eius innocentia opinione, quae nostris etiam, inquit Cabrera, temporibus viget. Alij verò, vt reum Bendinellum damnant, certè Guicciardinus innocentem non facit; nam Cardinali Petruccio necato, Bendinellum poena perpetui carceris multatum affirmat, deinde nūmis persolutis ad purpuram reuocatum. Monumenta quoque Consistorialia m. ss. memorant, restitutam quidem illi à Leone Senatoriam dignitatem, & Sacerdotia, quibusdam exceptis, non tamen concessum vt eligi, & eligere posset in Comitijs. Non enim dubitatur, inquit Folieta, quin magni nominis Cardinalis euasurus esset, nisi ab indignatione lese in nefarij consilij contra Pontificem initi societatem praecipitem dedisset. Cardinalium Senatus Saulium à Leone Petruccianae coniurationis causa in vincula coniectum operae pretium se facturum existimauit ad mitigandam hominis fortunam, Thomam Cataneum, virum singulari virtute praestantem, vt supra diximus, ad eum ablegare. Is igitur Romam profectus, tamen si omnia diligentis, ac prouidi oratoris munia expleret, atque ad summam fidem anxiam quandam diligentiam adhiberet, tamen hic fuit eius legationis successus, vt absumptis Romae multis diebus, tandem non citra magnum animi dolorem, ac tadium infecto negotio domum rediret. Post quae Saulij fratres, ac propinquorum intimi fraternae caritate, beneuolentiaque impulsu Leonem adierunt, atque ab eo suppliciter petiere, vt delicti faceret gratiam, eumque pristinae libertati, atque honori restitueret, cuius singularis beneficij memoriam se perpetua animi gratitudine, & obseruantia conseruatos confirmabant. Pontifex horum precibus inflexus tandem se exorari passus est ea tamen conditione, vt sibi, quemadmodum à nonnullis memoriae proditum est, quinque, ac viginti numum aureorum millia depromerentur, qua summa persoluta ipsum è vestigio liberatum dicunt, & pristinae dignitati, atque honori restitutum. Ceterum inuenio apud minime obscuri nominis auctorem huic vitam impetrasse Franciscum è Ciborum familia sororis Leonis maritum, atque illi mox honorem pilei cumulata benignitate redditū. Sed aliquanto post, cum in quodam Vr sine familiae municipio, cui nomen Eretum, alij Montem rotundum appellant, exularet, graui morbo correptus, breuique post placato iam Pontifice, ac impetrato reditu ad Urbem, nec citra lenti veneni in carcere hausti suspicionem, Romae febri correptus interiit die 24. seu 29. Martij anno 1518. & in aede S. Sabinæ sepultus. Huic sepulchrale in inscriptionem inscripsit Vbertus Folieta, & est talis.

*Inuidia virtuti mala fors cum cereret in te
Ingenium, & dotes eximias animi;
Non tulit, atque tuis successibus obstisit auso
Ad decus intentum contumisse gradum.
Felix si quo cepisti dare vela per altum
Hoc tres cursu tuoque, summaque decus
Nam virtus cum purpureo te ornaret amictu
Promisit triplex tum diadema tibi.
At fors qua meritos olim subtraxit honores
Non potuit superis te prohibere choris
Hic tu caelestes inter, sanctumque Senatum
Spernis opes, auri pondera, regna, decus.*

ALPHON-

Ciaconius Paninius Malauolta in Histor. Senenf. Hieroa. Garimb. Filuccius in Elogijs m. 33. Andr. Vistorell. in Addit. ad Ciacon. Ferdinad. Vghell. in Ital. sacra. Iacob. Naldi in Hist. Florent. Francisc. Guicciar. in Histor. Aubery in Vita. Felix Costel. in Elencho. Idor. Vgurgier. Azoliani in pomp. Senenf. Scipio Ammirat. in Histor. Florent. Bembo in Epistol.



XXVI.

ALPHONSVS Petrucius, Senensis, Pandulphi Senarū Tyranni filius, patris sui pluribus officijs erga Iulium II. Romanū Pontificem faciliē adhuc iuuenis promeruit, vt non ex Præfule Cluniacensi, sed ex Episcopo Suanensi electo anno 1510. in Cardinaliū ordinem Cardinalis Diaconus S. Theodori inauspicata felicitate legeretur. Populonijs quoque, & Massæ in Etruria Ecclesiam.

anno eodem 1511. quo renunciatus est Cardinalis administrandam suscepit. Pandolphus enim Alphonso filio ea mente purpuram, & Sacerdotia ambierat, vt Burgesium natu maiorem filium, quem sibi Dominatus Senensis destinauerat successorem, fratris opibus, ac Pontificis gratia, & fauore tueretur. Eam tamen spem, & consilij rationem inausultus Alphonso euentus fefellit: nam mortuo haud multo post Pandulpho, Alphonfus, & Burgesium infans armis, & exitiali odio contendentes, à Leone Senis exacti sunt; & Senarum imperium ad Raphaelē Petruccium, veterem Leonis X. amicū, exilijque comitem translatum. Inde odij Alphonfi Cardinalis in Leonem initium; idque agrē ferens inausultato Pontifice Roma discessit, vt Senarum quietem turbaret: quare Leo has ad illum scripsit literas. *Quod Nobis, qui te amanter Romam arcesseramus, non salubritatis, profectus sis, cum res tuas conficiendis curam paterna diligentia, atque amore suscepissimus, atque illas ex tua sententia confecturi breuis essemus, sane pro Nostra in te beneuolentia, propensaque ad tuam dignitatem, fortunisque tuendas animo, molestum Nobis, atque inexpectatum fuit. Quod vero denunciaturum est cogitare, molirisque te res nouas ad Senarum statum, & quietem conuellendam, id mihi quidem, cum esses huius Reipublice pars, fratremque meum gereres, sciresque id municipium in meam curam esse receptum, verisimile medijs fidijs non est visum. Veruntamen quoniam ea, qua dico, magnis auctoribus afferbantur; his te literis, & monere, & hortari volui, vt ab eiusmodi motibus excitandis abstineres, auocaresque te ab ijs cogitationibus, que Nobis negocium facerent, sciresque prorsus, atque cognosceres, si quicquam omnino contra hunc Senarum statum egisses, tentauisses, id me nihilo plane scius, ac si in me ipsum admisisses, ac conspirauisses, esse vendicaturum. Dat. 4. Id. Mart. 1517. anno quarto. Roma.*


Vt Leonis iram effugeret, vtque fœnus repeteret, Alphonfus mortem Leoni Pontifici veneno molitus est; re tamen comperta, & probato facinore, à Leone X. in publico Senatu anno Pontificatus quarto, die 20. Iunii purpura, & omni Ecclesiastico iure priuatus, in Hadriani mole ad infimum, & obscurissimum arcis locum ductus, die sexta Iulij anno 1514. ætatis vigesimo septimo in eadem arce à carnifice strangulatus, in Campo sancto sepultus est. Dominicus de Nimis Senensis ab eius secretis candenti ferro publicè plexus, laqueo suspensus est. Panuinius fatetur, se legitime in relationibus Consistorialibus, Alexandrum Farnesium Cardinalem schedas Cardinalium S. Georgij, Saulij, & Petruccij, quibus illi erroris partem fatebantur, & sibi à Pontifice ignosci demissis animis postulabant. Post Iulij II. obitum Cardinales iuniores, Arragonius scilicet, Gonzaga, Cornelius, Petruccius, & Saulius Ioannis Medicei electioni fauerant; quem cum Petruccius Pontificem electum populo nunciasset, elata voce dixit; *viuant, vigeanque iuniores.* Huic Franciscus Philelpus Aristotelis Rhetoricæ explanationem à se è Græca in Latinam linguam factam, dedicauit.

SEXTA CREATIO CARDINALIVM.

Anno nostræ salutis 1511. secretò inter Cardinales Iulius II. vnum adscripsit, quem postea die 18. Decembris eiusdem anni publicauit; is autem fuit.

XXVII.

MATTHÆVS, seu Matthias Langius, seu Longus, filius Ioannis Langij, & Margarithæ Sulzerinæ ab Vuelenburg Germanus, vir patritius Augustanus, electus Episcopus Gurcensis, renunciatus est primò Diaconus Cardinalis S. Angeli in foro piscium, postea eiusdem tituli Presbyter, demum anno 1535. Episcopus Cardinalis Albanus. Secretò enim anno 1511. adscriptus fuerat inter



Ciaconius Andr. Vistorell. in Addit. ad Ciacon. Aubery in Vita. Vuguleus Nund de Saltzburg. Mettop. Ferdinad. Vghell. in Add. & in Ital. sacra. Felix Costel. in Elencho. Pamin. de Roman. Pontific.

A Cardinales, & die Iouis 18. Decembris eodem anno publicatus; at ille Cardinalitas vestes deferre moluit: regnate deinde Leone X. die 20. Nouembris anno 1513. Urbem petens recubabat à Leone pileum Cardinalitum recipere, cum diceret, illum à Iulio sibi missum olim recepisse. Cum tamen solemnī ritu non fuisset eius capiti impositus, Cæremoniarum magister se opposuit; quare decretum fuit, vt coram duodecim Cardinalibus nocte antecedenti ad publicum Consistorium, in quo receptus fuit, eius capiti imponeretur.

Hic Cardinalis ab Ecclesia Gurcensi, cui præfuit, Gurcensis nuncupatus Cæsaris vices gessit in Germania, Hungaria, & Polonia, cuius itinerarium Richardus Bartholinus tribus libris vberit complexus est. Fuit Maximiliani Imperatoris intimus Confiliarius, vir singularis prudentiæ, & doctrinæ, magnificus, beneficus, & maximè hospitalis, qui de omnibus, infimis pariter, ac summis benè mereri studuit; & propterea apud omnes Germaniæ Principes, præsertim apud Maximilianum, cuius intercessione Saltzburgeris Archiepiscopus renunciatus est, magna valuit auctoritate. Quare vt Egidius Augustinianorum Eremitarum Magistro faueret, has ad illum literas scripsit Leo Romanus Pontifex.

Egidio ordinis Augustinianorum Eremitarum Magistro ad Maximilianum Imperatorem designatum proficiscenti, vt Legatum meum apud illum ageret, in primis mandauit, vt tibi salutem plurimam diceret; quaque a me discedens ad Maximilianum mandata habuit, ea tibi omnia nota faceret, vtereturque in ijs tractandis maximè omnium consilio tuo. Itaque quoniam exploratum mihi est pro tua prudentia, & auctoritate quantum adiuuenti tuus illi fauor sit allaturus, peto abs te, vt rem non magis illam quidem meam, quam huius Reipublice, atque tuam, vel potius, vt verisimè dicam, omnibus Christianis populis communem, quantum poteris iuues, Aegidiumque ipsum, quem quidem pro singulari eius humanarum, diuinarumque rerum scientia, bonarumque artium omnium, & literarum doctrina, probitate, religione ita diligo, vt neminem eius ordinis equè carum habeam, & libenter videas, & ei quasi dux, & moderator sis earum rerum, quas tractabit, desque operam, vt ipse tibi plurimum debeat: mihi certè nihil gratius facere poteris, idque vt facias abs te peto. Datum Idib. Decemb. anno tertio. Bononia.

A Maximiliano Cæsare, ad Vladislauum, Ludouicum, & Sigismundum, Hungariæ, Boemiæ, Pannoniæ, ac Sarmatiæ Reges Orator missus, ad fœdus inter se firmandum, rem ex sententia congestam vidit, & aduenienti Cardinali Strigonienfi Apostolico Legato cum multis hominū millibus, extra portam obuiam vnà cum Ludouico Rege profectus Gurcensis Cardinalis quadringentos Aulicos secum habuit classibus distinctos, in quarum prima Prælati, in secunda Comites, in tertia Barones, in quarta Nobiles, in quinta Patritij continebantur. Cardinali eodem Romam adente in Consistorio de illius admiffione actum est; is enim qui Cæsaris Vicarius erat, peculiarem quandam honoris ostensionem deprecabatur: quare ex Pontificis, & Patrum consilio Cardinali aduenienti ipsi honores decreti, qui Regi, vel Regis primogenito filio præstari consueuerunt, excepto Cleri totius, & Collegij Cardinalium comitatu. Quam autem Leo Roma tunc temporis discedere statuisset, has ad illum literas scripsit. *Cum certior factus sim te ad Urbem, atque ad Nos aduenire, qui quidem mihi nuncijs sane gratissimus fuit, statumque mihi sit relaxandi animi causa hodie Roma discedere; ne propterea tuum aduentum differas, si forte Roma Nobis absentibus esse non appetis, scire te volo, per paucos me dies absururum, Quin etiam cum appropinquare tuum aduentum intellexero, dabo operam, vt Nos iam reuersos offendas, vt te alloqui, & quam primum videre possimus. Dat. 9. Nouembris anno primo. Roma.*

Pierius Valerianus, Matthæi Cardinalis Gurcensis, totius Italiæ Vicarij in Urbem ingressum, pompamque omnem, ac honores quibus affectus est, eleganti admodum Epistola descripsit. Placet hic illam referre.

Pierius Valerianus Petro Crispo, Laurentij Campegiij Apostolici Legati ad Cæsarem, Secretario. S. P. D.

Quum hinc discederes Crispe iucundissime, à summo Pontifice, ad Legatū tuum nuncijs iterum tūc smissis, summo opere flagitasti, vt si quid scitu dignum Romæ interim gereretur, id tibi per literas significarem. Ab eo verò tempore nihil, vel accidit, vel gestum est, maiori dignū admiratione, quam Illustriissimi, ac Reuerendissimi, Matthæi Langis Episcopi Gurcensis ingressus in Urbem. Tot illi, Cæsareo totius Italiæ Vicario honores publicè, & priuatim habiti, tam magnifico, tam splendido rerum omnium apparatu receptus, & ad Pontificem deductus est. Sed, quod gratum omnino tibi futurum existimo, rem omnem à principio percurram, & ipsius pompæ formulam tuis oculis subiiciam. Quando ego, ex hac Hadriani mole rem omnem oculata fide diligenter aspexi, quod nusquam locorum melius obseruari potuit. Hinc enim (vt scis) omnis Roma videri, & septem possunt montes. Age igitur te in otium asserere, meque interim ausculta, dum quicquid fieri perspexerim, consuetò inter nos sermone referam, & ab ouo ad mala rem tibi satis opipare propinem.

Beraud. Vapou. in fragment. Histor. Hic. Garimbett. P. Bembo in Epistol.

Pridie nonas Nouembris, prima iam noctis hora significata, eram in Præfeti nostri cubiculo, atque (vbi mos eius est) ea prima vigilia studia hæc politiora tractabamus, & Sallustianam tum fortè historiam, tuas delicias, percurreramus, quum vigilantes renūciant viam omnem, quæ decliuus est à Mariano monte in Vaticanum vsque facibus innumeris collucere. Rati id quod erat, Gurcensem aduentare, prodimus ad propugnacula, magna enim præcesserat expectatio, hominem esse hunc qui missus rerum arbiter à Cæsare summis de negocijs vna cum alijs magnorum Regum, & Principum Legatis ad Iulium II. Pontificem maximum, rerum cardinem eo verteret, vt modus imponeretur tadem tot cædibus, & excidijs, quibus per quinquennium hoc præcipuè, non Italia, solum sed vniuersa Republica Christiana desolata, & magna ex parte deuastata est. Id enim semper, (vt ipsemet nosti) impendio cauit Cæsar, vt sanguine abstineretur, cuius rei præcipuum testimonium Bellunienles ciues nostri calamitosi his temporibus afferre possunt. Dum igitur ita quadam lætitia delibuti vim eam funalium, in lactæ viæ speciem splendere prospectamus, aduertimus faces omnes, pro vt ad Nicolai turrim propinquabant deficere, nullas neque in Urbem, neque palatium inferri. Noster interim Præfetus tubicines cornicinesque accersiri iubet, qui plausibili sono Principem ante molem transeuntem exciperent.

Tormenta quoque sulfure armari edicit, vt tonitruis emissis, & Gurcensem ipsum honorificè salutarer, & Urbem tam expectati aduentum nuncio totam exhilararet. Interea nuncijs à palatio regreditur, qui præmissus à Præfeto fuerat, vt quid ageretur, exploraret: refertque Gurcensem funalibus extinctis, vna tantum face contentum, familiaribus ad hospitium ablegatis, clam esse palatium ingressum, prodijisseque illi obuiam Pontificem ipsum à folio ad extremam vsque aulam, vultuque hilari hominem accepisse apud se pernoctaturum, Urbem postredie solemniter ingressurum, quod Pontifex eum honorificentissime recipere destinasset. Nos igitur hinc cœnatum, inde à literaria disceptatione aliqua delasat cubitum imus.

Postero die Præfeti nostri monitu Parin Pontificulum adij, in proximis D. Celsi ædibus habitantem, sciscitaturus ex homine, quid honoris aduenienti paratum esset. Respondit is, ex Pontificis, & sacrosancto Collegio omnes illos honores huic Imperiali Vicario decretos esse, qui vel Regi, vel primogenito Regis sint præstari soliti, præter totius Cleri, & Collegij Cardinalium comitatum, qui Regibus tantum obuiam ire consueuerunt.

Reliquos vero totius Urbis ordines hominem deducturos, pompa quantum fieri poterit honorifica. Decretum tamen fuisse eodem sacro Collegio, vt Cardinales duo ex Primatibus procederent extra Urbem, vsque ad aquam quæ Transuersa dicitur, vbi salutato, & accepto Principe, eum ad pontem cognomento Miluium deducerent inde per prata illi in Vaticanum pergerent, Gurcensis à reliquis acciperetur. Cæterum quia is ante statam diem in Vaticanum præuenerat, alia ratione fore excipiendum, eaque de causa placuisse Pontifici, vt in Speculam cui ab amoenitate pulchræ nomen inditum est, diuerteret.

Mane verò cum in Citriorum luco ad Bramanteum fontem pransus esset, auditis ijs quibus eum de negotijs alicuius momenti statim fuerat discernendum, vndecima circiter hora per Buccineam scalam in subiectos hortos, mox in prata pergat, vbi clientum vis innumera, seruitia & famulatus frequens, in equis indentes operiebantur, magnus etiam Germanorum ciuium numerus confluerat, eorum qui vel proprijs, vel alienis negotijs, curandis deditis Romæ habitant: quorum plerique calami exscriptorij opera locupletati ad amplissimas interdum dignitates emerferunt. Cum hoc igitur comitatu, qui nobis ab Arce prospectantibus numerosissimè exercitus habebatur, per planitiem ad Tyberis ripam contendit. Hic Cardinalibus illis fit obuiam, qui fuerant à Pontifice, vt hoc facerent delegati. Quorum vnus Thomas Strigoniensis Cardinalium sacris initiatorum Prior. Alter Leonardus Agēensis summi Pontificis consanguineus, & Pœnitentiarius maior, honoratissima vterque dignitate ex meritis honestatus. Hi quum pileolos extulissent Strigoniensis Gurcensem fronte hilario compellat, Pontificis, & sacro sancti Collegij nomine saluere iubet.

Eum, quod bonum faustumque sit optatissimum omnibus applicuisse, multa que in hanc sententiam ornate, ac sapienter locutus. Mathæus verò minimè ad loquendum ineptus, omnibus pro re, loco, & tempore luculenter, & scite adeo respondit, vt magna nobilium conuenarum corona facta, ex affabilitate, atque prudentia, omnibus è vestigio sese præstiterit admirandum. Oratio siquidem animi simulachrum habetur. Inde quum progredientes Cardinales eum inter sese medium exciperent. Cardinalibus ipse decedere, vtque probatissima est modestia, negare se locum eum occupaturum. At postea quam reluctari non potuit, ingenuam professus verecundiam, coactus est in eos sacrosancti Senatus Proceres medius obequitare. Quum vero vicissim de his & illis rebus differentes ad pontem peruissent, ingentem offendunt numerum eorum, qui pompam honestare iussi, iam aduentarant. Ibi tum Senator Urbis cum frequentissimo Roma-

norum Ciuium comitatu omnibusque Reipublicæ totius ordinibus, qui munus aliquod in Capitolino foro, vel in Vrbe gererent, exquisitiori sermone Gurcensem excipit, & amoenitate Neapolitanæ facundia demulcet, quumque idem facere singulorum ordinum Præsides instituisent, veriti Pontificuli ne dies salutationibus his attereretur, silentium omnibus indixere.

Inter eundem itaque vnus ex Pontificulis singulas Cardinalium clientelas, quæ in ordines sigillatim instructæ obuiam veniebant intento digito demonstrabat, missos hos & illos inquit ab Antistite suo, vt ingressum hominis decorarent. Quibus omnibus Princeps, operto capite, benignissime gratias agebat. Cum igitur inter ingentem hanc salutantium multitudinem ad Urbem portam, quæ Templo Virginis popularis adiacet applicuissent, Cardinales pro gradibus Templi venia petita, Gurcensem relinquunt, mox ædem ingrediuntur adoraturi. Antiquum enim est institutum (vt accepi ex Pontificio) ne sacer Senatus quempiam per Urbem publice deducat, nisi vel Regem, vel Regis primogenitum.

Duo verò Cardinales secundo, vel tertio Regum genitos, vel Duces, & Marchiones eos, qui se ad dictas Ecclesiæ professuri venierint, quique ea sunt amplitudine, vt in subellijs, vna cum Cardinalibus assidere possint. Quamuis verò Cæsarei huius Vicarij dignitas maior, quam Mediolanensis, & Ferrariensis Ducis esse censeatur, quippe qui Cæsaream maiestatem in vniuersæ rebus Italiae præferat, quia tamen in eorum numero non habebatur, qui sunt Ecclesiæ mancipati, satis esse visum est propensam erga eum voluntatem ostentare, nihil verò eorum intermittere quæ seruato venerabilis Ecclesiæ decoro præstari poterunt. Proreges enim, & Regum Vicarij à nullo Antistite deduci solent, nedum à duobus Cardinalibus excipiantur. Sed enim non iam inficias huiusmodi ritus aliquando profanatos, præsertim Alexandri VI. tempore, qui Valentinum filium suum, à deposito Cardinalatu ex Gallijs redeuntem, neque adhuc Vexillum Ecclesiæ designatum, à duobus Cardinalibus medium excipi, perque Urbem ad se deduci iusserit. Idque iterum fieri curauit, quum idem victor subacta Flaminia redijset. Sed detur hoc illi, qui longè maiora his præter morem fieri permiserit. Gurcensis itaque ab Regalis montis Episcopo Urbis Gubernatore, & Neapolitano Archiepiscopo, palatio Antistite, hinc inde exceptus, iter suum exequitur.

Quos verò secum adducebat Legatos, & illustres viros, à dextra Antistes aliquis, à leua qui prius in Vrbe fuerant Legati comitabantur, quod genus pompæ pulcherrimum est, & rarissimum esse perhibetur.

Nos quum ab Arcis fastigio comitatum omnem ab oculis elapsam apeximus, statim in pensile viridarium, quod ripæ fluminis imminet, & ponti quem struxit Hadrianus incumbit, descendimus, vt è fenestris ædiculæ, quæ pontem, & Alexandrinam viam omnem perspicit, comminus reliquis præcedentium ordinis spectaremus. Ibiq; cum Arcis Præfeto, & Alphonso Anthonio Patriarcha paululum morati, Græcum militem in expeditionibus equis primum omnium aduentare aspiciamus. Ab hoc Germana omnis iuuentus ea, quæ numerosissima, vel pannificio, vel operibus alijs dedita Romæ degit, veli tum armatura pulcherrime prædita processit, non sine omnium voluptate, qui priuatam eorum fidem, & officium commendabant.

Hos inde sublequebantur Cardinalium clientelæ, singulæ in suas classes dispositæ, quas inter, numerosa Strigoniensis familia, equorum generositate, amictus patrij vniformitate, gestaminum varietate, auri, & argenti copia, quo non capita, & colla, & pettora tantum insigniuerant, verum etiam equas eiusdem ornamentis strauerant, spectaculum obtulit perquam delectabile. Inde Atrienfes minoris notæ, postea Gurcensis ipsius Tabellarij. Mox Veterina iumenta cum sarcinis picturato stragulo super strato, ab his eiusdem seruitia, famuli, clientelæque viri (vti recensere potuimus) circiter quadringenti. Post hos illi procedebant, qui munus aliquod publicum gerunt, & amictu breuiori vtuntur, qui Cancellarium aliquod opus curant, qui Palatinis negotijs adducuntur. Inde Scutigeri Palatini, mox viri præstantiores, qui vel auro honestati, vel monilibus insigniti Gurcensem secuti fuerant, circiter centum. Inde Principis ipsius equi aliquot præstantiores, quos præ ferocitate singulas ire necesse erat, & amplo satis interuallo distantes. Ab his Heluetij Pontificiæ custodiæ pedites, Italus etiam peditatus, inde Romana nobilitas cum Pontificijs aliquot ministris, quique locupletiores curiam honorifico vestitum, & equorum sumptu decorant. Post hos Romani, qui Urbicis regionibus præsident, vna cum Scribis, & alijs, qui munerata, vel publica, vel priuata gerunt. Inde Oratores sociorum Ecclesiæ, Pontificique, & Apostolicæ sedi addictorum, Placentini, Regienfes, Parmenses, Bononienses, mox Urbis Conseruatores cum Senatore suo. Lictores inde Pontificij sex, vna cum Imperiali nuncio. Præstantes inde viri opibus, nobilitate, militia, dominio, principatu, Pontificis necessarij, affines, & consanguinei. Mox Federicus Illustrissimi Marchionis Mantuani filius, acris vestitus equo, & preciosissimam indutus clamydem, inde Carimo-

hiarum Antistites. A quibus ipse Cæsaris Augusti Vicarius Illustrissimus in patriæ morem togatus, inter eos, quos superius dixi, Præfules, equo vehebatur. Qui statim vbi marmoreum Hadriani pontem incendit, Præfectus Arcis, nunc Angelicæ nuncupantæ, imperat ignem admoueri tormentis, quæcunque fuerant propugnaculis in hunc usum comparata. Ecce verò primo flammis turres, & Arcem omnem coruscant. Inde mugitus, & tonitrua valta, & horrenda statim exaudiri: tanto cum strepitu, tanto cum motu, vt non turres tantum quassarentur, verum solidissima moles Hadriani concussa tremere vnde cunq̃. Pons etiam ipse concuti, suburbanum, & Vaticanus omnis contremere, quo strepitu percussis subistere omnes, atque ipse in primis Gurcensis admirandus sublatis in molem oculis, rei nunquam prius in hunc usum audiat tenorem obstupescere. Subsecuta statim tibicinum melodia quæ tuba ductili, & quatuor tibijs intonata sonum omnium suauissimum reddebat. Ibi nos hominis effigiem non sine voluptate cominus ex proxima fenestra contemplari, omnemque corporis dignitatem mirificè commendare, mansuetudinem, atque prudentiam, quam oculis, & fronte præferebat nunquam satis admirari; dexteris omnibus oculis salire, dum tuendo expleri nequimus. Interim acer, & generosus equus, quem Federicus Marchionis filius regebat, eo strepitu conster-natus, immo potius excitus, vsque adeo ferocire cepit, vt veriti sint omnes ne puerum vna secum in fluuium ex ponte deturbaret. Tam magnis, tamque iteratis saltibus attollebatur, tam erat freni contemptor. Quod nisi magnanimus puer ingenio rarissimus læuum calcar lateri appressisset, & in dexterâ habenas leuiter deflectisset, per quæ facile accidere poterat, vt tam festus, tamquam iucundus dies in luctuosum, & mæstissimum conuerteretur, vsq̃; adeo egregia illa indoles ab omnibus, & suspicitur, & adamatur.

Facta est inde nobis copia recensendi reliquos, dum in ipso pòte multitudinis frequentia, quæ visendi studio conuenerat, constipati lentius ire coguntur. Maximè verò spectabilis erat illustris Albertus Pius, Carporum Princeps, & probitatis, & eruditionis columen, Cæsaris nunc ad Pontificem Orator sapientissimus. Aderat, & Ioannes Franciscus Picus Mirandulæ Comes, vir omni doctrinarum genere absolutissimus. Cum his Andream Burgium Cremonensem agnouimus, virum in magnis negocijs ob-eundis ætate nostra clarissimum. Ac ne tibi sim tot Oratorum nomenclator, quorum singula paria Palatinus Præsul à dextris deducebat, Hispanos quippe, Burgundos, ac tertio loco Venetos, mox Mediolanenses, Florentinos, Senenses, Lucenses, ac Oratores reliquos quinque circiter, & viginti, totidem Præfules, bus comites adiectos enumerauimus. Antistitem inde mitratum paria circiter quinquaginta, inde ordinum omnium numero-sissimum equitatum. Dum interim hos recensemus, & suauissimo tibicinum, qui ab arcis fastigio modulabantur, concen-tu delinimus, Gurcensis arcum, qui militari viæ superductus est, euaserat. Edicit igitur Præfectus noster, vt ea tormenta, quæ per moenia versus Leoninam urbem musica dimensione disposita erant, inflammentur. Ibi que rursus immanem strepitum, clamo-sa tonitrua, sed placidiori quodam ritmo exaudisces. Ad hæc Arcis tubæ clangorem mirificum, & suauissimum dedere, animos ad exultationem accendentes. Fuerunt etiam ex Imperij clienti-bus, qui tormentis, & accensorum ignium illustratione (atra-enim nox iam incubuerat) prætereuntem Principem salutarant. Quid verò Crispe tibi de concursu dicam, quum via ab æde popu-lari in Vaticanum vsque (quod spacium, vt scis, in viginti ferme stadia, via lata portigitur) tanta hominum virtusque lexis, con-ditionis, & ætatis frequentia refertæ, & constipatæ fuerint, vt singuli vix procedere interdum possent. Quin etiam fuerunt in aliqua Urbis regione viæ ita multitudine hominum obfessæ, vt de-clinandum ab instituto itinere fuerit, ne pompa in totam vsque noctem traheretur. Per radices igitur Capitolini montis ad Cæsarianas ædes Vallenenses Maximinas ire perrexerunt, à quibus in Floræ campum deflexerunt, recta inde in Vaticanum.

Vbi vero in Palatium applicuerunt demissi ex equis, scalas, & atria omnia Pontificiæ domus funalium frequentia, quæ noctem clarissime vincebant, illustrata vident. Gurcensis primo, mox Legati, & Oratores omnes, & magna vix nobilium ingrediun-tur ad Pontificem, quem in folio sedentem Cardinalibus aliquot circumseptum offendunt. Gurcensis itaque ter genu procum-bens sacrosanctæ simulachrum maiestatis pie veneratus est, ad-missus inde ad pedum oscula. Tum Pontifex illi manum mox faciem obtulit osculandam. Gurcensis inde utroque genu posito, aduentus sui causam explicuit, breuis sed castigata Oratione, cuius argumentum erat: Se delegatum à Cæsare, vt omnino Chri-stianæ Reipublicæ diffidia componerentur. Bello, quod aduer-sus Apostolicæ sedis dignitatē tot annis gestum est, finis demum imponeretur. Principum Italicorum, Ciuitatum, & Populorum iura perpenderetur; abominabile Schisma, quod pullulare cepe-rat, eradicaretur, & exustioni profus demandaretur. Ad hæc Pontifex, multum diuque aduentum eius, ob hæc eadem, se desiderasse respondit, eumque optatissimum ideo omnibus ap-plicuisse, placere quod animi gereret, quod auctoritas Impera-

toria ad hæc eadem accederet, quantum in se esset, remis velisque omnia deducturum, quæque tanto rerum molimini oportuna forent, omni diligentia prospicendum. Hortari denique homi-nem, vt obuijs vlnis hæc exciperet, eoque animo, quem pro-fessus fuerat perlingeret. Futurum sperare se, vt res tranquillo adeo statu sedarentur, vt (quod bonum faustumque sit) vniuer-sa Republica Christiana quieti, & honestati suæ quam primum restitueretur.

Surrexit ab his Princeps, adstansque à læuo Pontificis latere tantisper cum eo familiaris est locutus, dum Oratores reliqui, & vniuersa nobilitas, quique inde voluerunt, Pontificios pedes osculati sunt. Mox Gurcensis à singulorum Cardinalium ample-xu, & osculatione pia digrediens, eodem quo venerat comitatu, numerosissima funalium vi addita ad Iordanum montem, vbi paratum erat hospitium, ire perrexit, cui aduenienti Præfectus noster eundem tubarum, tibiaram, & tormentorum applausum dedit, quem antea transeunti præstiterat. Quumque sub horam noctis tertiam ad ædes peruenisset, vniuerso comitatu salutem dixit, & gratias egit. Illi domum reuertuntur; hic discubitum accedit. Reliquum est, vt spes & expectatio hæc tranquillitatis, quam omnes optimam super eo conceperunt, euentu non irri-to quamprimum elucescat, quæque tam aduersis tempestatibus vexata nauis est in vado, duabus ancoris firmeret. Nam quan-tum ad hominis prudentiam spectat, ipse eam optime nosti, quum superioribus diebus de negotijs Pontificijs secum ageres, nos hic ex prima facie magnum nescio quid, & omnibus æque commodum auguramur. Vale. Valemus nos quoque, quibus apud Ioannem Franciscum Roborem Præfectum benignissi-mum bene est. Bembi, Marosticani, & Augusti nomine plurimum salutaris. L. Bonfilii, Academiae totius desiderio adhuc ab-est, ac vti nam quamprimum adstis animæ charissimæ. Interim tu vale etiam, atque etiam. Romæ. Ex Adriani mole 7. Idus, Nouemb. 1512.

In Lateranensi Synodo hic Cæsareus Procurator Mediolanense imperium Maximiliano, Sfortiæ Ludouici Mori filio restitutum approbavit. Leo X. S. Angeli in foro Piscium Ecclesiam ad Dia-conum spectantem, Gurcense postulante inter Presbyterales quo-ad ipse, qui S. Angeli Cardinalis, vt diximus, renunciatus fuerat, superstes fuisset, esse iussit. Præclara, & multa edificia in aula, & in Arce ciuitatis Saltzburgenfis construxit, eamque Ecclesiam cumulatim muneribus. Præfuit etiam Episcopus Ecclesiæ Carthaginensi in Hispania: in Campanatâ Turri primariæ Ecclesiæ hæc nostris adhuc hinc diebus extat memoria.

Anno Domini M. D. XXI. die xix. Octobris inceptum est hoc opus sub Leone X. Summo Pontifice, sui Pontificatus Anno quarto Carolo Imperatore, cum Ioanna Matre Regnantibus in Hispania, Mattheo Sancti Angeli Diacono Car-dinali Episcopo Carthaginensi.

E vita migravit sub Pontifice Paulo III. Saltzburgi feria tertia Paschali die 30. Martij anno Christi 1540. cum vixisset annos duos supra septuaginta, ac reuixisset singulari prudentia, & pietate Ecclesiam Saltzburgensem annum vnum supra viginti: sepultus in summo Templo eiusdem ciuitatis ante aram D. Ruperti.

Matthæum Episcopum Gurcensem summis laudibus extulerit clarissimi illius æui Poetæ, inter quos Ianus Franciscus Vitalis Panormita Panegyrim scripsit, atque ad illum misit cum his literis. R. D. D. Mattheo Longo Episcopo Gurcensi, Cæsareæ Maiestatis vicegerenti ornatissimo. I. Franc. Vitalis. S. P.

Cuiusque optimi, ornatissime Præsul, censuram evitare non possem, si tanta exercitationis generis audaci adolescentiæ morem gerens hoc Opus imprimi non erubissem, & tibi omni bonarum artium disciplina excultissimo dedicare, nisi ea me defenserent, intestinus videlicet, quum omnium probatissimum, tum maxime erga te mens, & amor, & honor. Nemini enim in obscuro est te animi imperio, corporis vires absolutissima virtutis luce ductum disponere ac moderari. Quæ omnia si particu-latim nunc enarrare velim, non modo ego tanto ponderi impe-rasse viderer, at ille Arpinas eloquentia Pater. Quibus omni-sis satis sit ad excusationem me non laude non lucro, non temeritate, has nugas iussisse: verum vt animi mei gaudium à tot vir-tutibus excitatum testificarer. Præterea quum pace nonnullorum hæc in miserrima tempestate in fidei nostræ inseritum omnes fere conspirare videantur. Tu autem, vt bonus es, boni & equi consule: & hæc (licet puerilia) eo animo, quo sunt data, suscipere dignator. Vale, nostri memor. Roma tertio Idus Nouemb. 1512.

Iani Francisci Vitalis in Panægyrim Præfatio.

Sunt quos cornipedes, canes, auesque
Delectat volucres fouere, & illi
Pingues montibus insequuntur altis
Damas, hi cupidi sequuntur aurum.
Secum, fulmineos equos, canesque
Secum, secum habeant aues volucres,
Damas opposita sequuntur hasta:

Non

Non talem cupido decorem, & illis
 Dives muneribus frui, rapit nam
 Fortuna hoc facili modo bonum, nec
 His parcunt celeres bonis sorores.
 Phoebus non trepido sequendus ore
 Sit dux, sit dominus mihi, sit aspectus,
 Hoc fiant cineres mei decori
 Vnguento, & facili sequendo sit hic.
 Ergo mellifluis ades camænis,
 Et pandas graciles Apollo Musas,
 Et pandas numeros Apollo dulces.

Panegyris R. D. Matthæo Longo, Episcopo Gurcensi Cæsareæ
 Maiestatis Vicemgerenti excultissimo.

Cæsareas iterum genens, gratamque tonanti
 Progeniem, ramis condit tibi quercus opacois,
 O tandem gratare tuis generosa tropheis
 Roma iterum. Vindex Heroa è Stripe Camillus,
 Ortus ab Hesperia pepulis fera pralio, qui nunc
 Magnanimo Liguris latitat sub pectore Iuli.
 Hostia septem superas fluitantia Nilis
 Albulæ, tu Gangam vincis, fluitantque Tymani,
 Tu celerem Tygrum, rapidum Symocenta, & Araxis
 Impetum, & auratas qui ferti Pællolus aranas,
 Victus honorato sequitur tua flumina rivis.
 Et maior titulis nunc auro Roma superbis
 Efficitur sublime caput super Aethera tollens,
 Sub Iulo æternos rursus visura triumphos
 Gaudet, & auratæ rutilans in fronte coronæ,
 Qualis quum vesco compellas mano colore
 Aurora, & curvis gaudet liquisse maris
 Pulchra et horum, dulces alio qualifera leporos:
 Talis perdomitis latatur Roma Tyrannus,
 Que Rhodanum, que Arabas olim disiecit, & Indos
 Sub inga Cæsares tanu se tradidit Orbis
 Imperij, Cilices arisque Deisque superbi
 Distia vitrici dederunt sua munera Roma.
 Ecce iterum Gallos eiecit Roma rebelles,
 Atque iterum Latia sub maiestate tenentur,
 Armigeros quondam quos perdomuere Quirites,
 En tibi Meonij bacchantes præda resurgunt,
 Magnanima aduersos gestantia pectora Thyrsos,
 Que rabie rigida furibunda mente trahuntur.
 Sed quis rumor adest, præcepto quo vulgus oberrat,
 Quo Proceres Latij? cui pegmata celsa parantur?
 Obsistatque egressa testantes regna tabella?
 Chara Deum soboles, & nostri cura Tonantis,
 Cæsares Imperij spes una, & sola carina
 Occurrit Lassa, cuius virtute procellas,
 Oceanus mulcet tempestatesque serenat,
 Cuspide Mars, Phoebus, Cythara, Cyllenius ore.
 Alter Olympiaco merito decoratus honore
 Emicat, & serpunt tres circum clara coronæ
 Tempora; grandiloquos turat ut prima Poetas,
 Altera magnanimis Ducibus fauet, altera colunt
 Respicit occultos monstrans super Astra meatus,
 Religionis opus, primasque acquirere sedes
 Edocet, & superas qua possis scandere ad arcus.
 En meus ingrediuntur Latium Dux maximus armis,
 Atque tota, hunc sequitur Procerum concordia diues,
 Purpuræque Patres, & candida turba Potentum.
 Auratis tortisque comis venere Sycambri:
 Aethiopes nimis migrantes Sole sequuntur:
 Pannonij hinc alacres frenis, phalerisque decori
 Conspiciuntur equis, pumis maduere lupati,
 Tympana pars iundat, Buxos pars inflat inanes,
 Horri sonusque fragor volitat per amicaturbarum
 Sydera, Meonij fumat & plausibus æther.
 Talis Germanis venit Gurcensis ab oris
 Cæsaris auspiciis, talesque sequuntur ouantes
 Hunc Latij Proceres, vultu nistet altus eburno.
 Augusti Imperij custos fidissimæ saluæ,
 Salve chara Deum proles, rectora per aquor
 Carbasa Clavigeris andem, cui nomen utrunque
 Principis & vatis merito memoranda dedere
 Facta, sub auspiciis cuius secunda Poeta
 Credunt vela mari Zephyris adiuta secundis.
 Mens fugit Herois laudes scriptura decori
 Et superat genus hoc semper fulgentius astrum
 Scribentis, quantum ceu quum dicitur auarus
 Diuitijs, tantum sit pauper sepius auro.
 At in seu vatium fauor es, seu cura Deorum,
 Sen Phoebum splendore refers, cytaræque sonantis.
 Non mortalis adest vultus, color ipse sed alnum
 Purpurei radij testantur tempora circum.

A

Denique ni Sapia fallamur dogmata rhetra,
 Quæ tua nunc anima est, fuerat iam Cæsaris, artus
 Ingressa Aethereos, & Numina tanta decori
 Principis Italia conseruatura quietem.
 Oceanum interea dum collapsura reuisunt
 Sidera, dumque cauis respondet montibus Echo,
 Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.
 Namque tua gaudent sub tempestate Poeta
 Laurigeri, quorum est mors ales rumpere nodos,
 Et freta securæ turgentia rumpere classe.
 O facile ingenium prisca imitantis honores,
 O faciles animi generoso in Principe, & ingens
 Progenies calamos sacri victura Maronis,
 Prisca tamen patria tutores secula iactant.
 Qui periere armis, & honore Martæ, Quirites
 At tu non armis, nec Martia templa reuisis,
 Cedibus infandis miserorum aut morte triumphans;
 Sed præfers tantis sanctissima dona Mineruæ,
 Cuius honoratis frugrabant fronde triumphi,
 Hac hæc magnanimo laus est in Principe. Salve
 Candida pax, cuius licuit sedare decoram
 Vlli vngquam faciem summoque cupita tonanti
 Quum superas voluit cælorum scandere sedes,
 Et Zonas vexare Poli fera turba Gigantum,
 Te furor enitit manibus post terga, dolique,
 Et rabies furibunda manus connexa sequuntur;
 Denique fidus amor circum, Insuper omne, fidesque,
 Et pietas graditur, post hos concordia ramis
 Palladij ornata petis dextram, atque capillos.
 Et tecum Italia qui maxima facta labante
 Egit adest, venerare Ducem, venerare Deorum
 Progeniem, qua nil dum lumina candida fundis
 Phoebus, ab Eois spectat iucundius oris.
 Et vos à Latij sacunda caterua Poeta,
 Quos decet excelsum Musarum scandere montem,
 Et iuga Parnassi subter labentia opacis
 Flumina speluncis, riuosque haurire decoros.
 Hoc opus est vestris calamis, & dignius altis,
 Ast ego (dum temes seruabunt molliter auras
 Fata) tuos quacunque canam sub voce Triumphos.
 Arma canant Vates alij, seu mollia molles
 Facta viri Veneris, tenerosque Cupidinis arcus.
 Tu mihi materies, numenque, decusque, canendi
 Admenis, & nimias nostro de pectore curas
 Pellis, anhelanti, reque meque imponis auene.

B

C

D

De eodem C. Sylanus Germanicus cecinit.

Longe decus patria non paruum, maxima dum te
 Assum à magnanimo Cæsare Roma capit.
 Quo fueris plausu, quanto susceptus honore
 Hoc Boreas, illinc nouit, & inde Notus.
 Altus Apollo vetat non talia scire nepotes
 Dignus in æternum viuere vester honor.
 Dimidium seclis vix hunc memoraret honorem
 At nunc perpetuus carmine fultus erit.
 Te quoniam Vates numeris pia vota receptant
 Eripitur morti fama, decusque tuum.
 Inter, & excelsos Vates Visalis honorem,
 Vestrum iam fecit carmine perpetuum.

E

Dialogum sequentem inter Maximilianum Cæsarem defunctum,
 & Cardinalem Gurcensem, adhuc inter mortales vitam
 ducentem, scripsit Ioannes Pinicianus.

Card. O lux, ò nostra Germana gloria gentis,
 Quo fugis, & quo nos destituis miseris?
 Max. Quæ mihi tam mollem rumpunt lamenta soporem?
 Parce precor lacrymas fundere quisquis ades.
 Card. O qui fortuna fueras pars maxima nostra,
 Cæsar, perperuo tu mihi flendus eris.
 Max. Tu ne sibi es, Matthea, mea solatia vita?
 Agnosco vocem, candidæ Lange tuam.
 Card. O Cæsar felix genitor, quo visus in orbe?
 Sentio in hoc sacrum numen adeste loco.
 Max. Magnus eram mundo, risus fui; optima nunc, me
 Regna poli clemens iussit habere Deus
 F Card. Ergo colis superum sine sollicitudine campos,
 Dime pater, sed nos anxia cura premis.
 Max. Pone graues curas, senior prope deseret auras
 Es tibi Rex cæli, ragna superba dabit.
 Card. Nunc etiam cura tibi sum? sit gratia Christo,
 Sit tibi, calicolas maxime Cæsar adi.

EPISCOPI EX CARDINALIBVS

à Julio II. renunciati.

Raphaël Riarius ex Diacono S. Georgij in Velabro, Episcopus Cardinalis Albanus, Sabinus, Portuensis, & S. Rufinæ, Oriensis, & Veliternus, ac Decanus sacri Collegij.

Ioannes Antonius de S. Georgio ex Presbytero Cardinali S. S. Nerei, & Achillei, Episcopus Cardinalis Albanus, Prænestinus, & Sabinus.

Bernardinus Carauai ex Presbytero Cardinali S. Crucis in Hierusalem, Episcopus Cardinalis Albanus, Tusculanus, & Prænestinus.

Guillelmus Brisloneta ex Presbytero Cardinali S. Pudencianæ, Episcopus Cardinalis Albanus, Tusculanus, & Prænestinus.

Dominicus Grimanus ex Presbytero Cardinali S. Marci, Episcopus Cardinalis Albanus, Tusculanus, Portuensis, ac S. Rufinæ.

Philippus de Lucenburgo ex Presbytero Cardinali S. Petri, & Marcellini, Episcopus Cardinalis Albanus, & Tusculanus.

Jacobus Serra ex Presbytero S. Clementis, Episcopus Cardinalis Albanus.

Franciscus Soderinus ex Presbytero Cardinali S. S. duodecim Apostolorum, Episcopus Cardinalis Sabinus.

Fr. Marcus Vigerius, ordinis Minorum, ex Presbytero Cardinali S. Mariæ Transtiberim, Episcopus Cardinalis Prænestinus.

VICE CANCELLARIIS R. E.

sub Julio Papa II.

Afcanius Maria Sfortia, annis, primo, & secundo.

Galeottus Franciottus de Ruuere, annis, tertio, quarto, & quinti parte.

Sixtus Gara de Ruuere, ab anno quinto ad finem Pontificatus.

CARDINALES MORTVI

sub eodem Pontifice.

Laurentius Cybo, Genuensis, Presbyter Cardinalis S. Susannæ, tum S. Cæcilie, ac S. Marci; deinde Episcopus Albanus, Tusculanus, ac demum Prænestinus, obiit die 22. Decembris anno 1503.

Jacobus Casanova, Hispanus, Presbyter Cardinalis S. Stephani in Cælio monte, die 4. Iunii anno 1504.

Ioannes de Estunica, seu de Zuniga, Hispanus, Presbyter Cardinalis S. S. Nerei, & Achillei, die 27. Iulij anno eodem 1504.

Fr. Clemens de Ruuere, Sauonenfis, ordinis Minorum, Presbyter Cardinalis S. S. duodecim Apostolorum, die 13. Augusti anno item 1504.

Ludouicus Podacatharus, Græcus, Presbyter Cardinalis sanctæ Agathæ, die 25. Augusti anno eodem 1504.

Franciscus de Sprata, Hispanus, Presbyter Cardinalis S. S. Sergij, & Bacchi, die 9. vel 10. Septembris anno pariter 1504.

Ioannes Castellar, Hispanus, Presbyter Cardinalis S. Mariæ Transtiberim, die prima Ianuarij anno 1505.

Afcanius Maria Sfortia, Mediolanensis, Diaconus Cardinalis S. S. Viti, & Modesti, die 28. Maij anno eodem 1505.

Franciscus Iloris, Hispanus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ Nouæ, die 22. Iulij anno item 1505.

Raymundus Perauldi, Gallus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin, tum Presbyter S. Vitalis, S. Mariæ Nouæ, ac S. S. Ioannis, & Pauli, die 5. Septembris anno eodem 1505.

Ioannes de Castro, Hispanus, Presbyter Cardinalis S. Priscæ, die 29. Septembris, seu secunda Octobris anno 1506.

Cæsar Borgia, Romanus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ Nouæ, die 13. Aprilis 1505. seu 12. Martij anno 1507.

A. Ioannes Vera, Hispanus, Presbyter Cardinalis sanctæ Balbinæ, die 4. Maij anno 1507.

Ioannes, seu Franciscus de Tremolia, Gallus, Presbyter Cardinalis S. Martini in montibus, die 20. Iulij anno eodem 1507.

Hieronymus Bassus de Ruuere, Sauonenfis, Presbyter Cardinalis S. Balbinæ, postea S. Chrylogoni, tum S. Cæcilie; deinde Episcopus Prænestinus, ac Sabinensis, die prima Septembris anno item 1507.

Antoniotus Pallaucinus, Genuensis, Presbyter Cardinalis S. Anastasiæ, mox S. Prædix, die 10. Septembris anno eodẽ 1507.

Antonius Triuultius, Mediolanensis, Presbyter Cardinalis S. Anastasiæ, deinde S. Stephani in Cælio monte, die 16. seu 18. Martij anno 1508.

Antonius Ferrerius, Sauonenfis, Presbyter Cardinalis S. Vitalis, die 23. Iulij anno eodem 1508.

B. Galeottus Franciottus de Ruuere, Lucensis, Presbyter Cardinalis S. Petri ad Vincula, die 11. Septembris anno item 1508.

Georgius Costa, Lusitanus, Presbyter Cardinalis S. S. Petri, & Marcellini, deinde S. Mariæ Transtiberim, & S. Laurentij in Lucina, Episcopus Albanensis, Tusculanus, & Portuensis, die 19. Septembris anno similiter 1508.

Ioannes Columna, Romanus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Aquiro, die 26. Septembris anno eodem 1508.

Ioannes Ludouicus Milanus, Valentinus, Hispanus, Presbyter Cardinalis S. S. quatuor Coronatorum, post annum 1508. incertum quo mense, vel die.

Ioannes Antonius de S. Georgio, Placentinus, Presbyter Cardinalis S. S. Nerei, & Achillei, postea Episcopus Albanus, Tusculanus, Prænestinus, & Sabinus, die 14. seu 28. Martij anno 1509.

C. Melchior Copis, Germanus, Presbyter Cardinalis S. Stephani in Cælio monte, & S. Nicolai inter Imagines, die 2. Maij anno eodem 1509.

Fatius Sanctorius, Viterbiensis, Presbyter Cardinalis S. Sabinæ, die 22. Martij anno 1510.

Iulianus Cælarinus Iunior, Romanus, Diaconus Cardinalis sanctorum Sergij, & Bacchi, deinde S. Angeli, die prima Maij anno 1510.

Georgius de Amboise, Gallus, Presbyter Cardinalis S. Sixti, die 25. eiusdem mensis Maij anno 1510. vel 1511.

Ludouicus de Amboise, Gallus, Presbyter Cardinalis S. S. Petri, & Marcellini, die 17. Septembris 1510.

Ioannes Stephanus Ferrerius, Vercellenfis, Presbyter Cardinalis sanctorum Sergij, & Bacchi, postea S. Vitalis, die 13. Octobris anno 1510.

D. Oliuerius Carafa, Neapolitanus, Presbyter Cardinalis S. S. Petri, & Marcellini, postea S. Eusebij, deinde Episcopus Albanensis, Sabinensis, Ostiensis, & sacri Collegij Decanus, die 20. Ianuarij anno 1511.

Franciscus Alidosius, Forocorneliensis, Presbyter Cardinalis sanctorum Nerei, & Achillei, deinde S. Cæcilie, die 24. Maij anno eodem 1511.

Franciscus Argentinus, Venetus, Presbyter Cardinalis S. Vitalis, postea S. Clementis, die 23. Augusti anno 1511.

Petrus Itualles, Siculus, Presbyter Cardinalis S. Cyriaci in Thermis, die 23. seu 24. Septembris anno eodem 1511.


Franciscus Borgia, Hispanus, Presbyter Cardinalis S. Cæcilie, seu S. Lucie, postea S. S. Nerei, & Achillei die 4. seu 11. Nouembris anno item 1511.

E. Gabriel de Gabriellibus, Fanensis, Presbyter Cardinalis S. Agathæ, deinde S. Prædix, die 5. vel 6. Nouembris anno eodẽ 1511.

Petrus Ludouicus Borgia, Hispanus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Vialata, postea Presbyter Cardinalis S. S. Nerei, & Achillei, tum S. Marcelli, die 4. seu 5. Octobris anno 1511. seu 1512.



LEO X. PONTIFEX CCXXI.
ANNO DOMINI MDXIII.



IN NOMINE DEI, ET SALVATORIS
Noſtri Ieſu Chriſti benediſſi. Amen.



ERACTIS Iuſij Secundi nouemdia-
libus exequijs, comitali iam tem-
pore, modicis itineribus, propter
affectam valetudinem, Florentia-
profectus, Ioannes Medices in Vr-
bem venit, qui latis adeo populi vo-
cibus, & fauſto ſalutantium plauſu
exceptus fuit, vt, licet omnium vl-
timum, Conclauē fuerit ingreſſus,
Pontifex futurus à pluribus expe-
ctaretur. Ergo Cardinales iuniores

iam pertæſi ſenectutis, in Ioannem ita conſpirant, vt diſtractis mu-
tua ambitione, ſenioribus, qui potius accipere, quàm dare impe-
rium volebant, eum triginta ſeptem annos natum, quæ prope
Conſularis eſt ætas, Idus Martij 1513. Pontificem ſalutauerint. Ad
quem protinus reliquis accedentibus, Pontifex ab omnibus ele-
ctus, ſub Imperatore Maximiliano, & Carolo V. annos 8. meſes
8. & dies 21. Apoſtolicam ſedem gubernauit. Tanta fuit iuniorum
de hac creatione lætitia, vt Alphonſus Petruccijs Cardinalis Sen-
nenſis, populo, noui Pontificis promulgationem expectanti, elata
voce, licet auctori inſauſta; dixerit, *Pontificem habemus Leonē X.
ac uſque ualeantque iuniores.* Placuit enim nouo Pontifici, hoc
appellari nomine, vt inſitam animo magnitudinem, clementiam-
que appellatione ipſa, & factis exprimeret.

CARDINALES XXV. VIVENTES
Qui Conclauis quo Leo Papa Decimus creatus eſt,
interfuerunt.

EPISCOPI CARDINALES VI.
SIXTI PAPAE IV.

1. Raphael Galeottus Riarius, Sauonenſis, Ligur, Epifcopus
Cardinalis Oftienſis, Decanus, S. R. E. Camerarius.

ALEXANDRI PAPAE VI.

2. Dominicus Grimanus, Venetus, Epifcopus Cardinalis Por-
tuenſis, Patriarcha Aquileienſis, Cardinalis S. Marci.
3. Philippus de Lucemburgo, Gallus, Epifcopus Cardinalis
Tuſculanus.
4. Iacobus Serra, Valentinus, Hiſpanus, Epifcopus Arbo-
renſis, Epifcopus Cardinalis Albanus, dictus Arborenſis.
5. Franciſcus Soderinus, Florentinus, Epifcopus Volaterranus,
Epifcopus Cardinalis Sabinus, dictus Volaterranus.

IVLII PAPAE II.

6. Fr. Marcus Vigerius, Sauonenſis, Ligur, Epifcopus Seno-
gallienſis, Epifcopus Cardinalis Præneſtinus, ordinis Mi-
norum, dictus Senogallienſis.

PRESBYTERI CARDINALES XIII.
ALEXANDRI PAPAE VI.

7. Thomas Bacocius, Hungarus, Archiepiſcopus Strigoni-
enſis, Presbyter Cardinalis tituli SS. Sylueſtri, & Martini
in montibus, tituli Equitij, S. R. E. Archipresbyter.
8. Franciſcus Remolinus, Valentinus, Hiſpanus, Archiepi-
ſcopus Surrentinus, Presbyter Cardinalis tituli S. Marcelli.
9. Nicolaus de Flifco, Genuenſis, Archiepiſcopus Rauennas,
Presbyter Cardinalis tituli S. Priſcæ.
10. Hadrianus Caſtellenſis, Cornetanus, Epifcopus Bathoni-
enſis, Presbyter Cardinalis tituli S. Chryſogoni.

IVLII PAPAE II.

11. Robertus de Prie, Britto, Epifcopus Nannetenſis, Presby-
ter Cardinalis tituli S. Anaſtaſiæ.
12. Leonardus Groſſus de Ruuere, Sauonenſis, Ligur, Epifco-
pus Agennenſis, Presbyter Cardinalis SS. duodecim
Apoſtolorum, & maior Pœnitentiarius.
13. Carolus de Carreto, Comes Finarij, Genuenſis, Archiepi-
ſcopus Thebanus, Presbyter Cardinalis tituli S. Cæciliæ.
14. Sixtus Gara de Ruuere, Sauonenſis, Archiepiſcopus Bene-
uentanus, Presbyter Cardinalis S. Petri ad Vincula, tituli
Eudoxiæ, S. R. E. Vicecancellarius.
15. Chriſtophorus Anglus, Archiepiſcopus Eboracenſis, Pres-
byter Cardinalis tituli S. Praxedis.
16. Antonius de Monte ſancti Sabini, Archiepiſcopus Syonti-
nus, Aretinus, Tuſcus, Presb. Cardinalis tituli S. Vitalis.
17. Petrus de Accoltis, Aretinus, Epifcopus Anconitanus, Pres-
byter Cardinalis tituli S. Euſebij.
18. Achilles de Graſſis, Bononienſis, Epifcopus Bononienſis,
Presbyter Cardinalis tituli S. Sixti.
19. Bendinellus Saulius, Genuenſis, Epifcopus Hieracenſis,
Presbyter Cardinalis tituli S. Sabinæ.

DIACONICARDINALES VI.
INNOCENTII PP. VIII.

20. Ioannes Medices, Florentinus, Diaconus Cardinalis S. Ma-
riæ in Dominica, Archidiaconus.

ALEXANDRI PAPAE VI.

21. Alexander Farnēſius, Romanus, Diaconus Cardinalis ſan-

cti Eu-

- 22. Ludouicus de Arragonia, Neapolitanus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin.
- 23. Marcus Cornelius, Venerus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Via lata, electus Episcopus Veronenfis, mox, sanctæ Mariæ in Porticu.

IVLII PAPAE II.

- 24. Sigismundus Gonzaga, ciuis, & electus Episcopus Mantuanus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ Nouæ.
- 25. Alphonfus Petruccius, Senensis, electus Episcopus Massanus, Diaconus Cardinalis S. Theodori.

CARDINALES OCTO

in hac electione absentes.

ALEXANDRI PAPAE VI.

- 26. Philippus de Lucemburgo, Gallus, Episcopus Cenomannensis, Episcopus Cardinalis Tusculanus.
- 27. Hippolytus Estensis, Ferrariensis, electus Episcopus Agricensis, Diaconus Cardinalis S. Lucie in Silice.
- 28. Amanatus de Alibreto, Gallus, Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano.

IVLII PAPAE II.

- 29. Franciscus Guillelmus de Claramonte, Gallus, Archiepiscopus Narbonensis, Presbyter Cardinalis tituli S. Srephani in Coelio monte.
- 30. Fr. Franciscus Ximenes Cisneros, Hispanus, ordinis Fratrum Minorum de Obseruantia, Archiepiscopus Toletanus, Presbyter Cardinalis tituli S. Balbinæ.
- 31. Matthæus Heluetius, Episcopus Sedunensis, Presbyter Cardinalis S. Pudencianæ, tituli Pastoris.
- 32. Renatus, seu Reginaldus de Pria, vel de Pria, Gallus, Presbyter Cardinalis S. Lucie in Septisolio.
- 33. Matthæus Langius, Germanus, electus Gurcensis, & Coadiutor Saltzburgerensis, Diaconus Cardinalis S. Angeli.

Post trigesimum ab electione diem, Pontifex Leo, publica reum celebritate, & pompæ apparatu ornatissimo, Laterani, ab Alexandro Farnesio, qui locum Archidiaconi absentis tenebat, Tiam suscepit, quum Presbyter, & Episcopus ab Ostiensi prius fuisset consecratus.

Eam pompam, qua post Gothorum tempora nulla fuit insignior, centum millibus aureorum, quætores, qui pecuniam auream, & argenteam, per vias spargebant, Leoni constitisse, narrabant. Voluit autem Pontifex eadem die, 11. scilicet Aprilis coronari, atque eodem equo vehi, quo ab hostibus Gallis in Rauennæ prælio captus fuerat, vt veterem acerbitatem, cumulo præsentis lætitiæ compensaret.

Magnum tam proximæ, quam remotæ prouinciæ gaudium ex hac Leonis promotione conceperunt, quem ex gente Medicea, apud Hetrurcos celebri natum, & benignitate singulari, liberalitate, rerumque agendarum solertia, præcellentem virum audierant. Natus fuit Leo X. Florentiæ, anno Christi 1475. tertio Idus Decembris, patre Laurentio, viro omnibus annalibus celebrato, matre Clarice Vr sine nobilissima fœmina. Eius fratres Petrus, & Iulianus fuerunt; ille cum tota gente Medicea, Gallorum viribus, & odio quorundam ciuium expullus, hic Leonis virtute, Hispanorumque copijs, ante Pontificatum, in patriam restitutus fuit. Leo à teneris annis, Laurentij patris opera, Latinam, Græcamque linguam perdidit, & Senas mistus, sacri Iuris scientiam comparauit. A Gallorum Rege Ludouico XII. amplo Sacerdotij censu auctus, ab Innocentio VIII. agens annum 14. in Laurentij Medicei gratiam, quod Francisko Pontificis filio, Magdalena Laurentij filia nupsisset, Cardinalium Collegio titulo S. Mariæ in Dominica cooptatur. Legationem Hetruriæ, Patrimonij Ecclesiastici, Perusiæ, & Bononiæ sustinuit. Quum Bononiæ Legatus esset, post 18. exilij annos, patriam, expulso Soderino, perpetuo Florentiæ Dictatore, recuperauit.

Into Pontificatu, componendæ pacis cura sollicitus, ad omnes Christianæ Reipublicæ Principes Legatos misit, quibus eos hortabatur, vt odia, & arma deponerent. Sed magnis in proximam ætatem, tam mari, quam terra paratis copijs, non ita facile in amicitiam reuocari potuerunt. Studia subinde bonarum literarum, maiorum suorum exemplo promouit.

Pluribus omnium scientiarum, magni nominis, Præceptoribus in Urbem euocatis, Gymnasium Romæ instaurauit. Tantaque benignitate, & amplitudine præmiorum, literatos fouebat, vt omnes ad studia excolenda, & Pontificis munificentiam celebrandam accenderentur.

Atqui, vt singularem animi mansuetudinem ostenderet, & Ecclesiastici dissidij, & schismatis incendium extingueret, eadem ætate, Bernardinum Carauialem, & Federicum Sanseuerinatem pseudocardinales, qui per interregnum ad Liburni portum capti, & Florentiæ asseruati fuerant, Romam venire, iussit. Quibus mox, à Leone, supplicibus, ac veniam petentibus, antiquus pilei honos

restitutus, magna tamen Patrum dissensione. Nam Matthæus Sedunensis efficacis ingenij, & acerrimæ vir eloquentiæ, Christophorusque Eboracensis Gallorum hostes, grauissimis orationibus aduerlabantur; quod ad eisdem dignitatis gradus, fœdo, & in posterum exitiabili exemplo reducerentur; qui miseræ in primis Italiæ, & Pontificiæ libertatis propugnatori Iulio II. excitato vbique terrarum belli incendio, tot calamitates intulissent. Verum Pontifex, cuius mite ingenium, facilemque naturam in specimen cæterarum virtutum omnes illo tempore laudabant, clementius sibi agendum, aduersus eos existimauit, vt Pontificatus initia, quiete rerum, paceque firmaret, & finem imponeret controuersijs, quas, translato Lugdunum Concilio, turbulenti Sacerdotes excitant, Siquidem fœlos, & aduersis successibus fractos, ostensa spe veniæ, ad sanitatem redituros, apparebat. Nec multò post Ludouicus, haud ignarus, tantam bellorum molem, qua ipse obrutus, quassatusque vix steterat, à diuina ira pendere, vt religioni, ac Pontificiæ maiestati satisfaceret, perturbatoque, & exhausto regno consuleret, adulterinum Concilium abrogauit; iussitque, Claudium Massiliensem Episcopum, & Solerium, Legatos suos Lateranensi adhærere: illudque, prædamnato Pisano: vt sanctum, atque legitimum approbare, idem fecere Gulielmus Maclouienfis, & Renatus Baiocensis: qui, & ipsi antea à Iulio gradu pulsi, ad pristinos purpuræ honores redierunt.

Synodum etiam Lateranensem per aliquot annos feliciter profecutus, anno nostræ redemptionis 1517. perfecit. Mutinam, Alphonso Ferrariæ Duce competitore, amplius 30. millibus aureorum ab Imperatore Maximiliano, cuius magna erat exhaustis ararijs indigentia, coemit. Inter Cæsarem, & Venetos, qui de Veronæ, Vicentiæque imperio contendebant, pacem constitui, equis conditionibus, procurauit. Ferocem Heluetiorum gentem, & ampliora semper stipendia sectantem, sibi, autore Sedunensi Cardinale, coniunxit, quorum viribus Maximilianum Sfortiam à Gallis oppugnatum defendit.

Germaniæ, Galliæque Reges Ludouicum, & Henricum sæuis armis depræliantes, missis ad vtrumque Legatis, desponsataque Henrici sorore Ludouico, pacauit. Sed mortuo Ludouico, eique Francisko Valleio succedente, illaroque bello Sfortiæ Duci, nouis armis Italia conturbari cœpit.

Pontifex, ne à Gallis Parma, & Placentia, insigni Iulij II. virtute Ecclesiasticæ ditioni adiectæ Vrbes, rursus eriperentur, Sfortiam defendendum suscepit. Sed fortissimis Francisci copijs, Mediolanum, Placentia, & Parma cesserunt. Ob id Leo pacem à viro Rege petita, Bononiam ad colloquium à Francisko postulatam proficiscitur.

Iuliano Florentiæ mortuo, nepotem Laurentium Petri Medicis, & Alphonfinæ filium Reipublicæ gubernaculis præficit. Quem dum Alphonfinæ improbis postulationibus exoratus, amplioribus imperij finibus augere cogitat, Urbinate Ducem Franciscum Mariam armis perlequitur, & receptum sine vulnere Urbini dominatum Laurentio donauit. Sed non multo post Hispanorum auxilio Franciscus Maria (qui Feltrius ex adoptione vocabatur) patriam, finesque leos recipit.

Postquam Leo Feltrium sede patria deiecerat, bellum Pandulphi Senensis Tyranni filijs intulit, & Burghesio, Alphonsoque Petruccio Cardinale, depulsis, in Raphaelem Petruccium sibi amicitia, & exilij societate coniunctum, Senarum imperium transtulit. Hinc tanto odio, atque furore Petruccius correptus fuit, vt palam in Vrbe comminatus in Latium excesserit. Petruccij literis, quas Romam mittebat, interceptis, inde capto indicio, res quæstionibus, & tormentis agitur, & conuictio detegitur. Nec mora, Petruccius Romam à Pontifice vocatus conuincitur, & capite in Hadriani mole post dies quadraginta plectitur. Eo indice, aliquot Cardinales eius consilij conscij, Raphael Riarius, Hadrianus Corneranus, Bendinellus, & Soderinus, Senatorio ordine amouentur. Sed non multò post Raphaeli, & Bendinello, rubri pilei honos restitutus fuit; sed pœna dispari, nam Hadrianus decem millibus, Soderinus totidem, ipseque Raphael centum millibus aureorum, atque exilio multati fuerunt. Bendinellus Saulius re diligentius excussa, eadem die, qua strangulatus fuerat Petruccius, liber dimittitur iudicio Pontificis, & ad purpuræ dignitatem, veteremque gratiam, quæ magna semper ei cum Leone fuerat, recipitur, quod non voluntate, sed auribus tantum peccauisset.

Hoc insidiarū periculo ereptus Leo, parùm Senatoribus fidens, sibi alijs consiliarijs, quibus tutò res suas, vitamque committere posset, opus esse iudicauit. Quare, inconsultis Patribus, quod eis valde acerbum fuit, præter quatuor Cardinales iam restitutos, & quatuor alios anno primo sui Pontificatus creatos, vnum, atque triginta Cardinales elegit. Fuit autem non modo Vrbi, Romanæque aulæ gratissimus hic delectus, sed prouincijs omnibus longè iucundissimus.

Selimi Turcarum Imperatoris victorijs (quum Sultanos duos superasset, Mamaluchorum militiam extinxisset, suoque Syriam, & Ægyptum adiecisset imperio) Leo perterritus, solemnes supplicationes, pedibus ipse nudatis, habuit; & Christianos Principes ad persequendum, depositis domesticis odijs, communem

CORONATIO Leo nis X.

LEONIS primordia

LEO Principes de pacis componenda hortatur.

LEO literatos fouet.

LEO pseudocardinales in eorum componenda pacis adscribit.

LEOVI. cus adule rimum Concilium abrogat.

LEO inter Ludouicum, & Henricum Regem pace componit.

LEO Bononiam ad colloquium à Francisko postulatam proficiscitur.

LEO in filios Pandulphi Senensis Tyranni bellum gerit.

SOLEMNES supplicationes à Leone habentur.

Reipublica Christianae hostem, hortatus est. Sed pia Leonis stua, fatali socordia nostrorum Principum, quum quisque alienae gloriæ inuideret, breuiter perierunt.

Nec multo post, anno Christi 1519. Maximilianus Imperator Veltij in Noricis montibus defunctus est. Eo mortuo, Francisco Gallorum, & Carolus Hispanorum Reges, Cæsareæ dignitatis candidati prodierunt. Principio electionis, quæ à septem Regulis, non à militibus (vt antiquus mos erat) fieri solet, Pontifex Leo fuere Francisci causæ cooperat. Sed, quum Germanis Electoribus, Germanum placere hominem, Carolum scilicet, animaduerteteret, opportuna consilij mutatione, Germaniæ Proceribus causam Caroli, licet non omnino sincerè, commendabat.

Ergo Maximiliani Cæsaris mortui nepos Carolus V. Imperator salutatur, venia legis à Leone impetrata, qua, Neapolitanus Rex, ne Cæsar esset, cauebatur.

Deinde, vt Parmam, atque Placentiam, Ecclesiæ restitueret, fœdere Cæsari coniugitur. In huius belli sumptus, ingentem aurum collegit, non expilatis prouincialibus, sed instituto nouo Equitum ordine ad numerum quadringentorum. Hi equites coemptis priuata pecunia eius dignitatis officijs, ex veçtigalibus, quotannis, centum aureos accipiebant, & immunitatis prerogatiua iuuabantur. Addidit etiam Cubiculariorum, Scutiferorumque collegia, officijs eorum venalibus, ad eam spem vberissimi redditus, sicut ante Iulius II. officia Annonæ Præsidentium instituerat.

Pontificijs copijs Mantuæ Princeps Franciscus Gonzaga præficitur, & summa totius belli Prospero Columnæ mandatur, cum Heluetiorum, Germanorumque auxilijs, Legato totius exercitus Iulio Medice constituto. Huius exercitus robore Galli, Mediolano, & tota Insubria depelluntur, Franciscus Sfortia Mori filius paternæ hæreditatis imperium recipit, & Parma, atque Placentia, libenter Pontifici cedunt.

Huius victoriæ læto nuncio suscepto, ægrotare Pontifex cœpit, qui priusquam cœnaret, obriguat, sensimque exorta est febris lenta, & lenis principio, sed quæ demum ita vehementer incubuit: vt pænè prius quam mori dignosceretur, turbata ratione, animam emiserit, anno à Virginis partu 1521. & ætatis suæ 47. Kalendas Decembris, die Dominico, hora prima noctis, quum octo Creationibus, duos, & quadraginta Cardinales, scilicet, viginti octo Presbyteros, & quattuordecim Diaconos creauisset, atque ex antiquis Cardinalibus quattuor Episcopos elegeret. Mors eius non caruit susceptione veneni, quod veteri fistulæ, fuerit illitum; aut pilulis, seu potu haustum.

Leonis tempore, Lerna illa, & fax Tartareis accensa ignibus Lutherus ardere, fumantemque doctrinæ suæ flammam cœpit euomere, & totam Germaniam turbis agitare. Hic enim cunctas ferè hæreticorum blasphemias, iam diu ab Ecclesia proscripitas, congerens, nouam in Saxonia hæresim condidit, quæ omnem Europam peruagata, infinita excitauit malorum incendia. Lutheri insaniam ad meliorem mentem redigere Leo frustra conatus, eum citari, Romamque properare iubet, & coram Syluestro illustri Theologo, atque Episcopo Asculano, Rotæ Auditore causam dicere. Sed Saxonie Ducis ope, atque literis, illo ereptus periculo fuit, & Gaetano Cardinali in Germania commoranti causa excutienda committitur. Tandem impiæ sententiæ tenacem hominem, Pontifex Leo, cætu piorum amouit; & quandiu vita superstes fuit, suis, & Caroli V. Imperatoris viribus persecutus est. Paulò ante obitum Franciscum Paulensem Calabrum, Francisco Gallorum Rege supplicante, Sanctorum numero adscripsit.

Leo in puniendis falsarijs, grassatoribus, & pacis publicæ euersoribus acerbis, in reliquorum crimium animaduersione humanior, & benignior fuit.

Erat iudicij in rebus cognoscendis peracuti, in audiendo patiens, aditu facilis, in dicendo elegans, prudens in sententijs, altæ indolis, munificentia, & liberalitatis incredibilis. Tres in Vaticano porticus, quæ Orientem respiciunt ædificauit, & figuris, laquearibusque expoliuit. Templum denique ipsius S. Petri, à Iulio II. mole tanta inchoatū, promouit, & alia minora ædificia construxit.

Tumulus eius vilis, ac temporarius in Vaticana Basilica, sed qui affixis Poetarum preciosis, & nunquam interituris carminibus, eius obitum deplorantium, per aliquot annos nobilitatus fuit. Vocauit sedes à Kalend. Decemb. vsque ad diem 5. Idus Ianuarij.

ADDITIO ANDREAE VICTORELLI.

Cabrera, cum multa dixerit de Iulio II. Leonis X. eximij Pontificis vitam paucis complexus est: ego nonnulla, quasi canem Nilum lambentem imitatus, attingam, ne muneri defuisse videar; non autem vt lumen, quo non indiget, Mediceo adiungam Soli.

* Io. Medices.] Pauca de hoc Mediceo Cardinali dixi in Innocentio VIII. pauca Politianus, epistola ad ipsum Innocentiū, qua gratias agit; quod adolescentem, Reipublicæ Florentinæ, vt ait, delicias, supremi Senatus Collegio adscripserat; lege grauis, & docti hominis verba. Quid ipso tandem Ioannem Cardinalis nostro perfectius? aut quid numeris omnibus absolutius? — non tuo iudicio blandior Pontifex, nota cunctis, & testata loquor; ita natus, & factus; ita altus — ita denique eruditus, atque institutus hic est, vt nemini secundus ingenio, nec equalis industria, nec preceptoribus literatura, neque grauitate sensibus concesserit. Natiua in eo probitas, & genuina, diligentia quoque parentis ita impense culta est, vt ex illius ore non modo, non verbum dictu fœdus, sed ne leuius quidem unquam, aut etiam licentius excederet; non actio, non gestus, non incessus in illo notatus, non postremo, quod in deteriore parte conspiceretur. — cultum pietatis, & religionis pænè etiam cum lacte nutricis exuxit. Viros sanctimonia claros dilexit, Paulum Iustinianum Camaldulensis instituti instauratorem egregiæ virtutis Eremitam imprimis; cuius consuetudine ita oblectabatur, vt eum Iustinianum suum appellaret. Lucas Eremita in Historia Romualdina libri secūdi Legatus Apostolicus in clade Rauennate non arripuit fugam; sed morientes sacro iuuat officio; maluitque ab hostibus capi, quam Apostolici viri munus non obire.

* In Vrbe venit.] Vide Panuinium, & Iouium in Leonis X. Vita; hunc lib. 3.

* Cardinales iuniores.] Arragonius, Gonzaga, Cornelius, Petruccius, Saulius, Sedunensis præcipue: Panuinius loc. cit. viginti tres Cardinalium suffragijs electus Leo. Idem loc. cit. in Elogio, & in Chron. à iunioribus Cardinalibus lectum, ad eumque, ante alios, Soderinum Cardinalem Volaterranum accessisse, scripsit loc. cit. Iouius.

* Idus Martij 1513.] 5. Idus Martij, die Veneris, prima sequentis noctis hora. Panuin. in Chron. & in Vita Leonis; quod scripsit Cabrera, ex reiecta hausit Historia.

* Alphonsus Petruccius — viuant — iuniores.] Ex reiectæ Historiæ auctore.

* Post 30. ab electione diem.] Ex auctore reiectæ Historiæ, ex Iouio lib. 3. Vitæ Leonis, Iacobus Nardus 7. Kalend. Aprilis, coronatum testatus est: at re vera, die S. Ioseph, 14. Kalend. Aprilis, vt ait Panuinius in Chron. Elogio, & Vita, Pontificiam tiaram accepit: & ante Panuinium, Paris Grassus, in Diarijs: quæ ego in Vaticano manu eius scripta vidi, id scriptum reliquerat: erat autem Paris, eo tempore, Cæremoniarum Pontificiarum magister.

* Laterani — tiaram suscepit.] Ita Iouius, & reiectæ scriptor Historiæ: in Lateranensi Basilica, dixit Guicciardinus: at hi omnes lapsi, ad S. Petrum (ante fores Basilicæ Vaticanæ) sacra tiara Leonem redimitum, fatetur, qui aderat, Paris Grassus; & deinde Panuinius in Chronico; quibus Iacobus Nardus non potuit non adherere.

* Eam pompam.] Panuinius, 14. Kalend. Aprilis inauguratus est, & 3. Id. anniuersario cladis Rauennatis die, magnificentissimo apparatu, tota Vrbe auleis, & festiuis frondibus, arcubusque ornata, Basilicam Lateranensem, veteri Pontificum instituto, (Leo) visitaui. V. etiam Iouium loc. cit.

* Post Gothorum tempora.] Ita, fere, Iouius, & Guicciardinus loc. cit. Vexillum S. R. E. ea in pompa prætulit Alphòsus Ferrariæ Princeps, ordinis Equitum Rhodiorum Iulius Medices portauit. Idem loc. cit.

* Centum mil.] Guicciardinus loc. cit. ad omnes Vrbes regiones auream, argenteamque pecuniam Quæstores sparsisse, dixit quoque Iouius loc. cit. Ferdinandum Ponzertum hoc munere functum, legi, in M. S. illius temporis, codice.

* Eodem die.] Guicciardinus, Iouius, Panuinius l. c. Bosius l. 18. Hist. ord. Hierosolym. die Lunæ 11. April. dixit Nardus l. c.

* Eodem equo.] Iouius, Bosius loc. cit. equus ille Tracicus fuit, Iouius loc. cit.

* Gaudium.] V. Iouium, & Guicciard. loc. cit.

* Natus Leo.] Panuinius in Elogio, & in Vita: in hac diligentius de Medicea gente præstantissimorum Principum fecundissima altrice.

* Latinam, Græcamque.] Ex Panuino, & Iouio loc. citat. Vitæ Leonis.

* Post 18. exilij annos.] V. Iouium, Guicciardinum, Panuinium loc. cit.

* Componenda pacis.] Card. Egid. Pacis, (ait, cum Leone loquens) te ducè, cultores enasimus: videmus, te Leone Principe fieri, qua fecit, cum se terris ostendit, Leo de tribu Iuda. Illud pacis genus, Leone Pontifice, apparuisse idem Cardinalis afferuit; quod præteritis quibusdam sæculis Roma non viderat: Claris Vr-

MAXIMI-
L. 1. Imp.
o. 3. m.

CAROL-
lus V. Im-
perat. ele-
ctus.

LEONIS
obitus.

LEONIS
obitus.

LEO
S. Franci-
scum de Cal-
abria in
Sanctorum
numero ad-
scripsit.

LEONIS
obitus.

L. 3. Vita
Leon. l. 11

In Vita
Leonis.

In m. s. 2.
Histor. 20.
seculorū.

Signum
P. P.



Leonis
X.

ricis Vrsinæ filius Leo in Vrsinam familiam dignitatum, & beneficiorum collatione propensior futurus à multis existimabatur: omnibus tamen, & idem, & æquus extitit, Columnensibus Pompeium, Vrsinis Franciscum Cardinales dedit. *Dicam* (adicit Card. Ægid.) *& aliud sancte tua pacis opus inaudistum. Deducimus, de more, Senatores: Vrbs omnis Columnensem comitatur: ventum erat ad Columnensium domum disuite gaze, & festa fronde cultam, ecce apparent porte ornamenta: ubi vidimus utriusque Senatoris insignia Vrsinorum, atque Columnensium: quo spectaculo nihil à multis seculis vidit Vrbs Roma lætior — ut multi spectantium celum, æturi gratias suspexerint, plures lachrymas fuderint, tamquam fassi felicitatem seculi, qui in horum Senatorum amicitia perpetuam factionum calamitatem depulsam sentirent.* Eodem tempore, vetustum numinum (Diuina prouidentia id factum credidit) repertum tradit, in quo (fauente tunc Vrbis genio) utriusque factionis insignia iuncta erant.

* *Gymnasium.*] Iouius, & Panuinius qui recensent. Butigellam, Niphum, Aretinum, aliosque viros doctos à Leone, ad docendam iuuentutem, adhibitos.

* *Animi mansuetudine.*] De lenitate, humanitate, aliisque Leonis virtutibus diserte Card. Ægid. loc. cit.

* *Supplicibus, & veniam petentibus.*] Palinodiam Bernardini Carauaialis, & Federici Sanseuerin. habes superius in Innocentio VIII. vbi de Federico Sanseuerin. etiam Panuinium in Leone, & Guicciardin. lib. 11.

* *Ludouicus adulterinum Concilium.*] Vide quæ narrat Bembus, (& habentur sess. 8. Concil. Lateranen. sub Leone X.) anno 1513. 6. die Octob. Reversit pius Rex ab adulterina Synodo, ad hæsitque sacro Lateranensi Concilio.

* *Claudius Mas. Episcopus, Solerium.*] Ludouici Regis procuratores fuerunt Federicus Sanseuerinas Cardinalis Diaconus S. Theodori, Claudius de Seyfello electus Massilien. & Ludouicus Forbini dominus de Solerij. V. Bembum, & Regis mandatum loc. cit.

* *Synodus Lateranensem per aliquot ann.*] Eius initium fuit sub Iulio II. ann. 1512. die 10. Maij: obiit Iulius sess. quinta, cui interesse non potuit, peracta, ann. 1513. die 26. Februarij. sexta sessio, prima sub Leone, celebrata est, anno eodem, die 27. Aprilis, duodecima, & postrema, ann. 1517. die 16. Martij.

* *Mutinam Alphonso.*] Mutinam à Maximiliano Cæsare 30. aureorum millibus coemit, ait Panuinius.

* *Inter Cæsarem, & Venetos.*] Ex Panuinio.

* *Helueticorum gentem.*] V. Panuinium Leo X. plures Epistolas Helueticis scripsit; apud Bembum.

* *Maximilianum Sfortiam.*] Huic quoque aliquando scripsit Leo: Marinus Caraccioli, vir prudens, & rebus agendis apprime idoneus, Maximiliani Orator in Lateranen. Synodo fuit.

* *Germania, Galliaque Reges.*] Angliæ, Galliaque Reges dicere voluit. V. Iouium lib. 3. in Vita Leonis, Guicc. lib. 14. Hist. vbi de coniugio à Rege Gallorum, cum Regis Angliæ sorore inito.

* *Ad colloquium à Francisco — proficiscitur.*] Eo in itinere Leo Florentiam adiuit, Regemque insignis Reliquiæ thesauro voluit honestare. V. eius Epistolam ad Card. Iacobatum Vrbis Legatum 4. Non. Decemb. anno 3. Florentia eidem Regi scripsit, mitti à se illi, Bononiam ad se contendenti, Cardinales Legatos Nicolaum Fliscum, Iulium Medicem, à quibus, Pontificio nomine, exciperetur. Venit Bononiam Rex 3. Idus Decemb. ann. 3. narravit Leo suis literis Aloysiæ illius matri, ea pietate, & religione ab ipso Rege obsequij, obseruantiaque munus præstitum, vt abortis propè lachrymis eum fuerit amplexus, egeritque Deo gratias, qui dederat; vt Reipub. filium dignitate, auctoritateque maiorem opibus, & potentia instructum, animi, corporisque bonis omnibus excultum, ætatis flore vernantem eidem Reipub. se pie adiungentem (vtor Leonis verbis) adicentem, submittentem aspiceret. Laudauit etiam sermonem eius religionis, & prudentiæ plenum. De colloquio Leonis cum Francisco Guicciard. l. 11.

* *Vrbinatem Ducem.*] V. Guicciard. loc. cit. vbi de causis belli inter Leonem, & Vrbini Ducem. V. etiam lib. 12. Ad Vrbini Regulum plures extant apud Bembum Leonis Epist.

* *Burghesius.*] V. Epistolam Leonis 25. lib. 14. ad Cardinalem Senensem, & Orlandum Malauoltum p. 3. lib. 7. Hist. Senen.

* *Petrucius Romam vocatus.*] V. Guicciard. lib. 13. Iouium in Leone: Panuinius Card. Petruccium ab Orlando quodam strangulatum narrat.

* *Bendinellus Saulius.*] V. Guicciard. Panuinium l. c. Folietta in eius Elogio.

* *Insidiarum periculo ereptus.*] De periculis Leonis Decimi, Card. Ægid. loc. cit.

* *Vnum, & 30. Cardd.*] Obseruat idem Cardinales Leonem, pacis studiosissimum, vt omnibus pacem tribueret, Cardinales ex omnibus gradibus, dignitatibus, ordinibus, tamquam ex partibus Christianorum omnium firmissimæ pacis obsides habiturum, delegisse.

* *Selimi Turcarum.*] Ex Panuinio in Leone: de qua re etiam Card. Ægid.

De Columna, & de Vrsinis.

Lib. 11. Epistola 20. apud Bembum.

Ep. 12. l. c.

A * *Supplicationes solemnes.*] A Vaticana Basilica ad Templum S. Mariæ de Minerua Panuinius, Card. Ægid. Iouius loc. cit. Rem multis narrat Paris Grassus in Diarijs: supplicatio tertia à Vaticana Basilica ad Ædem S. Mariæ ad Mineruam peracta fuit, Dominica de Rosa. Paris loc. cit.

* *Pedibus ipse nudatis.*] Ita Panuinius: at Card. Ægidius tunc superstes, scripsit, Leonem discalceatis pedibus in ea supplicatione incedere, voluisse; sed, ne id faceret, à Cardinalibus obsecratum. Paris Grassus narrat, Leonem sine sottularijs, & crepidis iter à Vaticano ad Mineruam confecisse, idemque factum à Cardinalibus, paucis senibus exceptis; tunc à Cardinali de Farnesio Diaconorum Principe, post Sadoleti orationem, lectum fuit diploma expeditionis in Turcas. Paris loc. cit.

B Immea erat Regis Turcarum cupiditas subiiciendi sceptro suo Christianorum ditones; fecerat, faciebatque progressus, quorum nonnullos Iacobus Sadoletus, electus Episcopus Carpent. anno 1518. 19. Kalend. Aprilis in eodem Templo S. Mariæ ad Mineruam, coram Pontifice, Cardinalibus, Principumque Legatis, oratione, quam, in generalium quinquennialium inter omnes Christianos Principes induciarum promulgatione, habuit, enumerauit, & de periculo, quod Christianæ Reipub. imminerebat, disseruit; orationem illam cusam legi.

* *Anno — 1519. Maximilianus. — defunctus est.*] Optimus Princeps, qui Lutheri impudentem ceruicem, si superstes fuisset, facile contudisset. De illius laudibus Georgij Sauromani, qua illi parentauit, extat oratio, Bononiæ cusa, anno 1519. mens. Februarij.

* *Franciscus Gallorum, & Carolus Hispaniarum Reges.*] De hac re Guicciard. lib. 13. Histor. Flauius in Vita Cardinalis sancti Sixti, Thomas de Vio, Iouius, & ipse Card. S. Sixti, Epistola ad Leonem X. part. 1. literarum Italicarum Principum, qui, cum, Franciscus, & Carolus ad Imperium adspirabant, & habebantur Francofurti comitia, erat in Germania Apolliticæ Sedis Legatus, quo munere apud Maximilianum functus fuerat.

C Anno 1519. die 28. Iunij, Carolus Electorum suffragijs ad Imperij fasces adscitus: quod non solum Guicciard. lib. 13. & Card. S. Sixti secunda ad Leonem Pontificæ Epistola, sed Carolus ipse literis ad eundem Leonem datis, testatus est. Die 4. Iulij Frederico Saxoniæ Duci (quo modo, aut quibus de causis, Card. Caietano Legato exploratum nõ erat) vasta Imperij moles tradita, sed quam ille statim, singulari magnanimitate, repudiatam suo suffragio in Carolum transtulit. Archiepiscopus Moguntinus, die Iulij 5. in Æde S. Bartholomæi, ex suggestu, coram non exigua nobilium, & aliorum virorum corona, Carolum in Cæsarem delectum pronunciauit; cui Imperij leges, ab eo non violandæ, ab Electoribus missæ; quas, Italicas factas, Legatus etiam ad Leonem transtulit. Guicciard. ab Archiepiscopis Moguntino, & Colonienfi, à Comite Palatino, & Saxonix Duce electum Carolum, (cui, si fuisset opus, Rex Boemiæ fauisset) Archiepiscopus Treuirensis, Marchioni Brandeburgensi, & hunc sibi ipsi suffragatum scripsit.

* *Non omnino sincere commendabat.*] Astringit Cabrera Leonis; quod, meo iudicio, non decuit. Fauerat Francisco Leo, sed deinde, sapienter, nouis causis perspectis, mutato consilio, ex animo, & sincerè Carolum commendauit; quem amauit plurimum, & magni fecit: vt ex literis pluribus ad eum datis apud Bembum intelligimus. Triumphauit gaudio Leo, Caroli electione cognita, & Vrbem totam plurimis lætitiæ argumentis editis, secum exultare, voluit. Paris Grassus publici gaudij argumenta recensuit in Diarijs m. s. s. ad diem 18. Iulij 1519.

E Carolus, mens. Iulio, 1519. Barchinone Leoni scripsit, se in Regem Romanorum, die 28. Iunij electum, vt ex Electorum Imperij literis agnouerat; filialem obseruantiam, & deuotionem spondit, seque non Romanorū Regem electum; sed Catholicum, vt antea, in literis appellauit: hanc ob rem, illius modestiam, Cardinalibus audientibus, Leo extulit: & postridie, sacro celebrato, Deo, quod tantum virum præficeret Imperio, gratias egit.

* *Venia legis à Leone impetrata.*] Ex Panuinio in Leone, quibusdam prætermisiss.

* *Prospero Columna.*] V. Panuinium loc. cit.

* *Franciscus Sfortia — imperium recepit (Mediolani)*] V. Guicciard. lib. 14. & Commentarios Galeacij Capellæ octo libris distinctos, de rebus gestis pro Francisci II. Mediolani Ducis restitutione; quibus bella pleraque, nouem annorum spatio, in Italia gesta complexus est.

* *Parma, & Placentia. — Pontifici cedunt.*] Guicciard. loc. cit. Panuin. in Elogio, Iacobus Nardus lib. 6. Hist. Florent.

* *Vitam amisit — Kalend. Decemb.*] Ita Guicciard. l. c. at Panuin. loc. cit. 4. Non. Decemb. (1521.)

* *Ætatis 47.*] Ita Nardus loc. cit. sed Panuin. 46. Coquæus part. 2. Antimornæi anno 45. mens. 11. dies 21. Pontificatus 8. mens. 8. die 20.

* *Mors — non caruit suspitione veneni.*] Panuinius in Elogio, Guicciard. Nardus loc. cit. Iouius, lib. 20. Histor. in fine, Leonis vi toxicæ peremptum fatetur.

* *Lutherus.*] Nardus loc. cit. Panuinius in Leone, Iouius

Lib. 3.

anno 1511 19. Kalend. Aprilis.

Est Leo accept. die 18. Iulij, Grassus in Diar. Card. S. Sixti Ep. 2. ad Leon. l. c.

loc. cit.

V. in Io. Bapt. Flauium in Vita Card. Caietani.

Ex Relat. m. s. illius qui.

lib. 3. Vitæ eiusdem, Io. Baptista Flavius in Vita Card. S. Sixti, Suerius in Hist. Prætorius, Genebr. lib. 4. Cron. Sanderus de Visib. Eccles. Monarch. Coquæus p. 2. Antimornæi, Antid. Cont. Opposit. 64. & 65. V. omnino Const. 40. Leonis X. & 41. nec non 4. Hadriani V L. tom. 1. Bullar. ante Leonis tempora, infera Lutheri tonitrua non audita: infano consilio, Diuinarum literarum oracula ad prauos sensus infelix fraterculus detorsit; Cæsareum autem, & Pontificium Ius, Pontificiaque diplomata Vuitembergæ palam exussit. Suerius in Hist. ann. 1520.

* *Cætu piorum amouit (Lutherum)*] Sacro fulmine infelix errorum seminator percussus, grauiore lapsu corruit. De illo à fidelium cætu à Leone amoto vide Const. 41. *Decet R. P. &c. p. 1. Bull. Dar. anno 1521. 3. Non. Ianuar.*

* *Franciscum Paulensem.*] Dominica prima Maij, ann. 1519. Leo in Vaticana Basilica, antequam virum sanctumonia, & miraculorum gloria clarissimum referret in Cœlites, de illius Vita, & miraculis insignem habuit orationem. Ex Relat. Consiſt. literas canonizationis, vt aiunt, recensuit, part. 1. Bullarij, Laertius Cherubinus, earum initium est, *Excelsus Dominus, &c.* in quibus leges, B. Franciscum, cum ardentibus prunas manibus illæsis arripisset, dixisse. *Qui perfecto corde Domino seruiunt, omnia creatura illi obtemperant.*

* *Judicij in rebus agendis peracuti.*] Loquatur Card. Egidius Viterbien. in Hist. 20. sæcul. *Qui de magnis rebus consilium capiunt, aiunt, neminem aut alium nosse, aut acutius conycere, aut grauius, accuratiusque Leone X. disputare.* De alijs animum eius excolentibus ornamentis, dixit. *Protexit te nomen Dei Iacob ab hostibus, bellisque ciuilibus liberauit; vt, non auro, non malis artibus, sed mansuetudine, modestia, pietate, fide, sapientia, castitate, liberalitate, & omni denique Diuinarum virtutum gloria in istud (Leonem alloquitur) rerum fastigium, à Spiritu sancto accitus enehereris.* Vitam autem eius mundissimam, pudicissimam, candidissimam appellauit. Lutherus ipse, tam dirus S. R. E. hostis, famam vitæ eiusdem Leonis inculpatam dixit: eius ad ipsum Leonem verba à Coquæo, p. 2. Antimornæi, referuntur.

* *Tumulus vilis.*] Si primus Leonis tumulus vilis; statuiam è marmore effectam, qua, subiectoq; Elogio, S. P. Q. R. acceptorum beneficiorum memoriam perennem esse, constituit, nobilem dices.

OPTIMO. PRINCIPI. LEONI. X
MED. IOAN. PONT. MAX
OB. RESTITVTAM. INSTAVRAMQVE
VRBEM. AVCTA. SACRA. BONASQ;
ARTES. ADSCITOS. PATRES
SVBLATVM. VECTIGAL. DATVMQ;
CONGIARIVM
S. P. Q. R. P.

Leo Pontifex creatus, Urbem affecit lætitia, felicitatis cuiusdam spem illi ingessit, eamque non vno fouit modo. Huc illud spectare videtur; quod narrat Card. Egid. Viterb. numisma, scilicet, initio Pontificatus, eius imperio, eum hoc titulo nobilitatum, VICIT LEO DE TRIBV IVDA, Leo Christus Dominus nobis sua morte vicit, sua nos victoria in æternorum bonorum spem erexit. Hæc mihi scribens allatum, nunquam antea vitulum, & quod non facile inueniri potest, numisma, cuius solum titulum Card. Egidius scriptis commendauit: in altera eius facie Leo, cui Angelus coronam affert, pede sub dextero, quo quasi manu vsi tolet, spherulam tenet, in ambitu illa sententia est expressa, VICIT LEO DE TRIBV IVDA: in altera SS. Petri, & Pauli imagines, & sub illis scutaria Medicorum parma, Regno, Pontificijq; Clauibus decorata, & verba. S. P. S. P. LEO PONT. MAX. spectantur. Christi Vicarius Leo, S. Petri Successor, huius, & S. Pauli cultor. Preces eius ad Deum ad hos terræ Principes, aliosque Cælites Io. Pierius Valerianus scite carmine recensuit.

* *Vacant Sedes.*] mens. 1. die 7. Panuin. in Elogio, & in Chron. Genebr. lib. 4. Chron.

Leo populo Romano priuilegia restituit, ann. 1. 14. Kalendas Aprilis in Templo S. Mariæ in Schola Græca, in *Cosmedin* nuncupata Canonicorum Collegium instituit, seu potius restituit; illud enim aboleuerat Eugenius IV. ann. 1435. cum eam Ædem Abbati, & Monachis S. Pauli extra Urbis muros, ordinis S. Benedicti, tradidit. Diploma Eugenij in Archiuo Vaticano asseruatur. Extitisse ibi olim Canonicorum Collegium, ex illa etiam in vna eiusdem Templi campanarum inscriptione, anno 1286. fuso ære exarata conijcies. *Ad honorem Beate Mariæ Virginis tres nobile ista facta fuerunt tempore Dominorum Presbyteri Luca, Presbyteri Petri, Iohanni, Iacobi, Pauli, &c.* nomine Pſebyteri, Canonicum intelligendum, autumabis, si quæ marmorea tabula ad fores S. Mariæ Rotundæ, quo in Templo Canonicorum Collegium viget adhuc, incisa continet, perpenderit. *Voces in Schola Græca indicant, ni fallor, ibi publicum literarum Gymnasium Urbis, Athæneum appellatum, ab Hadriano Augusto, ritu Græco, constitutum, extitisse: de qua re Iacobus Sirmundus præscarum rerum peritissimus ad Epist. 9. lib. 2. Apollinaris Sidonij. D. Augustinum in loco Rhetoricam docuisse, ferunt. Plura ad eam Ædem re-*

ferenda, collegit ingenius amicus Carolus Castellus, illius Canonicus: quæ, forsitan, libello aliquando perstringet, publicique iuris faciet. Anno 1516. 14. Kalend. Ianuarij idem Leo pragmaticam sanctionem improbauit, 1519. 10. Kalend. August. contra singulari certamine, depugnantes legem tulit.

Henricus VIII. Anglæ Rex librum contra Lutherum Leoni misit, Oratorisque sui Io. Clerk ore, se armis etiam Catholicam fidem defensurum, pollicitus est; laudatus à Leone Rex, liberque hilari fronte exceptus: id factum in secreto Consistorio, 30. Cardinales adfuisse, librum, ante orationem offerendum, ea habita, oblatum, à Regeque, & Consiliarijs eius scriptum, testatus est, in Diarijs Grassius; at Leo, literis ad Regem datis, 5. Idus Octob. ann. 1521. Pontif. 9. ab Henrico ipso librum contra hæreticorum errores à Luthero sulcitos, innouatosque compositum, missumque vt examinaretur, & Apostolica auctoritate approbaretur, fatetur, eum non vulgariter laudat: & Regem *Defensoris Fidei* titulo cohonestat, omnibus Christi fidelibus mandans; vt illum eodem titulo appellent. Laudauerat eundem Leo, Epist. 23. lib. 1. & 19. lib. 5. apud Bembum. Porro liber Henrici Regis contra Lutherum extat in Vaticana Bibliotheca.

Idem Leo, prius, nempe anno 1519. die Visitationis Deiparæ Virginis Cardinalem de Farnesio Diaconorum Principem, non tradito illi Presbyteri titulo, ad Ecclesiam Tusculanam euectum, & Sacerdotio insignitum, Episcopali caractere initiauit: alios Cardinales Diaconos, alios Sacerdotes alio tempore, consecrauit. Singulis annis, die SS. Cosmæ, & Damiani solemnibus sacris in Pontificio Sacello, cum Cardinalibus intererat; eosque absoluto Sacerdo, conuiuio honorabat. Cum ex literis Regis Lusitanæ aliquando intellexisset, inter ipsum, & P. Iohannem Æthiopum, & Indiæ Regem fœdus, contra Turcarum Regem, initum, rem Diuinam, die Assumptionis, solemnibus ritu, fieri, & Deo gratias agi, præcepit. Alexander Geraldinus ciuitatis S. Dominici in nouo Orbe Episcopus idola quædam, in quibus dæmones, antequam Christus in diffusa illa regione coleretur, responsa, siue oracula, ad homines decipiendos, edebant, Leoni X. iam muta effecta mittere decreuit, cupiens, ante Lateranensis Basilicæ ingressum, hac adiecta inscriptione, collocari.

Hæc sunt immania numina à LEONE X. Pont. Max. victa, & ab Alexandro Geraldino Episcopo, Beatitudinis eius seruo ab Æquinoctiali plaga missa, que modo tacent, antea loquebantur.

Hæc, & alia legi in m. s. Epistola Alexandri Episcopi ad Leonem M. P. an illa dæmonum instrumenta Romam peruenerint, cognoscere non potui. Petebat Alexander, ex Epistola, à Leone insignium Martyrum Reliquias, quarum thecæ, hæc se adscripturum pollicebatur.

LEO DECIMVS

Romanorum Pontificum primus Reliquias Sanctorum in hunc cardinem Mundi à tota gente humana seuinctum, in quem nullum antea nomen Dei nostri peruenerat, earatione misit, vt fera Barbarorum corda Religione emolliret, & multas Christi animas conquireret.

In honorem Annunciationis B. V. Mariæ, in eadem S. Dominici vrbe, in regione ab Europa, Asia, & Africa secreta, sub alio Orbis axe, sub alijs syderibus, Alexander Episcopus nobile Templum condi, (illuc enim innumeri, fere, homines à tota Æquinoctiali plaga confluebant,) & insignem Indulgentiarum thesaurum à Leone tribui desiderabat: in primarij autē ostij pariete hoc Elogium poni, volebat: vt ipse Leonem, ijs literis certiore reddidit.

LEO X. PONT. MAX.

In Vrbe Fluentina ortus è Nobili, Illustriori Medicorum Gente, hoc Templum, in axe à toto Orbe remoto, ob commune fidelium Christi bonum fieri imperauit.

Ad insigne autem pauperum domicilium à regijs ministris ceptum.

*O pijs sub toto Æquinoctio mortales,
O beata sub clementi Cælo gentes,
Que ad sanctam Dei fidem venistis,
LEO X. PONT. MAX.
patria Etruscus, Medicus genere,
Animi magnitudine, doctrina, & religione magnus,
Hanc profectam vestra tatum genti, vestra solum posteritati erexit.
Prospecte nunc quaso summam Vicarij Dei pietatem,
Que ab vrbe Roma in ignotum
Vsq; orbem vestrum se protendit.*

Plures Principum Legati Leoni obsequium exhibuere: Venetorum legatio insignis: nam decem ex primarijs Senatoribus, Andreas Grattus, Petrus Balbus, Petrus Landus, Dominicus Triuifanus, Christophorus Maurus, Hieronymus Contarenius, Leonardus Mocenicus, Marinus Georgius, Paulus Cappelhus, Georgius Emus, ad eam prouinciam lubeundam, decreti fuere. Venetijs, sua Epistola de hoc Petrus Bibiena Leonem monuit; die 28. Iunij, 1513.

Vide p. 1. Bullar.

Vide p. 1. Bull. Consiſt. 45. Leo X.

Ex P. Graf. Diarijs.

1520. Ex ijsdem.

V. part. 1. Literarum Principum

Leonis X. liberalitatem, passim celebratam, numisma in Milesij Sarazani Museo, innuit. In illius priori facie Leonis effigies, in altera mulier nummos à sacculo effundens, & ille titulus. LIBERALITAS PONTIFICIA.

Plestrarum calumniarum aculeos in Leonem Greferus, & Coquzus, mysterium iniquitatis conuellentis, retundunt. Ex multis Leonis diplomatibus, quæ in prima parte Bullarij, in Bullarijque Roderici, & ordinis Eremitarum S. Augustini, necnon ex multis Epist. à Bembo, Leonis nomine, scriptis, à Paridij; Grassi Diarijs plura ad eiusdem Pontificis vitam facientia defumi, possunt.

Magnus doctorum hominum numerus, Leone X. Pontifice, florebat: nonnullos in Senatum is legit, nonnulli Romæ, & Pisis publicè docebant: in Julio II. quidam recensiti: ijs adde Nicolaum Crecium Florentinum Cisterciensem monachum, Io. Eckium, Cochleum, Roffensem, Morum, Ambrosium Catharium, qui, antequam Dominico ordini nomen daret, Iureconsultus in Romana Curia vixerat. Alij recensentur à Genebr. lib. 4. Cron.

Multis poeticis lucubrationibus, Leonem laudibus cumularunt: qui alios antecellebat, tacere non potuit.

at Bembe sacendus

*Inter dona Deum nobis data, non erit unquam
Magnanimus LEO, quo Latium, quo maxima Roma
Attulit caput alta, paterque ex aggere Tybris
Assurgit, Romæque fremens gratatur ouantis.
Cus ab Auspicys iam nunc mala sydera mundo
Cessere, & lato regnat iam Iuppiter Orbe,
Puraque pacatum diffundit lumina calum.
Vnus, qui arumnas post tot, longosque labores
Dulcia iam profugas vocauit ad oca Musas,
Es leges Latio antiquas, redumque piunque
Restituit: qui iusta animo iam concepit arma
Pro re Romana, pro religione Deorum.*

Supplicationem, qua à Vatica Basilica ad Templum Reginae Angelorum ad Mineruam processit Leo, & de qua superius, diligenter commemorat Grassus. Sacræ Imagines plures, & Reliquiæ tunc delatæ, in primis Ferrum Lanceæ, quo Christi latus patuit, Capita sanctorum Andree, & Ioannis Baptistæ, Imagines Deiparæ Virginis Liberianæ Basilicæ, & Templi S. Mariæ in Porticu appellatæ, à Vaticano ad Mineruam quindecim altaria æquis destinata spacijs, insignibus Reliquijs ornata, cernebantur; tantus autem tunc fuit concursus, vt dixerit Grassus, qui aderat, vniuersæ Italæ homines tunc Romæ esse videbantur. Non infima erat Leonis Pontificis in sanctissimam Dei Matrem pietas, quam verbis, & factis patefecit; verba habes in diplomate, apud Turlellinum lib. 2. c. 16. & 17. Historiæ Lauret. fecit ea pietas, vt dona nobilia sacræ Cellæ offerret, vt campanam singularis magnitudinis, 20. millium pondo fundi, præciperet, Lauretum, aduersus hostium populationes, mœnibus muniret, Sacellum extrinsecus decorandum, curaret. vt Sansouinum, alioque artifices ad opus quam primum aboluendum, vrgeret; eum autem ornatum animo conceperat, qui Dei Matre, (quod humanæ diuitiæ ferrent) Christi Domini Vicario, loci maiestate, & religione dignus iudicaretur. Sansouino architecto, & Itatuario, cui formæ efficiendæ curam demandauerat, cupere se, dixit eiusmodi opus moliri, quo, in mole exigua, quælibet illius temporis magnificentia superaretur. Supremam manum operi impolitam videre non potuit: nam cælaturæ genus, & nobilium statuarum multitudo longiorem Pontificatum requirebat.

ADDITIO ABB. FERDINANDI VGHELLI
Ordinis Cisterciensis.

Non benè Cabrera Cardinales enumerat, qui electioni Leonis Decimi Pont. Max. interfuerunt; Philippus enim de Luxemburgo Episcopus Card. Tusculanus tunc temporis in Gallia apud Regem morabatur, vt ex monum. meis patet, quem paulò infra ipse inter absentes reponit, idemque errare conuincitur, dum asserit, Matthæum Cardinalem Sedunensem abfuisse, quem & illum cum 24. collegis die Veneris 4. Martij Conclauæ ingressum, fuisse ex monumentis iisdem liquet.

Leonis X. Pont. Max. præclara facinora vberimè scripsit inter alios eius sæculi Auctores, Stephanus Ioanninensis I. C. Senensis in Monarchia Medicea; vbi inter cætera habet, Leonis ad summam Pontificatus promotionem ita animum omnium populorum, Principumque Christianorum extulisse, vt quasi à Deo datus ab ipsis difficillimis temporibus coleretur, amaretur, ac maxima de ipso expectatio haberetur. Emmanuel Lusitanæ Rex lætissimam, quam conceperat non solum verbis per Paciecum celeberrimum suum ad Leonem Oratorem, verum opulentissimis muneribus, & iam inde ab Annibalis tempore in Italicis oris nunquam ab vilo conspectis expressit. Elephantem primo ratibus Romam aduectum, Leopardum ferocissimum animal venatione aptissimum, omniq; proflus humana voluptate iucundissimum munus destinavit. Cruces etiam è solido auro, miròq; opificio fabrefactas, calices purissimo auro ad sacrorum ministeria confectos, indumenta quæ in ipsis sacrorum cæremonijs gestantur, è solidissimo auro,

lapillis, margaritis, gemisq; desuper congestis per totum mirè elaborata. Vasa aurea, ac prægrandia ad summum maiestatis decus, summumq; splendorem eidem opulentissimo muneri concessit, Camelos elargitus, quos diuturno tempore conspiciere contigit. largiturus etiam, & alia opulentiora, ni Nauisilla, qua vehebantur, in medijs fluctibus fuisset demersa; hæc fuerunt Emanuelis potentissimi Regis ad Leonem munera.

* *Alphonse Petruccij Card. conuatio.*] Rem rotam narrat idem Ioannin. Verius tamen hæc habet Schelda Philippi Cafonij. *Cum enim Leo comperisset Saulium, Petruccium, Raphaelem Riarium, Hadrianum, ac Soderinum Cardinales in vltimam suam conspirasse 14. Kalend. Iunij die Martij Petruccium, ac Saulium comprehendit, ac in Hadriana mole carcere mancipari iussit: Riarius vero die Veneris 29. eiusdem mensis in Consistorio retentus. Re itaque diligentius examinata lese maiestatis rei inuentis, Pontifex die Luna 22. eiusdem mensis in publico Consistorio omnibus dignitatibus Riarium, Saulium, ac Petruccium primauit, ac die sequenti hora 4. noctis ex Vrbe fugit Cardinalis Hadrianus, quem non nisi die 5. Iulij, post annum elapsum, Cardinalatu amouit; Soderinus vero ad pedes piensissimi Pontificis prouoluit veniam petens, pecunia tantum panas luit, die 24. Iulij Riarius. & 31. eiusdem mensis Saulius reintegrati ad purpuram, & omnia beneficia, excepta dumtaxat voce actiua, & passiva, quam 25. Decembris anni 1518. vltro illis restituit Leo. Ex ijs facillè colliges in multis aberrasse Cabreram, præcipuè vero dum refert, Soderinum Cardinalatu amotum fuisse, ac Saulium, & Riarium tantum auribus peccasse. De Petrucciana hac infania, ac Leonis mitissimi Pontificis in rebelles indulgentia, ad iptum Lampridius, eo luit epigrammate.*

*Saulus, & insanabile Lupa concita nuper
Querebant, tacitis perdere te insidijs;
Sis tibi (vbi nomen) generosi est ira Leonis,
Non intam vilem seuses illa feram.*

*Si Deus es: Saulo ignosces; Sauli est prius hostem
Esse Iouis, sed mox pro Ioue cuncta pati.*

* *Bononiam ad colloquium à Francisco postulatam.*] Leo Pont. Max. Francicum Gallorum Regem Bononiæ excepturus, qui deuictis, domitisq; Insularibus, illuc venturus erat, Florentiam nobilissimam, ac florentissimam urbem, patriam suam, primo inuisit. Ingressus est Ciuitatem lætissimo totius populi plausu comitantibus decem, & octo Cardinalibus, pluribusque alijs Principibus, tam sæcularibus, quam Ecclesiasticis, totiq; Romana Curia die 30. Nouembr. per ditutam muri partem portæ S. Petri, quam Romanam appellant, à Petro Rodulpho iustitiæ Vexillifero, Bartita Donio, Laurentio Manuccio, Gannozio Saluiato, Bonaroto Simonio, Cosimo Sassetto, Petro Tornabonio, Bartholomæo Pantiatico, ac Bernardo Carnelecco Reipublicæ Florentinæ tunc temporis Prioribus; alijsque Magistratibus maximo apparatu susceptus ad Metropolitana primum Pontificali habitu indutus, perductus, inde ad sanctæ Mariæ Nouellæ, nobile Prædicatorium Cœnobium hospitatus, mutua inter ipsum, & excelsum Rempublicam humanitate, ac liberalitate tribus diebus, quo ibidem permansit, certatum est, ac creatis duobus Legatis Cardd. Medice, & Flisco, vt Regi ad eum venienti obuiam irent, suoque nomine, illum exciperent, mense Decembris & ipse Bononiam profectus, lætissima pompa receptus est. Cumq; Rex clarum, atque illustre ei oblequij, obseruantiq; munus præstitisset, ac pacem vniuersæ Christianæ Reipublicæ maximè vtilem inter sese firmassent, omnibus rebus ritè, ac sanctè peractis, Florentiam iterum reuersus 22. eiusdem mensis. Sanctissimi Domini nostri Natalis die, Misfam Pontificalem in Metropolitana celebrauit; Rempublicam, eiusq; nomine, omnem Florentinum populum Ense, ac Pileo ferico, ex consuetudine Romanæ Ecclesiæ, cohonestauit, Ciuitatem ipsam, ac Dominium diuersis priuilegijs, indultis insigniuit; Prioribus, ac successoribus in perpetuum publicas signandi literas sigillo plumbeo chordulis cannæpapis pendente facultatem impertiuit. Petro Rodulpho Vexillifero insignia Mediceæ Familæ donauit, quæ ipse, & posteri eius gestare, vel sola, vel cum antiquis Rodulphæ familæ possent, eundemq; Comitum Palatinum, esse voluit; Prioribus etiam supra enumeratis, vnam ex pilis, quam in gentilitio scuto ipse gestabat, concessit, ac Comites Palatinos illos fecit. M. S. Monument.

Pisanam Academiam olim à Laurentio patre institutam, & iam penè collapsam in augustiorem formâ restituit, priuilegijs illustrauit, atque ad literatorum opulentissima eroganda stipendia sacrum vethgal à Florentino Clero exigendum indulsit. Cui Academiam hos quinque Præfectos ea in Vrbe celeberrimos viros instituit, Laurentium videlicet Medicem, Iacobum magnum Saluiatum, Nicolaum Capponium, Robertum Acciaiolum, ac Ioannem Zanobij Magistri Lucæ, quibus publicam omnem auctoritatem impertiuit, ad illius Academiam neruos augendos, ac propagandos, ductis insuper ex primoribus Italicæ Ciuitatibus claris, ac doctissimis viris, quos inter fuit Philippus Decius, anathemate iam expiatus, Matthæus Neruccius Geminianen. Io. Marcus Ferratinus, Hormanetus Datus nobilis Florentinus, Marianus Sozinus Senensis,

Christo.

V. Cornef. lib. 3. de Gard.

Mieron. Fraait:ri l. 2. Syph.

In Diarijs.

Christophorus Aretinus Mathematicus, atque A. Suetlanus eius
 xui Peripateticorum Princeps. Sexta die Febr. quæ cinerum erat,
 Leo in Metropolitana Ecclesia, cum tota Curia solemnibus Missis ce-
 lebrationi præfuit, ac cinere de more circumstantes aspersit: Sacris
 peractis Florentinæ Reipublicæ Magistratus, qui celebritati ad-
 fuerant ad sanctissimi Pontificis pedes prouoluti supplicarunt, vt
 B. Antoninum Archiepiscopum Florentinum in Sanctorum nu-
 merum adscriberet; Anuit illic pius Pater, ac eius rei curam Ia-
 cobo Simonetæ Rotæ Auditori commisit. Demum decimo octa-
 ua eiusdem mensis à patria Romam petiturus discessit, quo tem-
 pore Reipublicæ præerat Bernardus Morellus Vexillifer Iustitiæ,
 vna cum Prioribus Baptista Ciciaporcio, Fracisco Serfrancisco,
 Francico Gerardo, Iacobo Spino, Ioanne Viuario, Paulo Bencio,
 ac Iuliano Gagliano.

* *Paulo ante obitum Franciscum Paulensem.*] Die prima Maij
 anni 1519. solemnibus Canonizatio Sancti Francisci de Paula facta
 est à Leone. Monument. nostra.

* *Tres in Vaticano porticus.*] Præclara Leonis ædificiorum
 monumenta recenset Steph. Ioannin. Leo enim nil profus à Me-
 dicea illa maiorum suorum maiestate aberrans, plura perenni æter-
 nitate celeberrima posteritati reliquit. Primò namque in Vaticano
 testudinem illam Templi partem, quæ ad lætam eiusdem angustis-
 simo opere fabricatam conspicimus porfreticis, atque lapideis la-
 teribus opulentissimo opificio fabricatam, cui si longiori æuo viue-
 re contigisset, Vaticani spectatissimum mausoleum ad calcem
 vsque euexisset: Pontificios etiam lares, & collabenti vetustate
 deformatos in augustiorem formam euexit, suoque nitore resti-
 tuit: Vaticani Laquearia, quæ in porticibus illis in excelsum
 eminentiam vergentia conspiciantur, egregie expoliuit. De-
 lubrum, quod ad maius eiusdem Templi simulacrum, vergit,
 marmoreis lapidibus ornauit. Apud Lateranum pleraque rubigi-
 ne infuscata, & collabenti nouo ædificij nitore honestauit, Con-
 stantini Balneum omni profus venustate colapsum, laqueario pa-
 uimento illustrauit, ac decorauit. Cubicula Pont. Michaelis Vin-
 cij, seu quisquis fuit, pictura insigniuit. Obliquam illam, atque
 inuersam semitam, quæ ad Populi delubrum vergebat, in rectam
 amplitudinem, quæ vsque hodie videtur dilatauit. Florentia sacram
 Adem Diuo Laurentio à Mediceis parentibus olim à fundamentis
 erectam, marmoreis simulacris exoliendam, iussit. Romanum
 Gymnasium dotauit, atque adauxit; Literatorum omnium defen-
 sorem accerrimum semper se præbuit. Diuæ MARIE Lauretanæ
 murorum spectatissimam illam congeriem opulentissimo opificio
 fabricatam, fundauit. Nonnullos Piceni Tyrannos securi percus-
 sit, ac totam illam prouinciam seditionibus internis pacauit. Vt
 anniuersaria die, infra octauam omnium Defunctorum, pro de-
 functis Cardinalibus per Camerarium celebraretur 5. Febr. 1518.
 instituit. Volaterranos prima eorum libertate ad suorum omnium
 oppidorum imperia restituit, qui tanti muneris celebritate neuti-
 quam inamemores, in medio fori Leoni Mausoleum erexere, hisce
 verbis inculptis.

**LEONI DECIMO PONTIFICI MAXIMO
 VOLATERRANÆ REIP. RESTITVTORI.**

* *Tumulus eius vilis.*] Inclitam Leonis vitam testantur, qui
 de eo extabant in Vaticano ad tumulum hunc, ij versiculi à Fran-
 cisco Suuertio feruati.

LEONIS. DECIMI. PONT. MAX. DEPOSITVM.

*Delicia humani generis, Leo maxime tecum
 Vis simul illucere, interiere simul.*

* *Episc. ex Card. à Papa Leone X. creati.*] Rectius monu-
 menta M. S. apud me numerum indicant. Mense Martio 1517. Fraciscus
 Cardinalis Volaterranus ex Episcopo Albanensi factus Præ-
 nestinus per obitum Card. Arborensis. Card. Surrentinus ex Presb.
 Episcopus Albanen. Ann. 1518. 8. Febr. Card. Nicolaus de Flisco
 Episcopus Albanen. per obitum Cardinalis Surrentini. Die 15. Iu-
 nij 1519. Alexand. Card. Farnesius ex Diac. S. Eustachij electus
 Episcopus Cardinalis Tusculanus, & 24. Iulij anni 1521. Ber-
 nardinus Carauaial, per obitum Card. Riarij creatus Episcopus
 Ostiensis, & Collegij Decanus. Card. de Flisco, ex Albanen. Sa-
 binensis, & Card. de Monte ex Presb. Card. tt. S. Praxedis, Epif.
 Card. Albanensis.

**NOVA ADDITIO AVGVSTINI OLDIOINI
 SOCIETATIS IESV.**

Quando Medicei Florentia eieci sunt, Leo, tunc temporis Io-
 annes Cardinalis exuta purpura, cineream cucullam ad Se-
 raphicis Sacerdotis effigiem sibi induit, elapsusque inter
 tumultum occupatæ, & discurrentis turbæ ad D. Marci Cæno-
 bium, vt ibi se tantisper conderet, non admittitur. Eius itaque
 refugij spe deiectus ad S. Galli portam rectè perrexit, atque ibi,
 quod nondum ab inimicis erat occupata, consensu equo, quem
 fors obtulerat, per Marinæ amnis vallem, & deuos Appennini tra-
 mites Bononiam ad fratrem contendit. At cum ter improperè re-

ditum in patriam tentasset Ioannes, excedere tantisper Italia, &
 per externos populos, vt temporibus seruiret, peregrinari con-
 stituit: cum dignitate enim Romæ esse non poterat; nam Alexan-
 drum Pontificem, & Venetos, ascitis in societatem Florentinis,
 sedus cum Gallis percussisse cognouerat. Ab Alexandro igitur
 commeatu facillè impetrato, cum Iulio fratre patruale, & duode-
 cim equitibus, deposita purpura, pari cultu cum cæteris, è Ve-
 netijs in Vindeliciam transcendit; peruagatusque est eum Germa-
 niæ tractum vrribus florentem, singulari cum sua, tum comitum
 omnium hilaritate. Nam cum personam dissimularet, & vnus sin-
 gulo quoque die, qui specie domini cæteris imperaret, ex corona
 sorte crearetur, acerbitatemque præsentis fortunæ ingenti animo
 contemneret, nihil vnquam se expertum iucundius, atque festi-
 uum ea vitæ libertate prædicabat. In Vlmam Sueuorum vrbe-
 cum peruenisset à Magistratibus honestè retentus primò, deinde
 sub custodia ad Maximilianum Cæsarem est deductus, qui eum
 vir humanissimus perbenignè suscepit. At cum causas suscepti iti-
 neris cognouisset Cæsar, consilium eius magnoperè laudauit, quod
 domesticæ calamitatis casum sapienter ferret, spatiumque tempo-
 ris censeret interponendum; quo ex bellicarum rerum successibus
 ad repetendam patriam fortunæ benignioris occasio præberetur;
 quodque interea ignobili ocio non modò honestam, atque vtilem
 peregrinationem, sed erudito ipsius ingenio longè dignissimam
 prætulisset, qua haud mediocriter ad perfectam humanarum rerum
 peritiam adeundis tot nationibus erudiretur. Dedit insuper ei di-
 plomata ad securitatem itineris, ac epistolas, quibus eum Philippo
 filio Belgarum Principi obnixè commendabat. Inspecis itaque cir-
 cumterranis vrribus, ac peragrata nobiliore Germaniæ parte in
 Belgas ad Philippum peruenit, à quo planè regiè, & luculentissi-
 me est susceptus; inde in Morinos ad Oceanum perrexit, in Bri-
 tanniam traiecturus, nisi comitum ingentes tum fortè Oceani fluc-
 tus formidantium hortatu in Galliam deflexisset. Cum Rothoma-
 gi ad hostia Sequanæ versaretur, Galli exemplo Germanorum eum
 cepere, neque eum quamquam sese detegentem, & Cardinalem
 esse profitentem dimissuri erant, nisi Petrus frater, qui tum Me-
 diolani Ludouico Regi aderat, literas ad id impetrasset. Ab Ocea-
 no demum per totam Galliarum latitudinem Massiliam delatus, con-
 ducto insigni nauigio Romam nauigare constituit; aduersantibus
 autem ventis cum Liguriam præterueheretur, in terram descen-
 sione facta, abiectoque nauigandi consilio Saonam peruenit. Erat
 ibi tum Iulianus Ruuereus Cardinalis, qui vltro conspectum Ale-
 xandri Pontificis defugerat: is & longi itineris labore, & maris
 nauisæ vexatos, amicè, liberalissimèque suscepit. Ita vt tum in vna
 menta tres exules sint conspecti, vehementer inter se de priuata, &
 publica rerum fortuna conuerentes, qui non multis inde annis,
 tamen si spe dispari, non dissimilitamen sorte, ad summum Chris-
 tianæ dignitatis fastigium peruenerunt. Genæ demum apud
 Magdalenam sororem, quæ Innocentij VIII. nurus fuerat, ali-
 quandiu commoratus est; inde profectus Romam; qua in Vrbe
 cum splendidioris vitæ consuetudinem remittere nollet, sæpe acci-
 dit, vt in medijs conuiuiorum apparatus pecunia deficeret, hæc
 ingentis, & regij spiritus virum, ac principali vitæ deditum vehe-
 menter angebant; quod aut remittenda foret splendidioris vitæ
 consuetudo, vnde nominis famam abundè tueretur, aut creditoribus
 tam benignè de se meritis omnino decoquendum. Verum
 tanta erat è vultu semper læto inopix dissimulatio, & operta con-
 temptio, vt certos eum semper crederes è cælo prouentum expe-
 ctare, quibus omnino præstanti fide debita pecuniæ soluerentur.
 Cum verò à frugi monitoribus aliquando reprehenderetur, dicere
 solebat, *Insignes viros cælesti sorte fieri magnos; propterea nihil
 eis vnquam posse deficere, nisi ipsi animis omnino deficerent.*

Romam reliquit, vt patriam repeteret, qua in Vrbe dum ad cõ-
 ponendas Reipublicæ res intenderet, iterum Romam Iulij obitu
 redire coactus est; quare audita Iulij morte lectica vectus, Floren-
 tia Romam modicis itineribus ad Comitiam contendit; tanquoque po-
 puli studio postremus omnium Conclauis est ingressus, vt procul-
 dubio constanti omnium salutantium omine Pontifex euasurus es-
 se crederetur. Cæterum vbi in Conclauis statim Ioannes est rece-
 ptus, in partes suas sibi iam pridem conciliatos iuniores Cardinales
 pertraxit, renunciatus summus Pontifex die Venoris 11. Martij,
 coronatur ad gradus Basilicæ S. Petri die 19. eiusdem mensis, &
 die 11. Aprilis eadem scilicet die, qua fuerat anno præterito à Gal-
 lis captus, ad Basilicam Lateranensem solemniter equitauit, vt ha-
 bemus ex Diarijs. Ciaconius rem aliter supra refert; sed ipsemet
 Leo in suis literis ad Interamnenes datis, quas inferius rescribam,
 die 25. Februarij Cathedram Petri se ascendisse scribit. LEONIS
 DECIMI nomen sibi desumpsit, vt potè qui propter innatam excel-
 sello, regioque animo elementæ virtutem non expresse quidem
 titulo, sed erudita allusione magnanimi cognomentum afficere-
 tur, duorum superiorum secutus exemplum, quibus Alexandri, & Iu-
 lij augustissima nomina placuissent. Non defuere qui dicerent,
 Claricem Vrfinam matrem pleno iam vtero Leonem ingentis ma-
 gnitudinis, & mitæ lenitatis in Reparatæ Templo Florentiæ om-
 nium maximo se parere sine genitu somniasse. Neque Leo mox
 homines sefellit; cum Petrum Soderinum iam Florentia, vti Medi-

Excedit
 Italia.
 Francisc.
 Gualciat.
 in Histor.
 Itinera.

Sub enstod-
 dia ad Ma-
 ximilianū
 Imperato-
 rem dedu-
 citur.
 A Cæsare
 benignè
 recipitur.

A Philip-
 po in Bel-
 giæ regiè
 exceptus.

Galli Ios-
 nem reci-
 unt.

Saonam
 peruenit.
 A Iuliano
 Cardinali
 Ruuereio
 accipitur.
 Tres ex-
 les in men-
 sa destina-
 ti ad Pon-
 tificatum.

Romam
 peruenit.
 Vitam du-
 cit splen-
 didam.

In patriam
 redit.

Romam
 petit.
 Paul. Iou.
 in Vita.

Renuncia-
 tur sum-
 mus Pon-
 tific.
 Felix Con-
 telor. in
 Elencho.

Leo no-
 minatur.

Mater se
 Leonem
 parere
 somnias-
 se.

Leo me-
 mo habuit
 Florentia
 sup.
 Paul. Iou.
 in Vita.

Petrus Soderini ab exilio reuocat. Recipit Mediceorum hostes.

Clemente se ostendit in Carauaiale, & Sanseuerinum.

Henricus Spondan. in Annot. Ecclesiasticis.

Ad Interamnenfes literas. Felix Cotelor. in Blencho.

ceorum inimicum, eiectionem, & Ragusio in Urbem reuocasset, eoq; summo cum honore suscepto Contessine sororis filio Aloysio Rodolpho ex Soderini fratre filiam in matrimonium collocasset. Pepercit, & alijs Mediceorum aduersarijs, Valorio scilicet, quem prope Volaterrano carcere eductum, libertati, patriæque restituit; haud dubie Capponio etiam, & Boscolo veniam daturus, nisi paulo ante octouiali iudicio damnati perijissent. Eandem quoque animi magnitudinem, & clementiam erga Carauaialem, & Sanseuerinum Cardinalia dignitate à Julio spoliatos protinus ostendit. Hi Iulij morte audita, Lugduno vnà cum Galliæ Regis Legato mari Romam contententes, vt Pontificis creationi interessent, intellecta in portu Liburni Leonis assumptione, eiusque lenitate freti, nulla alia cautione quæ sita sponte Pisas sunt profecti, ibique honorifice excepti, ac deinde Florentiam perducti, honestè ita custoditi fuerunt, vt discedendi facultatem non haberent, monente eos benignis verbis Pontifice, vt propriæ securitatis, & Pontificatus tranquillitatis causa, donec quo pacto illis Romam esset veniendum, decerneretur. Florentiæ morarentur Cardinalatus insignibus abstinentes. Ita namque rem contigisse tradit Guicciardinus, qui tum Florentiæ erat; cum nihilominus sint, qui velint, hos Cardinales ad Arpi fluminis fauces à militibus captos, Pisas abductos esse, & inde Viterbium, ac demum in ciuitatis Castellane arce inclusos, ibi è vinculis causam dicturi essent. Verùm illos non ex ea arce, sed ex vrbe Florentia Romam postea ductos esse ad penitentiam profitendam, disertè traditur in actis palinodia ipsorum; nec aliter Iouius, qui in portum Pisanum delator, retentor esse in libera custodia affirmat: illi autem Iulium adhuc iracundum, ac rixosus representare student, non Leonem manluetum, atque pacificum. Sic ergo Carauaiale, ac Sanseuerino Romam perductis, & in Senatu sine purpuræ insignibus suppliciter veniam petentibus facile ignouit, pristinumque eis honorem, & Sacerdotia restituit, cum Acta Pisani, Mediolanensis, & Lugdunensis Concilij penitus abrogassent, & Lateranense vti legitimum, & iure optimo indictum solemni assensione comprobassent. Initio Pontificatus has Interamnenfes literas dedit.

SALVATOR Noster Dominus Iesus Christus, vt ab aeterna morte liberaret humanum genus, mortalitatem Nostra carnis assumptione, sacrosanctamque vniuersalem Ecclesiam sua passione fundatam in terris, vsque ad consummationem seculi perpetuari voluit, & gregis sui oues pascendas per variam successionem Pastorum, qui eas verbo, & opere ad aeternam gloriam immitterent, disposuit. Sane cum fel. record. Iulius Papa II. Predecessor Noster II. Februarij, sicut Domino placuit, ex hac mortali vita migrasset ad immortalē, post funerals ipsius, ac solemniū exequiarum, vt moris est celebrationem, Venerabiles fratres Nostri S. R. E. Cardinales, de quorum numero tunc eramus, Romæ in palatio Apostolico apud Basilicam B. Petri Apostolorum Principis, in quo idem Predecessor Noster dum viveret, habitabat, & presentis vite cursum finierat in Conclauis pro electione futuri Pontificis celebrando, modo, & tempore congruis in virtute Altissimi conuenerunt. Vbi varijs consilijs, & maturis deliberationibus prehabitis, facta celebratione Missæ in honorem Spiritus sancti, post diligentem tractatum, prout tanta rei, qua nulla maior in terris agitur, grauitas exigebat, tandem predicti fratres, eius qui inuocatus fuit, gratia, cordibus eorum infusa, licet in alios maioribus meritis insignes conuenire potuissent, certo tamen Dei iudicio, cuius consilia inscrutabilia sunt, Nos tunc S. Mariæ in Dominica S. R. E. Diaconum Cardinalem in Sponsam, Pastoremque Ecclesia sue sancta quanto Kalendas Martyr vniuersi voluntate, & concordia elegerunt. Quoniam ergo sicut Domino placuit, ita factum fuit, quamuis Nos habere humeros imbecilles ad perferendum tantum onus, quantum est vniuersalis Ecclesia sarcina, sentiremus; tamen ne reluctari videremur diuina voluntati, collum subimus iugo Apostolice seruitutis, sperantes in eo, qui infirma elegit mundi, vt confundat fortia, cum Romanus Pontifex, licet per ministerium hominum eligatur, ex cælesti tamen inspiratione procedit, quod fragilitati Nostræ robur sua gratia inspirabit, & vires contra hostes fidei suggeret, vt & perfidis Turca non solum à suis ausibus retrahantur; sed spe diuini auxilij, & presidij Nostro, ac Catholicorum Regum, & Principum penitus conculcentur. Idcirco exhortamur in Domino vestram deuotionem, vt solemni processione prehabita, vnà cum celebratione Missæ S. Spiritus porrigatis Altissimo vestras preces, humiliter supplicando, vt Nobis vberem gratiam largiatur, qua Nos sufficientes reddat ad regendam Ecclesiam suam sanctam. Nos enim erga deuotionem vestram dispositi sumus, vt omnia, que cum Deo, & huius sanctæ Sedis honore pro vestris commodis facere poterimus, à Nobis sperare possitis. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo duodecimo, quarto decimo Kalend. Aprilis, Pontificatus Nostri, Anno primo.

Eidem Leoni ob amplissimam dignitatem, maximumque Pontificatum his literis gratulatus est Greg. Cortesius: postea Cardinalis. Scio fore complures qui tibi ob demandatam amplissimam dignitatem, maximumque Pontificatum, mirum in modum sint gratulaturi, idq; non suo sibi tantum iudicio, sed fortasse etiam

A ceterorum omnium rectè, atque ordine facere videbuntur. Si enim cum mediocri alicuius dignitate cupiam, quo cum nobis vetus amicitia intercedat, fiat accessio, alienum quippiam ab officio facere videmur, si non perinde ostenderit eo nomine letari, quasi nosmet ipsi eodem honore aucti, & cumulat fuerimus. Quid eos facturos putamus, cum tibi hac dignitas, præsertim nec ambientis, nec expectanti, sit demandata. Qua maior aut amplior ab homine Christiano, nec desiderari quidem posse videtur. Habet enim summum illud Sacerdotium amplius quiddam, atque augustius, quam vt id in cæteris dignitatibus inuenire possimus. Excellit qui eo fungitur communem hominum statum, medijs inter diuos, atque mortales est constitutus. Cæteris nempe vt sint maximi, vt sint potentissimi Reges, in corpora tantum, atque res nostras imperium exercere est permissum, vt rectè à quopiam dictum sit, equam eos cum canaride vum esse sortitos. Tibi verò immortalis illa nostri, atque adeo diuina pars, animus ipse, scilicet, est subiectus. **B** Nihil in iurisdictione tua humanum, nihil terrestre inuenitur, diuina omnia, atque cælestia sunt. Quo fit, vt non certis limitibus, montibus, scilicet, fluminibus, aut mari, imperium tuum terminetur, quodcumque ab ortu ad occasum die, noctuque Sol aspicit, tuis nuius, tuoque imperio est subiectum, nec ea ratione, vt id immixtus aliquando, aut labefactari possit, quoad Romanam religionem, quoad nomen Christianum denique, quoad Christus ipse regnabit, quoad futurum est ad omnem aeternitatem, eatenus summi Pontificis auctoritas, maiestas, atque imperium perdurabunt. Hac atque eius generis complura scio eorum nomine qui tibi gratulantur, ad te quotidie perferrè, aureque tuas eiusmodi vocibus circumsonare, vt mihi nequaquam sit necesse, tristo iam vestigijs omnium, & conculcato itinere proficisci. Ego verò pro hac dignitate, qua omnium Patrum suffragijs tibi, nec expectanti, nec desideranti est demandata, omnium ordinum Sacerdotibus, Principibus, Regibusque, qui eadem nobiscum religione censentur, vniuersa denique Resp. Christiana mirum in modum gratulor. Cum enim vitam moreque tuos ab incunte aetate considero, cum castissime superatam adolescentiam, iuuentutem atque grauisimam, atque sanctissime. Cum præterea inueor quanta animi fortitudine, atque constantia, paupertatem, diuturnumque exilium toleraueris, qua prudentia, errore fortasse aliquo, grauem tibi aduersarium Alexandrum Pontificem maximum, eo deduxeris facilitate tua, & suauissimis moribus, vt non modo odium dissimulare vellet, se etiam ad declinandam inuidiam, se tibi cuperet haberi amicissimum. Omisso hic domesticam familiæ tuæ disciplinam, qua nihil sanctius, nihil moderatius, præsertim in hac morum corruptela, excogitari potest. Hac atque eiusmodi pleraque mihi ad memoriam reuocanti, facile persuadetur, fore vt plane ostendas, non te hac potissimum aetate electum esse, vt ad corruptos huius temporis mores, hi qui te sibi prætulerunt suffragia sua accommodarent, sed vt declararent istis quoque temporibus mira accidere posse, vt cum admodum iuuenis, nondum scilicet annum quiniū, & trigessimū supergressus, tanto oneri idoneus es iudicatus, id earatione factum esse, quod quasi lumen quoddam in hisce tenebris elucere viderent sanctitatem, & prudentiam, & magnanimitatem tuam. Præterea te esse solum qui posses ad tam vastæ nauis gubernacula, veluti in summa puppi sedere, inter medios fluctus, & undique circumstrepentes procellas tuto cursum tenere. Quo fit, vt nunc demum sibi omnes polliceantur pristinos Christianorum ritus, & mores sanctissimos, qui ex minimis in istis in hunc amplissimum rerum statum, Rempublicam nostram promexerunt. Tibi verò pruatim haud satis scio an debeam gratulari, & si enim fieri non potest, vt maxime te dignitate auctum, pro ea qua mihi tecum ab adolescentia intercessit, seruitute, non vehementer gaudeam, sepius tamen mihi venit in mentem periculi quam dignitatis tue. Licet enim ad maxima quaque natus esse videaris, licet magnanimitatis, atque innocentie nemo me tibi testis certior esse possit, tam graue tamen est onus quod tibi nuper impositum est, præsertim cum tibi tam lubrico infestoque itinere sit incedendum, vt nulli dubium sit, minimum esse debere securitati, maximum autem timori locum. Quid enim, vt in aliquo simili verfer, nonne pastores timendum esset, cuius cura innumeri greges, infinita armenta earatione commendarentur, vt capitis sui periculo custodienda susciperet, præsertim lege posita, vt culpam omnem, & periculum ipse esset præstiturus? Vigilandum utique assidue, sus minima gregis autem maxima cura esset habenda. In hoc rerum statu cum tibi Leo agendum esse videam, mihi quidem gratulor, cæterisq; omnibus qui tuo aquisitissimo imperio sunt subiecti, tibi verò eo tantum nomine, quod post diuturnos maximosque labores, post pericula maxima que spero fore, uti præclara hac indole virtutibus omnibus cumulata, facile superes, par tanto discrimini, atque adeo longè maior merces est preparata: danda igitur tibi opera est, vt ei opinione quam de te in inferioribus magistratibus concitasti, in maximo hoc, atq; supremo studio, labore, diligentia, atq; animi magnitudine respondeas. Et vt Patres qui tibi munus hoc demandarunt, in eo admirandi esse videantur, quod si se æquo animo passi sunt præteriri, id maximo iudicio fecisse sint putandi, quod es potissimum cesserunt, qui ingenio, atque industria, adde etiam moribus, & sanctitate,

tantum

Orbis Christi
Leonis as-
sumptione
gudet.
Leonis
Precepto-
rum
Familiaria
Poeta
amat.

Cœcilium
Lateranen-
se profes-
sionem

Bellum
contra
Turcos
Monsi PA
in De-
script. Bi-
bli. Vatic.

Oratores
Principum
recipit.

tantum ceteros omnes excelleret, quantum loco, & dignitate esset
prestiturus. Vale.

Ex Leonis assumptione vniuersa Respublica Christiana maxi-
mam percepit voluptatem, quod tum ex patris clara virtutis me-
moria, tum ex ipsius liberalitatis, comitatisque fama, tum etiam
quia castus, atque optimis moribus præditus habebatur; tum item
quod paterno exemplo, eruditorum, omniumque illustrium in-
geniorum amans futurus sperabatur, illum præstantissimum Pon-
tificem fore per suam erat. Nam prima ætate Angelo Politiano,
Demetrio Chalcondyla, & Urbano Bolzano Institutibus usus,
Familiare postea habuerat Picum Mirandulanum, Marfilium Fic-
cium, Christophorum Landinum, Ioannem Lacarem, Marul-
lum, ac Tarcantotam. Singulos, vel mediocri etiam nominis
Poetas, & exquisitis, ac nobilioribus Artibus instructos tanta be-
nignitate suscipiebat, vt omnes iam excitatis animis ad excolenda
literarum studia vehementer accenderentur. Qua spe felicissimè
concepta ab eruditis id carmen in arcu triumphali ad Hadriani
pontem est inscriptum, quo superiorum Pontificum mores cum
Leonis laude lepidissimè notabantur.

*Olim habuit Cypris sua tempora, tempora Mauros
Olim habuit, sua nunc tempora Pallas habet.*

In eo quoque arcu, qui erat ad biuium viæ Triumphalis præcla-
rissimo totius populi studio, & hoc eximia grauitatis, & gratiæ
carmen cubitalibus literis fuit inscriptum.

*Vota Deum, LEO, vt absoluta, hominumque secundes,
Vine pio, vt solitus: vine diu, vt meritis.*

Cum autem ob sedis Apostolicæ vacationem nonnihil Concilio
Lateranensi remississent Patres, nouus Pontifex Cœcilij prosecutio-
ni insistent, sextam Sessionem indictam à Iulio in tertiu Idus Apri-
lis, in Mercurij diem vigesimam septimam eiusdem mensis Apri-
lis remisit, qua præsentem ipsomet Pontifice post solemniam con-
ficta, ad eiusdem Concilij prosecutionem disposita sunt necessa-
ria. In hoc Concilio bellum contra Turcas firmatum est; quare in
Bibliotheca Vatica hæc extat Leonis memoria.

**IVLIO II. ET LEONE X. PONT. MAXX.
BELLVM CONTRA TVRCAS, QVI SYRIAM, ET
ÆGYPTVM PROXIME SVLTANO VICTO
OCCVPABAT, DECERNITVR.
MAXIMILIANVS CÆSAR, ET FRANCISCVS
REX GALLIARVM BELLO TVRCICO
DVCEB. PRÆFICIVNTVR.**

In hoc Concilio Lateranensi, anno 1516. die Veneris 19. De-
cembris in vndecima Sessione tres Oratores Petri Patriarchæ Ma-
ronitarum Montis Libani obedientiam ipsius nomine præstiterunt,
ac literas lingua Chaldaea, seu Arabica obtulerunt, quæ in Latino
verba tales fuerunt.

MANDATVM PATRIARCHÆ MARONITARVM.

*Gratias Deo reuerenter agimus sub mūdissimis pedibus Patris
nostri sanctissimi Christi Vicarij, & D. N. Papa Leonis X. qui vi-
ces B. Petri Veritatis Petre gerit in terris, sedetque super Aposto-
licam Sedem ipsius sanctissima benedictionis super nos. Amen.
Cogimur in diuinis laudibus erumpere, Deoque, à quo omne bo-
num, gratiarum actiones indesinenter agere, qui purissima San-
ctitatis Vestra menti illabi dignatus est, eamque per inspirationem
pulsare, vt nos per sanctum Nuncium suum fratrem Ioannem
Franciscum de Potentia visitaret. Is enim fratre Francisco Rea-
tino interprete, & viam salubris nobis ostendit, & sancta documen-
ta reliquit; nempè quomodo sanctum conficiatur Christum, ex pu-
ro videlicet oleo, & balsamo, nihilque præter hæc immiscendum,
quo etiam tempore aquis salutaribus infantes abluere debeant, & sa-
cro Baptismatis fonte renasci, non sitque quadragesimus postulan-
dus dies, sicut antea erroris tenebris involuti præstolari consuevi-
mus, sed in octavo, vel etiam ante, cum necessitas ex postulauerit;
quæ verò ratione in xta Patrum, & S. R. E. instituta Matrimonia
contrahantur, quæ eadem impediant; ac sacri quoque nam pacto con-
ferantur Ordines; quibus item verbis in consecratione Dominici cor-
poris, ac sanguinis vti debeamus; & quod Spiritus sanctus à Pa-
tre procedat, & Filio, sicuti ab unico principio, & unica spiri-
tione, & quod Christianus, qui in hac vita sufficientem de suis de-
lictis penitentiam non egit, ea functus, ad quandam diuinam per-
mittente Iustitia, ducatur locum, qui Purgatorium dicitur, vt ibi-
dem, quousque dignior sit Cœlum ascendere, maneat; & quod se-
mel saltem in anno nostra proprio Sacerdoti confiteamur peccata;
sanctissimamque Eucharistia Sacramentum in Paschate suscipiamus
Domini Nostri Iesu Christi, & sanctorum Apostolorum Pe-
tri, & Pauli natali hoc consueuerimus adimplere; & vt semper,
& in omnibus Apostolica sedis, ac Sanctitatis Vestra, eiusque suc-
cessorum submitamur mandatis; presentibus Archiepiscopis,
Episcopis, nec non Doctoribus nostris Cleri, & populi maioribus;
& clara nos docuit eloquio, & dulciter instruxit. Hæc enim Pater
sancte, & nonnulla alia ab eo instituta, nostrarum salutem concer-
nens animarum, & in Arabico conscripta sermone nobis relicta,*

*quibus existant peccata, moresque reformantur in melius, prom-
pta obedientia acceptamus, & confitemur, adimplereque spera-
mus. Et propterea apprime in Domino exultauimus, & animi
nostri immodicam spiritalem conceperunt letitiam, Deo; opti-
mo maximo, ac Sanctitati Vestra gratias egimus fratres hos san-
ctos ad nos dirigenti, qui salus iter nobis ostenderunt, & animas
nostras in Domino reuearunt. Nos verò cum prælibato fratre
Ioanne Francisco quosdam ex nostris ad Sanctitatem Vestram de-
stinamus, ea deductis opinione, vt Patrum instituta, ac S. R. E.
Dogmata addiscant, & cum edocti fuerint, ad nos docturi alios
postmodum redeant. Interea non paruo afficimur radio, quoniam
ad deosculandum, adorandumque sanctissimos Sanctitatis Vestra
pedes accedere prohibemur, & qua mente gerimus, fixis in ter-
ram poplitibus, proprio ore exprimere ipsi nequimus. Vt autem
affectus nostro, ac voto utique satisfaciamus, cum præfato San-
ctitatis Vestra Nuncio fratre Ioanne Francisco Oratorem nostrum
Acuri Ioseph, cum Elia, ac Elia Monacho ad Sanctitatem Vestram
destinandum decreuimus, vt nostro, ac totius Cleri, Maronitarum-
que populi nomine terram fronte tangens, flexisque genibus san-
ctissimos pedes Sanctitatis Vestra, & adoret, & deosculetur, ac
sancta Apostolica sedi coram fratribus Vestris S. R. E. Cardina-
libus Sanctitatis Vestra obedientiam præstet, & fidelitatem iuret,
& quod veraciter sancta Sedis Apostolicæ, & Sanctitatis Vestra
serui fideles sumus, demisso capite firmiter protestetur Amen,
Amen. Quædam verò alia suprascripto fratri nostro Ioanne Fran-
cisco reseruamus, quæ vt Sanctitati Vestra enarret, sub Dei atte-
statione adstrinximus: erit enim veluti noster amabilis frater be-
nedicti Monasterij S. Mariae de Camibin in Monte Libano san-
cto, ac totius Cleri, & Maronitarum populi ad pedes Sanctitatis
Vestra sollicitus Procurator. Omnia quidem nostra, & quomodo
sub Infidelium detestanda seruitute, tamquam omni auxilio orba-
ti infelicitissimam vitam ducimus, proprijs oculis ipse conspexit.
Hoc est responsum puritatis nostra Sanctissimo, & purissimo Patri
nostro, cuius sanctas benedictiones misericors Deus ad nos trans-
mittat. Amen, Amen, Amen. Scripta sunt hæc anno Domini
Incarnationis millesimo quingentesimo decimo quinto mensis
Februarij die 14. Atergo. Presentabantur cum Dei gratia in-
manus sanctissimi Domini Nostri Leonis, qui super sanctam Se-
dem Petri Apostoli residet, pro parte pauperis discipulis sui Petri
Patriarchæ Maronitarum ex Monasterio Camibin in Monte Li-
bano serui seruorum Dei.*

*Floruit sub tanto Pontifice Roma incredibili rerum omnium
vbertate, lætitiaque omnis generis hominum; nam Pontifex quie-
tis, atque ocij studio Romanorum inimicitias capitales odij, con-
ciliatione, edictoque substulerat. Tradebatur enim posteris dira
animorum obstinatione memoria iniuriarum, adeo vt affines in-
noxij tracti in causam metu mortis publico carere cogentur. Pe-
regrius verò immunitate, multarum rerum, & perbeata illa se-
culi securitate vndique ad incolendam, augendamque Urbem in-
uitauit. Nam ab Infubribus, atque Cœnomanis, & Circumpo-
nensis populis ingens multitudo exagitata diurnis barbarorum
vexationibus fortunas suas Romam auidissimè transtulit; adeo vt
ad Campum martium extructis domibus per amplam coloniam
condere videretur. Nam sicut eximijs artibus spectatus honor;
ita mediocribus opificijs certa merces non deerat: cuncti enim
pro fortuna sua ædificando, ornandoque domos, & villas, ma-
gnopere studebant. Dedit insuper operam diligenter, vt in
prouincijs omnia pacata, & læta Præfectorum vigilantia, & seue-
ritate tenerentur; & cum esset natura lenissimus, læpissimè pa-
tientiam abrumpebat, si renouatis improborum iniurijs, post pri-
mam delicti veniam contumeliosè læderetur. Exercuit, & supra-
naturæ consuetudinem summum ius in dammandis, qui fallos li-
bellos ipsius subscribentis manum mentiti in iudicijs protulissent;
in cæteris criminibus puniendis eum ciuili animi tenorem semper
obtinuit, vt ad clementiæ laudem auidè properare diceretur.*

*Principi Oratores benignissimè excepit, orantemque attentè audiit:
Bononia Antonio à Prato Regis Galliarum Oratori anno 1515,
præsentem ipso Francisco Rege Christianissimo; Romæ verò Cælio
Calcagnino Alphonso primò, mox Herculis Ducù Ferrariensium,
& Ioanni Baptista Garghas, Senensi, Equitum Rhodiorum Ora-
toribus, & Augustino Philippo Florentino, ordinis Seruorum
B. Virginis oranti aures præbuit attentas. At nulla in re efficacius,
& ardentius quàm ad liberalitatis gloriam anhelauit, eos principe
loco indignos existimans, qui nequaquam benefica manu fortunæ
muneribus vterentur. Nemo enim vel ciuis, vel peregrinus, qui
paulò nobilioris artis famam teneret, nemo, vel maleficus Poeta,
nemo alicuius optimarum literarum partis non ignarus vnquam
fuit, qui benignitatem humanissimi Principis non fenserit. Quin
etiam ipsum cœnantem spectantes, & ex his aduentus, & parum
notos homines vltro pecunia donare erat solitus; eud præsertim li-
bentiùs, cum obsoleta veste indutos conspiceret; purpuream ete-
nim crumenam quotidie aureis nummis sibi repleti iubebat ad in-
certas exercendæ liberalitatis occasiones. Sacerdotes quoque, Re-
ligiosos viros, & sacras Virgines, quæ intra septa religiosè pudici-
tiam custodirent, mensuris subsidijs elemosinæ nomine iuua-*

Roma sub
Leone flo-
ruit.

Inimici-
tas inter
Romanos
ciues su-
stulit.

Incolis vr-
bæ replet.

In Prouin-
cijs omnia
pacata te-
net.

Oratores
Principum
recipit.

Liberalis
fuit.

bat.

bat. Magnum veteranorum militum, ac exulum aiebat numerum; nihilque vehementius contendebat, quam vt nemo calamitatem, & fortunæ aduersæ mala, & incommoda pateretur.

Leonis vi-
tia.

Sed has præclaras liberalis, excelsique animi virtutes obiecta, quædam vitia obscurarunt; ita tamen, vt iucunditate blandæ, facilisque naturæ potius, ac regia quadam licentia, quam certo deprauati animi iudicio in obiecta vitia prolabi videretur. Cum frequenti blandientium turba cubiculi fores obesset paucos admittere, qui alioqui docilis, verecundique hominis solutos mores exhiberent, amicorum optinis ad ea conuiuentibus, ac libenter se illecebrarum ministris immiscentibus, ne gratiam apud summos Principes in lubrico positam indiscrimin adducerent, si ingratum auribus potentium reprehensionis officium honestatis, atque benevolentia specie suscepissent. Constat tamen, Leonem à prima adolescentia opinione omnium summam continentia laudem adeptum fuisse; itaque animo verè pudico die Mercurij carnes non edere, die autem Veneris nihil gustare præter legumen, & olera, ac die demum Sabbati cœna penitus abstinere incorrupta lege instituisse. Sacerdotium nullum vnquam venale proposuit. Accidit nonnunquam vt Leo de pudore sollicitus, cum libelli de grauissimis rebus subscribendi porrigerentur, Cardinalis Laurentij Pucij, quod diuini iuris esset peritissimus, fidem maximè imploreret obtestando, ne se imprudenter in errorem labi pateretur, quando mox ab aliqua enormi concessione æquitatis fines transgresso, pœnitentia simul, atque infamia laborandum foret. Iulium Blancium è cubicularijs sibi gratissimum importunis precibus postulantem, vt cuidam libello subscriberet, quo duo regionibus distincta Sacerdotia, translato alterius reddito, vnus tantum Templi dedicationem subirent, sic elusit; perunctatus, quanti ea gratia clienti venderetur, libero ore ducentis aureis respondenti, totidem è crumena numerauit, ac libellum discepit.

Virtutes.

Venationibus de-
ditus.

Manlianâ
villam fre-
quentat.

Venationibus etiam, & aucupijs nobilioribus adeo studuit, vt sauisimas sæpè tempestates, insalubres ventos, & frequentiam mansionum, ac itinerum incommoda obstinate contemneret, confusus ætati, ac firmæ valetudini, quam equitatione, varioque motu corporis tueri se posse existimabat, præsertim si in ambulationibus apertis vagaretur, ac animi innati caloris copia æstuantem, & celo libero, & multo spiritu recrearet, quando, & super hæc antiqui vlcis beneficio iuaretur, quo ab ima sede quicquid stomachi, vel iecinoris vitio conceptum foret, sensim effluere consueuisset. Manlianam villam secundum Tyberim, quinto ab Vrbe lapide quanquam proximi stagni halitu, & caliginosi aëris intemperie propè toto anni tempore infamem, hyeme maximè frequentabat. Ex ea enim veluti ex portu venatorum classes in subiectos salinarum campos ceruorum copia celebres educantur. In venando autem sicuti præcepta artis ad normam exactioris disciplina patientissimè obseruare erat solitus; ita seueritatem asperè admodum, vir alioqui lenissimus semper exercuit in eos præsertim, qui petulanti discursu, aut vocibus temere editis improuisa feris effugia præbuisent; itaut claros sæpè viros acerbissimis contumelijs oneraret. At si quando impetitia, vel fortuito errore hominum, aut feris subtiliore aliquo insperatæ fugæ compendio seruari, vel ijs denso in nemore contumacibus latentibus infeliciter venaretur, incredibile est, quali vultus, animique habitu dolorem, iracundiamque præferret; propterea amici familiares ea temporis momenta prouocandæ liberalitati maximè aduersa sedulo deuirabant. Quando aliàs secundum optimam venationem, ac præsertim vario, ac insigni labore aliquo nobilem maxima beneficia incredibili benignitate collocaret. Ipso ferè semper ætatis exitu, cum primum cœlum pleniore pluuia temperatius foret, ac insalubres æstus frigidiorè aura mitigare viderentur, Vrbe statim Viterbium ad aquas calidas euolabat, vbi conturnicum, perdicum, & phasianorum aucupijs aliquandiu erat intentus, quod genus auium accipitribus, & asturibus arte edoctis singulari cum voluptate sectabatur. Ad Vulsinios demum propter lacus amœnitatem, ac eximiam eius tractus rerum omnium fertilitatem ex itinere deflectebat, & in Insula, & ad exitum Martæ annis piscabatur. Inde per Tuscum agrum venabundus modicis itineribus ad mare circa Grauiscas, & Centumcellas descendebat; quo viæ flexa apud Cornetum in Tarquinienfi longè celeberrima ceruorum, aprorumque venatio parabatur, & ea quidem in perampla planitie, ac maximè ad tendendas insidias opportuna, quæ artificio naturæ humanis voluptatibus arridentis, perpetuis collibus cincta, ingentis amphitheatri speciem ad ferarum exitium venantibus præbet. Sub ipsas demum Nouembris Kalendas à Centumcellis per Alsiu, & Cereueteris syluas in Vrbe redibat; nec multò post in Manlianam reuertebatur; vixque inde reuelli poterat, nisi aut Senatus habendi, aut solemnium sacrorum causa ad Vrbe vocaretur. Erat enim is locus edendis ordearum, ac miluorum præijs peridoneus, quæ geminis, aut pluribus mansuefactis falconibus in sublime manu emissis aduersus id genus auium vario, ac ob id maximè spectabili euentu per immentia cœli spatia miscebantur. Tanta autem agræstium, ac populorum omnium gratulatione, ac læticia excipiebatur, vt cuncti eius aduentum se, vel fructuosissimis messibus fertiliorem sentire faterentur, vt potè qui senibus, ac pueris, puel-

Populorū
plauibus
excipitur.
Omnes be-
neficijs af-
fecit.

lisque in viam effulis, ac rustica munera passim offerentibus, non modò pecuniam largissima manu rependeret, sed etiam appellando humaniter, ac sciscitando, qua nam maximè in parte rei domesticæ acriter à fortuna premerentur, virgines dote præbita subleuaret; affectis autem in orbo, ac ætate, vel numerosæ familiæ onere prægrauatis, æs alienum protinus dissolueret. Nihil enim in magno Principe dignius, ac præstantius arbitrabatur, quàm iuuare mortales, alienæ calamitati obuiam ire, lætosque omnes ab se dimittere.

Argutum tamen in responsis sese ostendit; rem iocofam de illo narrat Iacobus Pontanus. Adiuit Leonem Pontificem aliquando Aurelius Augurellus poeta non improbandus, qui factitabat artem chymicam, & libellum porrexit, quem de auro è quavis propemodum materia conficiendo, non sine ingenio conscripserat; Pontifex in signe munus sibi sperantem vacua crumena donauit, & addidit. *Ego quidè auro te donarem, sed cū tu eius efficiendi certam scientiam polliceare, sat erit, si habeas, vbi aurum abs te confectum reponas; & sic sine auro, & sine argento vacua tantum crumena donatum dimisit.*

In anni 1513. exitu Emmanuel Rex Lusitanie tres Legatos ad Leonem X. Pontificem maximum cum muneribus regia magnificentia dignis instituit. Princeps Legationis Tritanus Cugna fuit, collegæ duo Iurisperiti magnæ apud Lusitanos auctoritatis extitere: vnus Iacobus Paciecus, alter Ioannes Faria nominabatur. Per illos Pontifici sacras velles ex auro, & monilia maximi ponderis, & precij veltibus adiecit: opus erat eiusmodi, vt cum materia nihil preciosius excogitari posset, artificium tamè ipsum materiam multis partibus superaret. Misit præterea Elephantum Indicum miræ magnitudinis, qui non solum Romæ, vbi homines post inclinatum Romanæ maiestatis amplitudinem illud animal nunquam oculis aspexerant, sed quacumque gradum inferebat, nemo circumfluentem vndique turbam admiratione obstupescitam submouere poterat. Panthera etiam venatica missa fuit, quod munus haud scio, an olim Romæ Ediles cum ludos magnificentissimos apparabant, Pantheras etiam in publicis spectaculis exhibebant, præstare potuerint. Ea namque mansuefacta non in Circo cum bestiaris, sed in syluis cum apris, ac ceruis prælium committebat, & Principibus, qui venationibus oblectabantur, plurimum voluptatis afferebat. Ea infidebat equi Persici tergo in tegumentis auratis eleganter instrati: equum regebat Perla venator eximius, qui ad id munus obeundum ab Armuzij Rege cum equo, & Panthera missus fuerat. Tritanus Cugna cum esset vir, & nobilitate, & auctoritate, atque exultatione non vulgari præditus, tum proprijs sumptibus eam Legationem exornandam susceperat. Ducebat autem secum tres filios, & cognatorum copiam, amplamque familiam, quibus stipatus, non abiecti Principis speciem præseferbat. Legationis scriba Garfia Resendus, vir non mediocri apud Regem auctoritatis erat; Nicolaus Faria, qui equis regijs curandis præerat, agebat equum pulcherrimum ephippijs aureis, & phaleris item aureis, emblematis, & gemmis maximi præcij distinctis instratum, & ornatum, qui etiam Pontifici donandus erat. Duodecimo tædem die mensis Martij anno 1514. Legati in Vrbe hoc ordine ingressum instituerunt. Familiæ vestibus admodum eleganter exultæ præcedebant: Panthera tergo Persici equi, quem Perla regebat, insidens, & Elephantus cum rectore sequebantur. Nicolaus Faria equo, quem diximus, inuectus, post Elephantum interuallo modico disiunctus, primum illud agmen cogebat: nobiles deinde viri, qui comitatu suo Legationi non parum dignitatis adiungerent, loco suo progrediebantur; post illos caduceator Lusitanus cum insignibus regijs Legatos antecedeat. Deinde Tritanus Cugna sequebatur, cuius vtrumque latus Legati reliqui claudebant; fuerunt à Cardinalium domesticis, deinde à Principum Legatis, multisque Proceribus, antequam in Vrbe ingrederentur, omnibus honoribus excepti. Ad Vrbe cum accederent, Urbis Præfectus cum Pontificibus, & ipsius Pontificis maximi domesticis, ac familiaribus obuiam prodijt; ac Pontificis nomine orationem habuit, qua Legatis de aduentu gratulatus est; omniaque Regis Emmanuelis clarissimi officia, qui pro Christi nomine, & religionis sanctitate perpetuò dimicabat, illi gratissima, vt merita illius postulabant, semper fore dixit: responsum pro dignitate redditum ab illis est. Romani deinde designatores aduenere, & ordinem pompæ illius instruxere: omnia interim tubarum cantibus, ac tibiaram symphonia, & concentu personabant: nullus fuit Princeps, qui non ordine à designatoribus constituto Legatos deduceret. Helueticorum etiam agmen instructum eos antecedeat: turba vndique visendi gratia confluens omnes viarum aditus obstruebat, ita vt vix fultibus coercita cedere, & locum dare vellet. Cum ad molem Hadriani ventum esset, tormentorum ingenti strepitu ciuitas vniuersa tremefacta fuit; sumi tandem caligine dispersa, cum Pontifex è fenestra spectaret, Elephantus accessit, ac ter genibus flexis, & demisso corporis habitu venerabundus illum salutauit, quod non mediocrem admirationem spectantibus incussit. Tum probolcide in dolium ingens aqua refertum immisissa aquam hausit, qua omnes, qui in fenestris etiam altioribus insidebant, aspergeret; in plebem deinde conuersus, eam aqua, quasi

Legatio
Emmanue-
lis Regis
Lusitanie
cum mu-
neribus.
Hieron.
Olorius de
rebus Em-
manuelis.

ludum

ludum exhibere vellet, immodicè perfudit. Cum hac pompa fuerunt ea die Legati in hospitium deducti: vigesimo verò die Mensis eiusdem, Legati eadem hominum frequentia, & celebritate in Pontificis aedes deducti sunt. Pontifex in sublimi sede vestibus sacris cultus, vt fit, eos expectabat; Cardinales in sedibus suis considebant: Legati primùm Pontificis pedes osculati sunt; alij deinde ordine à designatoribus instituto idem officium præstitere. Tristanus literas Pontifici Regis Emmanuelis obtulit, quæ publicè lectæ sunt; eæ nihil aliud continebant, quam postulatam, vt Legatis fides adhiberetur. Tum Iacobus Paciecus egregiam orationem habuit, quam ita voce, & actione luculenter expressit, vt non mediocrem ea die laudem eloquentissimi oratoris assequeretur. Pontifex responsum latinè verbis luculentissimis, & eleganter, & grauius dedit, Emmanuelisque nomen, & Lusitanæ gentis virtutem summis laudibus exornauit. Postridie Legati in viridarium, quod post Pontificis aedes in Vaticano monte constitum est, intronissi sunt; eo in loco iam Pontifex expectabat; ibi munera accepit, quorum fulgorem, & artificium admiratus vehementer est. Inde in hortum, vt Elephantum, & Pantheram videret, non enim facile Elephantum erat in superiorem ædium partem, vnde in viridarium exitus erat, scandere: continuò descendit, ibi spectare voluit, quæ ratione Panthera venaretur. Fuerunt igitur bestie ad illam perductæ; Panthera repente à venatore, qui eam regebat, immissa, in illas insiluit, easque celeritate incredibili iugulauit. De hoc Elephantum accipe iucundam historiam ex Piero. Cum destinasset Emmanuel Rex eum Romani Pontifici maximo donum ire, nauim, quam inscenderet, iam instructa, parataque ad profectionem per aliquot dies nullo pacto fieri potuit, vt Hanno, hoc illi beluæ nomen fuit, vel duci se ad nauem, vel si quomodo adductus fuisset, eam vellet inscendere, vsque adeo auerfabundus profectionem huiusmodi reformidabat. Cumque Rex super ea re sollicitus admodum magnis pollicitationibus vnumquemque inuitaret, qui deducendi, alportandique Hannonis negocium suscipisset, neque quicquam nomen profiteretur suum, insuffurratum demum est Regijs auribus, eius magistri dolo hæc fieri; quippe qui puellæ cuiusdam amore implicitus, agrè ferret se in tam longinquas regiones ablegari. Proinde Hannoni persuaserat, ne se eueni pateretur; quippe eum in loca sterilia, inamœna, & barbara, vbi ludibrio, & contumelijs omnibus tanquam hosticæ terræ animal, afficeretur: neque victui, neque ornatui eius, vel necessaria, vel commoda suffectura. Longum ad hæc iter, & incommodum, & vastum maris æquor arandum, vt satius esset, in qua tunc erat terra quam primum contrucidari, quàm per tot viarum difficultates ad ærumnissimam denique vitam peruenire. Rex hac re cognita magistrum Hannonis ad se vocat, dolos eius comperisse dicit; *ageret itaque, vt intra triduum Hanno in nauim imponeretur, ne capitale supplicium luere vellet.* Hac denunciatione territus ille Elephantum discipulum aggreditur, docet se maleuolorum quorundam fraude subornatum, qui, & felicitati vtriusque inuiderent, & Regi optimo malè obtemperantes essent; longè autem se rem habere, quàm illi mentiri essent. Siquidem non ad immania, & effera loca profecturos, sed ad Urbem Orbis terrarum dominam, amœno loco sitam, vbi rerum, deliciarumque omnium copia fertilissima redundaret. Ibi esse Principem, cui penè totus terrarum Orbis assurgeret, apud quem is in delicijs habendus esset, proinde bono animo esset, ac se cum primo quoque tempore lætus, & alacer nauim inscenderet: affuturum navigationi Deum, & cursum secundum. Ita Hanno in aliam sententiam deductus, vbi signata data sunt, vltro nauim conscendit, neque vlla imperia toto itinere detrectauit.

Vt autem Emmanueli Regi Lusitano pro Ecclesia multum laboranti, & de se benemerito gratificaretur in omnibus Leo, concessit, vt Equitum Iacobensium, & Cisterciensium Magisteriatu, cui vellet, assignaret, & vt Elisabethæ Regina: olim Lusitanæ formosissimæ, & miraculis in vita, & post mortem clarissimæ honores tota Conimbricensi diocesi, qui Beatis reddi consueverunt, publicè haberentur, ac festus dies solemnè ritu coleretur; quam postea Urbanus VIII. inter Sanctas celebri canonizatione reuoluit, vt suo loco dicemus. Eandem verò Beatificationis, vt vocant gratiam fratribus, & sororibus ordinis Seruorum B. Mariæ pro B. Philippo Benitio Florentino eiusdem ordinis insigni illustratore, & amplificatore; viro in seculo nobili, & medico doctissimo, in religione velut Apostolo ad propagandam non solum in Italia, verum etiam in Gallia, & Germania pietatem, & cultum diuinum verbi prædicatione, & miraculorum editione. Vt etiam septem sancti Martyres, qui sub religionis Franciscanæ exordia Septem in Africa pro Christi fide gloriosum subiere martyrium, ecclesiastico colerentur Officio, suo diplomate concessit.

Galliarum Regi Francisco Crucis Christi particulam dono dedit: extant adhuc Leonis literæ ad Cardinalem Iacobatium hac de re datæ, & sunt tales.

Iacobatio Cardinali Legato Roma relicto. Quoniam in hoc Franciscus Gallorum Regis ad Nos aduentu, cupio, vt is à me præclarum aliquod, piusq; munus habeat, volo, vt sancta Crucis famulum, quod in Hierusalem dicitur, caste, atque persanctè adeas,

A. capiasque tantum de Crucis Dominica trunculo, quod tibi assignatur, quantum forma causa hac in membranula scriptum, atque depictum conspicies. Id ubi feceris, eam ligni partem bene obfirmatam per celerem tabellarium ad Nos mitto, cum eius facti testificatione tua manu scripta, quæ Regi vna cum ligno tradatur. Hæc diligenter curabis, & valebis. Dat. iij. Non. Decembris anno 3. de Villa Cassagiolis agris Florentini.

Cum autem Henricus VIII. Angliæ Rex literis non leuiter instructus; generoso conamine contra Lutheri doctrinam librum conscripserit, & ad Leonem Pontificem misisset præmissa Epistola, qua suam erga ipsum obseruantiam, erga religionem Christi studium, & erga Dei cultum obsequium cunctis manifesta esse voluit, & exculans eruditionem zelo fidei læsæ, quo in communi causa experiri voluit, quid posset calamo, qui voluntate nemini cederet. Hoc libro præcipue impugnauit Lutheri commentarium de Captiuitate Babylonica, & apprimè eruditè, ac eleganter confutauit, singula septem Ecclesiæ Sacramenta, atque in fine Epistolam S. Iacobi, quam Lutherus æquè reijciebat in odium Sacramenti extremæ Vnctionis egregiè ab eius maledictis, & impijs argumentis vindicans. Hunc librum cum mense Octobris anni 1521. Leo accepisset, & inter Cardinales legendum exhibisset, non solum ab omnibus laudatus, & comprobatus est, verum etiam Henrico Regi eius auctori à Pontifice Defensoris fidei titulus attributus est, ac mandatum omnibus, qui ad eum scriberent, post dictionem Regis, adiungere, *Fidei Defensor.* Cum autem conspiceret Leo à Luthero primùm damnatas esse Indulgentias concessit legentibus librum Henrici Regis decem annorum, & decem quadragenarum Indulgentiam.

In exornanda verò, amplificandaque Lauretana Domo nemini Pontificum cedere placuit; Lauretanam quippe Ecclesiam Collegiatam instituit, sigillo, cæterisque Collegialibus insignibus ei attribuit; duodenos inibi Canonicos, totidemque Sacerdotes assiduos, quos Mansionarios vocant; senos præterea Clericos chori adiutores esse voluit; sui cuique annui redditus pro rata portione assignati. Omnes porrò Indulgentias, quibus in Templorum stationibus Roma perfruitur, Lauretanæ concessit Ædi, vt iisdem temporibus Laureti percipere aduenæ possent in vna Æde, quæ Romæ perciperentur in pluribus. Inde Anconitano, Pitauriensi, alijsque autumnalibus finitimorum oppidorum nundinis abrogatis, Recineti dumtaxat, Septembri mense, ornando scilicet diei Natali B. Mariæ celebrari emporium iussit; ac sanxit, ne vota ad eundæ S. Mariæ Lauretanæ vilo modo possent cum alijs pietatis operibus commutari. Bina deinde Templi sacra circundatis segmentato opere aruaris adornauit; inde ad ipsam sacrosanctam Cellam honestandam animum conuertit, ac sacros quidem parietes extrinsecus ornandos decreuit. Quare Sansouino Architecto simul, ac itatuario illis temporibus nobilissimo formæ describendæ negocium dat, monito quid sui consilij sit; sibi vtrique esse in animo tale moliri opus, quod in parua mole omnem illius seculi magnificentiam vinceret. Nec defuit regio Pontificis animo sapientissimi Architecti solertia, formam quippe talem descripsit, quæ Leonis optatis responderet: nec Pontifici minus animi in perficiendo opere fuit, quàm studij in forma optanda, probandaque fuerat. Vt verò augustiorem ledi Lauretanæ speciem faceret Leo, Petrum Antonium Perottum Præsidentem sacris operantem Episcopalis insignibus venerabilem fecit; eidemque concessit, vt sacris operatus populo benè precaretur Episcopali ritu. Aram quoque Virginis Pontificijs muneribus honestauit; candelabra argentea quatuor tesqui cubitalia auro interlita, & præclaro opere cœlata pondo ferè quinquaginta librarum: vmbella insuper quadrata egregia Leonis dona sunt. Lauretum aduersus subitas hostium populationes fossis, aggeribus, mœnibus, propugnaculis cinxit, æneisque tormentis muniuit: Campanam insuper raræ magnitudinis fundendam curauit: Iulij item Secundi, superiorumque Pontificum Indulgentias, immunitates, & beneficia Lauretanæ Domui tributa luculento diplomate rata esse iussit.

Amplissimis etiam Indulgentiarum muneribus decorauit Sacellum B. Virginis Annunciatæ Florentiæ à maioribus Domus, & familiaris suæ de Medicis magnis auri copijs abundè fufis, à fundamentis erectum. Ædem S. Mariæ in Campo sancto à Leone IV. Pont. Max. Romæ constructam reedificauit in Conceptionis honorem. Urbem ornauit, viamq; quæ ad Flaminiam portam deducit, trifariam diuisit, vna cum Clemente VII. deq; suo nomine Leonianam, Clementiamq; appellari iussit, vt sequentes notæ indicant.

LEO X. ET CLEMENS VII. MEDICES
FRATR. PATRVEL. PONTI. MAXX.
FLAMINIAM INTRA VRBEM TRIFARIAM
DIVISAM ADHIBITIS VICOR. MAGISTRIS
DIREXERVNT SECTIONIS DE SVO NOMINE
LEONIANAM CLEMENTIASQVE
APPELLARI IVSSERVNT
ANNO IVBILÆI.

Inter hæc è vita migravit Leo X. vt supra dictum est, Kalendis Decembris anno salutis 1521. nam febris neglecta à medicis

Henricus Angl. Rex scribit contra Lutherum.

Henricus Spondan. in Annal. Ecclesiast.

Leo comprobat Henrici librum. Henricus Defensor fidei dicitur. Legentibus librum Henrici Indulgentias cōcedit.

Leonis in Virginem Lauretanam studium. Hor. Turfell. in Hist. Laur. Hippolyt. Marracc. in Pontif. Marian.

Archang. Gianius in Annal. Seruorum. Templum Annunciatæ Florēt. Indulgentijs ornat. Ædem S. Mariæ in Cāpo sancto restaurat.

Leonis obiit.

Elisabethæ Lusitanæ Regiæ inter Beatissimas. Vnde dicitur in Annal. Minor. Philippum inter Beatissimos. Henricus Spondan. in Annal. Ecclesiast. Iam septem & septuaginta annos in Africa.

turpiter

Veneno Leonē ex-
tinctū vo-
lunt aliqui
Paul. Iou.
in Vita.

Leonis de-
lineatio.

Leonis in-
genium.

Scripta.
Ludovic.
Iacob. à S.
Carol. in
Bibl. Pont.

Literæ ad
Sannazar.

Aliz ad
diuerfos.

curpiter hic etiam adulantibus, breui erumpente vi morbi Leonem
extinxit, victurum haud dubie longiori æuo, nisi medentium ac-
cessisset, aut securitas, aut flagitium. Fuere namque qui existima-
runt, Leonem indito poculis veneno fuisse sublatum; nam cor eius
atri liuoris maculas ostendit, & lien prodigiosa teneritatis est re-
pertus, quasi peculiari, & occulta veneni potestas viscera exedif-
set. Ob id coniectus est in carcerem minister à poculis, non ob-
scuro indicio, quod Leonem pridie quam decumberet, in cœna
post haustum vini calicem, statim obducta, ac tristi fronte ab eo
quæsiuisset constabat, vnde nam sibi adeo amarum, & insuaue vi-
uum propinasset. Adauxit quoque patrati sceleris suspensionem,
quod ipse sub auroram, cum septima noctis hora Pontifex expira-
set, specie venandi cū canibus Vaticanā portam exiuiisset; adeo, vt à
Prætorianis vti fugitiuus caperetur: his scilicet admirantibus dif-
soluunt hominis ingenium, qui intempestiuas absque vilo pudore
quæreret voluptates, cum tota aula extincto beneficentissimo
domino, in lacrymis, & luctu versaretur. Sed Iulius Medices cum
è castris ad Comitium in Urbem esset reuersus, insigni prudentia de
veneno quæstionem haberi vetuit, ne in nomen alicuius magni
Principis inexpliabili cum inuidia quæreretur. Sunt, & qui potius
credunt, venenum in pillulis ex aloë, quibus per hebdomadam ad
subducendam aluum utebatur, sumptum fuisse, decepto scilicet Se-
rapico cubiculario, qui eas in loculo vti ad frequetem vsum negli-
gentiùs seruare consueuisset. Nam biduo antequam Leo morere-
tur, Lesbius abaci præfectus nullo concepto morbo interiit, cum
duas ex his pillulis de more ad tuendam valetudinem fortè sumpsis-
set. Non defuere tamen, qui, & ministros, & Principes ea calum-
nia liberatos omnino vellent; quasi Pontifex obstructa iam planè
fistula, & ob id saniosis humoribus ad præcordia reiectis, lateralem
morbum facile conceperit, præsertim cum, & illis diebus turbidus
auster nebulam pestilentem è palustribus campis ad villam importunè
detulisset. *Ego certè, scribit Iouius, haud obscuris ab arte
medica innixus coniecturis, nunquam crediderim, ea membrorum
robora, eamque vim largissimi caloris in ipsa corporis temperatu-
ra fermè equali, & ob id ad producendam vitam maxime idonea
concidere potuisse, nisi alicuius nobilis veneni scruia multo impe-
su ad ipsa vitalia penetrasset; quando ad perferendam quamlibet
insusitata, veleriam continua febris contumeliam ea firmitate cor-
poris, atque animi in multos dies omnino paratus esse videretur.*
Erat enim statura corporis admodum excelsa, toto habitu lucofo
potius quam pingui, & eo quidem per singula membra venustè
communurato, teretibus scilicet, directisque cruribus, & mani-
bus candore, formaque longè pulcherrimis; sed vna capitis am-
plitudo cætera membra enormi prope excessu, nec tamen sine di-
gnitate superauit: vnde illi nature dono admirabilis ingenij captus,
& memoria omnium singularis subtrahebant etiam magna ex par-
te oris suauitatem obesse malæ, & oculi extantes, conuolutique, &
hebetes, verum si ad pupillam inspicienda prorsus admoueret; su-
pra fidem acutissimi: supplices enim libellos, vel minutissimis lite-
ris, & crebris syllabarum compendijs properanter exaratos, celer-
rimè, & distinctissimè lectitabat. Admota autem crystallo conca-
ua oculorum aciem in venationibus, & aucupijs adeo late exten-
dere erat solitus, vt non modò spatijs, & finibus, sed ipsa etiam
discernendi felicitate cunctos anteiret. Ex ore eius voce suauis, ac
tenera sermones profluebant ad omnes affectus exprimendos per-
uenisti; nam neque in serijs astricta grauitas, neque in comuni-
bus liberalis lepor, neque in mollioribus vrbana fecunditas vn-
quam defuit. Seueritatem enim imperij, atque acres generis hu-
mani curas eruditjs Poetarum voluptatibus temperare, eorumque
altercationes in re literaria hilari animo audire solitus erat. Dicta-
bat Epistolas, Hetruscè, & Latine pereleganter, & expeditè; com-
ponebat etiam Versus non illepide Latinos; Hetruloscos verò per-
amœna iucunditate delectabiles: nouerat quoque Græcas literas
nequaquam ad ostentationem, sed ad præsidia Latine eruditionis.
Legendi autem, ac relegendi oblata; quæque, & præclaros etiam
codices absque vlla fastidij suspitione audissimus æquè, & patient-
tissimus fuit, adeo vt cum incomparabili memoria frueretur, om-
nium gentium, seculorumque historias in exemplum actionum
suarum opportunissimè recitaret. Sed in eo maxime ad absolutam
laudem singulis rebus extimandis viguit iudicium excellens erudi-
tum, illustre, tanta admiratione omnium, vt plerique ex Acade-
mia fecunditate ingenij insignes non temere aliunde, quam ab ip-
so Leone rerum suarum censuram expeterent.

Scriptis Epistolas elegantissimas ex Rupipozæo in Nomenclatura
Cardinalium, sed illæ reuera sunt Petri Bembi Cardinalis: pos-
teris reliquit Versus nonnullos, & Literas Apostolicas, & Consti-
tutiones Ecclesiasticas, quarum Binius in Concilio Lateranensi, &
Laertius Cherubinus in Bullario magno meminere.

Sunt Leonis Literæ ad Actium Syncerum Sannazarium scriptæ,
quibus summis laudibus Poema de Partu Virginis extollit, horta-
turque, vt diuum illud opus in lucem edat.

Sunt aliz ad Angelum Troianum, Ioannem Antonium, necnon
Gentilem de Albertini ciues Nolanos, quibus Præposituram san-
cti Felicis de Cœmeterio, extra muros Nolanos, & ius præsentan-
di personam idoneam ad dictam Ecclesiam, quoties vacare conti-

gerit, perpetuò tum ijs, tum hæredibus concessit. Hi enim magnis
sumptibus, & expensis Ecclesiam illam reedificare, & reparare
incæperant, vt refert idem Leo in suis literis.

Leoni Baptista Mantuanus Carmelita, Poeta illius æui celebris,
dicauit librum suum de Sacris Diebus, seu Fastorum.

Ad Leonem etiam literas dedere Ludouicus Canola Episcopus
Baiossanus, & Petrus Bibiena, & sunt inter Principum literas re-
censitæ. Albertus Pius, Comes Carpenfis, in literis Ioanni Mat-
thæo Giberto scriptis de Leone conqueritur.

Quandoque conquerentem de sua inopia Archipoetam Leo X.
Pont. Max. Interrogauit præsentem carmine.

Dic mihi cur DITES, non cernimus esse Poetas?
Ad quem subito Archipoeta cum allusione ad fabulam simul,
& falla ambiguitate hexametro, talè reddidit pentametrum.

Dis fierem, fieret si mihi mater Opus.
Vix dixerat, cum Leo alia carmina effudit; nempe

*Culpa tua est: vitio ignaui nam carminis Opem
Quam reliqui longam, tu facis esse breuem.*

Sacra confecit, ac singula cœremoniarum munia obiit singu-
lari cum maiestate, vt non falsò nemo antiquorum Pontificum eo
augustiùs, & decentiùs sacrificasse diceretur; componebat enim
vocem, vultum, gestumque in omni occasione negocij aprissimè,
ac celerrimè, & mores transferebat ad personam. Diuina quadam
præfensione petentium votis occurrens, vt cum fortè esset aliquid
negandum, tenerimis excusationibus supplicantis animum præ-
occuparet, speque vltro iniecta nouæ liberalitatis, totum immi-
nentis repullæ dolorem extingueret. Quod si erat, vti fermè sem-
per fiebat, rogantibus obsequendum, tum verò nature suæ pro-
pensius indulgebat, & ad cumulandum beneficium tota benigni-
tatis, & gratiæ vela pandebantur: neminem enim adeo liberaliter
beneficio est profectus, quin ab eo veluti concepto pudore exigui
muneris veniam non peteret, vt non obscurè multo plura, ac vbe-
riora, quam tum concederet, ex occasione daturus esse censeretur.
Sæpè accidit, vt sibi gratiæ à pluribus simul competitoribus age-
rentur, nemine promissa sibi eripi indignate, quando vnus demum
è multis subscripti libelli voto potiretur, & cæteri explorata volun-
tate benigna Principis nequaquam remittendas spes suas, sed om-
nino ad augendas esse iudicarent. In deliberationibus grauisima-
rum rerum diu cuncta excutiebat, ac pensitabat, ita tamen vt de-
cernendi tarditatem mira exequendi celeritate compensaret. Exi-
gebat autem à ministris non modò taciturnitatem, & fidem, sed
obediendi, extemploq; parendi expeditum, & vehemens studium,
eos maxime perolus, qui ad ostentandum cautæ subtilitatis inge-
nium, quò minus promptè iussis parerent, importunis, & curiosis
interpretationibus uterentur. Tria esse prædicabat, vt à Laurentio
patre sapius audisset, quæ magno Principi in rebus gerendis, &
laudem, & felicitatem parerent, cum amicissimis iudicij, atq; pru-
dentia opinione præstantibus diffusè consultare; ac statim ab ipso
animi decreto maturare ad perficiendum: nunquam obliuisci ab-
sentium amicorum, & nullam omnino suspensionem superfluum pu-
tare, quæ vitæ, ac principatus salutem respiceret. Summæ verò
esse popularitatis ad opulentiam Urbis annonæ commercia nullis
præscriptis precijs, ac legibus violare, & sublatis monopolijs om-
nia sicut, & ora hominum libera, & vacua metu priuatis negocia-
torum arbitrijs relinquere, quoniam ea proposita libertas, merca-
torum auiditatem incitaret, quorum concursu, & æmulatione cun-
cta demum vilescerent; & Vrbs ipsa repletis horreis copiosissima
redderetur. In vindicandis autem publicis, priuatisque iniurijs exi-
stimabat, vti ipse conluesset, vtendum esse temperamento, ratione
non omnino difficili, veluti personis, ac temporibus accommodata;
vt neq; ex nimia seueritate odium, neque ex ipsa clementia exi-
stimationis iactura pararetur. Volebat enim cum à familiaribus,
& consanguineis, tum à peregrinis, & ciuibus magnopere timeri,
verum incolumi omnium erga se beuolentia; nam damnabat illam
diræ immanitatis vocem. *Oderunt, dum metuant:* & certè non ob-
scuro nobilissimi consilij proposito id in tota vita præcipuè specta-
uit, vt beneficiendo, & promerendo ab omnibus hominum ordi-
nibus amaretur, fama que Medicei nominis ad perennem laudem
quam longissimè proferretur.

Sed qui ab ipsis verè virtutis operibus omni honore dignissimus
habebatur, diu temporatio, ac ignobili tumulo conditus iacuit; sed
meliore fortasse conditione ad spem diuturnæ laudis, quam ij, qui
inanis Elogij cœlato è marmore sepulchra propinquorum expedi-
ta pietate meruerunt: nam & Poetæ gratissimè, ac liberrimum ho-
minum genus, per aliquot annos deplorata conditione temporum,
& congelitis in Leonem laudibus, certatim carminibus affixis tu-
mulum nobilitarunt. Cadauere Vaticana Basilica ad S. Mariæ su-
per Mineruam, Patrum Dominicanorum Ecclesiam, tempore
Pauli III. Romani Pontificis translatus, iuxta Clementis VII.
corpus marmoreo, & eleganti mausolæo, cuius delineationem hic
exponimus, conditum est.

Maiestas.

Benignitas.

Qualis est
Ministros vole-
bat.

Tria in
Principis
exoptabat.

In vindi-
candis ini-
urijs par-
cus.

Iacuit ali-
quandiu
in ignobili
tumulo.

Poetæ Leo-
nis mun-
tum car-
minibus
nobilitant.

Iacet in
nobili se-
pulchro
Mineræ.

LEONIS X·P·O·M· MONVMENTVM IN ECC·S·M· SVPER MINERVAM.

*Symbola
Leonis
X.*



*Ex libro
Ægidij
Sad.*



LEO DECIMVS
PONTIFEX.



Leonis X Numismata.

Cœ Museo

Cquidæ a Puteo.



Obijt in summa felicitate.

Parmam, & Placentiam Ecclesie subijcit. Vaticanū palatium exornat.

Milites S. Petri, & Portonarios Ripæ instituit.

Societate Chantatis confirmat.

Henricus Spondanus in Annal. Ecclesiast.

Monasterium S. M. Magdalene in Vrbe instituit.

Regulam præscribit Tertij ordinis S. Satoribus Lucam.

Vuadding. in Annal. Minor. Taurinensem Ecclesiam in Archiepiscopatu erigit Burgensibus Episcopum dat. Ferdinand. Vghell. in Ital. sacra.

Scriptores laudibus Leonem ornant, & merito.

In summa felicitate, & gloria, si hominum intueamur opinionem, obiisse Leonem dici potest; nam cum bellum contra Gallos suscipere statuisset, Mediceo Cardinali dissuadenti dixisse constat ex Guicciardino, potissimum se ad id impelli desiderio, Placentiam, & Parmam Ecclesie iterum subijcendi, idque si allequeretur, mortem sibi minimè molestant fore: paucos autem ante obitum dies Placentiam, & eodem, quo obiit, die Parmam captam intellexit. Triplices porticus ad Orientem obuersas, vnde subiectam Urbem, & Neroniana prata iucundissimo prospectu quotidie despectare solitus erat Leo, in Vaticano exornauit, condecoratis scilicet fornicum, ac testudinum ordinibus excellenti pictura, & pauimento ad argumenta insignium Mediceæ domus elegantissime variegato. Conclauia quoque, per quæ aditus est ad intimum cubiculum laquearibus auratis, & iucundissimis signis albatio opere depictis in luculentiorum formam redegit. Quinquaginta etiam millia aureorum nummum impendisse ferebatur in aula Belgica ab intertexto auro, ac nobilitate artificum magnopere præciosa; quæ tamen supra fortunam illius seculi sumptuosa erant, ob id tamen non ventæ modò, sed laudis etiam nomen ferre posse videbantur, quando non inanium rerum figuris ostentandæ luxuriæ, sed expressis Apostolorum historijs Sixti facello ad augustiorem altarium, & sacrorum maiestatem dicarentur.

Ne verò in administratione thesauri Aluminis apud forum Clodij *Tulpha* nuncupatum sedente Pio I. inuenti, fraus aliqua committeretur, Collegium certorum hominum, qui Milites S. Petri dicerentur, instituit, & erexit, quibus ea potissimum cura demandata est. Instituit etiam Portonarios Ripæ Urbis. Institutam à Julio Mediceo Cardinale Vicecancellario Societatem, siue Confraternitatem sub titulo Charitatis, ad pauperum mendicare erubescendum, & carceratorum subuentionem, & mortuorum sepulchrorum Constitutione edita quinto Kalendas Februarij anni 1520. confirmauit, & gratijs diuersis, atque Indulgentijs auxit, & in Archiconfraternitatem, & caput omnium Confraternitatum Charitatis vbilibet institutarum erexit, & instituit. Quatuor verò post propemodum mensibus Monasterium in Vrbe instituit pro mulieribus ab incontinenti, ac turpi vita ad honestam se conuertentibus, sub inuocatione S. Mariæ Magdalene, ac Regula S. Augustini, eiusque regimen prædictæ Archiconfraternitati Charitatis commisit cum variorum indultorum concessione, ac spoliatorum impudicarum mulierum applicatione. Fratribus, & Sororibus Tertij ordinis, siue de Pœnitentia, qui in communi, & sub tribus votis essentialibus vivebant, quorum institutum plerisque in locis, maxime in Italia erat valde propagatum, Regulam præscripsit; neque enim illa formula, quam S. Franciscus Secularibus, & Coniugatis dictauerat, istis poterat adaptari. Taurinensem Ecclesiam in Archiepiscopatum erexit anno 1515. extant apud Vghellium in Italia Sacra Leonis literæ ad Ioannem Franciscum à Ruere primum Archiepiscopum, & ad Suffraganeos datæ. Ciuitatem Burgensem hodie inter Hetruriz ciuitates numeratam, cum Magni Ducis imperio pareat, re tamen in Vmbria collocatam sub Appenninis montibus à Tyberi non plusquam mille passus distantem primum Episcopali dignitate condecorauit.

Tantum hunc Pontificem literarum fautorem, & Mecœnatem Poetarum munificentissimum, qui carmen haud ineptè fundebat etiam ex tempore, non Poetæ tantum, sed primi nominis illius æui Scriptores laudibus extulere, cui & scripta consecrauere sua. Albertus Pighius Belga Epistolam scripsit ad Leonem; Antonius Tibaldeus Ferrariensis in laudem Leonis Epigrammata exarauit; Ioannes Mutius, Aurelius Mantuanus eidem Elogia carmine exarata; dedicauit: Ludouicus Dominicus è latino Pauli Iouij in italicam vertit Leonis Vitam. Matthæus Herculanus in Leonis laudem Encomium posteris reliquit; Paulus Iustinianus patritius Venetus Eremita Camaldulensis ad Leonem de Officio Pontificis tractatum inscripsit: Caius Sylluanus Sylluan Romæ edidit in Leonis statuum: Ianus Damianus Senensis, alijque ferè omnes, qui floruerunt futuris temporibus Leonem semper laudibus extulerunt. In Archigymnasio Romano Leoni vti Restitutori liberalissimo parentalia quotannis instaurantur, eximiaque laudatricis eloquentiæ pompa tantus Pontifex sempiterna recordatione dignissimus exornatur.

Bononiam cum peteret Leo, Florentiã ingressus est anno 1515. ad cuius rei memoriam S. P. Q. F. in ea muri parte, qua Urbem intravit, in marmore sequentem Inscriptionem nostris etiam temporibus quilibet videt, & est talis.

LEO DECIMVS
 PRIMVS IN FLORENTINA GENTE
 EX NOBILISSIMA MEDICEORVM FAMILIA
 PONT. MAX.
 BONON. PROFICISCENS FLORENTINAM PATRIAM
 SVAM PRIMVM IN EO HONORE INTRAVIT
 DIRVTA HVIVS MVRI PARTE
 MAGNIFICENTISSIMOQVE RERVM OMNIVM
 APPARATV ET LÆTISSIMO
 TOTIVS CIVITATIS PLAVSV EXCEPTVS
 DIE XXX. NOVEMBRIS MDXV.
 PONTIFICATVS SVI ANNO III.

A Dum Florentia esset Leo, solempni ritu Templum, ac princeps altare Deiparæ Virginis Annunciatæ Antonius Cardinalis de Monte consecrauit, vt indicat ad parietes affixa Inscripctio.

QVOD SCIANT OMNES
 CVM FLORENTIÆ AGERET LEO X. PONT. MAX.
 ANTONIVS DE MONTE
 TITVLI S. PRAXEDIS CARDINALIS
 ECCLESIAM HANC
 ET MAIOREM EIVS ARAM INDICTA QVOTANNIS
 PLENARIA ACCEDENTIBVS INDVLGENTIA
 DE MANDATO SANCTISS. D. N. PAPÆ VIVÆ VOCIS
 ORACVLO SIBI FACTO SOLEMNITER
 ET RITE CONSECRAVIT DIE XIX. IANVARIJ
 CHRISTI SALVTIS ANNO MDXVI.

B Romæ in Ecclesia S. Syluestri in Quirinali monte, hæc de Leone memoria legitur.

AD PERPETVAM POSTERITATIS MEMORIAM
 LEO X. PONT. MAX. TEMPLVM HOC
 CARDINALIB. XXIX. COMITANTIB.
 ADIENS CONCESSIT
 VT QVOTIES ETIAM EODEM DIE
 IMAGINEM HANC DEIPARÆ
 FIDELES VISITAVERINT
 D. DIERV M VENIAM
 OBTINEANT
 MENSE MARTIO MDXVIII.

In Basilica Liberiana visuntur Leonis insignia cum his notis.

LEONI X. PONT. MAX.
 ANDREAS CARD. DE VALLE
 BASILICÆ HVIVS ARCHIPRESB.

C Ante Templum S. Mariæ ad Martyres, olim Pantheon à Marco Agrippa erectum, vas Porphyreticum ad Urbis ornatum collocavit, cum hac Epigraphæ.

LEO X. PONT. MAX. PROVIDENTISS. PRINCEPS
 VAS ELEGANTISSIMVM EX LAPIDE NVMDICO
 NE POLLVTVM NEGLIGENTIÆ SORDIBVS
 OBSOLESCERET IN HVNG MODVM REPONI
 EXORNARIQVE IVSSIT.

BARTHOLOMÆVS VALLA)
 RAMVNDVS CAPOFERREVS) EDILES FAG. CVR.

D Cum Morimundanum Cœnobium Rambaldi Archiepiscopi Mediolanensis auctoritate in honorem B. Virginis Mariæ in valle Ticini, Mediolanum inter, Papiamque anno reparatæ salutis 1136. constructum, ad antiquum splendorem restituit, ac Tusciæ Congregationis Cisterciensium ordinis perpetuo attribuendum curasset, anno 1481. Innocentio VIII. Pontifice maximo approbatæ, & Insulbrum Duce Ioanne Galeatio exposcente, grati animi ergo has ante fores eiusdem Monasterij Monaci inscribere notas.

ANNO MCCCCLXXXI.
 LEO X. PONTIFEX MAX.
 TVNC PROTONOTARIVS APOSTOLICVS
 ET CLERICVS FLORENTINVS
 COMMENDATARIVS HVIVS LOCI
 PER MONACOS DEGENTES IN ABBAT. SEPTIMIANA
 TVSCIÆ HOC SACRVM COENOBIVM REFORMAVIT
 TEMPORE S. D. N. INNOCENTII OCTAVI
 ANNO VIII.

E Apud Indos quoque Occidentales Leonis memoria viget; nam in summo Templo Urbis S. Dominici marmor extat, in quo Alexandri Geraldini Episcopi iussu sequentes characteres incisi.

O CIVES! O POSTERI!
 QVI ANTIQVA MAIORVM FACTA SCIRE
 ANIMO HABETIS, QVÆ MAGNO POSTERITATI
 EXEMPLO SVNT,
 LEO X. PONTIFEX MAX. GENTE FLVENTINA,
 ET ROMANA EMISSVS E FAMILIA MEDICES,
 EX VRSINA MATRE EST, LEO VERI DEI VICARIVS,
 IVDICIO DIVINO, INGENIO PER TOTVM ORBEM
 SVBLIMI AGENS, HOS PARIETES MAGNI TEMPLI
 DIVÆ MARIÆ A SVPREMO ILLO PETRI SOLIO,
 QVOD IN LATIO EST, ERIGI FECIT, MVLTÀ ILLIS
 IMPOSITA, QVI DVRAM CÆDEM IN MISEROS
 INSVLÆ HISPANIOLE INDIGENAS,
 QVI DAMNATA IN ANTIQVOS SCELERA
 PATRARVNT.

F Præter Concilium Lateranense, de quo supra, habitum etiam est Gnesnense in Polonia per Ioannem Lascium Archiepiscopum Gnesnensem contra sectam Lutheri.

Cœcilium Gnesnense

PRIMA CREATIO CARDINALIUM.
Leonis Papa X.

Leo X. Pontifex Maximus anno reparatae salutis 1513. Pontificatus sui primo, Romae die 23. Septembris ex Contelorio, seu ex Panuino, aliisque die prima Octobris renunciauit Cardinales quatuor; Cardinales praesentes in Consistorio consenserunt voce, absentes autem literis. Hi autem fuerunt.

I.

LAVRENTIUS Puccijs, Antonij filius, Florentinus, ex Protonotario Apostolico, ac Datario, quod munus etiam sub Iulio exercuerat, ac Leonis X. à literis, renunciatus Presbyter Cardinalis sanctorum quatuor Coronatorum primò, mox S. Clementis, ac S. Laurentij in Damaso, & maior Pœnitentiarius, rexit Episcopos Ecclesias plures, Venetensem scilicet in Gallia; Amalphanam, Caputaquentem, & Melphensem in regno Neapolitano; Pistoriensem in Heturia, montis Flaconis ad lacum Vulturnensem; Albanensem denique, & Prænestinam ab anno 1524. vsque ad annum 1531. quo Romæ è vita migravit. Huiusce præstantem ingenij dexteritatem Iulius II. conspicatus, non modò ad sui lateris assistentiam asciverat, quod munus Datarium appellant, sed etiam ab eodem ad Florentinam Rempublicam Legatus, in eo Senatu luculentam orationem habuit, vt ciens Pontifici maximo sociaret contra Gallos. Hunc Leo, & Clemens pariter ad Pontificatus obeunda negocia, dirimenda, ac dijudicanda summa cum illius laude, ac celebritate accersuere. Interfuit Synodo Lateranensi, ac præfuit schedis legendis Sessione vndecima. Celebrat virum hunc Iacobus Sadoletus in Epistola ad Antonium Puccijs Cardinalem eius nepotem his verbis. Cum cognovissem ex literis meorum, Laurentium Puccijs patrum tuum, virum amplissima dignitate, & omni virtutis gloria florentem sessisse à rebus humanis; teque in eius locum esse successurum, qui eundem, quem ille, honoris, & auctoritatis gradum obtineres; sanè & dolui animo vehementer, & letatus sum. Nam & illius amissi, quem in parentis loco semper habuissem, desiderio commovebar, & tua amplificatione dignitatis mirum in modum gaudebam; qua in disceptatione doloris, atque lætitiæ aliquandiu cum fuisset, rationibus utrinque perpensis, atque examinatis, tandem iudicatus æquus esse multò, tibi, & dignitati tue gratulari, quam illius obtinui, decessioneque lugere. Præsertim cum hoc à me erga te officium, amicitia veteris nostræ requirat; illi autem nihil omnino mali contigerit, quod sit luctu, & lamentatione dignum. Nam si vitam illam cogitamus beatam, & immortalam, quæ in cælo his qui cum fide, & pietate hic vixerunt, post mortem à Deo est proposita; nihil omnino earum verum, quibus illa comparatur, prætermisit Laurentius. Mito nunc bonitatem, mitto liberalitatem, mitto innumerabiles ab eo, & prope infinitos assidue pro Republica susceptos labores, humanitatem etiam, facilitatemque prætermitto, qua illa ad se adveniens, & ipsius ope, ac consilio uti volentibus expositus semper fuit. Quid illa, vel pietate, vel religione potuit esse illustrius, qua ipse erga Deum illius honoris studio incensus ferebatur? vel charitate, qua erga homines? Cum nec monere errantes, nec erigere lapsos, nec solari desperantes villo unquam tempore desisteret; omniaque sua cogitata, consilia, acta eò potissimum conferret, ut sancta Ecclesia bonos apud omnes, & auctoritas magna haberetur. Quod si illa etiam spectantur, quæ in hac vita nobis, qui supervisces adhuc sumus, alleviamenta doloris sunt; nullius unquam nomen nec clarus, nec frequentius, quam Laurentij toto Orbe terrarum pervagatum est. Illo Curiam regebat, ille & civibus, & exteris lumen præferebat sapientiæ suæ; erga pauperes comis, potentibus non insensus, bonis omnibus fautor, nulli unquam acerbus, maximis porro Pontificibus, & consilio semper, & opera, & omni fide, atque amore coniunctus, & consentiens. Itaque non dubito, quin ista tanta Vrbs, & ista Curia talis viri tam benefici, & tam salutaris morte sibi tota squalens, & penè ornamentis omnibus spoliata esse videatur. Ego verò, in quem plurima illius beneficia extiterunt, qui me in filij loco dilexerat, in quo ego patriam mihi sanctitatem, & venerationem constitutam habebam, facere equidem non possum, quin gravis, & intolerando dolore urgear.

Nec huiusce Cardinalis laudes præterijt Stephanus Ioanninensis in Monarchia Medicea, dum vitæ integritate, morum suavitatem, religionis splendore ad supremi Ordinis dignissimum illud tribunal sacræ Pœnitentiariæ accersiri meruisset. Gomecius tamen



Ciaconus Andr. Vi. stor. in Addit. ad Ciacon. Francisc. Guicciard. in Histor. Stephan. Ioanninens. in Monarchia Medicea. Claudius Robert. in Gallia Christiana. Felix Cœtelorius in Elencho. Paul. Ion. in Vita Hadriani VI. Ios. Mar. Saresf. de Episc. Prænestini. Iac. Nardi. in Histor. Florent. Land. Alben. in Descript. Italiae. Aubery in Vita. Panuini de Rom. Pontific. Paul. in Vita. Ios. Mar. Saresf. de Episc. Prænestini. Iac. Nardi. in Histor. Florent. Land. Alben. in Descript. Italiae. Aubery in Vita. Panuini de Rom. Pontific. Paul. in Vita.

A in Vita Francisci Cardinalis Ximenij Laurétium hunc Cardinalem superbum fuisse, & auiditatis inexplabilis vitio laborasse affirmat; quare Laurentiū Puccijs nepotem, destinatum Nuncium in Castellam, hominem leuissimum, & futilem ab Hispanis reiectum addit; ne magna Reipublicæ Hispanæ perniciēs eueniret, si vnus Romæ Laurentius Cardinalis, alter Nuncius in Hispania ad res pro libito tractandas mutuam sibi operam dedissent. Apud Hadrianum VI. Soderinorum studio Laurentius hic, & Fraciscus Armellinus Cardinales accusati; quasi hic vti prædator insignis nullo iure quæstura officio fungeretur; alter verò sanctissimis Indulgentiis, quibus animæ defunctorum expiarentur, immuni quæstu diuentius, ingentem pecuniæ vim nullo metu pœnæ peculatus auertisset. At hitum auctoritate, tum innocetia facillimè cuncta vti falsa refellerunt. De Romana Ecclesia, ac de patria benemeritus Romæ obiit anno 1531. ætatis septuagesimo tertio, die ex monumentis Vaticanis 19. ex monumento Florentino die 16. seu ex alijs 25. Septembris: sepultus in Basilica Vaticana, deinde translatus ad S. M. supra Mineruam ad pedes Leonis X. cum hoc Epitaphio, conditus est.

LAVRENTIO PVCCIO EPISCOPO PRÆNESTINO CARDINALI SS. QVATVOR, MAIORI POENITENTIARIO SINGVLARIS PROBITATIS, AC AMABILITATIS, ET IN APOSTOLICIS NEGOCIIS EXPERTO. QVI VIXIT ANNOS LXXIII. MENSEM VNVM, DIES IX IVXTA LEONIS P. X. VT MANDAVERAT SEPVLCHRVM, ROBERTVS PVCCIJS CARDINALIS SS. QVATVOR, MAIOR POENITENTIARIVS FRATRI OPTIMO, AC BENEMERENTI FAC. CVR. MORTEM OBIT ANNO MDXXXI.

Eius gentiles Florentiæ in sacello S. Sebastiani ad Templum S. S. Annuniatæ à fundamentis ab ipsis constructo, marmoreum hoc Elogium ad tanti viri perpetuam memoriam incidi curarunt.

LAVRENTIO PVCCIO ANTONII F. EPISCOPI PRÆNEST. CARDINALI SS. QVATVOR MAIOR POENIT. APOSTOLICORVM NEGOCIORVM EXACTA COGNITIONE CELEBERRIMO A LEONE X. PONT. MAX. FVRPVRA DECORATO ROBERTVS PVCCIJS PATRVO MAGNO AD ILLIVS IN PATRIA MEMORIAM RETINENDAM EREXIT ANNO SALVTIS MDCVII. VIXIT ANN. LXXIII. OBIT ROMÆ XVI. KAL. OCTOBR. MDXXXI. ET IN S. MARIE SVPER MINERVAM SERVATVR.

Scriptis, cū Datarij munere fungeretur, de Gratijs, & Expectatiuis. Laurentio Cardinali in D. Cæcilium Cyprianum Episcopum Carthaginensem Annotationes dicauit Erasimus, & in Epistola dedicatoria hæc de Cardinali habet. Postremo prodit opera Frobenij nitidior simul, & augustior. Prodit autem, & feliciter, sita auctoritas nostra fauebit industria simul, & consilio, qui labore, hunc tuo nomini dicatum esse volumus, non ignari quantum ea labore instauranda religioni Christiana, &c. quoniam illud mihi probè visum est congruere, ut Cyprianus, cui primum locum tribuit sedis Apostolica censura, tuis prodiret auspicijs, cui meritisimo inter tot Ordinis Cardinalitij lumina primas tribuit Leo Pontifex, non minus cordatisimè, quam maximi titulo clarus. Huic quoque Cardinali Bapt. Mæruanus, clarus illius æui Poeta Vita S. Blasij Cappadociæ Episc. vincita oratione descriptam, dedicauit. Literas in commendationem Reipub. Florentinæ dedit Cardinali Cybo, & inueniuntur editæ in tertio tomo literarū Principum.

Nomencl. Cæd.




II. IVLIVS Medices, Florentinus, Iuliani filius, Leonis X. frater patruelis, quem Leo præmissis probationibus, ex legitimo matrimonio natū in Consistorio declarauit; Miles Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, & Prior Capuanus, Archiepiscopus Florentinus, Diaconus primò, mox Presbyteris Cardinalibus adscriptus, S. R. E. Vicecancellarium obtinuit. Diaconus præfuit Ecclesiæ S. Mariæ in Dominica; Presbyter S. Clementis; deinde S. Laurentij in Damaso; Episcopus administravit Gerundensem in Hispania, Agriensem in Germania; ciuitatis Castellanzæ, Potentinam, Britonorientem, & Alculanam in Italia; Vauetensem, Albiensem, Ebredunensem in Gallia Ecclesias; & Archiepiscopus præter Florentinam in Italia, Narbonensem in Gallia. Abbas rexit Claræuallis Mediolanensis, ac S. S. Vincentij, & Anastasij ad tres Fontes extra Vrbe Abbatis. Florentiæ Archiepiscopus Provinciale Concilium celebravit, ediditque quamplura decreta, atque ordinationes, quibus ad puriores mores reformatio diuturnior foret. Post Rauennatem cladem ad Ioannem Medicum Cardinalem

Ciaconus Andr. Vi. stor. in Addit. ad Ciacon. Stephan. Ioanninens. in Monarchia Medicea. Iac. Nardi. in Histor. Florentin. Aubery in Vita. Francisc. Guicciard. in Histor. Panuini de Rom. Pontificib. Felix Cœtelorius in Elencho. Ferdinad. Vghell. in Ital. sacra.

Legatum ab hostibus captum, Sanseuerinate Pseudosynodi Legato permittente accessit, à quo Romā missus Iulium, & Cardinales in Consistorio rerum statum edocuit; Leone X. coronato ad Lateranensem Basilicam insigni pompa contendente, à vertice ad planitiam lucenti chalybe indutus vexillum ordinis S. Iohannis Hierosolymitani detulit. Cardinalis diuersis Lateranensis Concilij Sessionibus interfuit: sedis Apostolicæ nomine Legationis munere functus est Bononiæ, in Exarchatu Rauennæ, Florentiæ, ac in tota Tuscia, & ad quæcumque alia loca, ad quæ proficisceretur. Magna eius ceruici negotiorum moles à Leone imposita; quare magna illius auctoritas, & magnæ opes: nihil Iulio inconsulto, nec quicquam moliri, nec aliquid penè mente concipere Leo ausus est, quasi turpi piaculo duceret quicquam Iulio inauspicato peragere. Inuictū Leonis animum homines in Iulio desiderarunt, qui natura blandus, humanus, ad pietatis, officijque studia propensus, timidus, & cunctanti similis apparebat; Sadoletus virum bonum, prudentem, pacisque in ipso etiam Pontificatu amantissimum eum prædicauit. Nonnullæ huiusmodi Cardinalis literæ ad Bernardum Bibienam, & alios, multæ ad illum datæ habentur in Epistolis Principum Italianis scriptis. Post Hadriani VI. obitum renūciatus Pontifex, Clemens VII. appellatus est, de quo suo loco plura.

Huiusmodi Cardinalis iussu Raphael Vrbinas Tabulam pinxit, que nostris hinc temporibus visitur in ara maxima Ecclesiæ S. Petri in Monte aureo, alias Ianiculo; in qua hæc notæ exarata.

DIVO PETRO PRINCIPI APP.
IULIUS MEDICES CARD. VICECANCELLARIUS
D. D. ANNO D. MDXXIII.



II.

BERNARDVS Tarlatus, alio nomine Diuitius, vel ex oppido diocesis Florentinæ Bibiena, clarissima olim apud Aretinos Tarlatorum familia ortus Bibienæ 4. Nonas Augusti anno salutis 1470. lucem aspexit. Maiores eius ex Aretina ciuitate diuersæ factionis auxilio disturbati, ac pulsi, Bibienam vicinū oppidum commigrarunt, vbi aliquandiu cum vixissent, Tarlatorum cognomētum hac occasione in Diuitiorum commutarunt. Bibienæ oppidum ob frumenti inopiam fame cum premeretur,

è Tarlatis vnus, cui primū Diuitij cognomen est inditum, magnam frumenti copiam in horreis asseruarat; is calamitatem popularium suorum miseratus apertis horreis frumentum oppidanis iam fame consumptis gratuito diuisit gratia apud omnes comparata, pristinus Diuitij cognomen accepit, omnisque vetustis familiaris insignibus, ijs, quas supra expressimus, frumenti spicis in vnum collectis in rei memoriam vsus est. Ex hac igitur illustri Bernardus ortus profapia, Florentiam annum agens decimum ad Petrum fratrem, celebrem virum missus, vt literis, moribusque apud ipsum institueretur. Puer itaque præceptoribus traditus eam indolem, ac docilitatem ostendit, vt iam qualis futurus esset, apparet; ad decimum septimum annum cum peruenisset, epistolam elegantem perscripsit, & carmina condidit. Quare in domum Medicæ à Petro fratre introductus, & Laurentio Medici insinuat, vbi inter alios ab epistolis admittitur, breui adeo profecit, vt Laurentius ad arcana omnia, ad secretiores epistolas conscribendas, excipiendæque eo dictante, illo vteretur; sub cuius disciplina, & legendo, & scribendo, & agendo ita paucis annis pedem protulit, vt à Laurētio magna in spe, ac opinione haberetur. Qui quidem quanti Bernardū fecerit, illud præcipue ostendit, quod cum ab Innocentio VIII. Pontifice maximo Iohannes filius, adhuc adolescens in Cardinaliū Collegium esset ascitus, Bernardum filio Cardinali tradidit, tum vt dictandis epistolis præset, tum vt si quid grauioris negocij ingrueret, cuius opera cum dignitate tueretur, in promptu haberet. Defuncto Laurentio, Petrus, Iohannes, & Iulianus fratres Bibienam magna charitate sunt profecuti, magnoque in honore eum semper habuere; eius opera quoad res gerendas cum innata quadam dexteritate, & ad hominum gratiam conciliandam esset aptissimus, vnusquisque eorum, vt vrgebat occasio, vtebatur. Petrus defuncto Ferdinando seniore Siciliae Rege, cum Alphonsus filius patri successisset in regno; cumque hominem aliquem ad Regem illum destinare cogitaret, qui ob regnum adeptum suo nomine gratularetur, & negocia ad communem Italix, & vtriusque eorum utilitatem procuraret, Bibienam, qui tanto, ac tam graui munere fungeretur, elegit, apud quem talem se præbuit, vt Rex eum magnis laudibus extollere solitus sit. Petro è viuis sublato, apud Iohannem Cardinalem, & Iulianum fratres multis annis degens, pericula multa, labores innumeros pro Medicea familia inuictus semper obiuit. Romæ dum moraretur, Iulius II. Pontifex cognita illius in peragendis negocijs dexteritate, eius opera pluri-

mis, arduisque in rebus est vsus, eumque in Ecclesia Dei magnum aliquando virum futurum Alberto Pio Carpeni Principi prædixit, & verus vates fuit. Nam Iohannes Cardinalis Medices in Romanum Pontificem electus, prima die eum Protonotarium Apostolicum elegit, altera verò Pontificio Arario præfecit, quem magistratum ita diligenter gessit, vt sexto vix Pontificatus mense elapso nil tale cogitantem inter Patres ascuerit. Ex Protonotario igitur Apostolico, & generali Thesaurario inter Diaconos Cardinales cooptratus præfuit Diaconiz S. Mariæ in Porticu. Cardinalatum adeptus, ita pietate, virtute, clementia, atque animi magnitudine, ac cæteris, quæ à Principe requiruntur, virtutibus se virum insignem ostendit, vt nil in ipso accusari posset. Cumque apud Pontificem, ac Iulianum Medicum plurimum auctoritate, & gratia polleret, omnes quoad poruit, iuuuit; literatos viros, quorum in primis amantissimus fuit, fouit, ac coluit. Administrauit Episcopus Ecclesias plures, Constantiensem scilicet in Normannia, Cauriensem in Hispania, & Puteolanam in Italia; Legationem gessit sedis Apostolicæ nomine in prælio contra Franciscum Mariam Urbini Ducem; & pro ineunda pace inter Principes Christianos apud Gallix Regem, & die 9. Ianuarij anno 1520. habitum est Consistorium publicum, vti habemus in monumentis Vaticanis, pro Card. S. M. in Porticu ex Gallica Legatione reduce. Legationem etiam functus est in Umbria, & apud Maximilianū Imperatorem ad partes Italix venientem; Mutinæ tamen substitit, cum Cæsaris in ipso victoriæ cursu recessum audisset. Interfuit Concilio Lateranensi, eiusque diligentia, ac industria celebratur à Garimberto: Lauretanam Domum protexit; sunt ipsius Leonis literæ ad Bibienam per Bembum hac de re datæ, quas hic relcebere libet; quia quanti faceret Leo Bibienam Cardinalem, mirum in modum indicant. *Cum omnium, quas in Pontificatu curas gerimus, ea postrema non sit, vt Maria semper Virginis, Domini que Nostræ matris Lauretana sanum augustissimum, quod magnis sumptibus, atque impensa multis iam annos à Romanis Pontificibus constructur, qua maxime conuenit, diligentia, & studio conscribatur, eiusque sanæ prouentus probe custodiantur, reliquaque omnia, que ad ipsius Virginis matris cultum, locique religionem non solum retinendam, sed longè etiam fieri possit, ad augendam, atque amplificandam pertinent, rectè administrantur; ipsius se Lauretani Templi, adium, Domus, loci prouentuum omnis generis, eiusque Templi edificationis cultus, curationis, ministrorum, operumque omnium procuratorem facio. De tua enim in Diuam pietate, in rem Romanam studio, in me autem, cui quidem, famis aequæ meæ omnia penè vsque à puero summa cum integritate, & fidei, tum verè cure, atque diligentia egregia, & præclara officia præstitisti, percutere obseruantia, voluntateque admonitus, nihil est verum omnium, quod tibi rectè mandari, credique posse non existimem. Itaque tibi in eo procuratoris munere obeundo eandem potestatem, idemque ius largior, in teque transfero agendi omnia, mandandi, statuendi que potestas, quodque ius mihi idem si agerem, mandarem, statuerem, profecto esset. Quare tuum eris, qui virtute, atque ingenio sic abundas, nemo tibi in vtrisque vt præferatur, in singulis æquentur pauci, cum magistratum ita gerere, vt & sanum illud apud omnes homines plus in dies venerationis, & celebratis acquirat, & mihi extet fructus laboris, & industrie tuæ. Dat. Kalend. Iulij 1515. Anno tertio. Roma.*

Aliæ quoque Leonis literæ in Bibienam eiusdem amorem explicant, & sunt. *Esse mihi per gratum, atque iucundum est pro eo amore, quo Iacobum Episcopum Albanum Cardinalem Arborensem prosequor, ipsi melius esse de ea valetudine, qua omnes ei medici mortem allatum iri existimabant; maximeque illum cupiam conualescere; agrè tamen fero, commodare, tibi me non potuisse de ea domo, quam is in Vasicano, adibusque nostris habet. Nam quoniam domo illa, quam adhuc quidem inhabitasti, ipse uti volebam; est enim maxime apta ad letissimam animi, & ex hilarationem propter mirificam porticum, speculæque, quas habet multas, atque bellissimas. Eam ipsam Cardinalis domum, is si vita functus esset, cogitabam tuam facere, quam esse per commodam, perque amplam sciebam latis, spatioisque, & thalamis, & atrio. Festiuam etiam, & sumptuosam aureis laquearibus, & pausamento tessellato, tibi; magno illam, & vsui, & voluptati putabam fore, vel propter confluentem ad te omnibus horis populi multitudinē, vel propter ingrauescentem iam ætatem tuam, qua natura etiam sua letissis, & hilaritatibus gaudet. Quare non potest mihi non molestum esse, inuideri tibi eam commoditatem, sed profecto tibi Nos non deerimus, dabimusque operam, ut que prior Nostrarum adium pars elegans vacua erit, ea tua sit. Interea cura, vt valeas, vt te saluum, & sospitem quam primum videre possimus. Dat. tertio Idus Quintil. Anno quarto. Roma.*

Ecclesiam S. Mariæ in Porticu de Vrbe prope collabentem restituit, vti habetur ex subiecta tabula marmorea.
BERNARDVS DIVITIUS S. M. IN PORTICV DIAC. CARD. VETVSTATE COLLABENTEM INSTAVRAVIT ANNO SALVTIS MDXIV. SEDENTE LEONE X. PONT. MAX.
Scripsit antiqua ratione Calandram Comœdiam tanto sale ref-

Glaconius Panin. de Roman. Pontific. Aubery in Vita. An. Sand. in Elog. Card. in. Jacob. Nar. di, & Sci. Pio Am. mitat. in Historia. Florent. Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciacon.

Hor. Tur. cell. in Hi. stor. Laur. Hippolyt. Matracc. in Purpur. Marian.

Ioseph Ma. trana in Hi. stor. S. Mariæ in Porticu.

persam,

per lam, vt in hoc scribendi genere ne ipsi quidem Plauto cedere videatur: hæc acta est in Vaticano ludis lupercalibus pernobiles Comædos Romanæ iuuentutis in gratiam Isabelle Mantuani Principis vxoris vsque adeo decenti apparatu, vt nihil ad elegantiam, theatralem ab eximio Poeta Comico doctius, ac facietius compositum, aut magnificentius in scena editum confiteri liceat. Scripsit etiam Epistolas multas, quarum viginti duæ extant inter Principum literas: ad illum datæ sunt literæ à Marfilio Ficino.

Extremum diem obiit, non planè senex Romæ maximo omnium mærore sub Leone summo Pontifice die prima ex Contelotio, ex Victorello verò 9. Nouembris anni 1520. ætatis quinquagesimi dolore stomachi correptus, non sine veneni suspitione. Cum enim è Legatione Gallica in Urbem redisset, intempestiua ambitione ad Pontificatum aspirans, si Leo vita excederet, quod ei Rex Franciscus ex prolixa pollicitatione suffragaturus crederetur; id multò iunior, habitoque viuacior Leo adeo indignanter tulisse fertur; vt ipse Bibiena tabifico veneno ex frixis ouis de manu in mensa porrectis se petitem suspiciosius quam decebat existimaret, inani certè argumento, quod insignium medicorum vel iterata, exquisitaque remedia minimè profecissent. Testamento iussit suum corpus ad Lauretanam Domum deduci, & in sacello Virginis sepeliri; post obitum tamen sepultus est in æde S. Mariz de Araceli cum hoc Epitaphio.

BERNARDO DIVITIO CARDINALI
Viro plurimis, maximisque virtutibus;
Ac LEONIS X. Pontificis Maximi veteri familiaritate,
Et benevolentia insigni,
Amplissimis muneribus, & Legationibus probe functo;
Fratrum Filij mæstissimi Patruo B. M.
Qui eis cuncta paterna beneficia prestauit,
Arcam sepulchralem, dum quò iussit, inferatur, posuere.

Funebri oratione illum laudauit Latinus Iuuenalis Vaticanæ Basilicæ Canonicus, quam M. S. se legisse apud eruditum, & nobilem virum Martium Milesum fatetur Ferdinandus Vghellius in Additionibus suis ad Ciaconium. In huius morte Boccarinus Aretinus hæc cecinit.

Trunca fides, lugent Charites, periere lepores,
Desipere sales, desipere ioci:
Lurida nimirum mors, qua Vrbi inuidit, & Orbi
DIVITIUM *inmensi funere corripuit.*
Purpureos meruit titulos, Rome occidit, ortus
Est Bibiena, hoc te scire sat hospes erat.

Et Ioannes Latomus.

Omnia captans, nec segniter omnia cepi,
Est mea præcipuus præda galerus honos.
Præuius ac tandem captans, nec ut ante Leonem
Venator perij cassibus ipse meis.

Huic Cardinali literas dedit Angelus Diuitius, quæ in lucem datæ leguntur cum alijs virorum illustrium.

IV.

INNOCENTIVS Cybus, Genuensis, Leonis ex forore Magdalena nepos, Francisci Cybi Anguillariz filius, & frater Laurentij, qui in vxorem duxit Riccardam Malaspinam hæredem Principatus Massæ in Liguria; egregiæ indolis adolescens, optimis moribus, ac literis institutus, vt refert Leo in Epistola ad Ferdinandum Hispaniæ Regem apud Bembum, annum ætatis agens vigesimū secundum,

ex Protonotario Apostolico à Leone auunculo Diaconus S. S. Colmæ, & Damiani, ac S. R. E. Camerarius, & Fabriani Dominus Leonis liberalitate renunciatus est: Leo enim in huiusce creatione verba illa protulit; *Quod ab Innocentio accepi, Innocentio restituo.* At Diaconia illa progressu temporis relicta, alteri S. Mariz in Dominica primò, deinde illi S. Mariz in Via lata Diaconus præfuit. Rexit Episcopus Ecclesias plures, Massiliensem scilicet in Gallia, Taurinensem, Volaterranam, Vintimiliensem, Britonorientem, Saonensem in Italia; Marianensem, & Aleriensem in Corsica, & S. Andree in Scotia: pluribus vrbibus præfuit; Archiepiscopus; Messanenſi in Sicilia, Ianuensi in Italia, & Bituricensi in Gallia. Legatione functus est Bononiæ, & in Romadiola: Vrbes plures Clemente VII. in Hadriani mole degente in Pontificis obedientia continuit; ob mutuam Clementi pecuniam Vetrallâ ab ipso Clemente accepit. Cum autem eodem tempore maxima Cardinalium pars Placentiam conuenisset, vt capita conferrent, qui rebus Romanis diffidentes, de relinquenda Italia, ac sede Pontificia Auenionem transferenda consilia agerent, Innocentius huiusce rei fama com-

motus eò statim accurrat, abiectoque metu Patres, atq; animum despondentes erexit, ac salutem desperare vetuit à degeneriq; consilio præclara oratione reuocauit. Quare immortalẽ gratiam Pontificij solij retenti in Italia Innocentij virtuti, & constantiæ debet Italia vniuersa. Alterum eximij consilij, nulliue moli succumbentis animi documentum dedit in rebus Florentinis; quando Alexandro Mediceo Duce interfecto, in Medicea familia Florentiæ Principatum sitinuit, & oblatum pro sua familia recusauit, dum ad tumultum inclinantem populum pacauit, ac magnorū motuum causas præcidit. Vnde in illius laudem cecinit Ioannes Catanoua.

Salve Heros Romani olim pars magna Senatus,
Circum humeros Tyrio cinctus qui murice sacros
Haud vnquam es passus transferri sceptrum Quiritum
Vltra Alpes, Laty solus non immemor ipse.
Imperia ecce tibi Tybrim posita inter & Arnurum
Accepta asseruata refert prudentia, & astu
Multorum extincta capitum abste funditus Hydra.
Maximus ille Ducum Medices pars maxima Terra
Aufonia in folio residens nunc Cosmos auito.
Quo factò æternum gaudet Florentia, tequo
Principe lata suo tollis super æthera laude.

Quare ad Rempublicam gerendam in primis natum fuisse diceres, nisi ocium vitæ à contentionibus remotæ nimium amplexatus, procul à Romana aula maximam ætatis partem egisset. Bis in paterna domo Masle Carolum V. & semel Paulum III. Romanum Pontificem regio apparatu excepit; hunc maximè commendat in suis literis Petrus Aretinus. Astuit Sessionibus pluribus Concilij Lateranenſis, & Comitij Pontificij, in quibus renunciati summi Pontifices Hadrianus VI. Clemens VII. Paulus III. & Iulius III. sub quo Romæ die 13. ex sepulchrali Inscriptione, seu ex Vaticanis monumentis die 14. Aprilis hora octaua noctis antecedentis anno salutis 1550. ætatis 59. decedens sepultus est in Ecclesia S. Mariz super Mineruam cum hac sepulchrali Inscriptione.

D. O. M.


Innocentio Cybo Ianuensi, Diacono Cardinali
BONIFACII IX. Tomacelli Pontificis Maximi Agnato
INNOCENTII VIII. Pontificis Maximi Nepoti:
LEONIS X. Pontificis Maximi Sororis germanæ Filio,
CLEMENTIS VII. Pontificis Maximi Sororis Patruelis Filio.
Vixit Annos LVIII, Menses VII. dies XIX.
Cardinalis XXXVII. Ann. fuit.
Decessit Idibus Aprilis Anno M D L. sui posuere.
Vixit ut morituri.

D Sub Innocentio Archiepiscopo Messanenſi, & Ioanne de Vega Prorege, anno nostræ salutis 1548. Paulo III. Romano Pontifice annuente erigitur Messanæ Societatis Iesu Collegium; apud Rocchum Pyrrhum extat Pauli diploma, quo iuratis Patribus Messanenſibus erigendi publico studia facultas conceditur. Cardinali huic literas dedere Gorus Gherius, Franciscus Barletanus, Laurentius Puccius, Io. Maria de Monte, Ioannes Saluiatus, Nicolaus Rodolphus, & Nicolaus Gaddius Cardinales in commendationem Reipublicæ Florentinæ, & Henricus Rex Angliæ de Vrbi excidio. Quæ omnes sunt editæ in libris literarum Principum.

SECUNDA CREATIO CARDINALIVM.

E Leo X. Pontifex Max. anno à partu Virginis 1515. & Pontificatus sui tertio. Romæ die septima ex aliquibus ex Diarijs verò die Veneris, decima Septembris vnum Presbyterum Cardinalem creauit; is autem fuit.

V.



THOMAS Vulcer, aliàs Vulceus, seu Vulier, vel Vulfæus, Anglus, ex oppido Suffort, diocesis Nurudienſis, non humili tantum, sed vili genere, malo Reipublicæ Christianæ natus, patre Ianio, terræ filius dictus, cum in aula irrepisset, Regiq; à sacello factus esset, Richardi Vuintonienſis Episcopi opera, regijs elemosynis præficitur, mox Tornaco apud Monicos in potestatem Henrici redacto, Tornacensis Episcopus vestigalia ex regis donatione capit. Paulò post fit, & ipse Episcopus primò Lincolnensis, deinde Duuelmenſis, tum autem Vuintonienſis, ac simul etiam Archiepiscopus Eboracensis; nam Vuintonienſem, & Eboracensem duos locupletissimos Episcopatus simul possedit, demum fit totius regni Cæ-

cellarius,

Ciaconius
 Fberti Fo-
 rta in...
 Elog. Li-
 gerum.
 Cabrera.
 And. Vi-
 corell. in
 Addit. ad
 Ciacon.
 Aubery in
 Vita.
 Aruinius
 de Rom.
 Pontificib.
 Pomp. Vi-
 ma. in...
 Hist. Bo-
 nonien.
 Jac. Nard.
 & Scipio
 Annuarat.
 in Histor.
 Florentina.
 Augustia.
 Valerius
 in Histor.
 Pedem.
 Ferrand.
 Vghell. in
 Addit. ad
 Ciacon. & in
 Ital. sacra.
 Yac. Zan-
 non deus
 Bob. Ital.
 Roccius
 Pym. in
 Not. Regl.
 Sclia.

Acta Con-
 cilij Later.

Ciaconius
 Polidor.
 Virgil. in
 Hist. Angl.
 Goduun.
 de Archie-
 pisc. Ebo-
 racens.
 Ferr. Ribad-
 dan. in Hi-
 stor. Angl.
 Io. Bapt.
 Adriani in
 Historia.
 Henricus
 Spodan.
 in Annal.
 Ecclesiast.
 Ferdin. V-
 ghell. in
 Addit. ad
 Ciacon.
 Aubery in
 Vita.
 Francisc.
 Guicciar.
 in Histor.

Papinius de Rom. Pontific. Felix Conrelor. in Elencho. Andr. Vi. storiell. in Addit. ad Ciacon. Sander-de Schifmat. Anglicano Hier. Gamsbert.

cellarius, & Angliæ Primas: & ob fœdus inter Pontificem, & Regem Angliæ, Henrici Regis precibus renunciatur Presbyter Car-

Iam ergo Henricus Rex diuortij percupidus Legatos ad Clementem Pontificem misit, qui peterent, tum vt fœderi contra Cæsarem adhaereret, tum verò præcipue, vt diuortij facultatem concederet non priuilegio, aut dispensatione, sed matrimonio nullum ab initio declarando. Quod quamuis Episcoporum Angliæ iudicio domi fieri posset, ne qua tamè suspicio Cæsari oboriretur, tanquam in solius Regis gratia Episcopi Anglicani id fecissent, maluisse Regem hanc causam ad summum totius Ecclesiæ tribunal referre. Haud verò istud difficile futurum, propterea quod Regina, vt erat tota pietati, & austeriori vitæ addicta, facile in Monasterium aliquod sese abditura esset. Existimabat autè Rex, Pontificem propterea quod ipsius libertatem tanto studio apud Cæsares procurasset, & adhuc suo consilio egere videretur, non difficulter consenturum; & quo faciliùs nouo munere impelleret, stipendia in quatuor pedum millia ad ipsius custodiam obtulit. Ad quæ Pontifex primùm excusans de fœdere, quod ad diuortium spectabat, huic petitioni non omnino repugnare ausus, quin potius se Regi in ijs quæ post obsequendi cupidum ostendens, iussit Legatos cum ceteris Cardinalibus, ac Theologis de eo agere. Qui rationibus eorum perpensis, cum vno consensu respondissent, matrimonium Catharinæ cum Rege nullo modo cum lege diuina, quod Legati contendebant, pugnare, ac propterea ratum, & firmum esse, nec in causa tam peripicua Iudices dandos esse, & maximè in Angliâ, vbi omnia in potestate Regis futura eilene. Vrgentibus verò rursum Legatis, si matrimonium iure Diuino interdictum non esset, tamen Regem ostensurum Iulij II. dispensationem minimè fuisse canonicam, & legitimam; ac proinde causam iterum alijs Cardinalibus, ac Theologis cognoscenda à Pontifice, commissa, de illorum erga Regem, de Ecclesia Catholica, & sede Apostolica benemeritum indulgentia dati sunt Iudices S. R. E. Cardinales Laurentius Campegius Bononiensis, Episcopus Albanus; & Sarisburiensis in Angliâ Administrator, qui iam in Angliam missus fuerat à Leone X. ad Regem in bellum Turcicum impellendum; ac Thomas Volzæus Cardinalis. At vbi Rex Angliæ nihil apud Campegium, & Volzæum Iudices proficere pro dissolutione matrimonij agnouit, vehementer indignatus, omnem iracundiæ vim in Volzæum effudit, tanquam per illum solum iterisset, quo minus negocium confectum esset. Nam & scribit Sleidanus comperisse Regem, Volzæum monuisse Pontificem ne diuortium cum Catharina Regina approbaret; imò scribunt alij Volzæum omnino pernituisse coeptæ colloquutionis de diuortio, tanquam temerariæ, & nimis audacis. Quare Volzæus iusto Dei iudicio varijs criminibus apud ipsum Angliæ Regem accusatus, iussu eiusdem à Thoma Duce Norfolkicæ apprehensus cogitur se abdicare primum Cancellariæ Magistratu, deinde Vintoniensi Episcopatu, tum autem magnificentissimo à se Londini ædificato palatio, quod Rex ipse inuasit constructum, vt erat, omni genere diuitiarum, ac præciozæ suppellectilis. Denique penè omnibus bonis exutus, quæ im-

menla erant, primum relegatur in Villam Atheriensem, mox in Eboracensem Ecclesiam, cui præerat, dimittitur. Sed cum Rex audiret, Cardinalem etiam Eboraci splendide agere, epulis vacante, solempnique pompa vti, ac mitram suam gemmis ornata, quam Rex illi abstulerat, ad suam in ea Ecclesia inaugurationem repetere, Rex hoc Volzæi superbiæ imputans, nec ferendum iudicans; iubet hominem in ipso die inaugurationis designato, præfenti Nobilium ingenti multitudine, ab Henrico Northumbriæ Comite primùm comprehendi, deinde Londinum captiuum duci.


At is in itinere ipso ad Leicæstræ oppidū 4. Kalend. Decembris anno 1533. iam sexagenarius ex disenteria è vita migravit: fama vulgata est spontè venenum sumpsisse. Illud verò constat, cum tanquam reus læsæ maiestatis regis apprehenderetur, eum dixisse: *Vitam nihilo magis læsæ maiestatis diuina reus offem; nunc autem dum nulli rei magis incubus, quam vt Regi penitus inferu- rem, & in Deum peccans, & Regis gratiã non obtinui*: hanc Volzæus quidem dignam suæ perueriæ assertionis, & superbiæ mercedem in hoc mundo accepit. At quamuis à compluribus impotentis superbiæ, fraudum, rapinarum, & aliorum eiusmodi vitiatorum accusatus reperitur; alij tamen quanta cum laude Rempublicam Rex ante diuortium administrasset, & in quantas deinceps calamitates, & se, & regnum præcipitasset, quod illum omnes Europæ Monarchæ aliquando suspexissent, ne dicam metuisent, vnius Volzæi consilijs adscripserunt. Ferunt aliqui, in morte Regem per virum ad se missum monuisse, vt examinis coram summo Tribunali olim subeundi memor viueret; ita enim futurum, vt noxæ, quam ei impingerent aduersarij, secretò conscientie suæ testimonio ipsum eximeret. Exemplum memorabile, vt ipsenem tunc dixit, quo singuli doceantur, quàm lubrico loco stetur in hoc mundo ab ijs, qui Dei super omnia bonitati, ac prouidentie tanquam baculo firmissimo non vtuntur.

Volzæi Legationis ad Franciscum Gallie Regem meminit inter alios Guicciardinus, eamque mille ducentis equitibus stipatum Galliam percurrisse affirmat. Cumque anno 1524. Clemens VII. Romanus Pontifex Legatos misisset ad Cæsarem, Regesque Gallie, & Angliæ, qui pacem inter ipsos, aut inducias conciliarent. Thomas Cardinalis molestam habens qualemcunque pactionem, quæ sui opera non fieret, toto pectore tum pacem, tum inducias euertere curauit. Non enim inter Carolum Cæsarem, & Franciscum Regem Gallie, alium arbitrum nisi Henricum Regem Angliæ à sui nutu tunc temporis pendentem volebat.

TERTIA creatio cardinalium.

Leo X. Pont. Max. Anno salutis 1515. Bononiæ die Veneris 19. Kal. Ianuarij vnū Presbyteris Cardinalibus adscripsit, qui fuit.

VI.



HADRIANVS Gouffier, aliàs Boifius, Gallus, Guillelmi Gouffier Equitis auctori D. Michaelis, Domini de Bonniuet, Boisy, & Oiron, Cubiculariorum regionū principis, & Sanctonensis Seneschalli, & Philippæ Montmorancia filius, magnus Franciæ Eleemosynarius, Abbas B. Mariæ Burgidolensis, Fiscani, Burgulij, Commeriaci, S. Florentij Salmuriensis, & B. Nicolai Andegauensis, fratres habuit Ar-

urum, Toparcham de Boisy, magnum Franciæ Magistrum; Guillelmum Dominum de Bonniuet Thalassiarum, Aimarum, Ludouicum S. Maxentij; & Petrum S. Dionysij Abbates. Hic autem à teneris annis Protonotarius Apostolicus institutus, & in studijs bonarum artium educatus, Pontifex Constantiensis in Normannia deligitur; vnde ad Albiensem Episcopatum subuectus, Francisci Primi Regis fauore S. R. E. Presbyter Cardinalis titulo S. Petri, ac Marcellini, postmodum S. Sabinae, S. Balbinæ, ac S. Mariæ in Via lata renunciatur; & ne quid ampliffimæ dignitatis deesset, in Gallia Legati Apostolici vices consecutus est.

Obijt in Gallia die 24. Iunij, seu Iulij ex Aubery, vel mense Nouëbri anno 1523. ex Ciaconio, ac Frizonio; Felix tamen Conrelorius ex monumentis Vaticanis scribit, nūcum de huiusce Cardinalis obitu Romam aduenisse die 16. Februarij anno 1526. Rebus humanis exemptus in Castro Villadei in Turonibus, conditis codicillis, quibus sepulturam deligit in Abbatia Burgidolensi ante cappellam B. Virginis. Inter cætera legat Ecclesiæ Albiensi pro celebratione quatuor Anniuersariorum; item Abbatij Fiscani, Burgidolensis, & alijs Ecclesijs Testamētī Curatores inter alios Guillelmum, & Petrum fratres nominat.

Ciaconius. Claud. Bo bert. in Gall. Chriftiana. Frizonio in Gall. Purg. Aubery in Vita Ferdin. Vghell. in Addit. ad Ciacon. Ioan. Chama dea Epif. Gall. Paminus de Rom. Pontific.

Scutum de Gouffier aureum ternis biugibus pallis institis exaratum, quadripartitum Montmorancij, nimirum cruce coccinea, sexdecim Aquilulis mutilis expunctum; Ciaconius olim aliud ab hoc scutum Cardinali huic tribuerat.

QUARTA CREATIO CARDINALIVM.

Leo X. Romanus Pontifex anno reparata salutis 1517. Pontificatus sui anno quinto. Romæ die Mercurij Kalendis Aprilis duos Cardinalium Collegio adscripsit, qui fuerunt.

VII.

ANTONIUS Bohierius, seu Boherius, vel Bohier, Aruernus, filius Austremotij Baronis de saint Cierque, & Beralde de Prato, à puero monachus ordinis S. Benedicti præfuit Abbatie Fiscani, & Rothomagensi, ac Neustriæ Cancellarius extitit, matri Francisci Gallorū Regis, & ipsi Francisco charissimus, ex Archiepiscopo Bituricensi creatur Presbyter Cardinalis titulo S. Anastasie die 1. Aprilis anno 1517. Regina matre Francisci I. intercedente referuatur tamen in pectore, sed incertum mihi, vt cum Contelorio loquar, adhuc qua die fuerit publicatus. Hoc ipso Cardinalatus anno Rothomagum se primò contulit; & die decima sexta Augusti interfuit collocaioni corporis D. Audoeni Rothomagensis factæ à Georgio Cardinale Ambosiano. Huic Leo indulisit, vt vestes Cardinalitias ad instar aliorum Cardinalium secularium, in Regno Franciæ, ac demum in Vrbe deferre posset contra vsum Cardinalium ex sacris ordinibus desumptorum.

Antonium Cardinalem acculat avaritiæ Garimbertus, & mortuum dicit absque ex homologesi, & sacro viatico; sed non nouum maledicendi genus in Hieronymo Garimberto, qui & summos Pontifices, & Cardinales sæpe iniuste maledictis onerat. Nam Antonius Archiepiscopus Bituricensis sex millia librarum Turonensium Ecclesiæ S. Stephani dono dedit, in cuius doni memoriam quotidie celebratur sacrum Missæ sacrificium. Eidem præterea Ecclesiæ aula præciosa donauit; multum etiam in turri noua Ecclesiæ in qua foro Archiepiscopalis Curie ordinando opes vberrimolque redditus liberaliter impendit: non enim avaritiæ nota inuri potest, qui larga manu sic aurum effundit in Deum. Laudandus autem hic Antonius Cardinalis est, quod Constitutiones saluberrimas Synodales pro Cleri Bituricensis regimine condiderit.

E vita migravit Blesis, non anno 1521. vt scribit Ciaconius, sed ex sepulchrali inscriptione die 27. Nouembris anni 1519. & sepultus in naui Basilicæ Metropolitanæ Bituricensis iuxta diuini verbi præconis suggestum; in lamina ænea hoc legitur Epitaphium.

Antonius iacet hic Bohierus origine quondam Aruernus, eloquio vir, meritisque grauis: A puero Monachus, claustris compluribus Abbas Dignus, & hac celebri Præsul in Vrbe fuit. Tempore non multo plures sortitus honores Cardineo tandem schemate clarus obit.

D. O. M.

Cy gist feu de bonne memoire MONSIEVR ANTOINE BOHIER Cardinal de Saint Siege, Archeuesque de Bourges, & Abbè de Fescamp, Qui trespassa le 27. Novembre L'Annee MDXIX.

Illic spectantur Insignia, quæ supra expressimus, nimirum Leo cœruleus in scuto aureo: emendandus igitur Cabrera, & Ciaconius, qui huic tria folia cum nigra fascia in campo argenteo tribuunt: quæ insignia sunt Antonij Cardinalis de Prato à Clemente VII. inter Purpuratos adscito, cum quo laudati scriptores, alijque Boherium confundunt.



Ciaconius Claud. Robert. in Gall. Christian. F. Frz. in Gall. Purp. Ioan. Chem. de. Ep. Gall. For. in. V. in. ad. ad. Ciacon. Paninius de Rom. Pontific. Felix Contel. in Elencho.

Monocel. Cud.



VIII.

GVILLELMVS Iacobus, (quem alij Iacobum, alij Guillelmum; Ioannem Guillelmum alij nominant; in Leonis diplomatibus Guillelmus modò, modò Iacobus vocatur) Groy, seu Croia, familia nobilissima in Belgio natus; Henrici Porciani in Campania Gallica Comitum, & Principis d'Arshot, & Cathariæ Castrobriancæ filius, ex electo Episcopo Cameracensi, & Abbate S. Petri, Caroli V. Imperatoris precibus iuuenis, ac penè puer galerum purpureum adeptus, inter Diaconos Cardinales sedit, & præfuit Diaconiæ S. Mariæ in Aquiro; post adeptam purpuram ab ipso Leone X. Toletanæ Ecclesiæ Administrator institutus est demptis tamen duabus ex quatuor reddituum partibus, quas prudenti consilio duabus Cathedralibus Ecclesijs erigendis attribuit.

Non diu vixit in purpura; nam iuuenis venatum profectus, equo generoso delapsus venam dirupit, & paulò post vita decessit non visa Hispania, aut lustrato Archiepiscopatu Toletano. Obijt Vuormatiæ die 31. Decembris anno 1523. seu veriùs post pridie Nonas Ianuarij anno 1521. ætatis vigesimo tertio: conditus post obitum in Cœnobio Cœlestinorū Heuerle dicto in pomœrijs Louaniensis Academiz, ex ædificato, sumptibus parentis, Templo Augusto, ac censu addito, & arce adiecta. Quæ omnia anno huius seculi 1605. instaurata videntur, montibus etiam in planitiem deductis à Carolo Arshotano Duce, instaurato, & Epitaphio hac formula.

GVILLELMO CROIO CARD. TIT. S. MARIÆ IN AQVIRO ARCHIEPISCOPO TOLETANO HISPANIÆ PRIMATI ET CASTELLÆ REGNI CANCELL. EPISCOPO CAMERACENSI IMPERII PRINCIPI CAMBRESII COMITI ABBATI AFFIGEMENSI OBIIT VVORMACIÆ CAROLO V. IMPERANTE POSTRIDIE NON. IAN. MDXXI.


Ioannem Ludouicum Viuem Valentinum, qui D. Augustini libros de Ciuitate Dei est commentatus, in famulatio habuit; & ad quem scripsit epistolam Typis mandatam.

QVINTA CREATIO CARDINALIVM.

Die 26. Iunij anno 1517. Pontificatus Leonis quinto; Actum est in Cōsistorio de creandis viginti septem Cardinalibus; sed cum Cardinales respondissent, creari tunc posse quindecim, vel sexdecim; reliquos posse creari per Bullam ad ipsius Pontificis beneplacitum publicandos; Leo in eodem Cōsistorio cœpit nominare nonnullos nouos Cardinales, deinde substitit, ignota causa, & prorogata est creatio ad aliud Cōsistorium, imposito interim omnibus silentio sub censuris; die itaque prima Iulij anni 1517. creati sunt triginta, & vnus Cardinales, qui fuere.

IX.

FRANCISCVS de Comitibus, Domicellus Romanus, cuius familiam Pontifices aliquot, & plures Cardinales illustrarunt, Iacobi de Comitibus, siue Vallimontonis, vel Grapellæ, & Elisabethæ Carafæ filius; egregia indole, industria, & pietate, ac ciuiliū rerum peritia laudabilis, ex Archiepiscopo Compiano renunciatur Presbyter Cardinalis titulo sancti Vitalis, aliàs Vestinæ; huic postea ipsemet Leo Collegij Cardinalium Sigilli custodiam commisit. Huic vti Cameræ Apostolicæ creditori assignauit Leo in satisfactionem, pecuniam, quam ratione falis per Cameram distributi, & distribuendi soluere tenebantur communitates Carpineti, Gurgæ, Gaignani, Poli, & Rocchæ de Massimo.




E vita migravit in oppido Turrichij Veliternæ diocesis die Lunæ 5.

Ciaconius Ant. Sand. in Elog. Cardin. Petr. Frizon. in Gall. Purpurata. Aubery in Vita. Andr. Vi-storell. in Addit. ad Ciacon. Paninius de Rom. Pontific. Felix Contel. in Elencho.

Ciaconius Felix Contel. in Genealog. Comitum Rom. & in Elencho. Aubery in Vita. Paninius de Rom. Pontific. Filiucius in Elogijs m. s. s. Andr. Vi-storell. in Addit. ad Ciacon.

na 5. Iunij anno 1521. in m. s. Diario Paris de Grassis legitur decessisse die 29. Iunij; Ciaconius ad diem tertium eiusdem mensis Iunij obitum Francisci refert; corpus Leonis iussu, Romam delatum conditum est in Ecclesia S. Vitalis. Morti proximus testamentum condiderat, in quo heredem instituerat Leonem X. cui commendauerat Iacobum ipsius Testatoris fratrem, Marium, & Euandrum, ex Ioanne fratre prædefuncto nepotes, ac Octauium, Camillum, Martium, & Ioannem eiusdem Cardinalis filios. In hereditate, fuerat enim Iacobi patris hæres aderant Castra Carpineti, Turricula, Gurgæ, Prunonis diruti, Galignani, ac Tenimentum villæ Magnæ; quæ omnia Leo donauit, ac tradidit Octauio, Camillo, Martio, & Ioanni filijs naturalibus dicti Francisci Cardinalis pro se, suisque hæredibus, & successoribus in perpetuum, eisque deficientibus pro agnatis masculis ex domo de Comitibus, semper feminis exclusis.

Ciaconius Cabrera. Andr. Vi-storell. in Addit. ad Ciacon. Aubery in Vita. Panuinius de Rom. Pontificib. Isidor. V. gurgier. in pomp. Senen. Felix Cotelor. in Elencho. Ferdinad. Vghell. in Ital. sacra. Ios. Mar. Suarez. de Episc. Prænestina.



X. IOANNES Picolomineus, de Montefalco, à Ciaconio, sed perperam dictus, Andree, fratris Pij III. & Agnetis Farnesæ filius, natus die 9. Octobris anno 1475. ciuis, & Archiepiscopus Senensis, duorum Pontificum, scilicet Pij II. affinis, ac III. nepos, nullis precibus exactis, à Leone X. adscriptus Presbyteris Cardinalibus cū titulo S. Sabina primò, deinde S. Balbinæ; Legatione functus est cū

Alexandro Cardinali Cæsario ad Cæsarem de Tuneti victoria gratulaturus; Legationem etiam gessit in agro Senensi. Aquilanam Ecclesiam Caroli V. Imperatoris, à quo summopere dilectus fuit, præsentationem ab anno 1523. vsque ad obitum; tum & Vmbriaticensem administravit. Virum ingenio grauem, & summa consilij auctoritate præstantem, peculiari virtutum omnium stemmate clarum prædicat Stephanus Ioanninensis, eumque vocat literatorum hominum præsidium, & omni prorsus studiorum genere consummatissimum, & Clementis VII. præcipuum Consiliarium. Senis Consecrationi Templi ordinis fratrum Seruorum B. Virginis interfuit, vt indicat marmorea hæc tabula pa rieti affixa.

Solemni pompa non satis huius laudata Reip. Senensis sub Proteclricis immaculate Conceptionis Maris Virginis titulo Ecclesia hæc à Domino Hieronymo Picolomineo Pientie Episcopo est consecrata, Ioanne Picolomineo Card. Archiepiscopoq; Senarum, ac Prælati quamplurimis, & Magistratibus Ciuitatis presentibus: Indiæ. VI. D. XV III. H. X. Anno MDXXXIV.

Rexit Episcopus Albanensem, Prænestinam, Portuensem, & Ostiensem Ecclesias: interfuit Concilio Lateranensi; & in Comitij Pontificijs in electione Hadriani VI. Clementis VII. & Pauli III. suffragium tulit. E viuis abiit Cardinalium Collegij Decanus, Senis die 21. Nouembris anno 1537. & sepultus in Ecclesia S. Francisci sacra in suorum maiorum sepulchro, seu vt alij volunt, in Ecclesia principe Urbis Senarum.

Ciaconius Andr. Vi-storell. in Addit. ad Ciacon. Aubery in Vita. Panuinius de Rom. Pontific. Cæsar Ræspan. de Basil. Lateran. Io. Bap. Adrianus in Histo. r. Felix Cotelor. in Elencho. Ferdinad. Vghell. in Ital. sacra. Addit. ad Ciacon. & in Ital. sacra.



XI. IOANNES Dominicus de Cupis, Romanus, ex Canonico Basilicæ Vaticanæ, atq; ex Archiepiscopo Tranensis inter Presbyteros Cardinales titulo S. Ioannis ante Portam Latinam cooptatus est; quo titulo relicto, alium S. Apollinaris primò, deinde illum S. Laurentij in Lucina accepit; & ab Archiepiscopatu, quem gessit, dictus est Cardinalis Tranensis. Episcopatu postea Albanum, Sabinensem, & ex Contelorio

Prænestinum, Portuensem, & Ostiensem obtinuit. Legationem gessit in Marchia Anconitana; & ad Carolum V. venientem in Italia: Administravit Adrianensem Ecclesiam, Montis pelusij, Maceratensem, Recanatensem, Camerinensem, & Neritonensem. Gallæ Protector, Basilicæ Lateranensis Archipresbyter, præstanti ingenio, & iuris vtriusque cognitione, ac sex supra triginta annis purpura in Romana Curia effulsit. Quare virum Romano genere clarum, summa virtutis, summiq; splendoris decus, & sacri Collegij specimen illum nominat Stephanus Ioanninensis; cuius virtutes inter ceteras numerat singularem clementiam, religionem, vitæ integritatem, atque in omnes summam pietatem. Huius Cardinali Senatus principis laudes his versibus Ianus Vitalis perstrinxit

Varrones hilares Heroi assurgite vestro,
O & Catones nobiles.
Ille sacrum meritis, & maiestate Senatam
Augeat supremis laudibus:
Ille & regales oculis grauis afflat honores,
Ille & decoram gloriam.
Ille prior sacro numeratur in ordine Patrum;
Et prima fert suffragia.
Pastorem, & Latium primus dat honore Tiara.
Christi unicum Vicarium.
Moribus ille adeo cultis, adeoque politis,
Et comitate praeualeat.
Plerumque vt caris faciliis postponat amicis
Omnes necessitudines.
Casibus in dubijs prudens examine prudens
Rebus medetur publicis.
Si populos Armona premat, si tristis egestas,
Si vastitates Urbium,
Rebus opem afflictiis, miserans incommoda nostra
Fert optimus mortualium:
Omnibus officijs præsens presentibus instat
Frater Patereque publicus.
Illo nil validum magis est, nil fortius illo,
Decet parentem vt publicum.
Qui legis hæc agit, dic, spes tua, maxima Roma
Diu superstiti CVPIVS.

Archiprebyter Basilicæ Lateranensis anno Iubilæi 1550. fores referauit, & anno sequenti clausit; vna enim eiusdem Basilicæ porta, quæ Sancta etiam vocatur, lateritio aggere semper clausa, solo vigesimo quinto quoque anno, qui annus est Iubilæi, referari solet: de hac re apposita cernitur hæc Inscriptio.

IVLII III. Pont. Max. Auctoritate
Portam hanc diebus LXII. Iubilæi anni MDL.
Pontificio Interregno impediende elapsi,
IOANNES DOMINICVS CVPIVS Cardinalis Tranens.
Episcop. Ostiens. huius Basilicæ Archipresbyter
More maiorum, institutoque aperuit
Ac Iubilæo ad diem Epiphaniæ vsque MDLI.
Prorogato, exalioque idem clausit.

Cathedralem Recanatensem restauravit, eamque ornamentis auxit; Basilicæ Lateranensis argentam Crucem, & duo candelabra magni ponderis dono dedit; S. Ignatiū Societatis Iesu fundatorem singulari amore profecutus est; Societati enim huic hoc modo conciliatur. In Quirini Garzonij summa virtute viri aedes, & villam Societatis Patres cum sæpe diuerterent, pro veteri amicitia, ac necessitudine ab omni Patrum, non modò familiaritate, verum etiam congressione illum prohibuit Cardinalis de Cupis sacri Collegij Decanus, ne qua videlicet ex facinorosorum, vt ille aiebat, contagione macula eius nomini adhæresceret. Cui Quirinus, consultò se iam dudum in Patrum facta, dictaq; omnia inquisiuisse respondit; neque tamen aliquid aliquando potuisse deprehendere, quod non magnopere cum Christiana pietate, moribusque congrueret. Hic Cardinalis exclamans, circumuentus es, inquit, istorum Quirine præstigijs; nec mirum; Lupum aperte inuadentem nemo non agnoscit, & fugit; at ouium specie blandientem quis obseruet, & caueat? ignoras tu videlicet quæ de istorum hominum flagitijs ego ipse comperi: non sunt isti profecto, quales tibi cogitatione depingis. Perturbavit non parum Quirini animum hæc tanti Cardinalis oratio; sed cum Patrum innocentiam, & sanctimoniam satis iam notam, ac perspectam haberet, plus suis oculis fidei, quam alienis auribus habendum ratus, è vestigio Ignatium conuenit, & sententia, atque oratione Cardinalis exposita, simul quid agendum videretur exquiri. Cui placido ore Ignatius, ac reuerenti, Bono, inquit, animo esto Quirine; breuis exues hunc Cardinalis errorem, quem ei seu maleuolorum calumnia iniecit, seu rerum attulit ignoratio; totamque istam animi opinionem temere susceptam, pari studio, ac beneuolentia commutat; nos autem interim rem Deo precibus committimus. Ergo cum eadem illa Cardinalis, Quirini auribus inculcasset, abrumpe istorum hominum vsum; ab improborum contagione facesse: Quirinus Cardinalem tandem obsecrat, vt semel accessitum Ignatium coram interroget, atque à præsentis vitæ rationem repoicat; neque enim viri esse prudentis, quemquam indicta causa damnare; aduocetur sanè, inquit ille; Ego verò hominem perinde, ac commeretur, accipiam. Dicta die adest Ignatius, atque in intinum conclauē solus admissus, duas ferme horas cum Cardinali consumpsit; cuius sermonis grauitate, & summa planè prudentia Cardinalis extemplo mutatus, contemptis suæ personæ titulis, & dignitatis obliuis, Ignatij pedibus se aduoluit, credulitatiq; suæ veniam petit, & mox abeuntem omni officio, ac comitate prosequitur. Ex eo tempore certam panis, viniq; elemosynam quandiu vixit, Ignatij familiæ singulis hebdomadibus assignauit: atque hæc quidem Quirinus ex Cardinalis ore accepta vulgavit.

Romæ Alexandrum, & Carolum Farnesios, geminam vno partu

prolem

Famian. Strada de Bell. Belgico.

prolem Octauij Ducis Parmensis, & Margaritæ Aultriacæ, Imperatoris Caroli V. filiar sacro in fonte abluat; quorum prior natu Alexander, posterior Carolus; hic ab Imperatoris; ille à Pauli ante Pontificatum nominibus appellati sunt. Suffragium tulit in Comitibus Pontificijs pro Hadriano VI. Clemente VII. Paulo III. & Iulio item III. sub quo Romæ sacri Collegij Decanus migravit è vita die 10. Decembris anni 1553. & apud S. Augustinum in Vrbe post obitum tumulum habuit: referunt tamen aliqui corpus inde ad oppidum Montisfalci in Vmbria, ex quo familia de Cupis olim emanarat, translatum, & in gentilitio sacello conditum.

Claconius Ferdinand. Vghell. in Addit. ad Ciac. & in Ital. sacra. Aubery in Vita. Panuinius de Rom. Pontific. Scip. Amurat. & Ciac. Nard. in Histor. Florentin.



XII. NICOLAUS Pandulphinus, nobilis Florentinus, ex Ioanno Pandulphino, & Ioanna de Valoribus natus anno 1440. à puero Bononiæ in studijs, & bonis artibus educatus est; in patriam deinde reuersus, Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicus primò constitutus, non leue doctrinæ suæ specimen dedit, maxime in ijs, quæ ad iurisprudentiam spectant. Ad Romanam Curiam sub Pio II. se contulit, à quo Apostolicæ Cameræ Clericus, & à Paulo II. Apostolicus Scriptor renunciatus est; & Sixtus I V. Successor, eidem Iuliani S. Petri in Vincula Cardinalis nepotis institutionem dedit, eundemque Pistoriensis Episcopatu donauit, & Beneuolentem gubernatorem nominauit: quod munus etiam sub Innocentio VIII. maxima cum integritate obiuit, à quo S. Zenonis Pisis Abbatiam in Commendam obtinuit. Iulianus Ruuerus Cardinalis ad Pontificatum euectus Nicolaum Secretariū suum esse iussit, & in arduis negocijs Auditorem constituit, eumque in familiam Ruueram adscitum voluit. Eius tandem exigentibus meritis à Leone X. Pontifice tunc absens Presbyter Cardinalis S. Cæsarei in palatio anno 1517. renunciatur. At cum iam effœtæ esset ætatis, conceptam de eius assumptione lætitiā inuida mors mortalibus abstulit; vix enim purpuram attigerat, quādo Pistorij ex hoc seculo ad æternam transiuit beatitudinē. Accidit eius mors, ex Contelorio, die 5. Iulij, ex Vghellio verò alijsq; die 17. Septembris anni 1518. corpus Florentiam delatum in Abbatia Florentina in sepulchro patrum suorum conditum fuit. Vir morum probitate, literarum scientia, & sanctitate conspicuus; in pauperes liberalis, beneficus, parumque de se sollicitus, Ecclesiæ suæ Pistoriensis dilectissimæ, cui per annos quadraginta quatuor sanctissimè præfuerat, plura, & maxima beneficia contulit. Clericorum Seminarium ad bonas artes pueris tradendas instituit; mensam Episcopalem auxit; Archidiaconatum fundauit, vt Pandulphinæ gentis in iurisdictione foret; & à fundamentis S. Nicolai Monialium monasterium extruxit. Vnde spiritalis Pater iure merito à Pistoriensibus vocatus; & quolibet anno die depositionis Anniuersarium pro eius anima, ex Senatus Pistoriensis consilio in Cathedrali celebratur.

Nonnulli Nicolaum hunc Pandulphinum, seu de Caponibus cognominadum asserunt; Ferdinandus tamen Vghellius monet non esse vocandum de Caponibus; cum errorem hunc ex Panuino, Cabrera, alijsque hauserint. Pandulphina enim nobilis, & antiqua apud Florentinos familia aliam denominationem præter hanc nullam vnquam adsciuit, vt testantur Florentinæ Historiæ.

Claconius Aubery in Vita. Vghell. in Ital. sacra. Francisc. Gucciard. in Histor. Fels. Concl. in Elencho. Panuinius de Rom. Pontific. 7. Bembo in Epistol.



XIII. RAPHAEL Petruccius, nobilis Senensis, quem, Borghesio, & Alphonso Cardinali Petruccio, Pandulphi filijs Senarum imperio depulsis, Leo Senensibus præfecerat, ex Episcopo Grossetano, & Arcis S. Angeli Præfecto absens renunciatur Presbyter Cardinalis sanctorū Gabinijs, & Sufannæ. Rexit Episcopus Soanensem, & Britoriensem præter Grossetanā Ecclesiā; interfuit Comitibus Pōtificijs,

& pro Hadriano VI. stetit; Leoni X. pergratus fuit. Quare non solum purpura, sed annuis quoque redditibus, & propria domo ad portam Vaticanam illum donauit: sunt Leonis literæ cum muneris nuncio missæ, & sunt tales. *Vt amoris erga te mei, atque beneuolentiæ, & eius curæ, quam in Romana Arce custodienda mihi impendis, fructum aliquem iam nunc percipias, Carriantianam domum meam cum hortis, quæ ad portam Vaticanam egressis Vr-*

Nomencl. Ciac.

A bene prima omnium sese ostendat, tibi dono do, trado, eamque domum cum hortis tuam esse volo, ita tamen vt heredes tuos non sequatur. Dat. 13. Kalend. Augusti. Anno tertio. Roma.

E vita migravit Senis in villa Bibbiani die 17. Decembris anno 1522. in æde Prædicatorum huiusmodi extat Epitaphium, vt refert Auctor Nomenclatoris.

D. O. M. RAPHAELI PETRUCIO CARDINALI PATRVO OPTIMO VITA FVNCTO M D XXII ANTONIVS MARIA IOANNIS FRATRIS FILIVS PONENDVM CVRAVIT ANNO M D L X X.

In tabulario eiusdem Cœnobij est hæc eiusdem Cardinalis memoria. *Reuerendissimus in Christo Pater, & Dominus, D. Raphael miseracione diuina tituli S. Susannæ S. R. E. Presbyter Cardinalis, de illustri Petrucciorum familia de Senis, Episcopus Grossetanus, Suanensis, & Britinoriensis, necnon perpetuus Commendatarius Abbatia S. Galgani ordinis Cisterciensis, S. Mariæ de Spireto ordinis Vallisumbrosæ de Sarteano, & S. Michaelis in Podio, S. Donati ciuitatis Senensis eiusdem ordinis Vallisumbrosæ; habuitque in Republica Senensi per annos septem, vsque ad tempus suæ mortis à toto Senatu, & Collegio Bani Senensis tantam auctoritatem, potestatem, & facultatem, quantam habebat totum Magnificum Commune Senense, adeo, quod villo vnquam tempore in hac ciuitate fuit homo tantæ auctoritatis. Fuit factus Cardinalis à Leone X. Pontifice maximo: vixit ann... mortuus est 17. Decemb. Anno 1522.*

Hic cum ad arbitrium, superbèque Rempublicam Senensem administraret, illius populi inexpiabile odium incurrit; quare cum Senas ex villa, in qua obierat, deferretur cadauer, non se continuit populus, quin illud lapidibus, dicterijs, atque scommatibus inflecteretur; tumulo atrox famosis libellis. Rem narrat Sigismundus Tintus in Senensi Historia.



XIV. ANDREAS de Valle, Romanus, Canonicus S. Petri, Regens Cancellariæ Apostolicæ, & Episcopus Miletenensis (Miletum antiquissima Calabriae vrbs est, vt fert opinio Sebastiani Conradi à Hieronymo Maraffiotto relata in descriptione Calabriae) adscriptus est Presbyteris Cardinalibus titulo S. Agnetis in Agone primò, mox S. Priscæ. Præfuit Episcopus Ecclesiæ Albanensis, deinde Præfeti-

næ, administravit Gallipolanam, Caiacensem, Neocastrensem, Vmbriacensem, Crotonensem, Valuentem, ac Sulmonensem Ecclesias. In Regno Neapolitano Legatus, & S. Mariæ Maioris Archipresbyter anno 1520. ab ipso Leone institutus; ordinis Minorum Protectoris per decem, & septem annos munere fungitur Clementis VII. iussu; qui in ipso Pontificatus hmine Protectorem instituit Andream virum prudentem, & religioni illi addictissimum his literis ad illū datis.

Dilectio filio Nostro Andreae tit. S. Priscæ Presbytero Cardinali. Dilecte fili, &c. Cum sacer Ordo fratrum Minorum, cuius nome: Dominicus Episcopus Portuensis, dum viueret, Protector, Gubernator, & Corrector existeret, per obitum eiusdem Dominici Episcopi, qui apud sedem Apostolicam debitum nature persoluit, Protectore, Gubernatore, & Correctore careat ad præsens; Nos præfato Ordini vberes in agro Domini fructus assidue offerenti, quem in visceribus gerimus charitatis, de idoneo, & vitis Protectore, Gubernatore, & Correctore providere volentes, ad circumspeditionem tuam, prudentiam, & charitate eximia præditam animam Nostram conuertimus, sperantes dictum Ordinem salubre in Domino sub tua protectione incrementum suscepturum. Motu igitur proprio te vniuersi præfati Ordinis Protectorem, Gubernatorem, & Correctorem cum auctoritate, facultate, potestate, honoribus, & emolumentis, alijs Protectoribus dicti Ordinis dari, & concedi solitis facimus, & constituimus, & deputamus: ac dilectis filijs Generali, & alijs Ministris, Guardianis, & Fratribus dicti Ordinis, & quibusvis alijs, ad quos spectat, vt te in eorum, & totius Ordinis prædicti Protectorem, Gubernatorem, & Correctorem recipiant, & admittant, & tibi tanquam Protectori, Gubernatori, & Correctori pareant, & obediant, & obsequia alijs Protectoribus, Gubernatoribus, & Correctoribus impendi solita exhibeant, districtè præcipiendo mandamus. Hortantes eandem circumspeditionem tuam, vt præfatum Ordinem, velut cupimus, & speramus pro bonitate tua, proque officij debito, ita protegat, gubernet, & corrigat, vt apud Deum bonorum operum retributorem præmium, & apud Nos commendationem mereatur. Datum Roma apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 11. Decembris Pontificatus Nostri Anno primo.

Claconius Andr. Vghell. in Addit. ad Ciacon. Stephan. Ioannin. in Monarchia Medicea. Paulus de Angel. in Descript. Basil. Liberiæ. Lucam. Vuarding. in Annal. Minor. Zacharia Bouer. in Annal. Capuccin. Aubery in Vita. Ferdinand. Vghell. in Addit. ad Ciac. & in Ital. sacra. Felix Contelorianus Elencho. Panuinius de Rom. Pontific. Carolus Carthar. in Syllab. Aduocat. Constitor.

Cum esset Cardinalium Quæstor, anno exacto coram Clemente VII. prouinciam deserens sigillum ei obtulit; at Pontifex eo illum munere vsque ad reditum Cardinalis Hipporegiensis fungijussit. Anno 1526. idem Clemens Andream Vallium, & Cardinalem Casium, ac tres alios præstantissimos eiusdem ordinis viros inuestigationi, & acquisitioni pecunie ad Ecclesiam Romanæ dominium tuendum præfecit. Interfuit Comitij Pontificij, in quibus renunciati sunt Romani Pontifices Hadrianus VI. & Clemens VII. sub quo obiit Romæ die 4. Augusti anno 1533. vel vt alijs placet 1534. sepultus in S. Maria de Araceli, cuius Schraderus hoc refert in monumentis Italiz Epitaphium.

ANDRÆ DE VALLE CARD. EPISCOPI PRÆNESTINI
OSSA HIC SITA SVNT
VIXIT ANN. LXX. MENS. VIII. DIES V.
III. NON. SEXTILIS ESSE INTER NOS DESIIT.

*Si tibi par ausis animo natura dedisset,
Nacta erat amissum Martia Roma decus.*

Laudatur Andreas hic Cardinalis à Stephano Ioanninensi, ac veluti alter Lælius sapientia, & iudicio repletus celebratur, è cuius pectoris sinu nihil nisi graue, seuerum, ac sapientia refertum depromebatur. Extant sub diuersis Pontificibus præclara ab eo edita facinora; à Principibus summopere adamatus, ad grauiora Reipublicæ Christianæ negocia adscitus præfertim à Clemente VII. à quo S. S. Vincentij, & Anastasij ad Aquas saluas ditissimam Abbatiam in Commendam habuit; imò ex relatione Petri de Valle patrij Romani, peregrinationibus ad Persas, aliasque distitas nationes Orbi vniuerso percelebris, Ferdinandus Vghellius scribit, apud huiusmodi Cardinalis propinquos Romæ monumenta extare, Andream Messanz Archimadritam, & S. Philareti apud Calabros Abbatem fuisse testantia. Rerum antiquitatem redolentium studio mirum in modum delectabatur: noui palatij Episcopalis structuram in vrbe Mileteni Episcopus inchoauit: Parochiales Ecclesias Montis Leonis in populi commodum in portiones octo distribuit, organa in Cathedrali instituit, aliaque pietatis signa ibidem edidit; atque hanc Ecclesiam anno 1523. cum regressu dimisit.

In Museo M. Milésij numisma Andree Cardinalis de Valle olim inspiciebatur, anno Iuliz 1525. cufum; fortè quia portam sanctam Liberianæ Basilicæ aperuit.

In Basilicæ Vaticanæ monumentis hæc de Cardinali de Valle memoria. Anno 1527. de commissione Reuerendissimi Domini Clrd. de Valle ego Iulius Cerninus Canonicus S. Petri solus ducatos centum auri militibus Germanis, qui restituerunt aliqua fragmenta argenti simul cum tabernaculo argenteo cum gutture S. Blasij, & Calice magno argenteo, & Cruce Constantini. Item solus per manus D. Vincentij Coronati, ac magisterij Petri Labona sutoris ducatos 35. auri militibus, qui erant in domo bona memoriae D. Domonici Capoferrei pro recuperandis libris Instrumentorum Basilicæ, quos secum extra Urbem deportabant.

Familiam Valleam Romanam nobilitatis gloria illustrem alios, & antiquiores Cardinales dedisse refert Victorellus, inter quos Rusticum de Rusticis Diaconum Cardinalem S. Georgij in Velabro recenset, qui ab Honorio I. amplissimæ dignitatis decus assecutus, Basilicæ Vaticanæ Archipresbyter præfuit. De Rusticis tamen, & de Valle ambæ nobiles Romanæ familiarum inter se distinctæ, ac toto cælo diuersæ sunt; imò circa annum nostræ salutis 1450. Lælius de Valle, Pauli de Valle, & Sabellæ de Sabellis filius, Aduocatus Consistorialis, & pauperum in Vrbe Aduocatus cum Brigida de Rusticis matrimonium contraxit, atque ex ea plures suscepit liberos.



XV.

BONIFACIUS Ferrerius, natione Italus, patria Vercellensis, Ioannis Stephani Cardinalis frater, Sebastiani Quæstoris regij in Gallia Citalpina, ad quæ sunt Leonis X. literæ nonnullæ apud Bembum, filius, ex Abbate Commendatario S. S. Benigni Fructuariensis, Michaelis Clusini; S. Stephani Vercellensis, & S. Stephani Eporediensis, & Calalis Vallonis Episcopus Eporediensis, (E-


poredia in vallis Augustanæ faucibus ferè ad radices Alpiu iacet) & Niciensis Administrator renunciatur. Permutatione deinde facta cum Ioanne Stephano fratre, Eporediensis anno 1528. dimissa, Vercellensi Ecclesie præficitur; Presbyteris postmodum Cardinalibus titulo S. Nerei, & Achillei, alias Fasciolæ adscriptus, Cardinalis Eporediensis, seu Hipporegiensis, tum de Iurea, tum etiam Bugellensis nuncupatus est. Præfuit Episcopus Albanensis primò anno 1533. mox anno 1534. Prænestinæ, deinde anno 1535. Sabinenis, tandem anno 1537. Portuensis Ecclesie; interfuit Con-

cilio Lateranensi, & Comitij Pontificij, in quibus renunciati Romani Pontifices Hadrianus VI. Clemens VII. & Paulus III. Leone X. defuncto, dum Romam ad Coclæue tenderet, Ducis Mediolani Francisci nutu interceptus est; quo factò commoti Cardinales accersito Ducis, qui nuper ad Urbem venerat, Oratore, dederunt in mandatis, vt de eius liberatione cum Duce omnino ageret, denunciante, se in ipsum Ducem pro rei grauitate animaduersuros, nisi quam citissime liberaretur Cardinalis; ob id dies octo ingressura in Coclæue protogarunt. A Paulo III. cum apud Vicetiam Coclæuium celebrari deberet S. R. E. à Latere Legatus vnà cum Cardinalibus Simonetta, & Brundusino electus est; & ab eodem inde Bononiæ Legatus anno 1540. constitutus Collegium Ferrerierum, certis præscriptis statutis pro sustentatione nobilium pauperum Pedemontanorum studiorum, quorum electio, & approbatio ad familiæ suæ successores spectaret, instituit. Episcopales Vercellensis Ecclesie sedes auxit, Albiani, Padoni, & Clauerani Caltra ad suam Ecclesiam Eporediensem spectantia à fundamētis restaurauit.

Tandem Romæ die Martis 2. Ianuarij anno 1543. extremum diem obiit: post obitum depositus in Ecclesia sanctissimæ Trinitatis, deinde ad Ecclesiam S. Sebastiani ab ipsius patre in oppido Bugellæ Vercellensis diocesis extructam delatus fuit, ibiq; humatus. Ioseph Maria Suarezus de Episcopis Prænestinis scribit, quiescere in S. Maria Maiore cum Epitaphio, quod nunquam apud scriptores illius Basilicæ meminere legisse: Paulus de Angelis, qui accuratè monumenta eiusdem Ecclesie tractauit, Bonifacij Cardinalis Ferrerij non meminit. Huius Cardinalis pietatem commendat Leo in Epistolis scriptis Sebastiano patri, vt videre est apud Bébù.

XVI.

IOANNES Baptista Pallaucinus, patricius Genuensis, Cypriani, & nobilis mulieris Gracæ filius, ac Cardinalis S. Prædixis nepos, quem summa vitæ integritas, doctrina, & pietas ad præcipuas Ecclesie dignitates euexit, ex gente Pallaucina, quæ in Republica Genuensi, non minus eximijis virtutibus illustris, quam antiqua patricij generis claritate nobilis habetur, stèmata, & originè duxit. Natus



est in mari, dum parentes nauigarent, cuius præclara cœpta multo maiorem laudem, & nominis gloriam peperissent, nisi tanti viri virtutem familiæ suæ, atque patriæ fatalis naturæ humanæ necessitas inuidisset. Breui tamen quo vixit, spacio, laudis encomia, & honores summos ante ipsum etiam pilei rubri honorem, moribus, scientia, & regendæ Reipublicæ artibus ita promeritus fuerat, vt eum ætatis suæ annum agentem trigessimum septimum, nullam Principum suffultum gratia, magnis verò animi dotibus commendatum Leo X. in Senatorium sacri Collegij ordinem ex Episcopo Cauallensis legerit titulo S. Apollinaris. Magna enim beneuolentia Pallaucinorū familiam Leo, tum ante Pontificatum, cum in Pontificatu profectus semper est, vt testantur ipsius Leonis literæ ad Thomam Campegiū Episcopum Feltrinorum designatū internuncium apud Ducem Mediolanensem datæ tenoris sequentis.

Et magna Nobis beneuolentia Cardinalem gerentibus cum Pallaucinorum familia intercessit; & nunc Dei benignitate, ac munere ampliore loco positi eius ipsius gētis erga Nos, Romanosq; Pontifices egregia promerita memoria reperiens, illud in primis magnopere cōsidimus, ad Nostrorum oppidorum Parmæ, Placentiæque cōseruationem, & incolumitatem eam familiam magno esse vsus semper posse, magnoque ea de causa eius familiam fidem, & diligentiam Nobis aduocato futuram. Itaque Galeatum Pallaucinum in Nostris Nobis militibus placet esse, & casaphactis equitibus centum præesse; eique ea stipendia dari volumus, quibus eum numerum alat, qua dari Nostris totidem equitum præfectis consueuerunt. Quos quidem centum equites celeriter ab illo confici magnopere cupio, vt minus mora sit, dum se utiliter gerere; Nobisque præsto esse possit. Hanc tu illi rem significabis meis verbis, quem admodum etiam Iulius Medices Archiepiscopus Florentinorum designatus, & Bernardus Bibiena Quæstor Noster his de rebus diligentius ad te perscribent. Dat. 4. Kalend. Aprilis 1513. Anno primo. Roma.

Sciebat insuper prudentissimus Pontifex Ioannem Baptistam sibi, & Reipublicæ Christianæ vtilem Senatorem fore, quem ipse tamdiu singula forensum honorum munia singulari industria, fide integra, & ingenio acri tractasse animaduertat. Sic namque ille ad Antoniotti Cardinalis patris sui exemplar, à quo plurimum diligebatur, iam inde à puero sese composuerat, & præstanti literarum scientiæ vltim publicarum rerum ita postea coniunxit; vt ipsi Pontifici, vniuersæque aulæ probatus, non minorem, quam patrus præcellentis ingenio viri famam, ac spem optimi Senatoris

Cicconius Panuicius de Rom. Pontific. Cabren. Aubery in vita. Franc. Augustin. ab Ecclesia in Chron. Historica. Felix Coteloni in Elencho. Ambros. Lauduc. de orig. S. Mariz de Populo.

excitaret. Cuius ingenium, & iuris scientiam eximiam Decius, quem Patavij habuit Præceptorem, laudat, & admiratur in quadam præfativuncula eius nomini inscribens explicationem difficillimi iuris responsi ad Rubr. Cod. qui admitti ad bonorum possessionem possint.


Vivente adhuc Antoniotto Cardinale patruo, Episcopus Cavallicensis in provincia renunciatus, id munus sobrie admodum, & integrè sustinuit, seque maioribus semper dignum honoribus ostendit. Hinc ad Senatoriæ purpuræ gradum conscendens, rato quodam naturæ munere, & castæ vitæ consuetudine, in omnibus negocijs, & actionibus singulare decus, & mirificam dignitatem afferebat; fuit in capiendo consilio prudens, in dando fidus, in explicanda sententia gravis, atque disertus. Quibus rebus effectum, ut tribus Pontificibus Leoni X. Hadriano VI. & Clementi VII. per septennium, quo purpuræ magistratu functus est, gratissimus fuerit. Palatium Cardinalis, cuius ipse, ut diximus, titulum Cardinalis obtinuerat, restaurare, & nova accessione amplificare cepit, ut nomen Ioannis Baptistæ Cardinalis Pallavicini superno ianuæ limini inscriptum, & protensus paries, qui monasterij S. Augustini ædes prospexit, manifestè testantur. Sed dum his operam dat, & alia maiora pio animo concipit in oppidum Fabricam diocesis Castellane, recuperandæ valetudinis gratia se conferens, erumpente rursus morbi violentia, die 13. Augusti, sequenti nocte anno 1524. rebus humanis excessit.

Paulò ante mortem, die scilicet 22. Iulij eiusdem anni testamentum condiderat, quo familiæ suæ duo millia aureorum, Templo S. Mariæ Annunciatæ extra Urbem quingenta; Ecclesiæ monasterij S. Michaelis de Clusa, cuius ab Hadriano VI. fuerat Abbas institutus, pallium intertexti auri; nec non perficiendo S. Apollinaris palatio, quod vivens inceperat, satis pecuniæ legavit. Presbyteratum etiam unum, Canonicatus quatuor, ac totidem Præbendas in Ecclesia eadem erigi iussit; quorum præsentationem ad hæredes suos, institutionem ad Cardinalem S. Apollinaris, titulum pro tempore habentem pertinere mandavit. Quos certis diebus pro æterna suæ animæ salute sacra operari, officiaque Ecclesiastica peragere voluit, quibus redditus Sutrinarum, quas ipse palatio S. Apollinaris contiguas extruxerat, assignavit. Huius piæ voluntatis executores Clementem VII. Laurentium Puccium, & Andream de Valle Cardinales, hærede Babilano Pallavicino fratre suo instituto, reliquit. Præter Abbatiam S. Michaelis ab Hadriano Papa VI. collatam, alteram de Ripalta nuncupatam in eadem diocesi Taurinensi; & in Regiensi aliam S. Mariæ de Marola dictam; quartam verò S. Antonij in vrbe Genua, quam Babilanus Pallavicinus Cardinalis, de quo agimus, frater ampliore censu, & redditu auxit, atque ut de lure patronatus domus suæ Pallavicinæ in perpetuum esset, à Leone X. Pontifice obtinuit. Ecclesiam quoque Horaclensem ex Contelorio administravit.

Huic Ioannes Baptista Pallavicinus vtriusque Signaturæ Referendarius simul cum Babilano fratre ann. 1596. sepulchrum erexit in Ecclesia S. Mariæ de Populo, eo in loco, quem Cyprianus Pallavicinus Archiepiscopus Genuensis emerat, & in quo Cardinalis ipse testamento suum corpus sepeliri iusserat, ubi hæc legitur Inscriptio.

D. O. M.
IO. BAPTISTÆ PALLAVICINO
 GENVENSIS
 S. R. E. AD TITVLVM S. APOLLINARIS
 CARD. CAVALLICENSIS
 ANTONIOTTI CARD. S. PRAXEDIS
 EX FRATRE NEPOTI
 EXIMIA IVRIS SCIENTIA
 ET BONARVM LITERARVM
 COGNITIONE PRÆSTANTI
 PER OMNES FORENSIVM
 DIGNITATVM GRADVS
 AD CARDINALATVM ERECTO
 A LEONE X. HADRIANO VI. CLEMENTE VII.
 AD SVMMAS RES ADHIBITO
 IN MEDIO HONORVM CVRSV
 IMMATVRA MORTE PRÆREPTO
 IO. BAP. VTR. SIGN. REFER. ET
 BABILANVS PALLAVICINI FRATRES.
 PATRVO MAGNO
 BENE DE FAMILIA MERITO
 MEMORIÆ CAUSA POSS.
 M D X C V I.
 VIXIT ANNOS XLIIII.
 O B I I T A N N O S A L. M D X X I I I I I.
 I D I B. A V G V S T I.

Cardinalem hunc commendat Folietta in Elogijs clarorum Ligurum his verbis: *Ioannes Baptista eximia Pontificij, & Cesarianis viris scientia præditus per omnes forensium honorum gradus, in quibus eius doctrina, ingenium, industria multos annos elaboravit, ad amplissimum ordinem pervenit; in quo cum haud diu fuisset, humane conditionis necessitate sublatus est, ut eius virtus nimis in Cardinalatu enituerit.*



XVII.

POMPEIUS Columna, Domicellus Romanus, Hieronymi Martini V. nepotis filius, natus die 12. Maji anno nostræ salutis 1479. sub Prosperi patris cura, defuncto patre eas coluit à puero literas, quibus ad humanitatem informamur, sub erudito, sed admodum rigido præceptore, & procul ab urbanis delicijs; is enim in monte Compatrum in Tusculanis collibus eos alebat simul, & docebat. Enituit

in eo statim ingenium acre, viuidum, sublime, & in perdiscendo, pangendoque carmine adeo gloriæ avidum; ut cum M. Antonius idem patruelis frater, & in ludo socius aliquid ipso feliciter diceret, aperto quodam æmulationis dolore torqueretur. Decimum octavum agens annum eo ingenium corporisque staturam ad militares artus protulerat, ut quanquam imberbis imperia præceptoris eluderet, nihil tamen de literarum studio remitteret. Sed cum M. Antonio ætate paulò maiore de bellicis laudibus, & de maiorum suorum præclarè gestis assidue disputaret, ita ut euolare, atque arma tractare malle videretur, quam consensescere in literis, quæ præstantissimis tantum ingenijs gloriam afferrent, mediocribus autem vix necessaria vitæ frugi alimenta præbere consuescent. Contendebant eo tempore inter se armis Columnij, Vrsinique proceres, cum dissidentibus inter se Sabellis, duo eius familiæ Silivius, ac Traianus ad Vrsinos se contulissent, vsique illorum armis Iacobum, ac Troilum paternis oppidis expellere conarentur, quos aduersus parum æqua postulantes, Columnij pro dignitate Gibellini nominis defendendos suscepissent. Eam verò controuersiam inimmensum alebat Alexander Pontifex mira simulatione modo his, modo illis fauens, & occultè vtriusque pecuniam, & arma submittens, scilicet ut muris attriti cladibus, ab ipso demum sine negotio delerentur. Descendebant à Crustumini vallibus Columnij Prosper, ac Fabritius, ut secus Palumbariam in Latium redirent; Vrsini sub monte Cælio castra posuerant. Itaque Pompeius, & M. Antonius contineri non potuerunt, quin in castra conuolarent, interessentque memorabili prælio, in quo triduo post vtriusque factionis clari duces, partium opibus aucti, confirmatique Germanorum, atque Hispanorum auxilijs concurrerunt. Nullo unquam prælio maiore æmulatione, vehementioreque odio certatum est, cum ab insignibus, & de facie nolcerentur, & in prima vtrinque acie critis, & voce insignes inter se noti amplius viginti proceres depugnarent, qui postea celeberrimi nominis duces euaserunt. Ceteri Columnijs Vrsini capto Carolo Vrsino Virginij filio, qui cæteris imperabat, ceciditque apud Columnios Antonius Sabellus omnium pugnacissimus. Eo die insigni militiæ rudimento Pompeius profligatos infecutus hostes insignem equum deiecit caphracto in castra retulit. Secundam eam victoriam Prosperi consilio, & Fabritij pugnaci manu haud dubie partam; sequenti die victores ultra Labicanum Anienis potem in Tiburtino solo sub dio epulati sunt, Carolusque generosè dimissus, cum vtrinque insidiosi Pontificis consilia serò detexissent, in itaque pace, & compositis rebus Prosper, Pompeium ad Federicū Regem Neapolim perduxit, apud quem statim inter charissimos est habitus, cum fortè spectate Rege nobilissimi iuuenes triplicato saltu decertarent; ipseque productus in stadium ceteros omnes cum multo spectantium plausu superasset. Interea Alexander Pontifex, ut amplum Cæsari filio imperium pararet, cum Ludouico Gallorum Rege foedus iniit, cui & Veneti aderant ea conditione, ut Ludouico Sfortia Cisalpinæ Gallie imperio depulso, Venetus Cremona vrbe, Alexander verò Togatæ Gallie vrbibus circa Flaminiam viam potirentur, & Reguli omnes, qui Pontificiæ ditonis essent, mulctandi, delendique Cæsari Borgiæ traderentur. Ita Columnij vim imminentis procellæ felici coniectura metuentes, sponte, atque opportunè diffugerunt: Ioannes Columna, Cardinalis Prosperi frater post multas latebras in Siciliam euasit: Fabritius, & Prosper apud Federicum, cum vniuersa familiæ iuuentute, militiæ adscripti substitere. Secutus est Iubilæi secularis annus funesto totius Italiæ motu insignis, quo Ludouicus Sfortia, & Ascanius Cardinalis frater prodicione Heluetiorum capti, detrusique in Gallicum carcerem, paterno imperio exciderunt; Catharina Sfortia bello capta Forocornelij, & Foroliuij possessione excessit: Eustorgius Manfredus adolescens necatus, & in Tyberim proiectus, Fauentiam cum vita reliquit: Varanij, Camertes Reguli quatuor strangulati. Vrsini nullo salubri consensu coeuntes Paulus, & Franciscus, itemque Vitellocius Tiphernas, Liberottusque Firmanus necati: Baptista Cardinalis Vrsinus in arce cantharidum veneno sublatus; Bernardinus, & Iacobus Sermonetæ in Latio Reguli hic ferro, ille aconito extincti. Præterea Malatestæ Arimino, Sfortiæ Pisauri; Feltrij Urbino pulsi, & in exilium acti, ita ut vni omnium Columnij proceres, admodum prudenter in ea turbulentissima tempestate egisse sint visi, quod paternis oppidis, quæ hostium

Ciacconius Francisc. Guicciard Andr. Viator. in Addit. ad Ciaccon. Ant. Summont. in Historia Neapol. Ludouic. Lelius in Hist. Monus regali. Aubery in Vita. Hipp. Mar. racc. in Purp. Mariana. Frac. Mar. Turrig. de Crypt. Vaticanis. Hieron. Garimb. Felix Cotelorius in Elencho. Ferdin. Vghell. in Ital. sacra, & de Card. Columna. Filiucius in Elogijs m. s. s. Cardin. Ant. Sand. in Elog. Cardin.

nefarie cupiditati inuadenda reliquerant, salutem prætulissent. Secutus demum est annus quo Ludouicus, & Ferdinandus Reges in Federicum Arragonium conspirantes, nobilissimum inter se Regnum diuisere; breuiq; Federicus desertus, ac proditus in Insulam Anariam profugit, atque inde superante odio in Ferdinandum, quod propinquitatis, & fidei iura violasse videretur, Ludouicum prætulit, ad quem supplex in Galliam confugeret. Fabritius, & Prosper id consilium improbant, utpote qui salutem suam Gallis minime committendam existimabant; exilioq; ignobili in remotissimis terris senescere, ac repetendis paternis oppidis spes suas corrumpere nolebant; enauigante in Galliam Rege, ad Consaluum Agidarium Cosentiam se contulerunt, à quo summis honoribus excepti, magnisque aucti stipendijs, in id tempus permansere, quo bellum inter Hispanos, & Gallos exarsit, cum de finibus primò insolenter verbis, mox immodicè armis contendissent. Eo conflato bello Pompeius quanquam planè imberbis alam leuis armaturæ equitum ductandam sumpserat; euaserat enim iam, & habitus vigore, & animi spiritu planè militaris, ita ut inter Hispanos industria, atque vlu claresceret. Cesserant Hispani ab initio Gallis, Barolumq; in Apuliam se receperant, uti maritimæ vrbs copijs iuuarentur, atque interim è Sicilia, ac Germania nouas copias expectarent. Editæ fuere per id tempus aliquot tumultuariæ equestres pugnae, complura ex insidijs peditum prælia, iustisque per hyemem expeditionibus oppida multa tentata, captaque, & in his Rubium, Columniorum maximè consilio, & manu tormentis expugnatum, oppressis ibi duabus Gallorum alis, & Palitia claro duce capto. Neque vllum illustre bello facinus est editum, in quo non Pompeius aut acriter pugnando, aut sese fortiter explicando, nominis famam extendit. Suborta demum est præclara contentio de virtute inter Italos, & Gallos, cum Galli se Italos equestri gloria præstare dicitarent, atque id se paribus armis cum totidem cataphractis concluso in stadio ad certum victoriæ præmium ostensuros affirmarent. Nam paulò ante vndeni etiam Galli, Hispanique equites ambiguo Marte, & incerta victoria ad Tranium dimicant, pro-uocante Motta Gallo, què postea vti Borbonij satellitè in occupata Cæsarianorum armis vrbe Roma prætoris munere functus est. Indicus Lopes Hispanus pro Italos recepit, idque mox ratum habere Prosper, ac Fabritius, qui pro decore Romani nominis retundendam militum illorum insolentiam existimabant; quo illi numero præscriperant tredecim equites constantis præsertim ingenij, & indomiti roboris delegere. In his adnumerari Pompeius magnopere cupiebat; sed patris seueritate ei vix dum erumpentem primam lanuginem obiectantis, ab eo grauissimo facinore deterritus id tamen impetrauit, ut alienæ virtutis spectator foret, armigeriq; habitu hastam, cassidemq; Iano Capoccio equiti Romano deferret. Audiui ego sæpè, inquit Iouius, ipsum id memorabile prælium recentem, affirmantemque, se nunquam postea aut pulchrius spectaculum, aut honestiorem voluptatem oculis, atq; animo percepisse, cum Itali stratos, vulneratoque hostes in castra captiuos cum acclamatione totius exercitus adduxissent. Nec multò post adulto iam verè commissa est insignis pugna ad Gerionem propè Canusium. Iam enim Octavianus Columna Pompeij frater ad Maximilianum Cæsarem in Germaniam missus à Tergeste per Hadriaticum lectissimas Germanorum cohortes adduxerat, & Cæsalius eduçtis Barolo copijs prælio certaturus ad Gerionem peruenerat æstuoso, siticulosoque itinere, ita ut pedites siti fatiscentes ab acie soluerentur. Prosper Romana disciplina idoneum castris locum aggere ab agrestibus factò, ac tum adaucto opportunè munitum, conquiescendum, atque ibi expectandos hostes esse censuerat, ut Gallorum magna vi irruentium impetus obiecto aggere frangeretur. Nec eum omnino fefellit opinio; nam Ludouicus Namur sius ex Armeniaca familia, cuius erat exercitus imperium, vti planè iuuenis, quin confingeret, retineri non potuit; tamen si toto eo die cum Fabritio Columna totius equestris leuis armaturæ præfecto ex itinere lacescendo, præliandoque suos ad magnam sitim, ac lassitudinem perduxisset. Inter vtrunque enim exercitum medius cõstitit Fabritius tam felici labore, quam periculoso munere defuncto, ut late diffusis alis, in quibus Pompeius nauiter operam præstitit, prospèctum omnem in ea nuda planitie Gallis hostibus adimeret, ita ut non satis perspicuè conspiceret, aut coniectari possent, quo nam ordine compositæ acies incederent, quibus præsidijs impedimenta firmata essent, quo interuallo peditum agmina ducerentur, quem denique itineris flexum Consaluis cum insignis, ac tormentis teneret. Iam serum diei erat ad quartum Kalendaras Maias, cum appropinquantibus Hispanos, ac Germanos Prosper intra munitiones salubri consilio recepit, quanquam illi elatis ferocia animis ea munimenta despicerent, ac profiteretur se æquali, & expedito in campo, vel cum duplicato hoste pugnatos. Sed in Prospero ea erat auctoritas, & prudentiæ militaris opinio, ut facile paruerint, cum humaniter alloquendo mirum in modum in eis magnitudinem animi laudasset; ut demum arrogantiam vti exitiosa temeritati proximam castigaret. Superueniente Consaluo instructæ sunt acies, ipse mediam, Fabritius, & Prosper cornua tenuerunt; emisere interim tormenta Galli, puluerulentoque agmine progressi, & proposito pugnae signo, hinc equites, illinc Heluetij,

A Gallique pedites equata fronte incitati cursu in hostes procurrerunt. Non tulissent vim irrupentium Hispani, nisi ea vel exigua munitionis iniquitas nequaquam ab ipsis Gallis explorata eorum impetum retardasset, ac fregisset. In ea cunctatione Ludouicus cum alium tentaturus in hoste aditum, confertissimas cataphractorum turmas reflecteret, Germanica glande traiectus occubuit. Ciandeus, & ipse Heluetiorum dux cristarum sylua conspicuus à Germanis, atque Hispanis, qui cum eius peditatu pugnam exceperant, interficitur, vixque semihoræ spatio tota Gallica acies caesa, prostrataque est. Equitum Gallorum acer impetus fuit, sed mox insignis fuga; hæsitque eorum tergis Fabritius in multam noctem, cum Alegria, & Arlius duces diuersis itineribus euasissent. Prosper diuersa via cum Pompeio, ac tumultuarijs equitum turmis delatus ad hostium castra ingenti præda potitus est; ita ut etiam hostium mensæ omni cibariorum copia vique ad luxum exornatæ, lassitudinem victorum abundè recrearent. Prosper ingressus Ludouici tabernaculum, omne argentum, quod in abacis expositum erat, Pompeio ob nauatæ fortiter operam donauit, quod ipse demum ad rationem spectatæ virtutis liberali animo penè totum equitibus suis diuisit. Pernoctarunt in iplo interfecti hostium ducis prætorio Prosper, ac Pompeius, & id quidem cum in signi dolore, sollicitudineque Consalui, ipsiusque Fabritij, qui quod ea nocte in castra non redierant, ambos haud dubiè cecidisse existimabant. Pompeius eo die ter summum vitæ periculù adijt; nam cum in densatos hostes irrumperet, trinis Heluetiorum indutus contis, ex equi sella in sublime educus, ita cecidit inde elabente equo, ut ferè prostratus erepserit, destitutus eo modo in pedes, cum vacuum seffore hostilem equum correpto freno ascendere conaretur, ab Hispanis eius prædæ audis penè est interfectus, ac seruatus beneficio Marci Antonij, & Marcelli fratris, qui opportunè semiopresso opem attulerant. Exinde persecutus effusus in fugam hostes priusquam patrum assequeretur, cum in nobile Galli ducis scortum magno auri onustum pòdere incidisset, disiecto, fugatoq; eius comutatu, ac præsidio iam manibus prædam teneret, superuentu hostilis turmæ, penè ei sese explicandi, & refugiendi ad suos tempus defuit. Profligatis eo modo Gallis, Neapolique subinde capta, & admirabili artificio Petri Nauarri duabus arcibus expugnatæ, Pompeius ad recipienda Fundani agri oppida cum ala sua, & peditum manu missus Caietanæ familiæ principes celeriter inde expulit, vsusque Hispanorum victoria in Herculicis aliquot castella occupata paulò ante à Comitum familiæ Regulis in potestatem redegit.

Interim Alexander Pontifex moritur, cum ad fontem Vaticanum instructo conuiuio, Falernum aconito dilutum, ut ferunt, ebibisset. Descenderat per eos dies è Gallia Cisalpina Franciscus Gonzaga, ac Tramulia Gallorum duces cum validissimis Heluetiorum cohortibus, & equitatu ingenti, Romanque peruenerant, ut Neapolim repeterent. Consaluis soluta obsidione Caietæ, ad tuendam Lyris amnis ripam in Sueslanum, ac Minturnesem agrum copias omnes adduxerat. Cæterum multis paruis vtrinque susceptis expeditionibus res eò deducta est, ut magna vi, multoque apparatu Galli Lyri amne ponte constrato transeundum omnino, & cum aduersarijs patenti in campo confligendum decernerent. Erant Gallis ampliora numero, expeditioraque agilitate curruum, & equorum ænea tormenta, quibus è sua ripa ex obliquo, & extremum pontis caput, & patentia camporum spatia petebantur; ita ut erumpentibus per pontem Gallis, nequaquam sine certa pernicie occurrì, atque resisti posse videretur. Sed ambigente Consaluo, atque eum casum reformidantibus plerisque fortissimis ducibus, Fabritius Columna ad Consaluum conuersus: *Negotium hoc, inquit, nequaquam cunctanter consulendo, considerandoque patrandum est, sed forti manu, & expedito pugnacis animi vigore, cum iam transeant, & mox duplicatis turmis inuicti roboris densatum agmen, cui pares esse minimè poterimus, circa pontem sine inducturi.* Extemploque collaudatus à Consaluo Fabritius, euocatis, excitatisque ad pulcherrimum facinus familiarium promptissimis, & vno maximè Pompeio audacter progredi iussu, cum plerique Hispanorum sequerentur, inter volantes colubrinarum pilas, multosque milites passim earum violentia disceptos, ad pontem peruenit tanta vi in primos irruens, ut Galli caesi, pulsique partim retro per pontem verterentur in fugam, partim hinc, & inde auersi, & resistentes, cum ab extrema ripæ margine deciderent, profundo, & rapido amne mergerentur. Neque vnquam Gallis postea fractis aduerso rerum euentu ducum animis consilium fuit, ut de transitu amnis cogitarent. Eo die Pompeius à spectata virtute ab ipso Consaluo publicè laudari, donarique insigni equo promeruit. Nec multò post, cum auaritia Gallorum ducum, qui stipendia militum auertere, & comæatus procuracionem ad infamem questum reuocare perseuerabant, Gallorum copiæ per hyemem imbribus, & gelu incommodam, inedia afflictæ, & multis extenuatæ malis calamitosi exitus fortunam tulerunt; ita ut castris, & demum Caieta vrbe post cruentam, & miserabilem fugam pellerentur.

Per id tempus Iulius II. Alexandro suffectus, vti erat Columniæ familiæ amicissimus, capto Cæsare Borgia, atque eo Hispanis dedito occupata, paulò ante oppida Prospero, ac Fabritio restituit, missusque ad ea Pompeius ut inuiseret, ac reciperet, eo cumula-

tiorum

tuorem lætiam est consecutus, quod Alexandri sumptu, & in Al-
gido, & Genetiani, & apud Neptuni portum in Antiato, & in Lu-
culli Tusculano arces ædificatas comperisset, quibus ipsi Colum-
nij proceres singulari, atque insperato ab exilij calamitate benefi-
cio accepto, absque vlla armorum contentione, & sumptu poti-
rentur. Eo modo Columnijs patriæ restitutis, ad augendas insu-
per eorum opes Pontifex Lucretiam sororis filiam M. Antonio Co-
lumnæ exquisitis ingenij naturæque muneribus ornatissimo in ma-
trimonium collocavit, donoque ad dotem adiecit Frascatum oppi-
dum in Tusculano, percelebrem olim Lucij Luculli villam, atque
item ædes magnificas, præaltaque turres insignes ad sanctorum
duodecim Apostolorum Templum sub Quirinali, quas ipse in mi-
nore fortuna construxerat. Ob id Prosper graui quidem iudicio
Pompeium sacris initiandum existimavit: iam enim Ioannes frater
Cardinalis Alexandro morte sublato, & Sicilia redierat, erantque
illi sacerdotia perampli reditus, quæ omnia lenescere patruo Pom-
peius iuuenis ad corrobendam redituus opibus familiæ dignita-
tem excepturus esse videretur. Verum ille ab ingenio planè mili-
tari, vti bellicæ laudis quàm sacræ dignitatis audior, vix auribus
patruum consilium admittebat, vtpotè qui speraret, postquam mi-
litariæ rudimenta, initiaque secundissimè prouentissent, maioribus
suis se pari cum laude successurum, qui familiæ opes armis eniten-
do, contendendoque amplificasse, & militariis imperijs, atque
honoribus virtute partis insignem gloriam Columnio nomini ques-
suisse videbantur. Sed ed acrius reuertentem urgebat Prosper, &
seuerè admodum castigabat, quod Marcellus, & Iulius natu maiores
fratres iam vxores duxerant, & Octavianus pariter connubio ex
vlu factionis opportunè quæ sito operam liberis esset daturus. Per
hunc modum obstinato animo sacerdotales honores repudiati per
quietem apparere visus est ei Hieronymus pater minaci, & seuera
fronte scribis itidem castigans verbis, & dextra quatiens flagellū,
eo scilicet nudum vehementissimè percuturum, ni extemplo pro-
pinquorum iussis obtemperaret, atque, vt in factis esset, sacris ini-
tiaretur. Itaque Pompeius post multos æstus fluctuantis animi,
cum paterno ostento, & patruorum imperijs parendum foret, val-
de mœstus, & reluctante quidem genio Protonotarius creatur, &
apud Ioannem Cardinalem patruum familiæ magister est effectus.
Tum verò vti noui, sacratque ordinis professorem decebat, inter-
missa diu optimarum literarum studia sedato, cōpositoq; ad ocium
ingenio repetere cœpit. Aderant ei viri elegantes, clarique Poe-
tæ, Tamas Macarocius, & M. Antonius Casanova Comenli por-
tre genitus; Phœdroque in primis Volaterrano, & Camillo Portio
Romanæ eloquentiæ professoribus familiaritate coniunctis vteba-
tur, adeo vt ingenium excoleret feliciter, & extemporaneis sermo-
nibus memoria rerum omnium fretus præcellenti, & sublimè iudi-
cium, & luculentum latinæ eruditionis apparatus proferret, ita-
vt non sit mirum, si demum supremis vitæ annis grauius scribendo
ingenij fecunditatem ostenderit. Nequaquam tamen illos elati,
& generosi animi spiritus militares à patre simul, familiæq; mori-
bus ductas, adauctoque demum in castris abiecerat, cum in omni
conficiendo negotio expeditus quidam, & verè bellicus vigor ges-
tu, sermone, fronte, singulari alacritate semper emerit, adeo
vt cum Hiscero Hispano ob exortam cum ipso similitatem ex Rea-
tini sacerdotij reditibus, ad singulare certamen prouocante con-
gredi sit conatus proiecto in solum pileo, ac stola sacerdotali ira-
cundiz seruire dilacerata. Venerit insani propositi exitum pro-
pinqui; Ianus Bracaloniens eques Romanus eius controuersie fer-
ro finiendæ munus suscepit, quod indignum esset, & procul à Chri-
stianis moribus, eum præsertim, qui sacris esset initiatus, in arena
decertare. Sed Hiscerus Bracaloniens repudians, cum arrogantius
quàm decebat, Pompeium itidem lacefendo, prouocatorijs libel-
lis irritaret, res eum habuit euentum, vt præco Hispanus ad Co-
lumnæ domus aream missus, quo Pompeium ad ignominiam tubæ
cantu certamen detrectasse pronunciarer; *A seruis sit trucidatus,
postquam ea atria superbo ausu violasset, que damonatis, & persua-
gis propter immetatam familiæ existimationem saluis, securita-
isque esse consueuissent.* Ob id Rogeus Hispaniæ Regis Legatus
de præconis cæde multo fastu, & vehementi oratione apud Iulium
questus, cum obnixè peteret, vt id facinus, quod ad publicam
gentis iniuriam pertineret, insigni exemplo puniretur; rectissimè
sacrum Pontifex respondit; *Quod seruis à pedibus, vti iam in ini-
urie indignitatem vendicarent, Hispanicam insolentiam Romana
superbia contudissent.*

Nec multò post Ioannes Cardinalis autumnali febre extinctus
perijt, & impetrante Prospero ab amicissimo Pontifice sacerdotia
in Pompeium translata. Ea fuere Episcopatus Reatinus, & sacer-
dotium Diuæ Scholasticæ peramplum, amcenique secessus ad Su-
blaqueum; aliudque item Deiparæ Virginis ad Cryptam ferratam
in Tusculana Ciceronis villa. Exinde lautius, & luculentius vitam
egit, literas ardentissimè amplectens, nihil tamen intermissis cogi-
tationibus, quæ ad magnas res gerendas pertinere, vt scilicet varias
Romanorum ciuium, externorumque hominum clientelas pararet,
gratiamque suam, atque item gentis auctoritatem subleuandis his,
qui opem implorarent, vehementissimè conferrent. Id enim vnum
in eo vix erimum, & perenne studium fuit, vt amicis præclaris

A constantemque operam præstaret; persequeretur verò eos pertina-
cibus armis, quos ipse aut partium nomine, aut amicorum nutu op-
pugnandos omnino suscepisset.

Interea Iulium Põtificem vehemens inuasit morbus dolore ani-
mi ab aduersis belli successibus haud dubiè conceptus; paulò ante
enim Francisci Mariæ Vrbinatis, qui ex fratre nepos erat, adole-
scentis, & imperiti ducis copias, & Venetorum item auxilia Tri-
uulcius veteranus imperator sine vilo suorum vulnere profigarat,
& Bononiam Bentiuolis veteribus Tyrannis reddiderat. Qua freti
victoria Cardinales septem, qui à Pontifice deficiuerant, indicto
Pisis, & demum Mediolani Concilio vehementius, & arrogantius
ad discendam causam Iulium vti Pseudopontificem criminosisimis
editis libellis citabant. Itaq; manante per Vrberum fama Iulium intra
paucas horas expiraturum, coiure in Capitolio Romani ciues, at-
que item vtriusque factionis proceres miro consensu de Republica
consultantes. In his principes erant Pompeius Columna, Rober-
tus Vrfinus Pauli qui à Cæsare Borgia necatus fuerat, filius, Geor-
gius Cæsarinus, & Anthimus Sabellus, qui nobiles, opulentaque
secundæ classis familias, atque item populum, & infimam plebem
rerum nouarum cupidam ad publicum audendum facinus pertra-
hebant. Summa consiliorum omnium erat vt veterem libertatem
tanquam fallacissimis sacerdotum artibus ereptam, armis recupe-
rarent; nec se in posterum per inane iusiurandum noui Pontificis, &
insidiosas Cardinaliū pollicitationes fedè decipi, ac circumscribi,
& indignè seruitutis compedibus vinciri paterentur; Vrberum, & ve-
tigalia, & iurisdicundi magistratus antiquissimæ possessionis iu-
re ciuium esse Romanorum. Porro sacrorum curam sacerdotum,
& Pontificum iuris esse, quorum augustæ dignitati æquum esset
summos honores exhibere, & in tota administratione Reipublicæ
Christianæ eorum auctoritatem sequi. Cæterum veterem Romani
nominis gloria indignum videri, quod paucorum sacerdotum po-
tentia cuncta populi commoda interciperentur; illorum enim pro-
fectò esse emolumenta rerum omnium. Porro ipsis veluti ad sola-
tum sensim inducæ seruitutis, veterum tantum honorum imagi-
nes esse relictas; cum Senatoris paludati sceptrum, ac triumphalis
Magistratus conseruandæ Vrberis, virentes falces speciosa visu insi-
gnia inter pompas, & agonales ludos, inanem, & irritam auctori-
tatem obtineant; & si qua sint, quæ pudore superiorum Pontificum
minimè abolita videri possint; ea tamen prætori vrbarum summo, &
peracerbo quidem imperio circumscripta, & angustissimis viris di-
cundi finibus inclusi teneantur. Omnium profectò Pontificum id
esse decretum, quod nemo nisi planè vecors non intelligit, vt exci-
sa veterem Romani sanguinis stirpe, sublatisque proceribus, tota
Vrbs occupanda inquilinis, & semibarbaris hominibus cõcedatur.

In eam quoque rationem principes Vrberis familias solito purpurei
galeri honore, quo iamdiu orbatæ sunt, pertinaci Pontificum liuo-
re priuari, excludique virtutem ipsam ab aditu Senatui, quem ex
aduerto probrosus hominibus abundè repleuerint, ne vnquam ge-
nerosis, Romanisque ingenijs pateat locus, vnde ad fastigium
summæ dignitatis eniti possint. Quasi Romanæ ciuitati omnino
erubescendum sit, aut Christiano Orbi pœnitendum, quod Cæle-
stinus Comes, Honorius Sabellus, Nicolaus Vrfinus, & Martinus
Columna sacris, & Reipublicæ præfuerint, qui pietate, innocen-
tia, virtuteque animi illustres multas successoribus tenebras offu-
disse videantur. In his concionibus vt quisque acerbissimè, atq;
infensissimè de sacerdotum moribus, dominatuque prolocutus esset,
is ante alios constantissimè, & pro dignitate Romanæ libertatis di-
xisset est visus. In his Pompeius vehementiore eloquentia fuit insi-
gnis, cum libero ore cunctis dicendum, & Cardinalibus per in-
terregnum vi, & manu personam omnino detrahendam esse pera-
rasset.

E Indignabatur enim, quod Vrfino, Sabello, Columnæ, &
Cæsarino nuper defunctis, nemo Romani sanguinis esset suffectus,
cum Alexander, & Iulius aliquot nouos homines in Senatum dele-
gissent. Itaque decretum est, vt armati Conclauē in Vaticano cir-
cumficerent, à Cardinalibus ante inita Comitia singulis sacramen-
to adactis postulare remitti vestigalia, salisque præferret, & de-
mum aliarum rerum immunitates per vim antiquatas, abolitasque
restitui; vtque à nouo Pontifice priusquam Conclauē excederet, &
ad D. Petri aram deferretur, triumphis antiqua spatia iurisdicudi,
& populo creandorum Magistratum iura, atque ædilitatis mune-
ra redderentur; & vti primo quoque tempore legeret in Senatum
quatuor Romani nominis Cardinales, legemq; promulgaret, qua
vrbarum sacerdotia veteribus Romanis, aut ante Patres ciuitate do-
natis conferrentur. Fuere, & qui intemperantiùs vocem efferen-
do, & in his M. Alterius, & Iulius Stephanucciis (is tum erat trium-
uir) molem Hadriani repetendam, Romanoque præsidio custo-
diendam censerent.

Sed dum Romani in Capitolio horis prope omnibus consultant,
Scipio Lancellottus medicus Põtificem stomachi vitio prostratum,
& alimenta repudiãtem oblato perfico pomo, ad certam vitæ spem
felicitè erexit. Ad eius rei famam dissoluta extemplo populi consi-
lia, & dilapsæ cohortes, quæ iam ad signa conuenerant. Verum
de Capitolinis concionibus nihil omnino à cubicularijs Pontifici
fuit delatum, ne in ægrè conualecente, iracundoque homine, ad
eius exitum bilem moueret. Fortè per eos dies Petrus Iualles Car-

dinalis

dinalis Reginus Togata Gallia praefectus, cum falso rumore defuncti Pontificis provincia excitus, Romam mutatis ad celeritatem iumentis ad Comitium conuolaret, inusitato labore, & calore confectus interijt, ambigentesq; Iulio quem nam idoneum, ac negotio parem sufficeret, vnus ante omnes Pompeius delectus est, cum in provincia factiosa, ac bellicosa, inter Gallicos tumultus, Bentiuolorum, & Ferrariensium armis exposita viro opus esset; qui generis auctoritate, expeditoque consilio, & militaris ingenij vigore praestaret. Porro Pompeius qua de causa in Vaticanum vocaretur ignarus, in ancipiti consilio aliquandiu haesit, ne ipse vnus quod ordine sacerdos esset, turbulentae concionis poenas daret. Quamobrem aduocatis in consilium ex vtraq; factione amicorum primoribus, dixit se omnino ad Pontificem iturum; si vero aliquid sibi durius accideret, nauiter ad arma conclamarent, ac celeriter opem ferrent. Iulius ita eum amice excepit, vt inde non modo metu liberatus, sed auctus praefecturae honore domum reueteretur, super hac optima spe etiam plenus; nam Iulius dixerat eum e provincia purpureo galero insignem esse rediturum. Sed dum Pompeius iumenta parat, & familiam instruit, biduo in provinciam profecturus, amici Francisci Mariae, & in primis Isabella Gonzaga ex adoptione mater, quae tum aderat, metu consternati Iulium aduocantes eo consilio nihil esse alienius a rationibus Pontificis, ac salute Francisci. Nam si Pompeio designato praesidi Togata Gallia traderetur, praebere inde aditum Fabritio Columnae ad inuadendum Urbini principatum, cum istum validissimis instructus copijs aduersus Gallos bellum gereret, & in propinquo eius rei aggrediendae occasionem opperiri videretur. Nam Fabritius ex Agnesina Guidonis Vbaldi pariter forore liberos sustulerat, ad quos ex aequo dimidia eius principatus haereditas pertineret; adeo vt ad iniuriam Columnae domus, Agnesinaeque, & liberorum, Franciscum a Guidone adoptatum fuisse quereretur; ac saepius dicitaret, se aliquando, aut iure, aut armis eius haereditatis controuersiam finituum. Addidit, & infesto sermone mulier itidem periculum deprecata, nequaquam e republica videri, si eum obiter dignitate existimationeque auctum, provinciae toties commotae, parataque ad sumenda arma praeficeret, qui dudum in Capitolio princeps turbulentissimis consilijs, & concionibus Romanos specie recuperandae libertatis aduersus sacerdotes concitasset. Ea re Iulius tum primum audita, extemploque aduocatis familiaribus ordine recitata, iratus Pompeio significari iussit, ne se ad iter compararet, quoniam ipse aliud de praefectura Togatae Galliae consilium desumpsisset. Nec mora Pompeius non tam sibi metuens, quam feruido ingenio contumeliam non ferens Hieronymum Viccum Ferdinandi Regis Legatum orauit, vt se ad Pontificem deduceret. Dicitur enim se coram publicam Romanorum omnium causam, quae aequissimis postulatis munita, atque defensa videretur, priuatique officij sui erga ciues necessitatem excusaturum. Cum ea Vicco probarentur, deducereturq; in Vaticanum, Pompeius amicos monuit, obsecrauitque, vt instructi, paratique essent ad defendendam iniuriam, si sibi vis inferretur. Caeterum Pontifex ad cubiculi fores expectantem, frustra rogantem Legatum non admisit, hoc vnum austeriore ore prolocutus: *Nolo ego iracundus cum superbo, ac turbido verbis decertare.* Neque vlla res Pompeio moram attulit, quin extemplo ab vrbe in Nemorensem villam proficisceretur, plane alienatus, & Pontifici futurus hostis, cum ei salutem minimè committendam existimaret. Nec multo post Petrum Marganum vrbe profugum ad se recepit. Is iuuenis ingenio ferox opibus, & clientelis potens Centium cohortis vigilum praefectum in campo Florentinorum, vt veterem contumeliam vindicaret, quod ab eo non multo antea, quod ferro succinctus inambularet absque vilo verborum honore in carcerem esset perductus. Praeratum praetorianis equitibus Marganus Pontificis amicitia insignis, quod eum a sacro baptismatis fonte, & demum per omnem aetatem in delicijs habuisset: sed in Margano nequaquam tanti reuerentia erga Principem, atque eundem propè patrem, ac nutricium fuit, vt honestissimis sacramenti militaris rationibus vindictae libidinem anteferet. Inueterata enim consuetudine Romani maxime decorum putant praefectum vigilum interfecisse, quod eo facinore fortiter patrato totius iuuentutis, gladiatorumq; omnium gratia, atq; insigni studio comparatur; confirmeturque ea opinio apud omnes ordines, in Romanis pectoribus non deesse generosos spiritus pro tuenda nominis dignitate. Itaque Pompeius, ac Marganus aduenisse tempore rati, quo arma expedirent, Robertum Ursinum in societatem asciscunt, cum Marcello, Iulioque Pompeij fratribus, itemque Petro Francisco Columna consilia communicant, decernuntque in Gallorum partes transeundum, vt eorum adiuti pecunia, & conscriptis copijs, Pontificem domestico conflato bello ab Hetruria simul, & e Latio adoriantur. Coniuratione itaque inita, & constitutis rebus Marganus, ac Robertus in vltiorem Galliam magnis itineribus contenderunt, explicatisque gerendi belli consilijs a Gallis ducibus liberaliter suscepti, laudatique, supra viginti millia aureorum nummum ad praebenda militi stipendia per syngraphas accepere; eaque mox pecuniae summa Mediolani, ac Florentiae per mensarios curata est. Galli eo tempore cum Venetis simul, Pontificeque, & Ferdinando Rege bellum gerebant, maxi-

munq; ad maturandam victoriam momentum putabant, si vtriusq; factionis virium accessione Iulius nouo, repentinoque domi laceratus bello vrbe Roma pelleretur. Ferunt Prosperum ab initio non ignarum eius coniurationis, ab honesto quodam liuore nequaquam dissimulanter optauisse, vt Iulij, Ferdinandique spiritus aliquo aduerso rerum successu frangerentur, quod ab his in eo armorum tumultu ipse tantus imperator esset praetermissus, cum hic Raimundo Cardonio viro eleganti potius quam belli perito, aut forti copiarum imperium detulisset; ille vero fratris Iulij adolescentis opera parum feliciter vteretur, cuius ipse antea imperio parere recusasset, ne graui cum iactura antiquae existimationis suae quaestui potius, quam ante partem laudi consulere videretur. Verum vbi rem ad extremi discriminis aleam omnino deductam vidit, feruidorum iuuenum audaciam ciuili remedio reprimendam ratus, dedit sedulo operam subtrahere pecunia, ne militares copiae conscribi possent. Prouidebat enim vir pius, & sapiens, atque in omni consilio moderatus, humana, diuinaque omnia foede conturbati, amicissimique Pontificis conuelli dignitatem, ac Neapolitanum regnum in longè maximum discrimen deuocari, pro cuius possessione cum Gallis paulò ante tanto cum periculo, ac tanta cum laude dimicasset. Itaque Pompeius, ac Marganus exuti pecunia, & praesentis Prosperi auctoritate, minisque deterriti ad Sublaqueum se receperunt, oppidoque munitiones addiderunt, quibus sese aduersus irati Pontificis imperium tuerentur. Interim Robertus Ursinus Iordani Ursini hortatu, qui Pontificis erat gener, & propinquorum omnium precibus, liberalitateque Pontificis expugnatus, ad officium redijt, & Archiepiscopus Reginus in spem, & propinquum gradum senatoriae dignitatis creatus est. Sed nequaquam Gallis restituta pecunia, quod eam domestico cultu, conuictuque, & festinata in milites largitione profundisset. Confluxerunt per eos dies ad Rauennam Galtonus, atque Cardonius funesto vtrinque euentu, cum stratis pari prope clade validioribus vtrinque copijs Galtonus memorabili adulescens in ipsa victoria cecidisset; Cardonius vero deserto exercitu foede profugisset, & Fabritius magister equitum, & Nauarrus peditum omnium praefectus, Legatusque ipse Ioannes Medices Cardinalis in Gallorum potestatem venissent. Eius aduersae pugnae nuncius adeo Pontificem exterruit, vt mari profugendum delerta Vrbe cogitaret, ne ab intestinis hostibus opprimere tur, cum Pompeij consilia, repentinumque impetum magnopere formidaret. Sed eum concepto metu valde commotum, neque tamen desperantem in spem erexit, confirmavitque Iulius Medices, qui tum Rhodiae militiae eques, postea Clemens VII. est appellatus. Is enim omnium primus e Gallorum castris in urbem intento cursu peruenerat, vt pro redimendo fratre Legato, cum ab ipso Pontifice, tum ab amicis omnibus opem, atque pecuniam impetraret. Is detecta, & sigillatim expressa Gallorum calamitate, recitatisque nominibus eorum ducum, qui in acie cecidissent, aut grauissimè lauciati Ferrariam delati essent, tantis incommodis debilitatas hostium copias esse docuit, vt cum Hispanos pedites densato agmine fortiter euasisset diceret, nihil iam amplius sibi timendum, Iulius arbitraretur. Sed continuo pecuniam affatim proferret reparandis copijs, mitteretque ad Heluetios Matthaeum eius gentis Cardinalem, vt inde auxilia pararentur. Quibus intra paucos dies euocatis, & adiuncto Venetorum exercitu, Galli ab Athesis ponte deiectione, pulsiq; demum Ticino vrbe, atque amissa Italia, ultra Alpes continenti cursu profugerunt. Ita Pontifex ex summo dolore repentina affectus laetitia, incomparabilique victoria positus, Bononiam recepit. Ioannem Medicem Legatum, quem Rainaldus Zactus nobili facinore edito e manibus Gallorum eripuerat, Florentiae patriae, paternaeque amplitudini restituit; Petro Soderino inde pulso, quod profugus ad se seditionis Cardinalibus, & Concilio demum Pisis sedem dedisset.

Conuersus demum Iulius contra Pompeium, tametsi eum nequaquam hostili animo, armisque persequendum iudicabat, vt eius errata familiae condonare videretur, ad retinendam tamen sacrosancti imperij existimationem, vt exemplo ceteros sacerdotes deterreret, ei gestandi viridis pilei honorem, atque item sacerdotia ademit, promulgatis in eum iudicialibus libellis; caeterum sacerdotiorum reditus M. Antonio largitus est. Is Iulij ex sorore neptem Lucretiam in matrimonio habebat, insignique gratia supra affinitatem eximij bello, & pace virtutibus parata apud Iulium florebat. Quas ob res Pompeius consulendum saluti, ac libertati ratus, supra Sublaqueum praeserta in rupe arcem, quam Ceruariam appellabant, aedificare coepit; vt si aduersum se armis Iulius utendum statueret, loci munitione defenderetur. Sed M. Antonium lenito Iulio Pompeium, fratresque eius omni metu facile liberavit, nullis tamen precibus potuit impetrare, vt ei sacri pilei dignitas redderetur. Ignoscebat ei pacato animo, iniuriamque remittebat, ita vt etiam maturè per breuem epistolam gratiam, & reditum polliceretur. Sed epistolam reiecit Pompeius generoso, atque indomito prorsus ingenio, quod Pontifex Episcopi Reatini titulum in praescriptione non posuisset; adeo vt praconi, qui eam attulerat, vultu in amarum reidentem, & suburato diceret: Alibi eum Pompeium, ad quem Pontifex scriberet, esse requirendum, ipsum certe esse Episcopum Reatinum, ad quem minimè ea breuis epistola

scribe-

scriberetur. Sed eam rem ad excitandum risum M. Antonius detulit, festiueque perucit, vt in literis Episcopi nomen adderetur. Paucis post mensibus Iulius diurno fluentis alui morbo cōflictatus, votorum ferè omnium compos, & prolati imperij gloria plenus interijt.

Nec moratus est Pompeius, quin in Tusculanum amicos, & propinquos omnes aduocaret, cogeret copias, & ænea tormenta pararet, quibus irruptione in Urbem facta, Antonij Montani Cardinalis, qui Reatinum Episcopatum ambitiosè magis, quàm honestè suscepisset, & Mariani Cucinij, qui fisco præfectus criminofum libellum, quo fuerat damnatus, dictauerat, domos bellico more disturbarer. Hæc parantem tardauit Fabritius, egitque cum Cardinalibus ad ineunda suffragia paratis, vt Pompeio insignia sua redderentur; idque facillè impetratum est. Effuderant enim se omnium ordinum Romani ciues, vt redeuntem viserent, eique studia sua pollicerentur, adeo vt Tusculana via euntium, & redeuntium frequentia percelebris efficeretur. Andreas quoque de Valle, qui postea Cardinalis est effectus, ad eum Senatus nomine Legationem suscepit, fidemque publicam interposuit, vt egregia omnium voluntate pristinae dignitati restitueretur, si ab armis discederet, intraretque Urbem eo animi decreto, vt commotæ ad arma Urbis tumultus compesceretur, & Comitij publica securitas, ac libertas iplo ante alios præfidente præstaretur. Intrauit itaque Urbem Pompeius magna omnis generis togatorum, & militum frequentia ad veteres ædes deductus; foribus conclusi ad ineunda suffragia Senatus præfuit. Nec multò post, cum Iordanus Ursinus, Fabritius Columna, Iulius Ursinus, & Lucas Sabellus salubri consensu erumpentes, passim tumultus feliciter compressissent, Ioannes Medices desumpto Leonis X. nomine Pontifex est renunciatus. Is singulari humanitate Pompeium ad oscula pedum admisissum, exemplo dignitati, sacerdotijque omnibus restituit, profectusque est insigni liberalitate Columnios proceres, Fabritium in primis, & Prosperum, cum eis peramplas, & tripartitas ædes cum ornatissimis hortis daret, quas Iulius in priuata fortuna Columnio in solo ad sanctos Apostolos ædificarat. Exinde Pompeius in honore habitus, Urbem, atque aulam biennio coluit, ita vt ætate ad Sublaqueum, & sæpius in Tusculanum secederet; nihil intemissa Romanæ iuuentutis familiaritate, amicitiaque summorum ciuium, & eorum præsertim Cardinalium, qui generis nobilitate, & magnitudine animi præstarent. Venationibus enim, & aucupijs studebat, ita vt sæpè ab eo miro apparatu, & exquisitis sumptibus publica conuiuia medijs in campis, & apud fontes summa comitate, atque hilaritate præberentur. Erat enim in omni re, quam attingendam, tractandamque suscepisset, & ciuili splendore perelegans, & sacerdotali copia sumptuosus, & supra omnes mortales in omni ioco, ac negotio, militari quadam libertate lætissimus, vt non sit mirum plurimos omnium ordinum ciues, atq; externos eius viri auctoritatem, & studia alacriter, & constanter in vtraque fortuna fuisse sectatos. Cum generosa admodum fronte, atq; eximio corporis habitu, cultuque, & erudita, nobilique facundia in alloquijs, & in omni diuinarum, atque humanarum rerum actione præcelleret, vtereturque præsertim munificentia, & comitate, & id quidem subtili iudicio erga eos, qui magnorum procerum gratia, & familiaritate florentes, aut optimarum artium, & virtutis laude conspicui, eius liberalitatis, atque amicitia munera, & ornamenta præferre, atque ostendere posse censerentur. Propterea dicere solebat, Columniam domum ipsa Ursinorum familia, quæ opibus, & vetustate originis, atque item honorum præclarè gestorum dignitate par esse videretur, multò nobiliorem euasisse. Quod Ursini subagresti negligentia, & quodam supino literatorum cōtempu, certa scriptorum luce caruerint; Columnij verò, vel vno illustri Petrarchæ testimonio memoriam apud posteros cum summa virtutis commendatione fuerint consecuti.

Interea pulsus Italia Gallis, & Ludouico Rege vita functo, Franciscus eius gener coacto ingenti exercitu per Argenturias alpes in Italiam peruasit, capto ex itinere Prospero Columna, qui cum Heluetiorum cohortibus, atque Italico equitatu ad occupandos Coctiarum saltus frustra præcellerat. Nec multò post Rex iuuenis plenus animi, bellicique vigoris ad Mediolanum Itratis Heluetiorum legionibus insigni victoria potitus est, venitque subinde Bononiam ad Pontificem salutandum. Eo propè re Pompeius contenderat, vt patruo in ea calamitate pietatis officia præstaret. Apparebat enim Gallos Prosperum tanquam ipsorum nomini vehementer insensum, ac ducem omnibus bellis aduersa semper acie sibi oppositum, ægrè vel ingenti accepta pecunia dimissuros. Sed Pompeius adeundo, orandoque veteres amicos, tantum labore, ingenio, diligentiaque perfecit, vt Leo, qui omnes mortales beneficentia superare erat solitus, id inter multa initæ amicitie argumenta proluxè peteret, vt Prosper custodia educeretur. Neque Franciscus, qui Reges omnes magnitudine animi, clementia, & liberalitate superabat, explendo Leonis voto moram attulit, adeo vt benigna etiam manu, impositæ multæ onus persoluta ex fisco dimidia parte subleuaret. Quatuor enim duces, qui eum ceperant, octona aureorum nummum millia deposcebant: itaque Pompeius expedita re nummaria redeuntem in Galliam Regem subsecutus,

A media hyeme trans alpes contendit, quo itinere summum se vitæ periculum adijisse sæpè memorabat, cum ipso superante alpes deuoluta ingens è summis alpium iugis niuium moles permultos omnis generis mortales, & in his integram Sedunorum Legationem, paucis ante se passibus, oppressisset. Absumptis itaque in Gallia paucis mensibus Pompeius hospitaliter vbique receptus, dinumerata pecunia patruum custodia eduxit, ea tamen conditione, vt per syngrapham Prosper promittere cogeretur, sese sub signis regijs militaturum; si intra certum tempus ipsius opera Franciscus præbito stipendio vti veller; eo enim tempore Rex Gallus, qui dudum Maximiliani Cæsaris, Heluetiorumq; conatus ad Mediolanum Triuultij, ac Borbonij virtute, ac studio, & copijs Venetorum egregiè represserat, noua inire consilia ferebatur, quibus Neapolitanum regnum repeteret, cum paulò ante Rex Ferdinandus in Hispania decessisset. At Prosper vbi Italiam attigit, cum ad eum magni militum concursus fierent, lentis admodum itineribus apud Reggium, Mutinamque progredi cepit; ita vt res nouas moliri, & cum Cæsarianis, qui Veronæ oppugnabantur, consentire diceretur. Ea res sollicitos, & anxios reddebat Gallos, qui Parmæ, Placentiaque in præsidijs erant, adeo vt Lotrechius Veronam oppugnaturus, de syngrapha certior factus Prosperum perfidia compellaret, quod ingrato, infidelique ingenio recentis beneficij, & datæ fidei memoriam abiecisset. Ea Prosper tanquam necessitate carceris expressa, vt apud Cæsarem, Carolumque nepotem dilueret, simulque vt præmia à Ferdinando accepta nouo Regis diplomate firmarentur, Pompeium delegit, virtuti eius, industriaque confusus. Neq; is Germanicæ, & Belgicæ Legationis munus quanquam plurimi laboris, ac periculi plenum detrectauit, penè etiam subiratus matri, fratribusque, & amicorum præcipuis, qui crebris patruu literis euocatum, in Vrbe retinebant, cum inuilem, & multis subiectam casibus eius profectionem improbarent. Sed parere patruo certus, & in nocturnis visis, genioque simul magnam spem reponens, ad Prosperum contendit. Nam per quietem viderat sibi in palæstra fello, victorique pampineam coronam cum Iulianæ vuæ racemis à viro gigantea specie certaminis iudice, in ipsa ludorum celebritate alacriter deferri: nec somnio defuit fides, aut spem eius genius fefellit. Acceptis igitur ad Mutinam mandatis Mantuam concessit, vt inde aliquo astu ad alpes euolaret: didicerant enim Galli, & Veneti per exploratores Pompeium suscepta Legatione Mantuam peruenisse; propterea diurnis, nocturnisque stationibus itinera omnia diligenter obseruabant, ita vt nouis summo cum periculo ad alpes se proripere posse videretur. Sed eam hostium diligentiam consilio Sigismundi Gonzagæ Cardinalis elusit, cum agrestes tramitum omnium peritos, eius itineris duces accepisset, quorum fideli, felicique opera in Brixianorum alpium valles inuisitatis callibus perductus ad Ludronios primò regulos, atque inde in Rhetiam, & Vindeliciam ad Maximilianum peruenit. Cum suscepto humaniter à Cæsare Regum omnium, longè humanissimo mandata exposuisset, & adhiberetur deinde grauissimis consultationibus, tantum quotidianis sermonibus profecit, vt iam planè familiaris, & multarum horarum comes, in venationibus præsertim insignem gratia locum sit consecutus. Per nobilem enim, peritumque rerum omnium hominem, & partium necessitudine sibi coniunctum nactus Cæsar, ad apertis sensibus arcana proferre, rationesque suas effusus, ac liberius communicare cœperat. Querebatur enim nepotem Carolum à Ceurio Belgæ nutritio circumscriptum, oblessumque teneri, illigarique nouis Gallorum foederibus, quæ ad comminuendam, conuellendamque Austriae domus dignitatem pertinerent, fallacissimas recensendo artes quibus Galli paucis ante annis intercepta ipsius vxore, & filia pariter repudiata, inexpiabiles iniurias intulissent. Itaque à Pompeio petijt, vt iisdem de rebus suo nomine ad nepotem mandata ferre veller, daretque operam sedulo, vt Caroli adolescentis animus, ipsius industria falsis opinionibus liberatus ab amicitia Gallorum auerteretur secus, ac Ceurius contendebat, cum foedere vel parum æquo, atque insuper sponfalibus amicitiam firmare prope-raret; dicebatque Cæsar Ceurium non animi iudicio inductum, sed Gallico corruptum auro, aliena à salute, dignitateque Belgicarum rerum, & aperta penè perfidia plena consilia protulisse. Nec detrectauit id munus Pompeius, cum se grauissima ea Legatione suscepta plurimum honestari perspiceret, & arbitraretur ampliore, neque ab se quaesita dignitate, patruu negocia opportunè, ac facillimè confecturum. Per eum modum dimissus à Cæsare, & regulis, liberisque ciuitatibus, per quorum agros iter erat facturus, per literas magnoperè commendatus, ad Carolum in extremis Belgæ terris ad Oceanum peruenit. Ibi Pompeius cum magnam partem aulæ ad ineundum cum Gallis foedus valdè propensam, & inclinatam comperisset, & multi in adulationem prompti decora, ac salubria reticere, quàm Ceurio parum secundè obsequi mallent, in quo vno summe potentia iura, & regni sceptrum, viserentur, officij sui munus ingenti animo, & libero ore implere constituit. Honestissimum enim, ac pulcherrimum ratus, si Cæsarianarum partium decus, quarum Columnij in Italia principes esse viderentur aduersus Gallicæ gentis potentiam, quæ Romano nomini infesta semper fuisset, à Columnio, Romanoque homine defenderetur. Sed ap-

positè

positè disserendo, orandoque Pompeius frustra egit, plerisque proclinatam rem adiuuantibus, qui Ceurij votis in spem certissimi quæstus fauebant. Quibus de causis Pompeius iam planè Ceurio insensu hæc ad Cæsarem ardentissimo studio perscripsit, monuitque, vt si flagitiosis corruptorum hominum consilijs resistendum, ac nepotis dignitati omnino consulendum arbitraretur, iter maturè susciperet, veniretque in Belgium, vt ipso præsentè, demonstranteque aduersariorum animi frangerentur; nec profectioem distulit Cæsar, extentisque itineribus Macliniam peruenit. Cæterum eius aduentu nihil amplius de veteribus consilijs est impeditum, quàm ne Carolus cum Gallis vna connubij sponcione iungeretur. Fœdus itaque percussum Nouioduni necessarijs potiùs, quàm honestis conditionibus; vnde postea exortum est id bellum, quo Europa omnis per viginti annos deflagrauit. Fuere, qui existimarent, Maximilianum egentem pecunia, occulta Ceurij largitione, cui ea pecunia ex Gallorum Legatis prodijisset, facile expugnatum, ac placatum assensisse fœderi. Quoniam non priùs Carolo in Hispaniam ad obtinenda regna nauigandum videretur, quàm Belgicas ciuitates omni belli suspitione liberasset. Nec multò post Pompeius cum proluxa Maximiliani auctoritate adiutus Prosperi patrui negocia confecisset, essetque adhuc in Sicambris, ab Vrbe lætissimum collati sibi honoris nuncium accepit.

Detecta namque Alphonsi Petruccij Cardinalis coniuratione, cum reliqui senatores fermè omnes ea scelestis atrocitate parum commoueri viderentur, leuioreque sententias dicerent; Leo Pontifex expedito, virilique iudicio insignis, alio senatu sibi opus esse existimauit; atque ita Alphonso in carcere necato, & conficijs, quod conceptum, auditumque; facinus minimè detulissent; pecunia damnatis, vnum, & triginta Cardinales ex lætissimo genere hominum vna pronuntiatione creauit. In quibus fuere Romani nominis octo, ipseque in primis Pompeius absens, facile impetrantibus Prospero, ac Fabricio, vt suis honos Columniæ familiæ redderetur. Nec multò post purpureis insignibus de manu Ludouici Arragonij Cardinalis, qui tum aderat, magna eius diei celebritate, & gratulatione omnis generis hominum susceptis, in superiorem Germaniam vrbibus visendis, cognoscendisque earum gentium moribus ascendit; ab Augustaque Vindelica Cælaris vestigia subsecutus, postquam vulgabatur, eum venandi cupiditate, vagis, atque impeditis itineribus ad Herciniam, vsque sylvam penetrasse, in Italiam redijt, exceptus passim insigni partium studio: Romæ verò publico ei senatu dato, ac inter Patres receptus, breui ostendit, se omnibus naturæ, atque ingenij dotibus tanto muneri parem, ac multum antea eius ordinis honore, qui familiæ deberetur dignissimum fuisse.

Presbyter igitur, ex Canonico Basilicæ Vaticanæ, & Abbate Sublacensi, Bononiæ Prolegato, & Episcopo Reatino adscriptus Cardinalibus sanctorum duodecim Apostolorum primum, deinde sancti Laurentij in Damaso Basilicis præfuit; ac S. R. E. Vicecancellarij munus obtinuit. Hac noua dignitate ornatus, sacrorum cæremonijs, & numeros, salutationesque sacerdotum exactissimè quidem, & mira celeritate percepit; nec quisquam erat, vel vetus etiam senator, qui eo grauius, aut eloquentius sententiam dicere, solemnina facta præclariùs, ac decentius operari, familiæque ordine, & comitatu, ac mensarum elegantia, conuiuiarumque delectu, personæ dignitatem luculentius, ac lautiùs tueri videretur. His moribus obiter apud Leonem perillustrem gratiam, & benevolentiam querebat, promerebatur studia hominum, cum grauissimis susceptis officijs, lites dirimeret; veteres componeret similitates; miseris, & afflictis intercedendo, iuuandoque certum ad salutem refugium præberet. Et id quidem ampliore nominis existimatione, quod Pontificem ad beneficentiam, ornandamque virtutem natum, educatumque, opportunè admodum nactus, cuncta, quæ polliceretur, facile præstare consueffet. Secutum est demùm, vixdum exacto triennio Gallicum bellum, quod ingenti animo coniunctus Carolo Cæsari Leo Pontifex suscepit, vt vrbes Parmam, ac Placentiam recuperaret, partas antea à Iulio, & sibi demum ereptas; cum Franciscus in eo victoriæ cursu deserentibus Pontificijs tanquam suas, ac Mediolanensi adscriptas imperio recepisset. In tanto armorum apparatu cum Pontifex M. Antonium Columnam, qui pro Gallorum Rege militabat, diuellere, ac traducere in partes, vel militaris imperij participatione nequiuisset, Hieronymo Columnæ cataphractorum turmas duas liberali stipendio ductandas dedit. Is erat Marcello Pompeij fratre genitus; itemque leuis armaturæ alam Iacobo Zambecario Pompeij vterino fratri attribuit; adeo vt Pontificem nihil non facturum in gratiam Pompeij appareret. Marcus enim Antonius generosi pudoris, maximè flagitiosum putarat à benevolentissimo Rege in eo erumpentis belli motu, parum honesta de causa discendere, à quo auctus esset cataphractorum alæ præfectura, ornatusque insigni honore torquari, consecratique ordinis, qui præcipuis tantum amicorum, lætissimisque ducibus à Galliæ Regibus demandari solitus erat. Cæterum Gallico bello haud quaquam felicibus initijs cepto, maturè lætissimus finis impositus, Mediolanumque auctoritate, & consilio Prosperi, ingentique virtute Piscarij profligato, expulsoque Lotrechio captum. Ad cuius victoriæ nuncium Leo Pontifex incredibilem, sed omnino breuissimam lætitiã cepit: febris enim ad Manlianam villam ex pestilenti aura conce-

ptis, aut certè veneno, vt in eius Vita scripsit Iouius, quinto die correptus interijt, sæpe nouissimis sermonibus repetens, supremæ necessitatis casum, quo sibi immerenti intempèstiuè admodum vita eriperetur; se vel ob id æquiore animo ferre, quod Parmam, ac Placentiam Pontificio imperio reddidisset.

Audita fratris morte Iulius Medices apud exercitum Legatus, magnis confectis itineribus ad Comitiam Romam redijt: is hortatu suorum omnium, senatorumque; aliquot insigni vsus studio prodierat candidatus. Ex aduerso autem plerique seniores Pontificatum petebant, cum ætatis honorem, & variarum virtutum, ac literarum ornamenta præferrent. His magnopere fauebat Pompeius, oppugnabatque Iulij partes, cum illum paulò ante prehenantem singulos, & grati animi officia reposcentem præclare adiuturum videretur. Nouos siquidem Cardinales ferè omnes Iulij iudicio, & commendatione Leo Pontifex in senatum legerat; sed multis de causis, quas hic referre minimè necessarium putamus, Pompeius à Iulio discedens, & subinde apud seniores aduersarum partium effectus Princeps, id vnum vehementissimè contendeat; ne exaquis, & mox ad auctis suffragijs Iulius Pontificatu potiretur. Cui verò ipse maximè suffragaturus esset, ægrè poterat reperiri, cum nemo esset è senioribus, qui alteri quicquam de dignitate cõcedendum putaret, vel ex merito non speraret fore, vt ipse in tantis Comitiorum æstibus ad Pontificatum eueheretur. At iuniorum globus fide, constantiaque firmissimus (suffragijs scilicet miro consensu ad vnius arbitrium reuocatis) nullis omnino artibus, aut machinis disijci, labefactarique poterat. Ob id præclare omnes intelligebant neminem, quem non probaret Iulius, bis tertiam suffragiorum partem, vt ex lege opus esset, esse consecuturum. Sed vbi nunciatum est, Franciscum Mariam Urbino, ac Pisauo potitum; Baleonisque fratres Malatestam, & Horatium pulsos inde Pontificijs præsidijs Perusiam receptos, validis in vnum copijs Senam, ac Florentiam petituros; animum despondit Iulius, ne si spes suas adipiscendi Pontificatus diutius alendas censeret, vertente se fortuna, totius Hetruriæ principatu, & concupito simul honore excluderetur. Itaque fatali quadam inuidia, & inusitata patrum obstinatione, Thoma Caietano commedante, & miris attollente laudibus, Hadrianus ex vltima Batauorum insula, quem nemo vnquam eorum antea vidisset, pauci, qui vir esset, audissent, Pontifex est creatus, suffragante Iulio, & Pompeio seniores maximè cohortante, qui eundem tradendis literis, formandique moribus Cælaris magistrum, ac nutrimum, ex vsu Columniæ familiæ, & partium necessitudine cunctis anteferendum putabat: ac item Iulio maximè præbaretur; postquam ipse ex repulla quam tulerat, neminem Hadriano rebus suis commodiorem, amicioremque futurum prospiceret; vt potè qui Cælaris studia secutus facile sperare posset veteri, nouoque beneficio obstrictum, & dignitati suæ, & Florentinis rebus Cælarianæ causæ inclusis nunquam defuturum. Cæterum redeuntes à Comitio Cardinales vti hostes Italici nominis probrotis appellationibus, maledictisque plebs infima animo perturbato oneravit, adeo vt exibilando, exprobrandoque ditum, insanumque eorum consilium vix ab inferenda iniuria temperant; quod nefaria ambitione, inmani que liuore corrupti, oblitique publici decoris, Pontificem ab vltimo petito Oceano, multis, qui aderant, ætate, & virtute conspicuis prætulissent. Erat tum Hadrianus in Hispania, quam dudum populari tumultu exorto rebellantem, regulorum adiutus armis, cum insigni virtutis, & Christianæ pietatis laude pacauerat. Itaque Pompeius in Tusculanum, ac demum ad Sublaqueum secessit, Urbem relinquens orbantem Pontifice, mœstantaque, & suborta etiam pestilentia infamem. Constituerant Cardinales ex ipsorum ordine triumuiralis imperij mensuram potestatem; sed eam grauis inuidia sequebatur, cum plerique vel media in Vrbe tanquam inanem contemnerent, irridereturque passim in prouincijs, quæ veterum Tyrannorum, exulumque armis, renouatis factionum nominibus vexabantur. Quibus de causis Pontifex frequentibus Collegij literis, atque vrbium legationibus accitus Romam, post septimum mensẽ consensu triremibus, in Italiam nauigauit. Excepere eum Genuæ Hieronymus Adurnius, & ad Liburnum Pisano in portu Iulius Medices cum septem Cardinalibus, quorum comitatu auctior, ornatioque Centumcellas peruenit. Ibi à Pompeio, qui cum aliquot Cardinalibus, multisque Episcopis à sacro Cardinalium Collegio missus, ad mare descendere, ornatissima oratione salutatus est, deductusque in templum, vt ante aram Deo, & superis, quod incolumis aduenisset, de more hymni canerentur. Quo in loco Pompeius orationem habuit luculentam, publico, priuatoque nomine ei gratias agens, quod Pontificatum Dei summi, Diuorumque omnium monitu ab optimis senatoribus delatum suscepisset; aduenissetque; opportunitissimo tempore, quo seisis rebus, afflictæque Vrbi, ac tumultuantibus prouincijs opem ferret; mores salutari censura corrigeret, daretque operam, vt obsessæ Rhodo ingentibus Solimani copijs auxilia mitterentur. Ad ea Pontifex miti oratione, sed paucis admodum, verbis respondit, & vultu quidem parum familiari, cum ore, & gestu Christianæ disciplinæ seueritatem præferret; *Se Dei optimi maximi certissimo instinctu suscepisse Pontificatum, in Italiamque venisse; propterea se sperare, vt reliqua eodem numine gubernata,*

ta, felicissimè succederent, ita ut nihil Senatorio ordini se debere, omnia gratiarum actione fateretur. Cum verò inde ad Tyberina ostia peruenisset, & subito repente choro tritremes ab impotuofo littore ad Caietæ portum raperentur, Pompeius in scapham desiliens, ut Pontificem sequeretur, fluctibus penè obrutus magnam vitæ periculum adiit. Nec multò post, cum in Vrbe componendis diuinis pariter, atque humanis rebus Pontifici operam præstaret, in longè maximum salutis discrimen est coniectus, intimis scilicet familiarium repentina pestilentia correptis, adeo ut in Tusculanum, atque inde ad Sublaqueum aufugere cogeret. Eò etiam libentius, quod iam euulgatis contagione morbis Vrbs ipsa funeribus complebatur, metuque Pontifex Vaticanis hortis se concluderat, ita ut nec Cardinales nisi maximis de causis in colloquium admitteret, ut potè qui eorum ingenia fide, pietateque vacare existimabat, & vix paucorum consilio vteretur, necessitate quadam, uti imperitus Romanarum rerum; sed nec his quidem suprema rerum arcana committeret. Initio autem ætatis eius anni, qui secutus est, restincta ea morborum lue, Vrbeque demum omnibus diuinis, atque humanis remedijs salubritati restituta, Pompeius ad Urbem redijt, quò & Iulius etiam Medices ab Hetruria paulò ante iam venerat; cum quo statim in gratiam redijt, haud dubiè poenitentia ductus, ita ut præteritæ contentions insaniam detestari, pollicerique præclarum studium videretur, si seni ad insolitum cælum traducto, & insalubri quidem ætate fata vitæ finem attulissent.

Renouabant tum Galli ingens bellum; duceq; Guillelmo Gouffier, quem à præfectura maris Ammirantem vocabant, trajicientæ alpes, Mediolani inita fuerat coniuratio, è qua Bonifacius Vicecomes, Franciscum Sfortiam illato leui vulnere frustra aggressus fuerat; & in Hetruria interceptæ Soderini Cardinalis literæ, quibus Gallos admonebat, docebatque, quibus modis esset enitendum, ut Cæsariani Italia, ac Sicilia pellerentur. Quibus de causis Pontifex Soderinum in carcerè duci iusserat tanquam & infidum sibi, & partium Cæsarianarum hostem. Vnum enim eum opinione scientiæ humani, diuiniq; iuris, & exactæ peritiæ rerum vrbicularum grauissimis consultationibus adhibuerat, quærebaturque propterea, se ab eo tanquam à maligno speculatore fuisse deceptum, cui tanquam viro probo, ac beneuolo rationum suarum decreta communicasset. Suopre etiam ingenio Hadrianus Cæsari alumno, principique suo fauendum, atque omnino repugnandum Gallis existimabat; ne si medius in neutram omnino partem studia, atque arma inclinaret, Parma demum, ac Placentia victori Gallo dederentur. Itaque cum Cæsare, Venetisque, ac Florentinis aduersus Gallos foedus renouauit, solemnique festo Deiparæ Virginis ad Exquilinum Templum sacra fecit, recitatumque est ex tabulis id foedus, quo Gallos ab Italiæ finibus arcendos decernebat. Eo die Pompeius Cæsarianarum partium princeps Iulio Medici, atque item principum, liberarumq; ciuitatum Legatis lautissimum epulum præbuit ad ædem Antonianam, quod Pontifex feruidissimo die operatis sacris, ad curandam lassitudinem in proximos Mellini nobilis poetæ hortos transferat, ut in priuato, secretioreque cœnaculo cogere cibum, & deinde cubitaret. Amicitia itaque illustribus argumentis inter Pompeium, & Iulium renouata, Hadrianus læui, sed tabifica febre, ex eius die labore concepta decubuit, adulationeque medico rum eò perductus est, ut penè priuquam venæ tangerentur, nihil præuisa morte perierit. Tum verò inter Nouendiales caeremonias, quibus defuncto Pontifici iusta perfoluuntur, cum Iulius facilè primus omnium ex professo ipsius sectæ candidatus prodiret, & prehensando singulos Senatuum sibi conciliaret, Pompeius aut commutata, aut certè detecta voluntate, respondebat, se initis Comitij illi suffragaturum, qui bonus Reipublicæ futurus Pontifex optimorum iudicio censeretur; quæ verba parum propensi, & planè alienati animi indicia præferebant. Ob id Ludouicus à Corduba Cæsaris Legatus seuera quadam, & parum familiari obtestatione vñs à Pompeio postulare cepit, ut studium, ac suffragium suum in attollendo Iulio conferre vellet; si secus fecisset, eum aduersus Cæsarem facturum, à quo vnus omnium Iulius maximè probaretur. Ad ea Pompeius arrogantia hominis plurimum offensus, nihil aliud respondit, quàm se daturum operam, ut planè intelligeret, nequaquam Legatorum iussu, sed liberis Senatorum suffragijs Pontifices creari. Inerat enim Pompeio ea vis ingenij, ut si quid ab eo impetrandum foret, demissis, ac blandioribus alloquijs lenienda potius, quàm vlla superba denunciatione exagitanda videretur. Nemo enim eo superbius arrogantiam elatorum hominum contempsit, atque irrisit; cum ex aduerso erga modestos, iucundosque demissè, & comiter omnibus humanitatis officijs vteretur; ut potè qui in tota vita humanitate vinci longè turpissimum esse dicere consueisset. Fuere qui existimarent Pompeium à Iulio studium suum his maximè de causis auertisse, quòd Pontificatum in vna domo, duobusq; fratribus continuari parum æquum, & maximè ambitiosum putaret; quòd Florentinorum ingenia questui, pecuniæque dedita, quibus necesse esset aulam repleri, magnopere fastidiret; quòd senioribus iure optimo suffragandum arbitraretur; quòdque demum valdè indignum censeret eum Christiano Orbi, & sacrosanctis caeremonijs ante omnes Patrum iudicio præfici, qui parum certa, neque propalam legitima Iuliani patris

A vxore natus esse videretur; quanquam eius rei notam, cum ille inter Senatores adscisceretur, proluxa iuris testificatione sacri iudices aboluissent. Itaque summa contentione Comitij initis, in duas partes scinditur Senatus; seniorum prærogatiuam Pompeius vehementissimè tuetur; iuniores in vnum densari globum constantissimè Iulio fauent; & eo quidem firmius, ac felicius, quod nemo eorum ferè esset, qui vel occultè ambiret, cum ex aduerso corpore seniorum plerique essent, qui flagrantibus animis ad Pontificatum aspirarent; fiebatque, ut cum obrectatione, atque inuidia alienæ felicitatis, & dolore simul frustra susceptæ petitionis angerentur, inter se nequaquam sincera fide suffragia ferrent, colludentesque syngrapharum nominibus rem impedirent, magnisq; propterea ætibus Comitij iactarentur. Adauxere seniorum spes Galli Senatores, hiberno, & procelloso mari cunctis inopinantibus Romam delati, qui id vnum contendeant, ne Medices Gallici nominis apertus hostis Pontificatu potiretur; ij fuere Claramontius, Lotharingus, ac Borbonius, quibus cum Pompeius frequenter epulabatur. Extracta iam erant Comitij ad quinquagesimum ferè diem cum inuidia generis humani, & summo dolore consternatæ ad arma Vrbs; adeo ut plerique magnopere timerent, ne dira Patrum obstinatione, Senatus in diuersa secederet, Comitij claustra frangerentur, creatisque inde duobus Pontificibus supremam cladem lacris, & Reipublicæ allatam conspicerent. Sed in ipsos præsertim contentions auctores, & principes Iulium, ac Pompeium inuidia vertebatur, atque amborum fama lacerabatur acerbissimè; cum quisq; in periculo publico priuatim salutis suæ fortunisque metueret. Adeo ut cum in maledicentissima ciuitate probrosi carminibus uti, ac lasciuire liceret, Crotus è Regio Lepidi Poeta amarulentus hoc epigramma in foro legendum affixerit.

Ecce iterum è summo desectam culmine Romam

Pompeij, & Iulij mens furiosa premit:

Brute pium, Photine pium nunc stringite ferrum;

Quid seruasse iuuat, si peritura fuit?

Neque vati demum fides defuit, cum paulò post ex eorum disfidio vrbs Roma summæ calamitatis cladem penè funditus euerfa subierit. Porro Iulius ad declinandam inuidiam, superiorum Comitiorum euentu doctior, & constantior effectus, se iturum in suffragia dixit, cohortaturumque amicos suos, ut idem facerent, si quispiam è senioribus supremo honore dignus, virtuteque animi insignis nominaretur. Erant dignitate gratia, atque ætate pares plerique, & in his Fliscus, Farnesius, Montanus, Grassus, Soderinus, & Caruaial, qui vel occulto suo, vel publico iudicio sibi neminem præferebant, æquali ambitu spes alebant, ita ut consilia, vota; varijs animi recessibus implicarent. In eo æstu occultarum voluntatum Pompeius cum Iacobatiū nominasset exactæ ætatis senatorem, vitæ innocentia, & iurisdicundi laude conspicuum, illumque minus probari à Gallis, senioribusque earum partium videret, commutata consilij ratione sibi maturè prospiciendum esse constituit. Nam cum Iacobatium uti Columniæ familiæ clientem, & Cæsarianæ factionis studiosum repudiare viderentur, etiam Claramontius, Franciottum Vrfinum uti nobili, & moderato, tractabilique ingenio hominem cum laude nominarat. Quamobrem commotus cœca bile, & eo metu Pompeius ne Vrfinus familiæ suæ, Cæsariq; ex professo hostis Pontificatu potiretur, ad Iulium se conuertit, quem si ei obstinatius obniteretur, proculdubio Vrfino suffragaturum videbat, uti amico veteri, beneficiarioque, & arctissima cognatione Mediceæ domui coniuncto. Iam enim ex insolito, tetraque odore nonnullos senatores inuaserat grauis morbus, senioresque macie deformati, & exangues cupiditati, & reliquæ spei consequendi honoris finem imponere, quàm pestilentissimi carceris tædia ad certum vitæ discrimen diutius perpeti malle videbantur. Gallis eo tempore compulsis in urbem Cæsarianis, & tum ægrè sustinentibus Mediolanum obsidebant; & Prosper Columna ex morbo, qui ei supremus fuit, decumbens, frequentibus literis Pompeium obtestabatur, ut pertinaciæ, & contentioni finem faceret, ac totus verteretur ad subleuandum Iulium, quo vno Pontifice creato, propter amplissimas Hetrulci imperij facultates, & insigne eius studium defendi res Cæsaris, & profligari Gallorum copiæ possent. Itaque Pompeius ubi seniores magna ex parte Gallicæ factionis studiosos esse competiit, secretò Iulium adiens. *An non mihi, inquit, gratiã habebis, si te iam ad Pontificatum exsulero?* At ille, *Si serio dicis, egregie profecto tecum agam, respòdit: Et tu cum priuatis rebus tuis honestè serues, sum publicis, Cæsarique in primis præclarè, atq; opportunè consulueris.* Tum Pompeius ab alitudine generosi animi honestissimam laudem quærens, id vnum enixè postulauit, ut Soderino veteri inimico, & plerisque item Cardinalibus, à quibus acerbissimè, atque inimicissimè fuerat oppugnatus, sincera fide parceret, eosque omnes in gratiam reciperet; fore enim ut ex clementiæ laude, qua nihil esset in sacrosancto Pontifice præstantius, insignem apud omnes Christiani orbis nationes gloriam assequeretur. Dexteram tum Iulius Pompeio dedit, proluxè pollicitus, id se præstaturum, obligauitq; ea in re fidem suam CLEMENTIS VI I. nomine desumpto, qua vna nominis professione tanquam edicto inimicos, aduersariosq; omni metu liberare videretur. Nec mora auctore, atque hortatore Pom-

peio, cum is nudatis conuersi animi consilijs, Comitiorum haud dubiè princeps prodiret, illustrique auctoritate quamplurimos adduceret, cuncti ferè Cardinales Iulium adorarunt, tanta seniorum inuestitia, vt non multos post dies ex ægritudine animi conceptis morbis, Soderinus ipse, & Grassus, itemque Carauaius, & Fliscus perierint. Nauatæ autem operæ Pompeius præmium tulit luculentissimas ædes à Raphaele Riario, regio sumptu extructas, atque item Vicecancellarius est effectus. Is acta Senatus perscribit, estq; eius officij dignitas ab insigni prouentu, exercendæque liberalitatis potestate longè omnium amplissima. Paucis inde diebus Pompeius Prosperum patruum, audiit ex diuturno morbo, cum ingenti seruatæ ab se Mediolani gloria, desiderioque incomparabili, & luctu totius Gallie Cisalpinæ decessisse, cui mutata veste, maioribusque cæremonijs sumptuosissimè parentauit.

Nouo autem Clementis Pontificatu Cæsarianorum, Venetorūq; armis, virtuteque maximè Piscarij summi ducis, Guillelmus Ammiras duobus ad Sesithem annum victus prælijs, Italiae finibus est depulsus. Ab ea victoria tantos sibi spiritus Cæsaris duces desumpserunt, vt Borbonio exule concitante in Galliam penetrarint; Borbonius enim coniuratione detecta, qua Gallie imperium affectasse credebatur, ad Cæsarianos se contulerat. Quibus de causis Franciscus cum pro salute imperij, ac totius Gallie dignitate ingentes copias comparasset, hostesque ad oppugnandam Massiliam progressos, prouincia expulisset, in Italiam transcendit, potiusque Mediolano, Ticinum obsedit. Formidolosa iam Cæsaris arma Pontifici, ac Venetis esse cœperant, videbatur enim Cæsaris immodica animi cupiditate, totius Europæ imperium concepisse, cum Galliam demum ipsam non contentus Italia, qua Gallos dudum exuerat, protinus inuasisset. Ob id occulto consternati metu, & delibere Italiae valde solliciti, studia erga Cæsarem sua non modò remiserant, verum nequaquam transmissis auxilijs cunctabantur; ex socijs, & fœderatis spectatores facti dabant operam, vt inter Gallos, & Cæsarianos induciæ multorum mensium fierent. Pontifex enim Cæsarianorum impetum retardare, confirmare Gallum Regem, pacem honestis conditionibus parare contendebat. Sed dum intemptiue neque harum, neque illarum partium fautorem sese ostendit, Cæsariani Germanorum auxilijs aduerti hærentem Ticino Regem ingenti edita pugna, suo atq; equi vulnere tardatum ceperunt. Tum verò Clemens ad tantæ victoriæ nuncium perturbatus Albanum è Sabino, & Furconensibus reuocauit: is enim Clementis consilio è regijs castris cum valida parte copiarum ad Aquilam vsque peruenerat, haud dubiè in Neapolitanum regnum nudatum copijs, fauente Andegauensium factione perualurus. Cum itaque Gallorum auxilia ex Corsis, Italicisque delectibus conscripta ad Urbem reuenterentur, in ea Latini populi Columnie factionis ad prædam exciti, atque item Cæsariani equites impetum fecerunt, protrahendo certamine per Lanuinam viam, vsque ad D. Pauli Templum. Quod ubi in Vrbe auditum est non dubitauerunt Hispani è familia Ludouici à Corduba Cæsaris Legati, atque item Columnij, in quibus etiam fuit Iacobus Pompeij vterinus frater, quin correptis armis Ostiensis porta erumperent, atque interclusos hostes adirentur. Horum aduentu Albanianæ cohortes fuzæ, profligatæq; sunt, cæsis nonnullis, multis captis, atque omnibus ferè armis, & veste exutis. Ad eam enim capti Regis famam Hispani, atq; Columnij adeo insolenter sustulerant animos, vt per ipsam quoque Urbem fugentes Gallos persequerentur; & Camillus Columna, Marcelli filius, vt Piscarij alumnus decuit, ad Iordanem vsque montem, atque Vrsinas domos penetraret, vt potè qui Clementem contemnerent, nihilque vel ob id irati minas timerent, quod is à Gallis stetit videretur. Id facinus Pontificij auctoritatem magnopere conuellit, adeo vt profundè in Clementis pectus descenderit, ac tot cladibus, quæ mox sunt subsecutæ, initium haud dubiè præbuisse censentur. Non multò post Clemens multò auro exoluto cum Cæsarianis ducibus antiquum fœdus renouauit, ea conditione, vt Regium Lepidi, quod Hadriano mortuo Alphonius Atestinus receperat, à Carolo Lanoio sponse fœderis Pontificio imperio redderetur. Celebratum est id fœdus, Kalendis Maij in Templo Apollolorum ad Columnias ædes, fecitque sacra solemnia Pompeius, qui etiam Pontifici, Patribus, & Principum Legatis summo apparatu epulæ dedit. Verum id fœdus Cæsaris nequaquam ratum habuit, quod Pontificis opes eius vrbis accessione adaugeri nolebat; ita vt Lanoius, à quo beneficium Pontifex expectabat, Hispanorum cohortes in æstiva trans Padum mitteret, à quibus Partenses, & Placentini veluti hostili quadam populatione tantis affecti sunt detrimentis, vt ad deprecandam agrorum vastationem crebræ Legationes cum lacrymis ad Urbem mitterentur; ita vt Clementis sua spe deiectus, circumscriptusque pecunia, ac tot inurijs extinulatus, consilio cum Venetis, Gallisque proceribus occulte inito, Cæsarianos Mediolano exturbare cogitavit. Videbant enim Cæsaris vires in Gallia Cisalpina confirmari, eoq; suorum omnium hortatu consilia verti, vt expulso Sfortia, eius imperio potiretur. Præbuerat occasionem Piscarius, qui à Lanoio elusus, traductusq; ex magnis offensionibus alienatum à Cæsare animum præferebat; nam Lanoius Franciscum Regem secus ac dixerat, repentina nauigatione in Hispaniam aduexerat, neque ipse vti optasset, potius

quàm petisset, ex prouentu victoriæ præmia tulerat, cuius ipse ab insigni virtute præclarus auctor fuisset. Ei itaque ægritudine animi plurimum æstuantem Moronus Sfortia intus fœderatorum nomine Neapolitanum regnum obtulit, quod summorum Pontificum esset beneficium, si ipsius manu, ductuque Italia omnis externarum gentium iugo liberata pristinae quieti, ac dignitati redderetur. His consilijs annuisse Piscarius ab initio est visus, sed demum nudata simulatione in gratiam Cæsaris Moronus sub fide ad se vocatum cepit, ac Franciscum Sfortiam perfidiæ insimulatum, occupatis eius imperij vrbibus, graui tum morbo laborantem in arce obsedit. Id Piscarij facinus Italiae Principes vehementer exterruit, cum publica libertas summum omnino periculum adire videretur. Et eum quoque subeundæ seruitutis metum adauerat Cæsaris dimisso Francisco Rege his conditionibus, vt sex millia peditum, tria equitum, decemque rostratas naues sibi auxiliorum specie daret, quibus auctior, ac validior ad desumendam Augustalis Imperij coronam eadem ætate in Italiam transiret, vt demum compositis ibi rebus, indictoque sacro bello, in Turcas Christianorum arma verterentur. Verum Franciscus eo inito fœdere, celebratisq; nuptijs cum Eleonora Cæsaris sorore, liberisque obsidibus traditis, vbi primùm Aquitanie fines attigit, vt iam planè liber negauit se his conditionum tabulis subscripturum, quod grauissimæ, quod inuitatæ, quod denique vltima carceris necessitate exprellæ censerentur. Nec multò post cum Clemente, Venetisque ad tuendam Italiae libertatem, & Sfortiam obsidione liberandum, amicitiam, fœdusque percussit. At Pompeius consilijs Clementis diligenter exploratis, & prouiso, Cæsarianorum rerum periculo vehementer fluctuasse, agitasque animo dicitur, an in officio senatoriæ dignitatis, Pontificisque amicitia perseverandum foret, pertinereq; ad ipsius, totiusque familie decus Cæsarem deserere vndique circumuenire armis, atque insidijs eorum Principum, qui obtrectatione alienæ felicitatis, ruptis repente fœderibus fidem fessissent. Sed in generoso, militatque ingenio ea sententia facilè peruenit, vt priuatæ dignitati publicum decus, quod cum salute familie coniunctum videretur, præferret, cum ab aduerso Cæsarianorum euentu Columniorum omnium fortunæ, trabente veluti ruina, pessundari, atque eueri penitus iudicarentur. Atque ita nequaquam occultato animi decreto, simulata molestiore podagra in Tusculanum se recepit. Interea Veneti admotis de improviso copijs laude Pompeia potiti sunt, introducente Vistarino, qui patriam acerbissima Cæsarianorum militum auaritia, immanique ingluuie liberandam iudicarat. Quo successu Pontificie copie Venetis iunctæ sunt, ac demum Gallorum, Heluetiorumque auxilia ab Alpibus descendere, vt obsesso, fameque laboranti Francisco Sfortia opem ferrent. Sed virtute Alphonij Valtij, qui Piscario patrueli morte surrepto pedetribus copijs præerat, industriaque Antonij Leuzæ iureto præfecti adeo egregiè continuata est Iouie arcis obsidio, vrbisque ipsa Mediolanum, vel nudata muro fortiter defensa, vt Franciscus certa pactione arcem relinqueret, & Feltrius Venetorum dux desperatione potiundæ Urbis adductus, à conspectu hostis castra reducere cogeretur. Quibus cognitis rebus Pompeius aliquid suo nomine ausurus, vt studium suum erga Cæsarem edito aliquo facinore præclarior videretur, in Tusculano copias parare cœpit. Aderat Ludouicus Corduba regulus Suetanus, qui Legatus apud Pontificem, cœpto bello, cum Hispanorum, & Germanorum manu vrbe exceserat. Hæc cum à Pompeio pararentur, Clemens tria millia peditum, & quingentos equites præsidij causa conscripsit, quibus Pompeium noctu opprimere, aut certè copias eius delere potuisset, cohortantibus, vt id faceret, Stephano Columna viro impigro, prudentique, & Salomone Siculo, veteri peditum præfecto, quos copijs præfecerat. Sed Clemens eo animo cum Cæsare gerebat bellum, vt nihil ei planè nocere vellet, cuperetque solum, vt Gallia Cisalpina Francisco Sfortia redderetur, vt antiquo in fœdere disertè cautum à Leone fuerat; ad exæquandas scilicet in Italia Principum vires, quibus singuli ab æquitate quadam, & metu suis contenti imperijs, stabilem, & securam pacem tuerentur. Propterea postulabat à Columnijs, vt armatos, quos coëgissent, extra Pontificij imperij fines educerent, & vti luberet, Neapolitani regni terminos armis defenderent. Auctore itaque Andrea de Valle Cardinale Vespasianus Columna Prosperi filius ad Clementem venit, compositæque res in eum sunt modum, vt supra diximus, scilicet vt Columnij Pontificio in solo armis abstinerent; si Cæsari præstare operam vellent, intra regni fines regrederentur. Gibertus eo tempore in grauissimarum rerum consilijs Clementi intimus, id factum, vt probaret, diuino quodam iudicio adduci non potuit, vt potè qui Columnios præsentis exercitus metu, nulla verò æquitate animi, aut sacrosancti Pontificis respectu, permotos pacem appetisse existimabat. Sed ea erat natura Pontificis, vt bellico sumptu mirum in modum angeretur, nihilque magis cuperet, quàm milites missos facere, vt arario parceretur. Improbantibus itaque cunctis, & detestantibus dimissæ sunt cohortes, fatalique fœcordia exutus omni præsidio Pontifex sese iniuriæ inimicorum, atque adeo hostium opportunum præbuit. Itaque Pompeius vbi Clementem consilium nouo fœderi, nudatumque omni præsidio conspexit, patrandæ rei tempus adesse

idoneum ratus, cum Vgone Moncata colloquitur; decernitque, ad urbem reuocato, coactoque exercitu protinus esse conuolandum. Ostendebat etiam literas Moncata, quibus ex Hispania monebatur, ut sedulo operam daret, ne Pontifex commouere se posset; utque si Cisalpinæ Galliarum rebus studeret, domestico bello implicaretur, ac pelleretur vrbe Roma, atque etiam ut indignus, & parum legitimus factorum princeps, ipso honore summi Pontificatus ex Concilij censura suffecto altero priuaretur. His de causis rogauit Ascanium, ipsumque Vespasianum nomine Cæsaris, ut sibi adesse vellent; si secus fecissent, aduersus Cæsarem esse facturos. Sed dum copias contrahunt, ac tormenta curtulia coaptant, quanquam eam quam occultissimè parantentur, & intercisæ essent, obsecræque custodibus vice omnes quæ à Latio ad urbem ducebant, certior tamen fiebat Clemens parari arma, atque aliena prorsus à quiete, fœdereque consilia à Pompeio, Columnijque omnibus agitari. Sed de his, Vespasianoque præsertim, ut quicquam hostile crederet, adduci non poterat, confingique ea à militibus, quos, quod ad stipendia reuocari cuperent, maiora verò nunciare, aut ementiri penitus existimabat. Adeo ut cum iam Pompeium ad Murenæ villam, Albanumque lacum peruenisse nunciaretur, vix demum aliquot prætorianos equites emitteret ad explorandum; qui Cœlimontana egressi porta, segni excussione intra suburbanas vineas facta, cum signa aciesque aduentantium hostium facillè conspici possent, retro equos verterint, falsò cuncta pacata renunciantes. Dixerat enim decurio nequaquam longius esse præcurrendum, postquam ea essent Clementis stipendia, quibus neque equi hordeo pasci, neque ipsi absque inedia, & vestium sordiditate traducere posse viderentur. Armellino enim Clemens auarissimo questore, & naturæ similitudine sibi coniuncto vsus, ita extenuarat equitum stipendia, ut nemo ne militia quidem, ne dum corporis, ac prætorij custodia dignus conspiceretur. Ita Pompeius ad aperta, nec ab vilo custodia Cœlimontana porta irrupit tanta celeritate, ut cum eius aduentus in Vaticano à nemine sentiretur, facillè Pontificem nihil tale credentem in cubiculo opprimere potuerit; nisi tormenta ægrè conuecta bubalorum iugis expectanda censuisset. Quibus adductis per mediam urbem armata, instructaque sub signis agmina Sixti ponte, & Septimiana porta ad Vaticanum contenderunt. Tum verò Clemens ex conscientie pudore, & metu magnoperè confusus, in arcem profugit, frustra in auxilium advocatis militibus, quos paulò ante dimiserat; cum aurei nummi etiam profusa manu in nomina dantes ridente foro spargerentur; quod nemo esset, vel aspectu, vel cultu capiendis armis idoneus, nec vili mens esset Pontificis protegendis; cuius nomen veluti ad decipiendos, fallendosque homines ab initio desumptum esse videretur. Eo die turmas, cohortesque suo ordine, & composito quidem incedentes gradu populus Romanus ociosè spectauit, atque etiam salutauit, ipsique opifices uti in nullo metu, nec oculis quidem tabernis effusi in Tyberinam ripam sub Ianiculo transeuntes spectauere; cum à Pompeio præcones in foro, & compita diuissi pronunciarent, nemini esse timendum, quando nulla grauiore de causa intulissent arma, quam ut Romanum populum auarissimi Pontificis tyrannide liberarent. Fœdum id omnino, & miserabile bonis pariter, ac malis videri potuit, si reputatione sacrosanctæ maiestatis id facinus pudore aliquo ad Christianæ pietatis censuram vocaretur. Sed Clemens alioqui prudentia, & vlu rerum nemini secundus, cum fatali adductus auaritia omnes ordines afflixisset, vsque adeo hominum voluntates auerterat, ut misericordia omnis in tanta publicarum rerum deformitate, atque in tanto principis periculo inuidia, atque odio vinceretur. Sacerdotes enim inuisitatis decumis onerarat, officiorum collegijs redditus auerterat, salariaque in gymnasio antiquitus ex certo vectigali liberaliter constituta, liberalium artium professoribus. Irata quoque plebs videbatur, quod nequaquam agrorum malignitate, sed certis conuectionum, atque horreorum monopolij, magno Fiscis quæstu annona ad triplum creuisset. Diruta etiam funditus, aut miserabilem in modum deformata fuerant multorum domus, ignobiliumque præsertim, atque egentium, æquandis scilicet frontibus, ac dirigendis ad normam, vrbis regionibus. Et eo quidem grauiore Clementis inuidia, quod nequaquam ad reuocandam antiquæ Urbis elegantiam, quod infelici sæculo ineptissimum videbatur, sed ut alterum è duumviris famoso nomine conciliatum, vel iniquo oblato quæstu expleret; cui etiam magistratum contra consuetudinem impotenter cōtinuarat. Commouebant tum sese triumphari Conservatores in Capitolio, ut opem ferrent; sed nulla inerat iussis, aut cohortationibus eorum auctoritas, quod in his essent Scarfius argenti ingenio, & quidam ignobilis scurra, cui *Saccogelato* cognomen fuit. Huic Marius Perulfus præfectus Fiscis, & rerum capitalium truculentus iudex, Clementi carus, indignante populo magistratum impetrarat; ut in eo mitigaret iniuriam, quod post multa pocula, stragula impostum seruorum lacertis in laquearia per iocum, ac voluptatem excussisset. Per hunc modum Marcello Pompeij fratre peditum ductante ordines, præeunteque cum ala equitum Hieronymo Sarnensi comite, qui Marcelli gener erat, Vgo Moncata, Vespasianus, & Ascanius in Leoninam urbem irruerunt, paucis, qui ad portam iuxta sancti Spiritus Templum constiterant, in fugam coniectis. Ita

A Vaticana domus momento temporis occupata, direptaque est; neque prohiberi miles potuit, quin sacra omnia, & in augustissimo quidem D. Petri Templo semper antea inuiolato, nefarijs manibus atrectaret. Cessit, & auaritiæ militum cum priuatis, tum publicis Pontificiæ aulae apparatus, adeo ut aulae etiam ingentia eximij operis discissa raperentur: Vasa quoque nobilia figulini operis, quæ mittit India, solo illis frangerentur. Aberat inde Pompeius, quod in domo sua constitisset; quibus cognitis, grauissimo dolore est affectus, quod milites Pontificiæ etiam præda expleti, onustique, à sacrario demum, Templique altaribus arceri nullo ducum imperio potuissent. Porro Clemens ubi nullum in arce frumentum, nulla cibaria, quæ vel in paucos dies toleranda obsidioni sufficerent, eadem questoris auaritia esse comperit; neque in Vrbe hostium armis occupata milites parari, vel è Tuscia, Umbriaue opportune arceri posse vider. Vgonem ad colloquium magnis precibus aduocauit, missis ad eum obsidibus, Innocentio Cybo, & Nicolao Rodolpho Cardinalibus, quibus Leo Pontifex auunculus fuerat. Non grauat Vgo, nec aduentum suum differt, vel improbante, & dissentiente Pompeio, qui de obsidenda, oppugnandaque arce cogitabat; ut Clemente in potestatem redacto, è sententia Cæsaris bello finis imponeretur. Itaque Moncata cum paucis in arcem receptus, salutato Pontifice, ei supplex lituum pastoralem argenteum, atque item gemmatam mitram, insignia Pontificatus, militibus erepta, restituit, officij sui necessitatem excusat; nefariam militum temeritatem detestatur; orat demum, ut ab oppugnando Cæsare desistere velit, pro quo Dij, atque homines nusquam aduersante fortuna feliciter propugnarent. Eam verò insitam esse animo Cæsaris pietatem, iustitiam, moderationem, ut non alio arbitro, quam ipso Pontifice sit vsurus in pacanda Italia, cuius imperium affectarit, quanquam ad id iure optimo uti partum, possessumque; ab antiquis Cæsaribus aspirare posse videretur. Ad ea Clemens parum de Pompeio, & id quidem ironice, de Vespasiano autem plurimum, & vehementer oblocutus, quod ab eo impudentissimè se deceptum, atque impiè proditum quereretur, respondit, se omnibus temporibus Cæsaris dignitati, amplitudinique studuisse, neque in posterum studia in eum sua remissurum, modò ille adulatione, ac malignitate consiliariorum planè deprauatus ad ingenium suum rediret, ac seque rerum æquitatem, & iura fœderum, quorum tabulæ vigerent, & Galliam Cisalpinam ipsi Sfortiæ impotentibus circumuenio armis restitueret. Decere enim eum, qui tot auitis regnis aduictus, totque insignibus potitus victorijs ad summam auctoritatem augusti Imperij, summamque opum, & virium amplitudinem peruenisset, liberali animo non modò antiquis possessoribus suas ditiones, sua iura non adimere, sed etiam de integro largiri, atque concedere, ipsumque Sfortiam per summam inuidiam falsi criminis infimulatum, totius Italiæ precibus condonare. Cæterum post multos, ac secretiores sermones, res in hunc modum compositæ sunt, ut Pontifex è Gallia Cisalpina copias reuocaret, Pompeio, & Columnijs parceret, mitteretur à Clemente Neapolim datæ fidei obseques Philippus Strozza vir pecuniosus, cui Petri Medicis eius patruelis filia nupserat. Vgo ipse cum omnibus copijs in regnum proficisceretur, ac daret operam, ut quæ ex sacrarijs ablata essent, pertinerent ad apparatus sacrorum, facta conquisitione redderentur; cautum quoque est ut Camillus Columna sine pretio dimitteretur. Is enim paucis ante diebus Senensi in pugna, dum intemperantiùs profligatos hostes persequeretur, à Braccio Baleono Florentinorum equitum præfecto captus fuerat. Atque ita Vgo Moncata vrbe excessit, grauius indignante Pompeio, atque id factum detestante, quod sub inanibus funulata concordia promissis interpellari, eripique certam victoriam videret. Fuere, qui existimarent, Vgonem multò corruptum auro, Pontificem tanto periculo liberasse, eoque maturiùs, ac libentiùs, ne eo capto, ac demum aliquo fortè casu, aut Columniorum insidijs sublato, ex ea re Cæsari, qui religionis, & pietatis laudem quæreret, inexpressibilis inuidia conflaretur. Ferebant enim, Pompeium adiutorem Cæsare paratis iam seniorum suffragijs, Pontificatu haud dubiè potiturum, si fortuna Clementem in eo armorum strepitu, conturbatisque rebus abstulisset. Interea Clemens præfenti solutus metu, in spem vindicandæ iniuriæ suorum omnium hortatu vehementer accenditur, in Pompeium præsertim, & Columnios omnes. Reuocat tamen Mediolano copias, ut in ita concordia præscriptis legibus stare, pactoque animo ab æquitate Cæsaris pacem sperare videatur. Nec mora, Heluetiorum duo millia, & Italicas cohortes septem virtutis eximie ex his, quibus ad Mediolanum præerat Ioannes Medicus dux egregiè fortis, atque audax ad urbem accersit. Præterea magnam equitatus partem, & in his Federici Gonzagæ ducentos circiter cataphractos; Stephanum etiam Columnam Prænestinum à cæterijs Columnijs dissentientem, cuius fidei, virtutisque plurimum fidebat, conscribere quatuor cohortes iuber; atque item Valerium Ursinum, & Ioannem Baptistam Sabellum, & Ranuccium Farnesium magnæ spei adolescentes, singulis equitum alis præficit. Negabant enim Pontificij pacem confici posse cum Cæsaribus armamentibus, nisi pariter ab armatis, & ad gerendum bellum instructis pax ipsa peteretur. In eo rerum motu Carolus Cæsar consilijs, atque armis hostium, maiore virium mole occurrendum ratus, La-

noium Protegem Neapolitanum cum sex millibus Hispanorum, ac triginta onerariarum nauium classe in Italiam misit; scripsitque ad Ferdinandum fratrem, vt Georgius Franispergus summæ dux auctoritatis apud Vindelicos, cum tribus Germanorum legionibus in Italiam mitteretur. Ocurrere Lanoio Gallicæ, Venetæque triremes Cyrneo in mari, sed nullo consensu; nam cum Ludouicus Armerius Venetis præfectus cum dimidia suarum triremium parte, ad portum Veneris substitisset, serò admodum Andreas Auria, Petrus Nauarrus, & Paulus Iustinianus ad hostes peruenere, certatimque est tormentis maioribus. Sed Lanoius vna atque altera naue è suis cum milite demersa, tribus autem quassatis, & cum multa nauarum, & militum strage vehementer afflictis, suaque demum prætoriam pluribus colubinarum pilis adeo perforata, vt penè mergere, valido repente suborto vento, è conspectu se eripuit, tenuitque; Hercules portum, atque inde Caietam incolumis peruenit. Pari quoque euentu apud Mantuam Cæsarianis fortuna arripit, cum Feltrius Veneti dux exercitus expugnata iam nauiter Cremona, & cum eo Ioannes Medices Germanorum legionibus occurrissent. Nam cum hi iunctis copijs densata incidentium hostium agmina (vt eos Padi transitu prohiberent) per expeditos Sclopettarios aliquandiu prosperè minutis prælijs retardassent, ad Gubernulum demum vicum Medices tormèto ab vltiore Mincij ripa in incertum emissio, iustus occubuit, non tam priuato suo, quam publico ruituræ mox vrbis Romæ fato surreptus, cum nemo eo fortius, ac felicius ab inuisitata virtute libertatem Italiæ aduersus externas gentes defensurus esse videretur. Interea Clemens Pompeium Reipublicæ, Pontificijque imperij hostem decernit, Senatu mouet, addit diras, interdicit aqua, & igni, ceterosque Columnios eodem crimine damnatos armis persequitur. Inducto enim in Latium exercitu ad quatuordecim oppida insigni Pontificiorum acerbitate direpta, incensaque sunt; adeo vt magna senum, puerorum, & foeminarum agrestium multitudo alieni facinoris pœnas daret; paucique plesterentur ex his, qui è Vaticano Templo altarium ornamenta rapuissent. Infererat tamen serè omnes is sacræ pecuniæ, & prædæ contactus, ipsamque maximè Neapolim, ita vt in foro sacræ vestes ad hastam propolita spectarentur. Cæterum in Sublaqueum proprias Pompeij delicias atrocissimè læuitur, atque item ad Genatium, sed aliquanto remissiore ira, scilicet vt elegantioribus Vespasiani ædibus, quas Prosper extruxerat, dissimulanter parceretur. Porro Pompeius vbi Latina oppida incendijs fumare, atque omnem armorum impetum in ipsos Columnios conuersum videt, postulat à Lanoio, vt afflictis familiæ suæ rebus maturè opem ferat, hortatur, vt productis copijs potiùs in hostili agro, quam propugnando ad regni limites, bellum ruptis iam planè fœderibus cœptum gerat. Nec multò post excitis ad id bellum regni proceribus, magno equitatu coacto, & additis Germanorum, atque Hispanorum cohortibus, ad Frusinonem castra posuerunt. Quod vbi Clemens cognouit, viditque eos iam nudato planè consilio, auspicijs Cæsaris bellum esse gesturos, vt grauiore metu iniecto eos deterreret, è Gallia Valdemontium regia stirpe ortum accersuit, hortatusque est, vt in spem potiùs regni, Neapolim classe inuaderet. Vigere enim adhuc toto regno Andegauensium Regum memoriam, & præclarum studium multorum procerum in id nomen: proinde ingenti animo arma capesseret, vt virtute, fortunaque maioribus suis æquaretur. Itaque Valdemontius singulari alacritate classem concendit; Campaniæ oram metu complet; Salernum expugnat, signa ad ipsam Neapolim vertit, expositisque cohortibus, ad pontem Sebethi amnis effusum cum Neapolitana iuuentute Moncatam intra portam compellit. Parte alia Lanoius, ac Pompeius Frusinonis mœnia tormentis quatiebant; ibi præsidium inerat earum cohortium, quæ ob ducis sui Ioannis interitum, à funesto vexillorum colore, vulgo *nigræ* vocabantur, quarum ea erat constantia, & virtus, vt diffracta, cadentiaque mœnia adiectis tumultuarijs operibus repente refarcirent, & sæpè audacter, ac feliciter eruptione dimicarent. Pompeij mens erat, cum primùm aliqua muri pars concidisset, admouere statim cohortes, & vera vi, trinisque subsidijs ex triplici nationum genere constitutis supremum oppugnationis casum experiri. Per speculatores enim didicerat, aduentare Pontificios duces, vt obsessis opem ferrent; prouidebatque, si legniter oppugnare pergerent, ancipiti prælio dimicandum fore. Sed Lanoius haud sanè multum belli peritus, cum varijs suorum sententijs distraheretur, nec facilè consilium explicaret, potiùs oppidi occasionem corrumpit, adiutque discrimen accipiendi grauis incommodi, cum propinquo hoste mouenda castra viderentur. Perueniant enim Pontificiæ copiæ ad Ferentinum, Rentio Cerite, & Vitellio Tiphernate ducibus; aderatque Legatus Cardinalis Augustinus Triuultius, Clementis hortatu, & suoptè ingenio nauandæ operæ cupidus, quod studio à maioribus tradito, Gallicæ factioni vehementer esset addictus. Nec mora, Pontificij quadratim agminibus Ferentino egressi patentibus in campis, suorum pariter, atque hostium oculis dispari animorum habitu spectaculum præbuerunt. Erat enim è collibus, ipsaque oppidi summa arce in subiectos campos despectus, ita vt peditum, & equitum agmina distinctis, & præfulgentibus vexillis enumerari posse viderentur. Non tulere subeuntium impetum Lanoij cohortes ponti Colæ amnis præsidio

A imposita, atque ita loco pulsa, profligataque amissis tribus vexillis terga verterunt, adeo vt perturbata magna parte exercitus, sola Germanorum phalanx immobilis, imperterritaque constiterit, quod nigræ cohortes conspicatæ, auctis spe victoriæ animis audacter eruperunt. Ita patefacto aditu, commeatus affatim intromissus, præsidiumque nouo cohortium aduentu renouatum. Abstinit prælio Rentius, cum victoria in manibus esse videretur, satis superque actum ratus, quod sine suorum vulnere conclusos obsidione, ac periculo liberasset. Ea, quæ secuta est nocte Pompeius Lanoio in re aduersa, repentinaque perturbato, reduci exercitus munus suscepit, ita vt ipse maiora tormenta suilmet humeris, ac lacertis impelleret; minora enim singulis ducibus reducenda attribuerat: cuius implendæ operæ specimen, atque exemplum dabat, ne tale dedecus admitteretur, vt tormenta in potestatem hostium deuenirent. Ita singulari Pompeij cura, laboreque, & diligentia exercitus incolumis in pacatum, tutumque locum est receptus. Nullo quippe per noctem tenebris, ac terroribus importunam accepto incommodo, nullo maiore, minorèue tormento, vel in summa viarum asperitate deserto, nullisque postremò amissis impedimentis, cum hostis, viribus, animis, loco, atque eius diei fortuna abundè superior, abeuntium tergis instare, & non mediocrem omnino cladem afferre potuerit. Ea bene gerendæ rei facultas Pompeij celeritate, & vigilantia Pontificijs erepta magnam Rentio, ac Vitellio (ipsius Triuultij Legati, & minorum ducum testimonio) conflauit inuidiam, vt qui vacare quæstui, delectari imperio, odiosaque belli finem, & pericula vniuersæ pugnæ deuitare, vel malignitate, vel ignauia dicerentur. Cæterum cognito Cæsarianorum discessu, promouere serò castra, multosque dies nulla memorabili re gesta, circa Possium, atque Ceccanum confedere. Ex aduerso Lanoius, ac Pompeius ad oppidum Castrum constiterant: verum consumpto in his locis omni frumento, cum fame vterque exercitus laboraret, & equi deficiente pabulo, quod nullum gelida adhuc hyeme gramen erumperet, inedia, & macie conficerentur; applicuit ex Hispania Franciscus Angelus cucullatus, Diui Francisci sectæ princeps: is opinione religionis Cæsarem nudato omni simulatione animo arcana crimina Christiano more contentem audire, expiareque solitus, mandata Cæsaris de pace ad Pontificem assererebat. Eius viri hortatu, cum singula ad religionem reuocaret, & summa omnia de lenitate, æquitateque Cæsaris polliceretur, Clemens ad pacem inclinavit, quod ærarium sumptu, animum verò cura, & molestia bellicarum rerum leuare percuperet; indignareturque pulcherrimam omnino occasionem potiùs victoriæ astuta, aut ignobili certè ducum suorum cunctatione fuisse prætermisissam, & annonam demum non modò creuisse, sed in castris, totoque Latio tantum non consumptam esse conspiceret: & Borbonius maximè formidandus videretur, qui ingentibus, lectissimisque intructis copijs, Togatæ Galliæ, & Hetruriæ vrbes, Romanæque vrbes opes in prædam militi, se concedere prædicabat. Itaque Romam accitus est etiam Cæsar Feramusca Campanus Cæsaris familiaris, qui dudum ab Hispania venerat, attuleratque ad Pontificem à Cæsare humaniores literas, quibus se pacem expetere, odisse arma, & Pontificiam maiestatem religiosè colere significabat, ac Deum immortalem testabatur, se regnis suis esse contentum, & ab se cuncta facile posse iustis precibus impetrari; sed minimè passurum, vt sibi à quoquam in his, quæ iuris, atque arbitrij sui sint, arroganter præscriberetur. Non esse enim ex dignitate Augusti longè maximi principis, leges accipere, minisque terreri ab his maximè, qui imperio suo subiecti, & diudicante fortuna toties bello victi, ingrati que demum grauiore pœna digni censerentur. Itaque Idibus Martijs, qui dies summarum calamitatum Vrbi, atque Italiæ initium fuit, inita iterum pax est, conscriptæque renouati fœderis leges ea conditione, vt Lanoius ad Vrbem veniret, scilicet, vt præclara ad stipulationem tabulis ritè confectis grata omnium animis ea concordia sacris solemnibus celebraretur. Nec multò post Lanoius recepto priùs Cæsariana in castra Triuultio Legato, vt fidei obses esset, ad Clementem venit; notatusque haud dubiè superum monitu aduentus eius, vt lugubris, & maximè funestus Vrbi futurus, cum ea pars Vaticanæ domus, qua ipse fuerat hospitio exceptus, terribili, vagoque fulmine ista tremuisset. Ab ea autem pace maximè auctus erat Pompeius, dixeratque discedenti Lanoio, ne magno opere laboraret, vt Pontifici conciliaretur: se enim acta Clementis, quibus galeri sibi honos adeptus esse videretur, breui rescissurum, quod ille nequaquam legitimus, sed vitio creatus Pontifex dignitatis suæ decus eripere nequiuert; quod Leo X. diuini, atque humani iuris sciens, veræque virtutis amantissimus, sibi absenti ex Senatus consulto detulisset. Solebat ille elato, contemptioreque animo Clementis ingenium, nomen, fortunamque despiciere, cum haud dubiè comoda omnia rerum suarum, & dignitatis ornamenta, ex amicitia, & liberalitate Cæsaris expectaret. At Clemens confirmata pace cum Lanoio, vt Florentinis rebus, quibus maximè timebat, opportunè caueret, ab eo postulauit, vt in Hetruriam proficisceretur, præsentique auctoritate, atque imperij iure Borbonij consilijs obuiam iret, impediretque iter, quod ab eo per Pontificios fines, infesta vbi que populatione susceptum esset; scilicet, vt tot coactæ in vnum audacissimarum gentium legiones audito

pacis nomine soluerentur; cum ipse Lanioius, ad quem summa militaris imperij respiceret, ut belli, & pacis arbiter præclara ante omnes auctoritate persuadere militi, atque ipso demum iure supremæ potestatis Borbonio præscribere facile posse videretur. Sed milites in spem diripiendæ urbis Romæ, consociatis animis, tantos spiritus ex felicitate rerum gestarum desumpserant, ut cum superbia, licentiaque corrupti Borbonium, Lanioiumque contemnerent; neminemque esse in terris, qui ipsis resistere posset, existimarent, publico tantum, ac tumultuario consilio regerentur. Quin & per eos dies, cum in Bononiensi deuastatis agris fame laborarent; noctu in Borbonij domum irruperant, tanto ipsius periculo, ut vix ignobili latebra, quin interficeretur, sit seruatus. Quæ sit tamen, & pacatis animis iussu, ut prodiret, honoris nomen restituerunt, ut aliqua ducis imagine ad disciplinæ speciem vterentur, ac more militiæ auspicijs eius, atque imperijs parere velle simularent. Irridebant enim eum Hispani uti stolidum, & exulem, quod ambitiosè exoptatis Eleonoræ nuptijs, intercipiente demum Francisco Rege delusus repullam tulisset, & ad Galliæ Cisalpinæ imperium aspiraret: Germani verò eum egentem, exutumque omnibus fortunis, & proditore gentis suæ vocitabant. Itaque Cæsariani ab Alphonso Ferrariensi commeatu omnis generis abundè adiuti, recreatique, & euastato demum, atque incenso Bononiensi agro, egressi hibernis, per Flaminiam viam, nullo hostium occurrente, ad Appenninum supra Fauentiam contenderunt, Feltrio Venetorum, duce, & Michaële Salasso regulo, qui Gallicis præerat auxilijs, in aciem prodire non ausis, quanquam his magnæ adessent copiæ, tormentorum apparatu, atque urbium opportunitate superiores. Borbonio ab Amandula oppido subeunte ea alpium iuga, quæ Aretinos despectant campos; Feltrius, ac Salassus per Petram malam, breviori itinere in Hetruriam transcenderunt, rati hostem (uti vulgatum fuerat) Florentiam continenti cursu petiturum. Sed is leuorsum in Senensium agros deflexit, vix tantisper moratus, dum ex insigni illorum studio, ac liberalitate exercitus duorum dierum cibaria acciperet. Edicebatur enim toto agmine cunctis esse festinandum, cum percepta animis victoria, spesque omnis vberimæ prædæ in vna celeritate posita videretur. Præbuerat spem Borbonius Florentinorum Legatis in eundem concordiam, si ipsorum sumptu stipendia militi soluerentur; sed in immensum augebat in dies eam petiæ pecuniæ summam, nec institutum tamen iter vlla in parte remittebat, ut iniecta spe pacis ab apparatu belli hostes auerteret, quos imparatos, & nec opinantes inuadendos esse censebat. Lanioius quoque, qui ad Aretinas alpes occurrerat, ludibrio habitus, cum Borbonium ex itinere monuisset, ut retentæ agmen vellet, idoneoque loco ad colloquendum subsistere, postquam Romæ pace celebrata ex sententia Cæsaris fœdus cum Pontifice esset renouatum. Sed Borbonius, militesque cum Lanioium ipsum, tum etiam pacis nomen impensè oderant, adeo ut irrisus, ac repullus non mediocre vitæ periculum adiret; cum in Subalpinas agrestes incidisset. Porro Borbonius ænea tormenta à Senensibus oblati, parataque minimè secum aduehenda iudicans, ut instituta celeritate vteretur in opprimendo Pontifice, & anteuerendis hostibus, qui ipsidem vestigijs secuturi viderentur, ad Pompeium scripsit, ut sibi aduenti tormenta muralia, & commeatum affatim apud Romam pararet. Se enim secretiora à Cæsare mandata nuper habuisse, quibus iuberetur, ut strenuam operam daret, ut occupata Vrbe Cæsariani nominis hostes delerentur. Paruit Pompeius, è Fundanoque agro ad Palianum profectus præstitit officium in his rebus, vti opus erat, maximè liberaliter, ac diligenter. Cæterum tanta fuit in Cæsariano milite, duceque celeritas, in superandis præaltis fluminibus, conficiendoque itinere, vel per imbres maximè lutulento, ut aliquanto citius, quam opinione hominum expectari possent, ad mœnia Vaticana peruenerint. Tum verò Clemens repentino instantis periculi metu consternatus, summeque rerum, & saluti plurimum diffidens, diuersa perturbato animo consilia volutare, modò constanter, modò trepidè à Patribus, & à Romanis, ducibusque suis opem, consilium atque operam postulare; ambigere, an ad mare, vbi triremes erant, sese proriperet præstaret, an deserto Vaticano, intercisiisque pontibus intra Urbem se recipere, operiri suorum auxilia, cum Borbonioque aliqua pacto oblati, oblata magna vi pecuniæ pacem mercari, ut qui se omni alia spe destitutum videret. Paucis enim ante diebus Heluetiorum duo millia, atque item mirificas ad tuendam Urbem nigras cohortes, deprecantibus cunctis ne id faceret, ac reclamantibus, importunè dimiserat, ut aratio parceretur. Etenim animo eius tanto rerum, vsu, tantisque exactæ prudentiæ præsidij instructo ad elidendam virtutis aciem non auaritia, sed pecuniæ inopia inhaeserat, ut cuncta, quæ publico omnium iudicio timebantur, ipse vnus nequam timeret, fideretque his maximè, in quibus nullam omnino spem reponendam summi pariter, atque infimi homines existimarent. Extruxerat Rentius Ceres Dux patriæ suæ admodum funestus tumultuariam munitionem in ipso Vaticano dorso irridendam, hosti, alijs autem summo cum dolore, & lacrymis spectandam. Armauerat item imbelles Romanas tribus, & paucos collegerat milites ex his, qui nuper dimissi, diuenditis armis in vrbe remanserant; ac profitebatur se Leoninam urbem, ipsamque Romam vnum, atque

A alterum diem egregiè defensurum. Putabat enim Clemens Feltrium, ipsumque præsertim Guidonem Rangonem magnis sibi obstrictum beneficijs, per Flaminiam viam, vitata Cassia, qua hostis iter intenderat, ad Urbem cum expeditis copijs aduoluros. Sed Borbonius antecessit, urbemque Romam subiectam oculis è monte Mario militibus ostendens, vbi ex præda multò opulentiore, quam opinione, auiditateque ipsorum concepissent, perpetuò ditarentur, edixit, ut corpora tanti itineris labore fessa, & eneata fame paululum curarent, solitaque celeritate murum subirent; erat enim ab ea præsertim parte, qua in meridiem obuertitur, vetustate consumptus, atque humilis. Inuasere itaque loca nequaquam munita sub auroram, pridie Nonas Maias, dimicatumque est vtrinque acriter minoribus tormentis, cum pauci veterani, & prætoria Heluetiorum cohors constanter irruentes, & conscendentes repulissent. In ea parte, quæ obeliscum respicit, Borbonius dum cohortatur suos, & scalam conscendit, in inguine plumbea glande traiectus occubuit, multique ingentis tormenti pila è summis collibus in latera densissimi agminis emissa discepti sunt; raptaque in præalta mœnium parte duo Hispanorum vexilla signiferis è muro præcipitatis. Sed repente nebula crassior valustri exorta campo ita hostium aciem intexit, ut tormentorum visus dirigendis ictibus fatali nostrorum incommodo penitus eriperetur. Irrupere itaque facile Hispani per coniunctas muro ignobiles casas, vbi Borbonius amissa voce defecerat, superis laud dubiè concepto sceleri pœnam maturantibus, ne vir perfidiosus, atque impius direptæ, atque euastatæ sacrosanctæ Urbis spectaculo lætaretur. Parte alia Germani munitiores in colle transcendunt, ac circumuentam in medio Romanam plebem, quæ sub vexillis regionum intra Turroniam portam constiterat, tanta sæuitia, atque immanitate trucidarunt, ut imbelles homines proiectis ad terram annis, suppliciter vitam deprecantes, crudelissimè cederent. Nunquam enim ab vlla memoria, maiore truculentia, vel in barbaros, qui Mahometis sectam colerent, vel in perpetuos hostes, atque inimicos vindictæ libidine sæuitum est. Nemini enim fuga patuit, cum refugientes non in ipso tantum celeberrimo Templo, sed in adytis ante sacrosanctam aram inermes trucidarentur; quibus antea immanes ex vltima barbarie Totilas Gothus, & Gensericus Vandalus religiosè pepercissent. In eo strepitu Clemens audito hostium clamore, citato gradu per oblongam duplicis muri munitionem è Vaticano in arcem confugit gemens, & crebro se ab omnibus proditum quærens; ita ut toto eo itinere è fenestellis miserabilem nostrorum fugam, & cruenti maximè tumultus faciem, barbarorumque furentium hastas, & secures impressas fugientium tergis despectaret. Clementi autem plenis passibus euadenti proximus aderat Paulus Iouius, qui sustulerat ei ab tergo talaris togæ sinus, ut expeditius iter conficeret, suumque item violaceo colore pallium, & pileum capiti, atque humeris iniecerat; ne Pontifex à candore vestis agnitus, dum aperto demum, & ligneo ponte in arcem transfret, à barbaris accuratiore fortè glandis ictu sterneretur. Peruasere intra pontis portam, cum in scuria, ac trepidatione nostrorum catacacta demitti nequiuisset, signiferi duo Hispani tanta audaciæ, ut petiti vndique tormentis, nihil mortis metu tererentur, quin per pontem in forum proximum excurrerent; conatusque est pari temeritate Falcius centurio Hispanus portæ arcis valuas propellere, atque ibi cum paucis est interfectus. Tota itaque Leonina vrbe, quam suburbium vocant, Pontificis ædibus, & sacrosancto, augustissimoque Templo incredibili immanitate cruentatis, ac direptis, ad Septimianam portam signa verterunt, primique omnium Itali duce Ludouico Gonzaga, cui ab insita virium ferocia, & iactantia *Rodomonti* cognomen fuit, transcenderunt eum murum, qui ab Aurelia porta per decliues Ianiculi vineas ad Septimianam protenditur, paruo admodum negotio depulsis defensoribus, & occupato Sixtino ponte; ita edita fugietium multa cæde, septem millibus hominum trucidatis, supra quadraginta millia hostium in Urbem irruerunt. Nam ad Germanicas legiones tres, sex millia Hispanorum Ioanne Dorbino duce, atque item Italicæ cohortes accesserant, ex itinere passim latronum, & damnatorum concursu adauctæ, quæ ductabant Fabritius Maramaldus, Sarra Columna, & is, quem diximus, Rodomontes. Veteranos quoque equites non exigua leuis armaturæ equitum manus ex vario nationum genere, sine vexillis, in spem ingentis prædæ sequebatur. His præerat Ferdinandus Gonzaga, & Filibertus Aurantius Belga, qui Borbonio interfecto, à militibus imperator est appellatus. Ea nocte nihil vnquam lugubrius, aut funestius fuit Romanis pariter, & inquilinis; editæ enim omnibus in locis ad fatietatem in nihil tale meritos inusitata cædes: nobilissimi senes pariter, ac iuuenes tormentis excruciat, violatum vbi que matronarum, & virginum decus, vestales in ipsis Templis constupratæ. Cardinalium porro, Principumque domus tanta furentium rabie ferro, atque ignibus expugnata, ut nec Regum Legatis parceretur; nemoque demum ex his, qui latebra gladios effugerint, sit seruatus, nisi vitam, ac libertatem vniuersa bonorum substantia redemerit. Feritate, ac truculentia terribilis erat Germanus, sed à primo impetu, quo armatos deleuerat, à gladijs temperabat, vsque adeo remissa animi ferocia, ut exiguo facile pretio libertatem captiuis daret, ac presentibus tantum spolijs, & computationibus lætaretur, verteretque demum

furorem

furor in Templo, & antiqui operis stauas, deformando cuncta, atque euastando, quod plerique eorum irritis Pontificum legibus Lutherana dogmata sequerentur. Hispani autem acerbiore ut abditia, arcanaque eruerent, tormentis, ac supplicij in nobilissima corpora graflabantur; tanta auri cupiditate, ut Iulij Pontificis cadauer multa exesum carie eruere, & annulo spoliare non dubitarent. Sed eius etiam gētis facinora Itali, Brutijq; præsertim decerpis vitijs, nec vllis omnino admixtis virtutibus facile æquabant, & eò grauiore cum inuidia, quod in obsequium barbarorum longè præptissimi æmulatione scelerum ab amore, charitateq; communis patriæ discessissent. Obsidenda verò arcis, ac circumuallanda perducta in girum fossa Philippus Cerbellio, & Mendanius Hispani negotium susceperunt, tanta acerbitate, ut vetulam in arcis fossam lacrus deferentem, quæ expetenti Pontifici dono darentur, laqueo inmaniter strangulatam, in conspectum arcis suspenderint; puerosque item, qui olera funiculis extrahenda alligabant, sclopetis interfecerint. Biduo post affuit Pompeius Clementis quidem incommodo, periculoque lætatus; sed cum plena omnia cadaueribus, luctuque conspiceret, multoque mulierum, & puerorum eiulatu, atque insignium ciuium, sacerdotumq; in tormentis frustra opem implorantium, regiones, & domus omnes miserabili gemitu completerentur, lacrymas tenere non potuit; eò etiam vehementiore dolore percussus, quod cadente patria, elapsoque secus, atque ipse optasset, incolumique Pontifice, qui tantæ cladis causam præbuisse videretur, ad infantes tantum, ac miseros summa calamitatis poena recidisset. Itaque uti generosum, & sacratum virum decebat, insigni pietate, & misericordia adductus domum suam afflictis, & miseris aperuit; & quanta maximè valebat auctoritate, apud duces, ac milites operam dedit, ut inuiolatum decus feminis seruetur, cruciatu eriperentur ciues, & de redimendis captiuis tolerabili conditione leges ferrentur. In his rebus humanitate, diligentia, & liberalitate tanta fuit, ut superiora cœnacula ad summas contignationes honestissimis matronis, ac virginibus completerentur; Cardinales plures ad se confugientes vestiret, atque aleret; controuersias inter captiuos, & milites sua pecunia dissolueret, cunctisque vitæ periculo circumuentis, vadem se præberet; ita ut in ea fortunæ acerbitate captæ, & euerse Vrbi nihil Pompeij aduentu opportunius fuerit, aut melius. Nemo enim miser ab eo frustra opem implorauit, nemo aut militum metu, aut inedia compulsus, salutaris, atque hospitalis domus foribus eiectus fuit. Singulari quoque animi magnitudine simultatum, & contentionum oblitus, non aduersæ modò factionis nomine, aut peculiari ex causa veteres inimicos præfenti ope adiuuit; sed è Sanctæ crucis etiam familia, à qua Hieronymum ipsius patrem interfecit diximus, nobilem matronam, eiusque filiam conspicuæ formæ virginem ad se recepit, atque auro redemit. Vna in re tantum vindictæ libidinem effudisse est visus, cum Clementis villam sub monte Mario contra Miluium pontem incendi iussit, adeo ut Clemente ab summa arce fumantem spectans Senatoribus diceret satis æquo iure secum agere Pompeium, quod eodem igne talionem redderet, quo Latina oppida deflagrasset. Nec multis inde diebus Clemens consumpto comætu, ita ut asinina etiam carne inuitatis quoque quasi ad solemnem epulas Patribus, auidissimè vesceretur, desperatisque omnibus effugijs deditioem fecit ea conditione, ut cuncta, quæ imperasset Cæsar, se facturum polliceretur, à quo dignas eius pietate, fideque literas expectabat, quibus stipendio militi persoluto, sibi sacrosanctum Vrbis imperium cum libertate redderetur. Frustra iam Feltrium, & Salassium, ac Rangonum expectarat, ut admoto exercitu, expugnatique munitionibus, ipse, & Senatus arce eriperetur. Sed hi positis ad septimum lapidem castris, in iuga montis Marij excurrendo, se tantum ostentant, atq; ita ut imperitis, & miseris id vnum in supremo salutis discrimine facile cupientibus, iam iamque descensuri, & munitiones aggressuri viderentur. Sed ea mente in conspectum se dederant, ut quid hostes occupati præda, & in tanta rerum copia vino libidine, somnoque molliti facturi essent prospectarent, nec tamen periculosi prælij aleam subirent. Quid enim stultius videri poterat lanis, & peritis ducibus, quàm iniquum in locum se demittere, & cum inuictò hoste, viribusque haud dubiè, & loco, atque animis superiore, recentique præsertim victoria præferoci, collatis signis, in nullam spem prosperi euentus, de salute, ac libertate Italiæ dimicare? Itaque Feltrium salubri potiùs quàm honesto consilio retro in Umbriam iter flexit. Cōstauit verò Clemens argentum omne, & aurea vasa sacrificijs dicata, ut inde diuidenda militibus pecunia cuderetur: quæ cum satis esse non posset Cæsarianis ducibus, purpurei galeri tres concessi, ut ad Senatoriam dignitatem aspirantibus, non sine auro darent. Eo modo ad hastam propositis, emptores non desuere; sed miles expleri non poterat, cum non menstrua, sed annorum aliquod stipendia turbidi, insolentes, & vesana feritate ducibus etiam terribiles flagitent. Cum his difficultatibus angeretur, angustoque arcis loco conclusus Pontifex obortâ, & inanante in familiares pestilentia de sua salute dubitaret, Pompeius ad eum venit inuitatus ab amicis Senatoribus, deposcenteque præsertim Pontifice, cum is diceret, desperatis auxilijs ab vna Achillea cuspide opem expectan-

dam; Pompeium præclare designans, qui certiora remedia, esset allaturus, postquam tantis cladibus initia præbuisse videretur. Erat Pompeius in aduersis peruicax, & indomitus; in secundis verò adeo tener, & flexibilis, ut commutatæ voluntatis gloria magnopere gauderet, ac mirum in modum oblectaretur, vbi decus emereret alterna elatione, depressioneq; familiarium suorum. Aliquo enim meritò in gratiam ascitos inductis demum suspitionibus extemplo repudiare, & corrupta priore libertate, odio persequi erat solitus. Sed in his æquissimo iure venit excusandus, cum nonnulli ab eo liberaliter sacerdotijs, varijs beneficijs honestati ingrato demum animo, uti pecunia corrupti, in amore, ac fide turpissimè defecissent. Susceptus est à Clemente vultu ad hilaritatem maximè composito, nec ficto quidem, cum periculi magnitudo, & concepta spes ingens libertatis, omnem penitus simulationem excluderent. Deplorauere tum verissimis lacrymis euerse Vrbs calamitatem, sacerdotalis dignitatis amissum decus, & deniq; communi in infamiam, cui pertinaciùs, quàm sacratis hominibus expediret, vsque ad conturbationem diuinam, atque humanarum rerum seruiuisent. Interea pestilens morbus ex fœtore cadauerum, & fame, inæqualique cœli temperie subortus multos Hispanorum absumperat; & in his Antonium Gamboum, à quo Templum Virginis Deiparæ ad Mineruam excruciatas fœdè sacerdotibus fuerat direptum. Sed Germanicas legiones multiplicatis funeribus maximè deuastabat; allatumque erat, Gallos Odetto Lotrechio duce transisse alpes eo consilio, ut vindicatis iniurijs, sacrosanctum Pontificem abrupta fide deceptum, & proditum in libertatem asserent. Rex enim Franciscus suoptè ingenio maximè pius, & generosus pro dignitate Christiani nominis, cuius ipse titulum præferret, valde pulchrum, & decorum existimarat, custodia, & carcere sacrosanctum Pontificem eripere, atque impios, & execrabiles latrones, uti militum nomine indignos armis persequi, qui sceleratis manibus Templo, Aras, ipsa denique sanctissimorum Pontificum sepulchra violassent. Implorarat enim vndiq; opem Clemens demississimis precibus à Fracisco Rege per Saluiatum Cardinalem Legatum; atque item ab Henrico Britanniarum Rege, ad quem Vbertum Gambaram miserat. Accendebat etiam Heluetios vehementer Ennius Philonardus Antistes Verulanus, vetus apud eam gentem Legatus, vel vno maximè argumento, quod Iulius II. ab Insigni beneficij accepti memoria eos honestissimè nominis titulo, Pontificiæ libertatis defensores appellasset. Nam Clemens satis superque explorata Cæsaris voluntate, cum se in potestate barbarorum esse conspiceret, neque ipsius salus, ac libertas ad arbitrium Cæsaris reuocaretur, aliunde sibi auxilium quærebat. Per literas namque, & Nuncios propenso Cæsaris animo utebatur, sed milites, Germanique præsertim minacibus oculis truces, efferre stipendia, atque aurum deposcebant. Quibus Cæsar non obscure indulgendum arbitrabatur, postquam tantis rebus gestis, sua præmia incerebantur. Putabat quoq; ex conscientia pudore Clementem uti grauissimis affectum iniurijs, vbi primùm custodia liberatus euolaret, in omnem vindictæ libidinem sese effuturum; ita ut tantis adiunctis locorum præsidijs resumpturus arma; & ad Christianas imprecationes, diraque aduersum se descensurus esse videretur. In his rei nummaria difficultatibus coactus est Pontifex obseques dare, quos ipsi milites delegissent: ij fuere Cardinalium propinqui, virique maximè pecuniosi Ioannes Marius Montanus Sipontinus; Honuphrius Bartolinus Pisanus Archiepiscopi; Antonius Puccius Pistoriensis, & Ioannes Matthæus Gibertus Veronensis Episcopi; itemque Iacobus Saluiatus, Cardinalis pater; & Laurentius Ridolphus Nicolai Cardinalis germanus frater; horum sacratis manibus ferreæ catenæ statim iniectæ, vinctique in Pompeiana domo custoditi. Hos Pompeius videre, aut alloqui humanitate sua indignum putauit, ne cum præstantes viros familiaritate superioribus temporibus sibi coniunctos, in libertatem vindicare non posset, ad non dubiam inuidiam, eorum calamitate lætari videretur. Verùm per familiares suos id benignè, & liberaliter præstabat, ut nihil, quod ad subleuanda præduræ captiuitatis incommoda, tristitiamque minuendam pertineret, omnino desiderarent. Cum verò à barbaris aurum inmaniter supplicij metu iniecto exprimere properantibus, in Floræ campum, ad furcas catenati latronum more traherentur, bisque sententijs de eorum supplicio in corona militum, graui, & infesto concionis fremitu esset disputatum; adeo Pompeius eo atrocis illustrium sacerdotum periculo, & Germanorum feritate commotus est, ut non multò post ipso commiserante, & prorsus conuiente, per vaporarium foci tubum subleuati, extractique funibus euaserint; cum Germanos custodes opi para in cœna multò falemo confopitos egregiè sefellissent. Transtulerat paulò ante Pompeius in Alphonso Valtij domum, ut eius doli suspitionem ab se penitus auerteret, & deceptorum, ac furentium impetum sua absentia frustraretur. Horum fuga Clementem incredibili affectu voluptate, libertatemque eius magnopere maturauit: nam Germani ad nouas paciones descenderunt, ut pecunia certius, ac faciliùs expediretur: audiebant enim Lotrechium properare, ut liberati ab se Pontificis gloria potiretur. Is ad Boscum oppidum expugnatis Germanorum cohortibus, & Alexandria vrbe in potestatem redacta, ac Ticino demum terribili tormentorum apparatu

capto,

capto, direptoq; Padum transferat; Parmæ, ac Bononiæ aliquan-
diu subliterat, vt Heluetias, & Germanicas legiones expectaret;
quibus receptis per Togatâ Galliam ad Truentum amnem cōten-
debat. Aderant ei Venetorum copiz, accesserant magni roboris
auxilia Florentinorum; ij enim ad famam capti Pontificis exciti ad
arma, Mediceis adolescentibus Hippolyto, atque Alexandro Flo-
rentia eiectis, sese in libertatem vindicarunt. Andreas quoq; Auriæ
Gallicæ præfectus classis ad Delphini portum Hispanicis triremes
oppresserat, eiectisq; Adurnijs Genuenses Gallorū imperium acce-
perant. Quibus de causis Cæsariani duces in propinquum summa-
rerum discrimen adducti relinquendam omnino urbem Romam, &
hosti obuiam eundum censebant. Id maximè cupiebat Pompeius,
cum patriam à barbaris funditus eueriti conspiceret, deformatis pas-
sim ædificijs, atque omni laquearium, & tectorum exulta materia
collabentem. Sed negabant milites, Germanique præsertim se ab
Urbe, Pontificisque custodia dicefluros, nisi stipendia soluerentur.
Id verò præstare non posse aiebat Clemens, nisi custodia educeretur;
capto enim sibi, atque alieni iuris factio non credi à mensarijs,
& publicanis; libero autem, & suæ dignitati restituito præclaram
fidem rediuiua potestatis existimatione confestim asisturam. Porro
Cæsar ab Hispania perplexè rescipserat, sibi æquum videri, vt Pō-
tifex custodia educeretur; sed darent ipsi operam, vt alicunde mi-
liti stipendia præberentur, cauerentque, ne Pontifex ex captiuo
liber, & hostis factus, si id veller, partium consilij multum nocere-
ret. Interpretandis autem literis diuersæ sententiæ à ducibus dice-
bantur; Aurantius, Alarcon, Vereius, ac Moronus cautiore videri
volebant; Pompeius verò, & Columnij omnes cohortabantur,
vt per honestam pactionem sacrosanctum Pontificem carere; ip-
sum verò Cæsarem infamia liberarent. Aduenerat Franciscus Ange-
lius præclarum de Cæsaris conscientia, voluntateq; testimonium
terens. Itaque Clemens mirificè adiuuante Pompeio, pecuniam
à cupidarijs ditibus mutuam impetrauit per Bernardum Sanctium
Reatinum Iuriconsultum, Urbis prætorem. Hunc Pompeius An-
noerio Mottæ Gallo collegam addiderat, vt miseris ciuibus de vi-
ta, & fortunis cum milite ligantibus præsidio esset, atrocitatemq;
publicæ calamitatis humani iuris artibus emolliret. Francisco de-
mum Angelio insigni adipiscendæ libertatis auctori purpureum
galerum est pollicitus; itemque Moroni filio Episcopatum Muti-
nensem dedit; concessit, & ipsi quoque Pompeio Piceni Legatio-
nem; omnesque promissis, aut præsentibus donis, qui auctoritate
valerent, sibi conciliauit. Præterea vt milites ampliore pecunia
mitigaret, Grimanum, & Cornelium Venetos, Sanseuerinum, Ca-
rasam, & Palmerium Neapolitanos, Cardonijumq; Hispanum le-
gerat in Senatum; vtque sanctius, & sincerius Cæsari fidem obli-
garet, quinque Cardinales obsides dedit, è quibus Triulcius, Pi-
lanus, & Gadius Neapolim sunt perducti. Vrsinum autem, &
Cæsium ipse Pompeius vadem, pro his generosè admodum se pre-
bens, ad Sublaqueanos secessus perduxit, ac maturè ingentibus mu-
nificentiz, atque humanitatis officijs obstricis dimisit. Cum verò
Pontifex amici, pacatizque animi data fide, atque ea tabulis con-
fectis confirmata, excessurus arce, & Orbitem Tusciæ oppidum,
comitante parte exercitus, petiturus esset, Pompeius ei dono dedit
nobilem Turcam equum, itemque insignes farcinarios mulos, &
niuei coloris asturconem, quo sacra arcule purpureæ inclusa, cum
perpetuo igne Pōtificibus maximis præferri solita veherentur. Sed
Pontifex mutato habitu, ita vt vnus ex familiaribus præfecti familiari-
bus videretur, intempesta nocte ex arce, atque Vrbe exiuit, veritus,
si lucem expectaret, Vgonis Moncatæ sententiam, qui Lanoio
pestilentia absumpto, Neapolitano regno præerat, virque ad in-
genita subtili calliditate versutus, & varius ab his facillè dissentie-
bat, qui Pontificem militum manibus ereptum volebant, & Cæsaris
inuidiam honestiore decreto lenire cupiebat. Ludouicus autem
Gonzaga educendi Pontificis negocium suscepit, ac feliciter
perfect, frustra petente Aurantio, vt in itinere subsisteret, cum is
è Galeria oppido, vbi erat in hibernis, transuerso itinere salutaturus,
incertum an retenturus, cum ala equitum aduenteret. Pon-
tificis post septimum mensem libertati restituito, Pompeius Neapo-
lim contendit, vt bellicis partium consilij interesset: iam enim
Lotrechius ferè totam Italiæ longitudinem emensus, in Apuliam
peruenerat. Quo rerum periculo adducti Cæsariani, obestante,
educenteque Alphonso Valtio, Urbem absumptis omnium fortu-
nis, ac domibus scæda tectorum strage deuastatam reliquere. Di-
scesserat è castris Valtius ab initio priusquam Roma caperetur, ne
sceleratis militum consilij interesset; veneratq; deinde in Urbem,
vt suo veteris imperij iure vteretur; frænataque militum licentia,
vigilijque, & singulis ad disciplinam reuocatis, in hostes legiones
educeret. Certatum subinde est equestri prælio ad Luceriam supe-
rantibus Gallis, quo Martius Columna adolescentis alacriter pugnas,
& ardentius excurrens est interceptus. Hunc Pompeius ex Octa-
uiano fratre genitum, confestim mille aureis redemit, scripsitque
ad eum, vt nihil ab eo incommodo, innatæ virtutis impetum re-
mitteret, sed etiam atque etiam intrepidè progrediretur, aurum in
promptu semper futurum; modò vt ea familia, & eo patre natum
deceret, ad parandam laudem, & militare decus eniteretur. Osten-
tauit demum copias Lotrechius, & diplomis in aduersos tormentis,

A sub Troiaz vrbis colle pugnandi potestatem fecit. Sed Aurantius,
& Valtius Dorbino comprobante, ex æquissimo loco in æquam
planitiem minimè descendendum putauerunt; nec accliuem locum
Gallus subijt Hetruscorum auxilia expectans, quæ de aduentu suo
per Appennini colles interdum fumo, & noctu ignibus significabāt.
Cæterum in Cæsariano milite multum refrixerat vetus ardor, ille-
que impetus celeritate, audaciaque semper felix: tanta enim ditati
præda, & voluptatibus, ac delicijs emolliti, pauere vulnera prælij
casum defugere, & præter consuetudinem nimia vitæ cupiditate
distineri videbantur: veterere itaq; signa Neapolim, silentio motis
castris per noctem profecti. Nec Lotrechius abeuntium vestigij
instiuit, suadente Nauarro, vt Melphiam urbem valido firmatam
præsidio prius expugnaret, quàm hostes insequeretur, nec oblectis
demū itineribus commeatu eriperetur, qui Neapolim oppugnaturus
è Samnio foret expectandus. Dum itaq; Galli Melphiam magnis
viribus expugnant, ac diripiunt; Cæsariani Neapolim concessere,
Lotrechiusque demum ad urbem vallatis castris confedit; longè
admodum instituta obsidione, nec intermissis quotidianis incur-
sionibus, quibus ab initio aduersus erumpentes adeo profecti, vt in-
terfecto Vereio Belga, qui liberandi Pontificis decretum improbat
ter, Germani, Hispanique tumultuarijs victi prælij, magnopere
terrerentur. Nam primò ad D. Antonij Templum, iterumque ad
Sebethi amnis munitiones, & demum ad Paulsippi motis cryptam,
cum interclusi fuissent, amissis multis equitibus, & duobus Ger-
manicis vexillis, intra urbem trepidè refugerant. Acciuerat quo-
que Lotrechius è Liguria classem Philippo Auriæ præfecto, vt ho-
stes, ipsaque Neapolis terra marique obsiderentur. Nec dubita-
uere Moncata, & Valtius quin rostratas suas completas veterano
milite ad pugnam educerent. Concurrere terribili, & maximè
Cruento certamine ad Vrsinum promontorium citra Salernum, ac
Cæsarianis Ligurum virtute, & nauali peritia superatis, Vgo Mon-
cata est interfectus, Valtius ipse, & Alcanius Columna equitum
magister in prætoria capti; cecidit, & Cæsar Feramulca, qui per-
fidiosæ pacis cum Pontifice auctor fuerat, & cum eo Hispanorum
fortissimi: deuenit, & in potestatem hostium Columna
Marcelli filius, quem Pompeius pecunia maturè è manibus Ligu-
rum redemit. Eo tempore Pompeius Caietam se contulerat, vt in-
de commeatu expediret, urbem, portumque tueretur, ac bellum
in Minturnensi, & Fundano agro aduersus Caietanos regulos ad-
ministraret. Multi enim regni proceres in Samnio, Lucania, Bru-
tisque, & Salentinis, Hispanorum odio, & præsentis exercitus
metu commutata voluntate defecerant, & castra Gallica sequebā-
tur, vt studio Andegauenis factionis alacriter ostentato, in paran-
da victoria Lotrechij gratiam promererentur. Per eos etiam dies
D fortunæ acerbiter sentit; Scipio enim Columna Marcelli fratris
filius, cui Episcopatum Reatinum detulerat, cum iuuenili ardore
exuta stola non contemnendas copias ex amicis, & clientibus com-
parasset, & in Marforum finibus cum Neapoleone Vrsino ætate,
audacia, atque opibus pari collatis signis dimicasset, in prima acie
cecidit. Sed eum dolorem adeo constanter tulit, vt eum, post-
quam ita in fati fuisset, nequaquam honestius mortem oppetere
posse diceret, cum aduersus publicos, & priuatos hostes fortiter
pugnando pro Cæsare, & Columnia familiaris dignitate cecidisset.
Auctus subiende est, Episcopatu Auerfano, Clemente eum pro-
clinata iam belli fortuna concedente, quo Fabium Octauiano fratre
genitum, tum Iuris ciuili scientiæ operam dantem honestauit.
Interea graui iam autumnio lætalis morbus Gallorum copias inua-
serat, ex palustri nebula, ac tetro castrorum odore haud dubiè con-
ceptus; adeo multiplicatis funeribus, vt ipse Lotrechius, & Val-
demontius, qui superiore bello dux fuerat, atque item nobilissimi
alarum duces, & præfecti legionum paucis diebus interierint.
E Exiere demum oblecti, tentatisque præalitis hostium munitionibus,
cum eas nemo armatus defenderet, in languentes, & lurida macie
deformatos hostes impetum fecere, ac demum persecuti reliquias
eorum, vix manibus, atque humeris arma gestantes ad Auerfam,
bello finem imponere; capto Petro Nauarro, & Michæle Salasso
in deditionem accepto, qui paucos post dies eodem morbo simul,
& dolore animi, hic in libera custodia, ille in carcere perierunt.
Andreas quoque Auriæ quibusdam offensionibus inductus, muta-
ta fide à Gallis ad Cæsarianos se contulerat; ac persecutus Gallicas
F triremes, earum partem cepit, ingressusq; Genuæ portum eiectis
Gallis veterem libertatem patriæ restituit. Fortuna itaque pro Cæsare
vbique feliciter depugnante Pompeius Neapolim venit in cō-
siliū grauissimarum rerum ascitus ab Aurantio: hunc enim Cæsar
in regni præfectura Vgoni Moncatæ suffecerat, & acerbissimè que-
rebatur in eos, qui spe victoriæ partium Andegauenis decepti,
fluxa fide ad Gallos intempestiue defecissent. Ita vt damnatorum
regulorum ingens numerus publicatis eorum bonis, atque oppidis
sicum replet, & pleriq; viri nobiles capitali supplicio punirentur;
multi vero afflati suspitione criminis, metu auarissimorum iudicum
in exilium abierint. Quorum omnium oppida ad hastam vendeban-
tur; in his addicendis Aurantio plurimum liberali, qui spectatam
virtutem militum, donarij nomine ingentibus præmijs, vel casti-
gante Cæsare, ornandam susceperat. In his Federicus Caietanus

Honorati filius cum à Cæsare defecisset, vt paterna oppida à Columnijs possessa repeteret, Minturnensibusque arma intulerat, in foro securi percussus est, Murconio eius patruo, Pompeij precibus, haud dubiè conseruato, qui eandem damnationem subierat, & penè productus ad supplicij locum, similem vitæ exitum expectabat. Retulit hanc gratiam misero seni ex veteris beneficij memoria, quod vir generosus viginti annorum spatio nunquam obliuione deleuerat. Cum enim iuuenis in Volscorum syluis quotidiana consuetudine venaretur, ab Honorati equitibus ex insidijs captus, & Fundana in arce in imum turris carcerè detrusus fuerat; sed demum insigni Murconij pietate mortem effugit; cum Honoratus frater eum vt iuuenem præferocem, & Caietanæ familiæ infestum veneno tollere decreuisset. Seruum enim suum Murconius fidei obsequio faciliè parentem, sed confecto damnatum crimine in eundem carcerem demitti iusserat, vt Pompeium moneret, ne alio vteretur cibo, quàm eo, qui sibi sportula demissus foret, humaniter interposita salutari mora, donec Honorati consilia lenirentur. Nec multò post Pompeius ex morte Cardinalis Cardonij, Montis regalis in Sicilia insigni sacerdotio diratus est, faciliè id ingentibus ipsius meritis tribuente Cæsare. Eodemque anno cum aliquandiu in Brutijs, & deinde in Apulia cum Venetis, ac reliquijs Gallorum vario euentu dimicatum esset, pax inter Gallum, & Cæsarem inita est; ex cuius legibus excessere Galli, & Veneti omnibus Apuliæ oppidis, & Rex Gallus liberos obsides vicies centenis millibus aureorum persolutis, cum incredibili totius Gallia lætitiâ incolumes recepit. Ea quoque estate inter Clementem, & Cæsarem amicitia renouata est ijs conditionibus, vt Cæsar Margaritam filiam in celibatu susceptam Alexandro Medici iunioris Laurentij filio d'espoderet; bellum aduersus Florentinos susciperet, vt Mediceis vetus in patria dominatus redderetur. Florentini enim natura Gallici nominis studiosissimi, eiectis statim Mediceis, Lotrechio adhæserant; miserant ad eum Neapolim auxilia validissimarum cohortium; professiq; Gallorum amicitiam, Cæsarianis cunctis opibus oppugnabant; nunquam futurum existimantes vt Pontifex tantis affectus detrimentis ac tantis iniurijs exacerbatus, animum ad Cæsaris amicitiam reuocaret. Venit inde in Italiam Cæsar t'renibus ab Atria Genuum deuectus; nec multò post Cæsar Bononiæ à Clemente susceptus, coronatusque est solempni pompa ipso natalis sui die, cum precibus Pontificis, Venetorumque, Franciscum Sfortiam in complexum, & gratiam recepisset reddito ei Gallia Cisalpinæ imperio, de quo tantis inuectis cladibus, omni deuastata Italia dimicant. Venerat per eos dies Solimanus ad Viennam oppugnandam, innumerabiles copias ducens: sed ea vrbe frustra vtpotè sine tormentis muralibus oppugnata, & deuastato demum Norico, Pannoniaque agro Byzantium redierat; ita vt Germanis, & Ferdinando Cæsaris fratri, qui Pannoniæ regnū armis petebat, grauiore fama, quàm exitu formidinem incussisse videretur. His enim de causis Cæsar moderato animo victoria vtus, quod ab armatis eripi nequiebat, æquitati, & precibus ab eximia magnitudine animi concessit. Profectus est demum in Germaniam, tribuitq; summam potestatem apud Neapolim Pompeio, cum Aurantius exercitibus in Hetruria præfesset. Integrum verò annum Florentini libertatem suam constantissimè defenderunt, administrante bellum Malatesta Baleono, callido, & forti duce, atque item Stephano Columna, viro vigilantis, atque impigro, qui Gallia Regis nutum, atque imperium lequi dicebatur. Binis castris vrbe obsidebant; à citeriore parte Aurantius, ab vltiore verò Vastius, interficiente Arno; erantque his in castris præter Ascanium, & Sarram ætate maiores, Camilli duo, & Martius Columnij iuuenes, cohortium, alarumque præfecti tanta militari cum laude, vt Pompeius ea sobole iam planè adulta, ac strenuè exercitata in castris, magnopere lætaretur. Cæterum vertente se anno Florentini fame domiti deditioem fecerunt, cum ipsorum auxilia, quæ ad opem ferendâ Pisis aduentabant, Aurantius in agro Pistoriensi profligasset; sed in ea tamen victoria ipse dux cecidit, vacuumque, & liberam præfecturam regni Neapolitani Pompeio reliquit. Itaque biennium in administratione rerum publicarum verlatus, eum in reddendo iure, recreandaque prouincia, & pecunijs exigendis iustitiæ, humanitatis, ac temperantiæ modum tenuit: vt cum seueritatem facilitate misceret, & recentium cladum incommoda refarciret, publicæq; egestatis, & ærarij pariter causam tueretur, singularis ei apud omnes ordines laus pararetur. Exhauserat enim Cæsar frequentibus tributis totius regni vrbes Gallico etiam bello afflictas, ipsamque Neapolim, quæ multò grauiora ab Hispanis, & Germanis, quàm ab ipsis Gallis hostibus detrimenta acceperat. Nec tamen deerant è Neapolitanis, qui priuam gratiam bono publico præferrent, & inusitata rapacitate cogendæ pecuniæ rationes inuenirent, vt ea barbari milites expleantur, qui & aliquot Campaniæ vrbes, insigniaque oppida auarè, & crudeliter diripiissent. Sed Pompeius vultu, sermone, sententia, expeditoque consilio supra quam dici possit, admirabilis, singulis rebus remedia celeriter afferebat, castigabat acriter Hispanorum arrogantiam, Neapolitanorum iuuenum insolentiam frænabat, procerum superbiam seueritate præsentis imperij ita contundeat, vt ex magistratus potestate maximè timeretur; cum priuatus in colloquio, ioco, venatione conuiuio cæteros mortales ex-

quisita, & nobili morum iucunditate superaret. Inerat enim ingenio eius fastus planè regius, cum insolenter vrgeretur; ex aduerso autem si quid molliter postularet, ciuili humanitas; adeo vt is omnium squerissimus simul, ac lenissimus haberetur. Mirificam etiam dignitatem rarissimo quodam naturæ munere in omni negotio, actioneque semper afferebat; erat enim amplo corpore, atque eo quidem animi similitudine ad decus plurimum erecto, serena fronte, viuacibus oculis, pleniore ore, eloquentia verò tanta, vt in ea cum expediret, senatoria grauitas, libertas militaris, vrba comitas, optimarum literarum, & veterum exemplorum conspersa floribus ad admirationem eminerent. Sed eo irato nihil tumidius, aut truculentius, cui tamen amici, & familiares semi horæ silentio feliciter occurrebant; adeo vt ipse deferuescente sensim iracundia, sese ratione contineri, confutarique æquo animo pateretur. Sed vbi negotium potestatis, ac imperij decus respiceret, erat egregiè constans, & inexorabilis, cum iustissimi Regis personam omnino representandam arbitraretur. Adeo vt Ioannem Contumacium, qui populi tribunus fuerat, falsi, & peculatus reum, in foro præalta in furca suspendi iusserit, cum ille ad mitiorem poenam haud dubiè in custodia seruatus, crebrò, & impudenter, vt sibi ius redderetur, tanquam insons, & iniquè detentus flagiraret. Committatus quoque est Salernitano Principi summa familiaritate sibi coniuncto, tanquam reo læsæ maiestatis, supremi imperij vim, nisi extemplo maleficum hominem ad carcerem statuisset, qui è manibus præfecti vigili in elapsus, tanquam ad asylum in domum eius perfrugerat. Annibalem quoque militem Formianum ignis poena affecit, cum impotenter, & graui quidem cum iniuria adolescentuli pudicitia vim intulisset. Detruncari etiam iussit læuam manum, (dextra ægrè impetrata) honestissimo equiti Neapolitano, & qui tum in ala Camilli fratris filij militabat, cum ex iurgio gladium in atrijs domus inalterantis caput sine vulnere distinxisset; idque vnum poenam deprecantibus amicorum precibus respondit. Ni ita fecisset, veluti alita, auctaque audacia, quæ Neapolitanorum animis in sita videretur, non defuturum, qui cubiculo ipsius ferrum inferre, & ad cædem enutrare minimè dubitaret. Seruauit tamen plurimos, cum ex seueritate legum capitis poenam meritos ad tritremes relegare esset solitus, egestati, iracundiæ, & corrupti etiam sæculi licentiæ plura omnino condonanda, ac militibus præsertim clementer indulgendum existimans. Villam non longè à maris litoribus exornat, in eaque adeo multus erat, vt sua manu agriculturæ peritissimus, & semper purpuratus arbusculas inlereret, spectanteque populo cum Neapolitanis hortorum amenitati impensè studentibus, de vario seminum genere, deque olerum nobilium, & peregrinorū florum plantatione disleret. Cæteras horas sobriusq; præsertim Musis dabat, quibus adeo oblectabatur, vt & stylum feliciter exereret: composuit enim lepidis argumentis aliquot minuta Poemata, in quibus Isabella Villamarina Salernitani Principis vxoris formam, ac delicias elegantissimè depinxit; hanc enim studiosè colebat, atque ea ingenij libertate, vt nihil vnquam turpè à castissima foemina cupiuisse testaretur. Scripsit demum grauiore consilio, laboreq; iustum volumen de Laudibus Mulierum à multis præcæ virtutis exemplis, atq; orationis iucunditate eruditorum lectione dignissimum; quod se in honorè Victoriz Columnæ gentilis suæ composuisse dicebat, cui & Paulus Iouius pari studio, ob excelsum nobilissimū, eruditissimūque ingenij virtutem, eximiamq; Christiani animi pietatem quinque libros de Vita, & Rebus Gestis Piscarij mariti ipsius, inuictissimi Ducis dicauit. Cum in publico negotio, priuatoque ocio intermissa, repetitaque ex occasione clarissimorum hospitem, venationum, aucupiorumque, & piscationum voluptate liberaliter frueretur, seq; inuidiæ procerum ex amplissima regij imperij potestate expositam conspiceret, (nam multi ex Hispanis, & Belgis ambitione, & spe quæstus ad eius præfecturæ munus aspirabant) à Clemente postulauit, vt sibi in Tusculano rusticari liceret. Respondebat Pontifex, se sincera fide erga ipsum post tantas clades in amicitiam receptum, dum vita suppeteret, inter præcipuos habiturum, modò Vrbe potius quàm rura colere, & senatorijs muneribus interesse vellet; sed Pompeius nullam suspicionem de salute superfluam ratus, nullis pignoribus, aut vadibus adduci potuit, vt ad Vrbe regrederetur. Nec multò post Cæsare è Germania ad Pannoniæ fines properate aduersus Solimanum, vt vniuersis copijs cum Rege barbaro dimicaret, Pompeius Camillum, & Martium fratrum filios cum delectis peditum cohortibus in Germaniam misit duce Vastio, qui veteranos Hispanos, & legiones Italicas ad Cæsarem perducebat. Inciditque paucos post dies in morbum ab initio contemnendum, sed qui mox occultis insidijs letalis, ac supremus fuit; vtebatur à prandio statim æstare, pariter, atque hyeme frigida potu, ardente scilicet stomacho, qui à multò calore, vel prædura cibaria perficere erat solitus. Sed vinum ineunte statim æstate niue è Samnij montibus quæ sita affatim miscebat, frustra damnantibus medicis seriod, & ioco, vti ancipitia, atque incerta sæpissimè refellebat; comederat, & biferas ficus indulgenter. Itaque vix dum paratis remedijs, permeante ad præcordia feruidæ febris veneno, ad quartum Kalendas Iulias, seu ex

alijs,

alijs, mente Iulij anni 1532. integerrimis sensibus è vita discessit; ita ut in eo festinata exitu mortis cursu, vitæ exitu intrepidus sentiret, cõmõdaretq; animum superis; nec vlla se grauiorem molestia affici diceret, quàm quod ante diem exactæ ætatis, præoccupate fato familiaribus gratus esse nequiuisset; cogeretque discedere inuitus, ex eo eruditorum, iucundissimorumque amicorum cõtu, quo se tum maximè incomparabili percepta voluptate plurimum oblectare cepisset. Aderat enim expiranti Augustinus Niphus Sueslanus è secta Aristotelis philosophorum ætate nostra celeberrimus, & plerique alij viri graues, in liberalibus disciplinis cum laude versati, qui morientem, vi patronum inexhaustæ liberalitatis, parentemq; omnium verissimis lacrymis luxerunt; intempestius enim videbatur interitus, quod nondum quinquagesimum tertium ætatis annum expleuisset. Nec defuere qui veneno sublatum suspicarentur perfidia Philippi Galli, qui ab ætatis flore, & musicæ artis petitiâ domino caris, epularum demum structor euaserat, & à Pontifice patrati sceleris præmia expetisse dicebatur; sed tum medici, & pollictores, exenterati viscera nullo veneni indicio notata retulerunt. Post obitum sepulchrum habuit in eadem Vrbe sine vlla sepulchrali inscriptione in Ecclesia Monachorum Montis Oliueti. Nec ad mortis nuncium Clemens vllum omnino lætitiæ signum vultu prætulit, quamquam à sacerdotio valde opulento, insignique inter Senatores officio ad ornandum Hippolytum Medicem et peramplam hæreditas obueniret: Verum seuerè contraxit frontem, vel ob id quod Pompeius eodem anno, mensæque, quo ipse natus, immaturè, atq; hominum opinione celerius è vita discessisset, cum præsertim tanta vis spiritus, & ea quidem aduersus morbos indomita, robusto in corpore vigere videretur; magnopere enim Clemens Pontifex ex alienis factis omnine concepto mortem timebat, cum, alioqui nihil saluti molliter indulgendo vitam contemneret. Propripit tamen in longos sermones de Pompeij moribus ex animo iudicium ferens, cum honestissimi viri, qui tum aderant, amore, vel odio mortui famam diuersis sententijs excuterent, & ipse ante omnes Pompeium ab eximij ingenij, naturæque dotibus verè magnum fuisse testaretur; sed aculeatè subiunxit Põni Annibalis exēplo, vel maximas eius viri virtutes ingentibus vitij adæquari. Appellatur enim eum nonnulli ingenio repentinum, & incõstantem, natura factiosum, ac tumidum, consilioque maximè vastum. Ego certè, inquit Iouius, qui fortè sermonibus intereram, multa ex his ad calumniam supra æquam adaucta ab inimicis arbitrabar; reuocabam item ad memoriam ferè omnia, quæ vir ille ab ineunte ætate in lorica pariter, & purpura, ad extremum vique vitæ actum strenuè, ac magnificè peregisset; ita vt ab incomparabili maximarum virtutum concursu, memorabile posteris eius nomen futurum putem; cum nemo hodie in toto diuinarum, atque humanarum rerum officio laudandum, admirandumque se offerat, vel magnitudine animi, vel personæ dignitate, vel auctoritate nominis, vel denique disciplina, splendore, fortunaque Pompeio maior, & illustrior, modò odium faceat, decedat inuidia virtutis comes; omnifq; simulas humaniter ipso saltem vitæ exitu terminetur. A Clemente die 21. Nouembris anni 1526. purpura spoliatus, post triennium, die scilicet vltima Augusti anni 1529. in pristinum gradum restitutus est. Præfuit Episcopus non modò Reatinæ, sed Interamneni in Vmbria, Catanensi, ac Montis Regalis in Sicilia; Acerrensi, Roslanensi, Aquilanz, Potentinæ, Auerfanz, & Montis Martiani in regno Neapolitano, ac Sarinensi sub Archiepiscopo Rauennate Ecclesijs. Interfuit sub Iulio II. & Leone X. Concilio Lateranensi; ambiguum tamen famosi sui nominis laudem reliquit, videri potest hic Pompeius, cum miro ingenio diuersissimi muneris partes aptissime impleuisset, & in sacra purpura mitratus, & militari in sagò galeatus non periti modò, sed affectati etiam sacerdotis ante aras, & in castris prouidentissimi, & strenui ducis officia, exequeretur. Nam ad vtrumque munus cum peramplum excelis corporis habitum, tum grauis pariter, & periuicundi oris gestum, & facundiam illustrem, quò oporteret, decentissimè transferēbat. Sed factiosa in Vrbe, aulæque Romana de se promiscuæ famæ materiam ingenijs præbuit, moribus suis impensè laudandis, aut peracerbè lacerandis, utpotè qui modò temperatis, atque illustribus vtriusque disciplinæ consilijs, modò turbulentis actionibus claresceret, quibus Clementem ab se præclaro studio ad Pontificatum prouectum ita circumuenit, & oppressit, vt Bonifacij VIII. funesta memoria renouata videretur: vnde odium valdè ingens apud multos, singularem verò gratiam apud Cæsarem promeruerit. Vir enim ingentis animi, efficacissimæque virtutis, & industriæ non iplo tantum Pompeij nomine, sed magni item cognomento dignus existimari potuit, nisi inausus Senator, & malus omnino ciuis vastata patria, & Senatui, & populo Romano apparuisset: quare de illo Iouius Iunior cecinit.


*Virtutem mirata tuam, suaque inclita facta,
Lætata est tanto Roma superba viro:
Virtutem illa eadem indoluit, suaque inclita facta,
Ingenio ciuis Roma casura sui.
Sic Patria carum Virtus te fecerat; Orbi
Illa eadem ingratum reddidit, & Patrie.
Eundem tamen laudibus extulit M. A. Casanova hoc Epigramate.*

Clacon. Vir. Pontiff. & Card. Tom. III.

*Si inspiciant populi desiderium, alta Columna
Quandocumque obeas, vixeris vna parum.
Si spectent, quotquot tu exereris, atque relictum
Ne meritum vnum illis, vixeris vna satis.
Morentur si animi, atque operum monumenta tuorum,
Dicent te nullo tempore posse mori.*

Dum esset Archiepiscopus Montis Regalis, Templum Cathedralis B. Virginis Mariæ à Guillelmo II. Siciliæ Rege erectum in multis decorauit; quare in illo adhuc extare memoriam hanc Rochus Pyrrhus in Notitia illius Ecclesiæ affirmat.

POMPEIUS CARDINALIS COLUMNA
S. R. E. VICEANCELLARIUS
ET ARCHIEPISC. MONTIS REGALIS ANNO MDXXXII.
HOC TEMPLVM
QVO PVLCRIVS ANTIQVI NON CONDIDERB REGES
EO NVNC CETERIS EXTAT DIGNVM TANTO ANTISTITE
DECORATVM.



XVIII.
SCARAMVTIA Triuultius, nobilis Mediolanensis, Comitis Ioannis Triuultij, & Maghinæ, seu Margaritæ ex Comitibus Valpergiæ filius, Iuriconsultus eruditissimus in Ticinensi gymnasio Legum disciplinam cum laude docuit. Licet enim ex primaria Mediolanensi familia natus, posteros tamen suos ne alijs itineribus, quibus ipse ad summam scientiæ gloriam peruenerat, se committerent, erudiuit, voluitque, Triuultiorum familiam, non minus scientia Legum, quàm armorum gloria cohonestari. Ex hac autem familia prodierunt Ioannes Iacobus militiæ decus, & literarum amicus; in eadem floruit Theodorus Pizighitonis, Maluij; Marchio, Cauria Comes, S. Michaelis Eques, magnus Gallicæ Marefcallus, exercituum Regum Galliarum, & Neapolis, Venetæque Reipublicæ imperator. Scaramutia igitur tum genere, tum probitate, clarus, ac summa prudentia celebris è Ticinensi cathedra à Ludouico XII. Gallorum Rege in regni Consiliarium ascitus, sapientiam non minus, quàm integritatem in præclaro munere prudentissimo Regi testatam reddidit, cuius studio sacerdotium S. Stephani à Cornu, & Comensem Ecclesiam adeptus, ingressus est ciuitatem Comensem honorifico apparatu, & comitantibus quamplurimis Mediolanensibus nobilibus, & in primis Antonio fratre Astensi Episcopo, anno reparatæ salutis 1509. 7. Idus Septembris; & postridie, qui Diuæ Mariæ Natali dicatus est, in Ecclesia maiori, magno mortalium cõtu sacrum fecit, data vniuersis omnium delictorum venia ex diplomate Iulij II. Pontificis maximi. Post aliquod tempus in Galliam reuersus, Ludouico Regi in primis carus, diuini pariter, ac humani iuris scientia, optimis moribus, & vitæ integritate, quàm publicè, & priuatim præferebat. Conflato autem contra Iulium Pontificem, Ludouico ipso indocente, Pisano Concilio, ac Mediolanum translato, exorto prouidente Schismate in Romana Ecclesia Cardinalibus transfugis non fuit, sed Iulio II. vocante Romam profectus, Lateranensi Concilio etiam sub Leone X. interfuit, in cuius monumentis Scaramuzza Cumanus sæpius appellatur.

Claconius Hier. Gaumbert. Fran. Saffouin. de Nob. Ital. Filuiccius in Elogijs m. s. t. Cabrera. Andr. Vistorell. in Addit. ad Ciacon. Felix Cætelorius in Elencho. Aubery in Vita. Panuinius de Rom. Pontificib. Stephan. Ioannin. in Monarchia Medicea. Ferdin. Vghell. in Addit. ad Ciacon. & in Ital. fac.

mitterent, erudiuit, voluitque, Triuultiorum familiam, non minus scientia Legum, quàm armorum gloria cohonestari. Ex hac autem familia prodierunt Ioannes Iacobus militiæ decus, & literarum amicus; in eadem floruit Theodorus Pizighitonis, Maluij; Marchio, Cauria Comes, S. Michaelis Eques, magnus Gallicæ Marefcallus, exercituum Regum Galliarum, & Neapolis, Venetæque Reipublicæ imperator. Scaramutia igitur tum genere, tum probitate, clarus, ac summa prudentia celebris è Ticinensi cathedra à Ludouico XII. Gallorum Rege in regni Consiliarium ascitus, sapientiam non minus, quàm integritatem in præclaro munere prudentissimo Regi testatam reddidit, cuius studio sacerdotium S. Stephani à Cornu, & Comensem Ecclesiam adeptus, ingressus est ciuitatem Comensem honorifico apparatu, & comitantibus quamplurimis Mediolanensibus nobilibus, & in primis Antonio fratre Astensi Episcopo, anno reparatæ salutis 1509. 7. Idus Septembris; & postridie, qui Diuæ Mariæ Natali dicatus est, in Ecclesia maiori, magno mortalium cõtu sacrum fecit, data vniuersis omnium delictorum venia ex diplomate Iulij II. Pontificis maximi. Post aliquod tempus in Galliam reuersus, Ludouico Regi in primis carus, diuini pariter, ac humani iuris scientia, optimis moribus, & vitæ integritate, quàm publicè, & priuatim præferebat. Conflato autem contra Iulium Pontificem, Ludouico ipso indocente, Pisano Concilio, ac Mediolanum translato, exorto prouidente Schismate in Romana Ecclesia Cardinalibus transfugis non fuit, sed Iulio II. vocante Romam profectus, Lateranensi Concilio etiam sub Leone X. interfuit, in cuius monumentis Scaramuzza Cumanus sæpius appellatur.


A Leone Presbyter Cardinalis titulo S. Cyriaci in Thermis renunciatus, à Galliarum deinde Rege regni Protector institutus, in vno quoque munere laudis punctum tulit. Rexit Episcopus præter Comensem, etiam Viennensem, ac Placentinam Ecclesiam, quam post annos tres Catalano Triuultio ex fratre nepoti resignauit. At pulsus ex Italia Gallis, Scaramutia Cardinalis Romæ agens, à Francisco Sfortia Mediolani Duce sacerdotiorum suorum redditibus spoliatus est: capto verò Francisco Rege in obsidione Papiensi, Hispani, qui bellum Gallicum confecisse videbantur, occupantes Mediolani Ducatum, in retinendis Scaramutiæ redditibus perstiterunt. Anno autem à partu Virginis 1527. bello Italico inter Cæsarem, & Clementem Pontificem, ac federatos exorto, cum Borbonij Dux, qui à Gallo defecerat, Germanorum, & Hispanorum exercitum Mediolano mouens, Romam versus duceret, Scaramutia Cardinalis, vt prudentissimus rerum exitum prælagiès, cum bona Pontificis venia sublati sarcinulis Roma discessit, & in agrum Veronensem se contulit. Ibi in Cænobio, quod vulgò *Maguzani*, seu *Magenzani* vocant, decessit 9. Augusti anno 1527. ibidemque sepultus sine vlla sepulchrali memoria.

Fuit Scaramutia proceræ quidem statura, sed gracili, oreq; macilentus, moribus facilis, vt qui ab omnibus adiri posset; nam quo tempore Comi commoratus est, nemini ianuam occlusit, allocutores sedere iussit, benignè, sapienterq; semper audiuit. Nunquam solus comedis, sed ad mensam optimos quosque tum Ecclesiastici, tum popularis ordinis è Comensibus habere voluit; conuiuia lautè, &

B b opparè

opipare more Gallico intruebat; in mensa quemlibet loqui permittebat; & si quid bonarum literarum in medium adduceretur, totis auribus admittebat: & sententiam suam proferebat; vel id ex Theologia peteretur, vel ex Historia siue sacra, siue prophana, aut Legibus ipsis, aut Mathematicis disciplinis, seu etiam linguarum varietate: quare frequentes semper habebat domi viros doctrina claros.

Ciaconius Andr. Vi- storell. & Ferdinãd. Vghel. in Addit. ad Ciacon. Aubery in Vita. Panuinius de Rom. Pontific. Felix Cõ- telor. in Elencho. Franc. Ma- ria Turrig- de Crypt. Vatican. Nomencl. Card.



XIX.
DOMINICVS Iacobatius, patritius Romanus, Christophori Iacobatij de Facelchis filius, acerrimi iudicij, & præstantissimi ingenij vir à primis annis dicendi ardorem, à pietatis studio non secreuit. Tres illi fratres, sex sorores: ex Iacobo fratre nepotes tres hæredes fuere, quorum vnus Christophorus videlicet, vti etiam Hieronymus Verallus ex sorore item nepos à Paulo III.

Cardinales creati claruere. Filia alterius sororis Martiæ viro Castanei generis nupta Io. Baptistam Castaneum genuit Septimum in Pontificatu maximo VRBANVM. In Cæsarei, & Pontificij iuris scientia Dominicus hic longè processit; Consistorialis Aulæ Aduocatus primò anno 1485. ab Innocentio VIII. deinde Romanæ Rotæ Auditor ab ipomet Innocentio 1493. renunciatus, post nonnullos annos, anno scilicet 1498. die 6. Iulij Alexandri VI. Romani Pontificis nutu, Auditorum princeps cum Dominico Brigantio eiusdem Rotæ Auditore, alijque viris doctissimis delectus, vt diceret, quodnam penitentia opus Maranis ex Lusitania Romam profectus resipiscens, & sceleta Vrbs Gubernatori, & sacri palatij Magistro Paulo Monilia ex animo fatentibus, iniungendum esset. Vaticanæ Basilicæ Canonicus anno 1503. promulgatus, Lucerinus mox Episcopus doctus Synodo Lateranensi sub Iulio II. primùm, deinde sub Leone X. interfuit: Romani gymnasij Prætor, & Pontificis Vicarius in Vrbe extitit; quæ duo deinde munera, vti etiam Lucerinâ Ecclesiam annuente Leone Andreae fratri, viro apprime docto, & pio, ac linguarum Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ peritissimo cessit. Presbyteris Cardinalibus adscriptus titulum primò S. Laurentij in Pane, & Perna ex Ciaconio; ex Contelorio verò S. Bartholomæi in Insula, quo relicto, illum S. Clementis, postea S. Apollinaris obtinuit.

Doctissimus Dominicus, primus, vt narrant alij, nobilis Iacobatiz familiar Cardinalis, à Iulio Simone sanctissimus dictus, eximij animi ornamentis emicuit, religioni addictus, pudicus, iustus, prudens, ocij osor, studiorum laudabilium amicus, Apostolicæ maiestatis, & auctoritatis cultor, in cibo, poruque frugalis, in omnes, in pauperes in primis munificus, literatorum omnium præsidium, & decus fuit. Vidisses in eo seueritatem cum hilaritate, grauitatem cum simplicitate, maiestatem cum humanitate coniunctam, virtutum concentum, eaque exempla, quæ posteritas sequi velit, quæ sibi tribui desiderasset antiquitas. Principum animis, vt ita dicam, dominabatur, huic illi suarum rerum curam apud Pontificem credebant, eorum Legati eundem sæpissimè adibant, quem ingenio, eloquentia, doctrina, probitate, auctoritate, & ea humanitate, benefaciendi ardore præstare cognoscebant, vt diceret, se diem illum perdidisse, quo aliquem sibi beneficio non deuinxisset, aditum ad se etiam infimæ fortis hominibus patere semper voluit; adeuntes eius munificentia vsuros, hilari excipiebat vultu; neminem tristem dimittebat; priscum generis splendorem eruditione, hanc morum candore, omnia insigni modestia quasi corona insigniuit. Quare Iulius Simon supra laudatus Dominicū inter doctos Patres nobilissimum, inter nobiles doctissimum, inter vtroque optimum, inter omnes modestissimum nuncupauit. Qui prandens, coenansque lectione animum oblectabat; viros doctos adesse non iniquo ferebat animo; proponebat ænigmata, & explicantes premio afficiebat. Eundem Stephanus Ioanninensis in sua Medicea Monarchia breui hoc Elogio prosecutus est, vt posterius huius Cardinalis virtutes, & in rebus gerendis prudentiam haud ignorarent. *Dominicus Iacobatius patritius Romanus, qui ob virtutes eminentissimam laudem, ac scientia sua fulgorem, ob ipsius, inquam, auctoritatis, ac doctrine perspicua decus, & præminentiam ad Cardineum honorem euectus est. Vix namque Apostolicæ sanctionis consultissimus, multiq; iudicij cordatissimus ex duodecim vnus, qui iam Apostolica Audientia in discernendo iure præficiuntur, quos vsque adeo summis iustitia nernis, atque futuris celebratum illud Audientia munus obierat; vs veram vnum iustitia clauam in iure re delendo extorserit, suoque veluti iure præripuerit.*

Præter Lucerinam Ecclesiam, Massanam, & Grossetanam in Hetruria, & Cassanam in Calabria administravit, vt Acta Consistorialia indicant. Leo Decimus Roma discedens Dominicum hunc Cardinalem, suum in ea Legatum reliquit: vide epistolam.

Leonis ad ipsum datam. Eundem Pompeius Columna Cardinalis Pontificij infulis exornare curauit in sacris Comitij, in quibus renunciatus est Clemens Septimus Romanus Pontifex. Sub quo è vita migravit Romæ ex monumentis Vaticanis die secunda Iulij anno 1527. ex Ciaconio verò, Cabrera, alijque mente Ianuarij anno 1528. ac sepultus in Æde sancti Eustachij; vt volunt alij, vbi adhuc marmorea Iacobatia insignia in principe Tribunæ loco conspiciuntur. At ego cum Carolo Carthario dicerem, Dominicum in Ecclesia sancti Triphonis conditum fuisse; nam testamentarijs tabulis Dominicum disposuisse scimus, quod ipsius cadauer in Ecclesia S. Triphonis conderetur in eodem sepulchro, in quo sui genitoris ossa collocata iacebant; quare insignia, quæ in Æde S. Eustachij extant, nõ Dominici, sed Christophori nepotis esse iudicarem. In Basilicæ Vaticanæ tabulario notatum legimus, Dominicum hunc Cardinalem sepultum in Ecclesia S. Eusebij, antiquum illud monumentum hic rescribere placet. *Dominicus Iacobatius Rom. à Pio III. per obitum Io. Baptista de Glanda Canonicus S. Petri factus die 16. Octob. 1503. possessionem est adeptus, & tenuit Canonicatum an. 13. mens. 8. dies 15. à Leone X. ob insignem iurisprudentiam, & vita integritatem ex Episcopo Lucerinæ, Rotæ Auditore, & Canon. S. Petri Cardinalis factus tit. S. Laurentij in Pane, & Perna; Andrea, & Christophoro Iacobatij in eadem Basilica Canonicis, alteri paulo ante Cardinalatum Lucerinam Ecclesiam dimisit, alteri verò Canonicatum S. Petri post adeptum pileum. Obijt sub Clem. VII. an. 1528. clarissimis doctrina sue reliquis monumentis; sepultus in Ecclesia S. Eusebij.*

Huiusce Dominici meminit Alexander VI. in suo diplomate scripto 6. Idus Octobris anno 1498. quo confirmauit sacerdotiorum erectionem, his verbis: *Ioannes Iacobi Marci civis Romanus reliquit bona sua Paulina eius nata, & in euentu, in quo decederet absque filijs legitimis, bona prædicta reliquit, vt fundarentur tres perpetua Cappellania, vna in Basilica S. Petri sub inuocatione S. Sebastiani; alia in Basilica S. Iohannis in Laterano sub inuocatione S. Laurentij martyris; & reliqua in Basilica S. Mariae Maioris sub inuocatione S. Vincentij; quas tres Cappellantias exereant Magister Dominicus de Iacobatij, & Andreas de Iacobatij Executors Testamentarij.*

- Scriptit Dominicus de Concilio, videlicet.
- De Loco Concilij.
- Ad quem spectet congregare Concilium.
- Quando sit congregandum Concilium.
- Quales debent esse interfuturi Concilio.
- An Papa habeat auctoritatem à Concilijs generalibus; & an Concilium possit restringere auctoritatem Papæ.
- An Cardinales, qui discesserunt à Papa, possint congregare Concilium.
- An Papa possit accusari de Hæresi.
- Ex quibus causis, & quomodo possit Papa deponi.
- De Appellatione à Papa ad Concilium.
- Scriptit præterea de Donatione Constantini Imperatoris; & De Vtroque Gladio in Ecclesia.



XX.
LAURENTIUS Campegius, nobilis Bononiensis, Ioannis filius, in lucem venit die 7. Nouembris anno 1472. & annos tantum natus nouemdecim Patavij, & Bononiæ ius Cæsareum incredibili auditorum admiratione, vnà cum patre Ioane Campegio, cuius opera in pretio sūt, publicè professus est. Filium habuit ex legitimo natum matrimonio Alexandrum vocatum, qui primùm Apostolicæ

Camera Clericus, & Decanus, Bononiæ deinceps Episcopus, Auenionensis Vicelegatus, tandem à Iulio III. anno nostræ salutis 1551. S. R. E. Cardinalibus adscriptus est. At Laurentius pater ex Episcopo Feltrensi, ac sacre Romanæ Rotæ Auditore abiens, Nunciij enim Apostolici munere apud Maximilianū Cæsarem tunc temporis fungebatur, à Leone renunciatus est Presbyter Cardinalis S. Thomæ in Parione, quo titulo deinde relicto, primò illum S. Anastasiæ, tum S. Mariæ Transtiberim obtinuit. Præfuit Episcopus Ecclesijs pluribus Saresburiensi scilicet, Cretensi, Parentinæ, Olfensi, Albanensi, Prænestinae, ac Sabinensi. Et proximo anno, quo Cardinalis creatus est, idem Leo Pontifex bellum Turcis imminentibus facere, aut propullare intendens, cum Legatos ad omnes Christianorum Reges sollicitandos decreuisset, Laurentium ipsum Cardinalem ad Regem Henricum excitandum in Angliam misit. Sequenti anno Laurentius communi causa apud Regem acta, ac disciplina Cleri Anglici sic temporibus postulantibus emendata, eximij ad honorem, & commodum à Rege muneribus on-

Ciaconius Carol. Sigon. de Episc. Bononiensib. Nicolaus Sander. de Schismat. Anglicano Hier. Gamsbert. Andr. Vi- storell. in Addit. ad Ciacon. Aubery in Vita. Anronius Sander. in Elogijs Cardinal. Carolus Carthar. de Aduoc. Confessor. Henricus Spodan. in Annot. Ecclesiast. Panuinius de Rom. Põficib. Ios. Maria Suerf. de Episc. Prænestina. Felix Cõ- telorius in Elencho. Nomencl. Card. Pomp. Vi- zan. in Hist. Bononien.

ratus,

ratum, Romam Saresburiensis Episcopus redijt, & Signaturæ officium tenuit. Huic quoque Clemens VII. Romanus Pontifex Ecclesiam Bononiensem detulit, atque vna Legatum in Germaniam, ad Lutheranam hæresim compellendam, quæ prioribus annis exarserat, destinavit. Quare Laurentius ex itinere Bononiam adiit, ac pridie Idus Februarij anni 1524. Vrben illam solemniter pompa iniuit; inde 16. Kalend. Martias eiusdem anni prima sacra in primaria Basilica fecit; tum ad Aedem Prædicatorum progressus sepulchrum B. Dominici Confessoris inuisit, atque Indulgentijs insignitum reliquit. Demum ad conuentum Nürimbergensem professus obuiam habuit omnes ferè Principes, ipsumque Ferdinandum Archiducem Cæsaris absentis fratrem, & Vicariũ, qui Laurentium rogarunt, ne solitis, ac solemnibus Legatorum ceremonijs vrben ingrederetur, quod multi iam è vulgo Lutheri doctrinam amplexi essent, à quibus contumelia potius, quàm reuerentia deferri posset; insignibus igitur depositis, communi vestitu ingressus est. Cum autem in consensu perorasset nomine Pontificis contra sectam Lutheranam, & vt sententia Leonis X. ac decretum Cæsaris Vuormatiæ promulgatum executioni mandaretur, petijtset, pariterque Orator Cæsaris ex Hispania missus eius nomine quæstus fuisset, quod id hætenus actum non esset; nihilominus distractis iam Principum, & ordinum animis in diuersas religionis opiniones, haud quid aliud factum est, quàm vt decerneretur, agendum esse cum Pontifice, Cæsaris, & omnium ordinum nomine, vt quam primum fieri posset, in Germania liberum, & generale Concilium indiceret, cuius auctoritate definirentur omnia de religione controuersa. Post soluta Comitria Nürimbergenfis Ferdinandus Archidux, & Campegius Legatus operæ precium rati, si conuenirent separatim Principes quidam, & Episcopi, quorum sincerus esset in fidem Catholicam affectus conuentu Ratisbonæ habito circum festum S. Ioannis Baptiste anni 1524. cui præter Ferdinandum, & Legatum interfuerunt Cardinalis Archiepiscopus Saltsburgensis, Ducis Buarie fratres, Episcopi Ratisbonensis, ac Tridentinus, & Legati quorundam aliorum, facto quodam inter se fœdere, die sexta Iulij nonnulla saluberrimè decreuerunt pro executione Edicti Vuormatiensis, conseruatione rituum pristinatorum in administratione Sacramentorum, repulsionem illorum, qui in studijs Hæreticorum literis operam darent, ab omnibus beneficijs. Vtque acceptior esset apud omnes conuentus iste, cunctisque intelligerent, quàm Pontificis, & Legati animis, morum Cleri reformatio, de quorum corruptione Lutherani conquerebantur, inhæretet, promulgauit nonis Iulij Campegius Legatus comprobatis ceteris, qui aderant, amplam Constitutionem triginta septem capita complectentem pro Cleri Germanici reformatione, & multorum abusuum remotione, quibus spes etiam fieret cæterorum quoque, ac præcipuè Romanæ Curie reformationis.

Inde Romam reuersus, triennio post Vrbe ab exercitu Caroli Cæsaris capta, ipse quoque in arce cum Pontifice Clemente oblectus est; demum compositis rebus, anno 1528. in Angliam iterum Legatus ad concordiam inter Regem, ac Reginam conciliandam est destinatus. Tum iterum Bononiam ex itinere se conferens, ex Pontificis decreto Sorores S. Mariæ ad Pulchellas sub regula S. Augustini indecorè viuentes inde remouit, ac loco earum puellas aliquot S. Marthæ locauit, & legibus ordinis S. Claræ astrinxit, ac S. Marthæ, & S. Bernardini nomine insigniuit. Nonis Octobris anni suprascripti 1528. Londinum ingressus, cum à Rege benignè receptus eum à concordia alienum reperisset, per occultos Nuncios Reginam hortatus, vt religionem aliquam spontè ingrederetur, vitæ saltem tuendæ causâ, illam intrepidè respondentem habuit, sibi constitutum esse, matrimonium suum, quod Ecclesia Romana legitimum semel iudicasset, constantissimè tueri; nec illos recipere iudices, qui per aperta mendacia potius à Rege extorti, quàm à Pontifice dati fuissent. Quæ cum Campegius Pontifici renunciaisset, ac Regem magnopere instare, vt causâ absolueretur, dissimulante rem Pontifice, nec aliud quàm dilationes querente, ad octo ferè menses, nimirum ad finem Maij anni 1529. à causæ cognitione cessatum est. Addit tamen, sed temerè Guicciardinus, cui alij ad hærent Pontificem Campegio Diploma, seu Bullam secretò confectam dedisse, qua matrimonium nullum esse pronunciauit, cum mandato tamen, vt eam quidem occultè Regi, & Voltero ostenderet, verum tempus, quantum posset, protraheret; nec sententiam ferret, priusquam nouum mandatum accepisset, quoniam Pontificis intererat negocium trahi, donec se contra Cæsaris iram satis munisset. Id Campegium fecisse, ac postea Bullam in ignem coniecisse, & à Pontifice vocatum rem imperfectam reliquisse, & Romam redijisse addunt. Hanc Guicciardini, aliorumque sententiam reicit Cardinalis Pallauicinus in Historia Concilij Tridentini, & meritò, nam ex literis Campegio Legato datis, annis 1528. 1529. & 1531. Clementis Pontificis nomine à Ioanne Baptista Sæga, de Regis, ac Reginæ diuortio manifestè apparet, Clementem nunquam Legato Diploma à Guicciardino inuentum, dedisse. Carolum deinde V. Cæsarem Bononiæ coronatũ, inde illum abeuntem anno 1530. Laurentius ad res Germanicas cõponendas profectus est: ad Curiam deinde reuersus, Pauli III. Comitij interfuit, à quo quintò Legatus sanctæ sedis ad Concilium Viceantię inchoan-

atum missus, & anno 1539. Episcopi Prænestini iam dignitatem adeptus, 14. seu 8. Kal. Augusti eiusdem anni Romæ, diem obiit, ac sepultus in Aede S. Mariæ Trãstiberim hoc habuit epitaphium.

LAURENTII Tituli Sanctæ Mariæ Trãstiberim Patris: Et ALEXANDRI S. Lucie in Silice Filij ex legitimo Matrimonio ante Sacerdotium suscepti Ex nobili CAMPEGIORVM Bononiensium familia S. R. E. Cardinalium ossa ex eminenti loco Anno salutis M D LXXI. Hæc translata in unum requiescunt.

Sed Laurentij ossa in patriam relata in Ecclesia S. S. Bernardini, & Marthæ, quam à fundamentis exererat, humata fuerunt, vt aliqui scribunt, in qua Ecclesia adhuc marmorea hæc inscriptio visitur.

D. O. M. LAURENTIUS CAMPEGIVS HVIVS CIVITATIS ANTISTES S. R. E. EPISCOPVS CARDINALIS SACRIS VIRGINIBVS SS. BERNARDINI ET MARTHÆ SACRAS HAS AEDES CVLTV CONCESSIT ET INSTAVRAVIT ANNO DOM. MDXXVI.

Scripsit Laurentius aduersus sui temporis Hæreticos quædam, vt auctor est Sandærus.


Reformationem item Cleri Germaniæ tomo Cõciliorum quinto insertam.

Epistolas ad diuersos, quarum viginti editæ sunt in lucem.

Inter Sadoleti literas sunt nonnullæ ad Laurentium datæ.

Legatum de Latere apud Hungaros, Polonos, Boemos, & Alemannos fuisse Laurentium colligi potest ex Actis Consistorialibus anni 1525.

Gens Campegia prisca nobilitate clarissima stemma argenteis anchoris ornatum gerit, ab eo tempore, quo maris imperium, ethnicis piraticam exercentibus eiectis, ab Vgolino Campegio Pisanæ classis imperatore, tranquillitati redditum est. Hic enim primus è sua familia argenteis hæc anchoris, ex hostium spolijs confectis, vltus est. In scutaria parma huiusce Cardinalis, hæc olim desiderabantur, nos nobilissimæ familiæ illas modò reddidimus.



XXI.

LVDVICVS de Borbonio, Gallus, Regio sanguine nobilis, Francisci Vindocinensis vltimi Comititis, qui comitatus est Carolum VIII. in expeditione Neapolitana, & decessit Vercellis post prælium de Fornoue, & Mariæ Luxemburgicæ S. Pauli Comitissæ, quæ dicta est Mater pauperum, & Religiosorum, necnon vidua per annos vnum, & quinquaginta permansit, tertius, seu vt alij volunt, quartus, seu vt alij volunt, quartus, seu vt alij volunt, quartus filius, natus die secunda Ianuarij, anno 1493. in vrbe Hamo Picardiæ, frater Caroli Borbonij primi Ducis Vindocinensis, & Francisci Borbonij Comititis à S. Paulo, susceptus è sacro fonte à Ludouico Borbonio Principe Rupis ad Ionam, & Guillelmo Marasino Nouiomenfi Præfule. Postea adhuc puer clericali donatus est tonsura à Georgio de Ambosia Cardinale; maior factus doctoribus in Regia Nauarræ traditus, in literis ita institutus, vt famam expectatio, expectationem admiratio, admirationem exitus superaret. Primo Antistes Laudunensis Ecclesiæ cum nondũ decimum octauum ætatis annum attigisset, renunciatus, multos deinde Episcopatus administravit, in Gallia Trecentem, Lucionensem, & Cenomanensem. Multis quoque Cœnobijs Archimandrita præfuit, nimirum S. Corneli Compensiensis; Diuæ Mariæ à Columbisdioecesis Carnotensis; & Diui Dionysij Parisiensis; S. Leonardi de Ferrarijs; S. Faronis Meldensis; S. Amandi; & S. Sergij, & Bacchi Andegauensis. Presbyteris Cardinalibus titulo S. Syluestri, & Martini in montibus, alijs Equitij absens ab Vrbe adscriptus, pileum accepit in Cœnobio S. Vincentij, & Laudunum ingressus comitantibus Rhemenfi Archiepiscopo, Catalaunensi, Suesionensi, Ambianensi, Bellouacensi, & Nouiomenfi Episcopis. Interfuit Conuentui Principum, & Magistratum Galliæ Lutetiæ à Francisco Primo Rege celebrato, in quo primum obtinuit locum post Apostolicæ sedis Legatum. Parisijs iuxta Luparæ palatium ædes extruxit magnificentissimas, nuncupatas vulgò Borbonias, Regibus excipiendis opportunas. Mortuo Antonio Cardinale à Prato Archipræsule Senonensi, eandem sedem obtinuit Ludouicus Cardinalis tertio Kalèd. Ianuarij anno 1536. & factus Galliarum, & Germaniæ Primas, ædes Episcopales Ecclesiæ Senonensis amplificauit. Apud Brinonem, ac Villamnouam Pontificiæ toparchias ditioris ædes magnifico sumpto construxit, & Ecclesiæ gazophylacium præciosâ suppellectili decorauit. Sorboniæ domus Prouisor salutatus respondit; Compos factus sum uosorum meorum, uir T heo-

Ciaconius Andr. Viorell. in Addit. ad Ciacoa. Petr. Frizon. in Gall. Purpurata. Io. Chenu de Episc. Laudun. Felix Cœtelor. in Elencho. Petrus Abellus, & Nicol. Sæmarthan. in Gallia Christian. Hilariou. de Coste in Elogijs Ferdinad. Vghel. in Addit. ad Ciacoa. Iacobus Doublet. in Histor. Monast. S. Dionysij. Sceuola, & Ludou. Sammarthan. in Hist. genealog. Domus Franciæ. Aubery in Vita. Panuinius de Rom. Pontific.


Logi; quid habeo aliud Deum immortalem precari, quam ut hunc confessum vestrum ad vitam usque diem visa mihi perferre liceat.

Magdalenam Valesiam Francisco Primo genitam pridie Kalend. Ianuarij ipse Cardinalis coniunxit matrimonio cum Iacobo Scotiae Rege, celebrato in pontificalibus Missae sacrificio in D. Mariae Parisiensis Templo. Franciscum Henrici II. Regis primogenitum, postea Regem Galliae huius nominis Secundum, aqua sacri baptismatis Fontablaei anno 1546. tinxit. Exequias Francisci Magni in Sandionysiana Basilica celebravit anno 1547. Ccenobij Sandionysiani priuilegia confirmauit, quae ut in suo robore perseverarent, illibataque permanerent; literas scripsit, quas perpetuo in scrinijs eiusdem Monasterij iussit asseruari. Catharinam Mediceam Franciae Reginam die decima Iunij anno 1549. apud S. Dionysium coronauit; SS. Syluestri, & Martini in montibus titulo relicto, illum S. Sabinae cum S. R. E. Archipresbyteratu obtinuit: Episcopatum deinde Praenestinum rexit: Comitij electionis Pauli III. interfuit. Assumitur quoque ab Henrico II. anno 1552. exercitus Generalis, quo Picardiam contra hostium conatus egregie defendit; & eiusdem Henrici II. nomine sponsorem egit in baptismo Henrici Nauarraei tunc Ducis Bellimontis, postea Franciae Regis huius nominis Quarti. In Ducatu Sabaudiae Legatione sedis Apostolicae nomine functus est: ante obitum religionam sui corporis sepulturae Carolo de Rouffy, & Antonio des Fossez, quos semper habuerat carissimos, commendauit. Demum alijs gestis clarissimus Princeps, qui sanctis moribus ornatus, Catholicae religionis decus merito appellari promeruit, ad Deum migravit Lutetiae die Veneris, decima, seu vndecima Martij anno 1556. in aedibus Borbonijs, natus annos sexaginta tres, quorum triginta octo in sacra purpura duxerat: alij Lauduni defunctum scribunt die 13. Maij anno 1557. corpus sicuti mandauerat, in Ecclesiae Laudunensis choro ante reliquias Sanctorum, sine sepulchrali inscriptione tumulatur; cor vero in Templum Sandionysianum delatum, vbi Cardinalis effigies genibus flexis super epistylum nigri marmoris, columna Porphyreticae, cuius basi est insculptum cor cum insignibus. Petrus Gemellus insignis illius xui Orator in eius funere perorauit: nonnullas huiusce Cardinalis laudes Ianus Vitalis puro Epigrammate transmisit ad posteros.

Pergama dum peterent Danae fatalia Reges Iungeret, & vires Graecia tota suas: Non omnes Laertiada, non fortis Achillis Virtute illustris, nec Diomedes erant. Fulminis hic instar palantes fuderat hostes Hic Palamedea nobilis arte fuit. Fortis consilio, fortis ratione sagaci Ante alios senior non nisi Nestor erat. Nestor consilijs, armis pugnabat Achilles, Consilijs Nestor plus metuendus erat. Sic Romanus habet merito Ludouice Senatus Nestora, res magna te suadente, suum. Et quamuis virtute vales, & lumine claro Sanguinis illustras nobilioris Auos; Religio tamen insignes superaddit honores; Teque vocat Patrem Gallia tota summ.


Ob suum in beatam semper virginem Mariam affectum, honestissimo exarsit desiderio, vt ea quae à pijs, doctisque viris in eiusdem Deiparae laudem conscripta in Bibliothecis M. SS. latebant, per Typos in aliorum commodum, ac lucrum publicarentur. Vnde in causa fuit, vt contemplatio melliflua super Sabae Reginae: seu eiusdem Cantici eloquentissima, pijsissima, ac planè aurea Paraphrasis auctore Magistro Martino à Magistris Theologo Parisiensis excellentissimo, Parisijs anno 1519. excuderetur.

Scripsit Epistolas nonnullas, quarum aliquas edidit Andreas Saussay in suo de Mysticis Galliae Scriptoribus Tractu.



Ciaconius Felix Cotelor. in as Elencho Aubery in Vita. Panuinius de Rom. Pontificib.

XXII. HADRIANVS Florentius, natione Belga, patria Traiectensis, ex Episcopo Dertulensi, renunciatus est, instante Carolo Quinto Imperatore, Presbyter Cardinalis sanctorum Ioannis, & Pauli, tituli Pammachij, qui postea Hadrianus Papa VI. fuit; de quo in eius Vita plura narrabimus.



XXIII.

FERDINANDVS Pözzetus, seu Pözzetus, vel Puccetus, què Neapolit. Historici, & qui de viris illustribus eiusdem ciuitatis scripserunt, suum vendicant; quemadmodum, & Florentini suum faciunt ciuem. Pro Florentinis enim Ferdinandus Vghellius hæc scribit: vidi ego Florentiae in publico Reformationum Archiuo librum, quem Prioritatum vocant, in quo qui pro tempore Magistratum in Re-

publica gerebant, illorum nomina inscribebantur; ibi enim hæc memoria anno 1517. Iulio mensè postteris mandata est. Tempore suprascripti Magistratus Sanctissimus D. Pontifex Leo X. triginta, & vnum Cardinales vna promotione elegerit; inter quos fuerunt Florentini ciues infra scripti omnes. D. Nicolaus de Pandolphinis Episcopus Pistoriensis; D. Nicolaus de Ridolphis; D. Ferdinandus de Ponzettis Episcopus Melphitensis; & D. Syluius de Cortonio S. D. P. Datarius. In patrem habuit Ferdinandus Franciscum Lippi filium, qui suae gentis è Neapoli primus Florentiae natus est anno reparatae salutis 1444. & ibidem inter ciues ascitus suam protexit familiam: patria igitur Florentinum è vetustissima Ponzetorum. Parthenopea familia oriundum Ferdinandum agnosces Lector, id enim expresse innuit monumentum ab ipso Romae in Ecclesia S. Mariae de Pace pro sua familia positum, quod sic se habet.

VETVSTISSIMAE PONZETORVM FAMILIAE PARTHENOPEAE ROMAE OBITVRÆ FERDINANDVS QVIETI ANIMARVM PROSPICIENS HOC MONVMENTVM POSVIT SOLEMNESQVE LVSTRATIONES INSTVIT AN. SAL. MDVIII.

Tum aliud ibidem.

BEATRICE ET LAVINIAE PONZETTI INDOLIS FESTIVITATISQVE ADMIRANDAE QVAS NEAPOLIS TVLIT ROMA PROBE EDVCAVIT PESTILENTIA QVÆ DESVLSSE FEREBATVR VNA DIE ABSVMPSIT VIXER HÆC VI ILLA ANN. VIII FERDINANDVS PATRVVS APOSTOLICI FISCO VII VIR DECANVS MAGNO SOLATIO SPEQVE ORBATVS DELITIIS ANIMVLSQVE VI MOERENS POSVIT V. K. DECEMBR. MDV.

Hic igitur Ferdinandus vir ingenio clarus, doctrina, & philosophandi praereminentia celeberrimus, & in euoluendis omni genere professionis auctoribus consummatissimus: à puero Medicinæ operam dedit, & in Curia Romana moratus, per gradus tandem ad supremi Ordinis dignitatem peruenit. Prius enim Fisci Apostolici septemuir creatus, inde Camerae item Apostolicae Clericus, Praesidens, & Decanus, tum Thesaurarius, ac Episcopus non Amalphitanus, sed Melphitensis, (Melpheta, seu Malfatta, vel Morfetta Apuliæ vrbs est) demum annum agens ætatis 80. Presbyter Cardinalis titulo S. Pancratij renunciatus, Grosletanâ in Hetruria Ecclesiam administravit post Raphaelis Petruccij infelicissimam mortem. Cumq; Leo X. Pontificia corona donatus ad Lateranum pergeret, numeros in populi bonum per vias effudit. Sub hoc Episcopo ciuitas Melphitensis ab Odetto de Foix, Lautrecchio nuncupato, Fracisci Gallorum Regis inuictissimo duce, ingenti ciuium suorum miserabili clade deuastata, ac penè diruta est.

Romae in viuus esse desijt die secunda Septembris anno 1527. ex Contelorio, atque ex sepulchrali inscriptione; seu ex Ciaconio mensè Martij anni 1528. & sepultus in Templo S. Mariae de Pace, in quo sanctae Brigittae sacellum à fundamentis extruxerat, cum hoc Epitaphio.

Deposito Viri omnium disciplinarum, omniumque actionum humanarum, quae singularem, & corporis, & animi veram felicitatem mortalibus parere solent, refertissimi, FERDINANDI PONZETTI S. R. E. Presbyteri Cardinalis Tituli S. Pancratij, qui die 11. Septembris MDCXXVII. obiit, videtur scilicet vitam hominis... cxx. Annorum, ni sacram direptionem vidisset. Iacobus Ponzettus Episcopus Melphitanus Nepos lacrymans posuit.

In Ecclesia S. Mariae de Pace in S. Brigittae honorem sacellum construxerat, vt hæ notæ aureæ in eiusdem sacelli arcu exaratae indicant FERDINANDVS PONZETTVS CAM. AP. PRÆSIDENS ET DECANVS D. BRIGIDÆ NERITIAE.

Scriptit

Ciaconius Hier. Garimbert. Stephan. Ioaninell. in Monarchia Medicea. Lazar. Caralini. d. c. d. Episcop. Melphit. Aubery in Vita. Panuinius de Rom. Pontific. Scipio Ammirat. in Histor. Florent. Nomesel. Card. Andr. Viorelli. in Addit. ad Ciaccon.

Scriptit de Sacramentis ad Hadrianum VI. Pontificem.
De Venenis ad Augustinum Niphum libros tres.
De Physica volumen vnum.
De Origine Animæ.
De Philosophia Naturali libros sex, quos Romæ edidit Iacobus Mazochius anno 1520.

Virum hunc omni laude memorandū, auaritiæ vitio, hominum illius æui opinio notauit; hic enim irrequieto animo plures, & inuidiosas opes congeisit, quas in communi Romana clade sub Borbonio amisit; quam ipse planè insignem iacturam a fino impositus à militibus, ac circumuectus purpuratæ dignitatis ludibrio cumulatam ita condoluit, vt paulò post ex mœtore animi decesserit.

XXIV.

ALOYSIVS Rolsius, seu de Rubeis, Florentinus, ex Leone octo equite nobili, & clarissimo ciuie patre, & ex Leonis X. Pontificis maximi sorore natus Florentiæ anno, non vt vult Cabrera, & Ciaconius 1479. sed anno 1474. vt eiusdem familiae de Rubeis monumeta testantur. A puero cū ipso Leone educatus, in literarum studijs apprime eruditus, & ob singularem in rebus gerendis dexteritatem semper



adamatus est; quem in aduersis, & prosperis fidissimum comitem cum inuenisset idem Leo, ex Protonotario Apostolico ad Cardineam dignitatem, titulo S. Clementis alciuit, ac Datarie præfecit. Parum superuixit post adeptam purpuram, extrema enim clausit Romæ in Apostolico palatio die Veneris 20. Augusti ex monumentis Vaticanis, seu ex Ciaconio, atque ex sepulchrali inscriptione die 20. Iulij anno 1519. cum annum ageret quadragesimum quintum, & ad S. Petrum sine vlla funebri pompa sepultus cum sequenti sepulchrali inscriptione à Leone ipso Rom. Pontifice posita.

ALOYSIO vetustissima, ac nobilissima ROSSIORVM Florentiæ familie orto, ob eius in Mediceam familiam affinitatem, fidem, & obseruantiam, LEONI X. Pont. Maximo, apprime grato, ob eius ingentes animi, corporisque dotes in Cardineum Senatuum adscito; & mox cum totius Romana Curia luctu immatura morte preempto, idem LEO X. Pont. Max. temporaneum monumentum, donec in patriam sepulchro tanto viro digno tumulandus portaretur, fieri fecit.

Obijt Anno Domini MDXIX. Mens. Augusti die xx.

Inde corpus delatum est Florentiam, vt volunt aliqui, & in Ecclesia S. Felicis, in magnifico tumulo marmoreo à gentilibus extracto, qui breui hac inscriptione eius decorarunt memoriam.

D. O. M. ALOYSIO ROSSO CARDINALI PII GENTILIS HOC MERITIS NEC SATIS POSVERE. VIXIT ANN. XLV. OBIIT ANN. MDXIX.

In hunc alioqui virum præstantissimum satyrico potius stylo, & sine causa inuectus est Hieronymus Garimbertus, eundemque vti ad vitia plura procliuem, atque impudicitia notatum vsque ad obitum, suis scriptis vulgavit: quem tamen virum ingenij perspicacem, acuti iudicij, & in omnibus liberalem Florentina monumenta testantur.

XXV.

FRANCISCVS Armellinus, natione Italus, patria Perusinus, seu, vt alij volunt, è Fossato, oppido dicecis Nucerinæ, Benuenti Pantalissi, ac N. Armellinæ filius, in Mediceorum familiam à Leone ascitus; vnde dictus est Franciscus Armellinus Medices; matris agnomen, relicto paterno desumpsit à patruo, apud què Perusiæ educatus, & cuius postea hæres institutus. Hic ex Protonotario Apostolico Clericus primò Cameræ, deinde Presbyter Cardinalis titulo S. Marci, seu S. Callisti, & S. Mariæ Translyberim renunciatum, Legati in Piceno, & in Vmbria, S. R. E. Camerarij, & ob priuatum Pompeij Cardinalis Columnæ Prouicecancellarij munere, perfunctus est; præfuitque Archiepiscopus Tarentinæ, & Episcopus Hieracensis, & Oppidenis Ecclesijs in regno Neapolitano.



A Vti nimis in diuitiarum cupiditate acculatur à Garimberto; at opes multas quas toto suæ vitæ spatio collegerat, vnico die propè ablatas agnouit, & doluit in lacrymabili Vrbs direptione sub Clemente VII. & in Hadriani mole, ad quam cum eodem Clemente se receperat, è vita migravit mense Septembri anno Christi 1527. ætatis quinquagesimo octauo: cadauer priuato funere tumulatum in Æde S. Mariæ Translyberim cum hoc Epitaphio.

Francisco Armellino Perusino Tituli S. Marci, post S. Callisti Presbytero Cardin. S. R. E. Camerario, Marchiæ Legato, Viro indefesso, & ingenij supra hominem acris: Qui vixit annos LVII. Mens. III. Dies XII. Obijt mense Octobris MDXXVII. Marcus Antonius, & Innocentius Affines posuerunt.

Viuens sepulchrum sibi in eadem Ecclesia erexerat; cui hoc postea Epitaphium inscribere.

Franciscus Armellinus Medices Perusinus Tit. S. Callisti, & S. Mariæ Translyberim Cardinalis S. R. E. Camerarius, Piceni Legat. Perusiæ, Vmbria Prolegat. Ac Hieracen. & Oppiden. Episcopus. ac Tarentin. Archiepiscop. Leonis X. & Clementis VII. Pont. Medicorū fratrum munificentia Fortunis & dignitatum titulis auctus. Fluxam vitæ mortalium imbecillitatem, Et verum incertas vices intuitus, Ne non parato Dominus superueniret, Virens, & vigilans domum hanc sibi munuit Anno M. D. II.

Alij cum Contelorio ex Diarijs incerti auctoris dicunt decessisse Viterbij die 8. Ianuarij anno 1528. Bona huiusce Cardinalis, quæ extra Vrbe erant 200. aureorum millibus æstimata, Clementis iussu spoliolorum nomine Pötificio ærario post illius obitū attributa.

Monumenta Ecclesiæ Hieracensis virum omni eruditione, ac pietatis laude clarissimum Franciscum Armellinum vocant; insuper eundem oculatissimum, ac in Apostolicis rebus obeundis solertia, prudentiaque conspicuum nominauit Stephanus Ioanninensis in sua Monarchia Medicea.

XXVI.



MAG. FR. THOMAS ex familia Viorum, seu de Vio, non ignobili Caietæ in Latij vrbe, celebri, & peruetusta originem duxit; vir fuit facie subnigra, sed honesta, pusilla statura, ingenti animo, felicissima memoria, & ingenio maximo; adeo vt inter omnes sui temporis literarum, proceres heros maximus, & ornamentum censeretur. Hic Francisci, & Isabettæ de Siero filius fuit, cuius mater cum verum ferret, in somnis pater quandam dicentem audiuit. *Nascetur tibi filius, cui Iacobus nomen erit; hic erit magnus in Ecclesia Dei;* quod pater nunquam retulit, nisi moriturus. Hunc quoque à Diuo Thoma Aquinate edoceri, & in cælum ferri Elisabeth mater per quietem vidit, vt scriptum reliquit Ioannes Baptista Flauius in vitametro descriptis, his versibus.

Qua visa in somnis mater Diuus adeste Thomas in somnis visus Aquinas Qui puero rudimenta daret, moreque doceret, Et tandem in Cælum Sanctis gestaret in vlnis.

Anno igitur reparatæ salutis 1470. die, quo Diui Iacobi natalitia celebrantur, sub Ferdinando I. Rege, & Paulo II. Romano Pontifice natus est; cui Iacobi nomen parentes indidere. Puer quasi Diui Thomæ Aquinatis, cuius maximus sectator fuerat, vestigia imitatus, doctores ediscendo in admirationem attulit: namque ingenio, moribus, literas æquales anteibat, puerilia odebat, voluptates aspernabatur, Templâ frequentabat. Adolescentulus pijs sermonibus delectatus, à coniugio à parentibus cupito alienus, virginis voto se obstrinxit; & quindecim, seu sexdecim natus annos Dominicanæ religioni addictus in Cœnobium, quod fratres è Longobardiæ Prouincia Caietæ incolebant, se abdidit. Multis eum illecebris parentes allicere conati sunt, vt ab eo sanctitatis cursu reuocarent; sed fratres extra Cœnobium clam subductū cymba aduectū Neapolim in Diui Dominici miserunt; vbi aliquot conuocatus annis, innox Patauium, Ticinum, aliaque studiorum loca peragravit; vt vigesimum secundum agens annum, doctissimus in Philosophiæ, ac Theologiæ disciplinis euaserit, tantique ingenij, vt omnes suæ ætatis doctos viros disceptando superaret. Iuuenis adhuc, dum Prædicatores fratres conuentum Ferrariæ de more celebrarent, in publica literarum concertatione, cum Pico Mirandulano homine doctissimo congressus spectantibus Ferrariæ Duce, totoque Ferrariensium senatu magno cum omnium applau-

Ciaconius Io. Bapt. Flauius in Orat. funebri, & in Vita eius. Ant. Sand. in Elog. Cardin. Andr. Vi. Storell. in Addit. ad Ciacon. Paninius de Rom. Pontificib. Hipp. Mar. rac. in as. Purpura, & in Bibl. Mariana. Henricus Spondan. in Annal. Ecclesiast. Aubery in Vita. Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciacon. & in Ital. sacra. Chron. Do. minican. Sixtus Senensis in Biblioth. Francisc. Guicciard. in Histor. Rocchus Pirrh. in Not. Eccl. Siciliens. Felix Contelior. in Eleucho.

Ciaconius Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciacon. in Histor. Florent. Aubery in Vita. Scip. Am. in Hist. Florent. Paninius de Rom. Pontificib. Paris de. in Graffis in Datis. Felis Ciaconius in Eleucho.

Ciaconius Flauius in Elogijs in s. s. Andr. Vi. Storell. in Addit. ad Ciacon. Aubery in Vita. Sponescl. Cast. Paninius de Rom. Pontific. Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciacon.

Nomencl. Card. lo. Rhò in Hist. Var. Virtut.

su, ipsoque Pico postulante, palam insignibus, ac titulo doctoris à supremo ordinis Magistro ornatus fuit. Deinde ab Oliuero Cardinali Carafa ordinis Protectore Romam accersitus, publicè Philosophiam professus est; à quo etiam ordinis Procurator generalis, & Vicarius effectus, ita se gessit, vt non minus in literis, quam in administrandis religionis rebus excelleret. In Romano Gymnasio Philosophiæ, & sacris literis enodandis Præfectus, cum ad trigessimum octauum ætatis annum peruenisset, sedente Iulio I. Pontifice, qua tempestate à Ludouico Rege Concilium Pisanum in Schismate fuit indictum; Caietanus scripto libro de Potestate Pontificis, tantum Romanæ fuit Ecclesiæ; vt Conciliabulum illud fuisse, existimandum censuerit; & ad Concilium Lateranense Romæ celebrandum Pontificem fuerit cohortatus. Magister generalis suum ordinem per decennium rexit, quo in munere, prudentiæ, diligentiæ, charitatis, iustitiæ, religionis, sanctitatis, atque æstantis animi zelo documenta illustria dedit; alterum S. Dominicum ordini præsidere nonnulli illius æui affirmarunt. Caietani nomine nullum in Vrbe clarius; Iulius I. eum purpuræ destinauerat; sed morte præuentus hanc successori laudem reliquit: Leo igitur Romanus Pontifex, vt operosius literariam frugè, ac summam religionis, & maiestatis sanctitatem extolleret, plures supremi ordinis Antistes præcipua religionis sanctitate redimitos, ac scientiarum omnium eminentia celebres, omnique prorsus doctrinæ fulgore mancipatos inter purpuratos Patres cooptauit inter quos, vnus Thomas, sed præter illius expectationem, vt ipse de se testatur. At priorè viuendi rationè tantum dignitatis fastigium non immutauit: etenim eo semper fuit animo vir integerrimus, vt pauper viueret, & moreretur: immensa semper vulgaribus vsus est cibus, atq; his ipsis parcissimè; adeoque victus frugaliter erat, vt propè nullus esset: sincerus erga pietatem, & Christianam religionem, quam semper summo studio, nullog; supercilio tum præstitit, tum docuit. Thomas igitur Presb. Cardinalis titulo S. Sixti primò, mox, vt scribunt aliqui, S. Prædix, ad Maximilianum Imperatorem Legatus de Latere, Martini Lutheri falsam doctrinam confutaturus est missus. Cum illuc peruenisset, Martinum, cuius saluti consulere optabat, iussit accersiri; accessit ille, sed furenti similis, cum vel Legati maiestas, vel scelerum conscientia eum consterneret, ad eius pedes flexis poplitibus constitit. Cardinalis hominem suauis monens oratione, & ad resipiscentiam incendens, poenitenti, editosq; libros Apostolicæ sedis iudicio subijcanti veniam spondit; omnia Martinus facturum se spondit. At re in alterum diem dilata, vel potentium aura fretus, vel impiorum consilijs deceptus, à sententia discessit; ac stipatus satellitibus rediens, superbia, & barbaro furoris tumidus, quæ verbis, vel scriptis docuisset, non ea esse, quæ emendari vellet, impudentissimè dixit. Monitus iterum à Legato, & reprehensus, elleboro non curandus discessit, & appellatione ad Pontificem interiecit, & clam Augusta se subducens curauit, eam affigi palam in locis publicis ad concitandam maiorem in populo contra Pontificem, & Cardinali inuidiam. Cardinali tamen literas posthæc scribens blâdissimas, gratias egit de exhibitâ in se clementia, & prouocandi necessitatem excusauit, culpam agnoscens nimis suæ vehementiæ, & irreuerentiæ in ipsum, & Pontificem. Apud alios nihilominus, vt erat versipellis, & verbis, & scriptis fœdè in eundem Cardinalem debacchatus, tyrannidis, superbiæ, infidelitatis, & ignorantie accusauit; atque ad summum Pontificem scribens, omnem culpam in eius imprudentiam, ac tyrannidem refudit: quæ factum esset, vt tranquillitas minimè restitueretur, & causa, quæ optimo loco erat, multò peior fieret, adeo vt quicquid postmodum secutum esset, aut potè sequeretur, ei foret imputandum. Quare cum nec precibus, validisque rationibus, nec summi Pontificis, ac Imperatoris, aliorumque Christianorum Principum viribus immanem illam belluam ad sanitatem reuocare minimè posset; re infecta Romam redijt; vbi à Pontifice palatium S. Mariæ in Via lata accepit; & Archiepiscopatu Panormitano insignitus est. A Carolo V. Episcopus Caietanus nominatus, vt suæ patriæ animabus gubernandis incumberet. Designatus est Archiepiscopus Panormitanus à Leone, quod Romæ apud Pontificem decessisset Franciscus Remolinus Panormitanus Antistes, sed Præfulem talem respuit regius senatus Siculus, quòd ad Iuspatronatus regium pertinere Archiepiscopatum Panormitanum contenderent; quare Thomas nunquam Ecclesiæ illius possessionem habuit.

Mortuo Leone cum differretur Pontificis electio, Hadrianum Florentium Belgam, Caietani hortatu in Pontificem Cardinales elegerunt: vnde Flauius.

*Inde Urbem redijt; LEO Maximus astra subiuit:
Mutatur rerum facies, coguntque Senatum,
Disceptantque Patres; vicit sententia Sixti,
Pontificemque creant, cui tradidit HADRIA Nomen.*
Nouus Põtifex vt Ludouicum adolefcentem Pannoniæ Regem à Scytha bello petiit, sua prudentia, & auctoritate iuaret, Thomam in Pannoniam legauit; vix tamen eos fines attigerat Cardinalis Legatus, cum Rex monitu Georgij Tomerij Varadiensium Episcopi, temerè collatis signis, omnibus suis ad vnum amissis, salutis fuga consulens, in paludium cœno miserè interijt. Iustus Regi persolutis, quoniam se nil sperabat profuturum, de reditu in Italiam.

A cogitabat, cum literas à Clemente VII. Hadriani successore accepit, quibus eum Romam reuocabat. Redijt pauper, sed in paupertate ditissimus, conscientie candore, & sanctissimis moribus ornatus: Clemens Thomæ reuocati opera, consilioque in rebus omnibus ad bonos mores, & fidem spectantibus semper est vsus. Cum Henricus VIII. Angliæ Rex verum suum matrimonium, irritum diceret, Thomas iussu Clementis rem perpendit, illudque verum, & firmum, sententiam ferens pronunciauit. In tumultibus verò, quibus Italia tota, & Vrbs ipsa Romæ vexata est, quando nempe Borbonius Romanam Urbem afflixit, commorabatur Caietanus Capranicæ; certior ibi factus de Romana clade, in amici cuiusdam domum se abdidit, quam Germani iam depopulati fuerant; ideoque tutius ibi esse posse arbitrabatur. At cum Hispanus quidam rescisset, Cardinalem ibi retineri, comparata militum manu, impetu in domum facto, Cardinalem captiuum duxit, à quo si libertatem cuperet, quinque aureorum millia postulauit, & habuit, eò tunc miserè peruenit Thomas, vt si à Garzia Manriquez vestem non accepisset, inter homines minimè versare potuisset. Pacatis Italiæ rebus, Setia, quo se contulerat, Romam veniens, liberalissimè ab omnibus Romanis, ac Pontifice exceptus est.

Anno, qui mortalis vitæ finem præcessit, hilaris de morte loquens, in æternæ vitæ cognitione, & spe defixus, ad eam se comparauit, eamq; familiaribus prædixit; humile sepulchrum in Templo S. Mariæ super Mineruam vestibulo ad scalas, veterum morem cadauera extra templa sepeliendi laudans elegit: nulla mortis cogitatione territus, oculis manibusque sæpè in cœlum sublatis aiebat; *Tu scis Domine, tu scis supellestem exiguum pauperibus dari.* Corpus igitur sine funeris pompa, sine iusumpu noctu humani testamento præcepit. Diuina Eucharistia animum roboraturus, semimortuus procubuit in genua, eamque verbis mitam pietatem, & animi ardorem spirantibus allocutus est. Deseruit mortale vitam anno ætatis sexagesimo quinto, seu, vt scribunt alij, sexto; Christi Domini 1534. die 10. Augusti, seu, vt alij volunt, 9. Septembris. Vixit vt non nisi virtutis, ac scientiæ magnitudine principem agnosceres; itaque sepeliri voluit, vt suo in tumulo viueret paupertas, modico scilicet, aut potius nullo ad limen Ecclesiæ S. Mariæ supra Mineruam humi depresso, ac simplici lapide iniecto, in quo nihil ultra nomen, ac dignitatem inscribi mandauit.

THOMAS DE VIO CAIETANVS CARD. S. SIXTI SACRI ORDINIS PRÆDICATORVM.

Nec sanè viri magni pluribus dici opus habent, cum ipsi sibi Elogium sint, & mitera profectò virtus illa est, quæ sepulchrali inscriptione opus habet, vt perennet. Iacet igitur, vt diximus, ad fores Ecclesiæ sanctæ Mariæ super Mineruam cum hoc Epitaphio ab amicis conscripto.

*Hac anteriori fossula, quam Lector inspicias,
Felicis memoriae THOMÆ DE VIO Ordinis Prædicatorum
Cardinalis Caietani conseruantur ossa;
Qui dum vixit, ita moribus, atque omni doctrina
Humano generi profuit, vt pro tanto beneficio Deo
Gratias agere, ac pro eius anima merito preces fundere sensauerit.
Hic quorundam aliorum vnanem declinans fastum,
Humilis hoc se condi iussit Tumulo.
Vixit annos LXXV. dies XXIX.
Obijt Anno Christi MDXXXIV.
Die IX. Septembris.*

Ioannes Baptista Flauius viuenti illi à secretis virum doctrina, & sanctitate nobilem Deo frui existimans, Cardinales hortatus est, vt illum inter Cœlites Pontificio Decreto referendum curarent; ac tumulo hæc addidit carmina.

*Ponite virtutes alijs de marmore scilicet
Vel Pario, aut multo auro alijs ornate sepulcra.
Exiguo hoc tumulo quicquid virtutis vbiq;
Inter mortales vnquam fuit, aut erit vnquam
Conditur; hunc vera virtutes, veraque Pallas
Circumstant, & vera ornant monumenta Mineruæ.*
Item alia.
*Virtutem, & mores si spectem, hominem esse negabo,
Esse hominem vt fateor, mors tua Sixte facis.
Infra mortales fuerat tibi debile corpus,
Supra mortales v. s. fuit ingenij.
Ergo nulla fuit vray tibi cura sepulcri;
Astra petis, nullum pulchrius esse potest.*
Moriens Christi pauperes hæredes instituit.
Scripsit, vt habet Nomenclator Cardinalium.

F In vniuersalia Porphyrij.	In quatuor Euangelia.
In libros Aristotelis Logicorum.	In Acta Apostolorum.
De Anima.	In omnes Epistolas Diui Pauli,
De Cælo, & Mundo.	& Apostolorum.
In Pentateuchum Moysis.	In librum D. Thomæ de Ente, &
In libros Historiales Bibliorum.	Essentia.
In libros Sapientiales Bibliorum.	In Summam D. Thomæ peram-
In Psalmos Dauidicos.	pla Commentaria.
In tria priora capita Isaie.	Summula de peccatis succincta.
In Nouum Testamentum.	De Potestate Papæ, & Concilij.

Apologia pro eodem opusculo.
De Cambijs.
De Maleficijs.
De Votis.
De Circumstantia Diei Festi.
De Vtura.
De Eleemosyna.
De Conceptu Entis.
De Infinitate Dei.
De Collatione sacri Ordinis.
De Celatione Confessoris.
De Nominum Analogia.
De Subiecto naturali Philosoph.
De Potentia neutra.
De Vtu spiritualium retum in peccato mortali.
De Pontificatus Institutione Diuina.
De Simonia.
De Castitate.

De Matrimonio.
Quaestiones de Caelo, & Mudo, & de Sensu agente.
De Vnione Verbi Dei.
De Immortalitate Animatorum.
Quomodo Spiritus patiantur ab igne.
De Synodorum differentia.
De Spasmo Virginis.
Aduersus Lutherum de Fide, & operibus.
De Communione.
De Confessione.
De Satisfactione.
De Inuocatione Sanctorum.
Orationes, quas coram Alexandro VI. & coram Iulio II. Romanis Pontificibus habuit.
De Vita Diuini cultus.
De Causa mali.

Sunt plures illius literae ad Leonem X. Pontificem datae, quas editas inuenies inter Principum literas.

Presbyteris Cardinalibus adscriptis vestes religiosi instituti, viuendi rationem, studia, diuitiarum contemptum, paupertatis, & cultae virginitatis amorem nunquam reiecit; omnibus prodesse conabatur, voluptatum, & desidiae hostis in amplissima dignitatis specula nullum diem sine linea abire permisit. Publice coram alijs verba facturus, pro felici successu precibus, & votis semper ad B. Virginem supplicabat. In vno ex voluminibus rerum Germanicarum historiam offendens duorum actuum Augustae habitorum, anno 1518. quorum altero insignia purpurae Vaticanae Leonis X. nomine a Thoma de Vero Cardinale Apostolicae sedis Legato, Alberto Marchionis Brandeburgensis Electoris Imperij filio tradita; altero, Maximiliano Caesari, eiusdem Leonis nomine pileus, & ensis Romae, natali Christi nocte solemniter consecrati donati fuerunt.

Multos licet habuerit Thomas Cardinalis laudatores, illum tamen praclarum virum, & de Romana Ecclesia benemeritum, Praetorsus, Alphonus de Castro, & alij nonnulli inter haereticos adscribere non dubitarunt, ac parum aduertisse putantur, cum singulas suas opiniones, in quarum nonnullis offendisse aures Catholicas visus est; iudicio sacrosanctae Sedis subiecisse, paratum se retractare, si certiora, verioraque docerentur falsus sit. Quae cautio illum ab omni haerese labe immunem reddere debuit ex doctrina S. Augustini, ac totius Ecclesiae, quae docet, non qui falsa quaedam, ac perueria, nulla pertinaci animositate defendunt, corrigi parati cum inueniant veritatem, esse inter haereticos deputandos, sed eos, qui correcti resistunt pertinaciter. Deinde meminisse oportet, quod maledici regnum Dei non possidebunt; neque licere tanta mordacitate scribere, & libellis editis derogari ei viro, qui per tot annos Magister Ecclesiae fuit; qui in Ecclesia seniuit, qui aduersus haerese facti erit dimicauit, vt omnia eorum diabolicae machinationis fundamenta subuerteret. Quare Clemens VII. Romanus Pontifex dum Roma depradaretur, & indignè a militibus Caietanus tractaretur, ea pro Caietano verba protulit; *Cauete, ne extinguatis lumen Ecclesiae.* Quod aliqui facere non verentur, iaculis calumniarum in illum excusis. Quare illum merito Flauius, doctissimus, integerrimus, atque sanctissimus viri epithetis exornat, atque haec de eius virtutibus habet.

*Non unquam stelli precibus, pretioque, minusque
Hic potius, tantum reditum, iustumque colebat;
Atque animi motus mira virtute repressit;
Nec regnare illos passus, seruire coegit,
Nec simulare unquam, nec dissimulare sciebat.
Caeca in aperto, eadem in corde, atque in fronte gerebat.
Diuitias contempsit inops, sed acrior ipso
Pauper erat Creso, atque Mida, Crassoque superbis.
Non opibus, gemmisque, aut fuluo distior auro,
Sed modicis consensus erat, sibilibus vsus,
Et tenui mensa, qualem natura poposcit.
Virtutum omnium erat specimen, morumque magister.
Quid misit Fabricium narras, aut forte Catonem?
Aut illos septem quos iactas Gracia mendax?
Et quoscumque alios, quos est venerata vetustas?
Hos facile equauit, vel, si fas discere, vicis.
Artibus his tandem caelum conscendit, & astra,
Hos igitur montes, has virtus tradidit alas.
He vires, haec tandem admoda est machina Caelo
Religio, sancti mores, & castra per omnem
Aetatem visa acta, pijs, durisque labores
Ad superos peperere viam, Coeloque locarunt.
Felix, o nimium felix, nimiumque beatus
Mortalem exutus vitam, nunc denique viues
Et fructum vita innocua sine fine fruere.
Ergo inter Divos, meritis poscentibus vltro
Aescius, veniam miseris mortalibus, ora.*

A In Urbis direptione, in illo armorum strepitu, tumultuque bellorum, in furore hominum crudelissimorum, atque auarissimorum omnia perfringente, in pace, & otio fuit Caietanus, vt inquit, Sadoletus, & ad sacras literas toto animo ita incubuit, vt vtrumque instrumentum nostrae fidei sanctissimae interpretandum susceperit, totumque pene absoluerit; nec illum aut periculi sui metus; aut alienorum incommodorum dolor ab ea cura, & intentione animi auocare potuerit. Nonne hoc nouum, & admirabile? nonne insolita ista virtus, & incredibilis quaedam animi altitudo fuit, quae effecit, vt in tantis communibus miserijs solus, & placatus, & beatus esset.


B At quam tranquille se ipso frueretur animus Caietanus, facillime deduci potest ex historia, qua mox ex Federico Cardinali Borromaeo referam. Ludouicus Stortia, cognominatus *Morus*, Dux Mediolani mirum in modum semper Dominicanae familiae viros amauerat, illosque filij loco semper habuerat. Quare Cœnobio Gratiarum in vrbe Mediolani praetiosa munera dono dederat, tantumque de suis bonis communicauerat, vt non solum respondere, facile sumptui, sed alere numerosam familiam posset. Amabat in illo viros ab ore honestos videre. Die quadam ad Cœnobium illud honoris ergo se conferens, Thomam, hominem modicum inter alios videns, ad Anstitem oculos conuertens, dixit, *Quare similes homunculos aleret.* Tum Thomas praesens placide respondit, *Ipse Ludouice, fecit nos, & non ipsi nos.* Cognita postmodum Thomae doctrina, pluris solum Thomam, quam reliquos omnes, fecit. Huiusmodi Cardinalis vitam scripsit Antonius Fonseca Lusitanus, ordinis Praedicatorum, quae cum Commentarijs in Pentateuchum edita fuit, Sixti Senensis. & Antonij Posseuini testimonio. Sed concinnius, & copiosius cunctis Ioannes Baptista Flauius, supra laudatus, testis domesticus, & luculentus, qui sedente Patrum frequenti Senatu, Caietano defuncto funebri, & encomiastica laudatione parentauit.



C XXVII.
MAG. FR. CHRISTOPHORUS Numalius, natione Italus, patria Foroliuensis, a teneris annis ingenio pollens humanioribus literis imbutus, Bononiae solidioribus studijs operam dedit. Inde S. Francisci institutum amplexus, ad maiora studia in Galliam missus, Philosophiam, ac Theologiam ita medullitus imbibit, vt absoluto studiorum cursu, doctor Theologus renunciatus sit, & inter suos non multo post Theologiam docuerit. Cumque ad eximiam doctrinam, vitae sanctitatem, & in rebus gerendis prudentiam cumulasset, Commissarius in Curia Romana primo institutus, post duos annos Vicarius generalis, demum in comitijs generalibus omnium vobis ordinis sui generalis Minister electus est. Gallorum Regi charus, & Reginae a sacris confessionibus fuit. Hunc Leo maximus ob peculiarem vitae sanctitatem, & morum grauitatem, obseruantiam, virtutemque; omnium ingenitam sapientiam, ac celebritatem primum ex Obseruantia ad Cardinalis dignitatem, ne quid tale opinantem euexit, & Presbyterum tituli, non S. Matthei in Merulana, sed S. Bartholomaei in Insula, postea S. Mariae in Araceli nominauit. Tantum hoc munus licet oblatum suae humilitatis defectu neglexit, vtique hoc Leonis praeepto, non modo Cardinalis dignitatem, sed Ierniensem, Alatinensem, ac Regiensem Ecclesias regere coactus est. Sub Leone X. Hadriano VI. & Clemente VII. quorum duorum Comitibus interfuit, sanctissime vixit, vsque ad Urbis depopulationem; tunc enim podagra impeditus tutiorem locum adire non potuit; vnde irruentibus sine duce militibus, ab eis captus opprobrijs multis, innumerisque lacessitis iniurijs omnia aequo animo tulit. Post Urbis liberationem, ex Vrbeueteri literas a Clemente VII., a Francisco Galliarum, & Henrico Anglorum Regibus accepit, quibus tum de Urbis, tum de eius calamitatibus conquerebantur; Anconam deinde se recepit. Vbi anno nostrae salutis 1528. die 21. seu verius 23. Martij e vita migravit; Petrus tamen Rodolphus huiusmodi Cardinalis mortem ad annum sequentem 1529. reposituit; & Garimbertus in Vitis Cardinali secus sentire videtur, cum narrat in Cœnobio Araceli Romae fato fuisse sanctum Christophorum. Sed Garimberti errorem Pontificia Diaria, ac Vaticana momenta plane redarguunt, quae Numalium Cardinalem volunt decessisse Anconae; tamen postea inde traslarum, Araceli Templum exceperit.

Claeonius Fr. Lucas Vnading. in Annal. Minor. Tostian. in Seraph. Historia. Stephan. Ioannides. in Monarchia Medicea. Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Giac. & in Ital. sacra. Gasp. Iougelin. in Elogijs Gard. ord. Minor. Paninius de Rom. Pontific. Leand. Albert. in Descrpt. Italic. Aubery in Vita. Felix Coaelor. in Eleencho.

XXVII.



Andr. Vi-
strell. in
Addit. ad
Ciacon.
Ant. Sand.
in Elogijs
Ioseph. P.
philus in
Chronol.
Aubery in
Vita.
Petr. Co-
retin. in
Ser. Episc.
Viterbien.
Ferdinad.
vghell. in
Addit. ad
Ciacon.
P. Iouis
in Museo.
Felix Co-
retor. in
Eliccho.

M A G. Fr. Aegidius Viter-
biensis, quem perpe-
ram Panunius, & alij, ex Ca-
stro Canepine olim Viterbien-
sis diocesis fuisse asserunt, cum
innumera documenta Viterbij
natum demonstrant; id sane
Aegidius ipse in suis epistolis
affirmavit, quibus Ciaconius,
& alij astipulantur: paupertim-
is, honestis tamen genitus pa-
rentibus; pater eius Antoninus
vocabatur, vnde Antonini a-

gnomen apud aliquos obtinuit; sed ferè semper Aegidius Viterbi-
ensis dictus est. Is verò ordinem Fratrum Eremitarum S. Augustini
à puero ingressus, sub disciplina Mariani Genesaniensis multum in-
literis profecit; quare merito Iouius illum artis Theologiae decus,
& ornamentum appellat. Ordinis deinde sui Vicarius generalis à
Iulio II. postea Neapoli in conuentu patrum Prior generalis re-
nunciatur; & ab ipso Iulio tum ad Venetos, tum ad Regem Nea-
polis Legatus, deinde Perusiam iam Ecclesiae Romanae recupera-
tam accitus, vt populum ipso Pontifice audiente moneret, sedatis
tam accitus, vt populum ipso Pontifice audiente moneret, sedatis
Italiae rebus, signa illum in Turcas illaturum, vt Hierosolymam, &
Constantinopolim ex impijs eorum manibus adimeret. Christianus
Orator doctus, & eloquens Aegidius; non defuit, qui eius eloquen-
tiam verborum, & sententiarum torrentem dixerit, cuiusvis gene-
ris auditores doctos, indoctos, mares, foeminas, iuuenes, senes,
Principes, & plebeios mulcebat; allatoque animis motu, quocun-
que volebat, impellebat. Lecta erant eius verba, sententiae opti-
mae, dicendi vis maxima: confluebant homines ex locis omnibus
ad eum audiendum, quorum animi orationis eius torrente præcipi-
tes, quocunque is voluisset impellere ferebantur. Concio eius in
Lateranensi Synodo habita doctissimis, ac grauissimis viris ad-
miratori fuit. At non solum Orator, & Poeta, sed Historicus, Phi-
losophus Platonicus, vt plurimum, ac Theologus insignis, linguas
Hebraicam, Chaldaicam, Graecam, Latinam, Hetruscam quam
optimè calluit. Neque solum in suggestu verè admirabilis, æquo
iudicio per omnes vrbes oratoriae facultatis lauream merebatur,
sed etiam domi lepidissimis sermonibus laudem ferebat suam. Erat
enim eius ingenium exquisito literarum omnium delectu grauius
instructum, sicut in omnes exemplorum casus per amplas opes ala-
cris, & expedita memoria suppeditaret; facundia porrò tanta diffi-
mulatis illecebris audientes semper exhilarans, ac demulcens; vt
ipso concionante, vel maxima Templi complerentur. Ante autem
id tempus, quo totius Eremitani ordinis praefecturam à Iulio con-
secutus est, nonnumquam accidit, vt Patauij optimis literis ope-
ram nauans, factitata ab se lepida carmina ad lyram elegantissime
decantaret.

Leo X. Romanus Pontifex nonnullas ad eum scripsit epistolas,
quibus licet agnoscere, quanti sit faciendus, quem prudentissimus,
& eruditus Romanæ sedis Antistes Leo magnis laudibus cumula-
uit. Placet illarum aliquas hic ad lectorum commodum rescribere.

*Aegidio Viterbiensi Augustinianorum Eremitarum Magistro
in Ciminius. Mihi verò, & quod ordinem, familiamque tuam
tantopere commendas, est gratum: letor enim, cum video tibi eos,
quibus praes, esse charissimos; & illud ipsum, de quo me admones,
valde probatur. Itaque faciam, quod te velle intelligo; nam id
mihi satis est scire me, scilicet velle te à me aliquid impetrarè,
qui omnino nihil potes, tam aut velle ipse, quod pulchrum, & ho-
nestum non sit, aut ab altero petere, quod non sit petendum. Sed de
eo etiam loquimur inter Nos, cum vna erimus; erimus autem,
antequam dies postulat tui veniat. Quod autem cupis non inuide-
ri tibi illos exoptatissimos dios, latebrasque istas, equidem illud
praestabo, vt te non interpellens; vt tibi non inuideam, facere non
possum, tantis praesertim caloribus urbanis; qui iam incubuerunt.
Antu cum hoc astu in syluam illam densam, atque horridam te
abdideris, in qua frigus opacissimum, vel meridianis horis sen-
tias, putas fieri posse, vt tibi non inuideatur? Ego autem subin-
video cum multa tum illud, quod ais, tua te studia, tuasque litem-
las audissimè reuertentem mirabiliter inuari ista loci, atque syluae
taciturnitate, & solitudine; in qua nihil, quod nolis videas, nihil
tuis auribus obstrepet praeter auscularum cantus, qui te etiam ma-
gnopere delectent. Quod cum ita sit, effice, vt exeret fructus ocij
tui; scribe aliquid te dignum, quod profecto facis, remque publi-
cam, quam mehercule tot annos sermone quidem plurimum, con-
cionibusque inuisti tuis, etiam scriptis inuasi; sociosque tuos, quibus
domum istam cum sano tua impensa exaedificasti, quam sylua ma-
xima circumfusa undique quasi tuetur, ne adiri temere possit; sic
tuis praecipis instrue, vt quemadmodum tu optimè omnium feci-
sti, sic illi sua studia in communem vtilitatem aliquando confe-
rant. Quod tamen iam multi multis in locis faciunt, quos audio
etiam Aegidianos vocari; de quo tibi gratulor: sed haec haecemus.
Tu velim, quod commodo tuo fiat, dum istic eris, scribas ad me,
quam sapissime; nam cum me omnes tue litera magnopere semper*

A delectent, omnino ijs Ciminsensibus ita detineor, nihil vt mihi vi-
deatur fieri posse delectabilius. Itaque admirabilis tua illa suauis
oratoris, incredibilisque facundia ad me istinc etiam amabi-
lior proficiscitur, vt loco ipso angere videatur. Dat. 9. Iun. An. 5.
At sequentibus literis melius, quanti Aegidium Leo faceret,
ostenditur.

*Aegidio Viterbiensi Augustinianorum Eremitarum Magistro.
Cum mihi Cornelius benignus tuus, quem ego valde diligo; scio
enim, & te ab illo mirabiliter amari, & illum ab te, etsi iure id
quidem; est enim optimis, & perelegantibus, & moribus, & lite-
ris: eius etiam sermo, & grauis, & prudens, & plane romanus
me mirifice delectat. Sed cum is mihi dixisset, velle se ad te pro-
ficisci, peteresq; si quid vellem, hanc epistolam conscripsi non tam
quidem ociosus; nam id perraro accidit, quam cupidus legendi
tuas literas, easque praesertim, quae istinc veniunt. Olero enim
mihi propemodum videntur syluam illam tuam, & esculorum
vmbra, qua scribens tegeris, & amoenitatem loci. His autem
litteris pro meo in te amore hoc intelliges, cogitare me Senatui vocare
eum, vt illum Ordinem augeam, ascriptamque eo in Collegio ali-
quot, qui mihi valde probantur, aliquot etiam, quos Respublica
necessitas postulat. Puto autem te cognoscere cuiusmodi ea neces-
sitas sit, de eo velim cogites, rescribasque mihi quid sentias; non-
dum enim statui quo die; quod cum erit, faciam te de eo meis litem-
ris certiorum. 13. Kal. Quintil. Anno quinto. Roma.*

Rescripsit Aegidius summa prudentia, & probauit Leonis con-
siliium; Leo verò has illi tertio dedit literas.

*Aegidio Viterbiensi Augustinianorum Eremitarum Magistro.
Scripseram ad te proximis literis cogitare me, Senatui vocare
Cardinalium creandorum causa; neque tamen statuum mihi esse,
quo die; sed cum statuissem, tibi significaturum. Eas ad literas
intantummodo mihi rescripsisti, probare te consilium meum, scire
enim, nihil me, nisi quod è Republica sit, esse facturum. Ego ve-
rò scripseram, vt elicerem ab te, cuperes ne ipse in Cardinalium
Collegium cooptari; id quoniam reticuisisti, vel pudore tuo, atque
modestia, qua semper magnopere abundas, vel quod eius rei nulla te
cupiditas teneat. Virum libet letor, vel prudentem esse te, vel am-
bitione carere praesertim earum rerum, quarum ad ipsendendum
desiderio plerisque ita ducuntur, vt etiam insaniant. Itaque con-
firmasti etiam tu quidem mihi tuo silentio consilium meum; per diu
enim est, cum te legere in Cardinalium Ordinem cogito; cum vt
tuorum laborum magna cum Respublica vtilitate triginta totos
annos susceptorum hanc tibi quasi mercedem persoluis, quam
possunt maximam, atque amplissimam; tum vt te Respublica sic
vatur, vt ex te fructus vberissimos capere possit. Puto autem Rei-
publicae, maiori, & vsui, & honori fore dignitatem tuam, quam
tibi ipsi: maior enim atque illustrior iam est virtus tua, quam qua
magistratu illo egeas. Ordo verò ipse talibus viris, vt tu es, egere
mihi quidem, magnopere videtur: quare plus tu Ordini, quam tibi
Ordo ornamentis afferet. Efficiam igitur id nunc, quod dudum, vt
dixi, meditor, teque cum reliquis, qui à me creandi sunt, Cardi-
nalem nominabo: id erit Kalend. Quintilibus: quem ad diem
mando tibi, vt Roma sis, vt te statim videre, atq; amplecti possim.
Dat. 8. Kal. Quintil. Anno quinto. Roma.*

A Leone Nunciatus ad Caesarem mittitur, & ad Ducem Urbina-
tem; & ab eodem renunciatur, ex ordinis Eremitarum S. Augustini
Priore generalis, Presbyter Cardinalis, non S. Bartholomaei, vt scri-
pserunt aliqui, sed ex monumentis Vaticanis, S. Matthaei, quo ti-
tulo postea relicto, illum S. Marcelli obtinuit. Praesit Ecclesiae
Constantinopolitanae Patriarcha, & Episcopus rex Ecclesias plu-
res, Viterbiensem scilicet, Castrensem, Lancianensem, Sutrinam,
Nepesinam, & Iadrensem. Functus est Legatione in Hispania,
cum Selimo post debellatos Persas, & duos Memphisicos Reges
interfectos, nobis arma comminante, Christianae gentes ad sacrum
bellum excitanda viderentur. Mandante Pontifice Cingulum
Marchiae Anconitanæ oppidum administravit, cuius palatium or-
nauit, vt indicat haec inscriptio.

EGIDIVS CARDINALIS VITERBIENSIS
PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANVS
AD COMMODVM ATQVE ORNAMENTVM
REIPUBLICAE CINGVLANÆ
AN. D. MDXIV.

Fuit Paulo III. ante Pontificatum à sacris confessionibus, & sui
ordinis Protector in Romana Curia designatur.

Sexagesimo ætatis anno subita oppressus pituita Romæ interijt
die Martis, 12. Nouembri circa horam decimam noctis antec-
cedentis anno 1532. & sepultus in Ecclesia S. Augustini ante aram
principem cum hac sepulchrali inscriptione.

D. O. M.
EGIDIO VITERBIENSIS CARDINALI
GABRIEL VENETVS GENERALIS POSVIT
M D X X V I.

Ante sacrosanctos cineres bona verba Viator
Dicito, diuinus hic sacet AEGIDIVS:
Qui potuit lingua humanas inspicere mentes,
Et trahere haerentes feruidus ad se animos.

Quic-

*Quicquid pandit Arabs diuinum, quicquid Erebus
Dives Aramais occultis in tabulis;
Explicui populis, & si quid spiritus ultra
Sensit, adhuc sanctum quod medietur habet.*

Funebris oratione à Laurentio Grano Episc. Signino laudatus.
Multa ingenij sui monumenta, eaq; insignia reliquit, quæ Ro-
mæ in Angelica Bibliotheca S. Augustini M. S. S. se vidisse fatetur
Andreas Victorellus; & sunt.

Liber in tria priora capita Geneleos.

Commentaria in quosdam Psalmos ad Leonem X.

De Ecclesiæ incremento liber; de quo Ambrosius Calepinus in
Epistola dedicatoria ad eundem Ægidium hæc habet: *Quis librum
de Ecclesia incremento à te conscriptum, & diuina Pontificis vo-
ce laudatum non admiratur?*

Dialogorum liber.

Panegyris de Viris illustribus, & sanctitate insignibus Conuen-
tus Ilicetani.

Historia viginti seculorum.

Liber primus Sententiarum vsq; ad distinctionem decimam se-
ptimam ad mentem Platonis.

Epistolarum familiarium ad Gabrielem Venetum liber vnus.

Diuerfarum ad diuersos libri septem.

Eclogæ sacræ tres, quarum secunda de Ortu, tertia de Resurre-
ctione Domini.

Dictionarium, siue liber Radicum; &

Liber in Taghin I. signa facta super literas Hebraicas Latinitate
donati.

Oratio habita in Concilio Lateranensi, quam Sadoletus summis
laudibus ad cælum tollit in literis ad Bembum datis, his verbis.

*Habes Bembe orationem Ægidij Viterbiensis, quam tanta ope-
repetiisti, dignam illam quidem propter elegantiam, qua ab us
potissimum legatur, qui iudicare aliquid de præsantibus ingenijs
possunt; sed & alijs quoque commendationibus prædicentem, cum
quod magna auctoritate Lateranensis, principis Concilij auspiciata
est, quod à Julio II. Pont. max. paulo ante institutum S. Christiana
Reipublica optamus fore salutem: tum quod ab eo viro est, quem
ego, & tu sepe soliti sumus in sermonibus nostris clarissimum hu-
ius seculi tanquam obscuræ lumen appellare.*

Scripturæ etiam Oden in Ægidij Romani laudem.

Et alia multa Prosa, & Carmine vernacula, Latineque lingua
exarata.

Templum S. Matthæi ornauit laqueari, vt indicat inscriptio.

**NE TEMPO CVI PRÆERAT ORNANDO OMNINO
NEGLIGENS NEVE LEONIS X. ET CLEMENTIS VII.
MEMORIAE INGRATVS VIDERETVR
ÆGIDIVS CARD. PATRIAR. CONSTAT.**

In alia parte hæc sunt notæ.

NON QVID, SED QVA MENTE OPREMVR.

Leonem X. & Clementem VII. Romanos Pontifices Viterbij
splendide; ac honorifice excepit: Imaginem enim sacratissimæ Vir-
ginis supra Quercum veneratam ierat Leo; & Clemens ad euitan-
dos Vrbs tumultus, quos Borboni milites excitant post Vrbs
expugnatam Viterbium ingressus, ibi per totum mensem Septem-
bris confedit. Eam apud homines Ægidij suo tempore opinio-
nem comparauit, vt Pontificem summum, vel Chronographum,
vel Laudatorem habere meruerit: is fuit Clemens VII. qui Ægi-
dium aliqua laborum monumenta ad publicam utilitatem in lucem
dare, vt Pontifex compulsi, vt amicus iussit, & petij; literis datis,
quas ad æternam Ægidij gloriam ex Archiuio Romano ordinis
Eremitarum Thomas de Herrera in suo Alphabeto Augustiniano
rescripsit, & sunt tales.

*Dilecto filio Nostro Ægidio tituli S. Matthæi S.R.E. Presby-
tera Cardinalis Clemens Papa VII. Dilecte fili Noster salutem,
& Apostolicam benedictionem. Cum nuper apud Nos doctissimi
virescentibus, sermo de tua circumspectione incidisset, ille
quidem pro Nostro in te beneuolentia, tuisque præclaris meritis
semper iucundus, & gratus; in quo cum multis commemoratis nos-
tri seculi præstantibus in doctrina viris, illam singularem laudem
circumspectioni tua tribuissent, quod veterum doctorum exemplo
ad doctrinam etiam eloquentiam; ad Latinas, etiam Grecas, &
præterea Hebræas, Chaldaicasque literas adiecisses; quasque alijs fa-
cultates tum scientiarum, tum linguarum singulis singulas, tu vnus
omnes admirabiliter comprehendisses. Tum fuere ex his nonnul-
li, qui quo magis tuam virtutem admirabantur, eo plus dolerent,
magnam in tua modestia fieri studiorum iacturam, quod multorum
annorum pios, & sanctos labores in studijs sacrarum literarum in-
sumptos, nec scriptis mandare, nec mandatos edere audeas, inte-
riori, atque absito contentus fructu, qui ex studijs decerpitur, pu-
blicum, & communem haud satis magni faciens. Quod fili No-
ster si ad gloriam tuam referres, non ad diuinam; aut si in eo non
publice utilitati, sed propria tantum laude consuleres, esset quod
indulgereamus huic cessationi tuae. Verum subente passum Domino,
omnes pascentes, docendos impies, salutem annunciandam, & salu-
tum non abscondendum, sed in lucem dandum, euangelizandum,*

*predicandum; vbi illud predicationis, & sacrarum concionum
munus, præter cetera legationum huius sanctæ Sedis munera tam
preclare absoluit, restat alterum, vt voci eloquentissime parti
scripta succedant, & delectatis huius seculi auribus, posteritatis
oculos, atque animos sacra lectione oblectet, vt habeant posteris
Ægidij scripta, qui voce caruerunt. Quamobrem Nos, qui erga
te ob hæc tanta animi ornamenta, quibus Nos, nostraq; tempo-
ra exornas, singulari, ac debito sumus amore incensum cum tui se-
pius fruendi, & coram alloquendis copiam Nobis tua, vel senectus,
vel valetudo interdicit, statumus his literis id exequi tecum offi-
cium, quod Nobis Pastoralis persona imponit, vt diuino honori,
vt animarum saluti; vt publice utilitati in te adscribendam ad-
hortando consulamus. Quod si esses in doctrina tantus, quantum
certè es, careres autem styli ornatu, quem non adeo multis cum do-
ctrina conuinxerunt, aut si sacrosanctas Scripturas ex Latinorum
tantum riuus, non etiam ex Grecorum, & Hebræorum fontibus
hausisses, digna esset cum res ipsa, tum personæ tua, que pro si-
milis Nostri adhortationis exciperet. Nunc autem cum Dei exi-
mio munere tot ignes celestis domus in te vrunt, & doctrine, & elo-
quentia, & humanarum, & diuinarum literarum, & multiplicum
præterea linguarum cœserint, quid dubitas fili Deo te gratiam
reddere in his, qua ab eo accepisti? & tanquam terra optima non
solum sexagesimo, sed etiam centesimo fructu in Dei laudem ex-
uberare? Scimus Nos quidem te solum vnus hominis munere te me-
tariis, ita in agro Domini, & laboriosè, & laudabiliter habitum
esse versatum, vt præteritorum conscientia, & recordatione fauile
contentus esse possis; sed tamen maiorem commouisti de te expe-
ctationem, quam vt tibi liceat in præteritis conuiescere, cum
quo magis per hos annos siluisti, & maior speratur ex tuis abditis
studij lux eruptura, qua sacra litera illustratur. Proinde fili dùm
sappetit vitæ, ætatis, cuius vltimum partem, qua anteriores curas lau-
de concludas, serasque scribendo semen bonum, quod alteri etiam
seculo proficiat, nostrumque pariter iuuet, & oblectet, præsertim cum
id facile tibi factum sit, idcirco tandem a te scripturarum campis;
Grecorumque, & Hebræorum hausis fontibus, animam longe bo-
lente a meditatiōneque expletum adscribendum committere, &
quasi pio ægecola semina scripturarum animo obrutum ad fructum
perducere. Idque nunc magis carissime iam, & matura, & quæ
dumquam fuit, tua eloquentia, & doctrina; quamquam sperare
Nobis licet, iudique etiam ad Nos erat perlatum, in animo te ha-
bere suscipere idcirco, quod cupimus: Sed videretur tibi obferre
modestiam tuam; ac ne quos veterum, si qua illi aut Græce parum
periti, aut aliorum ingenij non ita adiuti, aut Hebræa lingua com-
nino experteret, aliter forte ac tu nunc inuenis, scripturam tradi-
derunt, offendere; aut is, & sanctitate, & doctrina insignibus
contradicere videaris. Cum tamen multa liceat, vel disputare,
vel scribere, qua non alij sentiant, dummodo aliena a veritate;
& sanctæ Ecclesiæ vniuersali traditione præuic non sentiantur, atque
Scripturis sacris sensus potius fuerit relatus, quam ablati. Ne eo
enim respectu ullus humanus a uocando Deo operam debet auoca-
re; quia quod quis studiose indagauit, pie, ac sincere proferat,
dum prolatus non contumaciter asserat, sed Ecclesiæ iudicio sem-
per subiciat. Quamobrem cum ea facultate sis, vt possis, pietate
autem, vt velle debeas plurimis ad animarum salutem proficere;
idque à te Cardinalatus dignitas, religionis professio, continens
literarum studium, vitæque tua perpetua consuetudo exigant; ad-
dices etiam fili his tot rationibus stimulum charitatis Nostre, quem
te speramus pro Nostro in te beneuolentia non postremum esse habi-
turum; expellamusque cupide Nostro hoc in te amore, & magnam
Nos obseruantia freti, vt in Deo, qui tibi in hoc aderit, & in No-
stram gratiam, communi fidelium utilitati scribendo proficiat, san-
ctamque Ecclesiæ tuarum prolatione vigiliarum illustret. A
quoniam enim rem sacræ ex soli Nobis iucundum; a te verò huius
sanctæ Sedis honorificentissimo membro, Nobisque in amore, præ-
cipuo etiam letissimum erit. Dat. Romæ apud S. Petrum sub An-
nulo Piscatoris die 22. Iulij 1530. Pontific. Nostri anno septimo.*

*Has ad Ægidium Clemens summus Ecclesiæ Pastor literas de-
dit, quibus ingentem de Ægidio exultationem propalauit; & pio
seni, qui nonnulla ingenij sui monumenta licet nondum prælo da-
ta posteritati reliquerat, stimulos addidit; vt adiret & mator.
Hac de causa anno 1532. Magister Gabriel Venetus ordinis Ere-
mitarum Prior generalis insignem eruditione, doctrina, & lingua-
rum cognitione virum Magistrū Nicolauum Tridentinum ad Car-
dinalem misit; vt illi grandia meditati, in Græcis traductionibus
oblequeretur.*

*Eundem Ægidium non dissimili encomio exornauit Iacobus
Sadoletus Cardinalis, his literis.
Iacob. Sadoletus Episc. Carpen. Ægidio Card. S.P.D. Si qua-
sum ex tuis literis accepi voluptatis, tantum ipse meis literis ex-
primere posse considerem; nihil aliud agerem profecto hoc tæpere,
quàm tibi miram quædam ex eis animi mei letitia, iucundis de magis
prescriberem: per quam intelligeres, laboris tui fructum egredere
tibi consistisse, cum amicissimo tuo, eidemque tibi deoissimo, &
utilitati tantum, & delectationis attulisses. Sed quoniam eorum
re me oppressum iri plane video, si suspicere nitar, quod perferra*

*quædam in te beneuolentia, tuisque præclaris meritis
semper iucundus, & gratus; in quo cum multis commemoratis nos-
tri seculi præstantibus in doctrina viris, illam singularem laudem
circumspectioni tua tribuissent, quod veterum doctorum exemplo
ad doctrinam etiam eloquentiam; ad Latinas, etiam Grecas, &
præterea Hebræas, Chaldaicasque literas adiecisses; quasque alijs fa-
cultates tum scientiarum, tum linguarum singulis singulas, tu vnus
omnes admirabiliter comprehendisses. Tum fuere ex his nonnul-
li, qui quo magis tuam virtutem admirabantur, eo plus dolerent,
magnam in tua modestia fieri studiorum iacturam, quod multorum
annorum pios, & sanctos labores in studijs sacrarum literarum in-
sumptos, nec scriptis mandare, nec mandatos edere audeas, inte-
riori, atque absito contentus fructu, qui ex studijs decerpitur, pu-
blicum, & communem haud satis magni faciens. Quod fili No-
ster si ad gloriam tuam referres, non ad diuinam; aut si in eo non
publice utilitati, sed propria tantum laude consuleres, esset quod
indulgereamus huic cessationi tuae. Verum subente passum Domino,
omnes pascentes, docendos impies, salutem annunciandam, & salu-
tum non abscondendum, sed in lucem dandum, euangelizandum,*

*predicandum; vbi illud predicationis, & sacrarum concionum
munus, præter cetera legationum huius sanctæ Sedis munera tam
preclare absoluit, restat alterum, vt voci eloquentissime parti
scripta succedant, & delectatis huius seculi auribus, posteritatis
oculos, atque animos sacra lectione oblectet, vt habeant posteris
Ægidij scripta, qui voce caruerunt. Quamobrem Nos, qui erga
te ob hæc tanta animi ornamenta, quibus Nos, nostraq; tempo-
ra exornas, singulari, ac debito sumus amore incensum cum tui se-
pius fruendi, & coram alloquendis copiam Nobis tua, vel senectus,
vel valetudo interdicit, statumus his literis id exequi tecum offi-
cium, quod Nobis Pastoralis persona imponit, vt diuino honori,
vt animarum saluti; vt publice utilitati in te adscribendam ad-
hortando consulamus. Quod si esses in doctrina tantus, quantum
certè es, careres autem styli ornatu, quem non adeo multis cum do-
ctrina conuinxerunt, aut si sacrosanctas Scripturas ex Latinorum
tantum riuus, non etiam ex Grecorum, & Hebræorum fontibus
hausisses, digna esset cum res ipsa, tum personæ tua, que pro si-
milis Nostri adhortationis exciperet. Nunc autem cum Dei exi-
mio munere tot ignes celestis domus in te vrunt, & doctrine, & elo-
quentia, & humanarum, & diuinarum literarum, & multiplicum
præterea linguarum cœserint, quid dubitas fili Deo te gratiam
reddere in his, qua ab eo accepisti? & tanquam terra optima non
solum sexagesimo, sed etiam centesimo fructu in Dei laudem ex-
uberare? Scimus Nos quidem te solum vnus hominis munere te me-
tariis, ita in agro Domini, & laboriosè, & laudabiliter habitum
esse versatum, vt præteritorum conscientia, & recordatione fauile
contentus esse possis; sed tamen maiorem commouisti de te expe-
ctationem, quam vt tibi liceat in præteritis conuiescere, cum
quo magis per hos annos siluisti, & maior speratur ex tuis abditis
studij lux eruptura, qua sacra litera illustratur. Proinde fili dùm
sappetit vitæ, ætatis, cuius vltimum partem, qua anteriores curas lau-
de concludas, serasque scribendo semen bonum, quod alteri etiam
seculo proficiat, nostrumque pariter iuuet, & oblectet, præsertim cum
id facile tibi factum sit, idcirco tandem a te scripturarum campis;
Grecorumque, & Hebræorum hausis fontibus, animam longe bo-
lente a meditatiōneque expletum adscribendum committere, &
quasi pio ægecola semina scripturarum animo obrutum ad fructum
perducere. Idque nunc magis carissime iam, & matura, & quæ
dumquam fuit, tua eloquentia, & doctrina; quamquam sperare
Nobis licet, iudique etiam ad Nos erat perlatum, in animo te ha-
bere suscipere idcirco, quod cupimus: Sed videretur tibi obferre
modestiam tuam; ac ne quos veterum, si qua illi aut Græce parum
periti, aut aliorum ingenij non ita adiuti, aut Hebræa lingua com-
nino experteret, aliter forte ac tu nunc inuenis, scripturam tradi-
derunt, offendere; aut is, & sanctitate, & doctrina insignibus
contradicere videaris. Cum tamen multa liceat, vel disputare,
vel scribere, qua non alij sentiant, dummodo aliena a veritate;
& sanctæ Ecclesiæ vniuersali traditione præuic non sentiantur, atque
Scripturis sacris sensus potius fuerit relatus, quam ablati. Ne eo
enim respectu ullus humanus a uocando Deo operam debet auoca-
re; quia quod quis studiose indagauit, pie, ac sincere proferat,
dum prolatus non contumaciter asserat, sed Ecclesiæ iudicio sem-
per subiciat. Quamobrem cum ea facultate sis, vt possis, pietate
autem, vt velle debeas plurimis ad animarum salutem proficere;
idque à te Cardinalatus dignitas, religionis professio, continens
literarum studium, vitæque tua perpetua consuetudo exigant; ad-
dices etiam fili his tot rationibus stimulum charitatis Nostre, quem
te speramus pro Nostro in te beneuolentia non postremum esse habi-
turum; expellamusque cupide Nostro hoc in te amore, & magnam
Nos obseruantia freti, vt in Deo, qui tibi in hoc aderit, & in No-
stram gratiam, communi fidelium utilitati scribendo proficiat, san-
ctamque Ecclesiæ tuarum prolatione vigiliarum illustret. A
quoniam enim rem sacræ ex soli Nobis iucundum; a te verò huius
sanctæ Sedis honorificentissimo membro, Nobisque in amore, præ-
cipuo etiam letissimum erit. Dat. Romæ apud S. Petrum sub An-
nulo Piscatoris die 22. Iulij 1530. Pontific. Nostri anno septimo.*

*Eundem Ægidium non dissimili encomio exornauit Iacobus
Sadoletus Cardinalis, his literis.
Iacob. Sadoletus Episc. Carpen. Ægidio Card. S.P.D. Si qua-
sum ex tuis literis accepi voluptatis, tantum ipse meis literis ex-
primere posse considerem; nihil aliud agerem profecto hoc tæpere,
quàm tibi miram quædam ex eis animi mei letitia, iucundis de magis
prescriberem: per quam intelligeres, laboris tui fructum egredere
tibi consistisse, cum amicissimo tuo, eidemque tibi deoissimo, &
utilitati tantum, & delectationis attulisses. Sed quoniam eorum
re me oppressum iri plane video, si suspicere nitar, quod perferra*

filium accepit; at illa defuncta ab armis ad Ecclesiasticam vitam cultum, & à sago ad togam non sine laude se transtulit. Ex Protonotario Apostolico Diaconus Cardinalis S. Georgij in Velabro primo, postea S. Mariz in Cosmedin renunciatus, Episcopus rexii Bouianensem & Ariminensem Ecclesias; præsuit Archipresbyter Basilicæ Vaticanæ. Defuncto Leone X. in Comitij Pontificij pro Hadriano absente, & Romanæ aulae ignoto nunquam suffragium suum ferre voluit: at Hadriano VI. è viuis sublato, hunc clarò generis, & virtutum stemmate illustrem nonnulli vt in Pontificem eligerent, iam eum nominauerant. Romæ è viuis abiit pridie nonas Ianuarij anno 1534. vt scribunt Cabrera in Clemente VII. & Filiuccius in Elogio M. S. alius tamen annus, & dies notatur in epitaphio, & in monumentis Vaticanis, dies scilicet decimus Ianuarij anni 1533. Post obitum sepulchrum habuit in Vaticana Basilica cum sequenti Inscriptione.

FRANCISCO CARDINALI VRSINO
LEONIS X. PONTIFICIS MAXIMI AMITINO
QVI DVM ANNUM PROPE LXI. AGERET
DIEM CLAVSIT EXTREMVM
QVARTO IDVS IANVARIJ MDXXXIII.
OCTAVIVS VRSINVS PATRI OPTIMO POSVIT.

Ad Franciortum Vrsinum sunt Angeli Politiani literæ de Pöderibus, & Mensuris, in quibus hæc de ipso Franciorto. *Geram tibi moram, sed & libenter mi Franciorte: nam cum tu Petri Mediceo alumni, patroniq; mei sis amicitias, ipsam cum ipso laribus educatus, excellentis, & molis, & virtutis, & ingenij iuuenis, idemque singularis erga me semper humanitatis, nihil est utique, quod magis ex animo faciam, quam quod esse tibi quam gratissimum sentiam.* Vegetum enim percurrere itauerat Franciortus, quare à Politiano exegerat, vt Ponderum nomina, & mensurarum breuissimè colligeret, atque ad se mitteret. Cæsarianis post Urbis ditionem obfes datus est à Clemente VII.

XXXII.

PAVLVS Æmilivs de Cæsis, Romanus, quem Bzo-nius Aquitanus facit, iuris scientia clarus, Angeli Cæsij, & Franciscinæ Cardinæ filiorum omnium primus in lucem venit in paterno oppido in Umbria die 1. Martij in eunte tertia noctis vigilia, anni 1481. primus, qui alijs in sua familia ad sacram purpuram viam aperuit, cum interfuisset Concilio Lateranensi; Iulius enim II. in diplomate prerogationis eiusdem



Concilij Notarium suum appellauit; ex Canonico Basilicæ Liberlandæ primo, mox Vaticanæ, atque ex Protonotario Apostolico, & Cancellariæ Apostolicæ Regens annum agens primum supra trigessimum renunciatur Diaconus Cardinalis, & Ecclesiæ S. Nicolai inter Imagines; postea Diaconus S. Eustachij præficitur. Hadrianus VI. Leonis in Pontificatu successor, cuius Comitij interfuit, causam Cardinalis Volaterrani, dum in arce S. Angeli detinebatur, Cardinalibus Paulo de Cæsis, Sanctæ crucis, & Anconitano commisit. Deinde cotam Clemente VII. & Cardinalium coetu, Carolo V. in Imperatorem electi literas anno 1526. mense Decembrii ad Clementem, & octavo die Octobris eiusdem anni ad Collegium Cardinalium datas quatuor, & eò amplius horarum spatio legit, quem deinde eidem Carolo Imperatori Clemens, obsidem dedit. Idem Cardinalis de Cæsis, Cardinalis de Valle, & alij tres ab eodem Clemente delicti fuerunt ad modum exquirendam parandæ pecunie ad ditionem Ecclesiasticam usendam necessariæ. Ex Paulus III. eundem cum Cardinalibus Senensi, & S. Seuerini delegit ad corrigendos Ecclesiasticorum mores; cumque in Senatu Cardinalium, de Concilio celebrando retulisset, ei dirigendo, Senensem, Campegium Episcopos, Ghinuucium, Simonettam, Contarenum Presbyteros, Paulum de Cæsis, & Cæsarium Diaconos Cardinales præposuit; & mortuo Cardinali de Valle S. Mariz Maioris Archipresbytero, illius Basilicæ Archipresbyteratum in Paulum de Cæsis contulit. Ecclesiam Tudertisam annos vndecim gubernauit, quam redditis, & bonis plurimis auxit; Narniensem quoque, Ortenensem, Ciuitatis castelli, Ceruiniensem, Massanensem, & Tolonensem diuersis temporibus administravit. Quas Ecclesias simul, ac obtinuit elemosynas certas instituit ad subleuandos pauperum familias. Accidit aliquando vt non modo fructum multum ex aliquibus caperet, sed etiam de suo multum adderet. Extant frequentes epistole, quibus mandat nullo casu omitti debere eiusmodi à se institutas elemosynas; *Malle se carere, atque inopia opprimi, quam eas summinis; Si laustrissime agere non potero, inquit, in illarum vna, humillimam vniuersum erunt tam multa vestes; contentus ero paucioribus; aliam vniuersum famulorum, omnia faciam, prorsus quæuisa deserantur.* Vbi que iarta testa Templi esse volebat, atque in

A ijs omni reuerentia, ac cultu Sacerdotes sacrum suum munus obire. Extant manu ipsius descripta instituta, quæ seruari decernebat, addita si quis aduersus ea delinqueret pecuniaria poena, quam appositissimam omnium esse aiebat ad continendas in officio huiusmodi personas. Sunt autem huiusmodi. Ne quis statis, ac certis horis desit quin ad celebrandum hymnis Deum de more conueniat; nec ante tempus discedat, ne incompositè, ac properanter recitent; ne inter se fabulentur; ne Præfecto caeremoniarum aduersentur; ne Vicarios suos mittant, sed ipsi qui titulum habent interfint.

B Per multa quoque iussit Sacella exædificari, quæ apparent, ac Narniæ quidem quæ sanctæ Crucis nomen habet monasterium instaurari suis sumptibus curauit. Anglicanæ matrimonij causa præfuit. In causa Mutinensi aduersus Ferrariæ Ducem ipse triumphauit cum duobus alijs Cardinalibus creatus; Præfectus signandis Iustitiæ, & Gratia libellis præfuit. Angliæ, & Hiberniæ Protectoris munus egit multis annis, absente videlicet Campegio Germaniæ Legato. Protector item Ducis Allobrogum fuit, tum Romualdæ societatis Camaldulensis ordinis, deinde Eremitarum ordinis societatis Pisane. Cumque Patres vniuersi probe scirent Paulum singulari prudentia præditum esse, onus ei imposuerunt, vt suo arbitratu epistolis responderet, quæ ad Cardinalium Collegium mittebantur.

C In Urbis depopulatione multa passus summum vitam periculum adiit, adeo vt testamento facto omnes eum complorarent; voto tamen sanctissimæ Virgini Lauretanæ facto conualuit.

Habitabat in Quirinali, quam Urbis partem mirè amabat, ac cæteris omnibus præferebat. Cæsariæ aliquandiu ab abulatione, quam ad vires firmandas adhibere consueuerat, ob pluuium tempus. Pridie nonas Augusti de repente sereno caelo conspecto, confectis maneris sui negotijs solitam exercitationem repetere instituit; extulit domo pedem, progressusque eo est, vbi vulgus *Neronis Turrim* fuisse dicit, eminenti loco, atque imminente columnijs ædibus eo in spatio incedentem adiit, vetus amicus ex Leonis X. familia, qui & à cubiculo fuerat; cum eo prolixum sermonem conferre cepit, simulque ambulare vsque ad noctem, cum nihil iucundius audire posset quam facta, memoriamque temporum Leonis; ea suauitate abductus cum aduentantis noctis humidam auram perpassus, tum quod multo magis obscuris, pedes minime curauit; fuerat enim delicatissimi incestus, atque vbi paulum progressus, si forte sudare accepisset, aut per vduum inambulans affici pedes sensisset, calceos, ac reliqua mutare instituerat, ne quid humidum penetraret; tum fabulando intentus cum pluuia madefactum solum, calcaret, mirabantur ministri quod diutius ibi insisteret, aut crepidas, calceosue non posceret, quarum tanta cura gerebatur, vt etiam proprijs nominibus distinguerentur; cumque atrienses cocleas repentes collegissent, quibus in vespera velceretur, nam sequentis diei festi causa sanctæ Mariæ ad Niuës, cuius fani, vt diximus Archipresbyter erat; eo die carnibus abstinebat, fure qui in eas mortis causam referrent, verumtamè cum familiares easdem sine damno degustassent, id minus credibile visum; Domum reuersus, dum luxifconsultis familiaribus suis, quos Auditores dicunt, de morâ dat operam, magis etiam frigus humidum pedes læserat, ac ministri valde madefacta pedum integumenta animaduertunt, sobrietate aut solitus, atque hilarè cenatus cubitum iuit. De media nocte intertinis doloribus correptus, accurrentibus familiaribus se mortuum dixit, & acutus dolor intra quatuor, & viginti horas Paulum confecit. Suspicio dati veneni, etiam tormentis adhibitis, probari non potuit.

Mortalium vitam deseruit die 5. Augusti, hora septima noctis anno Christi 1537. ætatis 52. seu vt alijs placet 56. cuius cadaver apud eandem Basilicam Liberlandam in nobili familiae suæ sacello sepultum cum hoc Epitaphio, quod à Paulo de Angelis in delineatione Basilicæ S. Mariz Maioris recensetur, & est tale:

D. O. M.
PAVLO ÆMILIO CÆSIO S. EYSTACHII DIAC. CARD.
A LEONE X. ELECTO
LIBELLIS GRATIÆ SIGNANDIS PRÆFECTO
A CLEM. VII. AD PRÆCIPVAS RES GERENDAS ADHIBITO
BASILICÆ HVIVS ARCHIPRESBYTERO.
FEDERICVS CARD. FRATRI BENE MERENTI POS.
VIXIT ANNOS LVI.
OBIIT ANNO SALVTIS MDXXXVII.
QVINTO NONAS AVGVSTI.

F Ciaconius in Paulo III. affirmavit obijisse anno 1535. contra Ciaconium præter sepulchralem Inscriptionem sunt scriptores ferè omnes, & monumenta Vaticana. In tabulario Basilicæ Liberlandæ hæc de Paulo memoria: *Paulus Cæsius Romanus Cardinalis S. Eustachij à Leonis X. creatus, Archipresbyter sacet in arca gentis suæ.* Obijt, tanto lactu, & sui desiderio relicto, vt nihil supra fieri potuerit. Non putabant apud alium reperiri posse tantam vitæ innocentiam, & æqualitatem, tantam sermonis comitatem, tam faciles aditus, tam assiduam subscribendis Gratia, & Iustitiæ libellis laboris tolerantiam, tam semper fidelem, tam semper opportunam supplicantibus promptitudinem; prædicabant Religionem, ac pietatem, omnis iuris summam peritiam, atque

Ciaconius
Bzo-nius
in Annai,
Ecclesiast.
Pridie nonas
Vigiliæ in
Adit. ad
Cæ. & in
Iul. facta.
Carolis
Cæsar.
in syl.
Adoc.
Condit.
Famulus
de Rom.
Pontific.
Adery in
V.
Famulus de
Aquil. in
Delict.
hæc Li-
berlandam.
Andr. Vi-
nell. in
Adit. ad
Cæcon.
Felix Cæ-
teonius in
Ebenho-
Nomenel.
Card.

intelligentiam, miram tractandæ Reipublicæ solertiam, quæ annis viginti Cardinalis, cum quatuor summis Pontificibus carissimus, atq; acceptissimus fuisset tum incredibili prudentia, modestia, humanitate etiam diuersarum partium animos sibi deuinxisset. Domestici meminerant splendidissimam frugalitatem, mansuetudinem in vniuersos, in singulos singularem beneficentiam; neque enim ipsi dolendum fuit, aut venia à familiaribus petenda, quod in ipsos se liberalem non præstitisset. Nemo enim fuit qui non videntis, aut morietis iussu largissimè donatus talem benignitatem non senserit. Ita ille suos semper extulit, vt quam honestissimos, ac si fieri posset, etiam sui patres esse studuerit.

Angelus Cæsius è Franciscina Cardula coniuge duodecim suscepit liberos, quorum quatuor præcipue fama superstites, Paulum, Zenilium nostrum Cardinalem; Federicum, qui luxuriosa eximius Episcopatu Tudertino, & sacre purpuree honore insignitus, & ipse claruit; Vespasianum, seu Lucidum Vespasianum, qui inter Advocatos Consistoriales sedet, & Octavianum Maximilianum, qui Episcopatu Ceruensis ornatus genitori, familieque decus addidit. Angeli, & Franciscinæ coniugis simulacra supra sarcophaga Romæ in Basilica Liberiana in facello à Federico constructo visuntur; in quorum marmoreis basibus hæc sculpta leguntur Epitaphia.

D. O. M.
ANGELO CÆSIO
PETRI ITERVM SENATORIS VRBIS
FILIO
ADVOCATO CONSISTORIALI PRIMARIO
PAVLI ET FEDERICI CARDINALIVM
PATRI
FEDERICVS FILIVS CARDINALIS
POSVIT
VIXIT ANNOS LVI. MENSES IV. DIES IX.
OBIIT ANNO SAL. MDXXVIII.
DIE VI. FEBRVARII.

E conspectu est coniugis monumentum cum hac sepulchrali Inscriptione.

D. O. M.
FRANCISCINÆ CARDVLÆ
ANGELI CÆSII VXORI
CATAMELATÆ VENETORVM EXERCITVS INPERATORIS
NEPTI
CARDINALIVM MATRI
FEDERICVS FILIVS CARDINALIS
POSVIT
VIXIT ANNOS LVII. MENSES II. DIES XI.
OBIIT ANNO SAL. MDXXVIII.
DIE XV. APRILIS.


Stephanus Ioanninensis in Medicea Historia Paulum Cæsum his verbis, laudibus extollit. *Accersitur ad eandem sacrorum Patrum celeberrimam Synodum, & maximo quidem iure Paulus Cæsus Romana dignitate aduictus, qui Diui Nicolai inter Imagines Cardineo galero, à Dino Leone X. redemptus est; huius enim politioris vite instituta, obseruandique mores, atque per egregiam scientia summa laus, Cardineo muneris expectationem promeruerunt, quæque cum ingenij dexteritate floreat doctrina absoluta, scientiamulti in qua, ac gloria demum verissima suo ipsius iure Cardineo stemmate claret.* Confluxerant in aulam huiusce Cardinalis præter Episcopos quosdam, multitudo quadam clientum, qui fato quodam, tenui fortuna, atq; egentes erant, quos ipse sustentandos suscepit. Itaque in rationibus domesticis alicubi manu ipsius scriptum inuenitur, expensum quotannis quatuor aureorum millia subleuandis familiaribus, vulgari verbo *fallitis*. Neq; erant hi Ecclesiastici prouentus, quibus se, suosq; sustentabat, sed luarum, ac paternarum pecuniarum fructus. Carolus V. ipso Imperij initio literas ad Paulum dedit, quibus consentire se, aiebat, vt in Siculo, & Neapolitano regno cum vsus veniret trium millium aureorum reddituum Ecclesiasticorum obtinere sine vlla contentione posset. Neque tamen scimus quicquam Paulum ab illis regnis habuisse. Leo verò Decimus Romanus Pontifex, vt optimè merenti confuleret Ludenti Archiepiscopatu, quem qui obtinet is Primas, ac Legatus regni Daciæ est ad Oceanum Germanicum, Paulum de Senatu sententia ornauit. At is dignitatem illam, cum non posset per se exercere ad optimū virum transfudit. Et quæquam ex ea prouincia amplius quam sex millia aureorum caperentur, quingentorum dumtaxat annua pensione contentus fuit, quam semel, atque iterum ad summum ob bella, & hæreses in regno illo exortas, accepit: non debeo hic præteritæ insignem humanitatem Pauli Cardinalis. Nam cum Laurentius Campegius Germaniæ Legatus, & Paulus Vergerius Pontificius interuentus ad Cæsarem missis literis fidem Paulo fecisset, Georgium quem Paulus in demortui locum suffici curauerat diu exulem huc, atq; illuc errantem consumptis paternis, & amicorum bonis miserimè degere, deo; ea re Antistes Bremensis, Dux Brunsvicus, senatus populisque Lubecensis, atque alij Pontifices ad eum scriberent, dedit literas Paulus amoris, atq; humanitatis plenas, quibus exulem Antistitem solatus Romam inuitabat, vbi domo sua ipse cum certo seruorum numero, atque equis vti posset. Quin illud addidit corrogaturum se tantum pecuniarum, quarum depositarum apud mensarios certissimis fructibus idem.

suam tueri egestatem posset. Mortuo Leone, ab Hadriano Sedusiorum Ecclesiam obtinuit. At Sedulij defuncto Matthæo Cardinali, & Episcopo, tanto eius odio flagrarunt, vt ex pagis in urbem Sedunum conuenientes, conspirarint, Duce Georgio Supraflaxo, quem multis iniurijs Matthæus affecerat, ac statuerint nullum vniquam, aut externum, aut Cardinalem Antistitem admittere; itaq; Philippum Plateam ex eorum corpore Episcopum erigere Ganonicos coegerunt. Pars coniurauit interfecturos se, quicumque Roma in eam prouinciam missus esset, cum Pontificis maximi literis ad Philippum exturbandum. Hæc autem omnia, contra foedera Germaniæ cum Apostolica sede inita erant. Illis enim cautum fuerat, vt si qua Antistitis intra Curiam Romanam defuncti prouincia vacasset, sedes Apostolica Antistitem imponeret. Hadriani in se collatum beneficium tueri voluit Paulus; quare ad Sedusiorum Primates qui verbis, ac literis Pauli clientes, ac seruos se futuros semper ante hac professi fuerant, scripsit; diu ea res agitata. Tandem Caroli V. Imperatoris precibus Paulus ius suum in eam prouinciam summo Pontifici concessit, vt ei præficeretur, qui vtilior, ac magis idoneus ab eo putaretur.

Ad Paulum literati omnes confluebant, quos complexebatur, atque in oculis ferebat, mirificè rationibus eorum cõsulebat; quod ita profitebatur, vt ceteri Cardinales quoslibet eiusmodi nacti omnes ad Paulum tanquam ad portum remitterent. Hinc ille optimarum artium cultus, hinc studium conquirendorum signorum, comparandorum lapidum, factæ tectæ tuendæ vetustatis, qua in re celeberrimum nemo superauit. Nam post Urbis miseram cladem, cum adhuc in arce Hadriani custodiretur, cum suæ res alie omnes in incerto essent, cum de salute desperaret, nihil antiquius habuit; quam curare ne antiquæ inscriptiones, aut tabule à militibus perderentur, auferrentur, alienarentur. Quare Ianus Vitalis de illo hæc cecinit.

*Si genitorem humeris quod post eversa tulisset
Pergama Troes, Ieros dicitur esse prius.
Quæ tibi spes patria lux, & clarissima Cæsi
Debentur meritis nomina digna tuis.
Tu legis lacrimosa cadauera Roma;
Et facis æterna posteritate frui.
Tu reparas quicquid caries absumit, & ignis
Et quicquid duro tempora dente tenent.
Vna tibi spirant Romana rebera molis
Imperij quorum vix sasp orbis erat.
Macte anima illustri qui fracta, atque ore reuulsa
Ista tua patria non sine ossa mori.*

Quoad ipsius figuram corporis, statura ea fuit, quæ neque magna, neque parua dici posset; colore subalbo, non candido, barba lubnigra, non admodum proluxa, æqualiter genas vestiente, crinibus non curtissimis vsus, facie decora, qualem pictura, & statuaenea sepulcro imposta præferebat.



XXXIII.
ALEXANDER Casarius, Romanus, ex Protonotario Apostolico renunciatur Diaconus Cardinalis, & præficiatur primò à Leone X. Diaconia SS. Sergij, & Bacchi, postea à Clemente VII. S. Mariæ in Via lata. Rexit demum Episcopus mandante Paulo III. Ecclesias Albanensem, Praenestinam, & Pampilonensem; administravit etiã Conchensem, Hieracensem, Oppidensem, Alexiensem, Hidruntinensem, & Brixiensem. Ad delectum in Pontificem Hadrianum VI. à S. R. E. Cardinalium Collegio CæsarAugustam missus, vt nouum Pontificem sacri Senatus, & populi Romani nomine ad iter quam primam Romam habendum inflammaret. Post Urbis direptionem obles Casarianis damis, & à Paulo III. cum Cardinali Senensi, Ostiensis Episcopo Legatus ad Cæsarem, vt victoriam, quam ille de Tuneto expugnato, de Turcis retulerat, felicem deprecaretur. Anno vero 1537. die secundæ Iunij Nicææ cum idem Paulus Romanus Pontifex summopere cuperet, Cæsarem, & Galliarum Regem nexu vincire, Cardinales Ostiensem, Ghinuccium, & Cæsarinum Legatos ad eos instituit, vt illa, quæ ad pacem inter illos faciendam, & ad Christianæ Reipublice bonum pertinerent, efficerent. Hunc eundem cum Cardinalibus Campegio, & Grimano censuræ officialium, vt aiunt, diuisionis Ecclesiasticæ Paulus præfecit; imò vnus inter reliquos ad Concilium, quod celebrare iam decreuerat Paulus, ordinandum delectus est. Cumque Cardinalium coetum pro rebus ad Synodum habendam spectantibus Paulus institisset, Ostiensem, & Sabinensem Episcopos; Ghinuccium, Simonetam, Contarinum, Theatinum, Sadoletum Presbyteros; Cæsarinum, & Polium Diaconos Cardinales interesse præcepit. Cum interfuisset pluries

Casarius
Andr. Vi-
stor. in
Addit. ad
Ciaccon.
Stephan.
Iouan. in
Mouachia
Me-
dicæ.
Iof. Mar-
tini de
Episc. Pre-
nestin.
Florent.
Marinell.
de Dac. S.
Maria in
Via lata.
Aubery in
Vita.
Cabrer.
Pannius
de Rom.
Poffitib.
Verdiad.
Vghell. in
Addit. ad
Ciac. &
in Ital. fac.
Felix Co-
relorius in
Elencho.

Ponti-

Pontificij Comitij, discessit e mortali eius corpore immortalis animus anno 1542. die 13. Februarij; corpus ad Aramceli in familie lacello sepulturæ donatum.

Alexandrum hunc Louius eruditum ingenij virum, ac virtute insignem, eumque à Leone X. vi Iulianum Iunioem ab Alexandro VL ad familie egregie de republica merita dignitatem instaurandam, Vaticanæ purpuræ luce illustratos dixit. Doctus doctos viros fouebat, domique liberaliter alebat; vir ingenio clarus, & iuris scientia consultissimus, vrbana placiditate longè placidior, & cum esset doctrina præfulgens, ingenij perspicax, literatorum omnium amantissimus, ac defensor semper exitit. De illius doctrina egregium habemus Pauli Martij testimonium; *Qui maiorem, ait ille, aut iuris civilis, aut sacrarum literarum cognitionem sis consecutus, nullo modo confas.* Accurrebant ad eum homines consultam, vel auxilium petenti; hie, quos industria præstate existimabat, nulla te desse volebat. At quanti hunc Alexandrum Cardinalem fecerit Cardinalis Sadoletus, conijce ex duabus hie ad eum scriptis epistolis.

Jacobus Sadoletus Cardinalis, Alexandro Casarino S. R. E. Cardinali S. P. D. Non sum ausus dare ad te. antequam quicquam literarum, quod cum res non esset vlla digna, que scriberetur, inuicem sermone literarum tibi inuidendum fore putavi. Etsi me quidem ad scribendum sepius stimulabat cum mea insignis erga te obseruantia, simul, & benevolentia, tum illud iudicium, quod ego de tuis eximijis virtutibus præclarum iam pridem feci; postea quam cognoscere corpi in Senatu tuis audiendis, nosmetipsos sententijs, que tua esse in Christiana Republica mens, quam rectus sentis, ut prudens, & apta consilijs explicandis, ex tuo ore manaret oratio. Verum, ut dixi, veritus occupationem, & gravitatem tuam, nihil ad huc ad te scripsi. Nunc cum & magnas mea agatur, siquidem nihil mihi ab his populis, qui in fide mea sunt, esse disjunctum potest, & in tua non solum auctoritate, & gratia, quam ego permagna facio, verum humanitate etiam, & bonitate, magnam mihi spem habeam propositam, ea consequendi, que huic provincie salutaria esse possint; constitui scribere ad te, & tibi in primis causam populorum meorum commendare; omni te animi studio deprecans, ut quamquam mea erga te merita nulla admodum sint, qua cuperem equidem permulta esse, quo meum, erga te studium, atque animum cognoscere potuisses: tu tamen nobilitate, & liberalitate natura tua adductus suscipias horum patrocinijs populorum, atque in his rebus obtinendis, quas ipsi iustas, honestasque petunt, favoris illis, & patronum apud summum Pontificem præbeas. In quo non mihi solum rem gratissimam feceris; hancque tibi gentem in perpetuum obligaris; sed consules etiam officio, & dignitati tua; nam & nobilitatis est plurimos homines beneficijs comprehendere; & horum populorum in istam sanctam Apostolicam Sedem ea est fides tam insignis, constantisque obedientia, ut non videam, qui illis in hoc genere virtutes, & fidelitatis partes habenda sint; itaque quicquid illis datur, ad Sedem Apostolicam, & Ecclesiasticam auctoritatis datur. Qua propter eos tua etiam, atque etiam fides, benignitas, sapientiaque commendo; quid postulent, & quas querimonias deferant, ipsi se per Legatum, & suarum rem adlorem edocentur. Nec tamen grauiore malo premuntur, quam Iudeorum, qui incredibile est, quantis, & quam varijs hanc totam provinciam damnis, iniurijsque afficiant; quos ita a ferre, vel ita a fonte potius non solum his plebibus perniciosum est, sed nemini etiam nostro apud transalpinas nationes turpe: verum tu hoc melius pro tua summa prudentia considerabis. Ego pro officio meo, & quod hos populos verè paterna charitate complachor tantam capio, de commodis, & rebus eorum omnibus curam, ut maiorem certe de meo capere non possum. Quo etiam manus tuam erga nos hoc beneficium futurum est, quam si pro me ipso aliquid laborasset: cum horum hominum susceperis defensionem, quorum mihi salus, & tranquillitas in intimo corde penitus infixæ est. De hac eadem re dedi ad sacrum Collegium nostrum literas; quas tecum missi antea communicari, ut cum iudicasset reddendas, tum redderentur. Vale amplissime Casarino, & mei absentis tibi que dedistis res, ut tuam præcipue decet nobilitatem, tibi habe commendatas: iterum & sapius vale. Carpenterati pridie Non. Octobr. 1539.

Post has scripsit alias tenoris sequentis.

Jacobus Sadoletus Cardinalis, Alexandro Casarino S. R. E. Cardinali S. P. D. Qua tu virtute, qua auctoritate, & constantia causam horum populorum in Vrbe tutatus esses, fuerat mihi quidem à meis scriptum, in primisque à Carolo Gualteruccio, qui & mihi amicissimus est, & tua amplitudinis, ut multis ex rebus cognoui, studiosissimus. Sed nouissime Legatus provincie huc reuersus, apertius omnia, & certius explanans, idemque demonstrans ciuibus suis, quod vetera sura, & beneficia Romanorum Pontificum, que huic nationi pro singulari eius erga istam sanctam Sedem fide, & obedientia sepius concessa, tributaque sunt, noua Pontificis approbatione firmata fuerint, tua id potissimum auctoritate, & gratia fuisse effectum. Quam Legati orationem, commemorationemque maximè abs te accepti beneficijs summa ab his populis laus, & summa benevolentia consecuta est; itaque nomen hic tuum in magna

nunc gratia, & gloria est. Nos autem cogitabamus, ut primum esset missis facta, conuocare totius provincie Concilium, facerique omnes earum rerum, que in Vrbe essent gestæ, participes. Quod cum fieri, si bene ego horum hominum animas perspectos habeo, non commissuros puto, ut in ingratos tantum tuam donum collatum esse videatur; nos tamen vltra progredientur, quam ut de fructibus provincie aliquid in istam Vrbe mittant, quo patronis, & defensoribus suis optimis suum animum possunt declarare. Sed hec, que aliena potestatis sunt, parcius a me sunt predicanda. Quod autem proprie ad me ipsum pertinet, cum intelligam, te in hoc patrocinijs populis meis prestando, magnam honoris mei habuisse rationem; & ad tuam præstantem, beneficamque naturam aliquid momenti, & ponderis addidisse eam benevolentiam, quam me prosequeris; vellem equidem, sed non inuenio apta verba; quibus tibi agam meritas gratias. Sed tamen quas oratione exponere non possum, ut tibi aliquando rebus ipsis referam, omni amore, fide, studio, diligentiaque curabo; qua propter hoc officium in tempus aliud magis commodum reiciamus. Ego quod semper maximo opere optavi, posteaquam sum tua bonitate consecutus, ut in fidem tuam, clientelamque reciperer, te rogo, atque oro Casarino præstantissima, ut eadem erga me animo esse perseveres. Principia mei absentis tuendi, atque fouendi à tua nunc libera voluntate profecta sunt; fuerunt enim tota humanitatis, & liberalitatis tue; nunc lego tibi ipse benignitatis, constantis, & magnitudinis, quæ quid lego summi viri, & nobilis, & magnitudine animi præcellentes libenter astringi solent. Quorum tu summi, & par, etiam hoc genero virtutis, atque officij nemini futurus es secundus; ut qui se tibi semel addixerunt, eos tu semper tua gratia, auctoritateque protegas. Ego quæ mea erunt partes, operam assidue dabo, ut neque de tua erga me benevolentia, neque de mea in te obseruantia rubore unquam ullo officiare. Vale. Carpenterati pridie Nonas Iulij 1540.



XXXIV.
Ioannes Saluiatus, Florentinus, Iacobo Saluiato, & Lucretia Medicea Leonis X. fore anno 1490. die 24. mensis Martij natus, præclaræ virtutis vir, vigesimum septimum nondum attingens lute ætatis annum, ex Protonotario Apostolico à Leone X. inter Diaconos Cardinales cooptatur, ac præficitur Diaconus sanctorum Cosmæ, & Damiani. Primus, qui in nobilem Saluatorum familiam Vaticanam Car-

dinis splendorem intulit: in fratrem habuit Bernardum, qui postea sub Pio IV. purpura ornatus est. Ferrariensem Ecclesiam administravit Ioannes, & Firmianus in Piceno primus, deinde Volterranus in Hetruria; Transensis in Apulia, S. Seuerinæ in Calabria, & nonnullorum testimonio Fanensis in Umbria maritima, & Theanenensis in Capania felici, ac Biterrensi in Barensi Ducatu Episcopus fuit. A Franciscò Primo Francorum Rege mirè dilectus à quo pro sancti Populi, Biterrensi, Olorensi, ac Vationensi nonnullorum testimonio Episcopatus in Gallia nominatus est.

Varijs Legationibus ad Principes functus magnam sui nominis gloriam comparauit: Henrici II. Gallorum Regis affinis, & Cosmi Magni Primi Hetruriæ Ducis patruus fuit. Sub Clemente VII. Apostolicæ sedis Parmæ, & Placentiæ Legatus, inde in Galliam ad Regem, mox ad Cæsarem in Hispaniam, iterumque in Galliam eo potissimum tempore fuit, quo Vrbs à Cæsaris exercitu capta, & ferè dilapidata est. Clemente VII. iniuste custodiæ iniuria vexato Legatus Apostolicus Galliarum Regè Frânciscum demisso exorauit animo, ut Cæsarianos milites pelleret, ac Pontificem in libertatem assereret. Pro pace iterum in Hispaniam ad Carolum V. de Patrum consensu destinatus, consultò reuicere, ne & ipse cum pluribus alijs Cardinalibus ad Romanæ Ecclesiæ dedecus in Cæsaris potestatem iret. Toleti dum esset anno nostræ salutis 1525. sedis Apostolicæ à Latere Legatus, inter alia obsequiorum genera, quibus tenerimum suum erga Deiparam Virginem pietatis sensum declarauit, Bullam edidit qua Toletanæ Confraternitati Conceptionis Crucem publicè deferendi ius concessit. Diploma recriptis Armentarij Seraphici Auctor in Regesto pag. 158. eiusque; initium est: *Ioannes miseratione diuina S. S. Cosmæ, & Damiani Diaconus Cardinalis de Saluiatis ad Hispaniarum, & alia regna, & loca, ad que nos declinare contigerit, Sanctis. D. N. D. Clementis Papæ VII. & sedis Apostolicæ Legatus de Latere dilectis nobis in Christo Confratribus Confraternitatis immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ in Ciuitate Toletana institutæ, salutem in Domino sempiternam, &c.*

Sub Paulo III. ex Diacono Episcopus Albanus, Sabinus, ac Portuensis exitit: Iulij III. delegatus portam D. Pauli Sanctam, dictam anno Iubilæi aperuit; de hac re vidi apud Carolum Anto-

Ciaconius Paninius de Rom. Pontificib. Ferdinand. Vghel. in Addit. ad Giac. & in Ital. sacra. Hieron. Rubens in Hist. Raucennaten. Aubery in Vita. Francisc. Guicciard. in Histor. Stephan. Ioanniaef. in Monarchia Medicea. Andr. Vi. florell. in Addit. ad Ciacon. Hipp. Mar. rac. in a. Purpur. Mariana. Felix Cö. telor. in Elencho. Scip. Am. mirat. in Histor. Florent. Io. Bapt. Adriani in Histor. Petrus A. belius, & Nicol. S. marthan. in Gallia Christian.

nium à Puteo numisma: regale palatium, quod à familia Corgna-
emerat apud S. Spiritum in Saxia à fundamentis construxit, orna-
uitque; alij tamen in Bernardum fratrem huiusce palatii fabricam
referunt. Vir sanè, vt Stephanus Ioanninensis refert, omnium sen-
tentia, perspicua ingenij acie dexterrimus, & illustri germine cla-
rus, mira prudentia insignitus, & omni prorsus virtutis splendore
percebrus, omnique scientiarum genere eminentissimus; qui que
suo ingenio, ac iudicio acerrimo ad sapientissima quoque scrutan-
da accensior, & ad ipsa literarum studia omnia longè propensior;
cuius famigerato suæ laudis delecta angustissima sui celebritatem
vniuersis ampliffimè quidem ingessit. Cum enim fuerit cuiusque
artis asyllum literatorum omnium, quibus iugi consuetudine oble-
clabatur, se defensorem præbebat adeo, vt literati ferè omnes ad
eius lares, veluti ad certissimum præsidij simulacrum pro sua quis-
que vtilitate confluerent. Lilius Giraldum, Bapcistam Pignam,
& Gagium, ac Ariostum viros illa ætate doctissimos in delicijs ha-
buit, qui etiam ipsi libros inscripserunt. Eiusdem legitur episto-
la ad Gregorium Cortesium.

Non modò Leoni X. sed & XI. Romanis Pontificibus sangui-
nis nexu iunctus Ioannes Cardinalis Saluiatus, ingenio, integritate,
modestia, humanitate præstans, Cardinalis Sadoleti testimonio;
quod præterea vir clarissimus, ornatissimus, omnique virtute
præstantissimus dicitur. Librum de Catholica Ecclesiæ extru-
ctione huius nomini idem Sadoletus dicandum censuit: inter Sado-
ti epistolæ est vna ad Ioannem hunc data de hac re 5. Idus Decem-
bris anno 1539. Commentarij in Psalmum nonagesimum tertium
ab eodem Sadoletio editi, ad Ioannem illico missi, vt illos proba-
ret; magni enim, vt ipse Sadoletus scribit, Ioannis ingenium tem-
per fecerat, eidemque in omni laude doctrinæ, ac literarum pluri-
mum semper tribuerat. Plures huic Cardinali literas scripsit Sado-
letus, quas percurrere qui vellet, inter eiusdem Cardinalis epi-
stolæ inueniet: neque solùm Cardinalis Sadoleti; sed aliorum, parte
secunda Epistolarum Principum ad Cardinalem Saluiatum extant
alia epistolæ. Inter quas inuenies illas, quas illi Henricus Ang-
liæ Rex, Catharina Cybo Ducissa Camerini, & Cardinalis Lotha-
ringiæ scripserit. Eiusdem Ioannis Cardinalis literas ad Cardinalem
Cybum, & ad innominatum, & ad Cardinalem Cortesium ibidem,
& alibi inuenies. Eidem scripsit Gregorius Cortesius Cardinalis,
acceptiq; ab illo literas, quas inter eiusdem Cardinalis Cortesij epi-
stolæ Venetijs editas anno nostræ salutis 1573. inuenies.

Interfuit Comitij plurimum Pontificum, Hadriani scilicet VI.
Clementis VII. Pauli III. & Iulij item III. in interregno Pauli
III. penè summus Pontifex ab omnibus acclamatus, Petri Cathedram
ascendisset, nisi tanquam Regis Gallorum propiorum affinem
Carolus V. Imperator ab ea dignitate arcendum curasset.

Rauennæ ex Ferdinando Vghellio lucem vitalem amisit 5. Kalend.
Novembris anno 1553. cum enim Roma ad oppidum Gualdum
peruenisset, in leuem apoplexiam incidit; Rauennam ad Portu-
enſe Cœnobium lætica delatus è mortalium scena piè discessit.
Cadauer Ferrariam relatum in Templo maximo reconditum est: at
Ioannes Fontana Ferrariensis Episcopus post annos quinquaginta
tres, vna cum Hippolyto primo Cardinali Estensi intra Urbani III.
Papæ sarcophagum in eodem Templo maximo collocauit. Ferdin-
andus Vghellius in suis ad Ciaconium Additionibus scripsit Ioan-
nis Cardinalis Saluiati corpus Rauenna Romam relatum fuisse, &
in sacello Saluatorum in Templo S. Mariæ super Mineruam recon-
ditum fuisse: correxit solum tamen errorem in serie Episcoporum
Ferrariensium, atq; se ab illo errore purgauit; corpus igitur Ioan-
nis Card. Saluiati Ferrariam relatum tumulatum est in Cathedrali:
huiusce Cardinalis laudes Ianus Vitalis hoc epigrammate indicauit.

*Culmina qui viget in summo virtutis, & æqui
Et sanctitatis gloria.
Cui deus eloquij, cui cæli occulta patefecit;
Deique pura qualitas:
Cui causas natura suas patefecit abundè,
Et clara fecit omnia:
Quem genus flos Italia Florentia Mater,
Hic SALVIATVS est Pater.
Non dolus hestermus, non illi iniuria presens
Accendit iracundiam:
Illius in sancto fas semper pectore viuit,
Et nuda semper veritas.
Ingenuè magnas res tractat, ducit honestum,
Et esse summam gloriam,
Nil conscire sibi nulla palleſcere culpa,
Omnique abesse crimine.
Macte animo illustri, & pietate insignis, habebis
Decet quod ista sanctitas.
Huic Cardinali Teresa Foscaria dicauit D. Frãncisci Vmbrigen-
gesta verſu heroico conscripta, eumq; sic alloquitur in præfatione.
Auguste Antistes, quo sospite Romula sedes
Inclita honoratum tollis in astra caput
Ne vana interdum pertentent ocia mentem,
Ingeniumque graui torpeat inde situ.
Accipe que facili iam bifimus astra camæna.*

*Carmina non animo displicitura tuo.
Hic vitæ, hic mores, & grandia facta videbis,
Umbrigena cecinit qua mea Musa tibi.
At si quid doctus erratum offenderit aures,
Corrige, nam vt placeam, displicuisse dolet.*
Francisco aliàs Cecchini puero Florentino, celebri illius æui
pietori agnomen familiaris suæ Ioannes dedit. Quare ille Cecchinus
Saluiatus dicitur est.



XXXV.
NICOLAUS Rodal-
phus, Florentinus, Io-
annis Papæ filius, ex Proto-
notario Apostolico renūcia-
tus est Diaconus Cardinalis
SS. Viti, & Modesti in Ma-
cello Martyrum; qua Diaco-
nia progressu temporis reli-
cta, primò illant S. Mariæ in
Colomedin, deinde aliam S.
Mariæ in Via lata accepit.
Rodalphori familia grãtias
Leoni egit, quia Nicolaum
Cardinalium Collegio ascri-

psit; vt ipsius Leonis literæ eidè familie datæ referunt his verbis.
*Familia Rodalporum Florentiam. Quas mihi Iulianus Rodal-
phus grãtias egit vestris verbis, quod in vestram familiam
Cardinalatum intulisset, Nicolaum Rodalphum sororis meæ fi-
lium in Cardinalium Collegium asserendo, ea mihi grãtias, atque
incunde fuerunt; vestrumque id officium, atque ea animorum de-
claratio, quam tamen multo antea perspectam habebamus; ma-
gna enim & præclara documenta vestri erga Nos amoris, & pie-
tatis, summeque obseruantie sapè dedistis succursorem mihi eam
ipsam meam nominationem, atq; iudicium fecistis; quemadmodum
ab ipso Iuliano intelligetis; quo cum sum prælatiſſis his de rebus lo-
cutus. Vndecimo Kalend. Sextil. Anno quinto. Roma.*

Iulius quoque Cardinalis Medices ad Pontificatus apicem sub
nomine Clementis VII. euectus, Florentinam sibi desponsatam
Ecclesiam, Nicolao huic Cardinali viro nobilissimo, & de Roma-
na Ecclesia benemerito commendauit, quam ipse, totis visceri-
bus charitatis amplexus, per annos plurimos felicissimè rexit.
Vir procerus, generis splendore, doctrina, & eruditione clarissi-
mus fuit Nicolaus, cumque placiditate ingenij resulsisset, munifi-
centia suæ nitore, & summa religionis probitate emiculsisset, con-
dignam suæ auctoritati famam, Stephani Ioanninensis testimonio
apud Reges, & Principes adeptus est: cuius denique ingenita pie-
tas, atque clementia iure per omnium ora adhuc illabatur. Hunc
idem Clemens VII. in arduis negocijs non semel consiliarium ad-
hibuit, cuius virtutes iam exploratas habebat, eumque Vrbeuetanum,
Vicentinum, Florentinum, Foroliuensem, Viterbientem,
Imolensem, ac Salernitanum Præfulem in Italia constituit. Archie-
piscopus Salernitanus eo tempore fuit, quo ad Salerno vastationem
venit Ariadenus Barbarossa Turca, insignis Pirata, qui Euangelistæ
Matthæi miraculo fugatus, cum sereno cælo magna repente ortæ
esset tempesta, impij voti minime compos contra penè classe
aufugit. Quam sanè memoriam Salernitana Ecclesia Nicolao Ar-
chiepiscopo mandante, ad hoc vsque tempus die 27. Iunii, pia, &
solemni pompa per ciuitatem Deo, ac beato Apostolo grãtias
agendo profequitur. Paulum III. Romanum Pontificem Viter-
bij; & Carolum V. Imperatorem Salerni excepit, quem quoque
debito honore in sua Metropolitana Florantina suscepit Idibus Maij
anno 1536. dum ab Alexandro Mediceo, primo Florentinorum
Duce ad ædes Mediceas illustri hospitio duceretur. Ad murum ci-
uitatis, portæ Romanæ in marmore hæc legètibz proſtat Inscriptio.

CAROLVS V. CÆS. AVG.
CVM INSIGNI
OMNIVM CHRISTIANORVM
BENEFICIO IMMÄNEM
ARCHIPIRATAM REGNO TVNETANO
REPVLISSET FVGASSETQVE
SICVLO NEAPOLITANOQVE
SVIS REGNIS CONSTITVTIS
ROMA PROPECTVS FLORENTIAM
HAC PORTA
CVM MAGNA POMPA INGRESSVS
POPVLO
CVNCTO PRÆ LÆTITIA GESTIENTE
AB ALEXANDRO MEDICE
CIVITATIS DVCE
CVI MARGARITAM FILIAM
DESPONDERAT ILLVSTRI APPARATV
REGALIQVE HOSPITIO
MEDICEAS IN ÆDES ACCEPTVS EST
ANNO MDXXXVI. IDIVS MAII
TITVLVM P. COSMVS MEDICES
MAGNVS DVX HETVRIE
ANNO MDLXIX.

Ciaconius
Borpinus
de Episc.
Florentin.
Gaspardus
Mucius de
Præfati Se-
lemianus
Petr. Co-
retin. de
Episcopio.
Viterbien.
Ferdin.
Vghell. in
Addit. ad
Cic. de
Ital. Sar.
Anbery in
vita.
Cabrera.
P. Iouius
Stephan.
Ioannin.
in Mont.
chia Me-
dicea.
Felix Co-
relotius in
Electione.
Io. Bapt.
Adrianus
Historia
Scip. Am-
mirat. &
fac. Nard.
in Histor.
Florentin.
Paminius
de Rom.
Pöschel.
Florant.
Marinell.
de Dac.
Maria in
Via lata.
Andr. Vi-
thorid. in
Addit. ad
Cicam.
P. Mart.
in Vita-
Cosm. He-
trunæ De-
cis.

Deinceps Archiepiscopatu Florentino se abdicavit Nicolaus in gratiam Andreæ Bondelmontij, cum regressu tamen, vt tunc temporis in vsu erat; ac secuta deinde Bondelmontij morte, iterum Florentinam Ecclesiam administravit anno 1543. ad quinque annos, quibus elapsis, iterata abdicatione Florentinam Ecclesiam in Antonium Altrouitum refudit. In Dui Petri Patrimonio, ac in ipsa Vrbe Romæ Paulo III. ablente Legationis munere functus est. Ecclesias, quas Apostolico beneplacito obtinuit, ædificijs, vel ornamentis illustrauit: Balneoregio prope Viterbium nobile palatium extruxit Viterbiensium Antistitem cõmoditati in quo fontem erexit. De illo hæc Marcus Antonius Flaminius cecinit.

*Quod solitus sylvis liquido pede currere in altis
Nunc celebrò augusta regia telia domus.
Gratia magna tibi RODVLPHI magne, meam tu
Per duris montis viscera ducis aquam.
Vt qui vix fueram pecori bene cognitus ante,
Nunc Regum hymphis, ora, manusque lanem.*

Palatium quoque Episcopale Ecclesiæ Vicentinæ, quam Ecclesiam sexdecim omnino annis semper abfens rexit, à fundamentis restaurauit, atque ornauit. In Vrbe vastatione cum Innocentio Cybo Cardinale obfess datus Hugoni Moncade duci; & à Paulo Tertio Cancellariæ Pontificiæ ad meliorem statum redigendę Præfectus, post ipsius Pauli obitum vacante sede Apostolica viuendi finem fecit Romæ, vt quidam tradunt die 20. Ianuarij, seu prima. Februarij anno 1550. quo ex improviso obiit: post obitum sepulchrum habuit sine vlla memoria in Ecclesia S. Augustini de Vrbe.

Illum Sadoletus in quadam epistola humanissimum, doctissimum, ac liberalem iure appellat, quippe qui Reipublicæ Christianæ commodis vbique, & semper studeret. Ob quas egregias animi dotes sacro Senatui ita fuit in pretio, vt ipsa die, qua è viuis exiit, post obitum Senatui in summum Pontificem selectus fuerit: imò ab ipso Paulo III. in priuatis moribus Alexandro Cardinali Farnesio, vt Pontificatui præcipue idoneus commendatus fuerat; sed mors improvisa communibus votis intercessit. Bernardinus Rutilius Vitas laurifonctorum, quas edidit, Nicolao Rodulpho Cardinali dicauit, de quo in epistola dedicatoria hæc habet. *Quod eo liberius apud te loquor Patrone optime, quod te bonus animus meus cõpans, laudatoremque habeo; tuoque hoc iudicio, & testimonio tutus omnium obrectatorum linguas facile contemniam: es enim mihi vnus, vt Ciceroni quondam Cato pro centum milibus, vel potius vt Plato Antimacho, pro omnibus: vniuersamque tibi tot, vt ita dixerim, vsuas vitas, quot scriptas darent; neque enim paucioribus es dignus: uale seculi doctus.*

Extant huiusce Cardinalis literæ ad Cardinalem Cybo in commendationem Reipublicæ Florentinæ, atque ad Cardinalem Gregorium Cortesium, qui eidem rescripsit, gratias agendo, quod sibi pro amplissima dignitate Cardinalatus eloquenter, & beneuolè sit gratulatus.

XXXVL

HERCULES de Rangobus Comes, natione Italus, patria Mutinensis, Lucetie Benicouæ; regis munificentiæ fœmine, que Ioannem Medicum, postea Leonem X. in Rauennate clade in seruitutem obductum, mox clanculùm elapsum excepit hospitio, opibusque foit ad splendorem, filius eidem Ioanni Mediceo Cardinali in famulatu fuit, eumque captum, in Gallias profecturum sequi volebat, sed abnuisit ille; & Pontifex paulò post renunciatus, grati animo ergo Protonotarium, & Cubiculariorum suorum principem eum instituit, deinde legit in Cardinalium Senatui, & Diaconum S. Agathæ nominari. Episcopus præfuit Ecclesijs pluribus, Caueni scilicet, Mutinensi, Adriensi, & Nazariensi in regno Neapolitano: E vita migravit Romæ in Arce S. Angeli mense Augusti anno 1530. cum Vrbs sub Clemente VII. à Cesarianis direpta esset; voluit quidam Herculem ex pestilentia decessisse. Lilius Gregorius Gyraldus, quo Hercules magistro vius fuerat, eius obitum desens aiebat.

*Vnus præterea sera solatia Vite
Reflabat Rangobus, Rangobus clarissimus inter
Purpureos patres iuuenis, sanctumque Senatui;
Quem mihi iam prædem puerum mandarar attendam
Mater; nunc iuuenem senior comes vsque sequebar.
Atq; dabet ille bono esse animo, citòque affore tempus,
Quo lateris ait, mutatque fura videtis.
His me nequicquam dictis solabar amicis
Nescius ab iminentem quibus tristia fura maherent.
Ecce autem ardentes corret cunis Strius aëros;
Cæcis cæca vris sensim præcordia febris
Igenibus, interiusque ardens depascitur artus.*



*Occidis in media Rango strepse iuuenta:
Occidis o Parrum magnus Pater ornamentum.
O vanas hominum spes, o hominum irrita vota;
Ocia qui modò spondebas, melioraque vite
Tempora, nunc lacrymas tantum, & suspiria linguis
Rango mihi, & serè tantum dispendia vite:
Aeternum verò salue mihi maxime Rango,
Aeternumque vale.*


Corpus in S. Agathæ Templo, quod cū ædibus, hortisq; instaurauerat, sepultum, S. Agathæ effigie, & hoc carmine exornato.

DIVA TIBI RANGO DEDICAT EFFIGIEM.

Cardinalem hunc humanissimum Petrus Bembus muruo amore prosequatur: vide huius ad illum epistolam Italicam scriptam, anno 1526. sacri ordinis Senatorij decus, amor, ac delicia à Garimberto idem appellatur; quem Stephanus Ioanninensis virum, perpetuæ laudis, virtutis, & eruditionis celebrem, ac familiaris suæ ornamentum fuisse innuit. Summa namque meritorum necessitudine cum Leone Pontifice deunictus erat, qui cum de literaria fruge benemeritus esset, ipsum Cardineis titulis summa cum laude illustrauit, sacrique palatij ex Comitibus vnum esse voluit.

XXXVII

AVGUSTINVS Triuultius patrius Mediolanensis, Ioannis filius, Abbas B. Mariz Montisfrigidij, qui in fratres habuit Petrum Rhegij, & Philippum Triuultium Kagusiz Archiepiscopos, ex Cubiculario Iulij II. Romani Pontificis Protonotarius primò, mox Diaconus Cardinalis S. Hadriani, tum S. Nicolai in Carcere Tulliano à Leone Iulij successore renunciatus est. Multa enim



erat in eo decora, patriæ nobilitas, splendor generis, oris venustas, ingenij acumen, iudicij præstantia, eloquentia, eruditio, prudentia, grauitas, Principum gratia, opes, & auctoritas; quem non modò purpura, sed & laudibus epistola ad Ioannem Iacobum Triuultium ornauit Leo. Cum animo repeteremus, ait, quanta cura, quantoque studio nobiscum semper egeris, vt Augustinum Triuultium, propinquum tuum in Cardinalium ordinem legeri, atque asciscere vellemus, cum tuis precibus impulsus, tum ipsius allelti virtutibus, religione, optimis, præstantissimisque moribus, demum etiam vestra familia cum Nostra consuauidine, officiorumq; prope omnium consuetudine suadente, hodie de fratrum meorum S. R. E. Cardinalium consensu Augustinum Triuultium Cardinalem nominamus, atque in amplissimum eius ordinis Collegium cooptamus.

Plures Augustino huic Episcopatus crediti Tolonenfis scilicet, Petragoricensis, imò ex aliquibus Massiliensis, & Varenfis in Gallia; Bobienfis, Astensis, Nouariensis in Ducatu Mediolanensi; Rhegienfis in Calabria, Brugnatenfis in Liguria; & nonnullorum testamentis Archiepiscopus præfuit Ecclesiæ Mediolanensi. Rexit etiam Baiocensem Ecclesiam in Gallia; nam vacante per obitum Petri Martiniaci ea cathedra, eum nominauit Franciscus Primus regia schedula Compendij data anno 1531. die 17. Septembris, & paulò post creatur Administrator dictæ Ecclesiæ, vt perspicitur ex documento ab ipso originali deprompto.

Clementis Papa VII. Charissimo in Christo filio Nostro salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum imper Ecclesia Baiocensis per obitum bonæ memoriæ Petri Episcopi Baiocensis extra Romanam Curiam defuncti, Pastoris solatio destituta, tu vigore Concordatorum inter Nos etiam tuam, & sedem Apostolicam inuicem, dilectum filium Nostrium Augustinum S. Hadriani Diaconum, Cardinalem ad Ecclesiam ipsam, vt presertim, vacantem, per tuas literas nominaueris, Nosq; ad nominationem huiusmodi eundem Augustinum Cardinalem, quoad videret, Administratorem dictæ Ecclesiæ, vt presertim, vacantis, in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, prout in eisdem literis plenius continetur. Nos ne si forsan ipsum Augustinum Cardinalem extra regnum Franciæ, & locatus temporalis dominio subiecta, & apud Sedem eandem decedere contingeret, quo minus ad ipsam Ecclesiam, aliam personam tibi gratam libere nominare possis, impediri valeas, opportune providere volentes, motu proprio, & ex certa scientia Maiestati tue, vt ad Ecclesiam ipsam cum administratione ipsa per decessum ipsius Augustini Cardinalis extra regnum, & loca tua prædicta, & apud sedem huiusmodi cessante vacare contingerit, aliam personam idoneam Nobis, aut Romano Pontifici pro te impore existenti, & dictæ sedi alium iuxta Concordata prædicta nominare liberè, & licite valeas; perinde ac si idem Augustinus in regno, aut dominijs prædictis decessisset, auctoritate Apostolica tenere presentium inuulgemus, plenamque, & liberam facultatem concedimus, prouisiones, & quasvis dispositiones de dicta Ecclesia,

Ciaconius
Matthæus
Gibert.
P. Bembus
& Iacob.
Sadol. t.
in Epistol.
Petrus A.
belius, &
Nicol. S.
marthad.
in Gallia
Christian.
Felix Cõ.
celor. in
Glencho.
Franc. Au.
gust. ab
Eccles. in
Histor. Pe.
dem ont.
Ferdinad.
Vghell. in
Ital. sacra.
& in Add.
ad Ciac.
Hier. Ger.
rimbert.
Andr. Vi.
strell. in
Addit. ad
Ciacon.
Ludouic.
Iacob. à S.
Carol. in
Bibl. Pont.
Nomenel.
Card.

vt præ-

Ciaconius
Matthæus
Gibert.
P. Bembus
& Iacob.
Sadol. t.
in Epistol.
Petrus A.
belius, &
Nicol. S.
marthad.
in Gallia
Christian.
Felix Cõ.
celor. in
Glencho.
Franc. Au.
gust. ab
Eccles. in
Histor. Pe.
dem ont.
Ferdinad.
Vghell. in
Ital. sacra.
& in Add.
ad Ciac.
Hier. Ger.
rimbert.
Andr. Vi.
strell. in
Addit. ad
Ciacon.
Ludouic.
Iacob. à S.
Carol. in
Bibl. Pont.
Nomenel.
Card.

ut presertur, vacante, absque nominatione tua quomodolibet factas, nullas, & invalidas existere, nullisque roboris, vel momenti esse decernentes, non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Concordatis predictis, quibus omnibus illorum tenores prefatis, hac vice dumtaxat specialiter, & alijs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressis derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Roma apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 13. Octobris 1531. Pontificatus Nostri Anno Octavo.

Post tredecim annos, die scilicet 16. Nouembris 1544. per procuratorem iuramentum clientelae Cardinalis professus est Ecclesiae Rothomagensis, uti referunt tabulae Rothomagenses. Legatio quoque prouinciae Campaniae, & Maritimae in bello contra Columnenses à Clemente VII. eidem demandata est; cui id muneris obuenti plures epistolas Matthaeus Gibertus Pontificis Darius scripsit. Praefuit Archiepiscopus Basilicae Vaticanae; ordinem Cisterciensium in Romana-Curia in fidem habuit: Legationem etiam Gallicam ad Regem functus est; imò post Scaramuzae Cardinalis Triulcius obitum, regnum Gallicum eius fidei, tutelaeque à Rege tradidit. Direpta à Caesarianis Vrbe Cardinales Triulcius, Pisanus, & Gaddus dati obsides, ac Neapoli in Castro nouo custoditi, quo in loco Cardinalitatis dignitatem Augustinus numquam intermisit. Qui Gallicarum partium studiosus Cardinali Farnesio, ut in Pontificem eligeretur, egregie fauit, à quo deinde Paulo III. ad Regem Galliae Legatus decretus, ut de pace cum Rege, & Carolo Quinto transigeret.

Bembum, & Sadoletum amicos, & laudatores habuit; ab utroque literas accepit: dignitate qua poterat, sapientia, qua auctus erat, ad aliorum commodum, & Reipublicae bonum utebatur: animo, studio, cura, diligentia, pro Pontificis Romani dignitate, & Apostolicae sedis auctoritate excubabat; humanitate singulari excellens, prudentissimus à Bembo, & impensè strenuus appellatus. Doctissimus, & multis nominibus clarissimum Cardinalem Thomam de Vio praeter ceteris dilexit; cuius vitam cum Augustino Ioannes Baptista Flauius dicasset, omnium bonarum artium cultoris nomen, quo Thomas gloriari merito potuisset, ei tribuendum existimauit.

Abijt è vita Romae pridie Kalend. Aprilis, ut referunt acta Consistorialia, seu, ut alij volunt 13. Kalend. Aprilis anno 1548. sepultus in Aede S. Mariae de Populo ad portam Flaminiam cum hac inscriptione.

MAGNIS PATRIVS
IOANNES ANTONIVS AB ALEXANDRO VI.
AVGVSTINO A LEONE X.
CARD. AMPLISS.
THEODORVS
CARD. TRIVVLTIVS
M. DC. LIV.

Ditissima eius spolia ad Paulum III. peruenere, ac nonnulla ex eius preciosis aulaeis, superioribus annis adhuc in Vaticanis Pontificis maximi aedibus conspiciebantur.

Historiam Romanorum Pontificum, & Cardinalium scripsit, quam morte praeventus typis mandare non potuit; cuius testimonium saepissime Ciaconius attulit, de qua subijcio hic ex Victorello, quae praetans Ecclesiasticarum rerum historicus Onuphrius Panvinius ad secundam partem libri de Pontificibus, & Cardinalibus lectorem mouit. Multa is ab Angelo Massarello à Secretis Pontificis, ad Pontificum, & Cardinalium historiam referenda se accepisse fatetur; ac Massarellum testatum multa se harum rerum, locupletissima ex Bibliotheca Triultriana hausisse. Omnium, addit Panvinius, qui in hac parte defudarunt, sine controversia princeps fuit Augustinus Triultrius Mediolanensis, Diaconus Cardinalis S. Hadriani, qui inde fatigabilis propemodum studio per universas Italiae, Galliarum, Hispaniae, & Germaniae vrbes diligentissime omnia, quae ad historiam Romanorum Pontificum, & Cardinalium pertinent, conquisiuit, & magnis propositis praemijs conquisiuit; cuius in eam rem egregio, & laudabili labore praecipuus, & perpetuus comes existit Antonius Lalsus, eius non fallor, Secretarius; quorum lucubrationsibus, & vigilis praecipue usus sum in ea Romanorum Pontificum, & Cardinalium parte qua est ab Urbano VI. ad Paulum IV.

Ad hunc Cardinalem sunt plures literae editae inter illas Principum, illi scribere Ioannes Guidiccionus, Franciscus Guicciardinus, & Ioannes Marthaeus Gibertus, Darius.



XXXVIII.

FRANCISCVS Pisanus, Venetus, Francisci Aloysij Diui Marci Procuratoris filius, & Ioannis, eadem in aetate flore dignitate ornat frater, vir natura disertus, instante Leonardo Lauredano eiusdem Reipublicae Principe, ex Protonotario Apostolico absens Diaconus primò S. Theodori, post ex Martinello, S. Agathae, tum ex S. Mariae in Cosmedin, demum S. Mariae in Porticu, mox Presbyter S. Marci, de-

num Episcopus Cardinalis Albanus, Tusculanus, Portuensis, & Ostiensis, ac Decanus Collegij renunciatus est. Adolescens purpuram accepit, quam annos quinquaginta tres detulit. Rex Patavinam Ecclesiam, quem Patauij in aula Pontificum efferens laudibus Antonius Porcellinus doctor, & eques fortissimus S. R. E. Cardinem, ac religionis Christianae clarum fidus, Patauinae civitatis parentem, ornamentum, & decus vnicum nominavit, rerumque cognitionem, integritatem, constantiam, & fidem in ipso laudavit. Clementi VII. in mole Hadriani à Caesarianis obfeso fidus Achates fuit; deinde pro eodem obfeso Neapolitana in arce annu, & sex menses exegit. Idem Porcellinus oratione quam habuit Franciscus Cardinali Pisano Patauim ingresso laetitiam vrbs in aduentu sui Antistitis expressit, ac nonnullos ex Pisana familia clarissimos viros enumeravit. Quatuor aureorum millia Reipublicae Venetae Turcarum armis impetite donavit; Ecclesiam Patavinam à fundamentis construxit, atque exornavit Episcopatum. Tarvisinae, & Ciuitatis Nouae, seu Emonensis Ecclesiae administrationem suscepit: Archidiaconus Marcellum II. & Paulum IV. coronauit. Natali suo Cardinalibus Collegis conuiuium in aedibus in sanctum Marcum praebuit, cui interfuit Syluius Antonianus vndecimum aetatis annum agens, octonis versibus Italicis singulorum Cardinalium laudes pertrinxit, & Ioanni Angelo Cardinali Mediceo Pontificatum maximum vaticinio nunciavit. Huius Cardinalis laudes Ianus Vitalis his versibus complexus est:

Ille vides, grauitas cui plurima regnat in ore
Cui frons est mentis perpes imago sua.
Postremo primus; qui lenis ut oridine Patrum
Ostentat Venetae nobilitatis opes
Ille est, cui multum veneranda modestia debet,
Cui multum Charites, ingenuusque pudor.
Pontificem ille etiam summum dat honore Tiaræ,
Et lateri assisit sedulus ante alios.
Et quamuis Pisana domus nitet alta tropheis
Nusquam vllum tanto Principe maius habes.

Aetate tandem grandaeuus, articulari morbo laborans, nuncio de Aloysij Cardinalis nepotis morte accepto, dolore animi confectus, die Lunae 3. Kalend. Iulij anno 1570. Romae occubuit; cuius corpus ad S. Marcum delatum, in nobilissimo sepulchro statuis, & columnis marmoreis ornato apud maiorem Templi portam posito, cum hac inscriptione conditum est.

D. O. M.
FRANCISCO PISANO CARDINALI EPISCOPO OSTIENSI
VIRO ANTIQVAE PROBITATIS AC INNOCENTIAE
HEREDES EX TESTAMENTO POSVERE
VIX. ANN. LXXVI. OBIT III. KAL. IVLII
M. D. LXX.

De hoc Cardinali iam sene memini me legisse, callido quodam consilio Apostolicam penè promotum fuisse ad sedem; etiam cum Aloysius Cardinalis nepos in Conclau pro nouo creato Pontifici coacto Cardinales singulos, ideoque seorsum, ac clanculum praehensisset, exorassetque, ut honoris ergo, & ad laetitiam quandam effecti lenis, eo die suum vellent conferre suffragium, ab uno quoque haud repulsus abijt; torque suffragia fide obtinuerat, quot viderentur sufficere electioni. Res proculdubio ut in votis euemisset, nisi eiusdem Aloysij nimis anihela solertia discussisset consilium: ab vno enim primùm, & altero, mox à pluribus, ita in omnes celeritate mirabili praecurrit, ut ad fraudem simul omnes torpere, simulque omnes calliditatem risu excipere viderentur.

Franciscus Cardinalis Pisanus fuit Archiepiscopus Narbonensis, & Primas; ut constat ex initio Concilij Prouincialis Narbonensi celebrati anno 1551. mense Decembri praeside Alexandro Zerbiniensis eius Vicario. Quod Concilium impressum anno 1646. Parisijs sub scuto Solari reperies in fine voluminis Conciliorum nouissimorum Galliae à tempore Concilij Tridentini. Quae excudit Dionysius Becchet via Iacobea Parisijs, opera Ludouici Odespumi Turonensis Presbyteri anno 1646.

Ciaconius
Anberij in
vita.
Panvinius
de Rom.
Pontificib.
P. Bembo
& Petrus
Arenin. in
libris.
Io. Chem
de Episc.
Gallia
Ferdin.
Vghell. in
Ital. sac.
in Addit.
ad Ciacon.
Felix G.
relotius in
Elencho.
Andr. Vi-
torelli. in
Addit. ad
Ciacon.
Claudius
Robertus,
Petrus A-
bellius, &
Nicol. S.
marthaeus
in Gallia
Christiana.
Petram-
iana.

Circulus
P. Iouis
Genetrix
And. Vi.
Andell. in
Addit. ad
Cicero.
Duardus
Nominis in
Genetrix
Regi
Lufitanie
Petrus Co
telotinus
Elephas
Gis. Jo.
ge. in
Pup. D.
Bernard.
Zaninus
de Rom.
Pontific.
Cafpar
Mordellus
in Hiftor.
Abney in
Vita.



XXXIX.
ALPHONSVS Infans Por-
tugallie, Emmanuelis
Regis, ex Maria Fernandi Re-
gis Castellæ nata, sextus filius,
natus die 23. Aprilis an. 1509.
Eques militiæ Christi, natione
Lufitanus, octavo ætatis suæ
anno absens ab Vrbe renun-
ciatus est à Leone Diaconus
Cardinalis, ea tamen conditio-
ne, vt nunquam haberetur
tanquam Cardinalis, nisi peru-
enisset ad decimũ quartum
ætatis annum. Tunc enim
sine alia Pontificis declaratione haberetur pro Diacono Cardinali;
vt ex literis eiusdem Leonis scriptis octavo Idus Maij anni 1518.
habemus, quibus illi concedit Diaconiam S. Lucie in Septemsolij;
fuit autem postea Diaconus S. Blasij. Rexit Ecclesias plures in Lusitania;
Vlyssipponensem scilicet, Tangitanam, quam anno 24. suę
ætatis obtinuit; Vifensem, Eborensem, & Equinatensem: & Abbas
præfuit Cœnobio Alcobaciensi ordinis Cisterciensis.

Cardinalis Bembus anno 1540. Nonis Aprilis Alphonso scribēs,
maximi eum Regis fratrem, multa doctrina, & omnibus virtutibus
perornatum nuncupavit; rogauitque, vt de suo ad Urbem aduentu
cogitaret, cum in Cardinalium Senatũ ascitus, viginti iam annos
absens fuisset; Pontifex enim, & Cardinales videre eum summo pe-
te cupiebant. Emmanuel Rex Portugallie Alphonsi huius pater In-
diæ à se subactæ trophæa Leoni misit; inter quæ Elephantum tur-
rito insignem ephippio, aureaque stragula homines ferentem, pas-
sus ad tibiarum sonum moderantem, ac Priapicem gestu quodam
venerantem, vt diximus supra in Leonis vita.

Obijisse Alphonsum Cardinalem anno 1537. falso dixit Cabrera;
nam ex monumentis Vaticanis certò scimus Eboræ, seu Vlyssippon-
ne die 21. Aprilis anno 1540. decessisse anno suæ ætatis trigesimo
primo; post obitum sepulchrum habuit in fano Bethlemitico, seu in
Ecclesia principe Vlyssipponensi, in sacello S. Vincentio sacro. Fuit
hic Princeps munificentissimus, & magnanimus, ac tanta insuper
mansuetudine, & clementia; vt nemo vnquam ab eo tristis disces-
serit; quanta autem fuerit morum suauitate, & comitate; obitu il-
lius intellectum est; non enim alio affectu eum vnuerſa luxit Lusitania,
quàm si communis omnium parens interijſſet. Litteratorum
omnium fuit maximus fautor, vt qui litterarum erat studiosus: Anti-
stis officium, & sacerdotij munera ipse exercebat assidue, vt sæ-
pe facti baptismatis Fonte pueros ipsemet lauaret, & Eucharistię sa-
cramentum ægrotis per vrbem ministraret. Illius inuentum fuit
Christianam doctrinam quotidie pueris in Ecclesijs tradi, & eorum
nomina, qui sacro Fonte lauarentur, eorum etiam qui susceperant,
libro inscribi. Denique auctoritate, famulitij nobilitate, cultu do-
rnis, & maiestate Regem; religione, pietate, & misericordia in-
pauperes optimum Episcopum referebat.

SEXTA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Leo X. Pontifex maximus anno à partu Virginis 1518. Pontificatus sui sexto, die 24. Martij, Romæ vnum renunciauit Cardinalem Presbyterum, qui fuit.

Circulus
P. Iouis
Genetrix
And. Vi.
Andell. in
Addit. ad
Cicero.
Duardus
Nominis in
Genetrix
Regi
Lufitanie
Petrus Co
telotinus
Elephas
Gis. Jo.
ge. in
Pup. D.
Bernard.
Zaninus
de Rom.
Pontific.
Cafpar
Mordellus
in Hiftor.
Abney in
Vita.



XXXX.
ALBERTVS, ab alijs
Brædeburgensis, Ioannis Mar-
chionis Electoris filius, & Ioa-
chimi item Electoris frater,
natione Germanus, ac Canoni-
co Moguntino, ac Treuirēsi
Archiepiscop⁹ primò Magde-
burgensis, & Germaniæ Pri-
mas, deinde Moguntinus Ar-
chiepiscopus, Vrile Archie-
piscopo mortuo, communi
iuffragio à Moguntinis Ca-
nonicis vna omnium senten-
tia, & voce electus est die nona Martij anno 1514. Sicque vnus
duabus Archiepiscopalibus sedibus simul gubernandis præfuit cõ-
sensu Leonis X. quod hætenus inauditum erat; & nulli vnquam
Principi contigerat. Administrauit etiam Halberstatensem Epi-
scopatũ. Hunc Leo Presbyteris Cardinalibus adscripsit die 24.
Martij anni 1518. quem tamen teste Blasio de Casena eadem die
non publicauit; qua autem die fuerit publicatus, non aperit ille;
scimus tamen ex monumentis Vaticanis, atque ex Iacobi Manlij
historia mense Augusti eiusdem anni rubrum pileum suscepisse.

A Manlij verba refero. Pateat igitur R. P. tue, Fabricio enim de
Carretto sacrosancti militaris ordinis S. Iohannis Baptistæ magno
Magistro historiam suam inscripsit, vt felicissima post festũ Pente-
costes Dominica nona, anni millesimi quingentesimi decimi octauis,
primus dies mensis Augusti erat, Apostolica commissioni satisfac-
ciendi causa, Reuerendissimus in Christo pater, & Dominus, Domi-
nus Thomas tituli S. Sixti Presbyter Cardinalis, sanctissimi Leonis
X. Pontificis maximi Legatus à Latere, vir quidem omnium
virtutum genere cumulatus, circa sextam eiusdem dies horã,
ante meridiem, in ciuitate Augustensi palatium vna cum familia
pedes exiens, & Reuerendissimus in Christo Pater, & Dominus,
D. Matheus S. Angelus sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconus
Cardinalis, Gurconsis Princeps, Coadiutor Salisburgensis, ac A-
postolica sedis in Germania Legatus de Latere, collega suus Reue-
rendissimus in Christo Pater, & Principis Alberti noui Cardinalis, &c.
Aedes pedestres petierunt, quo per dictum Principem comperto,
mox illis ad fores vsq; obuiam venit, eosdem dulcissime suscipien-
do, & deinde omnes tres vna simul eorumdem adum sacellum in-
trauerunt, ibique supranominati Reuerendissimi D. Legati à dicto
Cardinali, summi Pontificis nomine iuramentum, quale singulis
ad Cardineum apicem transcendentes præstari solet, receperunt.
Quo factò eiusdem noui Cardinalis cancellarius, vir quidem multa
laude dignus, palam voce alta, sanctissimi Domini Nostri bren-
uè ad præbendam Cardinalem missum legit, cuius tenor de verbo
ad verbum est, vt sequitur.

Leo Papa X. Dilecti fili Noster salutem, & Apostolicam
benedictionem. Fratritatem tuam, qua ex illustri Brande-
burgensi prosapia, & in Germania verustissima, magnique pond-
eris familia ortum ducit, quæque clarissimorum progenitorum sua-
rum sancta vestigia secuta, de Nobis, sanctæque Apostolica sede
bene mereri semper studuit, ad summum Cardinalatus honorem,
quo nullus maior à Christi Vicario concedi potest, & ipsam per se
dignam, & à charissimo in Christo filio Nostro Maximiliano E.
Imp. Nobis per literas ipsius, & Nuncios sapè, ac vehementer com-
mendatam promouere statuentes, id vt nata temporis, atque va-
rum opportunitate faceremus. Ex quo nostro desiderio, & tua fra-
ternitatis dignitati, atque decori magis consultum videretur: ea
nunc Nobis visa est huius temporis non solum commoda, & bene-
ficia, sed etiam laudabilis occasio, in qua de expeditione sanctissima
contra salustiferæ Crucis hostes agendum est, & fraternitas tua anto-
honore ornata magis de Nobis, Christianæque religione propa-
ganda benemereri possit. Itaque hæc Nostra nunc de te promotio,
non solum grata, sed etiam persucunda tibi longè magis esse debet;
quod circumspicietionis tue fide, religione, & deuotione erga Nos,
& dictam sedem, exigentibusque tuis meritis, & præclaris virtu-
tibus, te solum in magno numero Cardinalium creauimus. Nos
quoque in bonorum omnium operum satore, & te spem locauimus;
quod si ante hæc de Nobis sancta Apostolica sede, & republica
Christiana bene mereri studuisti, iam iam eo maiore, alacriore ne
animo tuo officio, atque Nostris pijs desiderijs satisfacere poteris,
quo hoc sacratissimo dignissimo munere ornatus eris. Te igitur ad
omnipotentis Dei, & totius curiæ celestis laudem, & gloriam, per-
sonaq; tue ornamentum, clarissimæq; Marchionum Brandembur-
genſium prosapia perpetuum decus, & amplitudinem hæc die 24.
Martij in Consistorio Nostro secreto de aliorum venerabilium fratrum
Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio pariter, & assensu
in Cardinale creauimus. Superest, vt tu qui ex Moguntinensi Ele-
ctor Imperij, & Magdeburgensi Ecclesiæ Germaniæ Primas in
Ecclesia, & agro Domini magnus, & diues eras, atque es, nunc
Cardinalatus onere, atque honore decoratus, quid dignitas ea sibi
velit, quid Deus ipse abs te postulet, intelligas, & sedulo medite-
ris, quid te deceat, atq; etiam dilectum filium Nostrum Thomam
titulo S. Sixti Presbyterum Cardinalem Legatum Nostrum de
sanctissima, & perneccessaria contra perfidissimos fidei Nostra hos-
tes, & Christianorum sanguinem, deletionemque sitientes perra-
claturum, & Nostro nomine curaturum, eiusque pijs, & optimas
persuasiones, & sana consilia, quæ Nostra sunt, audias: ea quoque
executioni debita mandes; vt quæ pulchrior totius Orbis Europæ
pars, iam parua conspiciatur, non solum diebus Nostris ab impio-
rum manibus seruetur, sed illorum imperium seuque potestas, vel
ad sanctam fidem conuertatur, vel eruat. Qui verò Nos, & san-
ctæ, piæque vota Nostra sequentur, rectam viam ingressi, promissa
felicitatis æterna præmia consequantur. Datum Romæ apud san-
ctum Petrum sub annulo piscatoris die 8. Maij 1518. Pontificatus
Nostris Anno sexto.

E Quæ gratiarũ actio finita Cæsaræ Maiestatis nomine per Re-
uerendissimum Principem Petrum Bonomum ita responsum fuit.
Non erant Reuerendissime in Christo Pater, ac Principis Illu-
strissime, sacratissima Cæsaræ Maiestati à Reuerendissima P. V.
agenda gratia, quod ea apud sanctam Apostolicam sedem huic
suscepta sua dignitati partes suas adhibuerit, quodque si licet in-
uitam, & detestantem ad Cardinalatus apicem suo studio, sua
industria, & auctoritate prouehi curauerit. Licet enim vestra Re-
uerendissima P. sua singulari modestia eum honorem effugere, ac
tantis Cardinis ornamenta euitare constituisset. Arbitratus tamen

F Quæ gratiarũ actio finita Cæsaræ Maiestatis nomine per Re-
uerendissimum Principem Petrum Bonomum ita responsum fuit.
Non erant Reuerendissime in Christo Pater, ac Principis Illu-
strissime, sacratissima Cæsaræ Maiestati à Reuerendissima P. V.
agenda gratia, quod ea apud sanctam Apostolicam sedem huic
suscepta sua dignitati partes suas adhibuerit, quodque si licet in-
uitam, & detestantem ad Cardinalatus apicem suo studio, sua
industria, & auctoritate prouehi curauerit. Licet enim vestra Re-
uerendissima P. sua singulari modestia eum honorem effugere, ac
tantis Cardinis ornamenta euitare constituisset. Arbitratus tamen

D d est Cæsar

est Caesar non parum officii sui interesse, non id tantum perpendere, quod erat modestia vestra Reverendissimi Patris proprium, quam quod erat Imperialis, ac Caesaris culmine peculiare, & non quod ipsa modestie veniebat. Sed quod religio, quod sanctimoniam, quod frugalitas, quod cetera dotes, & virtutes eius exposcere videbantur, id totis viribus prosequi, ac procurare niteretur. Quidquid igitur a sanctissimo Domino Leone X. Pontifice maximo, quidquid a sacro Cardinalium Collegio in Reverendissimam P. V. collatum est, id non studio, non auctoritati sacratissima Casarea Maestatis, sed virtutibus, & meritis eius concessum. Ea igitur sibi concessa merito dignitate eum felix, ac spes perfruat; non tantum pro suo honore, sed pro universa Christiana Republica commodo, & in aeternam laudem, ac gloriam totius Germanicae nationis; sibi hoc de Casare persuadeas, quod si etiam nullis progenitorum suorum, ac Illustrissima sua prosapia meritis imitatus esset, a quibus se maximis commodis, & honoribus exornatum profiteretur; poterat tamen solius vestra Reverendissima P. intuitu ad multa maiora promoveri. Cui etiam in posterum pro honore, & dignitate sua conservanda, ad augendaque omnem opem, industriam, & auctoritatem perpetuo pollicetur.

Postea Dominus Legatus quaedam literas Apostolicas manibus suis in publicum protulit, & Casari Augusto honorificentissime tradidit, quae tunc clara voce per eximium Iurisperitum Iacobum Spiegel Casarem Maestatis secretarium, & consiliarium lectae fuerunt, quarum tenor ita se habet.

Charissimo in Christo filio Nostro Maximiliano in Romanorum Imperatorem electo semper Augusto. Leo Papa X. Charissime in Christo fili Noster salutem, & Apostolicam benedictionem. Venienti ad Maestatem tuam dilecto filio Nostro Thomae tituli S. Sixti S. R. E. Presbytero Cardinali Nostro, & sedis Apostolicae de Latere Legato, ob eas causas, quas ad universam salutem Christianae Republicae pertinentes, per alias Nostras literas, & eo ipso Cardinalis interprete tibi significavimus non putavimus alienum, Ensem, & Pileum, praclaro, & solemniter anniversario Natalis Domini Nostri Iesu Christi nocte, Nostri manibus consecratos, eidem Legato tradere tibi consignandos: quanquam non sumus ignari Maestatem tuam hoc excellenti munere a Romanis Pontificibus, saepenumero iam honestatum fuisse. Sed cum argumentum huiusce denique mysterium contineat Ecclesiasticae potestatis, cuius tutela, ac defensus tibi praecipue incumbit, ut qui sancta Ecclesia advocatus existis: volumus Nos quoque in hoc nunc munere Nostrum excitare; & virtutis tuae iudicium, & egregia in fide Christi voluntatis testimonium, cum praesertim nullo unquam tempore iustus quavis hoc, quo Christiana Republica impiis conatibus crudelissimorum hostium in discrimen vocata, tuam pietatem, sapientiam, tuam auctoritatem, animique magnitudinem maxime requirit, huiusmodi sacrosancta arma Maestati tuae data fuerint, ac donata. Ac semper quidem te pro amplitudine auctoritatis tuae accinctum gladio esse decuit super femur tuum; ut esses promptus, ac paratus tum coercere improbos, tum bonis praesidio esse, ut esses in sua praestantissima dignitate, & tutela equitatis, & iniuria poena constituta. Sed nunc non tam eo accinctum esse, quam cum distringi iam, & vibrari oportet potentia tuae dextera. Quae enim non modo causa, verum etiam occasio maior esse potest, quam ea qua Nos non in mediocres, aut de longinquo metus, sed in maximum, & praesens periculum vocamus, non modo dignitatis Nostrae, sed etiam salutis amittenda, nisi concordibus animis principum, tuoque in primis Christiana Republica fuerit fulta praesidio. Hac vero Nos vehementius Maestatem tuam, aut ad hoc praclarissimum opus suscipiende in fidem tuam publica salutis hortati sumus, aut illi tantam gloriam tantum nomen optavimus, quam ipsa non Nobis solum, sed cuncto Orbi Christiano suam operam, fidem, auxilium, & literas, & Nuncios iam dudum pollicita est. Quibus quidem tuis promissionibus, quam in spem, & expectationem ab omnibus venturam sit, quanta alacritas animorum in omnium fidelium cordibus fuerit concitata, libenter scriberemus, nisi Maestatem tuam nihil latere fideremus. Quare cum res ita se habeat, cape arma manu Princeps fortissimè, & sacri gladij quem tibi mittimus, aciem adversus Dei hostes, atque tuos exercere appara Dux belli sanctissimi, defensor gentium verum Deum colentium, vobis Barbarorum, quibus enim tuis honorator, aut quo genere curae, atque laboris, illustrior esse potes, quam si angustam istam dignitatem, qua polles, ac singularem virtutem, qua praeditus es, in his rebus collocaveris, quae maxime, & Catholici Imperatoris pietatem postulant, & praestantissimi Ducis virtutem. Nos quidem, quod officij Nostri, & amoris erga Maestatem tuam fuerit, nullum locum, tempusque praetermitteremus, testificanda, atque illustranda tum pietatis, & magnanimitatis tuae, tum Nostrae in te summae perpetuae benevolentiae. Erit autem tuae illius Nobis notae, omnibus laudatae sapientiae, animadversa occasione, & opportunitate temporum, periculoque, quod nisi obviam eatur, omnibus imminet, dare operam, & efficere, ut tua eximia virtus, ac dignitas tibi gloriosa, Orbi terrarum salutaris fuisse videatur. Datum Roma apud S. Petrum sub annulo piscatoris die 5. Maij, Pontificatus Nostri Anno sexto.

Quibus literis perlectis Caesar exhortatione Legati ad altare Domini transijt; ibiq; sacrosancta arma Ensem videlicet, & Galterum, seu galeam quae Ecclesiasticae potestatis ministerium continent, velut fidelissimus Catholicae fidei tutor, & protector accepit. Legatus vero ad dictum Caesarem orationem habuit talem.

Petrum Apostolum, Severissime Caesar constat gladios habuisse duos; alterum omni ex parte suum, alterum ita suum, ut a te educendus sit. Idem nunc in successore suo Leone X. Pontifice maximo illius in terris Vicario, cui data est omnis potestas in caelo, & in terra. Ensem istum Evangelicae veritatis defensorem nuncupasti, qui & Apostolica potestatis super gentes, & regna, sacrum est ministerium, & divina nihilominus in Iesu Christo nato, quamvis secundum carnem parvulo, quiescentis omnipotentia est sacramentum, Maestati tuae offert, ut pote de Romano, & de Apostolico throno, deque sedente in illo optimi merita: ad hoc fortitudinis, magnanimitatis, pietatis, religionis, iustitiae, sapientiaeque splendoribus effulgenti. Et iure quidem Maestati tuae Ensis iste debetur; cuius enim ille est, tuum esse ritus ille satis comprobat, quo tu Caesar inter sacra Pontificia, anniversario die Natalis Domini sibi contigeris interesse, eductum hunc de theca gladii, & galeam hac adoperatus, dum Evangelium Ioannis cantatur, Evangelicae veritatis assertor, & tutor vibras. Solum namque Ecclesiae defensoris, advocati nomen accepisti. Tuum esse, atque fore nostra haec tempestas exposcit, quando Christianorum omnium oculis in te sperant Domine, ut aperias marum tuam ad Ensem hunc capiendum, stringendumque in quos Christi hostes educendum. Sumi Caesar invidiam Spiritus sancti galeam in columbae gemmea, ut recondita animi mentis sedes absque dolo, & fraude tranquilla, & fecunda a Spiritu sancto in columbae specie donante, ac protegente seruetur. Non enim Christianissimum Imperatorem gentilium tyrannorum decet ferinos imitari mores. Verum ita se sustum, fortem, magnanimumque victorem exhibere, ut columbina mansuetudine, mitis, serenus, semperque augustus perseveret. Accipe & Gladium hunc tuum quo mystice non solum iustitia, & iudicium praeparatio sedis tuae tribuuntur; sed Evangelicae veritatis professores universi sub tua protectione locantur. Firmetur itaque manus tua, & exaltet dextera tua contra Turcarum rabiam, atque feritatem; sanctum autem, felixque sit quod hodiernis his sacris obtuleris dies communitis primo Romano Pontifici, primoque Augusto. Petro siquidem Apostolorum Principi dies hic dicitur esse; sed & Octavio deinde Cleopatra, & Antonio, Orbis terrarum monarchia potitus est; anteaque vehementer Republica, Augusti nomen accepit, sextilique Mense dedit. Felicissimasque hodierno hoc Ense post Constantinos, & Hierosolymamque partem Romae Imperium, Apostolicamque Ecclesiam ad fines, usque Orbis terrarum propagare Maestati tuae semper Auguste largiatur Iesus Christus D. N.

Postquam quidem orationem, lactorumque armorum susceptionem Caesaris iussu Episcopus Tergetinus gratias egit, hoc modo.

Sacratissimus Imperator, Reverendissime in Christo Pater, munus hoc nomine sanctissimi Domini nostri Leonis X. Pontificis maximi a Paternitate vestra Reverendissima sibi oblatum gratissimo animo suscepit, offertque se pro sancta Apostolica sedis gloria, proque universa Christiana Republica necessitate non modo operam, & facultates suas, sed vitam ipsam, & sanguinem, uti ab incaute atque semper concupiscit, quando cumque se occasio obtulerit expositurum. Cuius quidem rei magnitudo, et ius viridem maius imentiam, & fortius corporis robur, quam in eo nunc sit exposcere videatur, Spiritus sancti galea, ac fidei clypeo, frameaque protectus, ubi vires deficient, consilio tamen, ac imperterrito animo, Christo auspice, & ductore huic sancto proposito, ac necessariae in hostes fidei expeditionis nunquam defuturus est.

Peractis demum pulcherrime rebus omnibus Legatus ad altare, stans populo benedixit, & deinde sacerdotibus vestibus exiit sese Cardineis vestitus ornamentis, & tandem simul cum Casare, ac alijs Principibus, Cardinalibusque Ecclesiae exiit. Caesar autem cum ambobus Legatis, ac etiam Nuncio Apostolico, Principibus Electoribus, alijsque Imperij Proceribus, novum Cardinalem Albertum ad palatium usque se reduxit: deinde vero utrumque Legatum versus eorum hospitia comitatus est. Hac Iacobus Mantuanus Caesaris Historiographus in historiola duorum actuum anno 1518. Augustae habitorum, inuestiturae scilicet Cardinalitatis dignitatis Alberto Brandeburgensi Archiepiscopo Moguntino collatae, & Gladij, & Pilei per Pontificis Legatum Maximiliano Imperatori donati.

Titulum primo Albertus S. Chryfogoni, deinde S. Petri ad Vincula, alias Eudoxiae obtinuit; in monumentis Vaticanis Albertus hic Cardinalis SS. Petri, & Pauli nominatur.

Fuisse in Alberto Cardinali complura laude dignissima erga Deum, & Sanctorum cultum, huiusce verbis asseruit Irihemius eius aui scriptor in fine historiae S. Maximini. Dominus Albertus ex Marchionibus Brandeburgi Princeps nobilissimus, Moguntinae, & Magdeburgensis in Saxonia Ecclesiarum insignium Archiepiscopus, atque Primas Germaniae Reverendissimus Christi devotissimus Archiepiscopus, cum cultor, & amator, & venerator Sanctorum Dei maximus esset, reliquias, & sacra busta eorum summa cura

veneratione semper ubi laicit; inquisiuit, de puluere cum honore lo-
 uans, auro, & argento vestiuit; honorem quoque debitum singulis
 exhibuit, & omnem memoriam festiuè celebravit. Mox enim ut
 summi Pontificatus duplicem apud Germanos Domino prouiden-
 te apicem suscepit, totum se Christianæ religioni mancipauit; actus
 Episcopales præter multorum consuetudinem Præsulum in perso-
 na frequenter propria deuotissime ministravit. Ordines concilii,
 Missas ad altare solemniter sæpius decantauit, consecrauit Eccle-
 sias, benedixit Abbates, habitum publice deferebat Episcopalem.
 locis, atque temporibus suis, & nihil omisit eorum, que ad Chris-
 tianis Antistitis sacri sacrum videbatur pertinere officii. Summa
 eius delectatio semper in obsequio diuino, in celebrandis ad altare
 mysterijs sacrosanctis, in ornandis quoque, & venerandis magnifi-
 ce reliquijs Sanctorum: &c. Hanc egregiam erga diuinum cultum
 voluntatem deinceps, vt auctor est Nicolaus Serarius in Moguntina
 Historia, toto tempore vitæ suæ retinuit semper, & magis, magis-
 que demonstravit, prout tot, ac tanta eius in Ecclesijs plurimis,
 sed Metropolitana Moguntina potissimum extant dona munifi-
 centissima. Quare propenso studio, quo in diuinum cultum fere-
 batur, sæpè repetere consueuerat: *Domine dilexi decorem domus
 tue.* Augustæ Vindelicorum à Thoma Caietano Cardinali Leo-
 nis X. Legato, & Matthia Cardinali Gurcensi Cardinalatus insi-
 gnibus magno apparatu redimitus est. Maximiliano Primo Im-
 peratore vita functo, magno opere laegit Albertus, vt cum in-
 Franciscum Gallorum Regem Principum nonnullorum inclina-
 rent animi, eos ad Austriacam domum reuocaret, suaque tandem
 sapientia, industria, & eloquentia perfecit, vt ab Electoribus, qui
 adhaerant, omnibus, & Boëmiae Legato Francofurti electus fue-
 rit Carolus Quintus, & extant apud nonnullos disertissimæ eam-
 in rem orationes. Ferdinandum quoque Caroli Quinti fratrem
 Coloniz, licet absentem, in Cæsarem eligi curauit. Furentem Mar-
 tini Lutheri insaniam si omnino coercere non potuit, inhibuit ta-
 men aliquantum, & retardauit; quem suis literis, & exhortatio-
 nibus sæpè sæpius ad meliorem frugem reuocare tentauit. Quare
 Societatis Iesu Patres ex intimo sensu dilexit, omniaq; illis studia,
 ad firmandam religionem Christianam, atque ipsam Societatem in
 Germania præstitit: Petrum Fabrum vnum ex primis Societatis Ie-
 su Patribus, primumque ex illis Moguntiz incolam expetitur ma-
 gnopere ibidem aluit, illiusque colloquijs delectatus est Canisio re-
 lite. Prudentia, eloquentia, dexteritate instructus Albertus cum
 doctrina semper pietatem coniunxit, mansuetudinem, modestiam,
 ac temperantiam vsque ad supremum spiritum perpetuò coluit.

Serarius mirifice hominem laudat, eumque 8. Kalend. Octobris
 anno 1545. ex humanæ huius vitæ scena Moguntiz decessisse tra-
 dit; & in primaria Aede ad arcæ summæ basim positum sub rubri
 marmoris lapide, in quo est hæc ter incisa, nunquam è memoria
 deponenda vox Germanica: ALLE KRENACH: idest omnes
 post, nimirum sequentur: ad vnum Chori latus, tabula quedam,
 & eius imago cernitur, in qua hæc leguntur carmina.

ALBERTVS iacet hoc loco sepulchus,
 Qui de sanguine regio creatus
 Lumen Cardinei fuit Senatus;
 Qui virtute, potentiaque rexit
 Magni Saxonice Othonis Vrbes;
 Et Moguntiaci fluentia Rheni.
 Nil Germania maius hoc habebat:
 Nam de libris, arduisque rebus
 Comentus ubi Principes agebant,
 Verbis promptus, & elegans lingua
 Totum consilio suo Senatuum

Ac tot dissidijs ubique motis
 Terrarum bene consulebat Orbis
 Pacis suasor erat, quæta pacis
 Sanius ocia præferebat armis.
 Quin & Iustitia tenax, & equi
 Dignas fontibus irrogare penas,
 Complectique bonos, & innocentes
 Mitis non secus, ac parens solebat.
 Nec solum sibi congregabat aurum,
 Doctos munera conferens in omnes
 Dispensabat opes, manique larga
 Sacras Pieridum fouebat artes.
 Hunc lugubria tectus ora velo
 Albis, Rhenus, Hænelus hunc peremptum
 Fontis Pegæfæ cohortis, & omnis
 Est Respublica profecuta fletu.

Testamento ante obitum condito, multa multis piè legauit: Tem-
 plum, ac Cœnobium S. Petri ad Vincula instaurauit: extat etiam
 nostris hæc temporibus in eodem Cœnobio monumentum hoc.

Auxit hoc Monasterium, & ornauit mirifice Templum
 Rev. & Illustrijs Cardinalis ALBERTVS Marchio Brandeburgensis,
 Archiepiscopus Moguntinus, & Magdeburgensis,
 Primas Germaniæ, Administrator Halberstatis.

Ciccon. Vit. Pontiff. & Card. Tom. III.

Huiusce Cardinalis numisma vidi in Musæo Caroli Antonij à
 Puteo; in cuius facie prima Cardinalis nomen; & in altera: DO-
 MINVS MIHI ADIVTOR QVEM TIMEBO? Lemma expri-
 mitur. Huic Cardinali scripsit Bembus, cum Leo culpam om-
 nium remissionem bona in Turcicam expeditionem erogantibus
 promulgasset; eius rei prouinciam in Germania Alberto Cardinali
 demandauit; & in literis Ioachimo Marchioni Brandeburgensi Al-
 berti fratri datis hæc habet. *Anno enim te, atque illum, Albertum
 scilicet, antiq; facio, quanti utriusq; virtus, atq; dignitas postulat.*

SEPTIMA CREATIO CARDINALIVM.

Leo X. Pontifex maximus anno à Christi natiuitate 1518. Pon-
 tificatus sui sexto. Romæ die Veneris, 28. Maij vnum Presbyte-
 ris Cardinalibus adscripsit, qui fuit.



XXXXI.

IOANNES de Lorraine,
 Lotharingus, Renati Re-
 gis Hierusalem, & Siciliae,
 Ducis Lotharingæ, & Cala-
 briæ, ac Philippæ Gueldriæ,
 quæ postea professa est ordi-
 nem S. Claræ tertius filius,
 quem Marinus Salmonius in
 libris Hymnorū, Regum po-
 tētium progeniem vocat; na-
 tus Barri die nona Aprilis an-
 no reparatæ salutis 1498. fra-
 trem habuit Claudiū primum
 Guisæ Ducem, & Ludouicū

Cicconius
 Filiucius
 in Elogijs
 m. 55.
 Petr. Fri-
 zon. in
 Gall. Pur-
 purat. .
 Ioan. Che-
 nu de .
 Epif. Gall.
 Andr. Vi-
 storell. &
 Ferdinad.
 Vghell. in
 Addit. ad
 Ciccon.
 Claudiu
 Robertus,
 Petrus A-
 belius, &
 Nicol. Sa-
 marthan.
 in Gallia
 Christian.
 Pantinius
 Martinus
 Marier. in
 Bibl. Cæ-
 naciensis .
 Anbery in
 Vita .
 Felix Cæ-
 telor. in .
 Elencho.

cum Metensem Episcopum, & Virdunensem: quadrimus fit Co-
 adiutor Episcopatus Metensis: Alexandri enim VI. Romani Pon-
 tificis hæc scriptæ sunt literæ.

*Sanctissimus Dominus Noster animo reuoluens Reuerendum
 Patrem Henricum à Lotharingia non tam presuisse ipsi Ecclesie,
 quam profuisse; ne rerum defectus, & carentia statum suum in-
 posterum obnubilat, sed habeat unde statum suum iuxta Episcopa-
 lis dignitatis culmen decenter tenere, ac grandia sibi incumbentia
 onera perferre valeat, eiusdem motu, scientia, & pietate decreuit,
 & declarauit; premissis non obstantibus titulum Episcopalis di-
 gnitatis dictæ Ecclesie, siue sedis Metensis, ac plenariam illius in
 eisdem spiritualibus, & temporalibus administrationem vita sibi
 comite, etiam si ante illum Ioannem de mundo transire, aut alias
 eum statum mutare, seu regimen, & administrationem huiusmodi
 aliter cessare contingeret, semper, & indubitanter apud ipsum
 Dominum Episcopum remanere, & remanere debere; quamque
 idem Reuerendus Pater in pristinum, & eum statum, modumque
 & formam, in quibus ante ipsam cessionem, necnon illius admis-
 sionem, ac deputationem, & præfectionem huiusmodi, ac alia
 premissa quomodolibet erat, tam quoad ipsum titulum, quoties opus
 exisset, quam in spiritualibus, & temporalibus regimen, & admi-
 nistrationem huiusmodi, sine cuiusvis nouæ electionis, postulatio-
 nis, seu alterius dispositionis adminiculo per venerabiles viros
 Dominos Capitulum, & Canonicos dictæ Ecclesie faciendæ, eo
 ipso sit per viam regressus, aut alias restitutus, repositus, redactus,
 & reintegratus ex nunc prout ex tunc, & è conuerso censeatur, ac
 in omnibus, & per omnia, ac si præfatus Reuerendus Pater regi-
 mini, & administrationi huiusmodi nullatenus cessisset, siue renun-
 ciasset, ac illa per eundem sanctissimum Dominum nostrum admi-
 nistrata non fuisset, ac constitutio, & deputatio prædicta minime factæ
 extitissent. Nos igitur si forsan contingeret, præfatum Henricum
 Episcopum, antequam dictus Ioannes ad vigesimum annum per-
 uenerit, cedere, vel decedere, seu regimen, & administrationem
 huiusmodi aliis quomodolibet dimittere, ne interim dicta Ecclesia
 in eisdem spiritualibus, & temporalibus detrimenta sustineat,
 prouidere cupientes, post deliberationem, quam super his cum fra-
 tribus nostris habuimus diligentem, vos in euentum præmissum,
 Administratores dictæ Ecclesie in eisdem spiritualibus, donec dic-
 tus Ioannes dictum vigesimum annum attigerit dumtaxat, de si-
 mili consilio dictæ auctoritate Apostolica facimus, constituimus, &
 deputamus, curam, & administrationem dictæ Ecclesie vobis in
 eisdem spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, firm-
 ma spe, fiduciaq; conceptis, quod dirigente Domino actus vestros,
 Ecclesia ipsa per vestra circumspectionis industriam, & studium
 fructuosum regatur utiliter, & prosperè dirigetur, ac grata in eis-
 dem spiritualibus, & temporalibus suscipiet incrementa. Volumus
 autem, & dicta auctoritate decernimus, quod vos durante admi-
 nistratione vestra unam in redemptionem, & recuperationem bonorum,
 & iurium dictæ Ecclesie alienatorum, & pignorum obligatorum,
 seu etiam distractorum, & aliam in ebor dictæ Ecclesie, quem dic-
 tus Henricus, & vos opere sumptuoso fabricari facere capistis, ac*

E

F

etiam in dicta Ecclesie fabricam, & illius utilitatem, & augmentum conuertere, ac aliam partem fructuum, reddituum, & prouentuum, ac emolumentorum quorumcumque mensa Episcopalis dicta Ecclesie eidem Ioanni, donec vigesimum annum attigerit, pro sustentatione status sui, & ut interim literarum studijs insistere valeat, annis singulis in festo Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi persolvere, & assignare, ac ea, qua ordinis Episcopalis fuerim, per Catholicum Antistitem gratiam, & communionem sancte sedis habentem in ciuitate Metensi, & diocesi eius exercere facere debeatis, & teneamini; ac quod antequam regimini, & administrationi dictae Ecclesie vos in aliquo immisceatis, in manibus venerabilium fratrum nostrorum Viridunensis, & Nicopolitani Episcoporum fidelitatis debite solitum Capitulariter praestitis Iuramentum iuxta formam, quam sub Bulla nostra mittimus introclusam pluribus, & eorum cuilibet per alias nostras literas mandamus, ut a vobis nostro, & Romana Ecclesie nomine huiusmodi recipiant, seu alter eorum recipiat Iuramentum.

Plurimorum Episcopatum sacerdotia progressu temporis obtinuit Ioannes hic; Tullensem scilicet anno 1517. Morinensem anno sequenti: Archipresbiterium Narbonensem resignatione Iulij Medicei anno vigesimo; Viridunensem vigesimo tertio; Lucionensem vigesimo quarto; Valentinensem trigesimo tertio; Archiepiscopatum Rhenensem eodem anno; Lugdunensem, & Albienensem trigesimo sexto supra millesimum quingentesimum; imò & Dienensem; Matisconensem, Nannetenensem, & Agennensem. Ex his tres optimos retinuit, Tullensem videlicet, Albienensem, & Narbonensem. Abbas etiam praefuit Cœnobijs Georgiensis, Filcanensis, Cluniacensis; Maioris Monasterij; & S. Audoeni; hic enim primus secularium rexit Abbatiam Cluniacensem à Guillelmo Duce Aquitanorum anno Domini 910. erectam.


A Leone X. ad preces Galliarum Regis cum purpura, Diaconiā S. Honuphrij abiens, & Legationem Lotharingæ obtinuit anno, ut diximus supra, nostræ salutis 1518. Anno verò 1521. cum ipsi Romam profecturo magnæ essent impensæ faciendæ, obento Capituli consensu dominij Metensis vrbes aliquas fratri suo Antonio Duci Lothareno oppignorauit. Postea anno 1529. Episcopatum eundem Metensem nepoti suo quinquenni Nicolao celsit retentis fructibus, & regressu, quod postea Synodo Tridentina fuit cassum. Cum tamen Nicolaus annum attigisset vigesimum suæ ætatis, Antistes Metensis est nuncupatus; verum eo ipso ad sæculum redeunte anno 1548. iterum Ioannes ad Episcopatum redijt. Pluribus Comitibus pro religione tuenda habitis in Germania interfuit. Romæ ab anno 1521. vsque ad 1550. ut plurimum fuit, & Regis Galliarum negocia tractauit; cumque Comitibus Iulij III. affuisset, in Galliam reuertens, è mortalium angustijs abijt Neuiaci ad Ligerim apoplexia correptus, non Idibus Maij, ut scribit Vghellius; sed ex monumentis Vaticanis, atque ex scriptoribus Gallicis, die decima Maij anno 1550. depositus Ioinuillæ primùm, deinde sepultus apud Franciscanos Nanceij; ipsius funebris pompa descripta ab Edmundo Lotharingo. Ad hunc Iacobus Sadoletus Cardinalis plures scripsit epistolas. Huic Lazarus Bayfius inscripsit opus de re Vestiarum; & Tractatum de Iustitia Hieronymus Perboni Marchio Incisæ, & Ouilari Dominus. Petrus Aretinus pluribus suis literis Italica lingua exaratis huiusce Cardinalis liberalitatem mirum in modum commendat; multa in eo literæ, & eæ quidem reconditæ, & exquisitæ; quare præcipuo amore viros doctrina præstantes semper complexus est, eosque donis larga manu afficit; itaut licet sacerdotijs pluribus, ipsique opimis polleret, semper tamen in eas coniectus angustias, ut vix vnde viueret, haberet.

Francisco Primo Galliarum Regi ob animi affabilitatem, prudentiam, aliasque præclaras dotes ita carus, ut aliquid petentem nunquam repudiaret. Quare satis mirari non possum celeberrimum Præsidentem Iacobum Augustinum Thuanum inuidentem contra Ioannem hunc Cardinalem; cum cœnaret, inquit, apoplexia correptus, solo libidinum ministerio, ac stolidi libertate Francisco Regi carus, quibus iustam Regis indignationem erga Claudium fratrem conceptam olim mitigauerat.

Numisma aliàs vidi ab hoc Cardinale excusum cum effigie mulieris Virtutem exprimentis in prima facie, in altera verò lemmate illo. SIC IVR AD ASTRA.

OCTAVA CREATIO CARDINALIUM.

Die Veneris 9. Augusti anno 1520. Romæ Leo X. habuit vota Cardinalium super promotione duorum Cardinalium, Heraldi scilicet Episcopi Leodiensis ad preces Imperatoris; & Ioannis Archiepiscopi Tolosani ad preces Regis Galliarum; die verò 9. Augusti anni sequentis 1521. horum vnum tantum publicauit, qui fuit.



XXXII.
ERALDVS, seu Herardus de la Mark, Germanus, ortum duxit à Roberto de la Mark, & à Ioanna de Marbiè Comitibus è Marka, quorum familiae, & nominis duo Roberti fuere Franciæ Polemarchi, pater, & filius, Sedani Principes, Duces Buillonæ; tum generis nobilitate, tum maiorum suorum Adolphi, & Engilberti à Marka Episcoporum pro Ecclesia præclare gestis, clarus, quem eximia indoles, optima corporis constitutio, magnum, & acre ingenium, literarum sacrarum, humanarumque non vulgaris cognitio, iudicium, eloquentia, & ante omnia omnibus in rebus maxima animi moderatio cum affabilitate coniuncta maximopere commendabant. Ex Protonotario Apostolico communi Canonicorum electione electus est Episcopus Leodiensis. Hic regularem disciplinam in Cœnobio S. Huberti exordio sui Pontificatus restituit; Carthusiam Montis Dei in diocesi Rhenensi petijt, vt se disponeret tota Quadragesima ad characterem sacerdotij sumendum; & à Roberto Markiano Sedani Domino octo supra viginti ducatorum millia pro necessarijs sibi in pontificatus initio peragendis accepit. Leodium mox stipatus nobilibus ingressus est; inter quos tres Markiani fuere, Euerardus Comes de Arebegh: Robertus Comes Cigniafi: & Ioannes Egmondanus: per arcus triumphales ad ædem D. Lamberti progressus est. Epidemiam laborantibus morbo Præsul anno 1519. & sequenti, magna charitate opem tulit. In Italiam ad Cæsarem Maximilianum contra Venetos bellum gerentem ad Ludouico XII. Francorum Rege mittitur: qua in Legatione, ea omnia, quæ ad bonum Christianæ Reipublicæ, & Cæsaris, & Regis erant, sua prudentia perfecit. Vnde postea in Galliam redux ad Episcopatum Carnotensem promouetur; verum postea rebus suis, ac tempori seruiens, resque in Gallia, & Belgio per militem Cæsareum, Gallumque turbatas animaduertens, anno 1524. Episcopatu sibi in Gallia antea donato sese abdicauit; & Domino Guillardo Tornacensi Episcopo, retenta quatuor millium, & quingentorum florenorū sibi quotannis persoluenda pensione resignauit. Carolo Austriaco pergratus, eiusdem Legatus pro electione noui Cæsaris, defuncto Maximiliano Fracosurtu adiit. Cardinalitij deinde ornatur infulis ad ipsius Caroli electi Imperatoris preces titulo S. Chrylogoni; ac Burgis postea affante Carolo ipso Cæsare pileum Cardinalitij recepit; & oblatū ab eodem Carolo Valentia in Hispania Archiepiscopatum accepit. Creatur à Latere Legatus anno 1533. ad disciplinam Cleri in diocesi, & ciuitate Leodiensi restituendam. Tātus in eo in Sanctos, Diuumque præcipue Lambertum Martyrem zelus, & amor; vt thecam inauratam maximi pretij fieri iusserit, vt veneranda Martyris ossa cultu maiori colerentur. Tantum in eo odium in Hæreticos fuit, vt vni ex eis clauo linguam perfodi aliquando mandaret; illos mirum in modum persecutus semper est; scholas, & conuenticula eorum prohibuit, vnde Sleidanus ipse hæreticus, Herardo, inquit, Markiano Cardinale Episcopo Leodiensi vix alius magis doctrinæ, nimirum Lutheranae causa plures afflixit. Suum in Christianam religionem amorem maxime patefecit, cum viginti aureorum Imperialium millia pro milite contra Turcas legendo dederit. Cum tandem multos pro Ecclesia Dei labores tolerasset; cum sub cœna die 15. Ianuarij ostream comedisset, in febrem lethalem incidit, & die 16. Februarij, quæ dies Sabbati fuit inter primam, & secundam noctis horam, vrente eadem febre, perceptis Catholicis ritu Sacramentis, lummo sui desiderio relicto, è viuis sublatus est Leodij decima sexta, ut diximus, die Februarij anni 1538. post obitum sepultus apud S. Lamberti, medio choro, cum Leodiensem Ecclesiam rexisset annos triginta duos; illius cor in Templo Cruciferorum Hoy ad dextrum principis aræ latus est collocatum; ipsius exta in Cœnobio Septem fontium nuncupato, non procul à Buxella, pro vt ipse vltima sua voluntate disposuerat, sepulturæ mandata. Epitaphium sibi hoc viuens posuit in marmoreo sarcophago.

HERARDVS A MARKA MORTEM HABENS PRÆ OCVLIS VIVENS POSVIT.

Annus obitus Herardi MDXXXVIII. hoc disticho chronologico continetur.

*Si neget Insecti Laches Is Vel honore, Vel aVro
 Legi IMV's testis PrasVL HerarDV's erIt.*

Et aliud.

*QVod neC honos, neC opes, neC gLoria, Vertere CVrsVs.
 AstrorVM possIt, PrasVL Herarde VIdes.*

Aliquot enim annis priusquam è vita discederet; monumentum aereum, auro affabre elaboratum, varijsque cælatū, & exornatum sculpturis, ut pretio, sic & significatione infigne, sibi fieri curauerat. Virtutum iconibus ad latera adiunctis, duabusque alijs elegantissimè superpositis, vna ipsius Herardi Cardinalis decussatis ma-

Claconius
 Claudius
 Robertus,
 Petrus A-
 bellius, &
 Nicol Si-
 marthan.
 in Gallia
 Christi an.
 Andr. Vi-
 storell. in
 Addit. ad
 Ciacon.
 Petrus Fri-
 zonijs in
 Gall. Pur-
 purata.
 Aubery in
 vita.
 Io. Chenu
 de Episc.
 Gallia.
 Panuinius
 de Rom.
 Pōnicib.
 Ferdinād.
 Vghell. in
 Addit. ad
 Ciacon.
 Laurent.
 Surius in
 Commēt.
 Felix Cō-
 relorius in
 Elencho.
 Filuiccius
 in Elogijs
 m. s. s.
 Gualterius
 in Chron.
 Ecclesiast.
 Gasp. Bru-
 schius de
 Episcopus
 German.

nibus, in genua peruoluti, coelumque spectantis; altera Mortis ipsum digito compellantis; non ipsi tantum Herardo, quoad vixit, sed & vniuersis qui id spectaturi forent, viam, & salutarem instantis mortis, futuræque vitæ, ad quam aspiramus, recordationem ingrens; quamquam Sleidanus Lutheri sectator in suis Commentarijs Herardum, idcirco vanæ ab hominibus quæ sitæ gloriæ insimulet. Sed aliud Sleidanum pungebat, nimirum quod idem Cardinalis Herardus, acerrimus suo tempore fidei assertor, & vindex seuerius, quam is vellet in hæreticos sibi similes agendum statuerat, & re vera per ministros ageret.

Ei funebria Magistratus vterque Leodiensis perfoluit.

Scrisit Epistolas plures ad Erasmm Roterodamum, qui magis disertus, quam pius, & melior Grammaticus, quam Theologus Paraphrasim in Epistola ad Romanos Herardo dedicauit. In Somnium item Scipionis vigilias suas Ludouicus Viues eidem edidit.

Ciuitate in ipsa Leodiensi turribus binis marmore à fundamētis erectis, aulam etiam Episcopalem, regiam certius dixeris, extruxit; cui extruendæ licet triginta duos impenderit annos, moriens tamen nec dum perfectam reliquit. Aurea numismata cudit, & argentea; Bernardum Saguntinum Patriarcham Hierosolymitanum, ac Reginaldum Polum Cardinalem Anglum hospitio excepit, ac plures alios Regum Legatos. Festum translationis S. Lamberti adornauit, & supplicationem, nundinas quoque, & lustrationem eidem Diuo instituit; ac Templum eius aulais pretiosis instruxit. Seditones Leodij, & alibi composuit, aut compescuit; agrum suum à latronibus purgauit; pro Clericorum libertate, ac priuilegijs stetit: Templum fratrum Minorum, quod Obseruantes vocât, Leodij extructum Deo, ac beato Francisco dedicauit, consecrauitque duas insignes campanas, vnam Herardi, alteram Chryfogoni nomine nuncupatas miræ magnitudinis, & pretij, proprio ære fundi, ac Ecclesiæ Leodiensi consecrari fecit. Arces Hoyensem, & Francimontensem, & alias, vel vetustate, vel bellorum iniuria collabentes, instaurauit. Edictum in blasphemos promulgauit, pena pro prima vice vnus floreni; secunda trium; tertia affixione vnus auriculæ ad palum in publico foro constituta: alia quoque pro temporalibus Ecclesiæ suæ Leodiensis iuribus perfecit, ac pro ipsius ciuitatis tranquillo statu aduersus vagabundos decreuit, & decreta semel edita sequentibus annis, renouauit. In illius gratiam Maximilianus Cæsar, ac post eum Carolus Quintus multa Leodiensibus indulxit.

Herardi Cardinalis Vitam scripsit fufius Ioânes Chapeuill Leodiensis Canonicus.

XXXIII.

Inter Cardinales à Leone renunciatos Petrum Quirinum Reipublicæ Venetæ Senatorem primò, deinde Camaldulensium ordinis professorem recenset Andreas Victorellus; hic enim anno 1512. Camaldulensium religionem ingressus, cum biennium in Eremo summa cum laude Deum coluisset, Cardinalis, vt laudatus Victorellus Luca Eremita duce refert, designatus est, sed non declaratus. Id si verum, Leo X. tunc Ecclesiam regens, ab Eremo ad Vaticanum Senatum hominem euocandum censuerat; sed de illo familiares Leonis scriptores non meminere, nec in diplomatibus, aut breuibus, neque in monumentis Vaticanis vlla extat de illo mentio.

XXXIV.

Cardinalibus etiam adscripsit Leo X. Ioânem de Aurelia Archiepiscopum Tolosanum, quem tamen ob rerum varietates, & superuenientem Pontificis obitum non publicauit. Clemens VII. Francisco Galliarum Regi, & Ludouicæ eius matri die 21. Augusti anni 1526. pollicitus est se Cardinalatus dignitatem, Ioanni delaturum in prima Cardinalium enunciatione. Die verò 26. Maij anni 1531. idem Clemens egit in Consistorio de publicando, & adscribendo eodem Ioâne in numerum Cardinalium, sed sacrum Collegium assensum præbere recusauit, attamen à Clemente publicatus fuit die 21. Februarij 1533. de quo infra sub Clemente.

XXXV.

Assumpsit etiam Leo ad Cardinalitiam dignitatem Antonium Sancti Seuerini Baiulum sanctissimæ Trinitatis Venusinæ diocesis absentem, quem tamen non publicauit. Clemens VII. literas Leonis confirmauit die 21. Nouembris anno 1527. & virtute earundem Antonium Cardinalem nominauit, dum in ciuitate Vrbeuetana moraretur, die 19. Februarij anno 1528. vide de illo plura sub Clemente VII.

VICEANCELLARIIS R. E.

sub Leone Papa X.

Sixtus Gara de Ruuere, Lucensis, Presbyter Cardinalis S. Petri ad Vincula ab anno Pontificatus primo ad quartum.

Iulius Medices, Florentinus, Presbyter Cardinalis S. Clementis, postea sancti Laurentij in Damalo ab anno quarto ad finem Pontificatus.

CARDINALES MORTVI

sub eodem Pontifice.

Robertus Britrus, Gallus, Presbyter Cardinalis S. Anastasiæ, è vita migravit die 9. Nouembris anno 1513.

Alphonsus Petruccius, Senensis, Diaconus Cardinalis S. Theodori, die 6. Iulij anno 1514.

Christophorus Anglicus, Presbyter Cardinalis SS. Petri, & Marcellini, deinde S. Praxedis, die 14. Iulij anno 1514.

Carolus Dominicus de Carretto, Genuensis, Diaconus Cardinalis S. Viti, postea Presbyter S. Cæcilie, tum S. Nicolai inter Imagines, die 15. Augusti anno eodem 1514.

Guillelmus Briffoneta, Gallus, Presbyter Cardinalis S. Pudentianæ, deinde Episcopus Albanus, Tusculanus, & Prænestinus, die 14. Decembris anno 1515.

Fr. Marcus Vigerius, Sauonensis, ordinis Minorum, Presbyter Cardinalis S. Mariæ Transiberim, postea Episcopus Prænestinus, die 18. Iulij anno 1516.

Federicus Sanleuerinas, Neapolitanus, Diaconus Cardinalis S. Theodori, postea S. Angeli, die 7. Augusti anno eodem 1516.

Renatus, seu Reginaldus de Pria, vel de Pria, Gallus, Presbyter Cardinalis S. Lucie in Septifolio, postea S. Vitalis, demum S. Sabinæ, die 9. Septembris anno item 1516.

Sixtus Gara de Ruuere, Lucensis, Presbyter Cardinalis S. Petri ad Vincula, die 8. Martij anno 1517.

Iacobus Serra, Hispanus, Presbyter Cardinalis S. Vitalis, demum Episcopus Albanus, Tusculanus, & Prænestinus, die 15. Martij eodem anno 1517.

Fr. Franciscus Ximenius, Cisneros Hispanus, ordinis Minorum, Presbyter Cardinalis S. Sabinæ, die 8. Nouembris anno item 1517.

Hadrianus Castellensis, Cornetanus, Presbyter Cardinalis S. Chryfogoni, circa annum 1518.

Franciscus Remolinus, Hispanus, Presbyter Cardinalis SS. Ioânis, & Pauli, tum S. Marcelli, deinde Episcopus Albanus, die 5. Februarij anno eodem 1518.

Bendinellus Saulius, Genuensis, Presbyter Cardinalis S. Hadriani, tum S. Sabinæ, die 24. seu 29. Martij anno item 1518.

Nicolaus Pandulphinus, Florentinus, Presbyter Cardinalis S. Cæsarei, die 5. Iulij, seu 17. Septembris anno pariter 1518.

Philippus de Lucemburgo, Gallus, Presbyter Cardinalis SS. Petri, & Marcellini, deinde Episcopus Albanus, & Tusculanus, die 22. Iunij anno 1519.

Aloysius de Rubeis, Florentinus, Presbyter Cardinalis S. Clementis, die 20. Iulij anno eodem 1519.

Antonius Bohier, Gallus, Presbyter Cardinalis S. Anastasiæ, die 27. Nouembris anno item 1519.

Ludouicus, seu Aloysius de Arragonia, Neapolitanus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin, anno pariter 1519.

Hippolytus Estensis, Ferrariensis, Diaconus Cardinalis S. Lucie in Silice, die 3. Septembris anno 1520.

Leonardus Grossus de Ruuere, Sauonensis, Presbyter Cardinalis SS. duodecim Apostolorum, postea S. Petri ad Vincula, die 27. Septembris anno eodem 1520.

Bernardus Tarlatus, aliàs Diuitius, Hetruscus - Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Porticu, die prima, seu nona Nouembris anni item 1520.

Amaneus de Albreto, Gallus, Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere, die 10. Decembris anni similiter 1520.


Franciscus de Comitibus, Romanus, Presbyter Cardinalis S. Vitalis, die 3. seu 5. vel 9. Iunij anno 1521.

Thomas Bacocius, Hungarus, Presbyter Card. SS. Syluestri, & Martini, Archiepiscopus Strigoniensis, die 11. Iunij anno 1521.

Raphaël Sanlonus de Riarijs, Sauonensis, Diaconus Cardinalis S. Georgij in Velabro, postea Presbyter S. Sabinæ, S. Laurentij in Damalo, demum Episcopus Albanensis, Sabinensis, Portuenfis, & Ostiensis, die 7. Iulij anno eodem 1521.

HADRIANVS VI. PONTIFEX CCXXII.

ANNO DOMINI MDXXI.



IN NOMINE DEI, ET SALVATORIS
Noſtri Ieſu Chriſti benediſſi. Amen.



NTER eos, qui Comitiorum ſuffragijs ad ſacræ Reipublicæ Chriſtianiæ ſaſtigium, literis, & virtute fulgentes conſcenderunt, nemo, ſi veterè ſuffragantium gratiam, aut amicorum ſtudia, vel minimam, ne dicā nullam, tantæ dignitatis cupiditatem reſpicias, cum Hadriano venit cōparandus. Ille enim Romæ omnibus ignotus, à tot candidatis, longiſſimo intervallo ſeiunctus, in-

ter tot Italos Senatores, homo externus, atque Germanus, cæleſti potius, quàm humano nutu, ſummam rerum ſacrarum dignitatem eſt adeptus. Natus fuit Hadrianus Traiecti, inferioris Germaniæ vrbe, patre Florentio ingenuæ plebis viro, ſed ad eò paupere, vt præclaræ indolis filium ſuo ſumptu bonis literis, & artibus imbuiere nequaquam poſſet. Sed Louanium Hadrianus profectus, & in Collegium Portitorum cooptatus, tanta contentione, literis incubuit, pari integritatis, & continentiæ laude; vt breui tempore Dialecticos, Mathematicos, Philoſophos, & Theologos anteiret, ob id Margarita Cæſaris filia eum Parcœciali ſacerdotio in Holandia præfecit. Secunda tantæ virtutis opinione moti Sacerdotes, eum Louanij Decanum legunt, qui ſubinde Cancellarius (qui omnia Collegiorum iura moderatur) electus etiam fuit.

Maximilianus nepoti Carolo, literarum, & virtutis præceptorem Hadrianū delegit, ſed Carolus equorum potius, & armorum ſtudio ductus (quod Principe dignius exiſtimabat) maturius, quàm par erat, ſcholam deſeruit. Maximilianus non multò poſt ad Ferdinandum Catholicum in Hispaniam, cum ampla legatione honeſtatum Hadrianum miſit. A quo benignè receptus, eam prudentiæ, pietatis, atque ſapientiæ laudem promeruit, vt breui tempore Episcopos Dertufenſis fuerit designatus, poſt Ferdinandi mortem, togante Maximiliano, Cardinalis titulo Pammachij S. S. Ioannis, & Pauli à Leone X. creatur. Maximiliano mortuo, Carolus in Germaniam contendens, Hadrianum totius Hispaniæ Gubernatorem conſtituit. Qui poſt pacatas populares in Hispania ſeditiones, ſumptumque de auctoꝝibus Padilla, & Brauo ſupplicium, & partam contra Gallos, recuperata Papelone, victoriam, quum ad Cantabriæ vrbeſm victoriam nomine moraretur, Leone X. mortuo Pompeij Columnæ, & Iulij Medicis opera, poſt multas contentiones nouem, & triginta Cardinalium ſuffragijs in Vaticano palatio, anno ſalutis 1522. quinto Idus Ianuarij ſummus Pontifex creatur.

HADRIANUS
si primordia.

HADRIANUS
si electio.

CARDINALES XXXIX. VIVENTES
Qui Conclauis quo Hadrianus Papa VI. creatus eſt,
interfuerunt.

EPISCOPI CARDINALES VI. ALEXANDRI PAPA VI.

1. Bernardinus Carauial, Hiſpanus, Patriarcha Hieroſolymitanus, & Oſtienſis Episcopos Cardinalis S. Crucis, ſacri Collegij Decanus.
2. Dominicus Grimanus, Venetus, Episcopos Cardinalis Portuenſis, Patriarcha Aquileienſis, Cardinalis S. Marci.
3. Franciſcus Soderinus, Florentinus, Episcopos Volaterranus, Episcopos Cardinalis Præneſtinus, dictus Volaterranus.
4. Nicolaus de Flisco, Genuenſis, Archiepiscopos Rauennas, Episcopos Cardinalis Sabinus.
5. Alexander Farnēſius, Romanus, Episcopos Parmenſis, Episcopos Cardinalis Tuſculanus.

IVLII PAPA VI.

6. Antonius de Monte ſancti Sabini, Aretinus, Tuſcus, Episcopos Cardinalis Albanus.

PRESBYTERI CARDINALES XIII. IVLII PAPA VI.

7. Matthæus Schiner, Heluetius, Episcopos Sedunenſis, Presbyter Cardinalis S. Pudentianæ, tituli Paſtoris.
8. Petrus de Accolis, Aretinus, Episcopos Anconitanus, Presbyter Cardinalis tituli S. Eufebij.
9. Achilles de Graſſis, Bononiēſis, Episcopos Bononiēſis, Presbyter Cardinalis tituli S. Mariæ Tranſtyberim.

LEONIS PAPA X.

10. Laurentius Puccius, Florentinus, Episcopos Piſtorienſis, Presbyter Cardinalis tituli ſanctorum Quatuor Coronatorum, Maior Pœnitentiarius.
11. Iulius Medices, ciuis, & electus Archiepiscopos Florentinus, Presb. Card. tituli S. Laurentij in Damalo, Vicecællarius.
12. Ioannes Picolomineus, ciuis, & Archiepiscopos Senenſis, Presbyter Cardinalis tituli S. Balbinæ.
13. Ioannes Dominicus de Cupis, Romanus, Archiepiscopos Tranenſis, Presbyter Cardinalis tituli S. Ioannis ante portam Latinam.
14. Raphaël Petrucci, Senenſis, Episcopos Groſſetanus, Presbyter Cardinalis tituli S. S. Gabini, & Sufannæ.
15. Andreas de Valle, Romanus, Episcopos Melitenſis, Presbyter Cardinalis tituli S. S. Aquilæ, & Priſcæ.

Bonifa-

- 16. Bonifacius Ferrerius, Vercellenfis, Epifcopus Eporedienfis, Presbyter Cardinalis tituli SS. Nerei, & Achillei.
- 17. Io. Baptista Pallavicinus, Genuenfis, Epifcopus Cauallicenfis, Presbyter Cardinalis tituli S. Apollinaris.
- 18. Scaramutia Triuultius, Mediolanenfis, Epifcopus Comenfis, Presbyter Cardinalis tituli S. Cyriaci in Thermis.
- 19. Pompeius Columna, Domicellus Romanus, Epifcopus Reatinus, Presbyter Cardinalis tituli Sanctorum duodecim Apoftolorum.
- 20. Dominicus Iacobatus, Romanus, Epifcopus Nucerinus, Presbyter Cardinalis tituli S. Clementis.
- 21. Laurentius Campegius, Bononienfis, Epifcopus Feltrenfis, Presbyter Cardinalis tituli S. Anafthafie.
- 22. Ferdinandus Ponzettus, Neapolitanus, Epifcopus Melphitenfis, Presbyter Cardinalis tituli S. Pancratij.
- 23. Guillelmus Raymundus Vich, Hispanus, Valentinus, Presbyter Cardinalis tituli S. Marcelli.
- 24. Syluius Pafferinus, Cortonenfis, Presbyter Cardinalis tituli S. Laurentij in Lucina.
- 25. Francifcus Armellinus, Perufinus, Presbyter Cardinalis tituli S. Callifti, Camerarius.
- 26. Fr. Thomas de Vio, Caietanus, ordinis Prædicatorum, Archiepifcopus Salernitanus, Presbyter Card. tituli S. Sixti.
- 27. Fr. Christophorus Numalius, ordinis Minorum, Presbyter Cardinalis tituli sanctæ Mariæ de Araceli.
- 28. Fr. Egidius Viterbienfis, ordinis Eremitarum, Epifcopus Viterbienfis, Presbyter Cardinalis tituli S. Matthæi.

**DIACONICARDINALES XI.
ALEXANDRI PAPAË VI.**

- 29. Marcus Cornelius, Venerus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in via Lata, electus Epifcopus Veronenfis, Sanctæ Romanæ Ecclefiæ Archidiaconus.

IVLII PAPAË II.

- 30. Sigifmundus Gonzaga, ciuis, & electus Epifcopus Mantuanus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ Nouæ.

LEONIS PAPAË X.

- 31. Innocentius Cybo, Genuenfis, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Dominica.
- 32. Franciottus Vrfinus, Domicellus Romanus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Colmedin.
- 33. Paulus de Cæfis, Romanus, Diaconus Cardinalis S. Eufachij, iuxta Templum Agrippæ.
- 34. Alexander Cæfarinus, Romanus, Diaconus Cardinalis SS. Sergij, & Bacchi.
- 35. Ioannes Saluiatus, Florentinus, Diaconus Cardinalis SS. Cosmæ, & Damiani.
- 36. Nicolaus Rodulphus, Florentinus, Diaconus Cardinalis SS. Viti, & Modesti in Macello Martyrum.
- 37. Hercules Comes de Rangonibus, Mutinenfis, Diaconus Cardinalis S. Agathæ in Suburra.
- 38. Augustinus Triuultius, Mediolanenfis, Diaconus Cardinalis S. Hadriani.
- 39. Francifcus Pifanus, Venerus, electus Epifcopus Patauinus, Diaconus Cardinalis S. Theodori.

**CARDINALES NOVE M
in hac electione abfentes.**

IVLII PAPAË II.

- 40. Francifcus Guillelmus de Claramonte, Gallus, Archiepifcopus Narbonenfis, Presbyter Cardinalis tituli S. Stephani in Cælio monte.
- 41. Mattheus Langius, Germanus, electus Epifcopus Gurcenfis, & Coadiutor Saltsburgenfis, Diac. Card. S. Angeli.

LEONIS PAPAË X.

- 42. Hadrianus Boifuius, Epifcopus Cõftantiensfis, Gallus, Presbyter Cardinalis tituli SS. Petri, & Marcellini.
- 43. Hadrianus Florentij, Traiectenfis Germanus, Epifcopus Dertulenfis, Presbyter Card. tituli SS. Ioannis, & Pauli, poftea Hadrianus Papa VI.
- 44. Ludouicus de Borbonio, Gallus, Epifcopus Laudonienfis, Presbyter Cardinalis S. Sylueftri in Campo Martio.
- 45. Albertus Brandeburgenfis, Germanus, Archiepifcopus Moguntinus, Presbyter Cardinalis tituli S. Petri ad Vincula.
- 46. Herardus Marka, Epifcopus Leodienfis, Germanus, Presbyter Cardinalis tituli S. Chryfogoni.
- 47. Alphonfus Infans Portugallie Regis filius, Diaconus Cardinalis S. Lucie in Septifolio.
- 48. Thomas Vulcer, Anglus, Archiepifcopus Eboracenfis, Presbyter Cardinalis S. Cæcilie.

A Patres Comitiorum acta, & literas in Hispaniam confectum milerunt, quibus nouum Pontificem Hadrianum precabantur, in Italiam maturaret, vt, quæ Deo, atque Senatui deberet, opportuna ope afflictis Italiæ rebus illata, religioſè ſolueret. Indicta igitur profectio, pridie nonas Auguſti Tarracone profectus, leniſſimis tempeſtatibus, Genuam peruenit, vbi triduo commoratus, celebratam illam Smaragdum, tam cupide, quam piè inſpexit, admiratus, quòd in tumultu nuper direptæ Urbis, ſeruari potuiſſet. A Genua ad Piſanum Liburni portum, ſecunda nauigatione deuectus fuit; vbi à Iulio Medice Cardinale, & quinque alijs Cardinalibus, totiuſque Italiæ Legatis excipitur. Hinc ad Centumcellas adnauigauit, vbi Pompeius Columna, & Franciottus Vrfinus Cardinales ſub umbella Pontificem ad Templum deduxerunt. Poſtero die Oſtiam peruenit, atque inde Tyberi ſubuectus, Romam ad Templum S. Pauli acceſſit. Sequenti die 4. Kalend. Septembris, populo Romano, ſingulis Sacerdotum ordinibus comitantibus, ſolemni pompa in Vaticanum deducitur; vbi ritu ſolito, ante fores S. Petri coronatus, ſub Carolo V. Imperatore, annum vnum, meſes 8. & dies 3. Eccleſiam Dei, in ſigni pietate gubernauit.

B Initio Pontificatus, rebus publicis cognoſcendis, & Magiſtratus audiendis incubuit, vt Reipublicæ uſu percepto, communi calamitati, quæ tunc non leuis erat, obuiam ire poſſet. Nam graſſante in vulgus hominum peſtilentia, & ærario non modò exhauſto, ſed gemmis etiam, & ſacrorum ornamentis, feneratoribus per Leonem oppignoratis, vnde afflictis rebus præſidia pararet, ignorabat. Sic igitur perturbatus Theodoricum Hezium, & Ioannem Ruſſum Epifcopum Conſentinum, ſibi adiunxit, vt eorum conſilio Reſpublica moderaretur. Ex quorum ſententia, Alphonſi, & Feltrij Ferrariæ, Urbiniq; Ducum auxilijs, Malateſtam bello perſectus Arimino priuauit. Alphonſum, & Feltrium reuocatis, Leonis X. & Iulij II. decretis in gratiam recepit. Interceptis Fræciſci Cardinalis Soderini literis, eum in Æliam molem coniecit, quod Gallorum Regem ad inferendum Siciliæ bellum, quæ Hiſpanis ferebatur inſeſta, commouebat. Hinc Senatui Cardinalium, Hadrianus diſſidens, rariuſ ſua conſilia Senatoribus committere, parùm eis fidere, & palam quæri cepit, quòd ab eis proderetur. Ad famam obſeſſæ Rhodi, ſociorum ope, & omnium fide implorata, Genuenſes aliquot naues, quantum potuit breuiter, armis, comæatu, & militibus inſtructas auxilio miſit; ſed ventis aduerſantibus, Rhodo appellere non potuerunt. Vrgente igitur acrius obſidionem Solimano, Philippus de Villers Lisleadam militiæ Rhodiæ Magiſter, vitæ, atque rerum incolumitatem cum hoſte pactus deditionem fecit; & inſula Chriſtianæ pietatis hoſti ceſſit, graui omnium Chriſtianorum dolore, & ipſius Hadriani grauiffimo.

C Non minori ſollicitudine Lutheraniſmum proſtigare conatus, Franciſcum Cheregatum in Germaniam legauit, vt Germanos ad opem Ludouico Hungariæ Regi ferendam, impiaque dogmata reiſcienda hortaretur. Cui etiam ad omnes Germaniæ Principes, præſertim verò ad Saxoniæ Ducem eiufdè argumenti literas dedit.

D Et poſt captam Rhodum, quum magno in diſcrimine vrbes, & arces, Dalmatiæ, atque Croatia verſari cognouiſſet, ne ab impotenti Tyranno, tot victorijs inſolente occuparentur, inagnam frumenti, & pulueris tormentarij vim tranſmiſit.

E Indulgentias, quæ ex nimia earum profuſione, vileſcere apud plebem ceperant, parciffimè conceſſit. Corrigendis Eccleſiaſticorum moribus totus incubuit, & ob eam rem Concilium generale ſebreuiter indicturum, promiſerat. Officia à Leone X. vendita, quum primum vacare contigerat, abolebat, & gratis accepta abrogabat. Coadiutorias, reſreſſus, & alia id genus, ne probolis, aut imperitijs ad Eccleſiaſticas dignitates pateret adiutus, concedere nolebat, compoſitiones, hoc eſt, ſubſidia illa nummaria à Datario in Pontificis neceſſitates exigi ſolita, moderatus eſt, grauibus, & immo dicis ſublatis, æquis verò, & tollerabilibus retentis, ſuos redditibus Eccleſiaſticis augere non procurabat, quin, paribus meritis, alienorum potius, quàm ſuorum rationem habere videbatur. Quumque Cardinalis, 70. aureorum beneficium nepoti ſuo contuliſſet, & aliud maioris annui cenſus, multorum precibus, eidem peteretur, nequaquam exorari potuit, in illam, omnibus Antiquibus, obſeruandam, vocem prorumpens; *Cupere ſe homines beneficijs dare, non beneficia hominibus.*

F Hadriano autore, Carolus Cæſar, Henricus, & Ludouicus Britannia, & Hungariæ Reges, ac Venerus Senatus, inito foedere coiuerunt; vt, ſi victoriarum ſucceſſu audax Solimanus maiora tentaret, communibus viribus, irruentem opprimerent, Gallorum Regi libera facultas reliquebatur, vt ſi conditionibus foederis parere vellet, eiſdem adhereret.

Iam Pontifex ſub id tempus ceperat ægrotare, qui de valetudine parum ſollicitus adduci non potuit, quin publicationi huius foederis, quæ in Eccleſia S. Mariæ (vulgò Maior nuncupatur) fieri debebat intereſſet. Solemnibus ergo ſacris, à Pompeio Columna celebratis, & foederis publicatione peracta, ingraueſcente iam morbo in Vaticanum redijt, grauiffimo rerum dolore conſictatus. Qui ſupremam iam horam aſſeſſe, præſentens, perceptis Eccleſiæ Sacramentis, Cardinales ad ſedis Apoſtolicæ curam, ſtudiù, & ſollicitudinem hortatus, obiit 8. Kal. Octobris, anno Chriſti 1523.

HADRIANUS coronatio.

HADRIANUS publicis rebus cognoſcendis.

HADRIANUS Lutheraniſmum proſtigare conatus.

ECCLEſIAſticorum corrigendis moribus totus incumbet.

HADRIANUS obiit.

Pontificatus sui anno secundo, quum ad ætatis suæ annos 64. menses 6. dies 16. peruenisset.

Hadriani cadaver conditum fuit in Basilica S. Petri, inter duos Pios, Secundum, & Tertium Pontifices, cum hac inscriptione.

Quam potes merito optimoque iure Inter Pontifices PIOS sacere Maxima pietatis HADRIANE.

Insignis pietas tua HADRIANE Visuenti tibi profuit, decusque Aurei diadematis parauit Iure id mehercule, at æquius tuæque Certius pietatis hoc trophæum est, Defunctus quod honoribus tot, inter Duos contigeris PIOS sacere.

Ex Basilica S. Petri in ædem S. Mariæ Germanorum, eius ossa transtulit, & ea in marmoreo sepulchro figuris, & imaginibus ornato, Hadriani virtutes referentibus, accepti beneficii memor Vuilhelmo Enkenuoirtio, ab eo Cardinalis creatus condidit.

ADDITIO ANDREAE VICTORELLI.

Vitam huius Pontificis Panuinius vbertim, vbertimè Iouius literarum monumentis consignarunt. De illius patria, Matthias Bellintanus Eremita Franciscanus, de eiusdem virtutibus Io. Antonius Flaminius luculenta ad eum epistola; quam M. S. legi, Conradus Vegerius de aduëtu ad Vrbem, Hieronymus Niger, epistola ad M. Antonium Michaelium; p. i. literarum Principum.

Veni comparandus. Hic tu, Lector, hyperbolicam locutionem agnosces.

Roma omnibus ignotus. Non est ita, nouerat olim illum Leo ab egregia nominis fama, nouerat Albertus Pius, agnoscebat, impensè laudabat Vuilhelmus Enkenuoirtius ab ineunte ætate in aula Pontificia, cum laude, versatus, doctusque & pijs illius æui viris præferre, non verebatur, teste Iouio; agnoscebat Iulius Medicus Cardinalis nam iunioribus Cardinalibus, vt ei ad Pontificatum fauerent, auctor fuit, quem omni pietatis, & continentie laude conspicuum esse sciebat: nonnulli alij Cardinales ex celebri fama agnoscebant.

Natus Traiecti. Hæc est Iouij, Panuinij, Genebrardi, plurimum; aliorum scriptorum sententia: at Matthias Bellintanus Capuccinus Salodiensis, doctus, piusque Theologus, anno 1586. breui conscripta historia, ostendit, Hadrianum natum, & annis aliquot, educatum in pago Salodiensis agri, Brixienfis diocesis, in Italia, Renzano nuncupato; inditumque illi, in sacro lauacro, Ludouici nomen; quod, cum, inconsulto patre Ioanne bono, à quo deinde familia cognomen effluxit, & alijs, patriam reliquit, & in Belgiu adolescentulus perexit, in Hadriani conuertit; vnde factum (Bellintani coniectura) vt in Pontificatu de nominis mutatione non cogitauerit. Familie Ioanni bonæ insignibus in Hadriani insignibus Leo additus; vel quia Leo X. Vaticanam purpuram ei tradiderat; vel quia Leo Venetæ Reipublicæ cuius imperio Brixia, Salodium, Renzanum, & plura vicina oppida, pagique parent, stemma est: Salodij præterea stemma est Leo, sed Leo florem vnguibus tenens; quamobrem conijciebat Bellintanus, Hadriani patrem Florentium dictum, quod si à Florentio familia Hadriani Florentia est nominata, & Hadrianus Ioannis boni, Salodiensis agri hominis, à quo familia cognomen hausit, filius est; non inepte conijcies, secundæ denominationi primam occasionem præbuisse.

Mathematicis. Pontificij Iuris decreta, subiectiuis horis, etiam didicit. Eloquentiam cultiorem, & Poeticas amœnitates contempnisset visus. Iouius, vide etiam Panuinium.

Margarita. Omnia, fere, ex Iouio, & Panuino desumpsit Cabrera.

Carolo — præceptorem Hadrianum. Carolus tunc Septennis erat. Iidem.

Cum ampla Legatione. Ex iisdem.

Hispania Gubernatorem. Ante, & post purpuram traditam Panuino in Vita, & in Elogio. Cum ad D. Petri solum fuit euectus, Protex Hispaniam moderabatur. V. Iouium, & Panuinium.

Pompeij — & Iulij, opera. Iulij Medicei præcipue opera Hadrianum delectum, aiunt Iouius, & Panuinius, Bernardinus Carauaius, Schismatis Pisani Conciliabuli excitator, aut fautor, Pontificatus, vt videbatur, cupidus repulsam tulit: Farnesius, & Medices ad eum videbantur adspirare; dux etiam exortæ factiones; quarum vna Cæsari, altera Gallorum Regi fauebat. Cardinales seniores Farnesio fauere videbantur, Medices suffragia iuniorum regebat; & cum his diseredendo aliquando constituit, vt singraphis in Hadriani nomen assumptis, eum in Comitio deligerent; omni enim pietatis, & continentie laude florebat: quem cum in Comitio nominasset, iuniores ei sedulo fauere. Ad inexpectatum Hadriani nomen alijs admiratione captis, Cardinalis S. Sixti, id Deo placere existimans, suavit, vt is Principis Apostolorum locaretur in sede, quem Christiana numeris omnibus absoluta virtus reddebat illustrem. Assensere omnes, vno excepto Franciotto Cardinali Vrbino dicente, Hadrianum à se nunquam visum, neque vir-

tutis opinione planè cognitum,

1522. 5. Id. Ita Panuinius in Elogio, & in Chron. die Iouis, à 39. Cardinalibus electum Hadrianum docet idem in Chronico, à 38. in vita: Io. Antonius Flaminius, epist. M. S. ad ipsum, omnium suffragia, impellente Spiritu sancto, in eum in remotissima regione degentem consensisse, rem sæculis omnibus inauditam, sed diuinitus inductam opinatus, scripsit. Iouius Franciottum Vrbis finem excepit.

Smaragdum. Cabrera, vel Typographus prætermisit, quæ ex Iouio suppleo celebratam illam Smaragdum, inquit ille, excavatam in hexagonum poculum; quæ vna omnium gemmarum pretium superare existimatur, tam cupide, quàm humaniter inspexit.

Iulius Medices — quinque. Ex Iouio, & Panuino, Iulius quinque Cardinales, & omnium Italie Principum Legatos secum adduxit; Federicus quoque Gonzaga, Pontificij exercitus imperator, eodem accessit. Iouius.

Pompeius Columna, & Franciottus. Missi à Senatu. Pompeius orationem habuit, lætitiæ declarandæ idoneam. Iouius, Panuinius: at verò Hieronymus Niger, acris ingenij Aulicus, & non indoctus, qui tum Romæ erat, Pompeium Collegij Legatum obuiam Pontifici processisse, Fraciottum, qui cum illo iturus erat, ægrotasse, testatur. Cum Pontifice venit Alexander Cæsarius Cardinalis, & Hieronymus Aleander, cui, magni æstimato, quingentos nummos annuos is dederat.

Romam ad Templum S. Pauli. Extra Vrbem est Templum illud S. Pauli, ad quod priusquam Romam adiret, diuertit Pontifex; in illius autem Cœnobio ea nocte quieuit. Ad Monasterium S. Pauli extra portam Tereminam, diceret Iouius. Romanis in ea Vrbis porta, quæ ingrediendum erat, arcum triumphalem quingentis aureis erigentibus, Hadrianus artifices desistere, præcepit: negans, Christianis, & Ecclesiasticis eos arcus conuenire; quibus Gentiles gloriabantur. Priuatim apud S. Paulum sacrum fecit, (sollebat enim id quotidie peragere) descendit in monasticam porticum, vbi singuli Cardinales manus eius sunt osculati; itum deinde in Templum, & post preces, Hadriano ad aram maximam in Pontificio folio sedenti Cardinales, qui aderat, obedientiam, eo modo, quo solent in Pontificio sacello, præstiterunt: recepit se, cum illis, deinde in sacratium; vbi, fortasse, eis gratias egit, monuitque ne eorum aliquis suis in ædibus vitis sceleris turum refugium permitteret. Apud Diuum Paulum Pontificem coronandum, Cardinales opinabantur; at eius ministri apud S. Petrum, vbi alij Romani Pontifices coronam acceperant, id faciendum, aiebant: quod etiam factum. A Diuo Paulo ad Vaticanam equitavit Hadrianus; diuina Eucharistia prælata.

6. Kal. Septemb. Ita Iouius, & M. S. Relatio. Ad 3. Kal. Septemb. ait Panuinius in Vita, & in Elogio. 14. Kalend. Octobr. Hadrianum Ostiam (vt quidam dixit) appulisse, fallum est. Appulit, 5. Kalend. Septemb. vt Michaelio scripsit Niger, Kalend. Septemb. 1522. die sequenti, post aduentum in Vaticanum, vrbis Magistratibus, vt cognosceret, vt malis medelam cito afferret, scutorum dedit. Iouius.

Coronatus. Non 4. sed 3. Kalend. Septemb. die Dominica coronatus fuit. Ita Niger, qui vidit. M. S. Relatio prid. Kalend. pompa, & hominum confluentium frequentia non magna: pestilentia enim Vrbem vexabat, & multi adhuc in suburbis erant. Niger loco citato.

Annum 1. m. 8. d. 3. At Panuin. in Chron. & Genebr. lib. 4. Chron. ann. 1. m. 8. d. 6.

Malatestam — Arimino. Ex Iouio, & Panuino in Hadriano.

Cardin. Soderini literis. Exploratores Medicei, in Arni transitu, huius Cardinalis literas interceperunt. Iouius. Qua industria vsus Hadrianus in explorandis, quæ de hoc ipso Cardinali audierat, & de eodem in arcem deducto. Idem loc. cit. Cardinales S. Crucis, Anconitanum, & de Cæsis cognitioni causæ eiusdem Cardinalis Soderini præfecit. Ex M. S. Relatione.

Cogente Solimano. De hoc, & de Rhodo obfessa Iouius loc. cit. Surius in Historia, Panuinius, Genebr. loc. cit. Bosius in Historia Equitum Rhodiorum.

Deditionem fecit. Iouius, Panuinius, Bosius. Die ipsa, qua Rhodus deditione à Turcis fuit occupata, portæ Vaticani sacelli epistylum tunc sponte cecidit, cum Pontifex sacra facturus, illuc transisset, & limen vix altero passu post se reliquisset. Fracti lapidis fragmen duos prætorianos milites oppressit. Iouius, Panu.

Lutheranismum profligare. V. Iouium, & Panuinium l. c. extant prudentissimæ literæ Hadriani Pontificis ad Fridericum Saxoniæ Ducem, quem monet, & vrget; vt Martinum Lutherum, funestam Christianæ religionis perniciem, dimittat, & à dæmonis laqueis emergat. Fructuosa earum lectio ipsis hæreticis, si voluntariam obstinati animi durtitiam abijciant; & veritatem agnoscere, cupiant.

Beneficium nepoti. Si Ioannis boni Salodiensis agri incolæ filius erat (vt Bellintanus existimauit) is illi non erat verus nepos. Quam illiberalis fuerit erga nonnullos, qui eius propinqui iudicabantur, Iouius, Panuinius loc. cit.

In Diarijs

Thomas de Vio.

Ex Iouio.

loc. cit.

Epi & cit.

Niger. l. c.

loc. cit.

loc. cit.

Die Natali Domini

p. 1. Bull. Dat. Romæ 1522.

In fine.

Carolus

* Carolus — Venetus Senatus federe inito.] De federe inito inter Cæfarem, & Venetos, cui Henricus Britannia, & Ludouicus Pannonia Reges, alijque Principes adscripti, Iouius loc. cit.

* Federis promulgatione peracta.] Vincentius à secretis Pompeij Cardinalis Columnæ fedus promulgauit, Pompeius, qui facrum petegerat, Legatis Principum, & Senatoribus epulum regio præbuit apparatu. Iouius. Sudor tam magnus ex Hadriani agrotantis corpore effluxit; vt vestes maduerint. Panuinius.

* Annos 64. mens. 6. dies 16.] Ita Panuinius in Vita: & in Elogio annos 65. in Epitaphio ann. 64. mens. 6. dies 13.

* Cadaver inter duos Pios.] Tumulo temporario, eique adiecto epitaphio à Iouio, & Panuino notato. Hadrianus VI. hic situs est, qui nihil sibi infelicitius in vita duxit, quam quod imperaret.

* Cum hac Inscriptione.] Inscriptio fuit. Hadrianus VI. hic, &c. Carmina Quanta potes &c. quæ referuntur à Iouio sepulchro, eodem teste, fuerunt affixa.

Plura de Hadriano, morum innocentia, & litterarum laude insigni dici possunt, quæ prætereo. Leo X. eum, nondum Cardinalem, prudentem, & grauem vocat; Cardinalem probitatis, prudentiæ, continentia, laudabilis seueritatis, & iustitiæ laude coonestat; fateturque Deo illum benefaciendo, & benè sentiendo hostiam maximam facere: Ioannes Antonius Flaminius consummati Principis titulo, prudentiæ, iustitiæ, temperantiæ, fortitudinis, pietatis laude celebris decorat; rarus, hominem magno terrarum, marisque intervallo ab Vrbe seiunctum, non postulantem, non cogitantem, ob summam vitæ integritatem, mores castissimos, absolutamque numeris omnibus religionem, Spiritu sancto excitante, impellente à sacris amplissimi ordinis Senatoribus ad Apostolicum thronum euectum; Cardinalis sancti Sixti virum sanctum numeris omnibus Christianæ veritatis illustrem; Genebrardus doctissimum, & moderate vitæ nominarunt: cum Romam venit, discordias sopitas vidit in Italia; armorum fragor conticuit: cum SS. Bennohem, & Antoninum inter Cælites retulit, de eorum sanctitate, & miraculis luculentam habuit orationem, & sacrum fecit, ex M. S. monumento. De eorundem canonizatione Iouius, Panuinius, & Cardinalis Baronius in Not. ad Martyrolog. Rom. 16. Iunij: Diploma canonizationis Romæ in Archiuo Ædis sanctissimæ Virginis de Anima Theutonice nationis, extat. Clemens VII. literas Canonizationis S. Antonini vulgavit.

Solitudinis amator videbatur Hadrianus; si vera, vt puto, narrat Io. Pierius Valerianus lib. 19. Hierogl. neque id mirum: quandoquidem studij Mathematicarum disciplinarum, Philosophiæ, & Theologiæ assueuerat; & veram sapientiam peramauerat, & spiritum sapientiæ à Deo acceperat; quod innuit eius numisma in Milesij Musæo.

Refert autem numisma Columbam radijs micantem, sub illa tiaram Pontificiam, & clauas, sub his libros sex, aut septem in superiori parte duo hæc verba SPIRITVS SAPIENTIÆ in inferiori, sub libris. ROMA. Altera illius facies exhibet Hadriani imaginem, adscriptis verbis. HADRIANVS VI. PONT. MAX.

Vulgo iactabant, Hadrianum iustæ seueritatis edictum, ad mores dissolutæ Vrbs corrigendos, editurum; graui præsertim poena proposita in hæc hominum genera; in eos, qui Christo dato nomine Iudaicis ritibus animos polluisent, in impuro, scelestoque ore maledicentes, in eos, qui per contemptum, aut per iocum de Christiana Religione loquuti fuissent, in simoniacos, in sceneratores, & mensarios, qui egentes vsuris, vexassent, & in iuuentutis corruptores; quos inquirere, & plectere statuerat. Ex Iouio.

Lue pestilente, ante Pontificis aduentum, Urbem vastante, quotidiana supplicationes peragebantur, Imagines Christi è Cruce pendentes, beatæ Virginis Deiparæ, celebriores in ijs deferebantur: mira tunc acciderunt. Iudæa mulier cum ab Imagine S. Mariæ, in Porticu appellata, vultum auertisset: statim oculis capta est; vir Iudæus cum eodem se flagitio polluisset, perpetuo deinde inuersa stetit ceruice. Innumeri, fere, pueri feminuda corpora verberantes, elataque voce Dei misericordiam postulantes, instructa acie, in ijs procedebant; homines præterea vestes se flagris cædentium, induti, vt pueri, vociferantes, aiebant, miserere, miserere Deus, hos matronarum, accensas faces gestantium, & lachrymantium, agmina sequebantur. Ita Hieronymus Niger epistola ad M. Antonium Michaelium, anno 1522. die Augusti 15. Romæ data, par. 1. literis Principum.

Cum hæc scripsissem; accidit, vt in Bibliotheca Cardinalis Biscia fidei professionem, & pollicitationes eiusdem Pontificis in M. S. Codice legerem, illiusque ijs adiectam subscriptionem. Edidit pius Pontifex Catholicæ fidei, iuxta antiquum morem, professionem, seque daturum operam, promisit, vt eadem fides in sancta Dei Ecclesia vigeret; vt hæreses, erroresque recens in Germaniæ regionibus exorti extinguerentur, vt Christiani Principes concordia nexu vinceretur, expeditioque contra Turcas iniretur; iurauitque se, sine Cardinalium consensu, Romanam Curiam à loco vbi erat, & nunc est, alio non translaturum: & adiecit.

Ego Hadrianus, &c. vniuersalis Ecclesiæ Episcopus electioni de persona mea factæ, de Diuina misericordia confusus, in Dei timore, cum debita humilitate, consentio; eamque licet immeritus,

A omni meliori modo accipio, precedente professione, & promissione præhabitis, &c.

Ferdinandus quoque Archidux Austria à teneris annis Hadriani alumnus fuit: quod Romæ, missis oratoribus, qui ei reuerentiam obsequiumque offerrent, Hieronymo Baldo Episcopo Gurcensi, Petroque à Corduba, in publico Cardinalium consensu à Gurcensi; à quo reuerentiæ, & obsequij oratio habita, dici voluit: in ea autem oratione plures, magnæque Hadriani laudes commemorata: & studium, præcipue, pacis inter Christianos Principes conciliandæ: quam ob rem Legatos in Galliam, Hispaniam, Germaniam, & Angliam miserat. Turcarum, & Lutheranorum diuersam impietatem odio prosequatur Hadrianus: quod idem Antistes illo epigrammate, ipsum alloquens, ostendit.

Hostis adest duplex, gemini nona causa triumphi, Et figenda tuo bina trophæa tholo.

In te Schismaticus funestas excitat artes, In te Turca ferox bella cruenta mouet.

Ambo ardens fides lumen delere: sed alter Clam ruit in facinus, alter in arma palam.

Hic gladius vibrat, terrum vomit ille venenum; Viribus hic maior, fraudibus ille prior.

Dignus uterque premi; sed longè inuisior ille est, Qui sub ouis specie pectora vulpis habet.

Inter nummos Hadriani VI. non contemnendus ante coronationem cufus: in cuius altera facie imago illius imberbis, & hic titulus HADRIANVS ELECTVS PONT. MAX. In altera, Pontificia tiara in sublimi nummi parte eminet, & clauas subiectas quasi vinculo necit, sub clauibus Hadriani stemma: in ambitu verba SECVRITAS VRBIS PARMÆ. In Gualdi Musæo numisma diuersum offendes.

Vidi postremo tres Hadriani epistolas typis cufas, initio Pontificatus, Victoriæ datas anno 1522. duas priores ad S. R. E. Cardinales, tertiam ad S. P. Romanum humanitatis plenas; quibus etiam se quam primum Romam profecturum pollicebatur. Primam ille die 14. secundam 18. tertiam 19. Februarij dedit.

NOVA ADDITIO AVGVSTINI OLDOINI SOCIETATIS IESV.

Nemo vnquam, scribit Iouius, ab vlla sacrorum Comitiorum memoria ex his, qui literarum, & virtutis opinione claruerit, vel minore sua ambitione, vel tenuioribus amicorū studijs Hadriano VI. Pontificatum est adeptus; quippe qui tot candidatis, qui gratia, meritis, atque opibus nitentibus, sine contentione supergratis, ipse Romæ paucis cognitus, & vix auditus ab Hispania, extremisque Germaniæ oris ad summum rerum fastigium tam felici, quam inopinato euentu facile peruenerit. Ita vt hinc liquidò coniter, Pontificatum diuinitus dari, Comitiorumque suffragia nequaquam libidine, decretoque hominum, sed certa, & incredibili Dei immortalis prouidentia gubernari. Fuisse Hadrianum natione Belgam, patria Traiectensem, siue Ultraiectensem in Bataua, siue Hollandia omnes, qui de eo scripserunt, vno ore testati sunt. Nisi quod apud Opmeerum Amstelrodamum reperimus censere aliquos Hadrianum fuisse Amstelrodamo alia Batauiæ vrbe oriundum, & genus ducere paternum à Guillelmo Eggerdo primario ciue, qui ob tumultus patrios sedem mutauit. Vt verò alterius nationis quam Bataua fuerit Hadrianus, nemini vnquam in mentem venit; quousque Matthias Bellintanus Cappuccinus Salodiensis, diocesis Brixienfis in Italia anno millesimo quingentesimo octogesimo sexto, breui edita historia persuadere voluit, Hadrianum natum esse in pago Renzano Salodiensis agri, patre Ioanne bono, vt supra asseruit Victorellus, atque in baptismo Ludouicum dictum, cum in Belgium adolefcētulus commigrasset, in Hadrianum commutasse, ac propterea factum Pontificem noluisse amplius nomen mutare, cum id iam semel præstitisset. Addit laudatus Bellintanus alia plura eiusdem acuminis de patre, familia, insignibus, & educatione. Quæ omnia, vt paucis cum Spondano dicam, aut somnium dormientis, aut piam aliquam cogitationem excessus mentis, vt fuit in meditationibus insignis, quas nō paruo piarum personarum fructu lingua vulgari Italica edidit, in patriæ suæ illustrationem, aut denique facilem credulitatem commenti alicuius ex familia Ioanni bona esse puto. Sanè si id fuisset, poterat Hadrianus vno verbo ijs satisfacere, qui quærebantur Pontificatum ad Ultramontanos esse delatum. Fuit igitur Hadrianus VI. omnium ferè scriptorum sententia verè Batauus, Traiectensis patre Florentio aulaorum textore, seu vt alij volunt, ceruiciæ coctore, honesto, sed ita paupere, vt præclaræ indolis filium natum sexto nonas Martij anno 1459. suo sumptu literis imbueri cum non possit, Louanium deduxit, & in Collegio Portiorum gratuito ali obtinuit.

Is autem adhuc puer in dicto Louaniensi Portiorum Collegio se se ita Liberalibus studijs exercuit, vt nemo eo attentius, aut ardentius literis operam nauare diceretur: nulla ferè vnquam à scholis iuuenilis voluptas eum reuocabat, & cum esset supra disciplinæ iurantiem, vini, cibique parcissimus, etiam cæteros æquales suos perenni continentia, & lenitate animi superabat; eratque in eo tanta discendi felicitas, vt quæ alijs essent obscura, vel nimia commentan-

I. 15. epi. Hadria. 1. 16. cap. 4.

Apud Iou. Hadria. 1. 16. cap. 4.

Flaminius l. c.

Card. Bar. l. c.

Gurc. l. c.

In Musæo Angloni.

Pontificatus diuinitus datur.

Hadriani patria, & genus.

Henricus Spondan. in Annal. Eccles.

Puer operam dat literis.

A. Sander. in Elogijs Cardd. Aubertus Mirgus de Ill. Belg. Scripior. Panua.

Sacerdotium obiect.

Decanus Louanien. sis Eccle. sic. & Collegij Vice. cancellar.

Caroli V. Praeceptor Legatione fungitur ad Reges Hispan.

Fit Episc. Dertusen. & ornatur. purpura. Leo moritur.

Cardinal. in Concl. Iulius Medices Cardinal. Pontific. peroptat.

Iulio Cardinales iuniores fauent.

Seniores Cardd. co. tra Iuliu.

Senioru Cardinalium legatio ad Iulium.

Iulij Medicei Cardinalis responsio.

tium subtilitate abstrusiora, ea iucundè runanti, apprehendentique longè facillima viderentur. Ita paucis annis singulas scholarum classes ingenio, & doctrina facillè princeps secundissimo cursu percurrit: primum ei Dialectici honorem detulerunt; cum nemo esset eius ordinis, qui ei solertia, & acumine disputandi conferretur. Pari quoque fauore apud Philosophos, vti sæpius spectata eruditione insignis ante omnes candidatos lauream promeruit: porro in Mathematicis ei propè vnica contigit laus, cum plerumq; sine præceptore conuolutas earum artium subtilitates, & per se caperet sedulo, & ceteris admirantibus lucidissimè recitaret. Ad extremum tantis instructum disciplinis Theologi in scholam auidè receperunt; quibus in studijs perpetua cum laude vsque ad senectutem religiosè conqueuit, ita vt carptim tamen, subcisiuis temporibus Pontificij iuris decreta perdisceret. Cæterum quod vnum ei viri elegantes desuisse prædicant, eloquentiæ cultoris flores, & poetarum amenitates contemnere erat solitus; siue quod putaret, eas sibi aliquid de grauissimorum studiorum auctoritate detrahere; siue quod castis, & pijs ingenijs poetarum lusus, prauos mores importare, religionibus plurimum officere arbitraretur: erat enim seueritate Christiana adeo verecundus, vt nihil nisi sobrium, & pudicum, vel ioculariter auribus admitteret. Peractis studijs sacerdotium Parochiale in Hollandia, Margaritæ Maximiliani Cæsaris filia, quæ tum Belgis imperabat, opera obtinuit; nec multò post ob morum, & doctrinæ prærogatiuum suffragijs sacerdotum omnium Louanij in templo maximo, Apostolorum Principi sacro Decanus est effectus, qui est in ea vrbe inter sacros homines summæ dignitatis locus. Tum primum maiorem opportunitatem meliùs, sanctiùsq; viuendi nactus, nihil aliud ferè egit, quàm vt templum quotidie inuiferet, vel psalmis modulandis, vel offerendo sacrificio, vel item sacris ad plebem habendis concionibus intentus. Id quoque sacerdotium alium honorem secum traxit: is est in gymnasio præcipua potestatis, & præcellentiæ magistratus, Vicecancellarium vocant, in scholis Collegiorum omnium cuncta moderantem. Carolo V. adhuc puero præceptor est datus, à quo ad Ferdinandum Regem in Hispaniam cum amplissimo Legationis munere missus est. In Hispania Episcopatu nequaquam eius honoris appetens, deinde purpura à Leone est ornatus, vt dictum est supra.

Non multò post Leo Pontifex leui ab initio, & ferè contemnenda, sed mox vehementi, ac mortifera febre inopinantibus medicis extinguitur, dum Hadrianus in Hispania Caroli V. Cæsaris nomine prouincias regeret. Cardinales iustis nouendialibus de more Pontifici defuncto perfolutis ad Comitata coeunt: aduenerat Mediolanum mutatis ad celeritatem iumentis Iulius Medices Cardinalis, qui pulsus Gallis apud exercitum Legati munere fungebatur. Is magnis opibus, & clientelis innixus, recentique fama rerum prosperè gestarum, & prudentiæ, ac ciuilibus modestiæ nomine commendatus, ante omnes Pontificatum petebat, traxeratque in partes sexdecim Cardinales, inter quos plerique erant iuniores, qui vel ob id ardentius, atque expeditius Iulio fauebant, quod pro se ipsis minimè petendum arbitrantur, & gratiam apud nouum Pontificem præclaro maxime studio, apertisque suffragijs omnino parandam existimarent. At seniores, quorum plures erant candidati, quamquam duplici ferè numero cæteros superarent multis tamen de causis, vt Pontificem declararent, adduci non poterant priuatis scilicet implicati votis, & varijs factionibus impediti, ita vt nequaquam in vnum sincera voluntate confluerent, & sæpè ad alium, atque alium voluerentur. Sed vnum, & certum senioribus coniuratis decretum erat, nemini videlicet, nisi ex ipso sui corporis ordine suffragari, quod ætatis honore, & opinione virtutis iunioribus præstare viderentur. Id porro magnas afferebat difficultates, quo minus Pontifex libera voce diceretur; nam quisque ex senioribus cum ad Pontificatum aspiraret, in eo vehementissimè laborabat, vt occulta mutui suffragij pactione alios, atque alios ex iunioribus sibi obstringeret, daretque operam fallendo, atque infirmo alienas spes, vt in multos dies Comitata proferrentur. Quare seniores ad Iulium Medicem, cuius nutu, auctoritateq; iuniorum suffragia regebantur, Legatos mittunt Cardinales duos Antonium scilicet Montanum iuris scientia illustrem, ac Thomam Caietanum sacrarum literarum studijs longè clarissimum. Ij meditati orationibus orsi à religione, Pontificatum celo dari, non humanis studijs dicebant; propterea debere ipsum pertinaciæ finem imponere, & restitutus in libertatem iunioribus æquo animo pati, vt tandem aliquis ab aetate, moribus, & doctrina probatus, etiam si ex omni parte minimè placeret, Pontifex crearetur, vt is Christianis factis præesset, qui non malis artibus, sed commendatione virtutis euheretur. Prouectis enim ad sanctissimam sedem nequaquam amicis, & fautoribus, sed Deo immortalis habendas esse gratias; quandoquidem Pontificatus semper calamitosus, & infelix extitisset ijs, qui vi contendendo contra leges ambitus illum inuitis melioribus essent consecuti: affuturum pro certo cæleste numen in suffragia euntibus, si Cardinales rerum omnium, præterquam verè pietatis obliuiscerentur. Ad ea Medices Cardinalis graui, & moderato sermone respondit, nulli magis, quàm ipsis eas adhortationes conuenire, qui nefaria coniuratione inita iurare minimè dubitassent, nemini nisi ex ipsorum seniorum corpore suffragia daturos. Non deesse apud iuniores

A omni virtutum prærogatiua dignissimos, qui expetita senioribus ex æquo mererentur, quos eo summa iniquitatis decreto, & detestabili secessione ad contumeliam notatos alienassent. Neque se, qui tametsi exquisitis literis abundè non sit instructus, vlli vnquam vel moderatione, vel iustitia, vel pietate, vel senatorijs officijs, vel clarissimis erga rempublicam meritis esse concessurum. Ad huc etiam liquido constare, quanta fide, quantaque propensione, & frequentia gratissimorum amicorum confirmatus id petere, & sperare posset; quod tamen ad declarandam animi temperantiam alteri concedere paratus foret. Propterea se nominaturum virum insignem, vt se illo inuidia, & ambitionis onere liberaret, & præclara voluntate reipublicæ Christianæ consuleret: quod si is à senioribus minimè probaretur; tum verò manifestè eorum consilia obtrectationis, & cæcæ malignitatis plenissima nudarentur. Ab eo colloquio cum esset discessum, Medices Cardinalis prolixè cum iunioribus disputando constituit, vt postero die Hadrianus Cardinalis Dertusensis, conscriptis in eius nomen syngraphis in Comitio nominaretur; quoniam is esset omni pietatis, & continentia laude conspicuus, nec Cæsarianas partes deserturus esse videretur, quibus ipse vehementer esset implicatus. Erat enim ei magnopere timendum, ne si Gallus noui Pontificis studio bellum in Insuibribus renouaret, Parma, & Placentia vix dum receptæ, atque ægrè per interregnum defensæ vrbes protinus amitterentur; & subinde ipse vti belli socius Florentia patria pelleretur. Quare Medices Hadrianum nominat, iuniorum suffragia perpetuo syngrapharum tenore illi fauent: subijt cunctos admiratio ad inexpectatum candidati nomen. Tum verò Thomas Caietanus Cardinalis ad proximos conuerteret, ergo, inquit, pedibus in sententiam accedamus, vt postquam Deo optimo maximo, ac hominibus placet, vir sanctissimus, omnibus numeris Christianæ virtutis insignis Pontifex creatur. Nec mora, plerique tacitis religione animis alacres accedunt; alij cunctabundi, qui nec eius nomen audissent, erectè tamen, ac veluti præsentis numine impulsis spes suas abruptunt, & rationum suarum obliuiscuntur. Vnus omnium Franciottus Cardinalis Vrsinus vt suffragio, accessu ue iuaret, adduci non potuit; quoniam nefas esse diceret, eum sacris Christianis præficere, quem non vidisset vnquam, nec ab opinione virtutis planè cognouisset. Cæterum exultante Iulio Mediceo Cardinali, quasi vicisset, quod ab inimicis minimè superatus animum ingenti cura liberasset: alij ferè omnes deformi quadam mœstitia deiecti, ac tristes ægris animis reputabant, quis nam rerum exitus esset futurus, postquam emissio è manibus Pontificatu, eum homini externo, nulli ferè cognito, & procul agenti in extremis terrarum oris præcipiti temeritate detulissent. Id verò populus Romanus adeo indignanter tulit, vt cum patrefacto Conclau Cardinalis domum redirent, passim maledictis incescerentur; quod infamibus Comitijs nõ modò vrbe Romam suo Antistite orbatam prodidissent; sed quod infania proximum videretur, Italiam etiam Pontificatus honore spoliassent. Erat enim opinio statim edita in vulgus, Pontificem neglecta Roma, vi, aut sua spontè permanfurum in Hispania, aut enauigato protinus Oceano Germanos esse petiturum, vt ad immortale decus gentis sacrarum Princeps in terra patria conspiceretur. Adaperto Conclau, cum globus Cardinalium Hadriani pontem esset præteruectus, & opifices, puerique minacibus oculis, voceque, & manibus obstreperent, nec à fœdissimis probris abstinere, Sigismundus Gonzaga Cardinalis renidenti vultu his egit gratias, quod aduersus extrema supplicia meritis contumelijs essent contenti, nec lapidibus publicam iniuriam vindicarent. Nec multò post Cardinales ne quid detrimenti respublica pateretur Triumuiros auctoritate Pontificia constituunt, qui menstruo cum imperio ex triplici Cardinalium ordine forte ducti, pacis, & belli negocijs præstant; ij in Vaticano Pontificia in parte ædium administrabant. Interim tabellarij cum priuatis literis per Gallias, & Pyreneos saltus ad Victoriam Vellicam, Cantabrię vrbe, tertio decimo die peruolant: redibat tum fortè Hadrianus à Federico Henrico Ammirate, quem ægotantem inuiserat. Itaque tabellarij ædium scalas conscendenti ad pedes peruoluntur, eumque porrectis literis Pontificem salutant. Ille nihil ad tanti nunciij nomen vultu, animoue commotus, paulum substitit, & cum tabellarios ab osculo pedum auerteret, conuersis ad amicos oculis, si vera sunt, inquit, quæ nunciantur, mihi profecto plurimum est dolendum. Nec mora, exultantis, & salutantis populi turba atrium, porticus, atq; ipsa etiã superiora conclaua replentur: ingruente verò nocte nobiles equites, vt in publica latitia decuit, Maurorum habitu vibratis fanalibus decurrunt. Verum Hadrianus nihil propterea, aut de corporis cultu, aut de pristina vitæ consuetudine sibi mutandum esse iudicauit, cum prius expectandas à Senatu literas arbitraretur, quæ quicquam vel muneris, vel habitus de Pontificia maiestate vti præpropeto, læuque similis usurparet. Erat enim non fastu aliquo, vti ijs plerumq; accidit, qui in secundis fortunæ flatibus facillè contumelcunt, sed à simplici morum nitore, stabiliq; vitæ continentia grauissimus. Si quidem literæ conscriptæ erant à Gerundenfi Episcopo haud planè graui, & certò auctore, quibus ille ad promerendam gratiam, Pontificatum omnibus suffragijs ei delatum effusè gratulabatur: sed omnes erecti erant in expectatione literarum, quæ à Cardinalibus in

Hadrianus ad Pontificem. à Iulio nominatur.

Cardinales iuniores Hadriano fauent.

Thomas Caietan. Card. primus senioru Hadriano fauent.

Franciott. Card. Vrsinus suffragiu dicitur reuocari.

Populus Romanus indignè fert Hadriani electionem.

Electio Triumuiros.

Hadrianus à Tabellarijs Pontificem salutatur.

Hispa-

Hispaniam mitterentur. Obstabat mare hibernis tempestatibus saeuum, & infestis per omnia littora Gallis praedonibus interclusum, Pyreneique saltus iuga cum praeraltis niuibus, tum perpetuis Gallorum custodijs tenebantur, adeo vt cum tredecim dierum spatio nihil ad confirmandam tantae rei famam penitus afferretur, iam de ea re plerique dubitarent, quasi Galli hostes fictitijs literis ad eludendam hominis dignitatem totum id commentum in Hispaniam deserti curassent. Caeterum ipse mirum dictu ea omnia de se vti Romae acta erant, ab initio constantissimè credidit; quasi ab oculis fatidicarum Virginum edoctus, quae tanto rerum euentu promissis fidem attulissent; adeo vt Acredio medico anxie nimis, ac tristi fronte tantae morae spatium per singulos dies, vti spe deposita, supputanti dicere non dubitauerit, vt in spe concepta permaneret, neque amplius eo literarum desiderio torqueretur. Se enim Dei optimi maximi beneficio creatum esse Pontificem, & breui fore, vt ab ipso in sede Principis Apostolorum in vrbe Roma sub illa sole mni tiara conspiceretur. Interea à Caesarea Augusta os mandibule D. Lamberti martyris ad eum pro insigni munere delatu incredibili cum laetitia suscepit; id enim antea vel assiduis precibus impetrare nequiebat, quamuis id Leo Pontifex ab ipsis Caesaraugustanis sacerdotibus per epistolam flagitasset, & Carolus V. Caesar eos ad communicandas sanctissimi viri reliquias etiam atque etiam hortaretur. Hinc est illud patet factum Hadriani dictum ad familiares languidiore spe in ea tristi mora literas de Pontificatu ab Vrbe praetolantes; *S; non vobis arrendendo*, inquit, *sed mihi ipsi futurus eram Pontifex, mihi quidem amplius non est opus tanta summi honoris potestate; quando iam Dini Lamberti reliquias, quod vnum in tota vita vehementer optauerim, vel ad falsam delati Pontificatus famam felicissimè sime consecutus.*

Inter hos ambiguae spei sermones, cum per tredecim dies tota eius aula, & omnis ferè Hispania suspensis animis versaretur, cœnanti superuenere Nuncij ab vrbe Roma, qui literas Cardinalium, deferebant, quos tanta animi tranquillitate suscepit, vt perlectis literis, atque his, quod honestè conscriptae viderentur, pacata voce, & leni capitis nutu laudatis, nihil plus sit locutus, quam vt nuncios tanquam de via festos ad quietem hortaretur. Adeo vt in eo sedati animi habitu, ac frigidiorè laetitia Vianesius Albergatus Bononiensis, qui à Leone missus Nuncij Apostolici munere in Hispania fungebatur, indignanti similis, non obscura voce dixerit: *Renatur ergo hic summus Pontificatus, postquam tam lenta bisaritate suscipitur.* Petebant Cardinales, vt postquam legitimis omnium suffragijs Pontifex esset creatus, de se bene meritis Cardinales diutius frustrari nollet, paratissime ad nauigandum rebus omnibus, in Italiam primo quoque tempore maturaret; vt quod Deo optimo maximo, ac Senatui deberet, opportuna ope afflictis Italijs rebus maturè allata, religiosè solueretur. Ferunt, Hadrianum, vti ipse postea testatus est, ea nocte diu mente ambigua voluisse, an Pontificatum susciperet, nullaque grauiore de causa inductum suscepisse, quam vt Dei optimi maximi nutibus obtemperaret, postquam aspirante caelesti numine ab ignotis hominibus tantus honor offerretur. Apparebat enim ipso recusante Christianae Reipublicae dignitatem, dira dissensione Cardinalium conuelli penitus, & ad non dubium interitum foedissimè lacerari; quoniam instauratis Comitijs extitio, ditroque schismati materia praeretur. Nolebat etiam vti Caesari deditissimus, recentis eius victoriae cursum impedire; nam Gallos Leonis morte plurimum exultare, ac sublatis animis in spem noui Pontificis, qui partibus adesset, bellum in Insulibus renouare dederat; quae omnia abrupta spe pacis, atque concordiae ad conturbationem humanarum, & diuinarum rerum proculdubio pertinerent.

Electiois diplomate accepto Hadrianus professionem Catholicæ fidei edidit, vt dictum est supra. Sequenti die stolatus in publicum prodijt, calceamentis aureis crucibus exornatis salutanti turbe omni generis hominum excolandos praerbat pedes, ac desumpto HADRIANI SEXTI nomine, id cōfestim in publicis libellis, & literis praescripsit. Tum verò finitimi populi ad constantem famam creati Pontificis Victoriam vndique cōuenire, vteriores trans Iberum annem gentes pia quadam hilaritate, postpositis rebus omnibus alacriter excitari; quoniam quod tum rarissimæ felicitati datum videbatur, ab vlla maiorum memoria Pontificem in Hispania nunquam vident. Ipsi reguli insignes, natura admodum pij, ac magnifici, opulentique item Sacerdotes, & Episcopi nobilium Ciuitatum inter se ambitiosa liberalitate certabant: nam quisque munificentiae studio in sacros praesertim vsus sese regalibus donis onerabat, quibus apud Pontificem opimae gratulationis nomine ad parandam gratiam vteretur. Nec desuere etiam pleraque matronae nobiles, sacratae vterque Cœnobiorum etiam inclusae, quae linteae omnis generis elaborata pictis operibus, & ad cultum Pontificis; & in sacras vestes, atque altarum ornamenta cupidissimè conferrent. Extant adhuc Vianesij Albergati literae scriptae prima Martij anni 1522. Philippo Albergato datae, quibus pro Hadriano aurum ad iter petit.

Iamque Hadrianus vel ipso comitatu, vel aulae frequentia, vel instrumentis omnibus in augenda maiestate ad augustiorem formam exquisitis, Romano, atque ornatissimo Pontifici simillimus erat,

A cum ad Caesarem Augustam contendit; ipse purpurea in sella succollantibus Hispaniae regulis effusa obuam ingenti equitum multitudine Urbem est inuectus. Venerat tum Alexander Caesarius Cardinalis ab Vrbe, qui Pontificem sacri Senatus, & Romani populi nomine vehementer impellebat ad nauigandum, vt Italiam, atrocibus bellis, & in primis Romani Pontificis prouincias ab ipsa factionum insania, caedibus, & incendijs expositas, matura profectio liberaret. Cum esset Caesare Augustae, voluntas ei inaccessit ab singulari pietate inspiciendi D. Lamberti cadaueris, è quo paulò ante, vti diximus, mandibulam dono missam tam lato animo suscepisset. Itaq; loculum, & ossa cupidissimè, & cum eximia quidem veneratione contemplatus est; quae res in prodigium continuè versa; quoniam primum ipsius operum cadauer inspiciere extitisset, fama praebuit, eum citò inter mortales esse desinurum. Quam etiam potenti suspitionem auxisse visa est lampadis crystallus in templi medio ante aram temere effracta, ob cuius casum, & ipse Pontifex, & qui circa erant solemnè in veste sacerdotes, lucernali oleo foedissimè conspersos constat. Caeterum Hadrianus VI. cum pio, tum egregio consilio in vnam eam curam corpore, atque animo erat intentus, vt quamprimum Romam relicta Hispania nauigaret; quamquam plerique Hispaniae nobiles summis precibus, & ingentibus promissis eum in Hispania retinere conarentur. Et Henricus Britanniae Rex eum ad se religiosa cōtentione in insulam euocare perseueraret, ac polliceretur viaticum regiae munificentiae venienti pariter, ac demum cum aliquot dies in Britannia subsistisset, per Germaniam ad Urbem in Italiam profecturo. Sed nihil haec in tam pia, quam decora propositi seueritate permanentem, omnino morabantur, quin ipse spes omnium vti parum honestas, sanctissima castigatione praercederet, & per Dertusiam, in qua vrbe ipse fuerat Antistes, Tarraconem ad mare deferretur, vbi classem exornarat, contractis vndecim trirēmis, & nauibus triginta onerarijs, quibus praesidiariae cohortes decem, ac totius aulae comitatus imponeretur. Expectabat etiam Ioannis Lusitaniae Regis naues aliquot à Gaditano freto, atque item nonnullos terrestres itinere equites, vt aliquanto maiore, ac nobiliore frequentia nauigaret. Verum haec diutius non esse expectanda iudicauit, cū Caesarem à Germania in Hispaniam redeuntem ad portum, cui in Asturia Villa Vitioia nomen est, felici nauigatione peruenisse cognouisset; nolebat enim à Caesare vel retardari, vel omnino in Hispania retineri. Quamquam nihil ei foret optatius, quam Caesarem vbique victorem, & dudum à Germanis Imperatorem appellatum conspiceret, complectique arctius; ac item coram docere, quo in statu singulari totius Hispaniae prouinciae relinquerentur. Sed se

B uti pius, & grauis iam planè Pontificem esse meminerat; & propterea publicae personae rationibus potius, quam priuatae beneuolentiae seruiendum arbitratur, vt potè qui statim repudiari minorum negotiorum officijs, rerum omnium cogitationes ad pietatem, publicamq; salutem prudentissimè reuocaret. Scripsit itaq; ad Caesarem, vt eam colloquij spem abijceret, & vti pius, iustumque Principem deceret, aequo animo pateretur, si ipse grauissimis de causis incitatus, omnibus postpositis rebus, quamprimum in Italiam nauigaret. Ibi enim cuncta bello deflagrare, populosque praerlertim Pontificiae ditioni subiectos, & obnoxios potentiorum iniurijs vexari passim, & vagantibus externarum gentium armis crudeliter euastari. Nec populum Romanum, qui suo Principe esset orbatus, nec sacrosanctum Senatum, qui delato Pontificatu tantum de se iudicium fecisset, & spes suas in externi hominis fide collocare minimè dubitasset; deserendos videri: quando nihil turpius esset futurum, quam eorum opinionem sefellisse, qui vni prohibitatis, atque iustitiae nomini famaeque ante periculum non minus pie, quam benignè credidissent. Proinde vt maturo aduentu benemeritis de se Cardinalibus gratiam referret, dum per lenissimas tempestates mare esset idoneum, continuè ab Hispania soluturum, daturumque operam, vbi primum in Vrbe consedisset, vt Caesariani duces aliquanto opportuniore, ac maiore studio, quam si in Hispania moraretur, aduentus sui beneficium sentirent. Nec multò post commonefacto saepius Senatu, & Vvillhelmo Enckenuoirto ob spectatam fidem negocijs in Vrbe praeposito, circiter quatuor millia peditum, & paucos equites nauibus imponit, administrante Ferdinando Andrada, quem copijs, & classi praefecerat, vel ob id quod sub magno Consaluo ante viginti annos in Italia cum eximia laude militasset, pridieque nonas Augusti Tarracone profectus, lenissimis tempestatibus Genuam peruenit. Excepere aduenientem Genuenses cum pie, tum liberaliter; quamquam ab recenti calamitate direpta Urbis neque apparatu, neque animis vilam omnino laetitiam praerferrent. Erat tum Princeps in ciuitate illa Hieronymus Adurnus virtute animi, & bellica laude insignis, qui dudum expugnata arce Gallicum praesidium expulerat: is ingentia dona recentis praecipue commeatu cum publico ciuitium, tum suo etiam nomine Pontifici detulit, quae tanta fuere, vt Hadrianus quasi non omnia oculis planè contemplatus, singularum rerum iudicem deposceret, vt grato ad eius officij memoriam animo cuncta consideratijs aestimarentur. Aduenere etiam à Mediolano ipse Franciscus Sfortia, Prosper Columna Cardinalis, & Ferdinandus Piscarius, vt de statu rerum Italiae explicando, & com-

C

D

E

F

Caesarem Augustam peti. Alexandri Card. Caesarii aduentus ad eum.

D. Lamberti corpus inuifit.

Scribit ad Caesarem.

Hadriani discessus Romam versus.

Genuam Peruenit.

Or. D. Lamberti recipi.

Cardinalium literas recipit.

Quid post literas peti.

Ornatae pontificis vestibus in publicis cum opibus.

Vianesius Albergatus scribit pro Hadriano peti.

municando sociorum, atque hostium consilia, ipsum earum rerum non planè peritum accuratè perdocerent. Cum triduo Genue substitisset, celebratam illam sinaragdum excauatam in hexagonium poculum, quæ vna omnium gemmarum precium superare existimatur, tam cupidè, quàm humaniter inspexit; miratulusque quod in tumultu direptæ Urbis seruari potuisset. A Genua ad Liburnum portum est deuectus, quo, vt supra dictum est, iam veniebat Iulius Cardinalis Medices, & quinque alij Cardinales, totius Italiae Principum Legatos secum adducens. Superuenit, & ipse Federicus Gonzaga Mantuanus, Pontificij exercitus imperator. Instructo igitur ibi ligneo ponte, qui in mare prominebat, atque eo fecta fronde, & pictis insignibus ornato inter magnas acclamantis populi gratulationes, ac tormentorum bombos excipitur. Is primò statim egressus peruenuit totius corporis habitu, omnium oculos simul atque animos impleuit: erat enim ore probo, graui, verecundo, ab sancta quadam hilaritate valdè conspicuo, venerabilis autem Cardinalibus, & felicem aduentum enixè gratulantibus, ac Florentinis Legatis, qui ingentem copiam rerum esculentarum ad alendum aulae comitarum, & recreandos remiges dono attulerant, tranquillo potius quàm lato vultu, & sermone dulci breuitate periuocando respondebat; ita vt cum nulla in gestu, aut verbis familiaritate vteretur, nihil temere quod esset elatum, & insolens, aut subagreste penitus emineret. Id solum Cardinales, & reliquos blandimentis Romanæ aulae assuetos vehementer permouit, quod Pontifex parum humaniter, & ferè contemptim secum agere videretur. Nam cum solus coenasset, & nauæ vtendum nocturna aura suaderent, adeo cupidè, & festinanter ad mare se proripuit, vt Cardinales in proximo simul coenantes nec moneret, nec expectaret. Itaque omnibus raptim ad triremes contendentibus, de secunda vigilia oram soluit, & ad Centumcellas est prouectus. Ibi affuere à Senatu missi Pompeius Columna, & Franciottus Ursinus Cardinales, qui vt dictum est supra, exceptum sub umbella Pontificem ad templum deduxerunt; vbi postquam ad aram supplicatum fuit, oratio habita est à Pompeio Cardinali tanti aduentus lætitiæ accommodata. A Centumcellis postero die Ostiam peruenit periculosa nauigatione, nisi maturasset; nam Tyberinis intranti fauces læta tempestas exorta est, quæ triremes violento cursu in diuersum abripuit. Ab Ostia etiam pari festinatione est profectus, adeo vt Cardinales ignobilibus iumentis veherentur, & nonnulli minores Antistites, ac totius aulae incondita multitudo onusta sarcinulis in feruido sole iter faceret. Peruenit autem Romam ad tertium Kalendas Septembris, vt Hieronymus Niger in epistola ad Marcum Antonium Michaëlium testatur; non decimo quato Kalendas Octobris, vt perperam quidam habent. Sunt qui post accessum Hadriani in Urbem, per Demetrium Græcum Spartanum sero tauro mansuetum magico carmine, atque ad amphitheatrum immolato, vt huius sacrificij finem graui pestilentia, quæ ipsam Urbem vexabat, allatum affirmant. Id enim post Iouiuin plures retulere: sed hoc impium assertum exufflarunt alij magis pij, & accurati scriptores docentes ex epistola Hieronymi Nigri ante Põtificis aduentum factas esse quotidianas supplicationes miraculis etiam confirmatas, quibus per flagellantium se sanguinem, & matronarum lacrymas scelus immolati à Græculo tauri emendatum fuit. An tullisset religiosissimus Pontifex præ sente se tantam impietatem committi? His igitur supplicationibus magis quàm sacrilego sacrificio pestilentiam in Vrbe mitescere cœpisse omnino credibile est. Hadrianus tamen quantumuis crebris, atque etiam domesticis funeribus visis adduci non potuit, vt ad loca salubriora secederet; quin quandiu tristissimi mali sæuitia perdurauit, pedem palatio non exiit, videlicet ne deserere Urbem videretur.

Omnium igitur primùm ad pacandam Italiam conuersus, plures Italiae Principes in gratiam, amicitiamque recepit; Venetos Cæsari per Legatos coniunxit: Franciscum Soderinum Cardinalem, cui arcana rerum liberali fiducia cõmunicare solitus erat Hadrianus, vt ambiguae fidei virum proprijs literis arbitrarijs conscriptis notis conuictum carceri tradidit. Pontifex enim neminem fallere solitus iniquissimè ferebat, sed ab eo fuisse deceptum, qui lenocinio quodam bonarum artium tam ingrati, quàm impiè fidem fefellisset. His ergo de causis aliquanto suspicacior, & Cardinalium Senatui nihilò familiarior effectus est; adeo vt illis tanquam factiosis, & parum fidelibus de belli, pacisque negocijs nihil omnino communicaret. Proinde Bernardino Carauiali, & Nicolao Flisco Cardinalibus, cum illi fortè quererentur, quod in consilium superiorum Pontificum more nequaquam adhiberet, respondere non est veritus, nemini vel Cardinali se temere credere, quod cum periculo reipublice credendum foret. Hinc factum est, vt Pontifex durior, & hebetior in administranda republica diceretur. Nam cum in valde prudentibus, & maximarum rerum peritis, varijs de causis nullam omnino, vel exiguam fidem reponendam esse iudicaret, necesse erat, vt vnus maximè Belgis, quibus præclara fides abunde superesset, in arduis consilijs vteretur. Hinc illud per factum, & plenum ingenue libertatis Hieronymi Balbi dictum.

Genua ad Liburnum portum deuectus.

Liburno ad Centumcellas est prouectus.

Pompeius Card. Columna oratione habet.

Felix Cõtelozius in Eleuano. Papyrius Maslonus Franc. Sauiertius in Athen. Belgica.

Iul. Anton Flamin. in carmina. Maximilianus Vrius. Romam peruenit. Conradus Vegerus de aduentu Hadriani ad Urbem. Fabula narratur.

HADRIANUS, dum pestilentia Urbem vexat ab Vrbe discedere negat.

ITALIAE pacem curat. Franciscus Card. Soderinum carceri tradit.

HADRIANUS in mores.

emanauit, cum Legatus Romam missus à Ferdinando Cæsaris fratres furentibus Lutheranis, atque imminentibus Turcis, à Pontifice maturam opem imploraret, & ille contra perplexius, & consideratius deliberata retractaret, pleno Senatu, Fabius Maximus, Sanctissime Pater, inquit, rem Romanam cuntando restituit; tu verò pariter cuntando, rem Romanam, simulque Europam perdere contendis: quo orationis exordio adeo Pontifex vultu commotus est, vt plerique Cardinales vix risum cohibere potuerint. Offenderat enim Hadrianus primo aduentu in urbem Cardinales omnes, nam præmia, quæ illi triumphali magistratu ipso absente benemeritis de republica tribuissent, ita antiquatis decretis irrita fecerat, vt officia aliquot vel grauissimis de causis dono data repperet. Dicebat enim sibi inopi postquam ærarium penitus esset inane, ea pecunia opus esse ad tuendam Pontificij nominis dignitatem, nec debuisse Cardinales alioqui rei suæ minimè profulos liberalitatis laudem ex aliena pecunia queritare. Eodem etiam consilio venalitia officia omnibus ademit, ita tamen vt eius iniustitiam acerbitatis inuidiam humanissimis verbis deliniret, cum ea detrimenda se totidem sacerdotiorum redditibus pensaturum polliceretur; & certè nemini vnquam lactius, ac propensius sacerdotia conferre erat solitus, quàm his, qui ab optimis studijs commendationem aliquam meruissent. At cum Equitum S. Petri, & Annone Præsidentium officia sublatis, aut dimidiatis redditibus deteriora reddidisset, multis ordinibus aulae, & Ciuitatis inuisus esse cœpit; nam plerique vniuersam patrimoniorum substantiam, ac totius vitæ laborum, & industriae fructus in officia contulerant, allecti scilicet vbertate prouentus, cum pecuniæ sub fide publica Pontificibus creditæ, supra decumam in annum liquidissimè responderent. Sed oppignoratis prouinciarum vectigalibus, ac portorij tantæ facultates minimè lupererant, vt debita pecuniæ tenore illo veteris instituti persolui possent. Hinc fiebat, vt Pontifex contra naturam suam ab inopia tenacior, & illiberalior effectus apud plebeculam urbanam iniquitatis, & auaritiæ calumniam subiret; ne vti ipse crebrò dicere solebat, dum omnibus satisfacere contendit, omnibus demum decoquere cogeretur. Eo decreto exacerbatis officialium animis, quando quisque se impotenter exutum bonis, & sub fide publica deceptum graui vociferatione quereretur; Marius Placentinus vir togatus, ac sacri nominis desperatis honestæ vitæ commodis, immane facinus confodiendi Pontificis vecordi animo concepit, ita vt cum egressurum cubiculo aliquandiu expectauisset; se demum eodem ferro transuerberaret siue impetu commotæ bilis, siue atrocioris supplicij timore, quod rem communicasset, nec constituto in loco locus facinoris, vti crederat, esset repperus.

Feruit Pontificè Hadrianum eo casu verecunda consternatione perturbatum, sæpius id omnino esse verissimum prædicasse, quod ab antiquis auctoribus traderetur, multum scilicet referre ad feliciorum fortunam, in quæ tempora alicuius, vel præclara virtus incidisset. Quare varijs curarum fluctibus iactatus aliquando dixit, sibi fuisse iucundius Louanij Gymnasiū cum studiorum laude moderari, quàm Romæ Pontificia in sede Christianam rempublicam administrare, quando in eam omnibus affectam malis, & recisis neruis magnopere debilitatam miser inciderit. His alijsque de causis apud Pasquilli statuam famosis carminibus sæpe laceratus, Poëtis subiratus Pasquilli statuam, quæ erat in Parione demoliri, atque eam in Tiberim præcipitare cogitauerat, sed Ludouicus Sueffanus vrbano, falsoque ingenio id fieri debere pernegauit, subdens, Pasquillum vel in imo vado, ranarum more, non esse taciturum. Ad id verò Pontifex, exuratur ergo, inquit, in calcem, ne eius vestigij vlla omnino memoria supersit: tum rursus Sueffanus rectè, inquit, sed tam crudeliter cremato Poëtæ non deerunt, quin patroni cineres inuidiosis carminibus prosequantur, & supplicij locum quotannis statuto solemnè die concelebrent. Quibus verborum lusibus Pontifex ab iracundia ad iocos, hilaritatemque sensus omnes lenissimè reuocauit; quare postea civili animo id tulit, cum didicisset, eam maledicendi licentiam obscurorum hominum libertatis, ac nequitia; dari; vt cum insignes viros impunè carperint, fortunam suam ea vindictæ voluptate consolentur.

Letalem his curis contraxit morbum, & exacto anno, ex quo ab Hispania appulerat, ex renum dolore, quo valde afflictabatur siue, vt nonnulli suspicati sunt, ex veneno, idibus Septembris, seu potius 18. Kalendas Octobris, die Lunæ inter 14. & 15. seu inter 18. & 19. horam, in festo Exaltationis S. Crucis, die quo argrotare cœpisset, quadragesimo primo anno post Christū natū 1523. spiritum Deo omnipotenti reddidit. Post obitum in Vaticano primum, postea in Ecclesia Deiparæ Virginis Germanorum ad Circum Agonalem sepulcrum habuit, cuius delineationem Lectorum oculis infra exponemus.

Ex hac luce migrasse Hadrianum VI. 8. Kal. Octobris, non solum habent monumenta, verum, & sepulchralis inscriptio, ad insignem eius marmoreum tumulum in S. Maria de Anima apposita testatur, quam modo rescribam.

Primo aduentu Cardinales offendi.

Venalia officia ademit.

Multis inuisus.

HADRIANI dictum.

Carminibus aliquorum laceratur.

Incidit in morbum.

Obitus.

Sepulchrum.

HADRIANO VI. PONT. MAX. EX TRAIECTO INSIGNI INFER. GERMANIÆ VRBE
 QVI DVM RERVM HVMANAR. MAXIME AVERSATVR SPLENDOREM
 VLTRO A PROCE RIB. OB INCOMPARABLEM SACRARVM DISCIPLINAR. SCIENTIAM
 AC PROPE DIVINAM CASTISSIMI ANIMI MODERATIONEM
 CAROLO V. CÆS. AVG. PRÆCEPTOR ECCLES. DERTVSENSI ANTISTES
 SACRI SENATVS PATRIBVS COLLEGA HISPANIARVM REGNIS PRÆSES
 REIPVB. DENIQ; CHRIST. DIVINITVS PONTIF. ABSENS ADSCITVS
 VIX. ANN. LXIII. MEN. VI. D. XIII.
 DECESSIT XVIII. KL. OCTOB. AN. A PARTV VIRG. MDXXIII. PONT. SVI ANNO II.
 VVILHELMVS ENCKENVOIRT ILLIVS BENIGNITATE ET AVSPICIIS TT. S. IO.
 ET PAVLI PRESB. CARD. DERTVSEN. FACIVNDVM CVR.

PROH DOLOR QVANTVM REFERT IN QVÆ TEMPORA VEL
 OPTIMI CVIVSQ; VIRTVS INCIDAT.

Ante corporis translationem in Vaticano .

QVO ROMANORVM SEXTVS PATER ANTE SACERDOS
 HOC ETIAM PIETAS CONDITVR IN TVMULO.

Aliud .

HADRIANVS SEXTVS HIC SITVS EST,
 QVI NIHIL SIBI INFELICIVS IN VITA DVXIT,
 QVAM QVOD IMPERARET.

De Hadriano Pontifice Max. nuper Elogium scripsit Francis-
 cus Suuærtius in sua Athene Belgica .

In effigiem, vitam, atque obitum Hadriani Pontificis cecinit
 Maximilianus Vrintius apud Suuærtium .

*Qua facies tam dira Viri? SEXTI NE HADRIANI?
 Hoc ita. Quò functus munere? penè Dei.
 Quid dedit hunc? humili Trascellum stirpe, supremus
 Sed cui mox Diue traditus Urbis apex.
 Qui docuere Virum? Grudij, Belgi orbis Athene,
 Hic ubi Gymnasium condidit ille nouum.
 Obene? Sed tenui quis opes suffecit, & aurum?
 Discipulus Caesar Carolus Austriades,
 Qui pius, & gratus Pellas more Monarchæ
 Rectorem hunc voluit nosset ut omnis Iber.
 Nouit, & inde sacra radianti luce Tiare,
 Pontificem Latij præcoluere Patrem.
 Omnia sic vnum decorarunt maxima Belgam
 Trascellum, Grudij, Caesar, Iber, Latium .*

Ferunt Hadrianum alioqui vegetæ, viridisque senectæ contra-
 xisse morbum assiduo ceruisiæ potu, quæ Germanica consuetudi-
 ne ex lupulis, hordeoque decoctis exprimitur: nam per se cibi par-
 tissimus erat, & intuenda valetudine apprimè diligens, & moro-
 sus, tanta horarum definitione, vt denunciante architricino pa-
 ratas esse epulas, vel maximarum rerum colloquia protinus abrū-
 peret. In mensa autem ad remittendum animum, læpissimè dele-
 ctari solebat Toccino quodâ sannione salissimo, quem ab Hispania
 secum adduxerat, quo etiam pro speculatore vrbicularum rerum
 utebatur. Ornamenta insignis picturæ, ac statuarum prisca ar-
 tis nequaquam magni fecit, adeo vt Vianesio Albergato, qui Ro-
 mam vnâ cum Pontifice ex Hispania accesserat, Bononiensium in
 Vrbe Legato commendante statuam Laocoontis, quam in Belue-
 derij viridarij Iulius II. ingenti precio coemptam ad loci dignita-
 tem collocarat, auersis statim oculis, tanquam impiæ gentis simu-
 lacra vituperaret. Erga propinquos vsque ad notam naturæ sub-
 agrestis, durus, & illiberalis fuit, itaut patruelis filium Senæ He-
 truscæ in Gymnasio literis operam nauantem, quod Romam ne-
 quaquam vocatus, intermissis studijs repente venisset, confestim
 meritorio equo impositum remisit, leuitatem animi identidem
 obiectans, & leuere admonens, vt ab se modestiæ, ac temperan-
 tiæ exemplum opportune desumeret. Alios quoque nec remoto
 quidè affinitatis gradu necessarios cum spe celsioris fortunæ è Ger-
 mania pedibus Romam venissent, mirum in modum increpauit, do-
 natoque singulos sagis laneis, & frugi viatico, pedibus similiter in
 patriam redire iussit. Amicis autem, & familiaribus gratissimo ani-
 mo sacerdotia concessit, & locupletare bonos, ac studiosos mo-
 derata stabilique liberalitate concupiuit.

Præcessere mortem eius haud obscura prodigia, inter quæ Bor-
 giæ turris tectum plumbea fastigij testudine insignis, sub qua ipse
 habitabat, repente conflagrauit.

Arguunt plures Hadrianum de modica cura adhibita in subue-
 niendis Rhodijs; nam cum à Iulio Cardinali Mediceo, qui Rho-
 dianam militiam olim professus fuerat, suaderetur, vt delectas ex
 his, quas ex Hispania adduxisset, cohortes, iisdem nauibus om-
 nium rerum copia repletis Rhodum à Turcis obsessam, continuo

A transportandas curaret; fore enim, vt eæ per autumnales tempe-
 states validioribus vîs ventis, contempta, aut elusa Turcarum clas-
 se, in portum plenis velis inferrentur, minimè tamen persuaderi
 potuit. Sensit postea optimus Pontifex errorem, & auxilium fer-
 re Rhodijs quæ fuit, paratis Genuæ tribus onerarijs nauibus, quæ
 commeatum, ac tormentarium puluerem, aliaque necessaria im-
 portarent, sed adeo id sero, vt accedente insuper ventorum aduer-
 sitate, deditionem prius Rhodus fecerit, quàm illæ ex Sicilia solue-
 re potuerint.

Romæ Belgis suis Templum elegans ædificauit Diuæ Virgini
 sacrum, cui ab Anima cognomentum est factum: priuilegia om-
 nia superiorum Pontificum Ædi Laurétanæ data confirmauit: Cõ-
 fraternitatem Toletanam in obsequium, & laudem Conceptionis
 beatæ Virginis fundatam suo diplomate approbavit. Firmanam
 Ecclesiam in Piceno ab omni iurisdictione Legatorum Picentina
 prouinciæ immunem reddidit.

Præter superius à Victorello enarrata scripsit Hadrianus Ponti-
 fex, ex suuærtio, cum Louanij Professor sacre Theologiæ adita
 refereret, in Quatuor Sententiarum Quæstiones, & expositiones.
 Quodlibetas Quæstiones duodecim varijs argumentis. Cardi-
 nalis verò in Hispania, Supra computum hominis agonizantis.
 De saculo præterito, siue de superbia sermonem. Pontifex deni-
 que scripsit, misitque Epistolam ad Germaniæ Principes, qua
 eos ad concordiam hortatur. Item ad Fridericum Saxonie Ducem
 & Senatam vrbis Bambergensis. Ad Erasimum Roterodamum
 alias, quibus illum Romam vocat, hortatusque vt assurgat in
 adiutorium causæ Dei, Ilyluumque stringat in Lutherum. Institu-
 tionem item ad Franciscum Cheregatum Episcop. Interammen-
 Itinerarum ab Hispania .

Legationem ad conuentum Nurembergensem editam Vui-
 tembergæ anno 1538.

Professionem fidei, & pollicitationes, quæ M. SS. olim asser-
 uabantur in Bibliotheca Cardinalis Biscie .

C Epistolas plures, quarum illæ ad Carolum V. Imperatorem da-
 tæ extant M. SS. Romæ in Bibliotheca Francisci Cardinalis Barbe-
 rini. In tomo secundo Literarum Principum inueniuntur plures
 ad Hadrianum datæ à Galliarum Regina .

Huiusce Pontificis Diplomata, & Constitutiones Ecclesiasti-
 cas inuenies apud Collectores .

Hadriano VI. Pontifici maximo reipublicæ Christianæ congra-
 tulationem, & desiderium edidit Andreas Iacobatus .

Isidorus Holanus scripsit de Donis S. Iosephi Commentarium
 ad Hadrianum, & Thomas Radini Todiſchi Placentinus ord. Præ-
 dicatorum Orationem, quam in Philippum Melanchthonem, Lu-
 theranæ impietatis assertorem edidit, Hadriano dedicauit .

Eidem Tractatum aduersus negantem Petrum Apostolum fuisse
 Romæ Gregorius Cortesius inscripsit .

D Ioanni Magno cum hæresis in Suecia furere cœpit, conscriben-
 dæ Historiæ Gothicæ, ac Religionis Catholicæ tuendæ in eisdem
 regionibus prouinciâ commisit Hadrianus, vt apud posteros il-
 lius nationis in Romanum Pontificem, in Clerum, atque in Eccle-
 siæ libertatem pij. integerrimique studij memoria semper vigeret.

Acta verò eiusdem Pontificis asseruantur M. SS. Romæ in Bi-
 bliotheca Barberina ex relationibus Gabrielis Naudæi .

Ædes suas Louanij in celebre Theologorum Collegiũ, Pontifi-
 cium dictum (quod tamen prius ex bonis ante Pontificatum ac-
 quisitis dotauerat) conuertit .

Sedente Hadriano in Petri Cathedra, Io. Lascius Archiepiscopus
 Gnesnensis, Synodum Lanciensem celebrauit, ad Ecclesiasti-
 ca iura contra Pseudo politicos, & Lutheranos conseruanda .

In Hadriani pontificatu, & in obitu acidæ linguæ nonnulli Ha-
 driano detraxere, quare in illum disticon, quod alias contra
 Alexandrum VI. publicatum fuerat, edidere, videlicet .

*Sextus Tarquinus, Sextus Nero, Sextus & iste;
 Semper à Sextis diruta Roma fuit .*

Erectio te-
 pli in vrb.
 Hippolit.
 Marrac.
 de Pontif.
 Marian.
 Ædis Lau-
 retanæ pri-
 uilegia
 confirmat.
 Sodaliatè
 Concep-
 tionis ap-
 probat.
 Firmanam
 Eccles. im-
 munè facit
 Ferdinãd.
 Vghell. in
 Ital. sacra.
 HADRIA-
 ni scripta .

Baronius
 in Not. ad
 Martyrol.

Auctor hi-
 storij Go-
 thicæ .

Synodus
 Laaciens-
 is .


In propin-
 quos du-
 rus .

In amicos
 liberalis .

Prodigia
 ante mor-
 tem visa .

Arguant
 Hadrianũ
 aliqui .

HADRIANI VI. PONT. MAX. MONVMENTA.



PROH DOLOR

QVATVM REFFERT IN QVÆ TEPORA VEL OPTIMI CVIVSQ

VIRTVS INCIDAT


HADRIANO VI. PONT. MAX. EX TRAIECTO INSIGNI INFER. GERMANIÆ VRBE QVI DV HVMANAR. RER. MAXIME AVER. SATVR SPLEDORE VLTRO A PROCEB. OB INCOMPARABILE SACRAR. DISCIPLINAR. SCIENTIÀ AC PROPE DIVINÀ CASTISS. ANIMI MODERATIONE CAROLO V. CAES. AVG. PRAECEPTOR. ECCLÆ DERTVSESI ANTISTES SACRI SENAT. PATRIB. COLL. HISPANIAR. REGNIS PRESSES REIPVBL. DENIQ. CHRIST. DIVINIT. PONTIF. ABSENS ADSCTVS. VIX. ANN. LXIII. MEN. VI. D. XIII. DECESIT XVIII. KL. OCTOB. AN. A PARTV VIRG. MDXIII. PÔT. SVI. AN. II. WILHEL. ENKENVORT ILLI, BENIGNIT. ET AVSPICIIS T. T. S. IO. ET PAVLI PRESB. CARD. DERTVSEN. FACTVNDV. CVR.

Joanni Sauerier nobili Leodien. Sepulchri imaginem Romæ extatē in Eccl. S. Mariae de Anima Theutonicor. H. Greuter D. D.

PRIMA creatio vniuersalis Cardinalis Hadriani Papae VI.

Die Iouis decima Septembris anni 1523. Romae in Vaticano extra Consistorium Hadrianus dum ex aegritudine, qua decessit, decumberet, adstantibus ad aegrotantis lectum Patribus, Cardinalem vnum renunciauit, qui fuit.

Cicconius... Fagnanus... Perchard... V. Mell. de... Andr. Vi... rborch. in... A. d. de... Ciccon... Amos... Sacer. in... E. d. de... Cardal... A. d. de... in... V. u... P. Amos... de Rom... Pontif... F. de G... c. de... in... E. d. de...



I. VILHELMVS ENCKENVOIRTIVS Brabantinus patria Traiectensis, seu ut volunt alij, Silueducensis, Hadriani indiuiduus comes, a quo ex Silueducensi Canonico Darius factus, cui etiam Episcopatum Dertusensem, quem ipse exerat, iam antea contulerat, Presbyteris Cardinalibus titulo SS. Ioannis & Pauli, alias Pamphili, quo etiam titulo ipsemet Hadrianus ornatus fuerat, adscriptus est. Nam die Iouis 10. Septembris Hadrianus graui morbo correptus vocatis in congregationem Cardinalibus

Vilhelmum de se, deque Christiana republica benemeritum S. R. E. Cardinale publicauit, quem postea Clemens VII. Hadriani successor Traiectensis inferioris Germaniae amplissimae ciuitatis Episcopum fecit, unde vulgo Traiectensis Cardinalis dictus est. Hic Carolus V. Imperator uti virum omni virtute refertum semper coluit: ipse Cardinalis sepulchrum egregia gratissimi animi liberalitate, marmoreis signis inter cetera Urbis ornamenta Hadriano in Ecclesia S. Mariae de Anima ad Circum Flaminium construxit; suaque auctoritate P. Iouium ad scribendam Hadriani vitam impulit; quare eidem Pontificis vitam inscripsit, de quo haec in praefatione. *Mouit me praecleara quadam emulatione gratissimi animi tui studium Vvilhelme Card. amplissime, ut Hadriani VI. memoriam literarum beneficiorum ad posterum quam longissime praeferrem. Nam tametsi magnis opibus, & liberalitate penae incredibili sepulchrum marmoreis signis inter cetera Urbis ornamenta conspicuum, sanctissimi Viri meritis operosa perfolueris; id tamen ad aeternitatem, quam quisque optimus pro gloria accidissime semper spectauit, nequaquam firmissimum erit, & maxime dururum; quod vel laborata, excelsaque artificum opera uti fortuna, atque innumeris inuidiae casibus subiecta, vel una nec longi quidem temporis inuisa celeritate consumantur. Itaque & meo vetero decreto, & tua praesertim auctoritate impulsus non inuicendum tibi fore putavi, si ad dignitatem sumptuosum operis, fidelis etiam historiae, & literarum bonae opinionione mea facile sempiternus adderetur. Scilicet ut posteris diffusae intelligant, quantum Hadrianus VI. virtute animi, pietateque, in omni fortuna praesertis. Nec o titulo tantum marmoribus inciso, sed perpetuis actionum omnium amalibus Christianae vitae exempla sacras praesertim hominibus petantur: & hercule desiderio, votoque tuo dignum videtur, ut optimi viri nomen non in Vrbe tantum legatur, inclusum scilicet angustis unius adicula spatij, verum etiam ubique terrarum Latina voce celebretur. I huius autem publici beneficij laus apud te aliquanto, quam apud auctorem verior, & cumulatior erit; cum imperasse scripturo manus sit, atque praeclearius, quam subenti, liberalique animi magnitudine flagitanti, me nequaquam grauare, vel infeliciter obsecutum fuisse. Sic enim turbidioris seculi mores ferunt, ut distissimus quisque laudari, effingique literis ineptum, & absurdum putet, quando ipsum scribenda facere, & benigna manu excutere ingenia oporteat. Et Paulo post. Nec mirum est, si existimaris optime Vvilhelme, inter multos bonarum literarum praecipuus, & liberalis asstimator, decurristi enim felici passu per omnes fortune gradus, ut in hunc summum prope honoris sedem proueberere, cum tibi ab incunsa etate perpetuae adessent rarissima Virtutes, innocentiae, modestiae, fides. Adiecasti demum pietatem, quae est una omnium virtus se-*

A natore Sacerdote dignissima: hac enim multos diuitijs, atque natalibus florentes facile superas, & cum prisca aetatis optimis Cardinalibus certissima cum laude contendis. Studia porro tua plena officiose humanitatis, moderationis, atque iustitiae in Senatu, in Vrbe, totaque Italia; atque Germania nudantur; ut cum neminem omnino ambitiose colas, vel astute captes, vel maligne circumscribas, hic ipse, quo emines, pilei, purpuraeque honos merito suo inferior habeatur. Ob id fere nemo est in Vrbe bonus, & studiosus, qui tibi fortunas amplissimas, & in hac viridi, venerabilique canitie seram, felicemque senectam non optet. Miseri etiam quorum sanctissima sunt preces, pro tua salute vota suscipiunt ut pote quos vel durior egestas opprimeret, vel atrocior, & fœdior affligeret morbus, vel inuisita fortuna iactauerit; & hoc loco annumerare facinus lubet, quas profligato quondam pudore, nunc demum ab honesti decoris cura, religionis amor abdicatis voluptatibus, intra pudicitiae septa conclusit; ea enim suppliciter vitam & dignitatem tuam superis commendant, quoniam his omnibus alendis, fouendisque pia, liberali opportunaque manu semper occurris. Et id quidem iucundiore, & clariore cum laude, quod cum tibi vni, qui aurea, & vere beata mediocritate delectaris, sis frugi, moderatus, & diligens; erga hos demum veluti contemptis opibus, pietate singulari profusissimus habeare. &c. Romae excessit e vita die 30. Iunij, seu verius Iulij anno 1534. & sepultus ad S. Mariam de Anima, ubi monumentum visitur, atque in marmoreo lapide incisa haec spectatur Inscriptio.

VILHELMO ENCKENVOIRTIO BRABANTINO S. R. E. Presb. Card. qui plurimis Ro. Reip. Magistratib. & Germania procuratore integerr. functus Ab HADRIANO VI. Pont. Max. cuius item res administrauerat Libellis dandis & Ecc. Dertusen. Praefectus & in Card. Colleg. claro beniuolentiae iudicio translatis in eum pristinae suae Dignitat. insignib. solus cooptatus. Deinde etiam a CLEM. VII. Ecc. Traiecten honestatus est. Carolo V. Imp. Libertatis. quem ab illo Coronam Imp. accipientem inuixit quique beneficiorum memor Hadriani Cadauer e Petri Basilica, in hanc Aedem cuius construent. & ornand. adiutor fuit sepulcro posito transferri curauit. In egenos & in omnes homines beneficentiss. Io: Dominicus Tranen. Antonius Sanseuerinus Card. & P. Vastius Episc. Aquen. And. Castillo Script. Ap. ex Testamen. poss. Vixit Anos LXX. Mortem obijt MDXXXIII.

Hunc Cicconius in electione Clementis VII. inter Cardinales abseptes enumerauit, cum reuera Comitibus illis interfuerit, uti habetur ex monumentis Vaticanis; & ratio suadet; nam cum renunciatus sit Cardinalis, nonnullis tantum diebus ante Hadriani obitum, dum aegrotaret, ut supra diximus, ipse Hadrianus; tam cito ab Vrbe discedere imminente morte non potuit.


VICE CANCELLARIVS S. R. E. sub Hadriano Papa VI.

Iulius Medices Presbyter Cardinalis tit. S. Laurentij in Damaso S. R. E. Vicecancellarius a principio vsque ad finem Pontificatus.


CARDINALES MORTVI sub eodem Pontifice.

- Matthaeus Schiner, seu Longo Heluetius, Diaconus primotum Presbyter Cardinalis S. Angeli, demum Episcopus Albanus excessit e vita die 2. Octobris, seu Decembris anni 1522.
Bernardinus Carauagial Hispanus, Presbyter Cardinalis SS. Marcellini, & Petri; deinde sanctae Crucis in Hierusalem; tum Episcopus Albanus, Tusculanus, Praenestinus, & Ostiensis, die 15. Decembris eiusdem anni 1522.
Raphael Petruccius Senensis Presbyter Cardinalis S. Sufannae, die 17. eiusdem mensis Decembris, & anni 1522.
Dominicus Grimanus Venetus, Diaconus Cardinalis S. Nicolai inter Imagines, postea Presbyter Cardinalis S. Marci, tum Episcopus Albanus, & Portuensis, die 23. Augusti anno 1523.





CLEMENS VII. PONT. CCXXIII.
ANNO DOMINI MDXXIII.



CLEMENS
primor
dia.

LEMENS VII. Iulius ante vocatus, Leonis X. frater patruelis patrē habuit Iulianum Medicem, qui Florentiæ, in Reparate templo à Francisco Pactio, & Bernardo Bandino, (qui eum, comiter fabulando, medium tenebant) sub Sixto IV. interfectus fuit. Post cuius mortem, altero circiter & trigesimo die, ex parum certa, nec propalam legitima vxore filius posthumus nascitur, cui inditum nomen Iulius; qui lineamentis oris, & toto corporis habitu Iuliano patri similis, Laurentij patrui cura, liberalibus disciplinis imbutus, & pari morum elegantia ornatus, iam inde à puero magna optime indolis, & futuræ magnitudinis haud obscura argumenta præferebat. Gallorum vi, & ciuium Florentinorum inuidia, Mediceis vrbe depulsis comes adhæsit; præsertim Ioannem Medicem, (qui Leo X. fuit) in vtraque fortuna affectatus ad summum Pontificatum sibi viam aperuit. Nam inter longos, varioſque viarum errores, & discriminum calus, quos indiualis cum Ioanne comes susceperat, Hierosolymitanus S. Ioannis Eques, & Capuæ Prior creatus, sub Iulio II. Rauennati cladi interfuit, & capti à Gallis Ioannis salutem Pontifici, & Patribus commendaturus Romam aduenit. Cæterum, quum Ioannes è Gallorum custodia euasisset, & Hispanorum copijs Dictatorem Soderinum, Florentia exturbasset, Iuliano fratre in patriam restituto post Iulij II. obitum Pontifex Leonis X. nomine assumpto creatus, in ipso suæ coronationis die, Iulium Archiepiscopum Florentinum elegit; quē etiam Diaconum Card. S. Mariæ in Dominica 9. Kal. Octobris anno 1513. mox Presbyterum tit. S. Clementis, ac inde, mortuo Sixto Ruuereo, Vicecancellarium S. R. E. designauit. Leonis tempore magna erat Iulij in gerenda Reipub. auctoritas, quippe in eum tota negotiorum moles inclinabat. Vnde ingentes opes, & nominis singularem amplitudinem habere cœpit. Pontificij exercitus legatus, cum Cæsaribus, & Venetorum auxilijs, Mediolanum, Placentiam, & Parmam Gallis eripuit. Leonē mortuo quum sibi Pontificatum obtinere non potuisset, Hadriani creandi, sexdecim suffragijs innixus, autor fuit: sed eo tabifica febris oppresso, & priuſquam venæ tangerentur, improuisa morte erepto, post longa Comitiorum dissidia, Iulij votis Pompeio Columna refragante, Iulius Franciottum Vrſinum creandum Pontificem proposuit; quod vt vitaret Pompeius, Iulij partes agere cœpit, hac conditione, vt si Pontifex se autore, crearetur, his qui eum offenderant, ac præcipuè Cardinali Soderino veniam daret, & in gratiam reciperet. Nec mora, hortante Pompeio, cuncti ferè Cardinales 13. Kalend. Decembris 1523. Iulium adorant.

CLEMENS
electio

A

CARDINALES XXXVI. VIVENTES
Qui Conclauis quo Clemens Papa VII. creatus est,
interfuerunt.

EPISCOPI CARDINALES IV.
ALEXANDRI PAPA VI.

1. Franciscus Soderinus Florentinus, Episcopus Volaterranus, Episcopus Cardinalis Prænestinus, dictus Volaterranus.
2. Nicolaus de Flisco, Genuensis, Archiepiscopus Rauennas, Episcopus Cardinalis Sabinus.
3. Alexander Farnesius, Romanus, Episcopus Parmensis, Episcopus Cardinalis Tusculanus.

IULII PAPA II.

4. Antonius de Monte sancti Sabini, Aretinus, Tuscus, Episcopus Cardinalis Albanus.

PRESBYTERI CARDINALES XXII.

IULII PAPA II.

5. Franciscus Gulielmus de Claramonte, Gallus, Archiepiscopus Narbonensis, Presbyter Cardinalis tituli Sancti Stephani in Cælio monte.
6. Petrus de Accoltis, Aretinus, Episcopus Anconitanus, Presbyter Cardinalis tituli S. Eusebij.
7. Achilles de Grassis Bononiensis, Episcopus Bononiensis, Presbyter Cardinalis tituli S. Mariæ Transtiberim.

LEONIS PAPA X.

8. Laurentius Puccius, Florentinus, Episcopus Pistoriensis, Presbyter Cardinalis tituli sanctorum Quatuor Coronatorum, Maior Penitentiarius.
9. Iulius Medices, ciuis, & electus Archiepiscopus Florentinus Presb. Card. tit. S. Laurentij in Damaso, Vicecancellarius.
10. Ioannes Piccolomineus, ciuis, & Archiepiscopus Senensis, Presbyter Cardinalis tituli S. Balbinæ.
11. Ioannes Dominicus de Cupis, Romanus, Archiepiscopus Tranensis, Presbyter Cardinalis tituli S. Ioannis ante portam Latinam.
12. Andreas de Valle, Romanus, Episcopus Melitenis Presbyter Cardinalis tituli S. S. Aquilæ, & Priscæ.
13. Bonifacius Ferrerius, Vercellensis, Episcopus Eporedienſis, Presbyter Cardinalis tituli S. S. Nerei, & Achillei.
14. Io. Baptista Pallauicinus, Genuensis, Episcopus Cauallicensis, Presbyter Cardinalis tituli S. Apollinaris.

- 15. Scaramutia Triultius, Mediolanensis, Episcopus Comensis, Presbyter Cardinalis tituli S. Cyriaci in Thermis.
- 16. Pompeius Columna, Domicellus Romanus, Episcopus Reatinus, Presbyter Cardinalis tituli S. S. XII. Apostolorum.
- 17. Dominicus Iacobatus, Romanus, Episcopus Nucernus, Presbyter Cardinalis tituli S. Clementis.
- 18. Laurentius Campogius, Bononiensis, Episcopus Feltrinus, Presbyter Cardinalis tituli S. Anastasiae.
- 19. Ferdinandus Ponzetus, Neapolitanus, Episcopus Melphitenis, Presbyter Cardinalis tituli S. Pancratij.
- 20. Franciscus Armellinus, Pertusinus, Presbyter Cardinalis tituli S. Callisti, Camerarius S. R. E.
- 21. Fr. Christophorus Nutalius, ordinis Minorum, Presbyter Cardinalis tituli sanctae Mariae de Araceli.
- 22. Fr. Egidius Viterbiensis, ordinis Eremitarum, Episcopus Viterbiensis, Presbyter Cardinalis tituli S. Matthaei.

DIACONICARDINALES XII. ALEXANDRI PPAE VI.

23. Marcus Cornelius Venetus, Diaconus Cardinalis S. Mariae in via Lata, electus Episcopus Veronenis, Sanctae Romanae Ecclesiae Archidiaconus.

IVLII PPAE II.

24. Sigismundus Gonzaga, civis, & electus Episcopus Mantuanus, Diaconus Cardinalis S. Mariae Nouae.

LEONIS PPAE X.

25. Innocentius Cybo, Genuensis, Diaconus Cardinalis S. Mariae in Dominica.

26. Franciscus Ursinus, Domicellus Romanus, Diaconus Cardinalis S. Mariae in Colmedin.

27. Paulus de Caesio, Romanus, Diaconus Cardinalis S. Eustachij, iuxta Templum Agrippae.

28. Alexander Caesarius Romanus, Diaconus Cardinalis S. S. Sergij, & Bacchij.

29. Ioannes Saluiatus, Florentinus, Diaconus Cardinalis S. S. Cosmae, & Damiani.

30. Nicolaus Rodolphus, Florentinus, Diaconus Cardinalis S. S. Viti, & Modesti in Macello Martyrum.

31. Hercules Comes de Rangonibus, Mutinensis, Diaconus Cardinalis S. Agathae in Suburra.

32. Augustinus Triulcius, Mediolanensis, Diaconus Cardinalis S. Hadriani.

33. Franciscus Pisanus, Venetus, electus Episcopus Patavinus, Diaconus Cardinalis S. Theodori.

34. Ioannes Lotharingus Gallus, Episcopus Metensis, Diaconus Cardinalis S. Onuphrij.

Dubitant aliqui an duo Cardinales sequentes interfuerint comitijs hisce.

Guillelmus Raymundus de Vich, Hispanus, Valentinus, Presbyter Cardinalis tituli S. Marcelli.

Vuillhelmus Enckeuoitius, Brabantinus Episcopus Dertulensis, Presbyter Card. S. S. Io. & Pauli titulo Pammachij

CARDINALES QVATVOR in hac electione absentes.

LEONIS PPAE X.

37. Albertus Brandeburgensis, Germanus, Archiepiscopus Moguntinus, Presbyter Cardinalis tituli S. Petri ad Vincula.

38. Herardus Marka, Episcopus Leodiensis, Germanus, Presbyter Cardinalis tituli S. Chrilogoni.

39. Hadrianus Boisuius, Episcopus Constantiensis, Gallus, Presbyter Cardinalis tituli S. S. Petri, & Marcellini.

40. Alphonsus Infans Portugalliae Regis filius, Diaconus Cardinalis S. Luciae in Septifolio.

Qui CLEMENTIS VII. nomine accepto, ante Basilicam Vaticanam, morte maiorum, consecratus, suae Coronationis insignia suscepit à Marco Cornelio Veneto, S. R. E. Archidiacono, & annos 10. menses totidem, ac dies 7. Carolo V. & Ferdinando Caesare Imperatoribus, Ecclesiae Dei praesuit.

Per Apostolicam Sedem interregnum, Guillelmus Gofferus, magnis equitum, ac peditum Gallorum copijs Caesarianum exercitum fugauerat, & positus ad Mediolanum castris, urbem obsidere constituerat. Sed Caroli Lanoij, & Piscalij virtute (qui Prospero Columnae iam mortuo, in imperio successerat) Venetorum auxilijs, duobus ad Selsithem annum praesijs, in fugam conuersus, Italiae finibus excessit.

Adhaeserat iam Caesarianis Borbonius, qui paulo ante à Rege suo deficiens, vt eum proderet, ac patriam impugnaret, sese certis foederibus cum Caesare coniunxerat. Huius hortatu Piscalium Masiliam accedit; sed quum nemo cuium Borbonij autoritatem sequeretur, & Gallorum copiae appropinquarent, spe frustratus, retrocedere coactus fuit. Eam ob rem Franciscus Rex, ad tuendam prouinciam, validum conuocauit exercitum; sed metu hostium libe-

A ratus, qui re infecta recesserunt, in Taurinos descendit, primoque impetu Mediolanum occupauit. Inde copias ad Ticini obfidionem eduxit, qui post quartum ab obsidione mensem, proelio inito, dum fortiter dimicat, faucibus, & prolabente mox equo captus, & in Hispaniam deductus fuit.

Dum haec gerebantur, Pontifex, & Veneti de libertate Italiae solliciti, ne Caesaris potentia in omnium cladem excreceret, nullis, (vt ex foedere tenebantur) Caesari transmissis auxilijs, inter Gallos, & Caesarianos pacem constituere procurabant: sed, postquam Gallorum Regem captum Clemens audiuit, animo conturbatus, Albanum ex Sabino, & Furconensibus reuocauit, qui Clementis consilio, cum valida copiarum manu ad Aquilam vsque penetrauerat, in Neapolitanum Regnum copijs nudatum, Andegauensis factionis auxilio, peruersurus.

Anno superiore 1524. congregatio regularis Teatinorum, quae à Ioanne Petro Carafa Episcopo Teatino, & Caietano Tieneo Vicentino fuerat instituta, à Clemente VII. confirmata fuit.

ANNVS MAGNI IVBILEI OCTAVI.



C Post haec, annum Iubilaei, qui fuit à Natiuitate Christi 1525. Clemens VII. celebravit, ea saltem re memorabilem, quod Germania, auctore Muncero, horrendis rusticorum Anabaptistarum turbis, perniciosoque tumultu vehementer agitata fuerit, qui omnia libera, & communia esse dicentes, non solum profana, sed Ecclesiastica etiam bona praecipites inuadebant, & pluribus, remotisque regionibus, praesertim Italiae hostilem impressionem minabantur. Sed partim vi, partim dolo, ad centum, & quinquaginta hominum millia caesa sunt: atque ita tandem vastus eorum furor repressus quieuit.

Clemens interim cum Caesare foedus reuocare studet, multoque auro perfoluto, cum Caesarianis ducibus transiit, & conditione, vt Regium Lepidi Sedi Apostolicae restitueretur: sed Caesare transacta non probante, ipse Lanoius, qui cum Pontifice pactus fuerat, Hispanorum aliquot cohortes in Placentinum & Parmensem agrum inexpectatus hostis, infesta populatione, deduxit. Pontifex lugubri, de his rebus, legatione edoctus, cum Venetis, & Gallis Ducibus isto foedere, Franciscum Sforziam pulso Caesare in paternum Mediolani imperium reducere statuit, qui apud Imperatorem perfidiae accusatur, in arce, Mediolano pulsus tenebatur.

Caesar Franciscum Gallorum Regem aliquot conditionibus dimiserat, quas ille, tanquam vltima carceris necessitate admittas, seruare noluit, & cum Pontifice, ac Veneto Senatu conspirauit. Bellum igitur communibus viribus agi captum, quod Caesariani ita fortiter sustinuerunt, vt non solum arcem Mediolani receperint, verum etiam foederatos omnes procul ab Vrbe submouerint. Interim etiam pulso Malatesta Ariminum Pontifex Ecclesiae restituerat.

E Pompeius Columna, cognito rerum Caesarianarum, & Columniae domus periculo, quod à foederatis copijs expectabatur, priuatae dignitati, ac fidei, publicum decus anteposuit, ne succumbente fortasse Caesare, omnes etiam Columniorum fortunae pessumirent. Ergo simulata podagrae molestia, in Tusulanum se recepit, vbi copias sedulus parat, specie defendendi Neapolitani Regni, quum reuera Pontificem ipsum adorin meditaretur. Pontifex ampliore militum numero conscripto, Columnijs, vt copias extra Ecclesiasticae ditionis terminos educerent, praecipit. Sed factis dolose inducijs, & à Pontifice temere exautoratis copijs, irruptione in Urbem ab hostibus facta Vaticanum palatium, ac Templum diripiunt; perterritus Clemens in Hadriani arcem elabitur. Vbi quum nullus esset com meatus triduo eum in potestatem redigere milites sperabant. At Hugo Moncata impij sceleris peruersus in arce, datis obsidibus, venit, ipso reclamante Pompeio, & cum Pontifice pacem confecit, ea conditione, intet alias, vt Pompeio, & Columnijs parceretur.

F At Pontifex, post Hugonis discessum, contra foederis, & obsiduum fidem, duo millia, Heluetiorum, & cohortes Italarum quatuor, quibus nouas alias adiunxit, in urbem Mediolano reuocauit. Caesar sex millia Hispanorum, & triginta onerarias naues in Italiam, duce Carolo Lanoio misit, Ferdinandum fratrem per literas precatus, vt duce Georgio Fronspergio tres Germanorum legiones Lanoij copijs adiungeret. His, ne Padum transirent, Feltrius Vibini Dux, & Ioannes Medices, cum Pontificijs cohortibus occurrerunt. Quo praelio Medices tormenti glande vulneratus oppre-

lori Rex captus in Hispaniam ductus.

REGVLA rium Teatinorum Congreg. à Clemente confirmatur.

ANNVS Iubilaei à Clem. celebratur.

F. E. D. V. S. inter Pontifices, Venet. & Gallos contra Caesarem.

C. E. S. A. riau milites Arcem Mediolani captum, & diripit; omnes ab Vrbe submouent.

VATICANUM Palatium Templumq; ab hostibus diripiunt.

CLEMENS Hadriani Arcem se recipit.

PONTIFEX Colu- nsum oppida va- stari iubet sacrisque interdicit

par. l. lite-
rari Prin-
cipum.

(suffragijs Julio fauentibus; Pompeio vero seniorum causam acerrime tuente, menses duos, & dies quatuor interregnum (si Panu-
nio fides) locum habuit: Hieronymus Niger, literis ad M. Antonium
Michaelium Romæ datis anno 1523. 18. Nouemb. die, non
eadem omnino scripta reliquit, eius verba, si ex Italico idiomate
Latina reddantur, ita sonant: Cum completerentur dies Penteco-
stes, nimirum quinquaginta elapsis diebus, descendit in Conclauem
Spiritus sanctus. Hestrena die hora 23. decretum in congregatio-
ne fuit, vt Reuerendissimus Cardinalis Medices Pontifex crearetur.
hodie mane hora decima sexta res palam facta est, pronuncia-
to Clementis VII. nomine. Illum egomet in D. Petri gestatum vidi
comitantibus Cardinalibus, tantoque cum applausu, vt id scriptis
difficile sit. Mirabilis planè eius fuit electio, si quidem exclusio
iam videbatur, at electio, cum minus expectabatur, suum sortita
est exitum, idque opera Cardinalium Columnæ, & Cornelij.

* *Iulius Franciostum.*] Ex Panuino l. c. Cardinalis quoque
Claramontius Franciostum, cum laude, nominauerat. Iouius in
vita Pompeij Columnæ.

* *Card. Soderino.*] Aliisque Cardinalibus, à quibus fuerat
oppugnatus. Iouius l. c. vide etiam Nigrum epist. indicata.

* *Hortante Pompeio.*] Ex Panu. in Clem. ex Iouio l. c.

* *Cum illis, fere, Cardinales.*] Ex Iouio in Pompeio: at Panu-
nius l. c. ab omnibus Cardinalibus, qui 38. electores in Comitijis in-
tererant, Iulium Summum Pontificem salutatum fatetur; de nume-
ro 38. suffragiorum etiam in Elogio. Iulius tunc (Nigro teste,) 46.
annum agebat; optimaque victus ratione utebatur; ac proinde
Pontificatus maximi spes in senioribus Cardinalibus videbatur
extincta. Inter Cardinales seniores dignitate, gratia, & ætate non
dispares numerabantur Fliſcus, Farnesius, Montanus, Craſſus,
Soderinus, Caruaial; qui ad summum rerum sacrarum fastigium,
ferri poterant: Iacobatium exactæ ætatis virum, morum innocen-
tia, & iuris dicendi peritia clarum Cardinalis Columna nominau-
erat; sed cum à Gallis, earumque partium senioribus eum non proba-
ti, animaduertentes; aliam iniuit consilij rationem, ex Iouio l. c.

* *Novem, & triginta.*] Superius, ex Panu. à 38. Cardinali-
bus electum, dixi.

* *Clementis VII. nomine.*] *Qua òna nomini: professione, tan-
quam edicto inimicos, aduersariosque omni metu liberare, videretur.*
ait Iouius. Die autem S. Clementis martyrio celebri, Cle-
mens corona redimiri, volebat, Nigri testimonio.

* *Coronationis insignia.*] 6. Kal. Decembris Clementem tiara
redimitum, testatur Panu. in Vita, in Elog. & in Chron.

* *Gofferus.*] Iou. l. c. & lib. 22. Hist. Panu. in Chron.

* *Franciscus Rex captus.*] Guicciardin. lib. 15. Iouius lib. 22.

Capella lib. 5. Comm. de Rebus gestis pro reſt. Francisci II. Ducis
Mediol. Panuinius, in Clemente, vbi de Ticini obsidione, & de
prælio, in quo Franciscus Rex se Cæsari, vulneratus dedit. Paruta,
in Hist. Ven. Haræus in Annal. Princip. Brabant. Gallici Historici,
& qui res gestas Caroli V. memoria mandarunt: de eadem re
quædam extant epistolæ eo tempore scriptæ, part. 1. Literarum.
Principum, Carolus Lemonx Prorex, (cui Franciscus interrogatus,
an esset qui Gallis imperaret. & cui se dederet, sum, dixit, Rex
Gallorum, & Imperatori dedicationem facio) victoriam, & Regem
captum, anno 1525. die 24. Februarij, quo vtrumque accidit, Cle-
menti Pontifici, & Sueslano Duci literis nuntiauit; Hic Prorex, &
Dux Borbonius Regi capto Ticini cibum sumenti ministrabant:
& Rex aliquando solus cum solo Borbonio longiorem sermonem
habuit, vt ex epist. quadam eiusdem libri discere, licet.

* *Anno 1524.*] Die 24. Iunij, anni 1524. scriptæ literæ Cle-
mentis VII. Io. Petro Carafæ Antistiti Theatino, Caietano Sacer-
doti Vicentino, eorumque socijs, & successoribus; quibus Aposto-
lica auctoritate is Congregationem firmavit, priuilegijsque Con-
gregationis Canoniorum Regularium Lateranen. ornauit. Ha-
bentur literæ p. 1. Bullarij. De priuilegijs eiusdem Congregat.
extat const. eiusdem Clem. 38. Dudum &c.

* *Annus Iubilæi.*] De Iubilæo à Clemente VII. celebrato
satis dictum à me in Historia Iubilæi Literæ Clementis Iubilæum
inducens Romæ data, anno ab Incarnat. 1524. 10. Kal. Ian. extant
p. 1. Bullarij, Romæ editi 1586. Literis diuersis Pastoris æterni &c.
Penitentiariorum in Basilica S. Petri Clementis instituit. Anno eodem,
postrema Aduentus Dominica, diplomate Latine, & Italice lecto
ante palatium Vaticanum Iubilæi promulgatio peracta, tubarum
clangore, & bellicorum timpanorum sonitu præcedente, & sub-
sequente, Blasio Cæsenate in Diarijs, & Io: Paulo Mucantio in
Codice M. S. Obseruationum ceremoniarum anni Iubil. Rituum
Pontificij sacelli Magistris, testibus. Pontifex aureo malleo parie-
tem portam claudentem percussit: eiusque iussu, Cardinales Ale-
xander Farnesius S. Io. in Laterano, Antonius de Monte S. Pauli,
Andreas de Valle S. Mariæ Maioris portas aperuerunt. Bellici tu-
multus Italiam hoc anno diuexantes, ne maxima hominum multi-
tudo Romam adiret, effecerunt.

* *Cum Venetis, & Gallis — isto fœdere.*] Ex Iouio in Pom-
peio, & Panu. in Clem.

* *Malatesta.*] *Ariminum à Sigismundo Malatesta occupa-
tum — pulso regulo, recipit,* Panu. in Clem.

A * *Pompeius Columna — priuata dignitati, & fidei publicum
decus anteposuit.*] Panuin. in Clem. cautijs dixit. *Columnens(es
Proceres, Clementis consilijs cognitis, & præuiso magno Cæsarij
norum periculo, hortatore Pompeio Columna Card. qui belli ini-
tio ex Vrbe se se in Tusculanam villam subduxerat, quo studia
eorum erga Cæsarem, aliquo edito facinore, præclariora videren-
tur, copias instruere cœperunt.* Iouius Cabretæ magister fuit; sed
hoc ille cautijs, priuatam dignitatem commemorauit; at non fi-
dem: Cabretæ inuentum additum fidei vocabulum: qua re an-
grauiter sit lapsus, acri iudicio Lector perpendet.

* *Clemens in Hadriani arcem elabatur.*] Oblonga, & pensili,
vt ita dicam, duplicis parietis via.

* *Hugo Moncada impij sceleris peruersus.*] Hunc Clemens ma-
gnis precibus ad colloquium inuitauerat, Innocentiumque Cybo,
& Nicolaum Rodolphum Cardinales obfides miserat. Accessit
B Moncada in arcem, cum paucis, pastoralemque argenteum lituum,
& gemmis insignem tiaram, militum furum, supplex restituit, mu-
neris sui necessitatem excusauit, nefariam militum temeritatem
detestatus, vt à Cæsare oppugnando desisteret, obsecrauit, Iouio
teste in Pompeio.

* *Pontifice contra fœderis, & obsidum.*] Non ita omnino Io-
uius loc. cit.

* *Romam libellos misit.*] Philippus Sergardus Senensis dicta-
uerat, instruxerat. Iouius.

* *Valdimontium.*] Ex Iouio l. c. & Panu. in Clem.

* *Pridie Non. May 1527.*] Ex Panu. l. c.

* *Borbonius scalam.*] Ingentes, lectissimæque copias duxerat
Borbonius, dixeratque se Hetruriam vrbes, & Romæ diuitias mili-
tibus in prædam daturum, & cum ijs, Lanouium, & pacis nomen
oderat. Iouio teste l. c. V. etiam Panu. l. c.

C * *Tormenti ictu — interijt.*] Glande ignita. Deum vindic-
cem demirare; qui concepto à Borbonio sceleri supplicium matu-
rauit; ne, qui indignis futijs in sacrosanctæ Vrbs depopulationem,
direptionemque ferebatur, eius direptæ, ac funestæ spectacu-
lum aspiciere, gloriari posset. Hoc notatum à Iouio, & à Panuino
loco citato.

* *Pontifex in arcem profugit.*] Iouius talis Pontificiæ togæ
sublato sinu, Clementem incitato gradu, oblonga duorum muro-
rum via, à Vaticano in arcem abeuntem secutus, ne in aperti li-
gneti pontis transitu cognitus, à vestium candore, à diligentiori ali-
quo milite globulo plumbeo exploso feriretur, humeros eius vio-
laceo pallio suo, caput galero texit. Hoc de se Iouius l. c. addunt
nonnulli, Saporitum etiam è Saporitorum Saxoferratenſium fami-
lia Clementis à poculis cum eo tunc in arcem ingressum.

* *Vaticanis adibus, templo — cruentatis.*] *Incredibilis im-
manitate cruentatis, atque direptis,* ait Iouius: Panuinius verò.
tanta cade debaccharus est, (exercitus ex Germanis, Hispanis, &
Italis) *vt nunquam, post hominum memoriam, maiore truci-
entia, vel in Turcas, vel in perpetuos, & insensibilis hostes, vindi-
ctæ libidine, seuitum sit.* priorem depopulationem Clemens ipse
anno 1526. die 20. Aprilis, Portugalliæ Regi vberimis literis, à
Sadoletto exaratis, descripsit. viderat Pontifex suis oculis sacra-
omnia, & prophana rapi, Basilicam ipsam Vaticanam, domicilium
Christianæ religionis semper habitam, ab Hispanis, alijsque mili-
tibus cruentis diripi manibus, sanguine aras infici, sacrorum my-
steria distrahi, Sacrarium vetus Vaticanum, in quo Romani Pon-
tifices rem Diuinam facere consueuerant, ornamentis spoliatum,
his adiecit; *Christi nomen professo his locis non peperisse, qui-
bus fera Gothorum mentes, & Vandalorum infidelitas, ob sancti-
tatis reuerentiam, nullam vim olim intulerant.* Earum literarum
exemplar M. S. in Codice, qui Benedicti Card. Iustiniani quon-
dam fuerat, apud Franciscum Fuccium Abbatem vidi.

* *Diuendita purpurea dignitate.*] Hic dicendi modus non pla-
cet. Panu. idem fere, sed non iisdem verbis.

* *Ex cadauerum fetore pestilentia.*] Cubiculum ipsum Cle-
mentis Pontificis in mole Hadriani inuaserat lues, vt ille in confi-
tutione de Pontificis electione in eadem mole promulgata, quam
inferius habebis.

* *Lotrechij.*] De hac re Panu. l. c. missus à Francisco Gallo-
rum Rege Lotrechius: Rex ille suo ingenio maximè pius, ait Io-
uius in Pompeio, & generosus, pro dignitate Christiani nominis,
cuius ipse titulum præferret, valde pulchrum, & decorum existi-
mauerat, custodia, & carcere sacrosanctum Pontificem eripere,
atque impios, & execrabiles latrones — armis persequi; qui
sceleratis manibus templa, aras, ipsa denique sanctissimorum
Pontificum sepulchra violassent.

* *Columna Sacerdotis miseratus.*] Sacerdotes ij fuerunt Ar-
chiepiscopi Sipontinus, & Pisanus, Episcopi Pistoriensis, & Ve-
ronensis. Iou. Guicciard. l. c.

* *Obsides — Cardinales quinque.*] Triuultius, (Augusti-
nus) Pisanus, Gadius in arce Neapolitana, Vrsinus, Cæsius,
(Cæsarius alij dicunt) duos holce Pompeius Columna Cardin. ad
sublaquentes amcenitates duxit. Iouius loc. cit. eosdem Cardina-
les obfides nominat Iac. Nardius lib. 8. Hist. Flor. De Vrsino, &
Cæſio Guicciard. l. c.

* *Clemens murato habitu.*] De hac re Panuin. in Clem. VII.

Ad Cryptæ
Ferratam,
ait Guic-
ciardius.

Iouius Guicciard. l. c. Posteu. lib. 7. Hist. Gonzagæ.
 * Imp. Carolus V. Bononiam ingressus est: vt ex adiecta Apostolici Bononiensis palatii inscriptione constat.

CLEMENS VII. PONT. MAX.

Vt Christiana Res. statum reformaret, cum Carolo V. Cæs. Imper. Bononia congressus est; in hanc Urbem Cæsar. Non. Nouemb. Anno à Christi Natali MDXXIX. introijt pro Templi foribus de more Pont. Max. adorauit: eius hortatu, & consilio cum restituo in Mediolani auitum Regnum. Franciscus Sfortia, ac Venetis pace data, cuncta Italia ocia, ac tranquillitatem diu optatam, reddidisset. Imperij Romanam hoc pompa ordiue accepit. fenestra hac ad dexteram fuit porta Prætoria, egressus Cæs. per pontem subleuum in adem D. Petronij deductus Sacris rite peractis à Pont. Max. auream Coronam, & Imperij cetera insignia accepit: inde cum eo triumphans exercitu ornatiss. præeunte Urbem perlustrauit; cum ambo in eodem Prætorio totam hyemem consunxerunt. de summa rerum deliberantes egissent. Cæsar post suum aduentum mensē quanto in Germaniam ad tumultus impiorum ciuium sedandos, & bellum Turcicum cum Ferdinando fratre Pannonia Rege apparandum, profectus est. huius rei monumentum hoc, Innocentio Cybo Card. Leg. aulore, Vberto Gambarà Urb. Præf. Referente S. P. Q. B. extare voluit. Nonis Nouembris MDXXX.

* Pontifice coronatur.] Ante decennium, circiter, Aquisgranii in Germanorum Regem coronatus, Modocætiæ, vel Mediolani regni Longobardorum, Romæ Imperij corona cohonestandus erat: verum Bononiæ vtriusque coronas accepit. Id notatum in Theatro humanæ vitæ emendato. Apostolici Bononiensis palatii inscriptio Imperij tantum coronam refert. Codex M. S. Benedictinorum nūcupatus, in Vaticano Apostolico Sacratio asseruatus, quo Summi Pontifices vtuntur, rirus recenset, qui tunc, die 22. Febr. 1530. adhibiti, cum Carolus à Clemente Longobardici regni corona, adhibiti in Apostolici palatii Sacello, donatus fuit. Cardinalis sanctorum Ioannis, & Pauli Vvillhelmus rem diuinam facturus, antequam ad sacellum veniret, Carolum, Clementis auctoritate, sacro vnguento liniuit, prisci que ex more, ritus peregit. tum Pontifex saccullo ingressus, annularem dexterae manū digittum annulo ornans, dixit. *Accipe regni dignitatis annulum, & per hunc Catholica fides in te cognosce signaculum &c.* porrexit mox illi gladium, inquit. *Accipe gladium de super Altari Jumptum &c.* quem cum Rex ter vibraisset, allata ex Lombardia, in verbis hæc, exornauit. *Accipe coronam regni Lombardæ, eum nomine Paris, & Fily, & Spiritus sancti; quam sanctitatis gloriam, & honorem, & opus fortitudinis intelligas &c.* obtulit deinde sceptrum, & dixit. *Accipe virgam virtutis, & veritatis; qua intelligas, te obnoxium, mulcere pios, terrere reprobos &c.* à duobus postremis Diaconis Cardinalibus ad regiam sedem maiorem conuictam Rex ductus, dum in ea collocaretur, Clementem dicentem audiuit. *Sta, & resine à modo locum tibi à Deo delegatum &c.* His peractis, Pontifex elata voce dixit *Te Deum laudamus.* in offeritorio Rex aureos obtulit. Clemens de hac Caroli coronatione, diplomate. *Ad futuram res memoriam. Cum proximo Februarii mense &c. Nos, inquit, qui — is ceremonis, & vntione peractis, Cappellam ingressi fuimus, infra — Missarum sollemnium, Regia, Imperatoris que insignia eidem Carolo tradidimus eiusque caput corona ferrea decorauimus.* Deinde Augustalem auream, quam ei, die S. Matthiæ sacro, in D. Petronij tradidit, coronam, ceremoniasque tunc vsurpatas memorat, (erat autem is dies natalis Caroli) Basilicæ Principis Apostolorum Vaticanæ Canonice creatus Carolus, à nonnullis eiusdem Basilicæ Canonicis, qui tunc Bononiæ aderant, receptus, Diaconorumque cultu insignitus, mox ab Episcopo Ostiensis sacro inunctus oleo in Pontificis conspectum progressus est; Euangelio latino, græcoque, idioma non dum pronuntiato, Regia, & Imperialia insignia, annulum, ensem, contra fidei hostes vsurpandum, auream coronam, sceptrum globum à Clemente accepit. Plura Pontifex indicato diplomate, Bononiæ dato, Anno Incarnat. Dom. 1530. Kal. Martij, precibusque autem à Clemente Cæsari contulerat, vt Bononiæ coronam tribueret. Coronatus, ad solium imperiale accessit, dextero Pontificis lateri proximum. Sigonius lib. 5. de Episc. Bononien. in Laurentio Campegio, narrat, Carolum, absoluta ceremoniâ, ad D. Dominicum, quasi ad Lateranensem Basilicam, profectum non paucis equestri dignitate cumulasse.

Clemens autem prius, nempe die 4. Februarij 1530. Bononiæ in Consistorio dixerat, Cæsarem in ea esse mente, vt velit, die sancti Matthiæ, aurea corona redimiri, iussitque Cardinales Anconitanum, Dertusensem, & Cybo necessaria ad eam coronationem cogitare, die 21. eiusdem mensis, Cardinalis Anconitanus narrauit, coram Pontifice, Caroli electionem ad Imperij sceptrum quatuor testium assertione probatam esse: quare Pontifex declarauit eum recte adlectum, ac proinde corona decorandum; indulsitque vt

pag. 4022.

Promissio nem Ego Carolus &c.

Clem. cõ. fit. 28. p. 1 Bullar.

Clem. l. c.

Ex C. M. S. C. l.

regnum Neapolitanum, simul cum Imperio, retinere, posset.
 * *Francisco Sfortia* — restituit.] In fine Panuin. in Clem. de hac eadem re Guicciard. lib. 19. Hist. in ex, Iacobus Nardus lib. 7. Hist. Florent. fufius Galeacius Capella, lib. 8. Com. De rebus gestis, pro restitutione eiusdem Francisci; vbi illius supplicis orationem ad Carolum V. recenset.

* *Pace cum Venetis facta.*] Pax coronationem antecessit. De ea pace Guicciard. l. c.

* *Florentini* — *deditionem faciunt.*] De annoz caritate in obsidione Florentinorum Nardus lib. 9. Hist. Flor.

* *Alexander Medices Ducis nomine prepositus.*] Guicciard. lib. 20. anno 1531. die 6. Iulij, Alexander Florentinorum Dux, creatus fuit. Nardus l. c. Vide etiam Paninum loc. cit. De nece Alexander Medices à Laurentio illata, Guicciard. Iouius l. c.

* 1530. *Adeo* — *Tyberis excreuit.*] Vide Panuin. l. c. extat

epistola Io. Baptista Sangæ ad Alexandrum Medicum Duce m., qua narrat, tunc cimbas Romæ in SS. Apostolorum foro nataste: Ludouicus, (Clemente adhuc superbite, apud F. Minurium Caluam Romæ prælo euulgato) quæ ab orbe condito vsque ad ann. 1530. acciderant (octo vsque ad Christi aduentum, quindecim à Christo nato vsque ad Clementem ab eo enumerantur) aquarum montes à tumido, effræniq; fluuio, non sine graui damno, omniumq; admiratione, in Urbem iactatos, eclypsimq; Solis, & Lunæ eo die, eodem gradu accidisse tradit. M. Milefius Sarazanus, opusculo M. S. de ijs, alijsq; eiusdem fluminis eluuiouibus ad hæc vsque tempora, nonnullas inscriptiones, altitudinem, ad quam flumen peruenit, ostendentes, refert. Ad Templum Deiparæ ad Mineruam.

ANNO. DOM. MDXXX. VIII. IDVS. OCTOB. PONTIF. VERO. SANCTISS. D. CLEM. PP. VII. ANNO. VII.

Huc Tyber excreuit, iamque obruta tota fuisse Roma, nisi huic celerem VIRGO tulisset opem.
FRATRES. POS.

Ad Arcem sancti Angeli.

MEMORIAE
 INVSITATI. AVCTVS. TYBERIS. AMNIS. AD. HOC. SIGNVM QVO. ROMA. SERENO. TEMPORE. FACTA. EST. TOT A. NAVIGABILIS. VIII. IDVS. OCTOB. MDXXX. CLEM. VII. ANNO. VII.
 GVIDO. MEDICES. ARCIS. PRÆFECTVS. POS.

Ad D. Mariæ de Populo in pariete horti.

Septimus auratum CLEMENS gestabat Etruscus
Ante Pedum, saly quem vagus vsque Tyber.
Quippe memor camp: quem non coluere priores
Annibus epotis in noua telatruis.
Vique foret spaij implacabilis vltor adempti
Et Cererem, & Bacchum sustulit, atque lares.

RESTAGNAVIT. VIII. IDVS. OCTOB. ANNO. MDXXX.

Super Pasquini caput.

CLEM. VII. PONT. MAX. ANNO. VII. LIBERATIONIS HVMANÆ. MDXXX. VIII. IDVS. OCTOB. ÆTERNIS SACRI VRBIS. CLADIBVS. FATALIS. AD. HOC. SIGNVM INVNATIO. TYBERIS. ADVNCTA. EST. ANT. EPISC. PORTVEN. CARD. DE. MONTE PRO. DOCUMENTO. PERPETVO.
 P. C.

F. Marius Molfa quid tunc inundans Tyberis præmonstraret, poetice, Clementis aures mulcens, dixit.

Quod Pelago equarit tumidarum flumina aquarum
Tybris, & obfessa fluxerit Vrbe minax;
Ne desponde animum, CLEMENS, dant omnia læta
Hæc tibi cœruleis stagna refusa vadis.
Sic tua non capient olim te regna, sed ingens
Oceani equabis finibus imperium.

* *Henricum VIII. Angliæ Regem.*] Hæc auisit ex Panuin. in Clem. V. etiam Sanderus de Schilmate Anglicano.

Anno 1534. 23. Martij die Clemens in Consistorio controuersiam de viribus coniugij, Henrici Regis infirmum, & Catharinæ Reginæ Angliæ firmum illud assensum, diu agitatam diremit; sententiam enim, ex consilio, & assensu Cardinalium, prolata, coniugium illud, multis ante annis initum, verum, firmum, validum, Canonicum declarauit. Illius ea verba prima. **CHRISTI nomine innocato. In throno iustitiæ &c.**

* *Anne Bolenæ.*] De hac Sanderus loco citato.

* *Lutheri insaniam.*] Vide Sanderum loco citato.

* *Quam* — *refutauerat.*] Primum Romanæ Sedis confessus est egregie, ijs verbis. *Negare Lutherus non potest, quin omnis Ecclesia fidelium sacrosanctam Sedem Romanam velut Matrem, primatemaque recognoscat, ac veneretur.* V. Assert. 7. Sa-

Sander. de Virib. Eccl. Mon. l. 7.

cramentorum ab Henrico scriptam contra Lutherum, Art. 2.
 * *Catharinam Medicam.*] De hac re Nardus lib. 9. Hist. Fior. Iouius lib. 31. Hist. magna Principum, Minorumque Ordinum frequentia Massiliae nuptiae illae celebratae: comitate iucundiore, effusiore sumptu, laetitia liberiore non potuisse eas celebrari, factus est Iouius. diebus 34. conuiujs, chorazique conuentus ille exhilaratus. aderat Regina, tres regij filij Franciscus, Delphinus, Henricus, & Carolus à Iouio non vulgariter laudati, cum Pontifice, & Rege Gallorum celebriores Romanae, & Gallicae aulæ viri adfuere. Vide etiam Panuinium loco citato.
 * *7. Kal. Octob. 1534.*] Inter 18. & 19 horam, ætatis ann. 56. mens. 4. Panu. in Vita, & in Chron. in palatio Apost. ex Cod. M. S. Clemens Massilia Romam reuersus, quasi mortem prælagiens, tumulum sibi condidit, iussit, & vestes omnes, atque alia parare, que in funere summi Pontificis vsurpari consueuerunt. Guicciardinus l. 20. in fine. De eius morte, & de Curtio Medico, qui, mutata ratione vitæ, Clementem necasse creditus est, Iouius lib. 32. Hist. Laurentius Grauius Episcopus Signinus, Clementem laudauit in funere. Iouius loco citato.
 * *F. Aggidius.*] Leo X. hunc vnice dilexit. V. epist. 32. & 35. lib. 15. scriptas à Bembo, Leonis nomine.
 * *Antonius de Monte.*] Clemens, 1533. die 26. Septemb. mortem Card. de Monte in Consistorio memorauerat, & Cardinalem Senensem ad Ecclesiam Portuensem transtulerat. Cod. M. S. S. Antoninum Florentinum Præfulem Hadrianus VI. in Sanctorum cœtum cooptauerat, Clemens, anno 1523. 6. kal. Decembris literas Canonizationis (vt aiunt) scripsit. extant p. 1. Bullar. institutionem Monasterij S. Mariæ Magdalene Vrbis confirmauit ann. 1525. Id. Aug. Bononiam profecturus caufarum, literarumque Apostolicarum Audientiam Romæ reliquit, statuitque Pontificem Romæ eligendum, si illius mors, ante reditum ad Urbem, obtrixisset, ann. 1529. pridie Non. Octob. Perusij Tribunal Rotæ instituit, ann. 1530. die 28. Martij, Congregationem Minorum, obseruantie rigidioris, & seuerioris, ann. 1532. 16. kalend. Decemb. Clericorum Regularium S. Pauli Decollati, ann. 1533. die 18. Februar. Bononiæ, Sodalitium Rolarij Beatis. Virg. MARIÆ 1534. 8. Id. Maij firmavit. Hæc, & plures alias Clementis VII. constitutiones habes par. 1. Bullarij.
 Idem Pontifex puteum mirum Vrbenetanum in insigni altitudine, & duas scalas coelides singulari artificio confectas, per quas equi, muli, asini aqua onerandi, ad ipsam vsque aquam descendunt, & onerati ascendunt, condidit. Superiorem partem ab eo non perfectam Paulus III. absoluit. Georgius Vafarus in Pictorum vitis, Monaldescus, Manentius in Hist. Vrbenetana. Clemens nonnullas literas ad Carolum V. dedit, & hic ad illum, quæ par. 1. literarum Principum habentur.
 Solebat quotannis, die SS. Colmæ, & Damiani, Sacro petacto, Cardinales ad prandium inuitare, ex vetere Mediceæ familiæ more, id fecit etiam ann. 1531. die 27. Sept. ex Codice M. S.
 Dei Matrem, Angelorum Reginam, pio mentis affectu, venerabatur. obfessus in Hadrianæ molis arce à Cæsaribus Lauretanam Virginem votis, & literis ad opem ferendam vocauit: quam sensu paulo post, cum inter hostiles gladios in tutum se recepit. Bononia Romam reuertens in Lauretana Æde Liberatricem suam veneratus, gratias egit, persoluit vota tecta Pontificia ibidem perfici, Templo fastigium imponi, nobile tholum erigi, qui se tantum attolleret à fastigio, quantum hoc à terra, præcepit, ex Turbellino lib. 2. cap. 24. Hist. Laur. Ianus Vitalis Carmen in Clementis laudem eo titulo decorauit. *Clementis VII. Pietas.* Catholica fidei defendendæ ardore inflammatus Legatos in Scotiam ad Iacobum Regem misit, quos ille, & suscepit perhonorifice, & regni Ordines vocauit, in comitijsque insigni facundia ad Catholicam fidem tuendam eos, qui aderant, incendit; & vbi agnouit, Henricum VIII. Angliæ Regem anathemate irretitum, pro hoste habuit; quem Romanæ Ecclesiæ amicum non esse, intellexerat. V. Conæum lib. 1. De duplici Statu Relig. apud Scotos.
 Clemente VII. Pontifice, Ludouica Albertonia Romana clari sanguinis vidua morum integritate illustris, Beata à Romanis appellata, obdormiuit in Domino, & miraculis claruisse existimata est, corpus eius in Æde S. Francisci apud ripam Tiberis tumulatum; epitaphium, & carmina in lapidea tabula incisa olim adiecta.
 Moscorum Princeps Basilius, rituum Græcorum sectator, Demetrio Legato suo ad Clementem misso, petijt, in Regem ex Principe adoptari. Genebr. lib. 4. ex Iouio lib. 6. de Viris Illustr.
 Duo Procures Indi (innumeri apud illos Christo nomen dederant) Clementi, missis Oratoribus, omnium nomine, obedientiam exhibuere. Idem loco citato ex eodem.
 Viri docti, hic vna, ille alia, disciplina clari, viuentis Clemente, floruerunt, ijs, ab alijs recentis, adde, si libet, Io. Laurentium, Chirurgum medicæ artis insignem in Patauino Gymnasio professorem; cuius imago, cum imaginibus Alexandri Oliuæ Cardinalis Nicolai Perotti Archiepiscopi Sipontini, & Bartoli Iurifconsultorum Principijs Saxoferrati in publicis ædibus conspicitur.
 Faustus Sabæus refert, nonnullas virgines, in Vrbis direptione,

A ne, pudoris iacturæ mortem anteposuisse, alia muro caput impetit, alia se in puteum deiecit, alia se ab alta specula præcipitem dedit, & obijta à barbaro maluit occidi, quæ fœdari, & fuit occisa.
 Elogium Clementis VII. quod, die coronationis, arcus erectus legendum exhibebat, prætermisi superius, sed nolens, illud nunc subijcio.
CLEMENTI VII. PONT. MAX. ORBIS VNIVERSI PACIFICATORI, CHRISTI NOMINIS VLTORI PERPETVO.
 Extat p. 1. literarum Principum apud Hieron. Nigrum epist. ad M. Antonium Michaëlium, Romæ scripta die 2. Decemb. 1523. In Hadriani Mole obfessus Clemens de eligendo Romano Pontifice, si eius mors accidisset, Constitut. edidit; quam hic adiungo.
CLEMENS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI
 Ad perpetuam rei memoriam.
CVM Nos, qui beati Petri, quem Iesus Christus Dominus Noster ascensus in Cœlum, suum in Terris reliquit Vicarium, Successores sumus, in Arce Sancti Angeli iā serè trium mensium spacio, à Capitaneis exercitus charissimis in Christo filijs Nostri Caroli Romanorum, & Hispaniarum Regis Catholicis in Imperatorem electi, non sine quam plurimis manifestis vitæ Nostre periculis, præsertim ob pestis sentiam, que non modo per totam debacchatur Urbem, sed cubiculum Nostrum etiam penetravit, & aliquos ex Nostri infecit, atque absumpsit, inuiti, unâ cum venerabilibus Fratribus Nostri S. R. E. Cardinalibus detineamur. Considerantes, & animo renouen. vt nihil est certius morte, itâ hora mortis nihil incertius esse, obstaculisque propterea, ac periculis, quæ si durante detentione Nostri huiusmodi Sedem Apostolicam vacare contigeret, facile occurrere, & libertatem futuræ electionis non sine totius populi Christiani discrimine, & scandalo impedire possent, sicut circumspèctum piùm, ac salutem decet Pastore salubriter providere, ac cuius Schismati, quod forsitan inde exoriri posset, obuiare cupien. habita super his cum eisdem Cardinalibus matura deliberatione, & de eorum consilio, ac unanimi consensu, Apostolica auctoritate, & de potestatis Nostre plenitudine, statimimus, ordinamus, atque decernimus, quod si Nobis in hac Arce, vel alibi sub captiuitate ipsa manentibus, Sedem Apostolicam vacare contigerit, Cardinales in Bononien. vel Perusijn. aut Anconitan. seruato scripturæ huiusmodi ordine pro futuri Rom. Pont. electione conuenire, nisi Ciuitates ipsæ forsitan interdixit, vel contra Rom. Ecclesiam in aperta rebellionem persisterent, quo casu in Florentin. vel Taurinen. aut Mantuan. Ciuitate seruato huiusmodi scripturæ ordine, dummodo etiam ille tunc interdixit, aut aliter subiecta, seu aperte Rom. Ecclesia maior non sint, se congregare, & tali casu Cardinaliū sèd eorum maior pars infra Italiam existentes, in aliquo ipsius Italia loco per eos, vel eorum maiorem partem eligendo conuenire, vt præferitur, ac inibi de loco, in quo futuri Romani Pontificis electio celebrari debeat, tractare, & in eo loco, in quo maior pars eorumdem Cardinalium, præsentiam consenserit ad electionem ipsam, alias seruatis à Iure seruandis, infra tempus inferius expressum, procedere teneantur. Si verò Nobis extra Italiam existentibus, Sedem ipsam vacare contigerit, tunc Cardinales ipsi ad aliam Urbem Nostram conuenire, & in ea ad electionem Romani Pontificis seruatis alias à Iure requisitis, procedere, nisi Vrbs ipsa in rebellionem, aut extra dicta Sedis obedientiam, aut alias Ecclesiastico foret supposita interdixit. Quo casu in vna ex Ciuitatibus supradictis, modo, & forma præmissis, pro huiusmodi electione salubriter faciendâ conuenire, & tunc in euentum huiusmodi primo videlicet, quando infra Italiam decem dies, quibus Cardinales absentes expectari debent ad vnum, secundo verò casibus, videlicet quando extra Italiam Sedem ipsam vacare contingeret, ad duos menses dictorum decem dierum spacium prorogamus. Si autem Nobis ab huiusmodi detentione liberatis, & in pristinam libertatem penitus restitutis, in aliqua ex Ciuitatibus Italia huiusmodi sèd illarum, diocesi Sedem ipsam vacare contigerit, tunc, & eo casu per sol. rec. Alexandri III. Licet de vitanda, & Gregorij X. in Lugdunen. Vbi periculum, Et Ne Romani incipientes per Clementem V. Romani. Pont. prædecessores Nostros in Viennen. consilijs circa electionem eandem hæcenus editas constitutiones, & alias extranagantes in omnibus in eis cõtentis seruari, & in suo robore permanere debere volumus, atque decernimus. Nos enim electionem, contra præsentium tenorem per eosdem Cardinales factam, nullâ, & irritam fore, ipsosque Cardinales ad aliam electionem Romani Pontificis seruata earundem præsentium literarum forma procedere debere, & per eos contra præmissa nullatenus dispensari posse, decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrorum statuti, ordinationis, decreti, ac publicationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius, se nouerit incursum.
 Datum Roma in Arce Sancti Angeli, Anno Incarnationis Dominicæ M. D. XXVII. Id. Iulij Pont. Nostri Anno quarto.

Motu

Motu proprio dilecto filio Nostro Francisco Sancta Maria in Transyberim Presbytero Cardinali. Cum nuper de Fratrum Nostrorum consilio, & unanimo consensu desiderantes consulere Ecclesie Sponsa Nostra, ut illi si occurreret Nos ex hac vita migrare, durante hac Nostra detensione, detur versus sponsus, & progre, durante hac Nostra Pontificis electionem, Bullam cedi possit ad canonicam Romani Pontificis electionem, Bullam ediderimus, & illam imprimi fecerimus, volen. igitur ut Bulla ipsa ad notitiam omnium pervenire possit, circumspectioni tuae mandamus, ut Bullam ipsam impressam subscribas, & illarum singulas manu propria subscribas, & suo parvo sigillo signari facias: Ad hoc, ut eadem prorsus fides Bulla sic impressa, & manu tua subscripta, tam in iudicio, quam extra illud, adhibeatur, que ipsi Bulla originali adhibetur, si illa exhiberetur, seu ostenderetur, prout per presentem motum proprium adhiberi, debere, volumus, atque mandamus, subscriptis tue circumspectionis erit hoc modo.

✦ *Fr. Cardinalis Armellini Camerarius manu propria scripsit placet, & ita manu propria mandamus.*

✦ *Fr. Card. Armellini Camerarius qui supra manu propria scripsit.*

ADDITIO ABB. FERDINANDI VGHELLI
Ordinis Cisterciensis.

✦ *Card. 39.*] A se ipso videtur discrepare Cabrera; reliquit enim (Typographus fortasse lapsus est) 26. & 28. Cardd. numerum complebit, si Ludovicum Borbonium tit. S. Sylvestri in campo Martio, ac Sylviu Passerinum Presbyterum Cardinalem tituli S. Laurentij in Lucina à Cabrera prætermittos, suis in locis ex monumentis M. S. repositis.

✦ *Fr. Thomas de Vio.*] Absuit Card. Caietanus ab electione Clementis Legatus sanctæ Sedis tunc temporis in Pannonia degens; à quâ à Clemente, 13. Ianuarij 1524. reuocatus statim ad Urbem accessit. monument. M. S.

✦ *Fr. Aegidius.*] Monumenta à Clemente VII. Episcopum Viterbiensem Aegidiu factum habent; de quo in Leone X. egimus.

✦ *Cardinales sex absentes.*] Quinque habent monumenta, Moguntinum, Leodiensem, Constantiensem, Gurcensem, ac Portugallensè; Vuilhelmum Enckenuoitium Presb. Card. tit. SS. Io. & Pauli paucis ante diebus ab Hadriano VI. in numerum Cardinalium alicum vnâ cum reliquis Conclauæ ingressum, ac Clementi suffragium dedisse, docent monumenta citata; quem perperam absentem fecit Cabrera.

✦ *Ante Basilicam Vaticanam.*] Hoc factum docent monum. M. S. apud me, 26. Nouembr. hora vigesima prima, cum dimidio in liminibus Apostolorum.

✦ *Carolus Italiam veniens.*] Clemens VII. ad Carolum Imperatorem electum Imperiali corona redimendum ex Vrbe 7. Octobris Bononiam petiturus discessit, ac die 23. eiusdem quindecim Cardd. Archiep. Episcopis, ac tota Romana Curia comitante Ciuitatem ipsam magna cum omnium voluptate ingressus est. Cæsar verò Principibus, Baronibus, Militibus, & Equitibus innumeris stipatus quinta die Nouembris introijt, pro Templi foribus de more Pont. Max. adorauit. De hac re, simplici, ac veraci stylo hæc habent M. S. monum. *Sanctissimus Dominus Noster, cum intelligeret M. Cæsarem ingressam Ciuitatem, exiit cum sacro Senatu, ac Prelatorum ante Ecclesiam S. Petronij in quadam loco eminenti ad hoc disposito Cæsarem expellat, qui veniens flexis genibus osculatus est pedem primo, deinde manum Sanctitatis sue, & postmodum Sanctitas sua suscepit Cæsarem ad osculum pacis, demum habito per Cæsarem breui sermone, & factore sponso per Sanctitatem suam, Cæsar, oblat a prius per S. Mauri massa ponderis, ut afferebatur, septem librarum, comitatus quatuor Reuerendiss. Cardd. duobus Presbyteris, & duobus Diaconis, suit in Ecclesiam sancti Petronij, & Sanctitas sua vna cum alijs Cardinalibus reuersa est ad palatium.*

Triplici corona, Paleæ scilicet, Ferrea, & Aurea Carolum Clemente Pontifice ex ipsdem monum. redimendum lego. Die 22. Febr. 1530. Bononie in cappella palatij Apostolici infra Missarum solemniam, celebrante Reuerendissimo Domino Vuilhelmo tit. Sanctorum Ioann. & Pauli Card. Dertusen. Sanctissimus D. N. presatum Carolum in Imp. electum corona paleæ, & ferrea coronauit presentibus Reuerendissimis Cardd. ac Oratoribus Regi, Principum, ac Potestatum. & paulò infra. Die 24. Febr. in Ecclesia sancti Petronij infra Missarum solemniam, quem celebrans Sanctissimus D. N. idem presatum Carolum in Imperatorem electum exhibitus prius insignis, & seruatis ceremonijs consuetis coronauit corona aurea Imperiali. Et finitis Diuini ambo equitatur per Ciuitatem Bononiensem, comitantibus Cardinalibus, ac Principibus, & Oratoribus; datis ab utroque, tam Curialium, quam gentium armorum ordinibus. Clemens in literis de Caroli coronatione duarum tamen coronarum meminit, Ferrea, & Aurea. Quæ sit corona Paleæ apud hunc auctorem, ipse videt.

Clemens Papa VII. Florentiæ Medicæam Bibliothecam tota Europa celebrem ad ornamentum patriæ suæ, ciuiumque suorum, vtilitatem, ad Diui Laurentij, extruxit, ornauitque quam Cosmus Medicus Primus Magnus Hetruriæ Dux ad perfectam, quam hodie certinuis structuram, ex Michaelis Angeli Bonarotæ nobiliss.

simi Architecti ideam perduxit, ac insignibus codicibus auxit. Ibidem ad parietem hæc visitur inscriptio.

DEO. PRÆSIDIBVS. FAMILIÆ. D. CLEMENS. VII. MEDICES. P. M. LIBRIS. OPT. STUDIO. MAIORVM. ET. SVO VNDIQVE. COMPOSITIS. BIBLIOTHECAM. AD. ORNAMENTVM. PATRIÆ. CIVIVMQ. SVORVM VUTILITATEM. D. D.

HANC. BIBLIOTHECAM. COSMVS. MEDICES. TVSCO RVM. MAGNVS. DVX. PERFICIENDAM. CVRAVIT ANNO. DOMINI. MDLXXI. III. ID. IVLII.

COSMVS in has Aedes meliora volumina KOZ MOY Transfudit, & primas, quas habet Orbis opes. Sic genuit tandem peris de nomine COSMVS, Rem sibi, cum mundo, Cælitibusque parem.

Clementis VII. temporibus duobus facellis, quæ iuxta pontem S. Angeli extabant, bellorum, ac Tyberis iniuria disiectis, ibidem pius Pontifex simulacra marmorea alterum Diuo Petro, alterum Diuo Paulo Urbis Patronis, erexit, vt incisa hæc docet inscriptio.

BINIS HOC LOCO SACELLIS
BELLICA VI ET PARTE PONTIS
IMPETV FLVMINIS DISIECTIS
AD RETINENDAM LOCI RELIGIONEM
ORNATVMQVE HAS STATVAS
SVBSTITVIT.

CLEMENS VII. PONT. MAX.
PETRO ET PAVLO APOSTOLIS
VRBIS PATRONIS
ANNO SALVTIS CHRISTIANÆ
MDXXXIV.
PONTIFICATVS SVI X.

✦ *In Basilica S. Petri sepultus.*] Ante translationem hoc breue epitaphium inscriptum ad eius tumulum fuisse, testatur Franciscus Suetertius.

CLEMENTIS. VII. P. M. CVIVS. INVICTA. VIRTVS.
SOLA. CLEMENTIA. SVPERATA. EST.
OBIIT. ANNO. MDXXXIV. VI. KAL. OCTOBR.
SEDIIT. ANNOS. X. MENS. X. D. VIII.

Corrige Cabreram; qui 8. kal. Octob. Clementem ex hac luce mi graffe asseruit; præter enim relatum epitaphium testes habeo M. S. monumenta. De translatione Leonis X. ac Clementis VII.

✦ *Vaticano ad S. Mariam super Mineram, quæ maxima cum pompa, ac religione à Clero, & Populo facta est anno 1542. die 16. Iunij pauca citata monumenta.*

✦ *Tertia vnus Cardinalis creatio.*] Die Veneris 13. Augusti Mercurium Gattinarium Presb. Cardd. Clemens VII. creauit, die 3. Septemb. tit. S. Ioannis ante portam Latinam insigniuit, ac tandem Bononiæ 15. Nouembris Pontifex, ob singularem doctrinam, ac multiplicis animi dotes, os illi clausit, & aperuit ordine haud seruato, monumenta id habent, vnde non bene Cabrera 8. die Iunij, factum recenset.

✦ *Quinta creatio Cardd.*] Diem, annum, numerumque Cardinalium in hac creatione non bene descripsit Cabrera; ait enim, anno 1529. 14. kal. Ianuarij octo Cardd. creatos à Clemente fuisse, cum tantum quatuor die 16. Martij 1530. creati fuerint, vt ex monumentis liquet. Ij autem fuerunt Franciscus Turnonius, Archiepiscopus Bituricensis, Bernardus Episcopus Tridentinus, Ludouicus Episcopus Maurionensis, & Fr. Gaspar de Loayla Episcopus Oxomensis Cælaris à confessionibus. Die verò 16. Maij eiusdem anni, quilibet eorum titulum recepit. Bituricensis titulo SS. Marcellini, & Petri, Tridentinus S. Stephani in Cælio monte, Maurionensis S. Cæsarij in Palatio; Oxomensis S. Sulanæ, hæc est quinta germana Clementis Pontificis Cardinalium creatio.

✦ *Octava Cardd. creatio.*] Massiliæ 1533. tres tantum (non quatuor, vt vult Cabrera) Cardinales Gallos Clementem VII. creasse, atque vnum iam anno 1531. die 10. ab se creatum publicasse monum. referunt; Philippus de la Camera S. Benedicti monachus extitit, qui in gratiam Albanæ Ducis fratris sui in numerum Cardinalium adlectus est.

✦ *Episcopi ex Cardinalibus.*] Certius, ac vbertim de optione Cardinalium sub Clemente VII. hæc habent M. S. monum. anno 1523. die 14. Decemb. Franciscus Card. Soderinus ex Prænestino factus Portuensis, per obitum Cardinalis Grimani. Alexand. Card. Farnesius, ex Tusculano, Prænestinus, Antonius Cardinalis de Monte ex Albano Tusculanus.

Die 16. Decembris eiusdem anni Cardinalis Soderinus ex Portuensi factus Ostiensis, per obitum Bernardini Card. Caruaualis; Nicolaus Cardinalis Flicus, ex Sabino, Portuensis, Cardinalis Farnesius, ex Prænestino, Sabinus, Card. de Monte, ex Tusculano, Albanus, Franciscus Card. de Claromonte ex primo Presbyt Episc. Card. Tusculanus, Petrus Cardinalis Accolus, ex tit. sancti Eusebij, Episc. Albanensis.

Anno 1524. die 18. Maij Card. Nicolaus de Flisco. ex Portuen-
si factus Ostiensis, per obitum Card. Soderini, Card. Farnesius ex
Sabino, Portuenfis, Cardin. de Monte, ex Prænestino, Sabinus,
Card. Accoltus, ex Albanensi, Prænestinus, Marcus Card. Corne-
lius ex primo Presb. tit. S. Marci Episc. Card. Albanus.

Die 15. Iunij eiusdem anni Card. Farnesius ex Portuenfi ele-
ctus Ostiensis, & Collegij Decanus per obitum Card. de Flisco,
Card. de Monte ex Sabino Portuenfis, Card. Accoltus ex Præne-
stino Sabinus, Card. Cornelius, ex Albanensi Prænestinus. Lau-
rentius Card. Puccius, ex Presbyt. tit. S. Laurentij in Damaso, Epi-
scopus Albanensis.

Die 29. eiusdem Card. Puccius ex Albanensi creatus Prænesti-
nus per obitum Card. Cornelij, Io. Card. Picolomineus ex Presb.
tit. S. Balbinæ factus Episcopus Albanus.

Anno 1531. 22. Septembris Card. Senensis, ex Albano factus
Prænestinus per obitum Card. Laurentij Puccij, Io. Dominicus
Card. de Cupis, ex tit. S. Laurentij in Lucina Episc. Albanus.

Anno 1532. 16. die Nouemb. Card. de Cupis, ex Albano, fa-
ctus Episcopus Sabinus, per obitum Card. Accolti.

Anno 1533. 21. Aprilis Andreas Card. de Valle, ex Presb. tit.
S. Priscæ, Episcopus Card. Albanus, die 26. Febr. Card. Senensis,
ex Prænestino, Portuenfis, per obitum Cardin. de Monte, die 12.
Decembris, Card. de Valle, ex Albano, Prænestinus, Bonifacius
Card. Ferrerius Presb. tit. sanctorum Nerei, & Achillei obtinuit in
tit. Episc. Albanensem.

Anno 1534. 5. die Sept. Card. Ferrerius, ex Albano, electus est
Prænestinus per obitum Card. de Valle, Laurentius Card. Cam-
pegius, dimisso titulo Callisti, factus est Episcopus Card. Albanus.
Huc vique de Episcopis Cardinalibus ex Presbyteris creatis nunc
verò de Presb. ac Diac. Cardd. qui ex vno ad alterum titulum tran-
sierunt; cum non verè à Cabrera numerentur, nonnulla hic ex ijs-
dem M. SS. monumentis adnecti curauimus.

Anno 1523. 14. Decembr. Marcus Card. Cornelius ex primo
Diac. factus prior Presbyterorum, cum titulo S. Marci, Card. Lau-
rentius Puccius SS. quatuor Coronatorum tit. S. Laurentij in Da-
maso, Albertus Cardinalis Mogunt. ex Presb. tit. SS. Io. & Pauli,
tit. S. Petri ad vincula.

Anno 1524. 17. Augusti Card. Io. Dominicus de Cupis, ex tit.
S. Ioan. ante portam Latinam, tit. S. Apollinaris, per obitum Ioan.
Baptistæ Card. Pallauicini.

Anno 1528. die 27. Ianuarij Franciscus Card. Pisanus, ex Diac.
tit. S. Theodori, Diac. tit. S. Marci.

Die 24. Maij 1529. Card. de Cupis, ex Presb. tit. S. Apollinaris,
tit. S. Laurentij in Lucina, die 18. Iunij Anton. Card. S. Seuerini ex
Presb. tit. S. Susannæ, tit. S. Apollinaris.

Anno 1530. 10. Maij Card. Ægidius, ex Presb. tit. S. Matthæi
tit. S. Marcelli, per obitum Card. Guillelmi de Vich.

Anno 1531. 2. Ian. Gabriel Card. de Acromonte, ex Presbyt.
tit. S. Ioannis ante portam Latinam, tit. S. Cæcilie per obitum
Card. Thomæ Vlcer, Eboracensis nuncupati.

Die 3. Iulij 1532. Hippolytus Card. Medices, ex Diac. tit. S. Pra-
xedis, tit. S. Laurentij in Damaso, & 21. eiusdem mensis Alpho-
nus Card. Hispanensis, ex Presb. tit. Callisti, tit. XII. Apostolorum
per obitum Card. Columnæ, & 13. Septembris Marinus Card.
Grimanus, ex Presbyt. tit. sancti Vitalis, tit. sancti Marcelli, per
obitum Card. Ægidij.

Anno 1534. 14. Martij Nicolaus Card. Rodolphus, ex Diac.
tit. SS. Viti, & Modesti, tit. S. Mariæ in Cosmedin per obitum Card.
Vrsini. Die 11. Febr. Fr. Thomas de Vio, ex Presbyt. tit. S. Sixti,
tit. sanctæ Præxedis. Die 17. Aprilis Franciscus Card. Cornelius, ex
Presb. tit. S. Pancratij, tit. S. Cæcilie per obitum Card. Gabrielis de
Acromonte. Die 5. Sept. Card. S. Seuerini dimisso tit. S. Apollina-
ris, factus est tit. S. Callixti, Augustinus Card. Spinula, ex Presb. tit.
S. Cyriaci in Thermis, tit. S. Apollinaris, & Card. Cornelius ex tit.
S. Cæcilie, tit. S. Præxedis, per obitum Card. Thomæ de Vio, Ste-
phanus Gabriel Card. Giennensis, dimisso tit. S. Vitalis habuit titu-
lum S. S. Io. & Pauli, per obitum Card. Vvilhelmi Enkenuoirtij.

NOVA ADDITIO AVGVSTINI OLDOINI
SOCIETATIS IESV.

CIACONI VS inter Cardinales, qui Comitij hisce Pontificij
interfuerint, Bernardinum Caracal Hispani, Patriarcha
Hierosolymitanum, Episcopus Ostiensem, & Sacri Collegij De-
canum; & inter abentes Matthæum Langium, seu Longo, aliàs
Schiner Heluetium, Diaconum primò, tum Presbyterum Cardina-
lem S. Angeli, & Episcopus Albanum recenset, cum vtique
iam è vita excessisset, primus die 15. Decembris, alter die 2. Octo-
bris, seu Decembris anni 1522. vt dictum est supra. Inter Cardina-
les verò abentes numerabat Vvilhelmum Enkenuoirtium Epi-
scopus Dertufensem, ex Dataro renunciatum Presbyterum Cardina-
lem SS. Ioannis, & Patris titulo Pammachij ab Hadriano VI.
nonnullis tantum diebus ante obitum, credibile enim non est,
accepta purpura statim ab Vrbe discessisse, cum iam morti proximū
Hadrianum videret: hic igitur Clementi suffragium dedit, vt do-
cent monumenta Vaticana, & ratio fuadet. Inter præsentis verò

A recensebat Fr. Thomam de Vio, aliàs Caietanum, cum reuera ille
abfuerit à Clementis electione; Legatus enim tunc temporis, vt
benè notauit Ferdinandus Vghellius, in Pannonia degebat. In Co-
mitijs hisce, in quibus octo supra triginta Cardinales aderant, om-
nium, præter ipsum, Cardinalium suffragio electus Romanus Pon-
tifex Iulius Medices patria Florentinus, annum agens ætatis qua-
dragesimum sextum, vir natura grauis, à voluptatibus alienus,
multarum rerum scientia, notitiaque excellens, rei militaris peritus,
nec literarum rudis. Voluit, vt aliqui aiunt, proprium Iulij
nomen retinere; sed religione nonnullorum tactus, quod omnes,
qui non mutassent nomen, breui mortem oppetissent; CLEMEN-
TIS VII. appellationem assumpsit, nulla habita ratione illius, qui
in schismate contra Vrbanum VI. id nominis tulit. De hac ele-
ctione has Niger literas scripsit. *CVM complerentur dies Pen-
tescostes: scilicet post quinquaginta dies Diuinus Spiritus descen-
dit in Comitja Pontificia: hęc hora vigesima tertia statutum fuit
in Cardinalium conuentu, vt in Pontificem crearetur Cardinalis
Medices; & hodie mane nomine Clementis VII. publicè renuncia-
tus fuit. Affui cum ad Diui Petri à Purpuratorum Senatu, tan-
to plausu, ac læticia deduceret, vt impar sim explicando. Eius
creatio fuit admiranda, quippe qui iam ferebatur repulsam acce-
pisse, sed ex insperato successit opera Cardinalium Columnæ, &
Cornelij, qui ex acerrimis oppugnantibus repente illi suffragari
suerunt, comperio, quod alias ipsorum consilia irrita futura essent.
Cardinales Galli ea de re obstupuerunt; & aiunt, se non Cornelium
& Pisanum, qui id fecerunt, sed Columnium admirari, ut pote vi-
rum nobilem; sed ea contumelia pari responso excepta est. De
Cardinali Volaterrano nuncupato conuenit; antequam Pontifex
renunciaretur, qui iurando, ac solemnè voto Patrum Senatus
spopondit omnia illi sua, tum Florentie, tum Roma reddidurum,
cumque semper fratris loco habiturum esse. Constituti sunt quatuor
Purpurati Patres distribuendis Sacerdotijs, quibus Pontifex, dum
Cardinalis esset, fruebatur; que sortibus per schedulas inter Car-
dinales diuideretur, & singulis milleni aurei, & amplius obueniret.
Pontifex quadragesimum sextum annum agit, vir est maxime
contuens, ac moderatus; adeo vt Cardinales spes summi
Sacerdotij adipiscendi deposuisse videantur. Spes est eius regimen
optimum fore, & Curiam in suum splendorem, & decus vindi-
candam; atque vti nam duobus ab hinc retro annis ad tantum cul-
men euectus esset; forsasse enim Rhodus Turcis non succubisset.
Hactenus fama est signandis libellis supplicibus præfuisse (Dati-
arium vocant) Ioannem Mattheum Gibertum; duos epistolis con-
scribendis, Episcopum scilicet Carpentor altersem absentem, &
Blosium; ex alijs Pimpinellum, seu Faonium, Pontifice forsam
consilij adhuc incerto; sed quicumque sit, vir frugi est, & amicus
noster. Bonas literas fere iam recentis barbarie fugatas spes est ab
exilio revocandas, ac veluti postliminio reddendas, est enim ge-
nium Medicea familia decus, sonere Musas. Existimo Actio-
nium hac spe allectum, Romam accessurum, licet hic Hispanus il-
lum, vt accipiter columbam deterreat. Die vigesima tertia Dno
Clementis sacra, Pontifex sacram tiam solemnè ritu suscipiet;
& vniat Medicea Domus. Hodie nuncijs allatus est, Gallos in
montes recessisse, sed de hoc a te certior fieri volo; quod si adhuc
eodem in loco consistunt, hoc nuncio audito, statim castra moturos
reor; quamuis Galli, qui Roma sunt, spes iacent, Pontificem ad
suas partes transitorum; quare eorum Cardinales in postrema suf-
fragatione Mediceo adhaerunt. Orator noster publicus perbo-
nignè à Pontifice habitus est, & verbis honorificis acceptus, breui
rebus ipsi animus patebit. Vale Roma die 18. Nouemb. ann. 1523.*

Ante coronationem sequentes ad Regem Gallorum literas Cle-
mens dedit.

CARISSIME in Christo fili Noster salutem &c. Sublato nuper
de medio, sicut Deo placuit, sel. rec. Hadriano VI. immediato
Predecessore nostro, Sedeque Apostolica Pastore carente, sacrum
Collegium Ven. fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, de
quorum numero tunc eramus, peractis exequiarum solemnibus Spi-
ritusq; sancti numine religiosissime innocato, conclauè apud S. Pe-
trum; ubi Hadrianus obierat, de more ingressi, Nos unanimes con-
sensu in Pontificem maximum elegerunt, qui licet tanto munere
Nos indignos, & oneri impares esse cognoscamus, diuina tamen
voluntatis, cuius providentia Romana, & vniuersalis Ecclesia qu-
bernatur, parentes, & consensus Patrum cedentes, pondus ipsum
suscepimus, firma spe, ac fiducia ducti, quod Dominus, & Salua-
tor Noster Iesus Christus, qui Nos licet immeritos vices suas in-
terris gerere voluit, Nos ea docere dignabitur, quibus iuxta pium
propositum Nostrum Republicam Christianam regere, defendere,
& ampliare possimus, & ceteris in rebus Nostris Pastoralis officio, ex-
pectationique fidelium satisfacere. Quæ præcelsissima Maiesta-
ti tue, pro Nostra in eam caritate significanda duximus, vt quem-
admodum tu Christianissimus, & electo Christi Vicario iucundus
esse semper consueuisti; sic huiusmodi assumptione Nostra, quæ om-
nibus communis futura est, letari merito valeas: habitura est
enim Maiestas tua Pontificem, qui paci, & tranquillitati Regum,
& Principum Christianorum, totinque Republica Christiana, con-
seruationique, & restitutioni religionis eiusdem aduersus imma-
nissimum

Fr. Thom
de Vio
Card. ab-
lens à co-
mitijs.
Quot Car-
dinales in
terfuerint
comitij
Omnium vo-
tis renun-
ciatur sum-
mus Pont.
Iulianus
Medices
dictus Cle-
mens VII.

Cardina-
les mortui
comitio
tempore.
Vvilhelm.
Enkenuo-
irtij Card.
interit co-
mitijs.

Laurentiū Iustinianū inter Diuos referret. Tac. Phil. Tomafio. in Annal. Canon. S. Georgij in Alga. Vghell. in Ital. fac.

Oratorem Regis Abyssinorū recipit.

Regis Abyssinorū ad Clemētem literę

missimum Turcarum Tyrannum illam, ut credo nostis, totam occu-
pare intentissimum, toto corde studebit, quique in omnibus, qua ad
gentem tuam pertinent, & cum Deo fieri possint, nunquam desu-
turus est, uti Maestas tua quotidie experiendo vera esse cognoscat.

Datum Sec. 1523. ante coronationem.
Ipso initio Pontificatus, Andrea Gritti Ducis Venetiarum pre-
cibus, Laurentium Iustinianum Canonicorum secularium S. Geor-
gij in Alga-aluminum postea Patriarcham Venetiarum, inter Bea-
tos retulit. Extant Clementis literę ad Antonium Contarenum
Patriarcham Venetiarum scriptę, quibus se Laurentium Iustinia-
num ob vitę merita, ac miraculorum gloriam illustrem titulo Bea-
ti in signum dicit, ac ex Apostolicę plenitudine potestatis indu-
xisse, ut singulis amicis recurrendo die obitus, eiusdem Beati missam,
& officium, tanquam de vno Sancto Confessore per totum Vene-
torum dominium celebrari posset. Franciscum Alvarez Davidis
Regis Æthiopum Abyssinorum Oratorem, qui Romam cum Re-
gis Portugallię Legato, & literis venerat, benignissimę recepit:
hi enim in publico Consistorio literis Regum suorum Clementi
hi enim in publico Consistorio literis Regum suorum Clementi
redditis, obedientiam Romanę Ecclesię præstiterunt. Illę Æthio-
pica conscriptę lingua, in Lusitanam primò, indeque in Latinam
translatę per Secretarium domesticum Pontificis, eo quo mox re-
scribentur ordine lectę, & pronunciatę coram omnibus fuerunt.

FELIX Sancte Pater, qui a Deo effectus es gentium consecra-
tor, & sancti Petri Sedem obtines: tibi date sunt claves Regni
Cælorum, & quodcumque ligaveris, vel solueris super terram, erit
ligatum, vel solutum in Cælis, sicut dixit Christus, & ita in Euan-
gelio Mattheus scribit. Ego Rex, cuius nomen leones veneran-
tur, & Dei gratia Atani Tingbil, idest ihus Virginis vocor, quod
nomen est a baptisimato, nunc vero in ipso suscepti regni initio as-
sumpsi nomen David dilectus a Deo, columna fidei, cognatus stir-
pis Iuda, filius David, filius Salomonis, filius columna Sion, fi-
lius feminis Iacob, filius de manu Maria, filius Nau per carnem;
Imperator magna, & alia Æthiopia, magnorum regnorum, &
ditionum, & terrarum; Rex de Xoa, de Cassate, de Fatigar, de
Angote, de Baru, de Belliguanque, de Adeon, de Vangu, de
Goisame, ubi Nilus oritur, de Amara, de Baguemidri, de Ambea,
de Vague, de Tigrimbao, de Sabaym, unde fuit Regina Saba, de
Berneages, & Dominus vsque ad Aegyptum; hæc prouincie omnes
sunt in mea potestate, & pleręque alia magne, & uem parue, que
nunc a me nequaquam numerantur, neque regna, & prouincias
suis nominibus expressi veluti superbia, & uanagloria inductus,
verum ob id ut summus Deus magis, ac magis laudaretur, qui sin-
gulari benignitate tot amplissimorum regnorum Christiana Reli-
gionis superioribus meis Regibus imperia tribuisset, sed profecto
me clarior gratia inter alios Reges dignum fecit, ut religioni con-
tinuè infererem. Quoniam me Adel dominum fecerit, hostem
Maurorum, & gentium, qui adorant idola. Mitto ad eos scul-
tos pedes Sanctitatis Vestre more ceterorum Christiane fidei Re-
gum fratrum meorum, quibus nec religione, neque potentia sum
inferior; ego, & enim in regnis meis sum columna fidei, neque ex-
terius inuor auxilijs, cum in solo Deo spem, & opem reponam,
qui me sustinet, & gubernat ab eo tempore, quo Angelus Dei allo-
catus est Philippum qui fidem doceret Eunuchum potentis Regi-
ne Candacis Regine Æthiopię, que a Hierosolyma Gazam perge-
bat; Philippus tum baptizauit Eunuchum, & Eunuchus deinceps
Reginam cum magna parte familie, & populi eius, qui nunquam
deserunt esse Christiani, omnique sequenti tempore perstiterunt
fortes in fidei, prædecesores vero mei nulla alia ope audis, quam
diuina fidem in latissimis regnis propagarunt, quod, & ego qui-
diuine officere contendo. Maneo enim intra maximos regnorum
meorum fines, ut leo ingenti silua circumdatus, & sepe aduersus
Mauris obsidentes, & alias nationes fidei Christiane inimicissi-
mas, que nolunt audire verbum Dei, neque cohortationes meas;
& ego gladio accinctus eos persequor, & paulatim extrudo, diuino
scilicet fretus auxilio, quod nunquam mihi deest; quod secus acci-
dit Regibus Christianis. Nam si Regnorum suorum fines exten-
dunt, id facile possunt assequi, quoniam alter alteri fert opem, &
auxilia subministrat; uuantur que benedictione Vestra Sanctitatis,
cuius particeps ego sum, cum in libris meis litera habeantur, quas
superioribus temporibus Papa Eugenius cum benedictione misit ad
Regem semen Iacob: qua accepta, & tradita per manus benedi-
ctione ego fruor, & magnopere letor. Ceterum ego in magna ha-
beo ueneratione sanctum Templum in Hierosolym, ad quod sepi-
simè mitto oblationes debitas per nostros peregrinantes; & multo
plures, & digniores mitterem, nisi itinera a Mauris, & infide-
libus obsiderentur. Nam præter illud, quod dona nostra, & thesau-
ros nuncijs eripiunt, etiam eos liberè pertransire non permittunt.
Quod si paterent itinera, in familiaritatem, & commercium Ro-
mana Ecclesia deueniret, uti fit a ceteris Christianis Regibus,
quibus in religione Christiana non solum inferior, & ita ut illi
credunt, unam fidem rectam, & unam Ecclesiam confiteor, cre-
doque sincerissimè in sanctam Trinitatem, & in unum Deum, &
in uirginitatem Domina nostra Virginis Mariae, & articulos fi-
dei teneo, uti ab Apostolis conscripti fuerunt. Nunc
Deus optimus manu potentissimi, & Christianissimi Regis Ema-

uelis iter patefecit, ut per Legatos conueniremus, & in fide con-
iuncti Christiani cum Christianis Deo inferuiremus. Sed dum
in aula mea eius Oratores essent, allatum est, cum uiam cum mor-
te commutasse, filiumque eius, fratrem meum, Ioannem, paterni
regni sceptrum accepisse: unde sicuti ex patris morte summum
fenseram dolorem; ita ex filij felici in regnum assumptione mirifi-
cè sum letatus, adeo ut sperem nos communibus copijs, & uiribus
per regiones Maurorum pessimorum terra, marique iter aperiu-
ros, atque eos magno terrore illato, sedibus, & regnis esse depul-
suros, ut commodo, pacatoque itinere Christiani Hierosolymitanum
Templum petere, & liberè commeari possint; Atque ego in pri-
mis, sicuti uehementer exopto, diuini amoris particeps esse possim
in Templo Apostolorum Petri, & Pauli. Cupio autem ingenti de-
siderio consequi sacrosanctam benedictionem a Vicarij Domini na-
stri Iesu Christi; nam procul dubio Sanctitas Vestra Dei est Vica-
rius. Et cum a peregrinis, qui ex regionibus nostris ad Hierusa-
lem, atque inde Romam non sine miraculo eunt, & redeunt, multa
de Sanctitate Vestra ab his audio, que mihi incredibiles affe-
runt voluptatem, & gaudium. Sed multo maior omnino cap-
perem letitiam, si mei Oratores breuiore itineris compendio uis
possent, & noua referrent: sicuti antequam moriar, aliquando al-
tarios spero, non sine gratia Dei omnipotentis, qui uos in sancti-
tate conseruet: Amen. Ex osculo autem pedes sanctos, & sup-
plex oro, ut benedictionem ad me mittat.

Dauid Æthiopię Regis Serenissimi alix literę, ad Sanctissi-
mum Clementem Pontificem VII. per D. Franciscum Alvarez
eius Oratorem perlata, & ex Æthiopica in Lusitanam, indeque
Latinam linguam traducta.

IN nomine Dei Patris omnipotentis, Creatoris cæli, & terra,
uisibilium, & inuisibilium. In nomine Dei Filij Iesu Christi, qui est
idem cum ipso a principio mundi; & est lumen de lumine, & Deus
uerus de Deo uero. In nomine Dei Spiritus Sancti Dei uini, qui
processit ex Deo Patre. Hæc literas is ego Rex mitto, cuius no-
men leones uenerant, & Dei gratia uocor Atani Tingbil, idest
ihus Virginis, filius Regis David, filius Salomonis, filius Regis
per manum Maria, filius Nau per carnem, filius Sanctiorum Pe-
tri, & Pauli per gratiam. Pax sit tibi iuste Domine, Pater sancte
potens, pure, sacrate, qui es caput Pontificum omnium, & nemi-
nem metuis, cum nemo possit tibi maledicere, qui es uigilantissi-
mus supra animas curator, & amicus peregrinantium, consecra-
tis magister, & prædicator fidei, earum rerum hostis, que conscien-
tiam offendunt, amator optimorum morum, uir sanctus, quem
omnes laudant, & benedicunt. O felix sancte Pater, ego tibi re-
uerenter obediō, cum sis pax omnium, & cuncta bona merearis,
& ita equum, ut omnes tibi obediuntiam præstent; sicuti sancti
Apostoli præcipiunt apud Deum: hoc uerè uestrum est; ita etiam
precipiunt, ut ueneremur Episcopos, Archiepiscopos, & Præla-
tos. Similiter ut te loco Patris amemus, & loco Regis uereamur,
& tibi uti Deo fidem habeamus. Propterea dico ego humiliter
ad terram genibus flexis tibi Pater sancte sincero admodum cor-
de, quod tu Pater meus es, & ego filius tuus. O Pater sancte
potentissime, cur neminem unquam ad nos misisti? ut certius de
uita, saluteque mea cognosceres? cum tu sis Pastor, & ego ouis tua,
bonus, & enim Pastor sed gregis nunquam obliuiscetur. Nec tibi
a regionibus uestris nimum se motus debeat existimari, ut nuncijs
ad me nequeant peruenire, cum ex remotissimis terrarum Regnis
Portugallie Rex Emanuel filius tuus Oratores ad nos commodissi-
mè miserit, & si Deus cum ad se in Cælum euocare distulisset, ea
qua tunc agitabamus, procul dubio felicem exitum habuissent.
Nunc uerò maximè opto prospera, & salutaria de Sanctitate Ve-
stra per certos nuncios audire; neque enim unquam uerbum a San-
ctitate Vestra recepi; cum aliqua tantum a nostris, qui ex uoto pe-
regrinantur audierim. Sed hi cum neque meo nomine profici-
scentur, neque quicquam literarum a uobis afferant, incerta solus
nobis percunctantibus, dicunt, se ab Hierosolyma; deinde solus
uotis ad uisitanda Apostolorum limina Romam peruenisse, cum
intelligam ea loca facile peti, quod a Christianis teneantur. Et
certè summam capio ex eorum sermonibus voluptatem, quoniam
dulcissima cogitatione sancti uultus tui imaginem intueor, que
mihi angeli forma simillima uidetur, & illam sicuti angelicam
me diligere, uenerari que fateor. Sed profecto mihi esset gratius,
atque incundius, uerba tua, tuasque literas deuotissime contempla-
ri. Atque ita nunc te oro, ut nuncium tuum cum benedictione ad
me mittere uelis ad exhilarandum cor meum; nam cum in religio-
ne, & fide consentiamus, id mihi ante omnia uidetur expetendum
supliciterque item oro, ut amicitiam quam cum ad instar annuli, que
induis digstum, & torquis auree, meam ueris imponis, in in-
timum cor reponere uelis, ut mei memoria nunquam ex animo ue-
stro deleatur. Gratis etenim uerbis, & literis amicitia maxime
crescit, cum ea sancta pax complectitur, e qua omnis humana
letitia facile prouenit. Quemadmodum enim is, qui uehementer
sint frigidam maxime aquam desiderat, ut in sacris scripturis ha-
betur, ita animus meus ex nuncijs, & literis, que ex remotissimis
terrjs deferuntur, incredibile gaudium concipere solet. Neque
tantummodo de Sanctitate Vestra si aliqua audiero; uerum si certa
de singulis

desingulis terra Christiana Regibus referentur, mirum in modum labor; sicut his accidit, qui praevalendo optima spolia reperire, & legunt. Hoc enim facillime fieri potest, postquam Rex Portugalliae totum id iter aperuit; qui ad nos iam pridem Legatos suos misit cum strenuissimis equitibus, dum pater meus Emanuel Rex adhuc esset in humanis, neque tum aut demum a quoquam alio Rege Christiano, vel ipso Pontifice aut Nuncio, aut omnino literas recepimus. Quamquam in nostris archiepiscopi proani nostri earum literarum memoria conseruetur, quas Papa Romanus nomine Eugenius ad has terras misit, cum regnaret semen Iacob Rex Regum in vniuersa Aethiopia, Rex metumendus. Praescriptio autem literarum haec eras. Eugenius Romanus Pontifex. Filio dilecto Nostro Regi ex semine Iacob, Regi Regum in vniuersa Aethiopia maxime metumendo, &c. In summa autem literarum significabat filium suum Ioannem Paleologum, qui biennio antequam esset mortuus Regem Regum Romanorum ad sacrosanctam Synodum celebrandam euocatum fuisse; & cum eo Iosephum Patriarcham Constantinopolitanum venisse cum magno numero Archiepiscoporum, & Episcoporum, & omnis generis Prelatorum, in quibus etiam fuissent procuratores Patriarcharum Antiocheni, Alexandrini, & Hierosolymitani. Qui omnes secum sanctae fidei, & religionis amore firmiter se coniunxissent, constitutaque unitate Ecclesiae sublatas fuisse antiqui temporis difficultates non sine diuino auxilio, quae erroneae, & religioni contrariae videbantur, quibus rebus ritus sanctis, & consuetis ipse Papa omnibus singularem letitiam peperisset. Hunc autem Librum Pape Eugenij ad Vos mittimus, quem incorruptum seruauius, totum etiam Pontificiae benedictionis ordinem, & potestatem misissimus, nisi harum rerum nimis magnam volumen esse videretur, cum magnitudine librum Pauli ad Gentes omnino superet. Legati vero, qui hac a Pontifice ad nos detulerunt, fuere Theodorus, Petrus, Didymus, & Georgius serui Iesu Christi. Tu vero sanctissime Pater recte feceris, si euoluisti Vestros libros iusseris, ubi harum rerum de quibus scribimus, uti facile arbitror aliqua memoria reperiat. Itaque sancte Pater si aliqua ad nos perscribes, firmiter existimato cuncta in nostros libros diligentissime fore conscripta, ut posteris nostris earum rerum sempiterna memoria relinquatur. Et certe is mihi beatus esse videtur, cuius memoria custodita literis in Vrbe sancta Roma, & in Sede sanctorum Petri, & Pauli conseruetur, hi enim sunt domini Regni Caelorum, & totius Mundi Iudices. Et quoniam ita credo, propterea has mitto literas, ut mihi gratia pareatur apud sanctitatem Vestram, & Vestrum sanctissimum Senatum, ut inde sancta benedictio mihi proueniat, & bonorum omnium incrementum. Obnixè etiam precor sanctitatem Vestram, ut mihi mittere velit aliquas Sanctorum Imagines, & praecipue Beatae Mariae Virginis, ut sepius sit in ore, atque memoria mea nomen Vestrae sanctitatis, & continuam ex muneribus Vestris capiam voluptatem. Idcirco etiam vehementer postulo, ut mihi artifices mittatis, qui Imagines fabricent, atque item enses, & arma bellica omnis generis, itaque coelatores auri, & argenti, & fabros lignarios, praecipue architectos, qui domos ex lapide construamus, & regulas ex plumbo, cuproque ducere sciant, quibus domorum recta protegantur. Ad hos etiam nobis admodum cari erunt, qui vitrum constare, organaque musica scire facta, & doctè pulsare sciant; itaque fistulatores, & tibicines. Hos vero artifices ex domo Vestra praecipue mihi mitti vellem, vel si horum domi Vestra exigua erit copia ab alijs Regibus filijs Vestris eos sanctitas Vestra poterit impetrare, quoniam Vestris imperijs, & nutibus facile obediunt. Hi cum ad me peruenerint, pro meritis in summo honore habebuntur, ex liberalitate mea mercedem amplam accipient, & si domum aliquis redire concupiscet, praemij abunde ornatus abibit, uti placuerit, quando nec inuitum quempiam sim retenturus, cum fructum aliquem ex eius industria percepero. Nunc ad alia transeundum est, & iam a te postulo sanctissime Pater, cur non hortaris Reges Christianos filios tuos, ut arma deponant, & uti fratres decet, inter se concordare esse velint? Postquam ipsi oues Tuae sunt, & Tu ipse Pastor earum? Optime quidem Tuae sanctitas nomen, quid Euangelium praecipiat, quod dicit: Omne Regnum in se ipsum diuisum, delolabitur. Nam si Reges animis, & fœdere certo consentient, facillimè Mahometanos omnes delebunt, & Pseudopropheta sepulchrum, quod in Vrbe Mecha est, felici irruptione disturbabunt, & diruent. Ob hanc rem da operam Pater sancte, ut inter eos bona pax fiat, & certum fœdus amicitiae percipiatur, hortareque eos, ut mihi adesse, atque opem ferre velint, cum in Regnorum meorum finibus à Mahometanis Mauris pessimis hominibus sim ex omni latere circumdati. Ipsi autem Mauri Mahometani inter se mutuis auxilijs vtuntur, Reges que cum Regibus, & Regulis cum Regulis aduersus nos sincere, & constantissimè communiunt. Mihi Maurus quidam admodum est vicinus, cui finitimi alij Mauri arma, equos, atque instrumenta bellica suppeditant; hi sunt Reges Indiae, Persiae, Arabia, atque Aegypti. Quibus de rebus singularem animo in dies capio molestiam, cum hostes Christianae religionis fraternam charitatem inter se conuenientes pacem frui conspiciam; Reges vero Christianos fratres meos nihil omnino istis iniurijs commoueri, neque villam opem mihi asserre, uti cer-

te deceret Christianos, postquam fœdissimi filij Mahometis inter se mutuis opibus adiuuantur. Neque ego es sum, qui ad id militarem copias postulem, cum milites mihi supersint; orationes, & supplicationes tantum peto, locumque gratiae apud sanctitatem Vestrae, & Reges fratres meos exopto: querenda enim mihi est haec Vobiscum amicitia, ut copiose his rebus, quas supra postulaui ad terram Maurorum sim instructus, & Christianis nominis vicinis meis intelligant, Reges fratres meos singulari studio mihi sauerere, atque opem ferre, quod certe ad commune decus pertinet, postquam in vna religionis, & fidei veritate consentimus, & in consilio iunius permansuri. Quod firmum, ac absolutum erit cum eo quod uti- lissimum eueniet. Deus noster itaq; desideria Vestra implet super laudibus Iesu Christi Redemptoris, & Patris Nostri, quem omnes laudant per omnia secula seculorum; & Tu Domine Pater sanctissime completere me cum omnibus Sanctis Iesu Christi qui sunt Romanorum, & qui Aethiopiae inhabitant, & reddatur gratia Domino Iesu Christo cum spiritu Vestro. Haec vero literas sanctitatis Tuae accipiet de manu fratris mei Ioannis Regis filij potentissimi Regis Emanuelis per Oratorem nostrum Franciscum Aluarez.

Quibus literis perlectis, cum idem Franciscus Aluarez Orator, haec ipsa, quae subsequuntur Lusitano sermone protulisset, secretarius eiuudem Oratoris Lusitani eadem verba Latine pronunciauit, videlicet. Sanctissime, ac beatissime Pater; Serenissimus, ac potentissimus Dominus David Rex magna, & alta Aethiopiae, vulgo Pretegiamae appellatus, haud minus cultu verae religionis, quam imperio, opibus, ac Regni praeclens, hunc suum Oratorem ad sanctitatem Vestram cum his literis, quas reddidit, destinatur mandans, ut sanctitati Vestrae tanquam vero Iesu Christi Vicario, Petri successori, ac vniuersae Ecclesiae summo Pontifici veram obedientiam, & subiectionem nomine sua Maiestatis, ac omnium Regnorum suorum humiliter sicut fecit, praestaret; ubique munusculum aureae Crucis, non tam pretio, quod tenue est, quam veneratione eiusdem Sanctae Crucis, quam Dominus Noster Iesus Christus pro nobis subire dignatus est, à Vestra sanctitate offerret, supplicans humiliter eiusdem sui Principis nomine, ut haec omnia pio parentis affectu à deuotissimo filio suo suscipere dignetur.

Ad quae secretarius Pontificis in hunc modum respondit. Sanctissimus Dominus noster te Domine Franciscus Aluarez Serenissimi Aethiopiae Regis Oratorem unam cum obedientia, munere, & literis, quas attulisti grato admodum animo, benigna voluntate, & paterno affectu recipit; gratias DEO agens, quod suis temporibus literas, & Oratorem tanti Christiani Regis, ac tam remotis videre sibi concesserit. Itaque literas tuas, ac tua verba diligenter, ac libenter audiuit, obedientiam una cum venerabilibus Fratribus suis S. R. E. Cardinalibus benigne acceptat; munusque ipsum cum ob imaginem, & honorem sanctae Crucis, cum ob mittentis affectum, valde gratum habet. Tum vero Serenissimum Portugalliae Regem summe collaudat in DEO Domino, quod is praeter cetera eius, & progenitorum suorum ingentia erga rempublicam, & Fidem Christianam merita, etiam de ipso David Rege benemeretur, amicitiam, commercium cum eo coniungat, ac te cum his literis tuto ad sanctitatem Suam peruenire curauerit. Quod ad reliqua attinet, Sua sanctitas omnem datura est operam, ut pijs dicti Regis desiderijs, quantum in tanta terrarum disiunctione fieri ab eo poterit satisfiat; utque is semper intelligat se apud sanctitatem Suam, & sanctam Apostolicam Sedem inter ceteros Christianos Principes, charissimi in Christo filij loco, amore, & honore esse, ac fore: de quae his rebus Sua sanctitas, & cum Oratore Portugalliae, ac tecum hic ager, & per literas, ac Nuncios suos Maiestati tuae Regis particularibus respondebit.

Cum autem Lutheri virus serpere in Gallia coepisset; cumque Aloysia Regina, mater Francisci Regis in Hispania captiui Clementem Pontificem certiore de hac re reddidisset; scripsit ille ad Senatum Parisiensem, laudans illum in primis, quod sapienter, ac prouidè quosdam delegisset, qui darent operam, ut in eos, qui fidem, ac veterem religionem oppugnare conabantur, animaduersione fieret. Hos delectos auctoritate sua se comprobare, hortari, vigilarent diligenter contra hanc rabiem, quae non modò religionem, sed omnem principatum, nobilitatem, leges, ordineque confundere, ac permiscere cogitaret. Se quidem nulli parcere nec labori, neque curae, ut medicinam huic malo faceret; ipsos etiam, quorum virtus, ac prudentia esset vbiq; memorabilis, debere in hoc esse totos, ut non solum veritas, & recta fides, verum etiam Regni illius salus, & ipsorum ordinis dignitas à domesticis periculis, & calamitatibus custodiret; quas perniciofa haec haereticarum vbiq; diffeminaret. Ipsos quidem hortatione non indigere, qui suae sapientiae documenta iam ostendissent: sed tamen pro suo munere, proque illa, qua complecteretur illos beneuolentia, voluisse etiam hoc addere placere sibi vehementer quae haec tenent egissent; hortari, ut in posterum simili animo, ac virtute pro Dei gloria, ac pro totius Regni salute inuigilarent. De hac eadem re literas dedit Inquisitori haereticarum prauitatis in ciuitate Brixienfi, Ordinis Praedicatorum

Oratoria Lusit. verba ad Clementem.

Pontificis responsio ad Oratorem Lusitanum.

Contra Lutherum insurgit. Senatus Parisiensis. Lutheri hostes. Hen. Spodanus in Annalibus.

Litterae contra Lutherum scriptae.

Ciuitas Brixienfis contra Lutheranos.

rum alumno, ac Epifcopo Brixienti, eoque hortatus eft, cum ciuitas Brixienfis decreto quodam, initio Lutheranae perfidiae cōftitiffet, vt tres viri deligerentur, quorum ftudio haereticus extirparentur, accepta ex publico arario pecunia pro eiuſdem decreti executione, vt idem praefare ipſi curent, & procedant contra haereticos quoslibet omni appellatione remota, iuxta canonicas ſanctiones. Multaque tum Epifcopo, tum Inquiſitori priuilegia, & amplam procedendi facultatem contra perfidum haereticorum genus conceſſit.

Literas ſcribit ad Carolū V.

Inito paulò poſt cum Venetis, & Sfortia Duce Mediolaneniſi, ac Rege Gallorum contra Caſarem foedere, literas ad Carolū Caſarem ſcripſit, quibus ad foedus iſtud excuſandum grauitè expoſtulauit de multiplicibus iniurijs, quas ab eo, eiuſque miniſtris immentò accepiffet, licet ſemper ſe eius ſtudioſiſſimū demonſtraſſet; iniuriarum acceptarum tantum cauſa foedus cum nonnullis Italiae quietis, & Reipublicae vtilitatis amatoribus coactus, ſe iniſſe affirmabat.

Ducē Mediolani ab obſidione liberare ſtudet.

Ad Clementis literas, non ſolum ſatis prolixam dedit reſponſionem Carolus Caſar, ſed alias ad Collegium Cardinalium ſcripſit, & de Pontificis literis conquerens, Concilium petijt.

Columnaeſes contra Clementē

Inter hæc copijs tum Pontificis, tum Venetorum coactis, ſpem certam Mediolanenſium Duci dederunt Italiae Principes ab obſidione qua in arce ab Hiſpanis premebatur, liberandi, & Caſarianum exercitum toto principatu pellendi. At Ducis Vrbinatis, exercitus Veneti imperatoris culpa factum eſt, vt Dux Mediolanenſis maxima commeatus penuria preſſus arcem dedere coactus fuerit. Columnaeſes, familia hæc eſt Romae potens, Caſari adidiſſimi, & Clementis hoſtes cognitis Clementis conſilijs de bello Caſari inferendo, auctore Pompeio Cardinali illius familiae, qui belli initio ex Vrbe ſe in Tuſculanam villam ſubduxerat, copias inſtruere, ſpē tuendi Regni Neapolitani ceperunt. Quos ipſumque Cardinalem cum Pontifex publico edicto monuiſſet, opera Hugonis Moncadae Hiſpani, quem Caſar ad Pontificem miſerat, & Veſpaſiani Columnae ipſius Pontificis familiaris, certa inter ipſos conuentio facta eſt: qua fretus Pontifex copias, quas contra illos collegerat, incaute dimiſit. Mox Columnij accedente Moncada, & Veſpaſiano, nocte ante vigefimum Septembris diem, cum oſtingentis equitibus, ac tribus pedum millibus ſumma celeritate incedentes, nemine de ipſorum molitione ſuſpicante, Urbem ſummo mane ingreſſi, ad Vaticanum contenderunt. Quorum aduentu terrore, & conſtarnatione plenus Pontifex nullum à populo auxilium expectans, vt qui potius ex eius calamitatibus voluptatem caperet, quod varijs oneribus, & exactionibus ab eo grauatus fuiſſet, cum nonnullis Cardinalibus, quibus magis fidebat in arcem ſancti Angeli ſe recepit. Hoſtes autem in Palatio Pontificis omni ſuppellectili ſacra, & profana direpto, in Baſilicam S. Petri nefarias manus iniecerat, eamque pariter diripere vna cum maxima parte illius ſuburbij nullo damno Vrbi illato.

Conuentio facta cum Columnaeſibus.

Interim Moncada ad colloquium accito induciae, reclamantibus Columnenſibus, ac praecipue Cardinali, compoſita inter Pontificem, & Caſarem fuere, quibus Pontifex ſtatim copias, quas circa Mediolanum habebat, remouere, Columnenſibus, & omnibus, qui hoc motu implicati fuiſſent, ignoſcere, atque obſides de his dare promiſit: Caſariani, & Columnij copias Roma, & Pontificij imperij ſimbis educere. At Clemens paulo poſt Regum Galliae, & Angliae hortationibus confortatus, cum, & eius fama, & apud populum Romanum, profunderetur, ne tanta iniurie contumeliam æquo animo ſuſtinere poſſet: denique nullo iure ad pacationem dolis hoſtium, ac violatione datae fidei extortam ſeruandam ſe teneri allerens, Columnenſes omnes ipſumque etiam Cardinalem, hoſtes Eccleſiae pronunciauit, eumque à dignitate adempto pilei rubri vſu renotum declarauit: additiſque diuis aqua, & gne omnes interdixit, ac per Vitellium copiarum ſuarum ducem uncta fere eorum oppida diripuit, incenditque. Cardinalis interim à ſententia in ipſum lata Neapoli ad futurum Concilium ſine conſilio prouocauit; imò addit Iouius in vita eiuſdem Pompeij Cardinalis, eum Concilij indicendi cuius nomen Clementi maxime terribile fore videbatur, ex formula tabulas conſcripſiſſe, noctuque Romae per clientes ſuos aſſigendas Templorum valuis, ac publicis in locis euulgandas curaffe, per quas Pontifex ad Concilium citabatur, quod Caſar ad Spiram Nemetum eſſet habiturus.

Post conuentione Columnaeſes Vaucinum occupant.

Clemens in arcem S. Angeli ſe recipit.

Induciae inter Pontificem, & Caſarem.

Induciae inter Pontificem, & Caſarem.

Iterum contra Columnenſes inſurgit.

Iterum contra Columnenſes inſurgit.

Pompeius Card. Columna ad Concilium Clemente prouocat.

Regnum Neapolitanum terra, marique impetendum eſſe decreuit: Aquilam, nobilem Aprutij ciuitatem, aliaque nonnullas terra, mari verò Salernum, Burgum, Surrentum, & alia oppida ſuperauit. Sed cum mox terreſtris exercitus aut miniſtrorum negligentijs, aut Pontificis in neceſſarijs apparatib⁹ culpa, in maximā commeatus penuriam reductus eſſet diſſolui cepit, & claſſis neque nauibus, neque militibus aucta cum capta loca cuſtodire cogere, haud multum progredi potuit. Factum quoque in Inſubria, & Aemilia eſt, vt Dux Vrbinas Veneti, ac foederatorum exercitus ductor, Pontificiorum, & Gallorum pugnandi ardorem retundens. Borbonio quocunque ire vellet, liberam viam reliquerit, contentus à longe inſequi, qui reſtori aliorum iudicio auertere debebat; adeo vt non ſolum eum exercitum inutilem fo-

Regnum Neapolitanum terra, marique impetendum eſſe decreuit.

deratis reddiderit, verum etiam res eorundem producat; ac ne Borbonio Romam petenti iter impediretur, clandestinis ſuis artibus procurauerit. His ſic exiſtentibus, cum, & inſuper Regis Galliae apparatus verbis ampliffimi, re ipſa parciore cernerentur, & Regis Angliae promiſſa, & auxilia nimis remota, & incerta eſſent, cumque Veneti in ſtipendijs militi reſpreſentandis tardiores ſe exhiberent; Pontifex audita Borbonij deliberatione ducendi Romam exercitum, conſternatus animo, cum neque ex ſe ipſo, vt potuiſſet ſubſidia quaerere vellet, neque difficultates, & pericula forti animo ſuſtinere ſciret cum Lanoio octo menſium inducias pepigit, datis ſexaginta millibus aureorum in ſtipendia exercitus Borbonij ea lege, vt abſtineret à Pontificij, & Florentinorum imperij ſimbis, factaque Galliae Regi, & Venetiſ facultate his inducijs intra certum tempus ſe adiungendi, quo factum eſt, vt terreſtres, naualesque copiae ex Regno Neapolitano vtrinque ſint reuocatae, & capta loca reſtituta. Tum Pontifex iam ſibi omnia-tuta promittens, pernicioſo conſilio ex pecuniarum penuria tamen procedente, omnes milites, quos circa Romam habebat, paucis tantum retentis dimiſit, priuſquam certus eſſet, vtrum Borbonius inducias acceptaret; non enim Lanoius vllam in eum, aut eius exercitum auctoritatem habebat.

Inducias cum Caſare iterum firmat.

Cum igitur miſiſſet ad Borbonium Pontifex vt eas confirmaret, multae in eo difficultates, & multo magis in militibus apparuerunt; ſiue enim vaſtas ſibi emolumentum ſpes propoſuiſſent, ſiue quod à Pontifice promiſſa pecunia bimēſtre ſtipendium non expleret, cui tamen annorum aliquod deberentur, ſe ad bellum ſequendum pertinaces oftenderunt; quos tamen creditum eſt, ſi centum aureorum millia data fuiſſent; inducias admiſſuros proculdubio fuiſſe. Dubijs autem ſic aliquot dierum ſpatio rebus permanentibus, tandem Borbonius, qui à Florentiae direptione, quam animo conceperat, diligentia foederatorum fruſtratus fuerat, de repente ſiue quod exercitui imperare non poſſet, nam, & fuerat non ita pridem à Germanis, & Hiſpanis pecuniam inſclamantibus in ſummum vitae periculum adductus, cum ad eius tentorium accurrentes, ipſo ſe citiſſimè ſubducente, vnum ex eius nobilibus occidiſſent, ac tentorium diripiſſent; cui iuſſo vt rediret, honoris nomen reſtituerunt, vt aliqua Ducis imagine ad diſciplinam ſpeciem vterentur. Irridebant enim eum Hiſpani vt ſtolidum, quod ambitioſè nuptias Eleonorae expetiſſet, & ad Lombardiae imperium aſpirariſſet: Germani verò vt egentem, exutumque omnibus fortunis, & proditorum ſuae gentis aſpernabantur, reiecta omnium induciarum mentione, ipſiusque Lanoij, qui ad eum venerat, neglectis ſuaſionibus, & maioris pecuniae promiſſionibus, quem nihilominus ſunt qui ſcribant, communicatis cum Borbonio conſilijs, eum ad rem inchoatam aduerſus Pontificem peragendam cohortatum fuiſſe.

Milites ob inducias dimittit.

Borbonius inducias confirmare recuſat.

magnis itineribus Romam vetus exercitum inducere ſtatuit, vbi & victoriae praemia tum Caſari, tum militi ingentia eſſent futura; & ad ea conſequentia ſpes inuicem parua, quandoquidem Pontifex, qui prius copias ſuas dimiſerat, vbi pacis ſpe fruſtratus eſt, tam lentè iterum munire ſe cepiſſet, vt idoneum praefidium in tempore colligere non poſſe cenſeretur. Quare cum exercitu expedito, ſine tormentis, & impedimentis, incredibili celeritate, nullo toto itinere reperto obſtaculo, penè priuſquam Pontifex de ipſius aduentu certior factus eſſet, ad Urbem accēſit; in qua Rentius Ceres, cui Pontifex praecipuam eius propugnandae curam commiſſerat, paucos viles pedites, multam imbellem, & imperitam turbam collectam habebat. Quinto Maij anni reparatae ſalutis 1527. Borbonius in Pratis prope Urbem metatus cum exercitu, vt plerique habent, quadraginta millium ex Germanis, Hiſpanis, & Italis, quem tamen numerum alij multum imminuunt, militari inſolentia praconem miſit, qui iter per ipſam Urbem, vt cum exercitu in Regnum Neapolitanum iret, ſibi concedi poſtularer, & ſequenti die in ipſa aurora eo animo, vt aut victoria potiretur, aut mortem oppeteret, exercitu ſuburbio Vaticano, qua mons, ac Templum ſancti Spiritus ſitum eſt, admoto, in primam aciem ſe coniciens pugnam primus inchoauit; atque illico ſclopeti glande percuffus, mortuus concidit. Ita Guicciardinus, Bellaius, & Glorietius. Sunt tamen alij qui ab ipſiſmet Borbonij militibus exploſum dixere; & cum primus ſcalam manu tenens muro admouiſſet, aliquot ſcalae gradibus conſectis, ſclopeto à ſuis emiſſo fortuito, aut conſulto, in femur ad inguen ictum cecidiſſe. Vndeunque fuerit, merito id paſſus eſt multis de cauſis; tum in poenam foediſſimae coniurationis in ſuum Regem, ſuamque patriam cum hoſtibus factae, & vſque ad mortem foedius continuatae; tum ob venenatum animum in ſummum Pontificem, ac ſedem Apoſtolicam; tum denique in ſupplicium deluſorum contra fidem iuratum miſerorum Mediolanenſium, quod ſibi imprecatus fuerat, ſi falleret. Nam vbi Mediolanum ex Hiſpania rediſſet, à Mediolanenſibus iam ab exercitu Caſariano exilis triginta adhuc aureorum millia in ſtipendia militum petens, fidem obligafſet, ſi ſibi darentur, exercitum ſe extra Urbem ducturum, Deum orans, vt ſi fidem falleret, primus hoſtilium tormentorum globus necem ſibi afferret, ac nihilominus recepta pecunia, non ſolum exercitum non eduxit, ſed etiam eius rapacitati ciuitatem expoſitam reliquit. Exauditus igitur à Deo, primo ſclopeti globo animam exalauit. Belcarius, ſe à

Borbonius Romam verſus exercitum ducit.

Romam Borbonius aggreditur. Borbonij obitus.

quodam

quodam nobili, qui cum Borbonio tunc erat, audiuisse, ei Romam diripere in animo non fuisse, sed tantum iustam in militum stipendium pecuniam inde conficere, & acceptas à Carolo Cæsare iniurias in delusione promissæ sibi primùm sororis Eleonoræ, deinde principatus Mediolanensis vlturum, Regnum Neapolitanum inuadere destinasse refert. Belcarus verò addit, etiam cogitasse, non solum Neapolis, sed etiam Romæ Regem se constituere; sed vanas cogitationes deluxit diuina vindicta. Laudat illum Belcarus, adeoque suis populis charum fuisse ait, vt multis post eius mortem annis, cæsum fuisse non crederent, sed rediturum sperarent: mortui cadauer postea à Germanis Caietam deportatum esse ad sepulturam, appositumque eius monumento hoc epitaphium.

**AUCTO IMPERIO, GALLO VICTO,
SVPERATA ITALIA, PONTIFICE OBSESSO,
ROMA CAPTA,
CAROLVS BORBONIVS IN VICTORIA CÆSVS,
HIC IACET.**

Aliud refert Franciscus Suuertius, videlicet.

**VICTOREM VICTVMQVE EADEM COMPLECTITVR VRNA,
ET TAMEN HOC VICTI NON NISI CORPVS HABET.
HOC CINE MIRARV? MIRARI DESINE, VICIT
QVI IACET HIC, ALIOS: IPSE SIBI PERIIT.**

Borbonij interitu, militum ardor non modò non defecit, sed multo magis est accensus, qui cum duarum horarum spatio, magna vi pugnant, tandem suburbium sunt ingressi, circiter mille ex suis desideratis; ex Romanis verò tam in certamine, quam in ipso direptionis furore, quatuor millibus, seu septem, vt P. Iouius habet. Pontifex in arcem sancti Angeli se recipiens cum multis Cardinalibus, dum vtrum ibi manendum sibi esset, an per Urbem cum expeditis equitibus custodiae suæ in tutum aliquem locum confugiendum, quod facile erat, nondum hostibus in Urbem irumpentibus, qui non nisi sub solis occasum per pontem Sixti in eam ingressi sunt, quæretet à Berardo Patuino, qui ab hostibus transfugit, monitus, totum exercitum de morte Borbonij consternatum pacem cupere, infeliciter abeundi consilium neglexit.

Ingressi milites Urbem ad prædam discurrere cœperunt, eaque nocte nihil vnquam lugubrius, aut funestius Roma vidit: omnibus in locis ad fatietatem vique editæ hominum strages, nobilissimi quique tormentis excruciat; virgines, matronæ, sacræ virgines contumpræ; Cardinalium domus, Principum, Legatorum, Antistitum expugnata; Tempia, multis necatis, aut excruciatissimis Sacerdotibus direpta; sacræ reliquiae dispersæ, & igne combustæ; sacratissima Eucharistia conculcata, omne genus impietatis, & sacræ commisionis; id ipsum consequentibus diebus factum, adeo vt calamitates, quas tunc Roma passa est, non modò explicari, sed ne cogitatione quidem comprehendi possint. Prædæ verò magnitudinem enarrare quis valeat? quam ad ducenties centena millia, hoc est viginti miliones, vt vocant, aureorum ascendisse volunt; eamque in immensum auxit ingens captiuorum, qui postea maxima le pecunia redemerunt, dignitas, & numerus. Tanta enim auri cupiditate flagrant milites illi, vt I V L I I. Romani Pontificis cadauer multa ex eum carie erueret, & annulo spoliare non dubitauerint. Vuillhelmus Enckéuortius Cardinalis Dertusensis, vt domum, & bona à militum depopulatione liberaret, quadraginta millia aureorum cuidam Odoni Hispano duci soluere coactus est. Nobilis mulier Julia de Bubalis amissa domus supellectili in Urbis direptione, vt maritum è Germanorum manibus eriperet, scuta quingenta supra mille eidem annumerauit. Cyriacus Mattheus, Alexandrum, Ioannem Baptistam, & Paulum filios è militum manibus liberos non vidit, nisi solutus octo mille aureis. Quod verò calamitatem mirum in modum cumulauit, fuit Bibliothecæ Vaticanæ, aliarumque locupletissimarum vastatio, librorumque dilaceratio, atque combustio, irreparabili in omne æuum damno. Infamiam verò auxit, quod multi Antistites, ac nonnulli Cardinales à militibus Lutherana hæresi infectis, vilibus iumentis, gradus, ac dignitatis suæ insignibus ornati, per totam Urbem, per maximam contumeliam circunducebantur; multi crudelissimè excruciat, aut in ipsis cruciatibus, aut non multò post, multa peroluta vitam reliquerunt. Cochleus, qui hanc captæ, & direptæ Urbis historiam Theutonice descripsit, affirmat, Germanum quendam militem, qui dicebatur *Viridis filius*, verso ad arcem sancti Angeli, in qua Pontifex erat, ore proclamasse, in voto sibi esse, vt ex corpore Papæ fructum deuoraret, quod Luthero nunciare posset, eo quod Papa verbum Dei hætenus impedisset. Milites ex Sacello Vaticano Pontificis fecisse stabulum equorum, quibus Bullas, & Literas Pontificias subtraherint; Cardinalium quoque vestes, ac pileos induisse, ac factum Papam quendam Landsknerum, qui dixerit in eiusmodi suo Cardinalium cœtu, donare se Papatum Luthero, ceteroque omnes Papam impiè Lutherum acclamasse. Erat Georgius Franspergius Suevus, dux hæresi Lutherana corruptus, eorum præfectus, qui (vt narrat P. Iouius) eo diri voti impetu concitatus in Italiam hac expeditione descenderat, vt se Clementem Pontificem tanquam Cæsaris hostem laqueo suspen-

surum truculenta voce profiteretur; laqueum auratum, quem sinu gestabat, crebro depromens, & ostentans, quo terribilo supplicio homo nefarius, atque impius vteretur. Verum diram eius vocem, ac totum efferatæ mentis conatum cœlites pernubes in irritum extulerunt; atque antequam Romam peruentum esset, ita senem abdomine turgido grauem, & valto ingentium artuum pondere fatiscentem immissa paralyfi siderarunt, vt abominabilis voti damnatus, ex itinere Ferrariam, atque inde in Germaniam lectica refertetur, vbi inter suos Lutheranos mortuus est.

Mortuo igitur Borbonio, exercitus ducem sibi elegerat Philibertum Arausicanum, seu Aurangium Principem, reiecto Lanoio, qui imperium ambiebat. Aurangius autem perducta circum arcem fossa, dispositis præsidij circumvallauit, ne quid in eam inferretur, & vt Pontifex ad deditionem cogeretur, qui ab exercitu feneratorum facile inde eripi potuisset, antequam hæc circumvallatio fieret, aut custodia apposita fuisset. Quare Pontifex omnem spe destitutus, sexto Iunij prædicti anni 1527. deditionem facere coactus fuit grauissimis conditionibus, vt quadraginta aureorum millia quamprimùm daret, quinque præcipuas status Ecclesiastici arces vnà cum mole Hadriani, ac Placentiam, Parmam, & Mutinam ciuitates Cæsaris potestati quandiu, & ad libitum foret, retinendas permitteret. Ipse cum tredecim Cardinalibus, quos secum habebat, donec pars pecuniæ soluta fuisset, in arce captiuus maneret, deinde Neapolim, aut Caietam, quid de ipso decreturus esset Cæsar, expectaturus iret: obsides exercitui pro reliqua pecunia darentur; Columnenses sacris dignitatibus restituerentur. Hisque sic constitutis, Alarconius Hispanus, is ipse, cui custodia Francisci Galliarum Regis commissa fuerat, cum tribus Hispanorum, ac totidem Germanorum cohortibus arcem S. Angeli est ingressus, ac Pontificem in angustas habitationes reductum, diligentissimè per exigua libertate permittit totis sex mensibus custodiuit. Ad Clementem captiuum sunt literæ consolatorie Petri Aretini.

Carolus autem Cæsar vbi in Hispania Pontificis casum audiuit, etsi verbis molestissimum sibi esse prætulit, quin ne ab externis quidem signis prorsus abstinens, incœptos ob filij Philippi natalem ludos intermiserit, tamen ei gratissimum fuisse apparuit, eumque in Hispaniam deduci optauit. Reges autem Galliarum, & Angliæ de eo liberando consilia agitant, scriptis ad Cardinales liberos literis, vt omnes Auenione se sisterent de remedijs consultaturi, hortati sunt. Qua propter Carolus tum quod detentionem Pontificis sibi esse infamissimam intelligeret; tum ne Angliæ Regis sibi federe coniuncti animum irritaret; maximè verò quia omnes Hispaniæ populi, ac præsertim Antistites, ac Principes à Romanorum Imperatore, Ecclesiæ defensore, & aduocato, tanto cum totius reipublicæ Christianæ dedecore illum, qui Christi in terris vices gereret, in custodia detineri, magnopere detestabantur, aliquid de rigore remittere decreuit. Prius tamen in sui exculationem, scribendum duxit ad Principes aliquos literas circulares, quarum exemplar vt missum fuit ad Regem Angliæ, reperitur inter epistolas Principum; quo primùm obtrudens, quanta ipse pro pace Christianitatis, & Ecclesiæ Romana, ac sede Apostolica præstitisset; deinde quælitus de armis contra se à Pontifice sumptis declarauit, coactum se fuisse pro defensione suorum statuum Italiæ, armis pariter agere. Cumque induciæ factæ fuissent cum Hugone Moncada ipsius Caroli nomine, eas Pontificem contra omne fas, & æquum rupisse; quare cernentem se nullibi tutam inuenire fidè exercitum in auxilium Regni Neapolitani comparasse, qui absque vilo suo mandato Romam tendens, etiam nolentibus ducibus eam inuasit. Quod quamuis non dubitaret, iuxta Dei iudicio in vltionem iniuriæ sibi illatæ contigisse, tantum tamen dolorem ex eo suscepisse, vt maluisset non vincere, quàm tali victoria vicisse. Itaque prouidentum esse horum malorum remedijs, & quid Rex agendum censeret, sibi significari rogauit: hæc ille in literis, quas hic rescribo.

Anglia Regi. Carolus V. Imperator.

CAROLVS, & C. HENRICO, & C. *Læet mihi persuasum sit, ex varijs locis accepisse te tristem casum, quo Roma nuper afflictæ est, & de hoc dignum tua vsignij prudentia iudicium tulisse; quippe cui maxime probatus est meus animus; volui tamen, id te à nobis cognoscere, vt re cognita prout se habuit, possis facilis mihi consulere, & opem ferre, vt totum hoc quod accidit, in Dei gloriam, & Orbis Christiani beneficium cedat. Ego quidem existimo, tot, ac tam præclara pro reipublica Christiana tranquillitate, & Apostolica Sedis felicitate gessisse, vt neminem sane mentis putem de mei animi sinceritate posse dubitare. Nam cum facili negotio potuerim propulsare, & vlcisci iniurias mihi à Gallia Rege illatas, & recipere quidquid iniquè occupauit; malui id totum publico bono donare, ac tantam sacturam potius dissimulare, quàm bellum pro priuata causa serere. Quo verò ad Ecclesiam Romanam querere in eam liquidò patens; nam cum in Germania versarer prouincia mihi subiecta oratum miserunt, vt eas subleuarem, & pro rei opportunitate illis consulere; que ipsorum postulata sompento non posse admitti nisi cum ingenti sactura, & diminutione Pontificia potestatis, malui licet maximo cum animi dolore*

Borbonij Epitaphi.

Milites Cæsariani suburbium ingreduntur.

Clemens in arcem S. Angeli recipit.

Urbem milites diripiunt.

Dama, & passio et Roma.

Prædæ.

Milites auri cupiditate, Iulij II. ca. sauer erunt.

Romani cives pecunia redempti.

Bibliothecæ Vaticanæ & damna.

Antistites, & Cardinales vasis iniuriæ affecti.

Militem Iouianum.

Sacellum Vaticanum in equorum stabulum conuersum.

Militem Lutheranae iram in Clementem.

Aurangius Princeps arcem S. Angeli obsidet.

Arcem S. Angeli deducit.

Conditiones.

Clemens captiuus in arce S. Angeli.

Carolo Clementis detectio grata.

Reges Galliarum, & Angliæ stant pro Clemente.

Item Hispania Antistites, & Principes.

Carolus se excusat apud Principes.

toti Germania refragari, quam Romani Pontificis iura violare. Ex quo licet multa mala orta sint, nullius tamen culpe astrictum me puto, nam in his rebus semper mente me gessi; que cum probe Leoni X. & Hadriano VI. probata esset, armis qua sacris, qua profanis causam meam continenter munierunt. Sed suffectus in eorum locum sanctissimus Pater Clemens VII. beneficiorum immemor, qua in Apostolicam Sedem, & ipsummet congesseram, decipi se a quibusdam improbis, qui eius lateri habebant, est passus. Quare pro pace, quam uti bonus Pastor a me cum Gallia Regem imitam seruare debuerat; statuit nouum inter Christianos bellum conflare, & ut idem Rex a vinculis exemptus est, Clemens cum Rege, & alijs Italia Principibus fœdus in me sanciuit, ut meum exercitum Italia pelleret, ac me Neapolitano Regno exueret, quod iam spe deuorauerant; atque inter se diuiserant; & licet illi postulata obtulerim, noluit accipere intentus in spem Regni ipsius obtinendi. Ego igitur sic ab omnibus destitutus, cum tam egregiam rem, nempe dimissionem Regis Gallie pro communi bono prestissem, & inuitus arma sumpsissem pro tuendis meis clientibus, quorum mihi a Deo patrocinium mandatum est, ueritus, quod euenit; ut Deo, & Orbis uniuerso meam causam probarem, priusquam in apertum bellum erumperem, rem qua Pontifici, qua Purpuratorum Senatui denuncians, ut ab armis discederent, meque nolent ad bellum trahere cum ingenti detrimento, & reipublice Christiane discrimine; si uero quid aduersi, & calamitosi Apostolica sedi contingeret, illi duntaxat, non alij in crimen uocandi essent. Sed mea obnunciations adeo parui apud ipsos momenti fuisse, ut non tam bellum inchoatum fuerint profecti, uerum per summam fraudem, & perfidiam inducias uoluerint, quas cum ipsis meo nomine Hugo Mancada pepigerat. Quare comperto nulla apud eos iura inuolata haberi, ne pro munere meis clientibus deessem, ex Hispania ad Regni Neapolitani propugnationem exercitum traieci, & e Germania nouas copias ueteranis, que Mediolani militabant, adiungendas submisi. Et quia eo loci res adducte erant, ut Pontifex iam pleraque eiusdem Regni loca occupauisset, meus miles quo propius discrimen uocabat, accurrens, meo iniussu, ac me inconsulto, Romam iter instituit, quo Pontifex cognito, & irruptionem meorum ueritus, inducias cum Neapolis Prorege inuit per menses octo. Quamuis autem illius conditiones ea essent, ut inde facile pateret, quam auersum a re mea animum haberent nonnulli, qui Pontifici aderant; nihilominus malui licet parum e dignitate mea forent, ratas habere, ut feci, quam expectare iustam uisionem, quam in mea potestate habebam. Verum quia apud Deum statutum iam erat, quid euenturum esset, antequam confirmationis tabula in castra afferrentur, ueritus miles, has inducias uti superiores fraudis futuras, inuitis, & reclamantibus ducibus, recta Romam contendit; cui, mortuo iam summo dace, cladem, quam accepisti attulit. Sed ut uerum fatear, tam ingentem eam fuisse, ut mei obrectatores in uulgus extulere, minime reor. Et licet mihi persuasum sit, id magis iusto Dei consilio, quam ui, & uoluntate hominum contigisse; & ipsum Deum, cui causam commisi uicem meam, ac tot iniurias mihi illas uicis uoluisse; & licet, inquam, me insciente, & citra meam uoluntatem hoc acciderit, maximo sum dolore affectus, adeo ut me tam luctuose uictoria pœniteat. Verum quando ita complacitum est Deo, qui huiusmodi calamitates, qua eius immensa clementia est, in maxima beneficia plerunque conuertit; ut nunc spero futurum e: par est, ut illi innumeras gratias agam de eo, quod agit, uel permittit. Impendamus nos omnes curas, & cogitationes ad subleuandam tot malis reipublicam Christianam, pro qua uitam, ac sanguinem profunderem sum paratus. Et quia in te quoque aequè primum studium suspicio amantissimè te rogo, ut me de tua sententia certum facias in eo, quod est agendum, & manum tu quoque ad moue ad occurrendum tot malis, quibus Orbis uniuersus premitur non sine imminutione diuini cultus, ut facilius conuertere possimus uires, & arma in nostra religionis insensissimos hostes. Serenissime Princeps, & amantissime Auuncule, & Frater, Deus te perpetuo sospitet. Datum Vallisoletis, die 2. Augusti anni 1527.

Tuus bonus Frater,

Carolus, &c.

Henricus Rex Angliæ de Clementis captiuitate, & Urbis depopulatione conquestus est suis literis ad Cardinalem datis, quæ sunt tales.

Ad Card. Cybo. Henricus Rex Angliæ, & Gallie.

NEMINEM Reperiri arbitror, qui sine lacrymis, & est quodam animi possit accipere tam triste nuncium, cladis scilicet Romam quam Seruator noster ad hac usque tempora, Apostolorum sedem sacram cunctis extare uoluit. Quid magis nefarium excogitari pote. at, ab ijs præsertim, qui sacris Christianis semel initiati sunt, quam in eiusdem Urbis exitium conspirare, rueret, ac debacchari? quorum impietas adeo impudens fuit, ut ausi sint dirissimè, & per summam contumeliam tractare unicum, & summum Domini nostrum in terris Vicarium, eo animo, ut sublato Christiana reipublica capite, & percusso Domini gregis Pastore Dei Ecclesia pessum iret, & oues disperse sine ulla custodia præda forent lupis rapaci-

bus. Præterea non pepercerunt (qua immania, & infanda scelera horret pius animus euoluere) Christi Sacratio; sed scelestissimo hoc flagitio se ipsos cetero quis impyissimos uicerunt; nam capta per vim, & summum scelus sacrosancta Vrbe, sacra profanis miscerunt, & ut cetera omittam, hoc unum plane omnium lacrymis, & miseratione dignissimum censeo, quod scilicet cum in teterrimum carcerem summum Pontificem coniecerint, quo duce, & moderatore diuina precepta ad salutem hominum dispensantur, inaudita rabie indignissime habuerunt, & conculcarunt sacra Diuorum pignora, & igni dederunt sacram Eucharistia thecam, & sacrilega impietate in terram proiecerunt Sanctissimum, & augustissimum Christi corpus. Quæ atrocitas, & non ferenda facinora inflammare par est ad uindictam ne dum Principes, uerum cunctos Christi cultores. Ego igitur mei muneris, ac tituli fidei Propugnatoris memor status pro uirili parte huic procellæ obniti, nihil immorari, omnia experiri, sanguinem quoque profundere, ut erigam iacentem S. R. E. dignitatem, eius Caput, & omnium parentem in libertatem afferere, ac tot contumelias ab Ecclesia Christi abstergere. Quare nequaquam uereor, ne tu ob dignitatem, qua omnes, ceterique fratres tui, quos diuinum consilium ab hac indignissima seruitute liberos ad Apostolica Sedis tutelam reseruauit, & quorum præcipue interest maturè huic tanto malo occurrere, pari ardore animi conflagraturi sis, imò spem certam concepi facienda, & instaurandi dignitatem, & amplitudinem diuini cultus. Destinavi igitur Cardinalem Eboracensem, Sedis Apostolicæ, ut uocant à Latere Legatum, tui Collegij fratrem, de quo maxime confido, ad Christianissimum Regem Gallie, meum amantissimum fratrem cum mandatis, ut eò conuenire uelut, ubi opportunus de tam graui negocio agi, & deliberari ualeat. Te itaque oro, atque enixe obtestor, ut ibidem esse uelis, & antepone omnino incommodo hanc grauissimam nominis Christiani causam; donec cum eodem Legato, & alijs, qui aderunt, communi sententia illud consilium ineatur, quo de re magis uidebitur tum pro liberatione Pontificis, tum ad tot infanda mala propulsanda. Et ego gratum, & ratum habeo, quicquid meo nomine cum illo statutum fuerit, & conabor pro mea potestate, consilio, rebus, ac uiribus confirmare. Vale ex Regia. . . . die 10. Iulij anno 1527.

Tuus bonus Amicus,

Henricus Rex Angliæ, & Gallie.

Ut autè Pontificis causam pugnacissimè defenderet etiam Galliarum Rex, has ad Iacobum Cardinalem Saluiatum Cardinalis Cybo misit.

Cardinali Saluiato. Cardinalis Cybo.

QUAMVIS Ego pro tua in summum Pontificem beneuolentia, & eius, ac Sedis Apostolicæ dignitatis studio, quo semper flagras, existimem superuacaneum esse cuiusuis te officij monere, quod in rem, & amplitudinem uirique futurum sit; tamen, cum hic assiduis curis excrucier tum ob assintatem, que mihi cum Pontifice intercedit; tum ob munus, quod mihi impositum est sanctæ Ecclesiæ semper inseruendi, uolui ex occasione Pamphili tuis epistolis conscribendis operam dantis, enixe, prout facio, deprecari, ut uelis, quando Pontifex eo loco se habet, ut illi præfens opera nostra sit prorsus necessaria, rogare Christianissimum Regem Gallie nomine horum Purpuratorum, ac præsertim Cortonenis, & meo, quos ad id maximis nominibus obstrictos nosti, ut sibi complacitum sit suadere, & impense hortari Cardinales liberos, quò Bononia, aut Parme conueniant, ubi conuentus indictus est, ad agendum de Pontificis liberatione, & alijs rebus, quas per summam iniuriam subiit Pontificis bonitas, atque illius animi candor; ut sane quicunque saltem minima pietate flagrat, nedum Rex ipse, qui Christianissimi titulo insignitur, incensè debeat ad obfistendum tanta ignominie, qua sancta Ecclesia afficitur, quam tamen in suam Sponsam ascuit Seruator noster, & rectè summus hic Pastor moderatus est. Propterea pro tua prudentia eodem tempore efficies, ut Rex de hac Ecclesiæ, & communis parentis causa serio cum iisdem Purpuratis agat, & instabis, ut quam maxima celeritate in locum designatum conueniant; quia hac opera nostra Pontifex omnino subleuandus est, ac munus, quo fungimur, hanc pro eo procuratorem a nobis exposcit. Expecto à te certior fieri, quid actum erit, ut ea curem, qua in rem erunt; si uenerint: quod si conuentu abstinerint, ad alia me conuertam; qua in re tamen confido, Dei opem mihi præsto affuturam; nec in tam honesto, ac pio consilio me fore destitutum. Hoc te quoque monitum uolui, ut Regi in memoriam reuoces, quam bene de eo hac sancta Sedes merita fuerit, & discrimen præsertim, in quo Pontifex uersatur, ut illi amorem impendat, adeo ut eius causa in his malis iacere dicendus sit: & ego certe noui, maximam in multis inuidiam excitatam esse ex humanissimis officijs ab eo in Regem præstitis; que, etsi illi suo iure debentur quod maiores Reges fuerint studiosi, & amantes Ecclesiæ filij, tamen improbi in malam partem accipiunt, & propterea Pontificem in presentes calamitates coniecerunt. Quare ardentiore studio, & maiore animi alacritate debet Rex suscipere patrocinium, & clientelam Pontificis, ac ditionis Pontificis, quam fecerint clarissimi eius maiores, qui præclaro nomine Ecclesiæ propugnatorum,

eam

eam cunctis seculis ab improborum insidijs vindicant; & ex-
 runt etiam ex maiori calamitate, quam nunc sit. Quas pes est non
 solum Pontificis, & Cardinalium; sed totius Italia: ipsummet
 Regem mature optulaturum tum ob superiores causas, tum etiam
 ut suam Imperatori ex maiorum instituto fortitudinem, & poten-
 tiam probet; eumque à tam indigna iniuria, & à molestia inferen-
 da es qui in suam fidem receptus est deterreat. Hos atque alios sti-
 mulos, prout tibi sapientissimo videbitur, Regis animo subdes, ut
 non tantum Pontificis liberationem, sed ditionis Pontificie tutelam
 in se suscipiat; & obtinebis, ut statim id in mandatis dei domino
 de Lorechio, qui opportune instructus rem conficiat. Rogo te, cer-
 tiorem me de omnibus facias, ut opportuna consilia expediantur,
 & ego Pontificem monere de statu rerum valeam, & in rem con-
 sulere: & manus tibi deosculor. Roma die 27. Julij anno 1527.

Inter hæc Octavianus Spiritus occasionem nactus, Viterbij pa-
 triæ dominium sibi vindicare ratus, cum Marrio Columna, ac Pyr-
 rho Balleono certis se fœderibus coniunxit, & arcem illius vrbis oc-
 cupavit; sed paulò post Pontifice Viterbium properantis, arcem,
 ac ditionem liberè dimisit. Clemens cum tota Curia ab Ægidio
 Cardinale Episcopo honorificentissimè exceptus, civitatem illam
 magno apparatu ingressus est; ibique per mensem confedit. Au-
 dita interim Cæsaris Odetti Lautrechij Galli in Italiam cum regio
 exercitu ad Pontificis liberationem profectio, & Regis Angliæ
 ad id bellum ardore cognito, Franciscum de Angelis Generalem
 Franciscanorum, qui postea fuit Cardinalis Quignonius, filius Co-
 mitis de Luna, vir in ligni pietate, & doctrina; & paulò post Ver-
 rium Miliacensem cubicularium ad Lanouium, & Moncadam mi-
 sit cum mandatis de Pontifice liberando, quem non nisi pridie ka-
 lendas Nouembris anni 1527. è custodia liberarunt cum his con-
 ditionibus, videlicet, ut in Mediolanensibus, & Neapolitanis rebus
 Cæsari non aduerfaretur; pecuniam in Hispania sacri belli causa
 collectam, & decimas omnium beneficiorum eidem Cæsari con-
 cederet; quatuor arces potestati eius permetteret; nepotes suos,
 tresque Cardinales obsides traderet; Germanis, & Hispanis sti-
 pèdia persolveret. Clemens cui longissimum erat è suo septimestri
 ergastulo exire, cum bonis spoliatus, vnde promissam pecuniam
 solveret, non haberet, Cardinales aliquot, sex numerat Iouius, in
 partem solutionis pretio creavit; in reliquam decimas in Regno
 Neapolitano, & Ecclesiæ bona alienandi facultatem concessit.
 Cum verò constitutum fuisset, ut nona die Decembris eiusdem an-
 ni 1527. illum Hispani in locum tutum deducerent, ipse ob infe-
 stum in se Moncadæ, qui absumpso pelle ante aliquot menses La-
 noio, Proregis vices in Regno Neapolitano gerebat, animum, &
 quacunque aliam ob causam mutationem aliquam metuens, prio-
 ris eius diei initio, clam mercatoris, siue ministri dispensatoris ha-
 bitu arce egressus, à Ludouico Gonzaga, qui ipsum in Pratis ex-
 pectabat, Montemalsicum, vulgò Montehalsconem vique dedu-
 ctus fuit; indeque Vrbem veterem, aliàs Oruietum. Vnde ad Lau-
 trechium scribens gratias egit de opera pro sua liberatione nauata,
 quam tanti momenti fuisse apud Cæsarianos agnoscebat, ut liber-
 tatem suam non minus Regi, & ipsi, quam si eam ipsorum armis
 esset consecutus, acceptam referret. Interim Germani miseræ Vr-
 bis, ac totius circumiectæ regionis reliquias absumentes, & Præ-
 fectorum, Ducumque obedientia prorsus abiecta, sæpe inter se tu-
 multuantes discedere renuebant, nouas pecunias, nouaque stipen-
 dia postulantes: discesserunt tandem. Et anno 1529. ad finem
 Iunij Barcinone in Catalonia firmata est pax inter Pontificem, &
 Cæsarem amplis conditionibus Pontifici commodissima. Siue
 quod Cæsar in Italiam eundi cupidissimus sibi ea in re Pontificis
 amicitiam necessariam esse existimaret; siue quod iniurias à mini-
 stris suis ei illatas obliterandi maiorem causam præbere vellet. Præ-
 cipue autem fuere, ut Cæsar Alexandro Medici Margaritam filiam
 suam notham desponderet, eumque Florentiam cum eadem au-
 ctoritate, quam maiores ipsius obtinebant, reduceret. Vrbes Ec-
 clesiasticæ iuris Pontifici restitui curauit. Pontifex verò ijs recu-
 peratis, Cæsari accepti beneficij gratia, Regni Neapolitani iura
 concederet cum censu vnus equi albi, & determinatæ summæ au-
 ri, & viginti quatuor Ecclesiarum Cathedralium, de quibus con-
 trouertebatur, nominationem ei concederet; in reliquas ius suum
 Pontifex retineret. De Francisci Sfortiæ causa inter ipsos cum
 Cæsari in Italiam venisset, tractaretur, & si culpa careret, Principa-
 tum reciperet; sin secus, Cæsar quamuis de eo Principatu statuendi
 ius penes ipsum esset, de eo tamen cum Pontificis consilio, & as-
 sentu statueret. Ut Pontifex ad propulsandos Turcas, quartam
 partem fructuum Ecclesiasticorum Cæsari, eiusque fratri Ferdi-
 nando concederet; & omnibus, qui in ipsum siue directè, siue
 indirectè deliquissent, & quæ in eum commissæ fuissent, rata quo-
 quomodo habuissent, veniam largiretur.

Viterbi G occupat.
 Octavianus Spiritus.
 Marr. Core.
 Pyr. Balleo.
 Episc. Viterbia.
 Viterbium Pontifex recuperat, & honorificè suscepit.
 Caroli ius Pontifex liberat.
 Conditiones.
 Creat Cariales.
 Clementis arce.
 Germani ab Vrbe discedunt. Pax inter Pontificem & Cæsarem firmatur. Pæcis conditiones.

Hanc verò pacem aliquot post annos vitare conatus est Dux
 Ferrariæ, Clementis præcipuus aduersarius, qui ut Pontificem a-
 pud Imperatorem infamaret, ausus est ei scribere, se literas Ponti-
 ficis ad Reges Galliæ, & Angliæ scriptas interceptas habuisse, qui-
 bus ille ijs quæcunque postularent, se facturum, concessurumque
 promitteret, ne Concilium generale indicere cogereetur. Quare
 insinuat, quasi Pontifex destinaret in gratiam Galli Regis no-
 uas res in Insubria, & Regno Neapolitano moliri; in gratiam ve-
 rò Angliæ matrimonium cum Catharina Imperatoris amita dirime-
 re. Quod ubi Pontifex rescivit, imposturam, ut par erat, indignè
 ferens, per literas die 21. Septembris anni 1531. scriptas, & inter-
 nuncium suum apud Cæsarem, Archiepiscopum Brundisinum,
 postulauit, ut quas Dux dicebat, literas repræsentaret; & si Imper-
 ator imposturam esse, ut erat, depræhenderet, nullam in poste-
 rum ei fidem adhiberet.

Eodem anno 1531. Romam peruenit Demetrius Erasmus Le-
 gatus Basilij Magni Moscouiæ Ducis, seu Regis, aut Imperatoris
 Russiæ; qui secum duxit Paulum Centurionem nobilem Genuen-
 sem, qui mercaturæ studio Moscouiam sub Leone Pontifice ac-
 ceptis ab eo commendatitijs literis cum petijset animo nouam
 viam inuestigandi, qua aromata ex India educeret, illic cum Prin-
 cipis familiaribus de vnione cū Romana Ecclesiâ; sunt namq; Mos-
 sci ritus Græci cultores, non nihil egisset, denuo sub Clemente VII.
 eò reuersus, literas à Pontifice attulerat ad Basilium, quibus eum
 propensissimis adhortationibus inuitabat ad obedientiam Roma-
 næ Ecclesiæ, & ad fœdus contra Christiani nominis hostes, cum
 insinuatione appellationis Regiæ, quam Basilus à Pontifice Ro-
 mano ambire videbatur. Rediens verò in patriam Paulus, secum
 Demetriū Basilij Legatum duxit, quem Clemens VII. benignè, &
 honestè accepit, deferentem munera, & literas à Basilio, quas ex
 Illyrico transtulit Nicolaus Siccensis, quibus Basilus amicitiam
 pollicebatur, & commercium literarum, ac Legationem. Peractis
 à Demetrio Legato negocijs, quæ in mandatis habebat, & iustra-
 tis Vrbs Romæ antiquitatibus, dignisq; à Pontifice acceptis mu-
 neribus, homo sexagenarius, & eruditus Moscouiam repetijt cum
 Episcopo Scarenfi, quem Pontifex Legatū ad Basilium mittebat.

Ad Cathariæ Angliæ Regiæ preces, diuortij causâ à Legatis
 Apostolicis in Angliâ degentibus renouit; vtque pro vnus cuius-
 que iure Romæ res tanti momenti tractaretur. Paulo Capifucchio
 patritio Romano, sacræque Rotæ Decano, viro non modo vitæ
 integritate, doctrinaque claro, sed etiam plurimum auctoritate
 tunc temporis in Vrbe valenti, ac regendæ republicæ scientissi-
 mo, illam omni ex parte promisit.

Mense Julio anni 1534. exo. tus Cometa in multam partem
 Augulti perstitit affixus cælo, quem prænuncium fuisse obitus
 Clementis Papæ nonnulli crediderunt. Qui postquam ex Vrbe
 Massiliensi Romam redijset; statimque sepulchrum, & amictum
 omnem, quo Pontifices cum sepeliuntur, ornari solent, sibi fieri
 curasset, & familiaribus sedatissimo animo se breui moriturum
 dixisset, ætate ineunte, stomachi doloribus excruciatum inccepit;
 febreque accedente, diu ab illa, atque alijs offensionibus vexatus,
 morbo tandem cedere coactus est; & die 25. Septembris, die Ve-
 neris summo mane ex hac vita migravit. In Additione ad Ciaco-
 nium supra refertur Clementis tumulus, cum die 26. Septembris;
 & Cabrera aserit, obitum huiusmodi incidisse in diem 24. ex Blasio
 tamen de Cæsena habemus ex hac vita migrasse hora 18. die 25.
 Septembris; multis geminis in mole Hadriani, & innumeris in
 Pontificali Camera officijs, sed contra communem opinionem
 exigua pecunia relictis. Obijt igitur scriptorum nonnullorum
 sententia Curia inuisus, Principibus suspectus, fama potius graui,
 & odiosa, quam grata; existimatus auarus, ambigua fide, & natu-
 ra à beneficijs in mortales conferendis alienus; at nihilominus in
 suis actionibus valde grauis, sagax, victor sui, maximoque ingenio,
 nisi sæpe metus iudicium ipsius corrupisset. Eius tamen virtutes
 sola clementia superatæ sunt: placet hic referre quæ in Petrum
 Aretinum effecit. Scripserat hic plura contra Clementem; eum-
 que in multis læserat; at tamen Clemens exoratus illico iniuriam
 condonauit; quod Petrus inter maxima beneficia referens, suis li-
 teris multis Clementi nominibus debere falsus est.

Obijt autem anno ætatis quinquagesimo sexto; mense quarto
 veneno propinato tabefactum perijisse nonnulli opinati sunt: alij
 culpa Curtij Medici, qui valenti, & firmo corpore prædito, com-
 mutata viuendi ratione longiorem vitam promittens, breuiorem
 reddiderit. Cadauer primū ad S. Petrum in Vaticano, postea
 cum Leonis X. patruelis cineribus ad Mineræ delatum, ac mar-
 moreo in sepulchro sine sepulchrali inscriptione, cuius exemplar
 hic proponimus, locatum.


Pacem vi-
 tiare studet
 Dux Ferrar-
 iæ.
 Orator Re-
 gis Moscouiæ Ro-
 mam per-
 uenit.
 Legatum
 mittit ad
 Regem
 Moscorū.
 Paulus Ca-
 pifucchius
 iudex in
 diuortio
 Regum
 Angliæ cō-
 stitutus.
 Pollinus
 & Sande-
 rus in hist.
 Anglic.
 Sfort. Pala-
 uicinus
 Card. in
 hist. Con-
 cil. Trid.
 Sepulchrum
 sibi parat.
 Obitus.
 Curia Ro-
 manæ in-
 uisus.
 Vitia.
 Virtutes.
 Petri Aret-
 ini ad eū
 literæ.
 Sepelitur
 in Vatica-
 no: deinde
 ad Miner-
 æ templū
 delatum.

CLEMENTIS VII. MONVMENTVM IN ECCL. S. M. SVPER MINERVA


*Symbola
Clementis
VII.*



*Ex libro
Agidij
Fadeler.*



CLEMENS
SEPTIMVS
PONTIFEX.



Ex

Museo

Equitis

Caroli

Antony

Putz

Executores testamentarios instituit Cardinales Cybo, Salutati, Rodolphum, & Medicum, quibus certam pecuniam reliquit ad sepulchrum tum Leonis, tum sui ex illorum lententia conficiendum: illi in Mineruz Templo exererunt; quare ad absidem ampliandam domos emerunt, vti habemus ex tabulis publicis Capitolij Romani.

Plura huiusce Pontificis numismata seruantur in Museo Caroli Antonij à Puteo, in quorum omnium prima facie scriptum videmus ipsius Clemētis nomen hoc modo: CLEMENS SEPT. P. M. In alijs verò, videlicet in illo cuso anno Iubilei, est Porta sancta cum lemma: IVSTI INTRABVNT IN EAM. In vno expressus est Ioseph, qui fratres recipit, ac dicit: EGO SVM IOSEPH FRATER VESTER. Tum Moyses, qui aquas petram tangendo emittit, cum literis: VT BIBAT POPVLVS. Aliud vincitum ad Templi ianuam exprimit cum dicto: CLAVDVN TVR BELLI PORTÆ. Vnum Ecclesiam S. Mariæ de Anima speciem, & lemma: VIRGINI MATRI: continet. Denum vitumum Christi Seruatoris Petrum in mari periclitantem sustinētis effigiem exprimit, cum literis: QVARE DVBITASTI? In his omnibus numismatibus vnum aduertit admiratione dignum, quod in vno excuso anno 1525. effigies sit Clementis relecta barba; in alijs verò omnibus post Vrbs direptionem impressis eadem effigies bene barbata appareat: volunt enim, Clementē post Vrbs depopulationem moelitiz ergo barbā multasse. Annum continuo gestabat Clemens, in cuius gemma inscriptum: FORTVNATVS ERIT VBIQVE LOCORVM GERENS: nontamen fortunatus fuit, vt videre est in eius vita. Paruam tabulam Clementem VII Pontificem exprimentem ad viuum à Sebastiano à Plumbo elaboratam Romæ in ædibus Barberinis esse refert Hieronymus Tertius.

Scriptit Clemens varias epistolas, quarum vndecim inuenies inter epistolas Principum, illarum aliquæ ad Franciscum Galliarū Regem; plures ad Carolum V. Imperatorem; aliz ad Georgium Cornelium sunt datæ. Variæ etiam eius literæ aseruabantur olim in Anglia in Bibliotheca Bodleiana; vnam supra quadraginta pro solis fratribus Minoribus scriptas inuenies apud Lucam Vvadingum in Annalibus Minorum. Clementi dicauit de Partu Virginis poema Acius Syncerus Sannazarius hoc epigrammate.

Magne Parens, custosque hominum, cui ius datur vni Claudere caelestes, & referare fores. Occurrent si qua in nostris male firma libellis; Deleat errores equalitura meos. Imperijs venerande tuis submitimus illos; Nam sine te recta non licet ire via. Ipse manu, sacrisque potens Podalyrius herbis Vlcera Poxona nostra lenabis ope Quippe mihi toto nullus te preter in Orbe Triste salutsifera leniet arte malum. Carus honor, summo se Presido posse tueri, Carior à summo Preside posse legi.

Hoc donum Clementi gratissimum fuit, quare has ad Sannazarium literas dedit.

Dilecto filio Aclio Sannazario, Clemens Papa VII.

ACCEPIMVS librum gratissimo munere, quem tu ad Nos de DEO, & Domini Nostri IESV Christi rebus scriptum misisti; cuius argumentum praeclarum, atque nobile cum in te parens ostendat animi pietatem, atque ingenij gloriam, sitque in nomen quoque; Nostri ad memoriam eorum, qui lecturi sunt; qui quidem innumera abiles futuri sunt in longa posteritate, immortalis quasi commendatum, muneris tui magnitudinem hoc magis sentimus, quod quomodo parens referamus gratiam habere Nos non arbitramur. Si enim immortalitas optata, grata est omnibus, qui presertim animo vegetiore, atque erectiore sint, permagna sunt illius partes nobis attributa. Quamquam enim ea est appetenda maxime illique elaboranda praeque qua post discessum ex hac vita, in illa altera vita felici, & sempiterna Nos cum Deo ipso collocat; tamen ne haec quidem non libenter ascribenda, qua producta ad posteros Nostri nominis perpetuitatem, pro qua qui illam caelestem, & diuinā immortalitatem non planè cognouerunt, maximis saepe tamen contentionibus, & acerbissimis discriminibus vitam, & caput suū obicere: quod profecto non fecissent, nisi à natura ipsa admoniti summum quoddam bonum existere consuetati fuissent; cuius in imagine, & simulacro tam multas partes experirentur esse, & delectationis, & gloriae. Est enim profecto haec fama, & laudis ad commemorationem hominum celebrata imago illius vera immortalitatis, qua ex immo dono omnipotentis DEI, vni charissimo generi per Dominum nostrum IESVM Christum propofita est, ad quam potissimum aspirare debemus; hanc vero ita charam, incundamque ducere si proborum, & prudentium testimonio Nobis deferatur; quod quidem in te Nobis egregie contigit; non enim ingenio solum tuo honorati illustrati sumus; sed quod Nobis etiam gratum est iudicio comprobati. Etsi enim ingenij gloria cedis nemini, vel omnibus potius praestas; qui in hoc scribendi genere cum laude versati sunt, tamen cum ipso scriptoris argumento ostendas qua sis pietate, sapientia, religione praeditus, incundius etiam

accepimus testimonium optimi, & religiosissimi viri, qui in studiū doctissimi. Quapropter male virute in quidem, id enim es consecutus, quo nullum manus hominis bonum in hac vita exsilire posse videatur, maximorum enim donorum, quibus te affecerat Deus, gratia illi, quoad mortali hominis licuit, est lata; illud tam summo, & incomparabile vera immortalitatis donum es promeritus, cui deinde iam gratia nulla esse par potest. Quis talentum acceptum multiplicatis mercedibus, eidem Domino reddidisti; a quo acceperas, quorum fructum quoque non mediocrem tuis Libri dicatione, ad nominis Nostri laudem, ac memoriam redundare volueris, tantam tibi habemus gratiam, quantam capere grati & memoris Pontificis tanto deuincta officio mens potest, sicus, & re ipsa tibi ostendere parati sumus, & ut experire, etiam adhortamur. Datum Romæ, apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, idē 5. Augusti 1526 Pontificatus Nostri anno tertio.

De hoc dono Clementi à Sannazario facto, hæc Antonius Donatus Andreæ Matthæi filius Aquiuuius Iouiz Comes.

En tibi summe Pater sacros referentia Partus Acius Aonidum munera rara dicat. Que non furta Iouis, vane aut mendacia Crete, Aut ortam ex undis commemorant Venerem. Sed Puerum Cæli Dominum, Regemque, Deumque, Quem peperit salua virginitate Parens. Fama canst soli vultus Iouisse per artem Lysippo Regis reddere posse sui. Hic igitur si cura fuit mortalibus, vt se Praclaro vellent fingier artifice. Te merito CHRISTI laudes Pater alma iuuabis Actiaco scribi carmine, non alio.

Quadragesima eius Constitutiones Ecclesiasticæ, & variæ Bullæ leguntur apud Rodericum, Cherubinum, & Confectium: eius Conclauis, Diarium, Apologia aduersus Carolum V. & Itineraria extant M. S. S. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Plures ad Clementem scripsit literas Ludouicus Hungariæ Rex, petens, vt B. Ioannem Capistranum ordinis S. Francisci tot titulis de republica Christiana, & maxime de Hungariæ Regno benemeritum, Sanctorum Catalogo ascriberet; vtque suas preces suis literis validiores redderet Sigismundus Poloniae Rex, & Proceres, ac Prælati Hungarici, prouidè curauit. Hieronymus Angelita cuius Recitētensis Clementi dicauit Historiam, quam scripsit de Lauretana Domo. Clementi etiam Hippocratis opus eius, iulfo Latine redditum à M. Fabio Caluo inscriptum. Eidem Hieronymus Balbi Episcopus Gurcensis librum suum de Fortitudine Bellica, aliumque de Rebus Turcicis Romæ æditos anno à partu Virginis 1526. inscripsit. Præter Carolum V. & Franciscum Galliarū Regem ad Clementem literas dedere Balthassar Castiglioni, Aloytius Gherardus Consul nationis Florentinae in vrbe Constantinopolitana, Episcopus Baiuensis, & Carolus Liunox dux Cæfareus eadem die qua captiuum habuit Regem Galliarum; & de illo plura scripsit in suis literis Hieronymus Niger. Clementi VII. inscripsit Homiliarum tomum primum, secundum, & tertium, Ioannes Eckius, Parisijs editos anno salutis 1561. Eidem Hieronymus Perboni Marchio de Incisa, Tractatum de vera Religione. M. Fabius Caluus Rauennat. Antiquitates Vrbs Romæ, dedicauit.

Ad liberandum Clementem ab auaritiæ vitio, quo apud aliquos male audit, placet hic referre, quæ in religiosos viros S. Francisci Montem Sion colentes peregit. Cum hi Clementi significassent rei familiaris inopiam, qua premebantur, eorum miserus Pontifex iussit, vt singulis annis quingenti aurei ex Camera Apostolica eis subministrarentur: Decreti Apostolici anno reparatæ salutis 1529. pronunciat tenor hic est.

Augustinus Spimula Miseratione Diuina Tituli sancti Cyriaci in Thermis, Presbyter Cardinalis Perusinus, S. D. N. Pape, & S. R. E. Camerarius. Venerabilibus viris Guardiano, & Fratribus domorum, siue Conuentuum Montis Sion Hierosolymitana, & aliorum locorum Terra sancta ordinis Minorum S. Francisci de Observantia salutem in Domino sempiternam.

CVM nuper pro parte vestra Sanctissimo Domino nostro Clementis Pape VI. fuerit expositum, quod fideles, qui in istis partibus degunt, qui admodum pauci sunt, morbis, & annorum sterilitate fatigati, & quodammodo annihilati; seu aliis deuotione frigscente, solitas vobis manus adiutrices non porrigunt, & peregrini ex Europa, qui elemosynas comportent, propter bella ubiq; fere locorum terra, marique vigentia, vt soliti erant, ad sanctum Dominum nostri IESV Christi Sepulchrum non confluunt. Vnde fit, vt vos, qui fere alios redditus non habetis, custodiam Dominici Sepulchri, & loca illa sancta dimittere cogamini, nisi de aliqua vestris necessitatibus subuentione succurratur; proindeque praesato sanctissimo Domino nostro Pape supplicari feceritis, vt de liberalitate, & dignitate Apostolica dsonaretur vobis prouidere; ipseque sanctissimus Dominus noster Pape, licet ararium Apostolicum in presentiarum, propter instantes, & omnibus notas calamitates, sit penitus exhaustum, nihilominus sperans, quod res in dies melius succedent, vestrum supplicationibus inclinatus, nobis

accepimus testimonium optimi, & religiosissimi viri, qui in studiū doctissimi. Quapropter male virute in quidem, id enim es consecutus, quo nullum manus hominis bonum in hac vita exsilire posse videatur, maximorum enim donorum, quibus te affecerat Deus, gratia illi, quoad mortali hominis licuit, est lata; illud tam summo, & incomparabile vera immortalitatis donum es promeritus, cui deinde iam gratia nulla esse par potest. Quis talentum acceptum multiplicatis mercedibus, eidem Domino reddidisti; a quo acceperas, quorum fructum quoque non mediocrem tuis Libri dicatione, ad nominis Nostri laudem, ac memoriam redundare volueris, tantam tibi habemus gratiam, quantam capere grati & memoris Pontificis tanto deuincta officio mens potest, sicus, & re ipsa tibi ostendere parati sumus, & ut experire, etiam adhortamur. Datum Romæ, apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, idē 5. Augusti 1526 Pontificatus Nostri anno tertio.

De hoc dono Clementi à Sannazario facto, hæc Antonius Donatus Andreæ Matthæi filius Aquiuuius Iouiz Comes. En tibi summe Pater sacros referentia Partus Acius Aonidum munera rara dicat. Que non furta Iouis, vane aut mendacia Crete, Aut ortam ex undis commemorant Venerem. Sed Puerum Cæli Dominum, Regemque, Deumque, Quem peperit salua virginitate Parens. Fama canst soli vultus Iouisse per artem Lysippo Regis reddere posse sui. Hic igitur si cura fuit mortalibus, vt se Praclaro vellent fingier artifice. Te merito CHRISTI laudes Pater alma iuuabis Actiaco scribi carmine, non alio.

Quadragesima eius Constitutiones Ecclesiasticæ, & variæ Bullæ leguntur apud Rodericum, Cherubinum, & Confectium: eius Conclauis, Diarium, Apologia aduersus Carolum V. & Itineraria extant M. S. S. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Plures ad Clementem scripsit literas Ludouicus Hungariæ Rex, petens, vt B. Ioannem Capistranum ordinis S. Francisci tot titulis de republica Christiana, & maxime de Hungariæ Regno benemeritum, Sanctorum Catalogo ascriberet; vtque suas preces suis literis validiores redderet Sigismundus Poloniae Rex, & Proceres, ac Prælati Hungarici, prouidè curauit. Hieronymus Angelita cuius Recitētensis Clementi dicauit Historiam, quam scripsit de Lauretana Domo. Clementi etiam Hippocratis opus eius, iulfo Latine redditum à M. Fabio Caluo inscriptum. Eidem Hieronymus Balbi Episcopus Gurcensis librum suum de Fortitudine Bellica, aliumque de Rebus Turcicis Romæ æditos anno à partu Virginis 1526. inscripsit. Præter Carolum V. & Franciscum Galliarū Regem ad Clementem literas dedere Balthassar Castiglioni, Aloytius Gherardus Consul nationis Florentinae in vrbe Constantinopolitana, Episcopus Baiuensis, & Carolus Liunox dux Cæfareus eadem die qua captiuum habuit Regem Galliarum; & de illo plura scripsit in suis literis Hieronymus Niger. Clementi VII. inscripsit Homiliarum tomum primum, secundum, & tertium, Ioannes Eckius, Parisijs editos anno salutis 1561. Eidem Hieronymus Perboni Marchio de Incisa, Tractatum de vera Religione. M. Fabius Caluus Rauennat. Antiquitates Vrbs Romæ, dedicauit.

Ad liberandum Clementem ab auaritiæ vitio, quo apud aliquos male audit, placet hic referre, quæ in religiosos viros S. Francisci Montem Sion colentes peregit. Cum hi Clementi significassent rei familiaris inopiam, qua premebantur, eorum miserus Pontifex iussit, vt singulis annis quingenti aurei ex Camera Apostolica eis subministrarentur: Decreti Apostolici anno reparatæ salutis 1529. pronunciat tenor hic est.

Augustinus Spimula Miseratione Diuina Tituli sancti Cyriaci in Thermis, Presbyter Cardinalis Perusinus, S. D. N. Pape, & S. R. E. Camerarius. Venerabilibus viris Guardiano, & Fratribus domorum, siue Conuentuum Montis Sion Hierosolymitana, & aliorum locorum Terra sancta ordinis Minorum S. Francisci de Observantia salutem in Domino sempiternam.

CVM nuper pro parte vestra Sanctissimo Domino nostro Clementis Pape VI. fuerit expositum, quod fideles, qui in istis partibus degunt, qui admodum pauci sunt, morbis, & annorum sterilitate fatigati, & quodammodo annihilati; seu aliis deuotione frigscente, solitas vobis manus adiutrices non porrigunt, & peregrini ex Europa, qui elemosynas comportent, propter bella ubiq; fere locorum terra, marique vigentia, vt soliti erant, ad sanctum Dominum nostri IESV Christi Sepulchrum non confluunt. Vnde fit, vt vos, qui fere alios redditus non habetis, custodiam Dominici Sepulchri, & loca illa sancta dimittere cogamini, nisi de aliqua vestris necessitatibus subuentione succurratur; proindeque praesato sanctissimo Domino nostro Pape supplicari feceritis, vt de liberalitate, & dignitate Apostolica dsonaretur vobis prouidere; ipseque sanctissimus Dominus noster Pape, licet ararium Apostolicum in presentiarum, propter instantes, & omnibus notas calamitates, sit penitus exhaustum, nihilominus sperans, quod res in dies melius succedent, vestrum supplicationibus inclinatus, nobis

Historia Lauretana Clementi dicata.

Clementis liberalitas

Decretum Apostolicum

bis commisit, ut de aliquo vobis subventionis auxilio provideremus. Nos sperantes, quod Camera Apostolica brevis facultates, & vires suas resumet, & cupientes, vos a Domini Sepulchri custodia non recedere, ac in locis eiusdem orationi, & divinis officijs assistendo, iure Domino Nostro IESU Christo, quietamente famularum prestare, de speciali Sanctissimi Domini Nostri Pape mandato, vnae vocis oraculo super hoc nobis facto, & auctoritate nostri Camerariatus officij, vobis, super quibusvis tã Ecclesiasticis quam temporalibus Camera Apostolica introitibus, fructibus, redditibus, & proventibus, ducatos quingentos auri de Camera quolibet anno, ad Sedis, & Camera Apostolica beneplacitum assignamus, mandantes Domino Sanctissimi D. N. Pape, & Camera Apostolica Thesaurario generali, nunc & pro tempore existenti, quod de quibusvis dicta Camera pecunijs penes eum, aut alias ubilibet existentibus, dicto beneplacito durante, singulis annis predictam quingentorum ducatorum similium quantitatem in Romana Curia vobis, seu pro vobis Procuratori vestro legitimo de consensu tam men Procuratoris generalis, seu Commissarij dicti vestri ordinis in Romana Curia pro tempore existents, & non alias aliter, nec alio modo persolvat, aut persolvi mandet, & faciat; & ipsam solutis fidem, ac quietantiam more Camerali accipiat. Nos enim summam sic solutam in computis eiusdem Thesaurarij admittimus, & per Reverendam Camera Apostolica Clericos, & alios quosque admitti debere volumus, & mandamus, contrarijs non obstantibus, quibuscumque. In quorum fidem presentes nostras, & infra scriptas Camera Apostolica Notarij manibus subscriptas fieri, & soluti nostri Camerariatus officij, sigilli fecimus appensione muniri. Datum Bononia in Camera Apostolica die 22. Decembris 1529. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. Clementis divina providentia Pape VII. anno VII. Versus.

Præter hos alios etiam quingentos aureos ex fructibus, & redditibus pilei Dominorum Cardinalium singulis annis, eisdem religiosis viris assignavit. Auari ne, an benigni Pontificis notæ hę sunt? Neque solum auro Franciscano ordini, sed opere, ac diplomatis suppetias tulit Clemens; excitati enim illorum plerique perfectionis zelo, & exemplo novæ reformationis Patrum Capuccinorum, cum ad eos transitus difficilis Ministro Generali, alijque pluribus contradicentibus, appareret; Pontifici supplicauerunt, ut intra sacrum ipsum ordinem modum, domosque præscriberet, quibus fratribus ad strictiorem vitam, perfectamque Regulæ observantiam aspirantibus, eam assequi foret facilis: Pontifex edito diplomate reformationis initia in vniuerso ordine illo constituit. Titulum Ecclesiæ S. Mariæ de Araccli à Leone erectum, anno 1527. suppressit: extat apud Lucam Vvadingum in octavo tomo Annalium Minorum huiusce suppressionis diploma. Ecclesiæ, ac titulum S. Laurentij in Damaso perpetuo S. R. E. Vicecancellario vniuit. Officium B. Agnetis Montis Politiani publicè recitari permisit. Ex causis sibi bene visis, Hippolyto Cardin. li Mediceo facultatem disponendi concessit de omnibus fructibus omnium beneficiorum vacantium in toto orbe terrarum per sex menses. Episcopis Mantuanis priuilegium delegandi etiam in secundis, & tertijs instantijs quem mallerent iudicem tribuit, sublata reus facultate appellandi; huiusce diplomatis exemplar ex Mantuano tabulario rescripsit Ferdinandus Vghellius in primo tomo Italiae sacræ. Petri de Lucemburgo memoriam peculiari indulto Auenione coli edixit. In gratiam Francisci Sfortiæ anno 1529. 17. kal. Aprilis Vigleuanum urbem haud procul à Ticino fluuio inter Papiam, ac Mediolanum sitam Episcopali dignitate ornauit; S. Ambrosij Ecclesiæ in Cathedrale erecta, Galeatum Petramobilem Papiensem primum Episcopum allegit; ad Caroli V. preces Ecclesiæ Theatinam in Metropolim erexit; ac Campaniam mediterraneam in provincia citerioris Principatus Episcopali dignitate muniuit. Ad Herculis Cardinalis Rangonij preces, omnium priuilegiorum, & exemptionum à Romanis Pontificibus, ac Regibus Ecclesiæ Nazarenæ in Regno Neapolitano concessorum confirmationem scripsit Kalendis Martij anni 1525. Extat apud Vghellium tomo nono Italiae sacræ Clementis diploma confirmationis omnium priuilegiorum Piscienfis Ecclesiæ in Etruria ab antecessoribus Pontificibus concessorum cum hoc titulo. *Dilectis filijs Praposto, & Capitulo Ecclesiæ Sedi Apostolicæ immmediate subiectæ B. Mariæ de Piscina nullius Diocesis, salutem & Apostolicam benedictionem.*

Præcipuo quodam cultu Deiparam Virginem toto suæ vitæ tēpore coluit: quare Romanus Pontifex renunciatus, nihil ferè prius habuit, quam vt Lauretanæ Virginis Ædem Pontificijs diplomatis, ac diuersis beneficijs honoraret. Inter beneficia Clementis fuit, quod Recinetensibusius omne in Lauretum ademit: Antonium Sangallum, Raphaellem Baccium, Nicolaum Tribulum, aliosque illius æui celeberrimos Statuarios ingenti pretio conduxit, vt inchoatum à Leone X. augustissimi facelli ornamentum pari magnificentia absolueret, sed Deo aliter visum, qui affecti tam eximij operis Clementi dedit, absoluti verò operis decus alteri referuauit. Cum verò Lauretanum coelum magna ex parte palustre, ac noxium multarum offensarum causas corporibus afferret, vicinas lacunas siccare, nemora excidere, imminenteque Templo colles

æquare statuit, vt nebularum origine sublata, coeloque patefacto, aer ventorum salubrum flatibus faceret locum. Vt autem sanctæ Domus migrationem à Galileæ in Dalmatiam, inde in Picenum, intensius exploraret, & dubitationem omnem è mortalium peccatoribus, si qua fortè resideret funditus tolleret, ex omnium familiarium numero tres cubicularios suos deligit, expertæ in primis religionis ac fidei. Hos quid factu opus esset monitos, rebusque necessarijs abundè instructos dimittit, faustum eis iter precatus. Ergo illi Lauretum profecti, ac sacram Domum intensiore cura contemplati, dimensique conscendunt nauim, Illyricum petaturi, quo vt ventum est, Ædiculam Lauretanam satis vetustam, & miraculorū monumentis satis insignem inueniunt. Porro parieti eius Ædiculæ inscriptum, Lauretanam ibi Domum fuisse olim: hæc accolæ ipsi monstrabant, haud vana ab illis afferri; veræ lacrymæ vbertim manantes ex deliderio testabantur. Confestim igitur legati mensuris admotis deprehendunt profus omnia conuenire. Protinus repetito cursu pergunt in Galileam, Nazarethum veniunt; sacra Domus fundamenta monstrata ab incolis cernunt, quoque versus metiuntur, congruere cuncta comperiunt. Ex legatorum numero Ioannes quidam erat patria Senensis, qui nouo aliquo indicio veteris miraculi fidem affirmandam ratus, duos inde attulit lapides ex ijs quibus vulgo strui ædes Nazarethi solent: lapis quidem laterem naturali forma imitatur; cæterum flauentibus intermicat venis. Reuerfus igitur Ioannes cum collega ad Ædem Lauretanam cum eius lapidibus, Nazarenos illos lapides confert, reperit geminos eorum, ac simillimos esse. Ea quoque res auxit miraculi fidem, cum talem lapidicinam in Piceno nullam esse constaret; & omnia quamuis vetusta ædificia ob cæmentorum, taliumque lapidum inopiam laterculo structa cernerentur. Illi igitur successu admodum lati peruolant Romanam, Pontificem Clementem expectati adeunt, comperta renunciant; Ioannes insuper Nazarenos lapides Lauretanis simillimos profert tanti miraculi testes, sicque Clementis studio historia Lauretanæ Domus stabilita.

Virgini igitur addictissimus Clemens in itinere Gallico sacram Virginis imaginem Cænobij Finariensis in valle Pia prope Finarium veneraturus è nauis cum decem Cardinalibus descendit; perpetuoque concessit, vt omnes illi, qui qua decet mentis, & cordis integritate die lunę Domini Resurgentis celebritatem consequente, & Assumptæ Virginis festa luce inuiserent, culpis omnibus eximerentur. Officium Conceptionis beatæ Virginis immaculatæ à Francisco Quignonio Cardinali ordinatum approbauit, literisque Pontificijs Monialibus Conceptionis fauit, & Rosarij institutum confirmauit; rataque habuit priuilegia Fratibus, ac Monialibus B. Mariæ de Monte Carmelo à prædecessoribus conceila.

Florentiæ in Ecclesia S. Laurentio sacra, à suis maioribus iam antea ædificata nouum adiunxit sacellum, sanctissimi Resurrectio- ni IESU Christi Domini nostri dicatum: quod maioreis statuis à Michaelangelo Bonarota ad sepulcra Medicea solido de marmore miro artificio fabrefacta, poluit, nec non teitudineo opere magnifice exornauit, in quo quidem Milliarum sacrificia quotidie celebrari voluit, sed etiam binos eiusdem Ecclesiæ sacerdotes singulis duarum horarum spacijs, subinde per ordinem die, noctuque sine intermissione orare, precesque apud Deum effundere pro Serenissimis Mediceis, tum viuis, tum vita functis instituit, vt qui adhuc incolumes in humanis agerent innocentiam, vitamque inculpatam custodirent; qui verò inter homines esse desierunt, humifmodi precibus, & orationibus iuuarentur. Sciebat enim Clemens Pontifex prudentissimus ad placandum, promerendumque DEVM optimum maximum nihil precibus, aut oratione præstantius, nihil vtilius, aut melius fieri, aut excogitari posse.

Romæ vias, quæ ad Flaminiam portam ducunt à Leone inceptas perfecit, vt Inscriptiones in eius vita indicant. Apud Svuertium quoque in selectis Orbis delicijs inter Bononiensia legitur in augustali Urbis titulus recens.

CLEMENTIS VII. PONT. MAX. ET CAROLI V. CAESARIS IMPER. VNANIMITAS STABILE FIRMAMENTVM.

Statuta Oratorij sanctissimi Crucifixi in Ecclesia S. Marcelli de Vrbe confirmauit. Templum S. Mariæ in Dominica ante Pontificatum instaurauit, vt sequentes notæ in eiusdem Ecclesiæ facie exaratae indicant.

DIVÆ VIRGINI TEMPLVM IN DOMINICA DIRVTVM IO: MEDICES DIAC. INSTAVRAVIT.

De Clemente VII. Romano Pontifice hæc est Fulginea in vrbe in aede S. Feliciano sacra, memoria.

Clement VII. Pont. Max. quod Francisco Armellino Medic. Presbyt. Card. S. D. N. & S. R. E. Camerario, & Federico Flauio Archipresbytero supplice xxv. aureorum nummos, ad omnem rerum sacrarum apparatus addixerit D. Feliciani Sacerdotes bene mer. poss. 1526.

Frat. Minores beneficijs afficit. Statuit reformationem. Supprim. titulum S. M. Araceli Tituli S. Laurentij in Damas. Vicecanc. tribuit. Baron. in Notis ad Mart. Rō. Officium B. Agnetis concecit. Clement. liberalitas in Cardiu. Medicu. Paris. de Relig. nat. Episcopii Mantuan. beneficijs afficit. Petri de Lucemburgo. cult. Andr. Savvay in Mart. Gal. Vigleuan. Episcopali dignitate ornat. Vghel. in Ital. Sacr.

Cultus Virginis Lauretanæ a Recinet iure ademit. Sacellum. contruit. Turfelli. in Histor. Lauretana Lacunas exiccat, & nemo excidit. Marrac in Pont. Mar. tian.


Domus Lauretanæ ptiicipia iaucaigat

Virginem Finariensis. Secundus Lancellor in Histor. Oliuetana Approbat. Offic. Co. ceptionis. Rosarij institutum confirmat Monialib. Concept. & B. Mar. de monte Carmelo fauet. Florentia sacellum construit.

PRIMA CREATIO CARDINALIUM
Clementis Papa VII.

Die Veneris tertia Maij anni 1527. fuit habita Congregatio generalis coram Pontifice pro creandis Cardinalibus, & conclusum, vt sex renunciarentur Cardinales; ex his sex, quatuor tantum eadem die fuerunt nominati, ex Blasio de Cæsena magistro Cæremoniarum, & ex Panuino. Ciaconius, qui fortasse laudati Blasij Diaria non vidit, & Panuinium non attendit, asserere non dubitauit hac die Clementem quatuordecim, videlicet decem Presbyteris, & quatuor Diaconis ascriptisse Cardinalibus: nos tamen Blasio Cæsena, ac Panuinio adherentes, quatuor tantum in hac creatione annumerabimus Cardinales qui sunt.

Ciaconius P. Bembi, P. Manutij, Cæsar Calcagnini in Epistolis Aubery in vita. Hier. Rub. in Histor. Rauennaz. Ferdin. V. in Epistolis Addit. ad Cæs. & in Ital. Sacr. Petr. Aret. in Epistolis Panuinius de Rom. Pontificib. Anton. S. de. in Elo. p. 13. Card. Leand. Albert. in de script. Ital. Andr. Victor. in addit. ad Ciacon. Felix Cætor. in man. Eleascho.



BENEDICTVS Accoltus, seu Accolti, siue de Accoltis, natione Italus, patria Florentinus, origine tamen Aretinus, Petri de Accoltis, Cardinalis adhuc superstitis Cæsareo, ac Pontifici lute insignis nepos, Florentiæ in lucem editus die 29. Octobris anni 1497. in parentes Michaëlem de Accoltis, & Lucretiam de Almannis nobilissimam, ac legitimissimam foeminam habuit.

Adolescens Florentiæ litteras humaniores accuratè didicit; Bembus hunc puerum bonis artibus deditum nihil nisi bona studia, bonoque mores cogitantem, & colentem vidit. Ad Pisanam inde Academiam missus, decursu Philosophiæ studio, Iuris prudentiæ operam dedit, ac susceptis in ea facultate insignibus, ad Romanam Curiam se contulit, vbi sub Petri patris Cardinalis viri clarissimi, & Romanis Pontificibus pergrati contubernio, ac disciplina magnos in litteris, & pietate fecit progressus. Apostolicus Abbreuiator primum, mox Gaditanus Episcopus in Hispania à Leone X. deinde Cremonensis, & Rauennatenis Episcopus ex patris resignatione, ab Hadriano VI. creatus. Breuium à secretis fuit; ad purpuram à Clemente ascitus anno trigésimo suæ ætatis, S. Eusebij titulum obtinuit. Cardinalis Pollicastrensem, & Bouinensem in Regno Neapolitano Ecclesias administrauit, S. Bartholomæi ditissimæ Abbatie in saltu Ferrariensi Commendatarius ab ipso Clemente allectus, & ab eodem Piceni de Latere Legatus; & Fanensis ciuitatis perpetuus Gubernator factus, prouinciam illam summa cum prudentia, & æquitate ad Pauli III. tempora felicissimè rexit: pro legatione Marchiæ Anconitanæ litem habuit cum Hippolyto Cardinali de Medicis. Arcem Anconitanam construxit, seu restaurauit; in qua hæc memoria.

CLEMENTIS VII. PONT. MAX. AVSPICIIS.
BENEDICTVS ACCOLTVS CARDINALIS RAUENNÆ
MARCHIÆ ANCONITANÆ LEGATVS
HANC VRBEM TOTAMQVE PICENI PRVINCIAM
HAC ETIAM ADDITA ARCE TVTIORVM IECIT.
ET AB HOSTIVS INCVRSIBVS FIRMIORVM REDDIDIT.
ANNO DOM. MDXXXIII.
PROCVRANTE BALDO VINETO
EPISCOPO ANCONITANO EIVS FRATRE EX AMITA.

A Carolo V. Imperatore adamat, & charus habitus est; plura scripsit, & elaboratè, vt habet Nomenclatoris auctor videlicet. Libellos quosdam, vt refert Gyraldus.

Epistolas multas, quarum quinque inter epistolas clarorum virorum legimus; & nonnullas cum Sadoleti litteris editas vidimus.

De Bello sacro libros quatuor; quorum Iacobus Gaddius in primo tomo de Scriptoribus non Ecclesiasticis, non hunc Cardinalem; sed alium Benedictum Accoltum huiusce auum, reipublicæ Florentiæ à secretis auctorem facit his verbis: *Hinc errat, sed excusabilis ob idem nomen, & cognomen Toscanus in Pælo historiæ tribuens Cardinalis, de quo scribit; omnibus fortune, & virtutis ornamentis excultus: candidissimi eius elegi immortalitate dignissimi. Fuit Benedictus historicus imitator Salsitij, Cæsaris, & Curtij, cum quibus conferri iure posse; sunt verba in eius vita, multorum consensu videtur. Nec hyperbolicum, aut temerarium est hoc iudicium; si enim è particulis aliquorū historiæ à me lectis indicare totam possum; est in ea eloquium candidum ferè, ac nobile narratio prudenter instituta, grauis, clara, breuis, nec superfluis phalerata ornamentis; nec in minutula, & leuia, vt quedam recentiorum delabatur, memor historice maiestatis.* Hanc historiam illustrauit notis non vulgaribus eruditus, ac celebris Dempsterus Scotus, quam Franciscus Baldellus Cortonenis in Hetrusciam; Iuo Ducatus Tracentis in Græciam verterunt, vt per orbem Christianum illa diffunderetur; vtque Christianos Principes ad bella-

A pia excitarent. Carmina mira concinnitate composuit, & omnem pene Ciceronis phrasim attigit, ad quem Bembi, Sadoleti, Pauli Manutij, Cælij Calcagnini plures leguntur epistolæ; hos enim pluresque alios viros doctissimos coluit, ac in delicijs habuit.

B Die lunæ 15. Aprilis anno 1535. Pauli III. iussu detentus est in castro S. Angeli, à quo post sex menses, die scilicet vltima Octobris eiusdem anni, cum prius errasse, ac deliquisse se fastus fuisset, solutis quinquaginta nouem millibus ducatis aureis solis dimissus est. Florentiæ de litteris benemeritus, die 21. Septembris decessit, ætatis suæ anno quinquagesimo secundo, salutis verò 1549. ibiq; in Ecclesia S. Laurentij sepultus iacet. Vir, qui ob singulares animi dotes, ac in rebus gerendis prudentiam magno semper apud Christianos Reges, & Principes fuit in pretio, quem facti Collegij decus, & ornamentum Ludouicus Areostus appellat. De quo Rubeus in historia Rauennate libro nono, & monumenta præstantissimi viri Leonardi Accolti plura habent. Floruit præstanti ingenio, acerrimo in cognoscendis hominibus iudicio, studiorum amore, discendi ardore mirifico, & nitore orationis Latinæ præcipuè, verborum & sententiarum venustate, & laude eloquentiæ singulari. In Latina autem scriptioe tantum profecerat Benedictus, vt aliquorum sententia cum antiquitate contenderet: nonnullas eius litteras iisdem tantopere laudarunt, vt nihil illis purius, castius, elegantius, liberalius se legisse scripserint, vt infra videbimus. In optimarum artium studijs totos ponebat dies, & quotidie ferè à grauissimarum artium tractatione in humaniorum litterarum studia quasi in hortum amœnum diuertebat. Oratores, Poetas, Philosophos legebat: Doctorum virorum, quos liberalitate adiuuabat, consuetudine delectabatur. Illos in pretio habuit, Picum præsertim Mirandulanum, Molzam, Pierium Valerianum, Baldinum, Octauium Panagathum, Gyraldum, Paulum Manutium, Robertellum, & alios claros illius æui viros. Horam nullam præterire sinebat, quam non in virtute, litterisque traduceret. Paulus Manutius prudentiam in illo, pietatem, iustitiam, mentis optime conscientiam, inuicti in aduersis animi robur, humanitatem, liberalitatemque naturæ insignem, qua plurimis benignè facere solitus erat, agnouit.

C Extant nonnulla huiusce Cardinalis carmina, inter illa illustrium Poëtarum, quæ Florentiæ edita sunt anno salutis 1562. Manutius primam partem Orationum M. Tullij Ciceronis, Daniel Barbarus Commentaria sua in Porphyrium, ac Lucas Gauricus librum De vera Nobilitate, Romæ in lucem editum, ei dicarunt. Lilius Gregorius Gyraldus Dialogo secundo de Poëtis sui temporis politum argutumque Latini carminis scriptorem existimauit. Has tamen naturæ, vel artis dotes vitij nonnullis corruptit; sustulit enim aliquot liberos, è quibus vnus cum in caput Pij IV. Pontificis nefariè conspirasset, ex censura iudicum in furca pependit. De hoc Cardinali perhonorificam facere mentionem tum grauissimi Iuriconsulti, tum M. Ficinus, Ioannes Trithemius, & Poggius illum maxime commendantes; Lilius Gyraldus in Dialogis de Poëtis nostrorum temporum hæc de eo verba habet: *Quis non inter primos Epigrammatum, & Elegiarum Poëtas connumeret Benedictum Accoltum Rauennæ Cardinalem? quis eo argutior? quis cultior? politior? extant, & leguntur eius carmina mira concinnitate composita: mæto nunc solutam orationem, qua pene omnem Ciceronis phrasim est affectus, quod manifestant eius epistolæ, & libelli.*

D F. Marius Molla Mutinensis elegiaco carmine hæc de Benedicto nostro cecinit.

*Me tenet inuitum, fieri quod posse negabam,
Romani generis mi BENEDICTE soli.
Nam quoties animo spatia intersecla recursum,
Disiuncti queis nunc cogimus esse procul.
Non mihi Phæacum dentur se mollia rura,
Quidquid, & Alcinoo parturit almus ager.
Vlla queant egrotum animum deducere tempe,
Nec sine te Regum commoda magna iuuant.
Scilicet illa in me reciderunt fulmina dextra,
Que Vaticano sunt modo torta Ioue.
Cum tibi mille acies, intentaque pectore tela,
Vna animi virtus reppulit alma tui.
Mox contemptor opum, nullo non vulnere pressus,
Fortuna, Eridani pinguis culta petis.
Aemula que magna surgit Ferraria Roma,
Hospitio tellus facta beata tuo.
Herculis hic primum vultu, dextraque potitus,
Naufragij tabulas colligis ipse tui.
Atque opibus tantis subnixus Principis, idem
Qui fueras, rebus incipis esse bonis.
Ambustum Phaetonta olim sic gurgite molli,
Os sacrum attollens, excipit Eridanus.
Vulneraque exiccat, lymphis, muscoque virentis,
Membra prius crebris ictibus vsta fouet.
Conueniunt virides passim antra ad cognata Nympha,
Fidentemque nimis suscipiunt puerum.
Ille animam reuomens, & sacros fulminis ignis,
Vndosam complet sulphure, & igne domum.*

*Tum pater Eridanus fatorum arcana resoluens,
 Innixus cubito talia verba dedit.
 Tempus erit, magnus nostra hac ad littora adibit
 Hospes, fulminea actus & ipse face.
 Quis secum Phœbumque vehat, Phœbique sorores,
 Et doctæ quidquid Pallados ora sonant.
 O ego tunc quantis assurgam fluctibus ingens,
 Ardus ut celo cornua summa feram.
 Cræta Iouem iactet, Latona pignora Delos;
 ACCOLTVS longum littora nostra colat.
 Hæstentis Eridanus, faciles quæ dicta puella,
 Certatim densis plausibus excipiunt.
 Ipse pater leni compefcens murmure fluctus,
 Cærulea pacatis marmora findit aquis.
 Fortunata, tuos iam tum præsentis honores
 Flamma tum abluere cum Phætonia Padus.
 At mihi iucunda perstent si tempora vite,
 Abstineantque auidas inuidas fat a manus.
 Qualis apis; verni species cum temporis egit
 Trans pontum, celeris frigore pulsa fuga.
 Crura thymo redolens, florum per summa vagatur,
 Compleat ut dulces, cerea texta sauos.
 Talis ego Aonijs Musarum operatus in antris,
 Intexam chartis te BENEDICTE meis.
 Quod si me tenebris suprema obduxerit hora,
 Et motos cineres flebilis urna teget.
 Laudibus ipse tuis felix, auoque fruare,
 Et Pylis superes flamina lensa sens.
 Nostræque præteriens magnus discubus sacerdos,
 Huic misero sauum fors mea dira fuit.*

Huiusce liberalitatem laudibus extulit hoc Epigrammate M. Antonius Flaminius.

*Hanc pateram Chio spumantem, auroque nitentem
 ACCOLTVS vati donat habere suo,
 Ipse mari partem libo tibi candide liber,
 Et partem libo pulcher Apollo tibi.
 Vos pateram contra Musarum nectare dulci
 Implete, & large proluste ora mihi.
 ACCOLTO dignas ut soluam carmine grates,
 Carmine quod possit nulla abolere dies.*

Eiusdem candorem in scribendo commendat Iacobus Sadoletus Cardinalis his verbis; *Nihil recordeo per multos hucce annos mihi accidisse gratius, neque optatius, quam tuas mper litteras: plenissima enim fuerunt amoris, suauitatis, officij, quodque ad præclaram iam laudem tu præstantis ingenij pertinet, ea modo scriptæ, ut purius, aut elegantius, quod me legisse meminere habeam profecto nihil. itaque duplici ex illis gaudio affectus sum, nam cum omnis tue erga me voluntatis significatio pergrata, tum vero orationis nitore, & verborum, ac sententiarum venustas, quam in scribendo adhibuisti, mihi vehementer iucunda existit.* Benedicti Cardinalis numisma, in cuius prima facie sunt insignia ipsius Cardinalis, & inscriptum nomen: BE: ACCOLTVS CARD. RAVENNÆ. In altera vero expressum Neptunum tridente armatum, ac turrim cum litteris: OPTIMIS ARTIBVS. vidi in Museo Caroli Antonij à Puteo,

II.

AVGUSTINVS Spinula Ioannis filius, Ligur patria Saouonensis, cui frater natus minor fuit Franciscus, ex Episcopo Perusino, abfens renunciat à Clemente Rom. Pontifice Presbyter Cardinalis tituli S. Cyriaci in Thermis. Primus in suam familiam sacrum Purpuræ honorem intulit. Clemens enim die 11. Octobris an. 1527. Episcopus Marianensis, Aëno, & Albiganensis, & cuiuslibet eorum iniunxit, ut Augustino annulum saphiri, & pileum rubrum Cardinalatus insignia traderent. Saouonensem

Ecclesiam rexit, & Alatrinensem administravit; amplissimum Romanæ quæsturæ magistratum, quem S. R. E. Camerarium vulgo nominant, annos aliquot obiuit; cuius quidem munus hoc proprium, ac perpetuum tunc temporis erat, annonam, frumentique copiam æterna in Vrbe curare. Quo in genere ita se gessit Augustinus, Romano ut populo ob annonæ utilitatem, aliaque tum publica, tum priuata beneficia longè gratissimus extiterit: priuata addo, quod illo æuo sacri ordinis neminem Roma senserit magis munificum, atque in egenos, clientes, contubernales, atque amicos benignum magis, aut profusum; cum alioqui à luxu ipse do-

A inestico, ac fastu externo quàm maxime abhorreter. Ecclesiam Perulinam à Iulio I. traditam, annis vigintiocto tenuit, quam in Carolum germanum fratrem cum futuro regressu, vt tunc moris erat, transiit; & Cardinalis SS. Quatuor Coronatorum proposuit, cum Clemens ægrotans Collegio facultatem fecisset, vt se Pontifice abfente Ecclesiarum prouifio perageretur: regresso è mortali ergastulo Carolo, ad Augustinum Cardinalem redijt Ecclesia illa anno 1535. à quo deinde Iacobo Simonette per resignationem tradita, Hieronymo Spinulæ nepoti referuata pensione. Lateranensi Concilio sub Leone X. habito interfuit; cum Leone Bononiam profectus, cum eodem Romam reuersus est, tunc Perusiam repetijt, cum illam urbem Urbini Dux premeret bello. Ciaconius vult, Augustinum hunc relicto S. Cyriaci titulo, illum S. Apollinaris accepisse; & in electione Pauli II. Romani Pontificis neque inter præfentes, neque inter abfentes Cardinales illum recenser; cum reuera præfens fuerit, vt habemus ex monumentis Vaticanis.

B E vita migravit Romæ die 18. Octobris anno 1537. eiusque corpus Saouoniam delatum, maiorum sepulchrum excepit: meminit honorificè Augustini huius Cardinalis, Vbertus Folieta in illustrium Ligurum elogijs, quem ob gerendarum rerum peritiam, præsertim quæ ad quæsturam spectant, toto orbe clarissimum vocat; quodque apud summum Pontificem magnam gratiam, apud omnes parem benevolentiam, & celebrem famam sibi conciliauit; & ad purpuram ijs artibus, & virtutibus aditum sibi patefecit.


C Dum Ecclesiam Perulinam regeret, Canonicos, qui tunc sub D. Augustini instituto regulariter vivebant, adhibito Archipresbytero ad commune ius Canonicorum sæcularium cæterarum Ecclesiarum reduxit, aliorum Sacerdotum, ac minorum Clericorum adaucto numero, qui ampliori diuino cultui viderentur posse sufficere. De qua mutatione Iulius II. anno 1511. Diploma scripsit, cuius autographum in archiuo Canonicorum teste Ferdinando Vghellio asseruatur.

D Huic Cardinali scutum non bifidum, vt supra Ciaconius expressit, sed simplex, ac triplici versa scutularum cum spina, seu forbo arbore, quod est Spinulorum Genuensium nobilium proprium in serie Episcoporum Saouonensium tomo 4. Italiæ sacræ Ferdinandus Vghellius dedit. Andreas Spinula hæc de Augustino cecinit.

*En AVGVSTINVM quamquam Zenone carentem
 Sedulitas animi viuida, & vnica gens
 SPINVLÆ pronexit veterum distissima laudum
 Seu genus claros, seu genita est ducibus.
 Quo vsm consilijs testetur Purpura Roma
 Ad Cælum illustres posse vocare viros.*

III.


NICOLAUS Gaddius Florentinus, Thaddæus filius, Catharinæ Medicæ Galliarum Regine consanguineus, cui Leo X. suis litteris pollicitus fuerat, se in prima Cardinaliū enunciatione Nicolaū Cardinalem nominaturū, hic ex Cameræ Apostol. Clerico, & electo Firmano Episcopo renunciatus est S. Theodori primò, deinde S. Mariæ in Dominica, demum die 24. Iunij anni 1550. Diaconus



E Cardinalis S. Mariæ in Via lata: quam Ecclesiam rexit, licet iam Presbyter Cardinalis S. Mariæ in Via lata nominatur. Præfuit Episcopus Ecclesiæ Firmanæ electus à Leone X. die 16. Octobris anno 1521. nondum tamen auguratus aliquot annos transegit, donec Hadrianus VI. Firmanam Ecclesiam ab omni iurisdictione Legatorum Picentinae prouincie fecit immunem; in quo Diplomate Nicolaum Gaddium electum Firmanum declarat. Rexit etiam Abbas Cænobium S. Leonardi in Apulia, Episcopus Ecclesiam Sarlatensem in Gallia, & Archiepiscopus Colentinam sedem; alijque sacerdotijs in Italia, & in Gallia Transalpina ditatus est. Vix Cardinalatus honore illustratus, Clementis VII. obfes Cæsariensis datus, Neapoli in arce noua velut in carcere sordidatus diu latuit, Cæso Alexandro Mediceo reipublicæ constituendæ patrociniū haud fatis certo consilio suscipiens, conductis copijs, re infecta exitimationem inuincit impar viribus, & artibus Cœmi Medice Heturriæ primi magni, & inuictissimi Ducis; illum tamen perhumani ingenij virtute, ac splendida liberalitate reparauit pluribus meritis in Christianam reipublicam.

F Decessit Florentiæ decimo septimo kal. Februarij ex Vghellio, atque ex sepulchrali inscriptione; seu ex Contelorio die 17. Februarij anni 1552. & in sacello S. Mariæ Nouellæ humatus, quem deinde Nicolaus Gaddius nepos sepulchro nobili, & epitaphio decorauit huiusmodi.

Ciaconius Andr. Viator. in Addit. ad Ciaconii. Aubery in Vita. Aubert. Miræus in Elog. Spinularum. P. Guinius de Rom. Pontificib. Felix Conzelonius in Elencho. Vbert. Folieta in Elog. Ligurum. Ferdin. Vghellius in Addit. ad Ciacon. & in Ital. sacræ.



Ciaconius Paninius P. Ionius Aubery in Vita. Ferdin. Vghellius in Addit. ad Ciacon. in Italia S. Felix Conzelonius in Elencho. Steph. Ammirat. in hist. Florent. Guicciardini in Hist. Annibal. Charus. Antonius Milleus in Epistol. Claud. Roman. in Gall. Clauis.

NICOLAO GADDIO THADDEI FILIO S.R.E. CARDINALI DE REPUBLICA CHRISTIANA OPTIME MERITO SEPVLCHRVM HOC TANTO PATRVO DEBERI NICOLAVS GADDIVS CENSUIT ANN. SAL. MDLXXVII. VIXIT ANN. L. XI. MENS. VII. DIES XX. OBIT ANN. DOM. MDLII. XVII. KAL. FEBR.

Hæc de Nicolao Cardinali Gaddio scribit Iacobus Gaddius patritius Florentinus, vir dignus ijs elogijs, quæ pluribus illustribus hominibus ipse tribuit. Cardinalem Gaddium virum affabilitate, humanitate, ac omnium scientiarum genere præstantissimum suis in epistolis m. s. vocat Antonius Miletus; pessime tamen in suis lit teris illi dixit Petrus Aretinus, qui in eum multos aculeos emisit. Extant huiusce Cardinalis litteræ ad Cardinalem Cybo datæ in commendationem Reipublicæ Florentinæ, easque inuenies inter Principum litteras. Eidem litteras dedit Nicolaus Ardinghellus. Ecclesiam S. Mariæ in Via lata restaurauit, exornauitque, vt insignia ex marmore in eadem appensa omnibus indicant. Tameñ Firmam abiens administrauit Ecclesiam, in eam tamen omnia quæ potuit, contulit ornamenta, siue supellectilem spectes, siue palatij Episcopalis restaurationem; quam postea curis festus Laurentio Lentio nobili Florentino cum regressu resignauit. Magno excellentique ingenio floruit, maximaque in transigendis negocijs dexteritate: Dominus Colliscipuli, aliorumque oppidorum fuit; interfuit Comitij Pontificijs, in quibus tum Paulus, tum Iulius huius nominis Tertij renunciati sunt Romani Pontifices.

Galliæ Christianæ scriptores referunt Nicolau Card. Gaddium sub Paulo III. SS. Viti, & Modesti in Macello Martyrum titulu obtinisse. Hic Catharina Medicea Galliarum Regina promouente Ecclesiam Sarlatensem in Gallia obtinuit, & die 8. Februarij anni 1533. possessionem adeptus est: ac solemniter deinde omnium ordinum apparatus in ea ciuitate exceptus fuit, procedentibus obuiam Consulibus, & ciuibus vsque ad fines Sarlatensis ditionis. Has tamen insulas postea cessit Francisco de Seneterre monacho Benedictino, qui anno 1546. die 15. Augusti Ecclesiam suam primam aduentauit.

IV.

HERCVLES Gonzaga, Mantuanus, Francisci Marchionis Mantuæ, & Isabelle Estensis filius, Sigismundi Gonzagæ Cardinalis nepos, Ferrantii Gonzagæ clarissimi Ducis frater, Mantuæ natus x. Kal. Decembris anno 1505. generis splendorem cultioribus tum literis, tum moribus auxit, & ornauit. Adolecens postquam in patria politiorum doctrinam, & liberales artes percurrisset, Bononiam ad maiora studia se contulit, vbi Philosophiam sub Petro Pomponatio claro illius

zui Philosopho, ac Theologiam diligenter audiuit, & in vtraque nstrificos fecit progressus. Iuuenis adhuc, vigesimum enim, seu vt alij volunt, decimum quintum attigerat annum, ex cessione Sigismundi Gonzagæ Ecclesie Mantuanæ præfesse cepit; & à matre Isabella omnium foeminarum, teste Bembo, prudentissima, in qua Clemens VII. Romæ anno Vrbis direptæ, virilitatem admiratus est, ex Vrbe redeunte, & ex charitate in filialem complexum effusa, rei ignarus, & nihil tale cogitans, Cardinalitij decoris insignia, Clementis donum materna diligentia acquisitum accepit. Cardinalitium illi pileum die 9. Iulij an. 1527. transiisit Clemens, etq; S. Mariæ nouæ Diaconiam attribuit. In Cardinalium Collegium cooptatus, tantam apud omnes famam consecutus est, vt doctrina, prudentia, & singulari in rebus gerendis dexteritate cum præcipuis illius ætatis hominibus non immerito conferretur. Propter enim illas insignes animi dotes apud Carolum V. & Ferdinandum Imperatores; nec non Franciscum, & Henricum Galliarum Reges in pretio fuit: vnde Clemens VII. alijque successores Pontifices in publicis Ecclesie negocijs eius semper vsi sunt consilio. Legationis munere Pontificum Romanorum iussu functus est in prouincijs diuersis; videlicet sub Pio IV. Pontifice in Campania, & apud Carolum V. quem Bononia, vbi Imperiale diadema de manu Pontificis susceperat, Genuam vsque comitatus est. Mantuani Ducatus, filiorumque Federici primi Ducis tutor, & gubernator a demortuo fratre relictus, maxima populorum tranquillitate annos sexdecim prouinciam sibi demandatam prudenter administrauit; donec Federicum nepotem tanto oneri parem ediceret. Sub Paulo IV. Archiepiscopus Tarraconensis, seu Tirafonensis, vt alij volunt, factus est; atque in Comitij, quibus Pius IV. ad D. Petri sedem Romano Pontificatu afoendit, multorum Cardinalium iudicio dignus habitus vt Pontifex renunciaretur. Imo post Pauli IV.

Scenola & Ludou. Sammaritani in Gallia Christiana

Ciaconius Ant. Posse un. in hist. Familie Gonzagæ. Hier. Gæmbert. Franc. Sac. in. in. Soc. etc. Andr. Vi. Giorell. in Addit. ad Cicron. Iulij. Gor. Vela. in. Vita Per. nantis G. vix. lo. Bapt. Adriani in Hist. Ferdin. V. Ghellius in Addit. ad Cic. & in Ital. sacra. Aubery in Vita. Iulius Ca. Bellanus in Vita.



obitum, cum Romam ad Comitium venisset, summo omnium applausu exceptus est; vt refert Curtius Gonzaga his litteris.

Domino Herculi II. Atestino IV. Ferrariae Duci.
PRO ardenti studio, quo debeo, meam tibi operam deferendi, fidem ex parte liberare aggredior, quam à me proxime exactis diebus sub discessum meum exegisti, vt scilicet subinde tibi per litteras nunciarem, quæ hinc significanda existimarem, præcipue si quæ spectarent ad Cardinalem Mantuæ nuncupatum, à te mirifice cultum, & dilectum. Et licet modo non occurrat res magni momenti, & quam per alios intelligere non possis; visum tamen est mihi ad te perscribere, quod eidem Cardinali Romam aduentanti obuiam iuerant permulti Antistites, & Viri nobiles partim à Principibus, & Purpuratis missi, partim sponte sua in obsequium profecti. Demum exceptus fuit à Marco Antonio Columna cum lectissimo Procerum, & patritiorum comitatu. Quis omnes magnis eum officijs deduxerunt ad palatium conuictum, archi, qui vulgo dicitur Portugallie, vbi expectabatur à Cardinali Urbini dicto, vt in eius amplexus rueret, prout factum fuit magno cum gaudio omnium, qui aderant, sed maxime amborum Cardinalium, qui præter generis consuetudinem summa obseruantia, & amore se inuicem prosequuntur. Vix conscenderant scellas, cum superuenit Cardinalis tuus germanus; & sanè in eorum amantissimis complexibus spectantium corda liquecere præ gaudio videbantur: qui in ipsorum frontibus intuebantur mutuum amorem, & quantum momenti habeat in Principibus generis consuetudo; mentium, ac morum similitudo, & intima, ac sincera amicitia, vt perpetuo inter has tres amplissimas familias intercessio. Quare facile conici potest, quæ concordia, & animorum consensione in his Pontificis Comitij, vt par est, conspiraturi sint ad Dei gloriam; Apostolica Sedis amplificationem, ac totius Orbis Christiani felicitatem. Reliqui etiam Cardinales, & primum Sanctæ Floræ nuncupatus, & Farnesius illum officij causa domi conuenerunt conueruatis prope obsequijs, & maximis ingenue beneuolentia declarationibus; quod nobis clientibus summa fuit voluptas. Demum totius Urbis oculi ex ingenti admiratione in eum defixi videbantur non sine felici, ac fausto auspicio eueniens tantopere tibi optati, ac Reipublicæ Christianæ salutaris. Quod quidem votum non solum eorum esse, qui cum illo communionem generis habent, sed etiam illorum existimo, quibus perspecta sunt prudentia, iudicium, pietas, probitas non fucata, & alia præstantes eius animi dotes; quæ, vt sæpius à te sapientissime dictum memini, videntur certatim in eundem confluisse dignum plane omni honore, & amplitudine. Quare cum hodie vespere, quinta scilicet die Septembris missum Pontificis Comitij dederit, confido, me Des ope tecum de tam felici successu gratularurum; & me tibi commendo ea animi demissione, & obsequio quod tua celsitudo exposcit, ac tot nomina, quibus tua singulari humanitati sum obstrictus.

Roma die 5. Septembris anni 1559.

Curtius Gonzaga.

Ecclesiam Suanensem in Tuscia Episcopus ab excessu Lactantij Petruccij administrandam suscepit anno 1529. die tertia mensis Iulij. eidemque anno 1532. remisit nuncium in fauorem Cardinalis Farnesij, qui postea Paulus III. fuit: Herculi quoque tanquam Administratori, Farnensis Ecclesie cura demandata fuerat die 17. Februarij anni 1528. cui cum præfuisset vsque ad annum 1530. deinceps munere se exoluit. A Pio Quarto Romano Pontifice post Campaniæ legationem quam habuit anno 1561. primus Apostolicæ Sedis Legatus, & Præsidens ad Concilium Tridentinum missus, 15. Kalen. Februarij anno 1562. primam elegantissimam orationem ad Patres in Concilio congregatos habuit; vt quod inceptum erat, prosequerentur, ac diuellerent abusus, qui Christianos, & Clericales mores pessime infecerant. Eius enim morum grauitas, vitæ innocentia, pietas, eruditio, prudentia, longa rerum bene gestarum series, auctoritas, constantia, nobilitas magnam existimationem pollicebatur. Attamen in Concilio cum fauere Cæsaris, ac Regis Galliarum postulatis de communionem sub vtraque specie visus sit, factum est aliquorum potius vitio, quam suo, vt Pontificis gratiam, beneuolentiamque aliquando amiserit. Et licet nemini esset probitate inferior, neminemque haberet doctrina superiorem, pluries tamen accusatus est, ac si propriæ domus potius, quam Ecclesie utilitatis rationem haberet; illum aliqui ambitiosum, alij supremis Principibus deditissimum prædicabant. Hercules alioquin Ecclesie studiosissimus, attamen animo elatus ad inuidorum telaeuitanda, facultatem abunde à Concilio, instantissimè à Pontifice petijt; Concilij Patres omnes ad vnum repugnarunt; Cæsar ipse obstitit; quare discedendi à Pontifice negata licentia, antiquam dignitatem in Ecclesie bonum coactus retinuit. Vixit igitur in eodem Concilio zelo fidei plenus vsque ad sextam lesionem, die noctuque dictis, factis, & scriptis ad tollendos in Ecclesia Dei exortos abusus laborans, tandem febre correptus, cum sacrosanctum Viaticum, ac supremam vnctionem à Iacobo Lamio integerrimo Societatis Iesu Præposito sibi adhiberi iussisset, die 2. Martij ex

Contelorio, & ex Cardinali Sfortia Paliuicino in historia Concilij Tridentini, non sexto nonas Maij, vt alij volunt, anno à partu Virginis 1563. ætatis 58. quorum triginta sex in purpura traduxerat, sanctissime, vt vixerat expirauit: incusatis medicis quod ignorata morbi causa, opportuna remedia non adhibuissent. Pauperum cœtibz in æterna tabernacula eius animam receptam, æquum est opinari; nam eodem anno, grauiore annona Mantuam premente, instituerat, vt præter pecuniæ, aliarumque rerum largitiones, assidue vique ad messem mille hominibus, quorum egestatem animorum curatores iudicasset, tantum farinæ tribueretur, quantum ad eorum victum satis fuisset. Neque hoc nouum; nam aliàs in Gallia Cisalpina arcta rerum omnium charitas cum esset exorta, vt erat Hercules in pauperes liberalis, quingenta aureorum millia ad ipsorum inopiam subleuandam erogare non dubitauerat. Concilij Patres in vrbe Tridentina, & Dux nepos Mantuæ regio more funus Herculi celebrarunt; Respublica Christiana omnium lacrymis eidem iusta persoluit. Corpus aromatibus conditum, Mantuam delatum, ciuitatis Proceres, & Clerum obuiam habuit; deinde cum Ferrantis fratris cineribus in sacello S. Petri collocatum cum sequenti sepulchrali inscriptione in marmore inculpta.

**HERCVLIS GONZAGÆ CARDINALIS,
ET EPISCOPI MANTVANI
MAGNI CONSILII MAGNÆQUE ERVDITIONIS VIRI,
DVM SACRO CONCILIO TRIDENTINO PRÆSIDERET,
VITA FVNCTI CADAVER.**

In eius funere Bernardinus Perciuallus Iuriconsultus sua ætate clarissimus perorauit, ac Lesum cecinit Paganus Licionensis ad Gulielmum Mantuanorum Ducem; ibidemque tumulus extat eiusdem Herculis ad Federicum Gonzagam Cardinalem fratris filium.

*Hoc marmore tenet HERCVLIS propago
Quem GONZAGA tulit, relicta membra
A diuina Anima, quibus soluta
Ad puri reuolauit astra Olympi
Verum hac terrea membra derelinquens
Nomen tale reliquit, atque famam
De se, maxima dignitas, quod illa
Illa ab omnibus experita tantum
Que Cæli ostia claudit, atque pandit,
Illius meritis, minorque, & impar
Habebatur, eratque, si existimemus
Illius merita æquore mente.
Per te conice, qualis, atque quantus
Ille vir fuerit, o Viator, hancque
Iacturam lacrymis insit atam,
Quam Respublica Christiana fecit
Cælesti hoc homine interempto, iniquo
Rerum hoc tempore, tamque turbuiento.*

Excelluit ingenio natalibus pari, non æquè studio; Principis splendorem cum Antifistis probitate, ac prudentiam politicam cū Christiana pietate coniunxit; laudatus testimonio in primis duorum doctrina insignium Cardinalium Bembi, & Sadoleti. Expeditus Pontifex pari Gallorum, & Hispanorum voto, exclusus, quod conditione nimis excelleret: dignusque est habitus qui Pontifex deligeretur, nisi Princeps esset; hoc ipso tamen illustrior, quod tantum fastigij cupiditatem non prætulit, vel certè ita cohibuit, vt nequam prætulerit. Inuitus, & iustus ad Concilium Præses venit, nec nisi iustus in legatione perstitit, tamque accuratè, ac diligenter vt probe ostenderit, haud esse virtuti violentum. Hic in tanta ingeniorum, affectuum, studiorumque diuersitate primas ab omnibus laudes retulit, adeo vt cum ipse discessum cogitauit, vniuersa Synodus conturbata fuerit; Principes omnes Christiani repugnauerint; Cæsar preces, Pontifex præcepta interpoluerit. Paulo ante mortem cupiens postremos vitæ annos curis Episcopalibus addicere, Pontificem rogauit, vt sibi permitteret abdicare cum onere purpuræ honorem, neutrum obtinuit. Primarium Mantuæ Templum incendio vastatum sua munificentia in meliorem formam redegit, cultum restituit, ornamenta adauxit.

Anno quo obiit, Collegium Societatis Iesu Mantuæ parabat institueret; testamento autem quatuor nummum aureorum millia ad ædes emendas, ornandasque, & ad certum redditum comparandum dari præcipit. Triginta insuper aureorum millia Monti Pietatis Mantuanæ vrbe, & viginti quinque alia aureorum millia famulis testamento reliquit; licet à prima die, qua renunciatus fuerat Episcopus Mantuanus, vsque ad obitum singulis annis aureorum octo millia in pauperes erogasset, & iuuenes multos in præcipuis Italiæ Academijs semper proprijs pecunijs sustentasset; vtque illis opem etiam post obitum ferret, annuos redditus assignasset; & Clericorum Seminarium Mantuæ suis sumptibus ante Concilium Tridentinum instituisset. Quare meritò celebratur à non paucis: de illo Petrus Iustinianus in historia Veneta hæc habet. *Hercules Cardinalis Mantuanus, viri ingenij, & sapientia laudibus tota Italia percelebris. Stanislaus Relcius in vita Cardinalis Hosij. Inhabans Legati, & præsertim ille laudatissimus Cardinalis, & animi magnitudine, & consilij abundantia, & specie corporis vere Hercules Gonzaga.*

A Adolescentulus in bonas artes non solum amore, sed ardore etiam, Bembo teste, ferebatur, ingenio, diligentia in discendo, humanitate, liberalitate, prudentia, temperantia, alijsque virtutibus, & suauissimis moribus enitens. Non minora de illo Cardinali Sadoletus scribit his verbis: *Nam, & tui de me animi iudicium, & egregiam tuam cognoui ad optimas artes amplectendas voluntatem; que mihi semper in te omni digna honore, & laude visa est; hoc etiam magis, quod in tanta raritate, & penuria eorum, qui nobilitatem cum virtute habeant coniunctam, tu vnus excelsus; qui vtrunque ita adeptus sis, vt in tuis plurimis, maximisque ornamentis maior tamen multo virtuti tue, quam fortune gratia habenda sit. Itaque recordor iam inde ab tua inuente adolescentia me semper iudicasse, te fore vnum, aut certè præcipuum inter ceteros, in quo his temporibus perdisis lumen vere dignitatis illucesceret. Qui omnibus, & nature, & fortuna bonis instructus, nobilitatem, & potentiam non arma iniuria, sed instrumenta bonitatis esses habiturus. Postea verò quam ego in hac sane longinquas regiones me contulisset, tuque ad Urbem accessisset, domiciliumque in ea fortunatum, & dignitatis tue concessisset; nunquam mihi mandatus fuit splendor tuus, & singularis in omni genere morum elegantia, & comitas; que cum vna, & constantis omnium voce laudaretur, non dici potest, qua letitia afficiebar, cum intelligerem, ceterorum quoque hominum iudicia cum meis de te iudicij consentire. Atque hæc, que nobilitati, & generi, & tua, maiorumque tuorum dignitati debita, erant, illustrius tamen abste gerebantur, quam reliquorum usus ferat. Quid? que iam tua sunt, & propria, que pauci isto loco attingunt, quanti tandem faciendæ sunt? Quod bonas litteras, quod optimas artes, omniaque humanissima studia ita consecuturus, vt in honore ipso, non in insignibus honoris, quibus solis plerique nituntur, statum tua dignitatis positum putes. Atque ab his inuitis viri illi oriuntur, quorum nunc consilijs maxime eget Respublica, que, nisi me fallit, adducta est in id discrimen, vt venementer nobis sit de communibus fortunis extimescendum. Sed qui in secundis rebus comparant se se, vt possint aduersas, & dubias, si quando inciderint, consilio regere, & virtute sustinere; hi omnia in se obtinent beata vitæ præsidia; ad que tunc eximie paratus es, facile enim, & prudentiam in capiendis consilijs, & in dandis fidem, auctoritatem in sententiâ dicenda, in omni vitæ constantiam, & grauitatem; ista tibi optimorum auctororum lectio suppeditabit, accedente præsertim usu, atque ætate. In alijs litteris hæc addit: Etenim patere nunc tu quidem me meum de te liberum proferre iudicium; non enim blandiendi causa loquor, sed vere de te dicam quod sentio. Ego paucos homines mihi vidisse videor, quanquam quid dixi paucos? vtrum alter mihi facile venires in mentem, qui tecum vi deretur esse comparandus. Sed tamen paucissimos esse iudico, qui in tanta nobilitate tantam mansuetudinem; in tam amplis domesticis copijs, tam modestum earum usum; in tam corruptis horum temporum moribus tantam æquitatem, temperantiam, moderationem animi præsent, atque exhibent, quanta in te mihi cognita iam pridem, atque perspecta est. Sunt alij insignes viri, atque in Collegio præcipue nostro, omnium virtutum laudibus excellentes, quibus suus honor, & sua debita laus tribuenda est; sed tua ista præstant, eximiaque nobilitas consociata pari, adiunctaque virtuti, omnia in te facit maiora, atque illustriora. Accedit id, quod maximum est, & quod ego pluris facio, quam reliqua omnia, quod timorem illum Domini, quem inuisum sapientia vocans sacra littera, qui autem eas litteras subtiliter, & pie interpretatus sunt, ex illo non inchoari modo, verum etiam perfici sapientiam differuerunt; non enim cum ex eo genere timorem esse, quem eicias foras, atque expellas, sed quem angeat magis, & confirmet ipsa charitas; hunc timorem, inquam, qui est robur animi nostri, & fortitudo, per quem Deum nobis ante oculos ponimus, arbitrumque eum, & iudicem omnium nostrarum actionum constitutum, in tuo versari animo, atque habere semper sensi. Quo non minus mihi, neque certius argumentum confirmata in te ipso virtutis, egregieque in Christianam Rempublicam voluntatis vllum offerri potest. Hæc ille.*

Herculi huic Ecclesiastico Ianus Vitalis honoris aram dedicauit his versibus.

*Sit quamuis celebris sublimis laude Maronis
Superba rerum Mantua,
Sit GONZAGA Domus titulis licet alta superbis
Virtutis, atque gloria
Que nihil Italia in magna splendentius ambis
Perennis Echus lampade
Vide Duces plures armorum gloria, & unde
Venere plures Principes.
Quam Troianus equus tuleris Mauortis alumnos
Et lecta bellis robora,
At tandem illa habuit nihil vnquam maius habetque
Angustus te Principe
Præterea ante alios pietas tua laudis honores
Et duplicat prudentia.*

Et

Et prope stagnans lenissima litora Minci
Honoris aram dedicat.

Hic ubi scripta notis sunt grandibus aurea verba
Duo ara Honoris HERCVLIS.

Henricus Spondanus in Annalibus Ecclesiasticis de tanto
Cardinale hæc habet: *Et Mantuanus, qui Hercules Gonzaga*
quæquam nobilissima prosapia Marchionum Mantua, longe
tamen nobilior fuit proprijs virtutibus, pietate in Deum, libera-
litate in pauperes, consilio, prudentia, eruditione, morum suavi-
tate, Hosiø, Bembo, Sadoletto magnis illis Viris maximo opere
laudatus. Celebratus est etiam à Stanislao Hosio Cardinale
Varmienti, à quo ut pomine, ita, & re ipsa Hercules animo, &
corpore dictus est; quod Stanislaus Relcius in ipsius Hosij Car-
dinalis vita mutuari visus est, ut superius attulimus. Summis etiam
effertur laudibus à Sfortia Cardinali Pallauicino in historia Con-
cilij Tridentini.

De huiusce tamen Cardinalis existimatione multum detrahe-
re conati sunt nonnulli; eiusdemque obitus invidis multis volu-
ptati fuit; cum enim facietis valeret, festiuèque in domesticis con-
suetudinibus sapissimè iocaretur, in obtrusatoris notam apud
aliquos incidit; & licet singulari ornatus prudentia, inertia tamen
laboravit apud alios, qui vitia virtutibus, & virtutes vitij per-
miserent. Notatus enim ambitionis est, quod hoc vitij genus
splendidum, & Proceribus commune videatur, quasi ad altiora
anhelaret; atque hac de causa benignius ageret cum Patribus
cecu proxime futuri Pontificis electoribus.


Edidit Hercules librum inscriptum, Vitæ Christianæ Institu-
tio. Plures etiam scripsit Epistolas Italico sermone, quas inuenite
quis poterit inter Virorum illustrium literas in lucem editas, illæ
vero Hercules sunt datæ Regi, ac Reginae Poloniæ, Duci Vrbinæ,
Marchioni Massæ, Io. Andree Dorizæ, Melitensium Equitum
Magistro; Pio IV. Duci Florentino, Duci Albæ, alijsque.

Cardinali huic litteras dedit Hecfor Podocatharus Rex Cypri
& Mollæ. Eidem Tractatum de Spe inscripsit Hieronymus Per-
boni Marchio Incisæ, & Oularum dominus, Mediolani aditum
anno salutis 1533. Iulius Gabriellus Eugubinus Plutarchi libel-
lum à se Latine reddidit, & Federicus Pendasus de Natura cor-
porum Cælestium Herculi Cardinale Gonzagæ dedicauit.

V.

MARINVS Grimatus
Venetus, Antonij
Venetiarum Ducis propin-
quus, & Dominici Cardina-
lis Grimani nepos, litterato-
rum Mœcenas, vir doctissi-
mus, & eloquentia clarus, ex
Patriarcha Aquileiensi à Leo-
ne X. nominato, die 5. Maij
anni 1527. renuntiatur Pre-
sbyter Cardinalis S. Vitalis
titulo Vestinæ, sed non pu-
blicatur nisi initio Februarij
anni sequentis 1528. illi

enim absenti, die 6. Februarij 1528. Cardinalitium pileum Cle-
mentem Vrbeueteri commorantem transmisit, ex monumentis
Vaticanis certò scimus. Accessit post menses aliquot Marinus
ad Clementem à quo die 21. Ianuarij 1529. in Cardinalium Con-
gregatione receptus; & admittus est ad osculum pacis; locum
tamen non habuit inter Cardinales illo tempore, non enim publi-
cationem, sed enunciationem die 3. Maij 1527. attendendam esse
in sui fauorem ipseuertit assererat. In sequenti consensu habito die
27. eiusdem mensis Ianuarij locum obtinuit inter duos vltimos
Cardinales. Progressu temporis relicto titulo S. Vitalis, primò
S. Marcelli, deinde S. Mariæ Transyberim obtinuit; præfuit Epi-
scopus Ecclesiæ Portuensis, & Cenerensis (Cenezæ, mediterranea,
& antiqua ciuitas in Marchia Treuifana est) Tiphernatem quoq;
Ecclesiam administrandam suscepit an. 1539. Tiphernem autè
vrbs est prope fluuium Tiberim ad radices Appennini in Vmbria
sitæ; post paucos verò dies eo munere se abdicauit: his aduncta
habuit plura alia sacerdotia, quibus Cardinalitium splendorem
sustinuit, & aluit. Legationis munere fundus est in Vmbria, &
Perusæ, deinde pro pace apud Regem Francorum, & sub Pau-
lo III. Parmæ, ac Placentiæ, & in Gallia Cispadana. In catalogo
Aquileiensium Patriarcharum dicitur Constantinopolitanus Pa-
triarcha. Paulus III. cum Carolum V. Buxeti; Pallauicinæ fami-
liæ tunc temporis inter Cremonan, & Placentiam oppidum in-
erat; triuano colloquio ad pacem cum Gallorum Rege stabilien-
dam frustra fuisset prudentissimè cohortatus, rogauit, ut Senato-
res sacros de pace dicturos vellet audire, assentiente Cæsare, Car-
dinalibus non multò post accitis, Marino Grimano amplissimi
ordinis Principi facultia celebrè orandum fuit, qui quidem non
persuasit pacem, sed oppositè dixit ad persuadendum. Delecta-
bit forsan lectorem huiusce Cardinalis ad Cæsarem oratio, quam
ex Iouio placet hic relinbere.



Caecilius
P. Iouius.
Io. Baptista
Laurus in
Pent. An-
p. m. s.
Io. Cædri.
in E. A.
quodam
Pent. Con-
tinentia
Hæccho.
P. Iouius.
in ad. Venet.
Hæccho.
Cædri. Pal-
lauerit. in
Historia.
Cædri. Tri-
dubery in
vita.
Andr. Vi-
threll. in
adit. ad
Cædri.
Pent. ad.
Vphellus
d. & in
Pent. Cædri
Pent. in
Cædri. A.
quodam
Pent. ad.
Pent. ad.
Pent. ad.
Pent. ad.

A Nisi longè maximum, quod Reipublice ædurnis affecta mi-
lis discrimen inueniat, Auguste Cæsar, omnium animos vehem-
mentissimè commoueret, rem profectò toties actuatam, rursus
agere maximè absurdum putassemus. Sic enim hic quærens Sona-
tus cum pristina tua constantia, tum modestia sua meminit, ut
privatis colloquijs vigilantissimi; atque optimi Pontificis officio
grauissimè satisfactum intelligat. Sed dirus hostis in limine cru-
delia arma conentis; maroque Ionim magnis eius classibus con-
stratum esse nunciatur; & in tanta animi magnitudine, tantis
opibus, & tanta denique fortuna summus Imperator, neglecta
Pannonia, deserto fratre, Italia, Siciliaque litoribus Barbaro
penè proditis, auersus in Belgas contendit, scilicet, ut cum igno-
bilis vindicta studio rebellantem regulum debellatis, perierse lau-
dis famam querat; quasi relictissima, & perillustri laus aliunde-
quam à confecta pace, susceproque sacro bello petenda videatur.

B Aequo igitur animo tuleris Auguste, si decretis tui nouitatem non
insulsi homines admirantur; nam cum in periculo publica sit salus,
occultas consilij tui rationes excutiunt, omitti victoriam, parari
cladem, religionem alius reuelli maximè dolent, agnatisque
Cæsaribus, & tibi proprias virtutes requirunt, verè scilicet glo-
ria cupiditatem, dedecoris metum, & presentis animi pietatem.
Quarum rerum cum tibi esses omnino persimilis, præclara non-
uno in loco, & quidem imitata posteris documenta reliquisti; sed
in te una maximè pietas refulsit erga Deum, Dinisque immortales,
qui te hac incedentem via, & rite vota nuncupantem nusquam
sefellerunt. Nosti enim quanta euentus felicitate responderint,
cum in Pannonia Solymannum tantarum virium tumorem sa-
stu, solo prope castrorum tuorum fremitu profugisti. Barbarus-
fanoque aere deuidum, ac exutum regno terra Africa depulsi-
sti! At illi tibi demum ad intestina bella si non inique, impor-
tune tamen comerso minus arriserunt, scilicet, ut salutem tuam,
non victoriam sibi cura esse ostenderent, & præclare monerent, ut
à Christiano sanguine temperaras. Redisti siquidem à prouincia
incolumis, cum tertias fere pars exercitus non hostili gladio, sed
tæbe consumpta perierit. Verùm aliquanto certius Deorum num-
en apparuit, cum à Germania Solymanno ad occupandam Bud-
dam aduente, in Africam traicere propolasti, cum à te sup-
plex frater opem imploraret, retentarent Germania Proceres,
moestique Hungari tuo discessu se proditos quererent. Traicisti
scilicet durissimo anni tempore, cum cuncta terra, marisque pericu-
la ad exiguum, nec satis nominis tuo decoram victoria spem subi-
ras. Neque enim & Eunuchus, & seruus Asanagas cum ipso no-
bilissimo Imperatore hoste tum præsertim Christiana terra immo-
nitor cedente videri poterat comparandus. Sed te, nosque totum
omnes capitis tui aleam subituros Dii superi præclara miserat tunc
conseruauerunt usque adeo clementer, ut tibi in eocalemstatum
omnium concursu incomparabile tropicum de deuicta fortuna
concesserint. Ergo si tam grata, quam pia mente Deorum benefi-
cia commoueris, te ipsum hodie profectò vinces, quod certe magis
pulchrum, decorumque fuerit, quam fortunam verum omnium do-
minam admirabili constantia superasse. Hæc quidem agnoscis
Cæsar, & quæ tu iudicis, atque memoria vis est, ad gloriam
tuam, & seculi felicitatem pertinere confiteris; sed cum Gallo-
niam stabilem amicitiam, nunquam securam pacem parari
posse contendis, quod tibi ea gens è summis regni apibus facile in-
fractis, aliene astutis appetens, noua spe, noua libidine semper
iniqueta videatur. Hæc certe suspicantem à communi concordia
auerunt, auertentque semper; nulla enim grauior pestis humano
ingenuo infidet, quam atre concepta suspicio; ea enim cum temere
semel irruerit; agerrimè vel maxime illustri ratione commollitur.

C Noli generose, proque Cæsar vilo modo pati, ut in te vel minima
suspiciacis ingenij nota resideat; patere autem, si quid prædurum
in intimis sensibus obcelluit, ut id totum Christiana pietate mol-
liatur. Honestissimus siquidem, nominique maxime decoris con-
ditionibus, quas prudentia, & Reipublice amantissimorum homi-
num iudicio descepræ dudum perlegisti; Rex Gallorum pacem
petit, affinitatem, opes, copias offert, occupata restituit, ut Mo-
diolano tua liberalitate, beneficiumque iuris nomine recuperas o,
communem hostem Barbarum, consunctis armis persequatur, ut
nihil porro vel occulte fraudis, vel parum sinceræ fides pertumeat.
Quis nihil unquam inuicti animi fretus altitudine tuerere didicisti.
Cuncti fere Principes in tua societate, fœderum sponsores, vades-
que aderant, ut in his armis sanctas pacis leges, inraque omnia
inuantur. Hanc à te pacis conditionem ante alios oras, & exigit
Carolus Allobrogum regulus, innocentia tantum sua depulsus re-
gno, & quod longè miserrimum videtur, per septem annos, an-
cipiti duorum propinquorum iniuria fatigatus. Hanc uero Veneti
tanquam ex fœdere debitam reposcunt; eandem regna tua perpetuis
tributis eneruata, suorumque præsertim, ac hostium rapinis
crudelissimè diuexata, suppliciter efflagiant. Valeant aliquid,
obsecro Cæsar, fraterna pericula, Hungarorum supplicans in lacry-
mâ, Sænatus preces, valeat ipsa sacrosancti Pontificis auctoritas
pijs atq; optimis nunquàm spreta Regibus, ut Christianus orbis lu-
ctu, miseris, & Barbarorum metu liberatus, post imperatam tui
incomparabilis munere pacis, atq; cõcordiæ secundissime restoretur.

D Non generose, proque Cæsar vilo modo pati, ut in te vel minima
suspiciacis ingenij nota resideat; patere autem, si quid prædurum
in intimis sensibus obcelluit, ut id totum Christiana pietate mol-
liatur. Honestissimus siquidem, nominique maxime decoris con-
ditionibus, quas prudentia, & Reipublice amantissimorum homi-
num iudicio descepræ dudum perlegisti; Rex Gallorum pacem
petit, affinitatem, opes, copias offert, occupata restituit, ut Mo-
diolano tua liberalitate, beneficiumque iuris nomine recuperas o,
communem hostem Barbarum, consunctis armis persequatur, ut
nihil porro vel occulte fraudis, vel parum sinceræ fides pertumeat.
Quis nihil unquam inuicti animi fretus altitudine tuerere didicisti.
Cuncti fere Principes in tua societate, fœderum sponsores, vades-
que aderant, ut in his armis sanctas pacis leges, inraque omnia
inuantur. Hanc à te pacis conditionem ante alios oras, & exigit
Carolus Allobrogum regulus, innocentia tantum sua depulsus re-
gno, & quod longè miserrimum videtur, per septem annos, an-
cipiti duorum propinquorum iniuria fatigatus. Hanc uero Veneti
tanquam ex fœdere debitam reposcunt; eandem regna tua perpetuis
tributis eneruata, suorumque præsertim, ac hostium rapinis
crudelissimè diuexata, suppliciter efflagiant. Valeant aliquid,
obsecro Cæsar, fraterna pericula, Hungarorum supplicans in lacry-
mâ, Sænatus preces, valeat ipsa sacrosancti Pontificis auctoritas
pijs atq; optimis nunquàm spreta Regibus, ut Christianus orbis lu-
ctu, miseris, & Barbarorum metu liberatus, post imperatam tui
incomparabilis munere pacis, atq; cõcordiæ secundissime restoretur.

E Non generose, proque Cæsar vilo modo pati, ut in te vel minima
suspiciacis ingenij nota resideat; patere autem, si quid prædurum
in intimis sensibus obcelluit, ut id totum Christiana pietate mol-
liatur. Honestissimus siquidem, nominique maxime decoris con-
ditionibus, quas prudentia, & Reipublice amantissimorum homi-
num iudicio descepræ dudum perlegisti; Rex Gallorum pacem
petit, affinitatem, opes, copias offert, occupata restituit, ut Mo-
diolano tua liberalitate, beneficiumque iuris nomine recuperas o,
communem hostem Barbarum, consunctis armis persequatur, ut
nihil porro vel occulte fraudis, vel parum sinceræ fides pertumeat.
Quis nihil unquam inuicti animi fretus altitudine tuerere didicisti.
Cuncti fere Principes in tua societate, fœderum sponsores, vades-
que aderant, ut in his armis sanctas pacis leges, inraque omnia
inuantur. Hanc à te pacis conditionem ante alios oras, & exigit
Carolus Allobrogum regulus, innocentia tantum sua depulsus re-
gno, & quod longè miserrimum videtur, per septem annos, an-
cipiti duorum propinquorum iniuria fatigatus. Hanc uero Veneti
tanquam ex fœdere debitam reposcunt; eandem regna tua perpetuis
tributis eneruata, suorumque præsertim, ac hostium rapinis
crudelissimè diuexata, suppliciter efflagiant. Valeant aliquid,
obsecro Cæsar, fraterna pericula, Hungarorum supplicans in lacry-
mâ, Sænatus preces, valeat ipsa sacrosancti Pontificis auctoritas
pijs atq; optimis nunquàm spreta Regibus, ut Christianus orbis lu-
ctu, miseris, & Barbarorum metu liberatus, post imperatam tui
incomparabilis munere pacis, atq; cõcordiæ secundissime restoretur.

F Non generose, proque Cæsar vilo modo pati, ut in te vel minima
suspiciacis ingenij nota resideat; patere autem, si quid prædurum
in intimis sensibus obcelluit, ut id totum Christiana pietate mol-
liatur. Honestissimus siquidem, nominique maxime decoris con-
ditionibus, quas prudentia, & Reipublice amantissimorum homi-
num iudicio descepræ dudum perlegisti; Rex Gallorum pacem
petit, affinitatem, opes, copias offert, occupata restituit, ut Mo-
diolano tua liberalitate, beneficiumque iuris nomine recuperas o,
communem hostem Barbarum, consunctis armis persequatur, ut
nihil porro vel occulte fraudis, vel parum sinceræ fides pertumeat.
Quis nihil unquam inuicti animi fretus altitudine tuerere didicisti.
Cuncti fere Principes in tua societate, fœderum sponsores, vades-
que aderant, ut in his armis sanctas pacis leges, inraque omnia
inuantur. Hanc à te pacis conditionem ante alios oras, & exigit
Carolus Allobrogum regulus, innocentia tantum sua depulsus re-
gno, & quod longè miserrimum videtur, per septem annos, an-
cipiti duorum propinquorum iniuria fatigatus. Hanc uero Veneti
tanquam ex fœdere debitam reposcunt; eandem regna tua perpetuis
tributis eneruata, suorumque præsertim, ac hostium rapinis
crudelissimè diuexata, suppliciter efflagiant. Valeant aliquid,
obsecro Cæsar, fraterna pericula, Hungarorum supplicans in lacry-
mâ, Sænatus preces, valeat ipsa sacrosancti Pontificis auctoritas
pijs atq; optimis nunquàm spreta Regibus, ut Christianus orbis lu-
ctu, miseris, & Barbarorum metu liberatus, post imperatam tui
incomparabilis munere pacis, atq; cõcordiæ secundissime restoretur.

Ad

Ad hæc Cæsar, ut a vetere consilio discederet, nihil omnino vel amplissimi viri facundia, quæ in Grimano summa respicienda, vel eius sacri ordinis dignitate permotus grauius respodit. Nihil a se in toto vita cursu vel ad gloriam, vel amplitudinem comparandam publica pace commodius, & melius concupisse, quam ut exoptata seculi securitas cum tranquillitate rerum omnium pararetur: nihilque demum antiquus habuisse, quam pace potiri, ut inde aduersus Barbaros arma disfringeret, quibus votis ac institutis suis præclara exempla in Pannonia, Græcia, Illyricis, ac tota denique Africa rebus gestis ostendit; sed laceratum Gallorum iniurijs, retractumque a nobis incepto bella conficere nequiuisset. Nemini enim cuiam pacem uti visorem, chariorumque videri, quam ei ad quem iure primo ex sacri belli victoria, cum speciosissimis spes triumphis, summissa Landis pronuntius obnuntiat. Sed Gallos semper noua odia ex antiquis simulacris ferentes, ipsius semper, maiorumque suorum obiretasse laudibus, ac potentia, amplitudinis, & legittimis Regnum hereditatibus inuidisse; quod rursus nuptas legitimas virgines impudentissime repudiarint; sacramenta fœderum aburarint, nihilque unquam sanctius habuerint, quam cum ex commodo liberet a fide, ac amicitia defecisse; id præclare perspectum esse, planeque cognitum Imperatoris Comitibus, quibus multo auro suffragia prouertere conati, ambitiose malignitatis, atque stultitie etiam sumptu inominiam vetulerint. Postremo ab ipsis concitatos Menapios, atque Sicambros, ut Brabantiorum regionem incenderent, euocatumque nefaria crudelitate ad omnium perniciem Solymannum, ut Austriacæ Domus quam maxime noceretur, cum nunquam antea in eam maleficio, & contumelia temperassent. Ab is autem obiectis sibi inducias Rinconis, ac Fregosy cadent violatas, cuius patrii facinoris ipse prorsus fuerit ignarus, & pœnâ demique Georgio patrio pecunia redempto nuper excoluerit. Proinde nunquam se ad inuicem concordia ac mentionem admittitur nisi Belgarum suorum iniurias de rebellibus, & incendijs latronibus undicaret: id enim dignum videri Cæsaris maiestate, omnia belli detrimenta æquo animo perferre, sed nullam dignitatis pati contumeliam. Sibi autem, & summi Pontificis, ac totius denique Senatus gratiam honoris, ac emolumentum esse debere, non detrimentum, atque dedecus. Quid enim in re sua potius, quam athena sapientia, & satis superque Gallorum fidem expertis, absurdum, ac dementius, quam iniqua per conditione Gasalpina Gallicia imperio spoliari, ut Francisci Regis minori filio Britanniaë erroris hereditate penitus excluso, nonum ex alieno patrimonio pretium? quo demum Gallica augeantur vires in Italia, & sua protinus minuantur: ea quoque insana, aut certe preposterâ liberalitate liberis nauigationum, ac itinerrum sibi eripi facultates, cum repetere Hispaniam, & Germaniam inuifere singulis prope annis necesse foret. Malle se Augusta dignitatis penitus obliuisci, & acclamatum Cæsaris nomen vltro deponere, quam indignanter pati, ut terra, marisque portus, hospitia, transitus ad dubijs, vel ingratis clientibus impetranda videantur. Postremo Cæsar sensim exardente facundia, eadem fere commemorauit, quæ alijs tum Romæ, tum Niceæ etiam, & Lucæ expentibus pacem responderat, cum eam causam diserte, & accuratè perorasset.

Ut autem ad Grimanium Cardinalem redeamus, inter Cardinales à Paulo III. pro rebus Concilij delectos vnus fuit. Cenetenses apud Venetam Rempublicam contra Marinum Episcopum conqueisti sunt, ac Venetam clementiam, openque implorarunt: quare Patres illi censuere, ut temporalis dominij ius ad Venetos rediret, ac statim Comitibus habitis, Iacobus Surianus Prætor Cenetæ renunciatus, Veneti Senatus nomine vrbis illius administrationem in temporalibus suscepit. Cardinalis illico Venetorum nomen apud Romanum Pontificem detulit, quod nulla habita Apofolica dignitate ratione, vrbem Ecclesiæ occupassent. Tum Pontifex iniuriam non tulit, effecitque, ut Veneti abrogato priore decreto rem integram restituerent, atque ita Cardinalis pristina iura eadem in vrbe recepit, quod à Senatu illo in Romani Pontificis gratiam factum fuit. Quare Veneti scriptores, inquit quos Petrus Iustinianus Maximus Cardinalis nota aliqua insinuat, vitantque; læcularibus potius quam sacris rebus apriorè nominant. Cum autem animi gratia Vrbernetorè Marinus concessisset, ibi die Martis 28. Septembris anni 1546. mortem oppetit; ibique in Cathedrali depositus, Venetias, ut habet Sansouinus, inde relatus, in Ecclesia S. Francisci de Vineis, in nobili, & insigni marmoreo tumulo ad læuam Domini Cardinalis patrii humatus fuit. Extat adhuc Vrbeueteri de eo hæc marmorea inscriptio ab auctore Nomenclatoris collecta.

D. O. M. MARINO GRIMANO VENETO SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIE CARDINALI CIVIS VIRTUTVM IN OMNES GENTES EGRESSA MEMORIA MAGIS APVD ANIMVM CIVISQVE, QVAM APVD TVMVLVM HOSPITATVR. ILLVSTRIVM ERGO VIRORVM VERVM SEPVLCHRVM ANIMVS HOMINVM. ADITVI BENEFICIORVM MEMORES EX PVBLICO DECRETO INSTAVRARVNT.

Scriptis in D. Pauli Epistolas non contemnendum opusculum, vt idem Nomenclatoris auctor asserit.


Marino Grimano Card. litteras dedit Nicolaus Ardinghellus. Ecclesiæ S. Mariæ Transtiberim varijs structuris exornasse, Palatium item, & Porticum eiusdem Ecclesiæ pro ornamento regionis ampliorum reddidisse, fatentur monumenta eiusdem Ecclesiæ. Organum in Cenetens principe Ecclesiæ construxit; ac Turrim campanariam prope Cathedrali populorum commoditati exadificauit, ac picuris egregijs exornauit. Viros doctrina præditos semper coluit: Bernardinum Paternum Salodiensem, qui in Pisano Gymnasio medicæ facultatis Interpres florebat, vltro ad se vocauit, ac domum suam aperuit venienti.

Extabat olim Romæ in Musæo Francisci Angeloni Hippolyti S. R. E. Cardinalis Aldobrandini à secretis grande numisma, in cuius priori facie Marini imago imberbis, bireto in capite ornata inspiciebatur, cum litteris: MARINVS GRIMANVS PRESBYTER CARDINALIS S. VITALIS, IN AVERIA AUTEM SUPRETER CUM AQUILA, & FULMINE, è cuius capite Pallas cum aegide, & hasta egrediebatur, additis verbis: E IOVIS CAPITE SAPIENTIA NATA EST: mystica fabula in nummo hoc exhibitâ, sapientiam, quæ erat Marinus instructus, quamque se Dei munere comparasse fatebatur, referebat. Simile vidi apud Carolum Antonium a Puteo, in cuius prima facie, Iupiter, vt in superiori apparet; in altera verò vit rectus est, cum litteris: PASTORIS MVNVS; ac si Marini opera rectus vir ille statet, atque incederet.

In Tabulario Canonico Veronensium extare Marini monumentum affirmat Ferdinandus Vghellius, in fauorem eorundem Canonico datum anno 1544. quo confirmantur ea omnia, quæ ab antecessoribus suis Patriarchis Aquileiensibus elargita sunt, & donata Canonico Veronensibus: cuius titulus talis est: *Marinus iustificatione diuina Episcopus Portuensis, S. R. E. Cardinalis Grimanus, sancte sedis Aquileiensis Patriarcha, ac Lombardis de Latera, sanctis, reliquis videlicet poterit lectore ad laudatum Vghellium tomo 5. Italiæ sacræ, dum seriem Aquileiensium Patriarcharum describit.*

SECUNDA CREATIO CARDINALIVM.

Die 21. Nouembris anni 1527. Clemens VII. Romanus Pontifex in atce S. Angeli plures Cardinalium Senatui adscripsit, quos Ciaconius renunciatos Æstet in prima creatione, ille enim secundam Cardinalium enunciationem producit vique ad annum 1529. nos ex monumentis Vaticanis, atque ex Panuinio, & Contetorio certò scimus, sequentes inter Cardinales, non in prima, sed in secunda Patrum enunciatione anni 1527. coaptatos: hi autem fuerunt.



VI. ANTONIVS Sæuerinas natione Italus, patria Neapolitanus, filius Ioannis Antonij Sæuerini possessoris plurimorum oppidorum in Regno Neapolitano; & Henrieta Carafa, Hierosolymitani Ordinis Eques, vir generis nobilitate, & virtutum ornamentis illustris, nondum Clericali dignitate insignitus in Cardinalium Senatuum Clemente adlectus est. Leonis huius nominis Decimus Romanus Pontifex eundem Cardinalibus sub quibusdam conditionibus ascripserat, quæ cum fortasse non fuissent adimpleta, ipso Leone, & Hadriano successore pro Cardinali minime habitus fuit. At Clemens VII, vt diximus, die 21. Nouembris anni 1527. Leonis literas confirmauit; attamen non nisi die 17. seu 19. Februarij anni sequentis 1528. Cardinalem publicauit cum titulo S. Sulannæ, qui mense Martio eiusdem anni 1528. dum Clemens Vrbeueteri moraretur, insignitus fuit Clericali charactere ab Alexandro Cardinali Farnesio postea Paulo III. vt ipse testatur die verò Dominica 16. Februarij 1528. in castro S. Angeli Romæ rubrum illi galatrum primò imposuit Laurentius Campegius Presbyter Cardinalis S. Mariæ Transtiberim in Vrbe Legatus. Insuper die 24. mensis Februarij in festo S. Matthiæ iterum idem Laurentius Campegius Legatus pileum rubrum, aliæque Cardinalatus insignia Antonio tradidit: secundæ litteræ Clementis datæ 19. Februarij contemni viderentur. Quod raro, aut fortasse nunquam euenisse scimus, vt vnus idemque nondum Clericus Cardinalitatis dignitate decoratus, sapius renunciatus, bis publicatus, semel atque iterum insignibus Cardinalitatis ornatus fuerit. Fuit primò Presbyter Cardinalis S. Sulannæ, deinde S. Apollinaris, postea S. Mariæ Transtiberim, prætuit Episcopus Ecclesijs Conuersanzæ in Regno Neapolitano, tum Prænestinæ, Sabinz, & Portuensis. Rex it

Iacob. Philippi. Thoma. in. Elogijs. illust. viror.

Ciaconius. Panuinus. Scip. Ammiratus. et. nobil. Neapolitan. Auct. V. C. et. in. Addit. ad. Ciaconij. Iacob. Bonif. in. hist. Meliteni. Aubery in. Vita. Io. Iuuen. de. inquit. Tarenus. Felix. Conzelius in. Elencho. Iof. Mar. Suarez. de. Episc. Pre. aedia. Ferdin. Vghellius in. Ital. Sacr.

Archiepiscopus Cosentinam, ac Tarentinam Ecclesiam, sed vsque ad Caroli V. coronationem impeditus, quo minus Sacerdotis Tarentini possessionem iniret: administravit Nicoterensem, ac Laquedonensem Ecclesias in eodem Regno Neapolitano. Legatione Apostolica functus est ad Carolum V. ex ciuitate Neapolitanam venientem ad Vibem.

Decessit Romæ sub Paulo III. cuius Comitibus interfuerat, die 16. Augusti anno 1543. & sepultus in sanctissimæ Trinitatis ad montem Pincium. Sæpe dum vixit, suæ mentis acumine, suaque prudentia aliorum impetum fregit, ac repressit. Multum calamitatis sanctissimæ, ac florentissimæ Cappuccinorum familiæ Ochini fuga attulerat, adeo vt non vulgo modò passim traducerentur, sed apud ipsum summum Pontificem Paulum huius nominis Tertium periculosissimè conflagrarent sodales omnes. Ergo quasi malam noxiæ frugis stirpem penitus excindere apud se cum deliberasset, nec illorum precibus placaretur, Sanseuerini Cardinalis consilio ad commodiorem sententiam est reuocatus, inquiri diligenter in omnes, & si quos Ochini virus afflasset, eos puniri; cæteris non modò securitatem vt innoxijs, verum etiam fauorem deberi, quod si omnia penitus essent corrupta, radicitus posse extirpari, nunquam mora peccati, vbi iacta semel alea reuocari non potest. Secutus Antonij consilium Paulus alieni sceleris infamia laborantes, sua virtute validos absoluit; nouamque familiam populorum bono conseruauit. Neque apud Paulum tantum defendit sacrum ordinem, sed cum ageretur apud sex Cardinales à Romano Pontifice electos, vtrum Cappuccini aggregandi essent Obseruantibus, & ex ijs quinque ad eam nionem conspirassent, solus Antonius efficacissimis rationibus, ac tanta orationis vi reliquis Cardinalibus persuasit, vt omnibus in suam sententiam perductis, communi sensu pro Cappuccinis iudicare decreuerint. Quare Cappuccinorum ordo non tam Institutio, quam Antonio Cardinali propugnatori debet.

Cæterum Antonius nobilitatem sui generis virtute, & pietate auxit: liberalis enim in pauperes, & literatorum hominum fautor ad mortem vsque fuit. Emolumenta Cardinalis, quæ titularis S. Mariæ Transyberinæ erant, cum & ille, vt diximus supra titulum eundem optasset, capitulari Canonicoz mentis perpetuò applicanda curauit, vt ex ijs quatuor Sacerdotes, & duo Clerici ad nutum Capituli amouibiles pro diuini cultus augmento perpetuò alerentur. Ordinis Seruorum B. Virginis Patronus apud Romanum Pontificem fuit.

VII.

Vincentius Carrafa, quem alij Ioannem Vincentiū nominat, nobilis Neapolitanus Hectoris Ruborum Comitibus filius, & Oliuerij Cardinalis Carrafæ nepos, ex Episcopo Ariminensi Neapolitanam Ecclesiam ex celsione Oliuerij Cardinalis patruui Iulio II. annuente obtinuit mense Maij anni reparatæ salutis 1505. Iulius enim in familiâ Carrafensem bene animatus, pluries Vincentium Archiepiscopum sacra purpura ornare peroptauit, illum enim in molestissimis Italiæ temporibus in Pon-

tificem, & in Romanam Ecclesiam propentium semper agnouerat; quamque magna pecuniarum summa pluries excitatam à Vincentio viderat. At Ferdinandus Rex Catholicus totis viribus electionem illam impedire nisus est; maxime enim rebus suis aduersari sibi videbatur, si ad eam dignitatem eueherentur viri primarij Neapolitani. Interfuit Archiepiscopus Concilio Lateranensi habito Romæ sub Iulio II. & Leone X. Romanis Pontificibus, eoque terminato, post vndecim annos ab adepto Archiepiscopatu, anno scilicet 1518. Neapolim accessit: dum autem solemnibus pompis urbem suam, vt moris erat, ingredi vellet, magnam contentionem, ac dissidium illico inter nobiles Capuani confessus, aliorumque deinde in ipso populo exortum vidit. Vnusquisque sibi ius defendendi umbellam, seu pallium in Archiepiscopi ingressu arrogabat; id enim per annos triginta quatuor, ab ingressu nempe Alexandri Carrafæ Archiepiscopi non contigerat. Raymundus de Cardona Regni Neapolitani Prorex litem diremit, & controuersiam illam sedauit in fauorem nobilium confessus Capuani, sicq; Archiepiscopus Neapolim ingressus est die Saturni 12. Iunij an. 1518. in cuius solemnibus Alphonus Ianuarius patritius Neapolitanus in suo libro, quod Carmen sacrum inscribitur, & Clementi VII. Pontifici dicauit, Epigramma cecinit, quod sic incipit. *Ad nos venisti Pater à celeberrimè Patrum.* Deinde lapsis nonnullis annis iterum Neapoli Romam profectus, plures adeptus est honores; mortuo enim Leone X. à sacro Cardinalium Collegio Sede vacante, Urbis Rector, & Moderator constituitur. Extat

A Mariani Sancti Barolite medici sua ætate præclarissimi libellus de Lapide à vesica per incisionem extrahendo, D. Vincentio Carrafæ Archiepiscopo Neapolitano, & almæ Urbis Governatori nuncupatus. Clementis quoque Septimi sibi familiaritatem comparauit, à quo initio Pontificatus vnus ex domesticis, & Papæ assistentibus Prælatu renunciatu est: in litteris ad Neapolitanam Ecclesiam Roma datis sic se inscribitur: *Vincentius Carrafa Dei, & Apostolica Sedis gratia Archiepiscopus Neapolitanus, & S. D. N. Papa Prælatu, domesticus pariter & Assistens.* Deinde ab eodem Pontifice Clemente adhuc detento à militibus Cæsarianis in mole Hadriani ascriptus est Præbyteris Cardinalibus, cuius electionem ipse Clemens litteris in forma Breuis confirmauit; ne de ea quæstio insurgeret. Ciaconius hunc purpura ornatum dicit die 3. Maij; Bartholomæus Chioccarellus die septima eiusdem mensis Maij; Paulus Iouius, & Onuphrius Panuinius neque diem, neque mensē assignant. Nos ex monumentis Vaticanis, vt supra diximus, ad diem vigesimum primum Nouembris anni 1527. huiusce Cardinalis electionem assignamus; Er quamuis Vincentium ad Senatum, & Cardinalium Collegium ob solutas pecunias adlectum fuisse tunc temporis, quo Roma à militibus Borbonij vexabatur, Panuinius affirmet; tres enim purpurei galeri venales fuerunt expositi, vt militibus stipendia soluerentur; ex Iouio tamen eius sæculi scriptore in vita Clementis VII. qui omnibus interfuit, & Clementi fuit à secretis, id falsum deprehenditur. Præfuit igitur primò Presbyter Cardinalis Ecclesiæ S. Pudenzianæ titulo Pastoris, deinde S. Priscæ, postea S. Mariæ Transyberinæ; demum sub Paulo III. rexit Abbas Abbatiam S. Ioannis in Lamis; & Episc. Ecclesiæ Albanensē, Prænestinā Anglonensē, Anagninam, & Acerrorum. A Paulo III. anno 1540. à latere Legatus relictus est in Vrbe, quando Roma discessit Placentiam, versus, cui præter eas facultates, quæ cæteris Legatis conceduntur, alias etiam impertiuit, & demum faciendi, quæ ipsemet Pontifex facere potuisset: causas ad id mouentes Pontificem expressit in suis litteris his verbis. *Et nihilominus singulari integritate, fidei constantia, iustitia, & rectitudinis zelo, clara providentia, ac longæ consummataq; Urbis, & Curie prædictarum notitia in te euidentissimè comprobatis, necnon maturitate consilij per te arduis, & periculosis Nostri, & diuine Sedis negocijs fidei experientia testimonium perhibente, prestisti, diligenter perspectis, dignum censentes, vt te non minoribus prærogatiuis, quam Prædecessores Nostri Romani Pontifices, alios, qui pro tempore fuerunt, in Vrbe Legatos prosecuti sunt, prosequamur, ultra prædictas omnes, & singulas alias facultates.*

Ipius quoque Vincentij Cardinalis precibus idem Paulus III. Canonici maioris Ecclesiæ Neapolitanæ concessit, vt Cappis violacei coloris, & Rocchettis, vt Canonici Basilicæ S. Petri de Vrbe assolerent, exornari perpetuis temporibus possent; vt Diplomate dato Romæ 8. Idus Martij anni 1537. quod in Canonicoz eiusdem Ecclesiæ tabulario asseruatur, constat. Quare ad æternā rei memoriam Canonici grati animi ergo in S. R. estituta Ecclesia in marmore incidi curarunt sequentem inscriptionem.

D. O. M.
PAVLVS TERTIVS PONT. MAX.


In sacrorum pompis, ac caremonijs huiusce maioris Templi Canonici Ianuensis Cappis, & Rocchettis, vt Romæ in Dijs Petri assolet, exornari concessit, quod in Diplomate clarior datur intueri; procurante VINCENTIO CARRAFA CARDINALIS NEAPOLITANVS ab Incarn. Dominica 1537. 8. Idus Mart.

E In ara maxima eiusdem Ecclesiæ principis Neapolitanæ ligneu tabernaculum deauratum ad custodiendum coelestē Eucharistiæ panem, in cuius basi marmorea eius nomen scriptum in hunc modum apparebat. VINCENTIVS CARRAFÀ CARDINALIS NEAPOLITANVS. Obtinuit insuper à Clemente VII. ius patronatus in sacello S. Ianuarij in Ecclesia principe Neapolitana à Cardinali Oliuero Carrafa erecto; nempe vt ipse, alijque eius consanguinei de familia Carrafensis possent ad nutū decem Sacerdotes, ædituum, ac duos Clericos eiusdem sacelli seruitio per ipsum Oliuierum additos deputare, ac eligere perpetuo; cumque eius indulti litteræ non fuissent ab eodem Pontifice ob eius obitum expeditæ, eas Paulus III. successor elargitus est. Impetrauit quoq; à sede Apostolica facultatem testandi vsque ad summam ducatum octo millium. Rexit Neapolitanam Ecclesiam vsque ad obitum, ab anno tamen 1530. annuente Pontifice socium Franciscū Carrafam fratris filium sibi assumpsit.

Decessit Neapoli die 28. Septembris, non anno 1540. vt scripsit Aubery, sed ex monumentis Vaticanis anno 1541. & in maiori Ecclesia, sine vlla sepulchrali inscriptione sepultus; cum testamentum condidisset, in quo heredem instituit Franciscum Carrafam Archiepiscopum Neapolitanum nepotem suum.

Iacobus Præfectus Siculus Poeta in suis Canticis de Verbo Dei qui anno 1537. Neapoli prodierunt, eidem Vincentio Cardinali dicati, in nuncupatoria epistola illum commendat animi magnitudine, atque humanitate, quæ quidem tanta erat, vt nedum cla-

Ciaconius lib. Mar. Jazres. de Episc. Prædictis. Barthol. Chioccarell. de Archiep. Neapolit. Panuinius de Rom. Pontificib. Aubery in vita. Ferdin. V. Ghelhusia Ital. Sacr. Felix Conzelor. in A. Elencho.



Conciliorum tomo, Benefactor munificentissimus multis auxit ædificia hospitalis Lusitani septentrionem versus; incrementum vocatur vulgo *le Legat*. & est amplissima aula cubandis infirmis, & egenis mulieribus, illudque dotavit annuis redditibus ingenorum, & ægrorum leuamen, & alimentum. Curauit insuper ædificari Cœnobiū S. Francisci de Paula de *Beauregard*. in Claromontana dicecesi.

Septuaginta duos annos natus ex Frizonio, at si ex eodem Frizonio, anno 1468. in lucem venit, eamque amisit anno 1535. non nisi sexaginta septem annos natus, in castro suo, quod extruxerat Nantouliaco die 9. Iulij anno, non 1538. sed 1535. & vigesima eiusdem mensis cor ipsius in Cathedrali Ecclesia Meldensi humatur, corpus verò celeberrima pompa in Metropoli Senonensi, quā viuus nunquā fuerat ingressus, cum hoc epitaphio vetnaculo;

A la perpetuelle memoire de la vertu, & heurense fidelite de tres-illustre, & Reuerendissime Monseigneur ANTOINE par la permission diuine CARDINAL DV PRAT, Archeuesque de Sens, Legat en France pour le saint Siege Apostolique, Chancelier de France, de Bretagne, de Milan, & de l'Ordre du Roy, lequel ayant esté donné en ses ieunes ans au bon Roy Louys XII. Pere de la Parrie, paruint aux honneurs, & dignitez, d'Ambassadeur, & de Conseiller au Priuè Conseil, & depuis regnant le magnanime, & tres-chrestien Roy François premier, restaurateur des arts, & sciences, fut le dict Seigneur Reuerendissime Chancelier de sa Majeste, & chef de son Conseil, & finalement le premier de ce Royaume, non seulement en l'authorite de la Iustice, mais ausien la supreme dignite du Pontificat au temps du Pape Clement VII. & se trouuant aagé de LXXII ans deceda en son Chateau de Nantouillet le 1x. iour de Iuillet, l'annee M. D. XXXV. Haut, & puissant Seigneur Mefire ANTOINE DV PRAT son Nepueu en droite ligne, Seigneur de Nantouillet, & de Precy, Cheualier de l'Ordre du genereux, & inuincible Roy Charles IX. Conseiller, & Chambellan de sa Maieste, Preuost de Paris meü de deuotion, & affection de satisfaire au deuoir, & office d'un tres-humble filz, & Nepueu a fait mettre, & apposer ce Tableau, & Epitaphe soignant cette sienne sepulture, que luy fit construire, & eriger seu Monsieur le Preuost de Paris son Pere, filz dudit Seigneur Legat, Que Dieu absolve.


Præter acta Synodi Senonensis, scripsit etiam Orationes aliquot; inter quas est illa, quam habuit Bononiz ad Leonem X. Romanum Pontificem anno 1515. præfente Francisco I. Galliarum Rege. Cardinali huic Iacobus Faber Stapulensis, Theologus sua ætate doctissimus librum inscriptum: *Agones Martyrum*, quibus mensis Ianuarij passi sunt: editum anno 1526. suis cum Cõmentarijs in Epistolas Canonicas dedicauit; eidem plures litteras scripsit Iacobus Sadoletus Cardinalis.

Non facillè crediderim Hieronymo Garimberto, nec alijs asserentibus Antonium à Prato natum fuisse Prati in Hetruria patre paupere, & eum numerari inter illos Cardinales, qui terræ filij dignitatis amplissimi ordinis sunt consecuti. Certè ex Gallis scriptoribus fuit Prato licet in Hetruria oriundus vtroque; tamen patre nobili genitus, Abbas, Episcopus, Archiepiscopus, Cardinalis, Legatus, Baro, Comes, & multorum locorum Dominus. Quare reiciendus etiam Victorellus, dum scribit, Antonium publicè tum Ticini, tum in Gallia Grammaticam pueros docuisse.

Antonij Cardinalis ex legitimo thoro, vt supra diximus, filius fuit Guillelmus Claromontanus Antistes, qui postquam Synodo Tridentinæ oecumenicæ interfuisset, sibi delegit à confelsionibus Pascaſium Broërium & Societate Iesu vnum è socijs. Ignatij, qui Parisijs, Bilionij, & Moriaci Gymnasia Societatis cõdidit.

X.

HENRICVS de Cardona Hispanus, Ducis Cardonæ filius, Vrgellæ natus est an. 1485. adolescens, vix enim vigesimum suæ ætatis annum attigerat, à Iulio II. Romano Pontifice Barcinonensis Episcopus, & Vrgellensis Administrator, in Hispania, & Montisregalis Archiepiscopus Catholici Regis fauore anno 1512. eligitur. Ab Hadriano VI. cum quo Roman ex Hispania venerat, molis Hadriani præfectus, & in causa Francisci Cardinalis Soderini Iudex, & cõmissarius cum tribus alijs Cardinalibus constituitur. A Clemente VII. Caroli V. Imperatoris rogatu absens Presbyteris Car-



dinalibus tituli S. Marcelli ascribitur; transmisit illi pileum rubrū, & cætera Cardinalatus insignia Clemens, quæ Henricus in Montisregali Ecclesia recepit. Ecclesiam suam Metropolitanam, Montisregalis magnificis donis, & beneficijs auxit, cuius pauperum iam perditum instaurauit. Monialium Cœnobiū S. Castri Montisregalis à fundamentis construxit, vt ex sequenti inscriptione ibidem apposta patet.

D. O. M.

PRESSIS BREVITATE LOCI MONIALIBVS
HENRICVS A CARDONA PIE PROSPEXIT
INCEPIT OPVS ARCHIPRÆSVL MONTISREGALIS
PERFECIT S.R.E. CARDINALIS
ANNO DOMINI MD XXVIII.

Sacerdotes sex ad sanctissimæ Eucharistiæ administrationem de suorum prædecessorum consuetudine confirmauit, & Canonicos esse voluit, sed qui Capitulum non constituerent: Diploma hac de re ab Henrico Archiepiscopo scriptum habet Rocchus Pyrrhus in Notitia Ecclesiæ Montisregalis. Siciliam Prorex, & Præsident rexit. Romam se contulit in fine anni 1529. qua in Vrbe vita functus est die 7. Februarij, non anno 1529. vt dicitur in ferie Cardinalium defunctorum sub Clemente VII. sed anno 1530. ætatis 45. tumulatus in Ecclesia S. Mariæ Montislerati de Vrbe nationis Arragonensis, cuius fabricæ proprijs pecunijs adiumento fuerat; in qua vir singularis virtutis, & memoria sempiterna dignus inglorius iacet. Testamento preciosa donæ eidem Ecclesiæ dedit, annuosque redditus assignauit sacerdoti ad hostiam Deo singulis diebus perpetuò immolandam.

Commendatitias de illo litteras Rex Catholicus pluries scripsit ad Hugonem de Moncada Proregem, atque exemit illum, pluries à soluendis datijs, vt vocant Regijs. Anno 1520. die 11. Martij monachorum numerus in Montisregali monasterio auctus est ad viginti quinq; & conuenerunt monachi cum Archiepiscopi Procuratore lese pro dignitate Montisregalis Ecclesiæ numerum illum seruaturus: contra verò promisit Archiepiscopus centum annuas vncias se illis daturum ad vitæ necessitates leuandas.

Rapuerant prædones nauibus veçti Pallium Henrici Archiepiscopi, sed Clemens Romanus Pontifex motu proprio illud iterum dedit.

XI.

HIERONYMVS Grimaldus Genuensis, filius Benedicti Grimaldi patritij Genuensis, iuuenis in patria vxorè duxit nobilem feminā, & filios ex ea habuit. Illa vero defuncta ecclesiasticè vitæ se dedit, & Ecclesiam Venafri in regno Neapolitano Episcopus rexit; deinde à Clemente renunciatus est Diaconus Cardinalis sancti Georgij ad Velum aureum. Primus hic fuit, qui nobilissimæ suæ genti Grimaldæ opibus florenti, castellorumque, & populorū veteri dominatu apud Li-



gures insigni hunc addidit titulum. Ad purpuram enim eum non solum intutu nobilitatis, verum meritorum gratia euocauit Clemens VII. quem etiam Administratorem plurium Ecclesiarum, Albigenensis scilicet, Brugnatenensis in Liguria; & Archiepiscopū Barensem in regno Neapolitano anno 1530. nominauit. His sacerdotijs ditatus Hieronymus non solum auctoritate in S. R. Ecclesia præfuit, verum multo magis doctrina, & exemplo vsque ad extremum suæ vitæ illi profuit; integer enim vir, & in sententia dicenda libertatis, & Senatorij officij memor semper extitit. Ex monumentis Vaticanis habemus, Clementem VII. die 6. Aprilis anno 1529. Collegio Cardinalium commississe, vt cognoscerent, quis, Vincentius ne Carrafa, an verò Hieronymus Grimaldus Cardinales in loco digniori sedere deberet; quid autè illi decreuerint, nescimus. Ligurina legatione, in qua eius erga Christianā rempub. amor maxime illuxit, feliciter obita, sub Paulo huius nominis Tertio Romano Pontifice cuius Comitijs interfuerat diem suum obiit in patria die 27. Nouembris anno 1543. ibique filiorum lachrymis, quos ex legitimo matrimonio ante purpuram susceperat, tumulatus est.

Hieronymo Grimaldo Cardinali litteras scripsit Gregorius Cortesius Cardinalis.

Ciacconius vbert. Foletianus Elog. Clar. Ligurum. Aubery in Vita. Ferdin. Vghellius in Addit. ad Ciac. & in Ital. sacr. Panuinus. Leander Albert. in descr. Ital. Felix Conzelorius in Elencho.

Ciacconius in Aloyf. Lellus in Hist. Montisregalis. Panuinus de Rom. Pœtificib. Ferdin. Vghellius in Addit. ad Ciacconium. Felix Conzelorius in Elencho. Aubery in Vita. Hippolyt. Martac. in Purpura. Maniana.

Pannius Hippolyt. Dono. in Nistor. Eccl. Mat. Ant. Pofe uin. in. hift. Mant. Andr. Vi stor. & Ferdin. V. ghellius in Addit. ad Ciaconiu. Felix Con telorius in Blencho. Ludouic. Donius de Attichy in hift. Card. Lil. Greg. Giraldus de Poetis. Aubery in Vita.

Ferdinad. Vghellius in Addit. ad Ciaconiu. Felix Con telorius in Blencho.



XII. PYRRHVS Gonzaga, Ioannis Francisci Gonzaga filius, & Ludouici Gózagæ Ducis Traiecti, qui Clementem VII. Pontificem in mole Hadriana à militibus Cæſariis obſeſſum cõtolatus, inde clam egreſſum Vrbe veterem deduxit incolumem, frater, Herculis Cardinalis Gonzagæ conſobrini, Rangone Cardinali Mutinenſi Epifcopo defuncto à Clemente VII. adhuc ab exercitu Cæſaris in ipſa

Hadriani arce obſeſſo, ex Protonotario Apoitolico, iuuenis, Epifcopus Mutinenſis electus eſt, & ab eodem paulo poſt, anno ſcilicet 1527. Diaconus Cardinalis S. Agathæ renunciatus, non tamen publicatus, niſi die 10. Februarij anno ſequenti 1528. non diu tamen vixit in purpura; nam è vita migravit poſt reſeſſum. Clementis ex ciuitate Vrbevetana anno 1529. prope Mutinam. Nuncijs de illius obitu allatus eſt ad Curiam Romanam die 2. Februarij ex Blaſio de Cæſena; cuius teſtimonio reiſcitur Ciaconius, qui eum menſe Aprilis 1529. obiſſe tradit; alijsque, qui eodem anno ſuæ promotionis vitam cum morte commutaſſe affirmant.

XIII.



XIII. SIGISMVNDVS Pappacoda nobilis Neapolitanus, Epifcopus primò Venuſinus, deinde Tropeenſis ad Cardinalatum aſſumpſit, & publicatus die 21. Nouembris anno 1527. vt conſtat ex litteris Clementis; fuitque vnus ex tribus Cardinalibus, qui Pontifici in caſtro S. Angeli commoranti ſubſidiũ obtulerant. Sed poſt publicationẽ Prorex Neapolitanus alium ſubſtitui


impetrauit, quare Cardinalatus inſignia Sigifmundo minime tradita; nec habitus fuit pro Cardinali. Ciaconius illius non meminit; Ferdinandus Vghellius ex Cæſare Engenio in ſuis Additionibus ad Ciaconium, tumulum reſert, & tem aliter narrat; illius verba reſcribo. *Cæſar Engenius, qui nuper de Eccleſijs Neapolitanis hiftoriam ſcripſit, in deſcriptione Eccleſie S. Ioannis de Pappacaudis ſubiectum Epitaphium ad Sigifmundũ Tropeienſium Præſulis monumentum appoſitum fuſſe narrat; in quo habet Sigifmundum à Clemente VII. Pontifice maximo in Cardinalatum numerum cooptatum maluiſſe in patria Epifcopum viuere, quam Vaticanam purpuram decorari.* Verum ego cum diligenter huius Pontificis creationes perſcrutaſſem, nullum verbum de hac promotione inueſtigare potui; vnde dicerem, ſi coniectura liceat, Clementem VII. Sigifmundum hunc virum ſcientiſſimum, inter Patres aſcribere voluiſſe, illum verò Epifcopali munere contentum, ac tanto ſaltigio indignum ſe reputantem, à Pontifice, ne Cardinalis adlegeretur impetraſſe. Celebre id factum, poſt obitum ad immortalẽ ipſius gloriam à poſteris in ſarcophago incifum adhuc ita legitur.

D. O. M.
SIGISMVNDO PAPPACAVDÆ FRANCISCI FILIO
VIRO OPTIMO, ET IVRISCONSVLTO.
QVI
CVM IN COETVM CARDINALIVM FVIſSET
A CLEMENTE VII. ASCITVS,
MALVIT IN PATRIA EPISCOVPS VIVERE.
VIXIT ANNOS LXXX. MENſES VII. DIEB. X.
OBIIT A. D. MDXXXVI.

TERTIA CREATIO VNIUS CARDINALIS.

Clemens VII. die 7. Decembris anno 1527. vnum renunciauit Cardinalem, vt conſtat ex eius Diplomate; hunc Ciaconius recẽſet in prima Cardinalium enunciatione, facta à Clemente; hic autem fuit.

XIV.



XIV. FRANCISCVS Quignones natione Hiſpanus, Comitit de Luna filius, iuuenili adhuc ætate, Quignoniẽ nobiliſſimã, ac præpotentis Hiſpaniæ familiæ vniuerſalis hæres, & dominus, abdicatis omnibus mundanẽ gloriã falciens, ac titulis, terreniſque poſſeſſionibus, vt ijs expeditus Chriſtum liberius & alacrius ſequeretur, Crucis militiam ſub S. Franciſci ſignis in Cœnobio, & proincia ſanctorum Anglo-

rum nuncupata complexus eſt, ac poſſeſſus, & ſæculo nuncium remittens, nomen quoque, ac ſtemmata familiæ deſeruit, ac mutauit; dictus deinceps Franciſcus de Angelis, quaſi ad augurium futurorum, eiufque morum candoris, & innocentie feſtium, certumque prælagium, quod totus angelicus futurus eſſet, ac rerum diuinarum contemplationi addicte, vitam potius angelicam ducturus, quam humanam, ſublimeſque illas notitias ſibi comparaturus, quæ ſolis cœleſtibus intelligentijs videntur competere. Philoſophiæ enim, ac Theologiæ ſtudijs in diuerſis Academijs, & præſertim in Complutenſi perfectè imbutus, vtrunque cum vtilitate multorum docuit. Lunxit autem feliciter eminenti doctrinæ morum integritatem non vulgarem, ſtrictamque diſciplinæ regularis obſeruantia, humilitatẽ, temperantiam, modeſtiam, ceteraq; virtutes, ob quas in ordine ſuo Frãciſcano varias dignitates obtinuit, Reſtoris ſcilicet, ſeu, vt vulgò dicitur Guardiani diuerſorum Cœnobiortũ, Prouincialis, & Commiſſarij generalis Hiſpaniæ.

Quin etiam zelo veræ pietatis accenſus, ac ſanguinis pro Chriſto fundendi cupidus, in Nouam Hiſpaniam à Ferdinando Cortefio non multo ante inuentam tranſſetare, Deo aliter diſponente cum pararet, prius ad generale Capitulum à Præpoſitis ſuis accedere iuſſus eſt, vbi vnanimi ſuffragiorum concurſu, comitorum Præſes, moxque ſupremus totius ordinis Moderator ſens, euulſusq; fuit electus. Verùm humeros laborioſa illi prouinciæ ſupponere neceſſe fuit; quod vbi animaduertit, nec onus declinare poſſe, ſtatim ad extirpanda vitia, inferendas virtutes, alendamque monaſticam diſciplinam, & ſic vbi deſideret, recuperandum animum adiecit. Quapropter in qualibet prouincia monaſteria quædam assignauit; in quibus regula adunguem ſeruaretur; vt ſi qui eſſent, in quibus vigeret, feruetque primigenius ille Seraphici inſtitutoris ardor, ac ſpiritus, haberent locum, in quo votis ſuis abundè ſatiſfacerent, ac in ſanctuarijs illis reconditi, ſumma cordis puritate, victusque aſperitate inibi Domino famulari poſſent. Ipſe verò vti fidelis ſeruus, & prudens, conſtitutusque à Domino ſuper familiam ſuam, eiufdem ordinis per vniuerſum orbem longe lateque diffuſi loca nudis pedibus ambulans obibat; ſedede fratrum illic degentium ſollicitè circumſpiciebat, dure admodum in ſe ipſum agens, vt alijs exemplum præberet arctæ vitæ ſequendæ, quæ ducit ad vitam. Nam inedia, & abſtinentia corpus domabat, atque vt plurimum humi cubans per vnus tantum horæ ſpatium ſomno indulgebat, reliquum in oratione, ac meditatione traſigens, Collegium Minorum intra vniuerſitatem Complutenſem à Franciſco Cardinale Ximenio fundatum optimis legibus ſtabilituit; nouas enim conſtitutiones maturo conſilio digeſtas, & ſolerti cura examinatas dedit, eaſque inuolabiliter obſeruari præcepit.

His profectò virtutum exemplis clarus in tantam apud Reges, ac Principes quoscuque, & ipſummet Romanum Pontificem, venit exiltimationem, vt ab illis omnibus tanquam vir Dei cole-retur, maxime verò à Carolo V. Cæſare, qui eum à Confeſſionibus aſciuit. Vnde occaſionem ſumpſit, ex eo quod Cæſaris obſequijs, & ordini ſuo regendo ſimul vacare non poſſet, in Capitulum quodã Affilijs celebrato congregatos Patres enixè rogandi, vt ſe à publici magiſtratus cura, & functione abſoluerent. Quod cum non impetraſſet, imò illi acrius vrgerent, vt in ſulcepto officio perſeueraret, antequam Hiſpanias regrederetur, Romam acceſſit, Clementis Papæ pedes exoſculaturus, qui eum cognita ipſius virtute, ac in rebus gerendis peritia, ex quo ac ſe ab eodem Carolo Cæſare tanquam intimus eius Conſiliarius atque Confeſſarius antehac miſus fuerat, benignè, ac peramanter accepit, nec iam vt hominem, & Dei ſeruum qualemcunque, ſed velut Angelum ſingulari numinis beneficio in rerum anguſtijs ad ſe venientem plurimi æſtimauit, ac illico pacis ſequeſtrum, ac mediatorẽ ad iuſtum Cæſarẽ deſtinauit, cum quo de ſanctæ ſedis Apoſtolice auertendo dedecore, ac propria libertate tractaret. Paruit iubenti Pontifici Franciſcus, moxque Roma in Hiſpaniam tendens Cæſarem adiit, qui pijs adhortationibus, atque conſilijs, & ea qua pollebat animi ſolertia, id effecit, vt quibusdam capitibus interpoſitis, pax inter ipſum Carolum Cæſarem, & Clementem Papam firmata, ac ſtabilita fuerit, Pontifexque à captiuitate ſolutus.

Venit ergo vir Dei non concitatis equis, ſed pedes, & baculo

tantum

Ciaconius Azoayn. in vita m. Fr. Lucas Vuarding in Annal. Minorum Ferdin. Vghellius in Addit. ad Ciacon. & in Ital. ſar. Pandinus. Rodolph. à Tordiga no in hift. Seraphica Marci V. Hippoſ. in Cæſar. Ord. Seraphici. Bronimus Annal. Aubery in Vita. Henricus Spõdanus in Anaab. Ludouic. Donius de Archy in hift. Card. Felix Cætelos. in Blencho. Nomacl. Cardia. Iacob. Sa. doletus. Iacob. Sal. uianus. Petr. Arct. in hift. Hippolyt. Marrac. in Biblioth. Mariana.

tantum nixus, tanquam genuinus S. Francisci discipulus, ac legitimus successor, & filiorum eius parens, atque ad summum Pontificis genua prouolutus ei liberationis suae, optataque pacis nuncium attulit; sed cum abiecta ducum obedientia Caesariani milites saepe inter se tumultuantes, discedere ab Vrbe, & abstinere à predare renuerent, nouaque identidem stipendia postulare non cessarent; essentque datae conditiones adeo perplexae, & ambiguae, ut varijs interpretationibus eludi possent, neque ipsa in diuersos sensus à praefectis exercitus acciperentur, ut crederetur à multis fidei Caesarem, & non ex animo in Clementis liberationem consensisse, illuisseque ipsi Francisco Confessario suo, quem admodum & ceteris Principibus Christianis, ad quos encyclicas dedit epistolas, quibus ut Romanam obsidionem, & cladem tegeter, ob quam apud omnes, pessimè audiebat, contestabatur, exercitum suum absque ullo à se accepto mandato, imò etiam inuitis ducibus Urbem sanctam inuasisset. Quare Pontifex in extremis positus, iterum Francisco nostro mandauit, ut ad Caesarem denuo se conferret, qui excusauit se humiliter, quod diceret, commissi sibi Minoritici gregis utilitatibus prouidendi onus, curamque incumbere; posse uerò alios ab ipso idem praestare. Sed rursus instante Pontifice, qui multum de eius in Ecclesiam fide, & apud Caesarem gratia, animique solertia in tractando tanti momenti negocio expectabat, ac sub salutaris obedientiae praeepto rem iniungente, ei, cui non obtemperare nefas ducebat, sine mora obsecutus est; ac statim se Hispaniam uersus uia commisit; in qua à piratis captus, & multa passus, ac tandem ab eorum manibus elapsus, ad Caesarem primum, deinde Romam rebus omnibus bene compositis ad Pontificem reuersus est. Obtinuit siquidem ut Pontifex è septimestri ergastulo, in quo inuitus haecenus detentus fuerat, dimitteretur certis tamen quibusdam conditionibus, quae quia duriores erant, & pactam pecuniam, unde solueret Pontifex non haberet, Cardinales sex in partem solutionis pretio creauit, in reliquam decimas in regno Neapolitano, & Ecclesiae bona alienandi facultatem concessit.

Clemens non ignorans, laboribus, ac diligentiae, & industriae Francisci nostri se plurimum debere, qui auctoritate, qua apud Caesarem ualebat, solui obsidionem Urbis impetrauerat, nec dubitauerat se periculis ac itinerum incommodis innumeris exponere, ut Vicarium Christi seruaret incolumem, eiusque factae personae immunitatem curaret cum aequum sit, ac ipsi naturae legi consentaneum, ut pro capitis tuitione cetera membra, incisionem, & duriora quaeque patiantur, liberatorem Franciscum nunquam à latere suo diuelli passus est; imò in praemium bene nauatè pro libertate sua apud Caesarem operae, eundem anno 1527. Presbyterum Cardinalem titulo S. Crucis in Hierusalem, ac totius Seraphici ordinis Protectorem constituit, cum ipsum prius ab officio generalis Praefecti, quo ut exoneraretur, antea frustra tentauerat, ut diximus, motu proprio absoluisset; quo sibi, & Apostolicae sedi plenè vindicatus, & ab alijs curis exemptus, in posterum ei liberius insequere ualeret, Annumeratum esse Quignonium Presbyteris Cardinalibus anno 1528. Viterbij, quo Pontifex grauiorem aeternae stium Urbis ueteris declinaturus concesserat, certissimum esse affirmat Lucas Vuaddingus in Annalibus Minorum; nam die 7. Iulij anni 1527. Clemens ab hostibus cingebatur in arce S. Angeli, & Quignonius in Hispania Clementis partes agebat apud Caesarem, nondum deposito sui ordinis Generalatu; imò & ipso anno 1528. Pontificis ad eum leguntur litterae scriptae die prima Maij praefertentes titulum Ministri generalis. Nostamen ex monumentis Vaticanis non eadem die, qua renunciatum, publicatum esse Cardinalem Quignonium dicimus; sed die 7. Decembris an. 1527. inter Cardinales cooptatum; & publicatum; deinde die 10. Ianuarij anni 1529. nam dum morbo Clemens laboraret, pileum tradidit Cardinalitium, aperuitque os in Consistorio, laudauit Caesarem Quignonij promotionem, gratissimum habens, conscientiae suae rectorem, & arbitrum in Senatuum Ecclesiae ab ipso Pontifice refferri. Quare ut eiusdem iudicio se conformaret, illi insuper Caurientis Episcopatus in Extremadura sub Metropoli Compostellana primò, deinde Hispanensis Episcopatus etiam in Hispania concessione, ut haberet unde nouam dignitatem commodius sustinere posset, ditasse quam plurimi tradunt. Alij tamen Caurientem tantum electum fuisse Episcopum conijciunt; cum eum in Hispanias uix reuersum haud morà ullam, residentiamue, ut aiunt, traxisse inueniant; sed illuc tantum ex causa publica totius Ecclesiae legatum Pontificium accessisse, à summis Pontificibus Clemente VII. & Paulo III. amandatum. Collegij Hispanorū Bononiae erecti Protector, Statutorum confirmationem à Paulo obtinuit.

Adeptus igitur purpuram ad Carolum in Hispanias, ac regnum Neapolitanum legatum à Clemente missum pro restitutione obsidum, & oppidorum, ac ciuitatum ditionis Ecclesiae, illi pro accepto recenti beneficio gratias egisse, simulque Ecclesiae negotia cum tanto Principe, cui acceptissimus erat, summo studio procurasse. In prima legatione à Neapoleone Ursino Abbate Farfensi interceptus Franciscus Cardinalis, ductus est captiuus ad castrum Bracchiani; at sacri Collegij Cardinales, quorum auctoritate tunc temporis res omnes Apostolicae sedis tractabantur, in libertatem

A restituendum curarunt. Reuersus autem ad Romanam Curiam, arctam illam, & seueram uiuendi legem, cui in Cœnobio astueuerat, quoad fieri potuit, mira constantia retinuit. A Paulo III. Clementis successore ad ipsummet Caesarem altera legatione est coonestatus; unde pijs eius laboribus sola mors finem impoluit, quae illum in medio sanctorum operum cursu fideliter, ac feruenter ambulanti interceptum Verulis in Campania non Septembris, ut referunt aliqui, sed ex monumentis Vaticanis die 27. Octobris anni 1540. Corpus Romam delatum iacet in titulo priori suo sanctae Crucis in Hierusalem humatum, in quo sepulchrum hac inscriptione adiecta pridem sibi parauerat.

FRANCISCVS QVIGNONIVS CARD. S. CRVCIS
DE MORTE AC RESVRRECT. COGITANS
VIVENS SIBI POSVIT.

B EXPECTO DONEC VENIAT IMMVTATIO MEA.

Obijt inquam, Verulis in palatio à se constructo, cuius viscera in Cathedrali eiusdem urbis sub lapide rotundo recondita fuere.

Refert Ferdinandus Vghellius ex auctore Anonymo Vitae ipsius Cardinalis Quignonij, quam scribit esse penes Fr. Lucā Vuaddingum eiusdem ordinis Minorum professorem, & Chronographum clarissimum; simul cū registro Epistolarum ab ipso Quignonio scriptarum, dum generalis Magistri officio fungeretur; eodē die, quo Cardinalis ex hac mortali uita ad caelestē, immortalemque transiuit, in Hispania ipsiusmet socium quendam Bernardinum Haredum nomine, magne sanctitatis uirum, ac prophetiae dono insignem, in oratione defixum, ut animae Ministri sui quinto iam ab hinc die demortui pijs apud Deū suffragijs, & orationibus operam ferret, uidisse referunt nonnulli Quignonij Card. animā statim e corpore egressam, caeli secreta penetrantem, ipsiusque meritis eundem Ministrum è Purgatorij poenis liberatum. Et merito nam licet tot obijisset munera, summae scilicet praefecturae sui ordinis, legationum sub Clemente VII. ad Caesarem in Hispania, & ad eundem sub Paulo III. in Germania; purpurae Romanae, totque Ecclesiarum suae curae commendatarum; uirtutibus tamen excelsus illarum, nullam inter tot dignitates imminuit. Parcissimus ei somnus, ut diximus, uelitis uilis, cibis communis, abstinentia frequens, eam reddendo causam, si carni, uel parumper indulgeo, pudicitiae timeo iacturam. Ante ordinis praefecturam, in publica luce, quae saepissime graffabat in Hispania ad extremum Durae, pestilentibus humiliter inferuebat, & Sacramenta ministrabat, ac defunctorum, cadauera proprijs manibus sepeliebat.

C Scripsit Franciscus Breuiarium precum ab Ecclesiasticis uiris quotidie recitandarum, in quo elegantiori, ac breuiori forma donando quid praestiterit, ex auctore nupero consultationis de reformatandis Horis canonicis sic accipe. Primum pleraque responsoria, uersus, antiphonas, atque alia eiusmodi, quae uel male cohaerebant, uel nihil, aut parum significabant, omnino sustulerat, & si quae alia substituerat, ea demum praecedentibus tam apposite coniunxerat, ut ubique sensum congruentem, concordemque referrent. Deinde psalterium uniuersum ita digesserat, ut per unamquamque hebdomadam, etiamsi festa interuenirent, absque ulla repetitione quotidiana, eaque radiosā, qualis nunc contingit, recitaretur. Quo pacto sensim ab Ecclesiasticis, quibus olim uniuersum illud teneri memoriter iniunctum erat, absque ullo etiam studio discebatur. Scriptura uero sanctae lectiones ita distinxerat, ut ipsa uno ordine, unaque serie quotidie perlecta, quolibet anno tota absolueretur; quo pacto Ecclesiastici historias ipsius integras absque diuerticulo facile, suauiterque cognoscere poterant. Nec inter sanctorum uitas omiserat, sed eas in ultima lectione paucis explicauerat; ita ut eorum solemnitatibus celebrandis, & audientium, aut legentium animis instruendis satis essent. Hymnos uero, ceteraque lucubrationes humanas aliquatenus expolierat, ac satis Latinas fecerat. Haec autem omnia ita cooptauerat, ut istud officium licet uniuersa, quae necessaria sunt, atque etiam amplius quam illud, quo nunc utimur, contineret, multo tamen breuius, atque compendiosius esset. Unde nec insipidum propter barbariem, nec incommodum propter prolixitatem habere poterat; quibus de causis non tantum à multis Theologis, sique eruditis, atque prudentibus, & à summis Pontificibus Clemente VII. ac Paulo III. comprobatum est; sed etiam promulgatum. Haec ille praeterea in laudata praefatione idē Cardinalis mandatum se habuisse à Clemente Papa huic operi incumbendi fidem facit his uerbis. Quibus rebus animaduersis felicitis recordationis Clementis VII. Pontifex maximus cum intelligeret officij sui esse cum aliorum Christianorum commoditatibus prospicere, tum in primis Clericorum, quibus uteretur in commisso sibi grege administrando, me hortatus est, negotiumque dedit, ut quantum cura, ac diligentiamni possem, preces horarias earatione disponerem, ut sublatis, quas dixi difficultatibus, & dispendijs Clerici maioribus etiam commodis ad precandum allicerentur. Quam ego prouinciam libentissime suscepi, simul ut Pastori summo honestissima praecipiente parerem; simul ut bono publico pro mea uirili parte seruirem. Adhibitis igitur quibusdam meorum domesticorum prudentibus hominibus, sacrarum litterarum

Pontificum iuris doctrina prædicit, eisdemque Græcè, & Latine eruditis, dedit operam quam maxime potuit, ut commode, ac ex utilitate publica rem conficerem. Ex quo apparet, quanto in pretio, & sapientie fama fuerit apud Romanos Pontifices, maxime verò apud Clementem Cardinalis iste, cui soli tanti ponderis negotium, quod nouam diuini cultus formam, per vniuersum orbem Christianum introducendam respiciebat, commisit.

Pius tamen V. sanctissimus Pontifex grauissimis ductus rationibus ac potissimum, ne in materia diuini cultus quicquam innouarentur, pristinum, & priscum precatorium pensum voluit esse sanctum, & inuiolatum; ac proinde Cardinalis nostri Breuiarium sustulit, & aboleuit, quod à præcedentibus Pontificibus ante memoratis erat quidam approbatum, sed non generatum, videlicet pro Ecclesiasticis in sæculo degentibus dumtaxat, ac dummodo specialem singuli super hoc ab Apostolica sede facultatem haberent. Quod si vltimum huius Breuiarii abrogauit Pius Papa, non propterea Quignonij Cardinalis intentionem damnauit; imò meritis est laudem suam apud Deum, & homines; nam nunquam inuentum, vltimum nouum in Ecclesia inducere cogitauit, nisi de consensu, vel etiam præcepto summi Pontificis, aut saltem sub S.R.E. beneplacito, cui semper obsequiissimus extitit, ac fidelissimus; cuius censure omnia sua dicta, scriptaque perpetuo subiecit. Vnde ad calcem præfationis iam dictæ, quam Breuiarii sui fronti præfixit, Paulum Papam III. sic affatur. *Habes Pater sanctissime in scriptis nostris rationem; habes formulam Breuiarii: superest, ut si tibi res quemadmodum speramus, non improbabatur, ipse quoque fauces inceptis nostris, & labori publica commoditatis gratias suscepto.*

Scriptis etiam, ut refert Marcus Vlyssipponensis in Chronico ordinis Seraphici, Regulam ordinis Sanctimonialium B. Virginis Conceptæ, quæ Cælestes, à colore vestis coeruleæ dictæ sunt.

Registrum accuratissimum sui Generalatus M. S. asseruabat apud se olim Fr. Lucas Vvaddingus.

Compilationem etiam omnium Priuilegiorum Minoribus concessorum fieri curauit.

In collectione Epistolarum Principum duæ inueniuntur litteræ Jacobi Saluiati, qui Clementi VII. erat à commentarijs, & secretis, in quibus multa de Cardinalis Quignonij legationibus præclara refert, ostenditque, quantæ suo tempore utilitatis ministerium eius fuerit apud summos Pontifices, ipsumque; præsertim Clementem, à quo, ut diximus fuerat purpura insignitus.

Francisco Cardinali Quignonio, Franciscus Titelmannus inscripsit Commentaria in Ecclesiasten Salomonis Antuerpiæ edita, anno 1536.

Prænestinam autem sedem adeptum esse Franciscum Quignonium antiquitatis iure, & ordine tradit Ciaconius; quod ego in dubijs reponendum censeo, cum de hoc filio videam à Ferdinando Vghellio Abbate in Italia Sacra, & à Iosepho Maria Suaresio Episcopo Valionensi, quos, Præsulum Prænestinorum, de quibus scripsere, plenam, perfectamque notitiam habuisse fateari non est, & à Paulo III. quo sedente vitam clausit, in Diplomate priuilegij editionis eiusdem Breuiarii sui, ubi illum vocat *dilectum filium Presbyterum Cardinalem*. A veritate quoque aberrant, cum eodem Ciaconio illi, qui Cardinali huic titulos tum S. Pancratij, tum S. Præxedis diuersis licet temporibus tribuunt. Nam certo scimus, ex monumentis Vaticanis, post creationem illico titulum sanctæ Crucis in Hierusalem obtinuisse, quem etiam vsque ad obitum retinuit, ut patet ex sepulchrali inscriptione, ex litteris Jacobi Sadoleti Cardinalis xj. nonas Septembris anno 1539. & Petri Aretini annis 1535. & 1537. ad eum datis, atque ex rescriptis Pontificijs, in quibus Cardinalis sanctæ Crucis perpetuo nuncupatur. Quam Basilicam sanctæ Crucis vti propria ornauit; in illa enim legimus hanc de nostro Cardinali memoriam.


**FRANCISCVS QVIGNONIVS TIT. S. CRVCIS
IN HIERVSALEM S. R. E. PRESBYTER CARDINALIS
NATIONE HISPANVS PATRIA LEGIONENSIS
SANCTISSIMO CHRISTI CORPORI DICAVIT
ANNO MDXXXVI. KAL. IVL.**

Administrauit Ecclesiam Rauellensem, Rauellum in Picentinis vrbs, non magno murorum ambitu cincta, in Principatu citra, in regno Neapolitano iacet; ac licet eam an. 1536. perpetuo administrandam habuisset, eandem tamen post annum resignauit, ut habetur in actis Consistorialibus. Obtinuit etiam Acerrensem in eodem regno Neapolit. sub Archiepiscopo Salernitano; quam postea eodem anno 1539. quo receperat, resignauit Nicolao Angelo Archidiacono dictæ Ecclesiæ. Ferdinandus tamen Vghellius in serie Episcoporum Acerrensium Franciscum Quignonium non recenset; imò Nicolaus Angelus Ecclesiam illam administrandam suscepit à Marcello Ceruino Cardinali S. Crucis. Cum autem Fr. Ioannes Caluus ordinis Minorum Commissarius generalis dolens, Hebræos sceneratores in Vrbe omnes pauperum exhaurire facultates, & exugere substantiam, inito cum pijs viris frequenti consilio, obtinuit, ut ex pecuniarum aliquot summis ad hoc collectis Mons Pietatis erigeretur ad instar aliorum, quos multis

in vrbus Italiae sui confodales instituerant; Paulus Tertius Romanus Pontifex anno 1539. opus illud laude dignum commendauit; Montisque erectionem suis litteris confirmauit, instituto Montis protectore Francisco Quignonio Cardinali, ordinis Minorum olim alumno, tunc protectore, qui Montis erigendi constitutiones ex Pauli commissione examinauit, & approbauit: voluitque insuper Pontifex vt Francisci successores in protectione ordinis, forent etiam eiusdem Montis protectores.

QVARTA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Die 20. Decembris Anno Incarnationis Dominica 1527.
Clemens VII. Romanus Pontifex vnum renouauit Presbyterum Cardinalem, qui fuit -



XV.
FRANCISCVS Cornelij Senatoris Veneti, & Elisabethæ Maurocenæ filius, Catharinæ Cornelie Regine Cypri nepos, ac frater Andreæ Archiepiscopi Spalatrensis, qui sub Leone Decimo in Lateranensi Concilio maxime inclaruit, ac Romæ anno ætatis suæ nonagesimo primo decessit, & conditus apud sanctam Mariam super Mineruam cum sequenti epitaphio.

D E O . O P T . M A X .
ANDREAS CORNELIVS ARCHIEP. SPALATREN.
*Georgij Cornelij Catharinæ Cypri Reginae Fratris Filius,
Vita egressus Anno ætatis LXXXI. Hic situs est.*

Quare aduertendus Andreæ Victorelli in additionibus ad Ciaconium error confundentis Andreæ nepotem cum hoc seniore Andrea Archiepiscopo Spalatrensi, & Francisci fratre. Franciscus adolescens adhuc cum patre Abouensi prælio interfuit, & alio tempore turrem præfuit, & cum Patavium graui premeretur obsidione, cum delecta iuuenum manu ei opem forti animo attulit. Venetorum deinde Republica respirante, Hierosolymam, sacra loca Christi Domini præsentia concionibus, signis, cruciatibus, immortalitatis, & gloriæ triumpho nobilitata veneratur adiuu; ibique contumelias, & verbera à Christianorum hostibus illata, iniuriarum, & cædis Christi memor æquo animo perpeffus est. Venetias reuersus Magistratum honoribus auctus est, & ad Carolum Hispaniæ Regem Legatus, quadriennio ea fungens legatione, Hispaniam, Germaniam, Belgium, & Carolum Aquisgranum Cæsarem consalutatam vidit; Gasparem Contarenum nominis immortalitate dignissimum, successorem, & paucis post annis in Vaticano Senatu collegam habuit.

Clemens Franciscum proeuctæ ætatis virum in Republica Veneta florentem, ad Romanam purpuram absentem ascit die 20. Decembris anno 1527. vt constat ex ipsius Clementis Diplomate in Vaticano seruato, non tamen publicatus, nisi mense Februarii anno 1528. & die 19. eiusdem mensis ipse Clemens Episcopo Polensi sedis Apostolicæ Nuntio Venetijs commoranti iniunxit, vt Francisco Cornelio traderet pileum rubrum, & alia Cardinalatus insignia, & antequam ista traderentur, concessit, vt carbascina Præsulati, & rubro bireto vti posset. Et ne de validitate creationis dubium vllum in hominum animos vnquam caderet, ex eo quod tunc temporis non erat ascriptus militiæ clericali, illam nouo Diplomate alio scripto firmavit. Initio Cardinalatus præfuit Presbyter Cardinalis Ecclesiæ S. Pancratij, postea S. Cæcilie, tum S. Præxedis, demum S. Mariæ Transyberim. Episcopus rexit Brixiensem, quam post euolutum annum suæ administrationis resignauit Andreæ nepoti; Episcopus etiam moderatus est Albanensem, ac Prænestinam Ecclesias; & Archiepiscopus Basilicam Vaticanam; primusque fuit, qui in Corneliam nobilissimam gentem Ecclesiasticæ purpuræ splendorem intulit.

Hic licet à puero litterarum cultu non satis excultus fuisset, excellens tamen ingenio, neruis omnibus incumbens in studia, breui latini sermonis copiam, & multarum rerum cognitionem comparauit; vnde graues erant, prudentisque eius in sacro Senatu sententiæ. Artuum dolore ita languit, vt totum corpus lingua excepta impediretur, quo minus aptas membrorum functiones exerceret: cum optime valeret, lectica in Senatum deferrebat. Grauissimis vexatus doloribus euilatum vllum, aut querulam vocem, nunquã edidit; Christianam pietatem singulari studio coluit: Brixianus Episcopus, ægrotans licet Brixiam profectus, creditum sibi

Ciaconius
Pauinus
Hier. Ni-
ger in or-
funebri.
Aubery in
Vita.
Jacob. To-
masius in
elog. illust.
Virorum.
Ferdin. V-
ghellius in
Ital. Sacr.
Ioseph Ma-
ria Suares.
de Episc.
Prænestin.
Felix Cõ-
telor. in
Eleacho.
Andr. Vi-
ctorell. in
addit. ad
Ciacon.

populum, piè, prudenterque rexit. Inde Romam à Pontifice ac-
 cerfitus, viris spectata fidei, doctrinæ, & prudentiæ suam illam
 Ecclesiam commisit, sæpe repetens: *Bonum Principem malis v-*
sentem ministris, malo bonis utente peiorem esse. Solebat autem
 ingenium, mores, vitæque institutum eorum hominum explora-
 re, & obseruare, quorum opera vsurus erat. Assiduos, eosque gra-
 uissimos corporis cruciatus æquo animo tolerans, mortem non
 exhorruit, ac Deo vsque dum supremum spiritum exhalaret, gra-
 tias egit, quod illius beneficio Christianam religionem cum ipso
 nutricis lacte exuxerat, in ea viuebat, & moriebatur.

Excessit è vita Viterbij die 26. Septembris, seu ex Suaresio die
 prima Octobris anno 1543. ætatis sexagesimo quinto: cineres Ve-
 netias delati in Ecclesia S. Georgij Maioris, vel vt scribit Vghellius
 apud S. Saluatorem conditi: vt is testamento præceperat. Hierony-
 mus Niger Venetijs Principe, & Senatu audiente, in illius funere
 orationem habuit.

Cum Franciscus Cornelius Cardinalis renunciatus prætende-
 ret, se antefendum esse in sessionibus, & alijs Cardinalitjs acti-
 bus Francisco Cardinali Quignonio, ex eo quod in Consistorio
 die tertia Maij decretum fuerat, vt ipse ascriberetur Cardinali-
 bus, Congregatio Cardinalium pro Quignonio stetit, & Quigno-
 nium præferendū esse decreuit, ex eo quod illius Diploma à Cle-
 mente descriptum ante illud Cornelij fuisset.

Cardinali huic suarum Orationum vnâ inscripsit Angelus Beol-
 cus cognomento Ruzantes ciuis Patauinus, vir sæculi præteriti
 à multis, & in nostro à Iacobo Philippo Tomafino Patauino, Epif-
 copus Aemoniensis celebratus.

QVINTA CREATIO VNIVS CARDINALIS

Initio Anni nostra Salutis 1529. seu, vt alij volunt die 3. Octo-
 bris anni 1528. Clemens VII. vnum renunciauit Cardinalem, qui
 fuit.

XVI.

HIERONYMVS de
 Auria, patritius Ge-
 nuensis, Augustini de Auria,
 & Pellegrinæ de Auria filius,
 adhuc iuuenis duxit in vxo-
 rem Aloysiam Spinulam fi-
 liam, & hæredem Baptiste
 Spinule Reipublicæ Genu-
 sis Ducis: qua, suscepto ex
 ea filio, Nicolao dicto, ac
 quatuor fœminis, orbatus,
 cum prius in Republica Ge-
 nuensi munera præclarè ex-
 ercuisset, & præcipuè cum
 Oratoris munere pro eadem

Republica ad Iulium Secundum Romanum Pontificem functus
 fuisset, Andree Principis Auriæ commendatione cui ipse triremiū
 Genuensium principatum obtinuerat ad amplissimi Cardinalatus
 dignitatem peruenit, in qua integritatis, & prudentiæ eius docu-
 menta emicere. Diaconus Cardinalis præfuit primò Diaconie
 S. Thomæ in Parione, deinde S. Mariæ in Porticu: rexit Episcopus
 Ecclesias plures, Nebiensem, scilicet in Corsica, Naulensem in Li-
 guria, Iacensem, Olcensem, & Tarrasonensem, seu, vt alij legunt,
 Tarraconensem in Hispania. Dubium est quo mense, quoque die
 renunciatus hic sit Diaconus Cardinalis; certum tamen est purpu-
 ra ornatum ante Hippolytum de Medicis, teste Blasio de Cæsena,
 qui in Diarijs hæc refert. *Die Luna, octaua Nouembris 1529. fuit*
Consistorium secretum, in quo receptus est Doria, vti nouus Car-
dinalis, licet fieri debuisset Consistorium publicum pro eo admitt-
tendo, tamen propter multa impedimēta sic placuit Papa. Et Pau-
lò post: Eisdem dedit locū in Consistorio post Cardinalem de Me-
dicis, licet Papa subsisteret, asserendo, quod illum prius creauerat;
tamen Papa sic mandauit, & tolerauit. Panuinius, & Ciaconius
 huiusce Cardinalis creationem referunt ad diem decimam nonam
 Septembris anni 1529. sed facillè eorum error deprehenditur ex
 Breui Clementis VII. dato Romæ die 15. Ianuarij anni 1529. quo
 Clemens Hieronymo de Auria Diacono Cardinali concedit fa-
 cultatem sibi eligendi Episcopum, qui sibi rubrum pileum, & an-
 nulum saphiri, & cætera Cardinalatus insignia tradat. Ante diem
 igitur decimam quintam Ianuarij Hieronymus iam fuerat Cardi-
 nalibus descriptus. Blasius de Cæsena renunciatum tradit vna cum
 Gabriele Acromonte die 8. Iunij 1529. ac cum ex ipso Blasio cer-
 to sciamus, Hieronymum de Auria inter Cardinales cooptatum
 ante Hippolytum de Medicis, qui die decima Ianuarij anni 1529.
 renunciatus est Cardinalis; non possumus ad diem 8. Iunij illius
 enunciationem amandare. Quare nos ex Blasio de Cæsena, atque
 ex Clementis Diplomate supra laudato, Hieronymi enunciationē
 in Diaconū Card. initio Ianuat. ante diē decimā factā affirmamus.

Ciaconius
 Panuinius
 Filuc. in
 Elog. m. s.
 Vbert. Fo-
 rrettainas
 Elog. Clar
 Ligurum.
 lo Ant. Pe-
 ramellar.
 Iacob. Bo-
 tual. in
 Ansal. Ge-
 mensium.
 Aubery in
 Vita.
 Laurent.
 Capellon.
 in Vita.
 Andree
 Auenensis
 Franc. Za-
 zera in fa-
 milia Do-
 minorum
 de Passan.
 Felix Co-
 telor. in
 Elencho.
 Justinian.
 in Ansal.
 Genuen.
 Andr. Vi-
 ctorell. in
 Addit. ad
 Ciaconij.
 Aug. Mar-
 cardus de
 eorumat.
 Ficarum.
 Ferdn. V-
 ghellius in
 Addit. ad
 Ciaconij.
 in Italia.



A Genus erat Hieronymus Cardinalis, quando Fliscus in patria
 coniuirauit; Senatus, vt in turbida illa tempeltate aliquam publicæ
 salutis rationem aggredederetur, Hieronymum Cardinalem elegit;
 qui Fliscum adiret, eiusque voluntatem Senatus nomine cogno-
 sceret. Erat enim Hieronymus, & Cardinalitia dignitate, & neces-
 situdine, quæ illi cum Flisco intercedebat, quod Nicolaus filius
 Camillam habebat illius sororem in matrimonio, maximè idoneus
 ad id munus obeundū existimatus. Perhumaniter id munus susce-
 pit, & assumptis secum duobus Senatoribus Ioanne Baptista Ler-
 cario, & Bernardo Interiano Castaneo egreditur, vt hominem in-
 quireret. Verum in itinere ab amicis quibusdam de Flisci morte
 admonitus, re infecta ad Senatum redijt.

In hoc celebri viro tantum robur animi, & consilij fuisse scri-
 bit Vbertus Folietta, vt antequam in Andree Principis Auriæ gra-
 tiam à Clemente in Senatu lectus esset, multa ingenij, consilij,
 prudentiæ in Republica Genuensi in vario munerum genere ad-
 ministranda, egregiaque documenta dederit, & dignus habitus
 sit, qui esset cum duodecim viris legum ferendarum, & status re-
 rum emendandi, & constituendi, in quo munere obeundo opinio-
 ni hominum abundè respondit. Cardinalis renunciatus Caroli V.
 ferreæ coronationi, quæ auream præcessit, vna cum Hippolyto
 Cardinali Mediceo Bononiæ assistens fuit.

Cum sæpe interfuisset Comitij Pontificijs, illis videlicet Pau-
 li III. Iulij item III. Marcelli II. & Pauli IV. eo regnante, in patria
 mortuus est die 25. Martij anno 1558. & sepultus in patrum suo-
 rum monumento in Ecclesia S. Mariæ de Cella, quæ à religiosis
 viris ordinis S. Augustini habitatur, cui nonnulla legasse dicitur;
 alij mense Maij eisdem anni 1558. supremum diem obiisse volunt.
 Ianus Vitalis his eum versibus meritò laudauit.

*Tu quamuis Ligurum Regina nobilis AVR
 Vtaris Vrbe sedulo
 Quam sibi Porci fera potuit prope littora Ianus
 Psopes, & Bisamnis alucos,
 Accipit ipsa tuis radios tamen inclyta Solis
 Regina Roma gentium.
 Istius, & lucis radiata nstore coruscat
 Cælestis instar lampadis.
 Felix qui presens claras clarissimus Vrbes
 Absensque reddis nobles.*


SEXTA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Die Dominica 10. Ianuarij Anno Redemptionis nostra 1529
 Clemens VII. Romæ apud S. Petrum inter Cardinales Diaconos
 vnum cooptauit; is autem fuit.

XVII.

HIPPOLYTUS Medi-
 ces, Florentinus, Iulia-
 ni Medicis Ducis Neomurs,
 imperatoris, ac vexilliferi fæ-
 cte Romanæ Ecclesiæ filius,
 Alexandri Medicis primi Flo-
 rentini Ducis frater patrue-
 lis, Leonis X. nepos, & Cle-
 mentis VII. consobrinus, ex-
 tra matrimonium natus die
 19. Aprilis anni 1511. à pri-
 ma ætate ingenij, modestiæ,
 aliarumque virtutum speci-
 minibus præbuit. Adolescens op-
 timis artibus, & virorū pru-

dentiam consuetudine adhibita, celeriore virtutis, quam ætatis
 cursum in se fecit, Sadoleti, cui amicitia coniunctissimus fuit, tes-
 timonio, à quo bonitatis, prudentia, liberalitatis, magnificentiæ,
 beneficentiæ, excelsi animi titulis celebratur. Eius vitam vnico
 elogio profecutus est Iouius, quem longe omnium eruditi inge-
 nij, decoræ vultus, & illustri vitæ splendore florentissimum ap-
 pellant. A Florentinis tamen in exilium missus, deinde à Decurio-
 nibus postulante populo, & adhortantibus patritijs Hippolytus
 adhuc adolescens vnâ cum Alexandro publica præconis voce
 Reipublicæ hostis declaratus est, eiusque bona Fisco addicta. Hic
 autem annum agens decimum octauum, seu nonum suæ ætatis à
 Clemente in extremis laborante, die, vt supra diximus ex ipsius
 Clemētis Diplomate, x. Ianuarij an. 1529. circa primam noctis ho-
 ram, Cardinalium Collegio in idem cubiculum, in quo ægrotabat,
 conuocato, Diaconus Cardinalis S. Praxedis nominatus est; ei-
 demq; illico in eodem cubiculo omnia Cardinalatus insignia tra-
 dita, non attenta promissione de non creandis Cardinalibus, do-
 nec ad certum numerum redacti non fuissent. Cum verò tempore
 creationis, clericali tantum caractere esset insignitus, & Subdia-
 conatus, ac Diaconatus ordines licet sæpius monitus per ætatis
 defectum, decimum enim octauum, vel nonum, vt diximus non.



Ciaconius
 Hier. Ga-
 rimburt.
 Panuinius.
 Aubery in
 Vita.
 lo: Aloyf.
 L. ilius in
 Hist. Eccl.
 Montare-
 galis.
 Iacob. Sa-
 doletus in
 Epistolis.
 Felix Cog-
 telor. in
 Elencho.
 Guicciard
 Andr. Vi-
 ctorell. in
 Addit. ad
 Ciaconij.
 lo. Baptist
 Adriani in
 Histona.
 Franc. Au-
 gustin. ab
 Eccl. in
 hist. Pede-
 montana.
 Ferdinad.
 Vghellius
 in Addit.
 ad Ciaconij.
 & in Ital. sacre
 Scipio Am-
 mirat. in
 hist. Florè
 Petr. Aret.
 in Epist.
 Iacobus
 Gaddius
 de script.
 non Eccl.
 Bonuent.
 Angel. in
 hist. Parm.
 Gaspar Bu-
 gar. in hist
 Michael
 Pocciant.
 in Catal.
 scrip. Flor.

exce-

Leander Albert. in descr. Ital. Petrus Bizarus in Historiâ Genuens. Jac. Bosius in Histor. Meliten.

excedebat annum, non suscepisset, ne de creationis viribus dubitari vnumquam contingeret, ad beneficia, Ecclesias, & Cardinalatus dignitatem restitutus est die 30. Julij anno 1534. Post adeptum Cardinalitium pileum, Auenionensi in Gallia, & Montisregalis in Sicilia Archiepiscopatus donationis est, Vmbriaeque Legatus declaratus, Casalenfis in Monferratenfi prouincia, & Lycciensis Administrator, S. R. E. Vicecancellarius, Presbyter Cardinalis sancti Laurentij in Damaso, Abbatiae Trium fontium, S. Sabbae de Vrbe & Cryptae ferratae perpetuus Commendatarius.

In Pannoniam ad Caesarem, bellum contra Turcas gerentem, decem millium selectorum militum exercitus Imperator a Clemente legatum, fortissimi ducis potius, quam sacri viri munus obuiuit. In reditu vero Italiam versus ipse Caesar Viennae edixerat, ut hoc ordine in Italiam iretur. Ex primo agmine, cui ipse praesesse volebat, Ferdinandus Gonzaga cum leuis armaturae equitibus antecederet, inde vastius cum Hispanis, & Praetoriani equites succederent; interposito autem biduo subsequeretur Hippolytus legatus cum toto legatorum, sacerdotum, ac togatorum ordine, quorum omnium comitatus erat amplissimus; tertium, & postremum agmen, in quo Albanus regulus cum Hispanico equitatu erat, Germanorum legionem clauderent. Sed hunc ordinem militari consilio constitutum Hippolytus abruptit iuuenili quadam impatientia, leuitateque cum natura feruido, & volucris ingenio vlla in re nullam moram ferre, & nulli, ut accidit, in amplissima fortuna parere didicisset, adulantibus praesertim clientibus nonnullis, & centurionibus, quos incredibili sumptu sibi ascuerat. Ii enim cum insana libidine militare imperium affectantem tanto exercitu dignum ad maximas res ingenti ausu gerendas aptum esse dicebant. Ita optimis quoque familiaribus frustra deprecatis, relicta sacerdotali purpura, galetaque, ferina pelle contractus, cum paucis armatis equitibus praecurrit. Id factum ad altioris consilij recessum plerique reuocabant, ceu legatus in summa rerum opportunitate consternatos milites ad patrandum aliquod in sine facinus in Italiam, stipendium praebitoret adducturus. Sed intimi amicorum, qui eius ingendum atatis voluptatibus occupatum, & nullo adhuc stabili, vel grauiore decreto satis firmatum sapienter excusserant, nihil tale verebantur. In eam tamen suspensionem adductus est Caesar, ut eum, qui spiritu valeret, ac Pontificia pecunia potiretur, ad occupandam Florentiam contendere iudicaret. Allocutus enim milites fuerat, & secum adducebat Roscium praefectum, a cuius cohortibus seditionis alterius initia in Germania emanasse ferebant. Itaque praecurrentem Caesar, nec reuocantibus ipsius nuncijs obtemperantem, cum Roscio comprehendit, custodiri iubeat; ne pax tanto sumptu, tantoque labore omnium in Italia parta, Caesar adolecentis audacia turbaretur. Verum non multo post eum cum certiora eadem re didicisset, nec Pontificis patrii animum acerbiore offensione exagitandum putaret uiolati; sacrosancti legati infamia pernoueretur, quinto die eum emisit, retento Roscio, qui & ipse demum facile, impetrante Ferdinando Gonzaga affine, custodia est ductus, quod eum praecario multorum signiferorum, & centurionum testimonio culpa vacantem castrensis Praetor absoluit.

Ad Carolum V. Caesarem Genuam de latere Legatus cum Farnesio, & Quignonio Cardinalibus missus, eum Bononiam usque comitatus est, cui ferrea coronationi cum Auria Cardinali assistens fuit. Accusatus, quod Alexandri fratris, & Ducis Florentiae vitam machinasset, in scio Clemente moestus ab Vrbe discessit; Romam tamen iussu Pontificis citò redijt, cum quo Marsilium petijt, interfuitque nuptijs inter Catharinam Mediceam, & Henricum Ducem Aurelianensem, postea Regem Galliarum magno apparatu celebratis. Deinde Clemente VII. è viuis erepto, Farnesium Cardinalem sacri Collegij Decanum ex patrii voluntate in Pontificem eligendum curauit, quem Paulum III. dixere.

Interim Hippolytus ob iram in Alexandrum fratrem, seu ob amorem in Florentiae principatum, exules Florentinos, licet familiae suae hostes recipiebat, vanitate ingenij adductus, ut per eos Alexandro infidias moliretur. Eum enim astuti homines, validaque facundia, & miris consulendi artibus instructi eo peruersa, atque insana ambitione correptum perpulerant ut Hetruriae principatum in sua fata praeproperus affectaret, abdicareque se honore purpurei galeri vellet, atque inde ad filiae Caesaris nuptias aspiraret; quod nisi sublatum Alexandro fratris fieri non poterat: cuncta enim tum sibi secunda, si Caesaris gener euaderet, obuentura cõfidebat. Itaque dum in eius insani sceleris cogitatione versaretur, per Baptistam Cybo Massiliensem Episcopum Innocentij Pontificis nepotem teterrimam necem ex incenso tormentario puluere Alexandro machinatus est. Harum autem infidiarum indicia Deo maximo detegente, ab Alexandro Duce deprehensa sunt, atque illico Romam ad Paulum Pontificem delata. Pontifex Alexandri iniuriam negligere noluit; quare Octavianum Tengam hominem facinorosum ex Hippolyti satellitibus, nefarij consilij conscium comprehendit iussit. Eo capto Hippolytus vehementer exterritus, ac detectae malignitatis suae pudore confusus, ex Vrbe in Catilii Tiburtini agri castellum profugit; atque inde non multo post ex poenitentia concepti facinoris commutata voluntate, ad sanitatem redire, & quorsum euaderent maligna exulum consilia serò agnoscere co-

pit; sic ut Alexandro se conciliare, & à Caesare pacto conditiones accipere percuperet. Quae de causa Neapoli conducto nauigio ad Caesarem in Africa bellum gerentem enauigare properabat; verum Petro Toletano Prorege ei nauigium pernegante, ad oppidum Itrij Fundani agri, quod est vicus Appij impositum, inops consilij substitit. Vbi oborta pestilenti febre, illenus longè omnium eruditi ingenij nobilitate, decore vultus, & iuulstris vitae splendore florentissimus sexto die, idest 13. Augusti ex Petri Pauli Gualterij Diarijs; ex alijs vero, atque ex sepulchrali inscriptione die quinta Augusti anni 1535. aetatis 24. ex humanis est ereptus, magna hercle exulum laetitia, quorum princeps Philippus Strozzius erat, & Pontificis commodo: Cum hic eius spolijs luos ditaret, illi vero vno erepto, alterum tanquam fratris opes desitutum facile tolli posset diuinarent. Nec desuere exules auctore Strozio, qui eius immaturè mortis causam ad venenum referre contenderent, ut Alexandri existimatio ea infamia suspicione sugillari videretur. Verum ob id Andreas Hetruscus fuisse infers inferretur, illi vero accusatus, cum diu totus eius pulis, ac nihil de ea re confiteretur, carcere tanquam infons eductus est; affirmantibus praesertim medicis, nullum esse venenum, quod certo ex intervallo laceret, ac fureret, sicut in tertiana febre bilem effluere videmus. Is enim morbus, cui Hippolytus cessit, adtatae periodi exacerbationem redibat; ideoque eius morbi causam ad nouam permutati aeris intemperiem referent, quia nonnulli ex eius comitatu iuuenes aetate florentes, pari oppressi morbo concidissent.

Corpus relatum in Urbem funus urbanae multitudinis, ordinumque omnium lachrymae per triduum decorarunt, deinde in Ecclesia non S. Mariæ in Dominica, sed S. Laurentij in Damaso sepulturam accepit cum sequenti inscriptione.


HIPPOLYTO MEDICI CARD. S. R. E.
Vicecancellario
Eximij corporis ac ingenij fortunaque
Muneribus ornatisimo
Qui cum ab tanta rarissimarum virtutum indole
AD LEONIS X. CLEMENTISQUE VII. PATRIVM
Pontificum gloriosae ventis
Acerbissima morte surripitur
Anno aetatis XXIV. A Partu Virginis
M D XXXVIII.
Idus Augusti.

Inexhausta liberalitatis vir fuit; eius nanque domus ex omnibus cogniti orbis gentibus virtute animi, aut corporis proceritate conspicuos, liberaliter admittebat; gaudebat si quidem ille mirum in modum, quod homines viginti amplius linguarum in suis conuaculis recenserentur. Ei supra aetatis captum ante omnia sua uis inerat poësis spiritus, sic ut Virgilij secundum Aeneidis librum in Hetruscum sermonem lepidissime verteret; & Hippocratis Prologia ab arte medica in vsum bellicae discipulæ transfuleret. Pictus Valerianus Defensionem pro Sacerdotum barbis, quae Romae edita anno salutis 1537. Hippolyto Medici Cardinali inscripsit.

Pessimè illi dixit Hieronymus Garimbertus, eundemque inter filios terrae, hoc est inter illos, qui humili licet loco nati summas tamen consecuti sunt dignitates; ad arma potius quam ad lituum propensum, & ad vitia, quam ad virtutes procliuem suis scriptis orbi representat; sed Garimberto parè credèdum; liberrimè enim, facileque in omnes inuehitur ille, ac male dictis saepe multos onerat.

SEPTIMA creatio vniuersalis cardinalis.

Die Veneris 13. Augusti Anni 1529. Clemens Romanus Pontifex Romae vnum ascripsit Presbyteris Cardinalibus, quem Ciaconius creatum asserit die Mercurij 8. Iunij; hic autem fuerat.



cia eius mater, lectissima matrona eundem ad litterarum studia inflammavit: adolescens studuit, didicitque accuratè omnem politiorum litteraturam, & Latini sermonis elegantiam, ac naturalem

XVIII.
MERCURIUS, seu Mercurius Arbores, aliàs Gattinaria, seu de Gattinaria, quem Paninius Mercurij de Herborio nominat, non Allobrox, sed Pedemontanus, nobilissimus parentibus. non infima conditionis, ut scribit Guicciardinus in historia sui temporis, Vercellis natus, Paulinum parentem patre infans amittit, cum indolem praesertim ferret maximam. Felicitas Roncia eius mater, lectissima matrona eundem ad litterarum studia inflammavit: adolescens studuit, didicitque accuratè omnem politiorum litteraturam, & Latini sermonis elegantiam, ac naturalem

Ciaconius Math. Valerianus Elog. m. s. P. Iouus Franc. Zozera de nobil. Ital. Aubery in Vita. Paninius de Rom. P. S. Gasp. B. gat. in hist. Felix Comtelonus in Elencho. Franc. Augustin. ab Eccl. in d. hist. Pedemontanus. Famia Strada de Belgio

Philosophiam. Qui licet vxorem cum tredecim esset annorum, Andriettam de Aduocatis primariæ Vercellensis nobilitatis feminam duxisset, & vnicam tantum filiam Elisam, quam deinde Alexandro Lignariæ Comiti Septimi Taurinensi despondit, suscepisset, nihilominus nobilitatem sui generis bonarum litterarum accessione clariorem reddidit. Iuri ciuili, & legibus deinde operam dedit, & accedente ad eximium ingenium maximo labore, atque industria, Iurisconsultus euasit suo sæculo facilè princeps; itaut ad ipsum in difficillimis, ac pene desperatis causis, tanquam ad oraculum homines ex longinquo prouincijs confluerent. Tantam itaq; sui nominis celebritatem iuuenis adhuc sibi comparauerat, vt à Margarita, non Valefia Francisci Galliarum Regis sorore, vt refert Vghellius, sed Austriaca, filia Maximiliani Imperatoris, & Philiberti Sabaudic Ducis vxore ad tutanda eius dotalia iura, à consilijs suis fuerit accitus, quem illa etiam Bressiæ, & Burgundiæ Præsidentem faciendum curauit; tantique illum iudem Principes fecerunt, vt Maximiliani Imperatoris ad Ludouicum XII. Gallorum Regem legatus missus, pacem inter hos Principes grauissimis de causis disidentes, summo totius reipublicæ Christianæ bono sua dexteritate, ac prudentia firmauerit. Auctor foederis inter eundem Regem, & Rempublicam Venetam exitit. Caroli V. Imperatoris à secretis, & consilijs, supremique eiusdem Cancellarij munus annos duodecim summa cum fide, & integritate obiuit, vt nihil arduum, nihil difficile absque maturo Mercurij consilio fieret. Eundem Imperatorè Francisco Sfortia Mediolanensem, & Alphonso Ferrariensium Ducibus, ac Venetis subiratum conciliauit, & vt Bononiæ à Clemente VII. Pontifice Imperij coronam susciperet, sua auctoritate permouit. Quem cum haberet singularem Patronum, & Principem optimum, ab ipso Comitatu Gattinariæ, Sartiranz, Valentiz, Marchionatu Romagnani, Baronatu Montisferrati, in vtraque Sicilia Ozoni, & Coneghi donatus, à Clemente VII. Romano Pontifice absens ab Vrbe facta purpura insignitus est die 13. Augusti, vt supra diximus, anno 1529. ex ipsius Clementis Diplomate, cum titulo S. Ioannis ante portam Latinam. Scripsit Pontifex Alexandro Episcopo Ostiensi, Francisco sanctæ Crucis in Hierusalem Presbytero, & Hippolyto S. Praxedis Diacono, legatis ad Carolum V. Imperatorem, vt Mercurio post eorum recessum ab Vrbe, renunciatu Cardinali traderent rubrum pileum, & reliqua Cardinalatus insignia. Die Iunij 15. Nouembris anni 1529 Bononiæ receptus est prima vice in Consistorio, sede gestatoria ob podagram, qua laborabat, inuectus breuiori tantum Pallio ornatus, non autem Cardinalitia cappa, quam induere non volebat chiragræ morbo affectus. Locum in Consistorio obtinuit post vltimum Presbyterum Cardinalem, post quem sedebat in ipsa gestatoria sede: reliquis sacris cæremonijs illum Pontifex ob ægritudinem soluit.

Quanta verò prudètia, æquitate, fide, dexteritate in amplissimo illo munere veratus fuerit, illud inter cætera argumento esse poterit, quod Italus, externus ad supremam Cancellarij dignitatem euectus sit, ac Imperatori Carolo acceptissimus, Regni Proceribus, & Principibus viris gratus, ab vniuerso populo plurimum dilectus. Ita vixit ab adolescentia vsque ad annum sexagesimum quintum, vt semper in aliquo munere veratus sit: clarissimum tandem apud omnes gentes, constrictis prius à se duobus monasterijs, altero Canonicorum Lateranensium Regularium; altero Monialium Diuæ Claræ, & pecunijs in alimoniam puerorum nouè de domo Arborea, ac puellarum in singulos annos nubendarum assignatis, cum de propaganda fide, hæresique tollenda, ac Ottomanico Imperio perdendo cogitaret; cursu vitæ peracto mortem subiit die 5. Iunij 1530. apud Vindelicos Oeniponti. Cadauer, vt ipse mandauerat, Gattinariam deportatum, in æde Diui Petri Canonicorum Regularium ab se ædificata, cum hac sepulchrali inscriptione quiescit.

D. O. M.

MERCVRIVS ARBORENSIS DE GATTINARIA post multos honores, rarissimaque dignitatum insignia, quæ summa virtutum fide apud omnes fere Christianos Principes promeruit, sedatis tandem suo consilio, totius Christianitatis tumultibus, firmato fortunatissimi Caroli per coronationis triumphum Cæsareo Sceptro;

placida in pace in Ipsuch naturæ concedens, in patriam cineres referri iussit, suorumq; paucis his monumentalibus laborum posteris adnotari.

Vixit annos LXV. Illustrissimi Ducis Sabaudicæ annos nouem. Consiliarius, annos tredecim Magnæ Burgundiæ Præsidentis, annos duodecim supremus, & acceptissimus Cæsari Cancellarius Postremò ad Cardinalatum euectus, Gattinariæ, Valentiz, ac Sartiranz Comes, Marchio Romagnani, Heros Montisferrati, ac vtriusque Siciliæ.

Quinta Iunij diem felix clausit extremum: qui viuens publicis semper negocijs oppressus exitit, moriens publicis etiam pedibus conculcari statuit.

M. D. XXX.


A Ad læuam altaris sub ipsius Cardinalis marmorea statua extant hæc carmina eius laudem vt cunque perennantia.
*Quis sum, quis regor hic humilis sub marmore fossa
 Nosse cupis, Visa disce per alta mea
 Sanguinis ARBOREI sum MERCVRIVS ab ipso
 Progenitus cunis, legibus, & studijs.
 Prima meos vidit Sabaudia clara labores,
 Cum Princeps lateris iussit adesse suo.
 Exin Burgundis Præses maioribus, inde
 Cæsaris accitu sum datus officio.
 Quicquid in Hispanis, quicquid Borealisbus actum
 Sive Italis nostri cura laboris erat.
 Non aurum, nec vis potuit peruertere mentem
 Iura, nec intacta fallere Iustitia.
 Me duce per Ligures, per doctæ Bononia capite
 Hinc Clemens Regni tradidit Imperium.
 Reddita pax cunctis, optata ad fœdera duxi
 Franciscum, ac Venetos, Ferrariaque Ducem.
 Hinc Pileo ornatus, Cæsar Diademate cinctus
 Sumptissimus in Rhefos, Vindelicosque viam.
 Carolus hic Lutheri dum dogmata fœda coerces,
 Tumque paro in Turcas, protinus en morior.
 Non tamen ingratum patria sensere nepotes
 Quis manus ingentes nostra reliquit opes.
 Denique bina Deo Cænobia sacra dicaui;
 Canonici pro me soluite rite preces.
 Vixit annos LXV. moritur in Ipsuch die V. Iunij MDXXX.
 Scripsit nonnullas Epistolas ad Erasimum, quæ extant, vt refert Auctor Nomenclatoris. Gattinariam oppidum quasi à fundamentis restaurauit, mœnibusque, ac fossis cinxit.*

OCTAVA CREATIO CARDINALIUM.

Carolus V. suscepta Imperij corona, antequam Bononia discederet, supplicauit Clementi, vt aliquot familiares in Cardinalium coetum referret: *Die Veneris 11. Martij anni 1530.* habitum est Consistorium, & in Senatu ipse Clemens Cæsaris petitionem retulit, nil tamen in eo statutum. *Die Lune 14. eiusdem mensis,* iterum in Consistorio actum est de creandis Cardinalibus, & statutum, vt quatuor renunciarentur Cardinales, die Sabbati proxima, 19. Martij publicandi: hi autem fuerunt.

XIX.

FRANCISCVS Turnonius, seu de Turnone, natione Gallus, Regibus Gallicæ affinis, à Iacobo Turnonio Comite de Rouffillon, & Ioanna de Polignac, secundo, seu, vt alij volunt, quinto loco prodijt in lucem anno 1489. à quo illi vsq; ad primam adolescentiam pietatis, ac litterarum exercitijs enutrito, non vanæ, atque ambitiosæ rerum fluxarum cupiditates, sed religiosæ vitæ amores, ac studia fuere instil-



late. Itaque maturè subductus humanorum affectum corruptelæ, addictus est, cum primum per ætatem potuit, ordini religioso sancti Antonij Viennensis, vbi copiosissimæ tota vita frugis præclaræ in se, generosamque sementem est complexus. E quatuor fratribus, quos habuit, duo fuere Episcopi, Gaspar scilicet Valentiz, & Carolus Ruthenæ; quamobrem tum ob inculpato eius more, tum ob sanguinis prærogatiuam, ante consuetum tempus ad dignitates, & præfecturas sui ordinis Franciscus vocatus est, & eam, quæ inter illas primas tenet, quam vocant Generalem fori Segusianorum præfecturam obtinuit. Quin etiam non desuere, qui scriberent iam tum totius ordinis Abbatem à fratribus renunciatum, nullo vel ætatis ipsius, vel historiz respectu. Etenim vt est verisimile tantam dignitatem tam immaturæ ætati non permissam; ita ex illius ordinis historia constat, Theodorum de S. Chamondo Abbatem Antonianum fuisse ad annum 1516. quo epistolæ S. Antonij à Symphoriano Cæpicio eius auctoritate, ac studio sunt euulgatæ; nec dignitate abijste ante annum post hunc, vnde cum, quo vitam deposuit; conditusque est in Ecclesia, quæ postea Societatis Iesu sodalibus est Mussiponti contributa. Ita firmatur, non potuisse Franciscum Antonianum Abbatem præfici ante annum ætatis suæ octauum supra trigessimum, quo, vt mox dicam, Bituricensibus iam præerat Archiepiscopus. Verum suspicari possumus, ante Episcopatu fuisse illu lectu Abbatè Casæ Dei in agro Aruerni, tamen mihi non satis constet, quo propriè anno illi obigerit.

Chaconia Ferdin. Vghellius in Addit. ad Ciac. & in Ital. sacr. Aubery in Vita. Ludovic. Donius de Attichy in Hist. Card. Fauuina de Rom. Pötificib. Felix Cõteler. inas Elencho. Petr. Rouber. in hist. monaster. S. Ior. Reomanen. A. Ilq; plures quos in fine vite recensebimus

Anno nostræ salutis 1525. electione Cleri Ebredunensis Archiepiscopus est consecratus, pro cuius Ecclesiæ temporali fidem exhibuit hominij Francisco Primo; breuique postea ad Regium accitus consistorium, eam probitatis, & prudentiæ, ac solertiæ famam collegit; vt cum ad eum annum Franciscus Rex in exitabili pugna Papiensi captus; atque in Hispaniam ex Italia esset traductus, Procerum regni Gallici iudicio delata fuerit legatio Francisco ad Carolum V. Imperatorem, cum Margarita Regis sorore Alenzoni Ducis vidua, Montmorancio, Brionio, & Senatus Parisiensis principe Silua, vt aliquæ Regis liberandi rationes inirentur. Tenuit eum legatio annum solidum, nonnullisque in Galliam remeantibus, ipse cum Silua, nouoque legato Tarbæ Episcopo, & alijs reditum tandem Regi expediuit, isto ad diem 14. Ianuarij anno 1526. eo fœdere, quod ad Regis tunc salutem erat necessarium. Quæ ille dum sedulo curaret, iniecta est Bituricensi Clero mens, vt orbatam tum maximè Francisco Bullio Sancerrano Ecclesiæ suæ præfecturam Turnonio deferret. Itaque Bituricensis Archiepiscopi nomen ijs primùm in tabulis vsurpauit, quæ de illo fœdere ea die fuere conscriptæ. Reuertit exeunte è Ianuario Rex in Galliam, missis in Hispaniam, vt conuenerat, obsidibus filijs, habuitque subinde regni comitia, quibus cum interfuisset Franciscus, Regemque aliquandiu esset affectatus, vertente demum anno 1527. ad Bituricenses suos diuertit, atque vt erat sui muneris diligentissimus, Synodum illico ad 6. Idus Martij suis indixit, vt maturè agnolceret, quibus potissimum partibus ea capere posset Ecclesiæ detrimentum, eique paterna sollicitudine reuertet. Arbitror in hunc quoque, proximumue annum incidisse illius in Abbatem Antonianum electionem; nam Abbatem fuisse eius ordinis docent verba Ioannis Buteonis Antoniani monachi, quibus egregium opus de Arca Noëtica eius nomini inscripsit.

Franciscus igitur Galliarum Rex iam redditus libertati, Encollimam aliquandiu secessit, vt ijs qui vel funesta illa in pugna, qua captus est, vel in eius postea liberatione egregiam illi operam præbuisse viderentur, per ocium prospiceret: Turnonio Cardinalatui à Clemente flagitauit, & obtinuit. Quare non die 16. Martij, neque 14. Kal. Februarij, vt quidam referunt cum Cabrera, sed die 19. Martij anno 1530. in Francisci Galliarum Regis gratiam, prout Clemens litteris suis datis die prima Nouembris anno 1529. Regi promiserat, Franciscus Turnonius absens Bononiæ Presbyteris ascriptus est Cardinalibus titulo SS. Petri, & Marcellini, quem titulum postea reliquit, & obtinuit primò Episcopatum Sabinensem, deinde Ostiensem; fuit enim facti Collegij Decanus.

Iacobus Sadoletus pro noua dignitate Cardinalatus gratulatus est Francisco his verbis: *Gratulor tibi, & valde gratulor, quod istum gradum honoris amplissimi ita es consecutus, vt non laus tua in illo honore posita, sed fortuna virtutem tuam secuta videatur. Nec verò ulla est verior, & magis te digna gratulatio, quam quod tu is homo es, ijs ingenij, virtutis, nobilitatis, prudentiæ ornamentis præditus, vt nullus sit tantus honor, qui tibi non ita debitus sit, vt tamen dignitati tue par esse non queat. Sed vt hac mista, qua hoc etiam maiora in te, ac præstantiora existunt, quod omnis doctrina, & omnium artium optimarum comitatu, ac scientia sunt instructa; illud in tua natura præclarum, ac magnificum, quod opes, & gratiam, & auctoritatem tuam qua magna est, omnibus semper bonis vis esse adiumento, atque presidio. Qua nam id hominum laude, & quibus tandem honorum insignibus potest compensari? equidem de tuo honore ita sentio, vt eo omnes bonos magis, quam te ipsum letari putem oportere; siquidem illi fructus uberes liberalitatis tuæ sibi in eo propofitos esse sciunt; tu isti honori plus splendoris offeres, quàm ipse honor tibi.*

Cæterum non planè liberum videbatur regnum quamuis recepto Rege, quandiu regni hæredes liberi eius in Hispani Regis erant potestate; itaque anno 1530. cum fœdus, quod quadriennio ante ictum, & postea fractum fuerat, nonnulla pactorum moderatione sancitū esset, legatus est denuo Turnonius Cardinalis cum Montmorancio in Hispaniam, vt Regis liberos eo pro patre obsides missos, maxima vi pecuniæ redimeret, atque in Galliam reduceret. Confectum est cū Hispanis minitris extremo Iunij, & Regij liberi cum Eleonora Caroli V. sorore Francisco Regi desponsa ad montem Marfanum adducti, nec inde procul in monasterio, quod vocat *Captiuax*, matrimonium Regis cum Eleonora concipiente verba solemnia Turnonio Cardinali copulatum fuit. Auctior deinde facta est Turnonij dignitas, præfectura monasterij S. Germani Parisiensis, & biennio post illi grauissima decreta est legatio Romam ad Clementem VII. Pontificem, addito collega Cardinali Grandimontano, qui erat antea Tarbiensis Episcopus. Illius legationis potissima causa fuit, tum vt Henrico VIII. Angliæ Regi ad defectionem ab Ecclesia præcipitanti prospiceretur; tum vt colloquium Pontificis cum Rege apud Malsiliam propter hanc, aliaque causas curaretur. Adductus tamen Clemens anno 1533. vt Malsiliam accederet, ibique Turnonio Cardinali nuptiæ Catharinæ Mediceæ Pontificis neptis cum Henrico Regis filio secundo fuerunt conciliatæ; sed pro Anglo, in deterius quotidie prolabente, nihil est confectum. Quies deinde triennio circiter fuit à bellis Gallos inter, & Hispanos. Sed anno rursum 1536. cum

A omnia suspitionibus, & odijs turgent, in apertum bellum reserupit; quod cum prosperè celsisset in Gallia, creatus est Turnonius Cardinalis, Lugdunensis prouinciæ præfectus, vt belli vim totam ad Insulubres translata curaret, inque omnes militantium necessitates inuigilaret. Indoluit vehementissimè, qui tunc Ecclesiæ præerat, Paulus huius nominis Tertius, tantum hæcenus Christiani sanguinis fufum, tantum in posterum, vt erant ambitiones, & offensiones animorum profundendum. Itaque anno 1538. cum ad Nicæam Massiliensium Regi, atque Imperatori condixisset, paucis inter eos conciliandæ gratia, venit eo Regis iussu Turnonius Cardinalis, ac diu cū Imperatore collocutus, tum etià cum Pontifice, auctor fuit, si minus pacem, at certè inducias in proximis decem annos faciendi.

Incredibilem Germanicæ pietati labem attulerat lues luthera-na per annos ante hac circiter videnos, nec illis contenta sinibus, bellorum turbis, ac licentia se se occultans, in Galliam sensim proferpebat. Hanc igitur sibi in primis prodendam, ac reprimendam sumpsit Turnonius Cardinalis, non pro ea solum, qua in Ecclesia erat dignitate, sed pro eo studio; quo erga diuinum honorem, hominumque salutem incensus erat. Itaque cum eruditionis, ac litterarum nomine, quas Francisco Regi in pretio, & amore esse notum erat, plurimi in regnum se infunderent, quorum haud satis sincera esset erga Deum fides, fuit Turnonius Cardinalis in perpetua vigilia, ne quid vel Regis animum, vel in regnum hinc redundaret detrimenti. Irreperant in aulam nonnulli fucata eruditione vitri, & subdolis suasionibus perfecerant apud Margaritam Regis sororem, & Annam de Pisseleu Stampensem Ducissam, magnæ apud Regem gratiæ fœminam, vt Melancthonius fallacissimo religionis omnis interpolatori veniendi in Galliam, & disputandi cum Parisiensibus Theologis daretur à Rege comiteatus. Eam machinationem non præsentè minus peccato, quam futuro exemplo perniciosam vt inuidij discutiendam sibi, ac dissiptandam.

C Turnonius Cardinalis censuit; & sumptu pro commodum S. Irænei libro contra hæreses Regem mane salutatum ijt. Non distulit Rex vt primum in conspectu fuit, querere, quidnam id libri esset? excellentissimus est, respondit Cardinalis, Galliarum Episcopi, & hominum Apostolicorum discipuli commentarius, qui cum præclarè cætera, tum illustrissimè illud scripsit libro tertio: nullum homini catholico cum hæreticis ad commercium esse oportere, aut colloqui; Ioannem Apostolum, Policarpum, & alios vnà cum illis tecto subesse veritos, pedem ab ædibus, quas illi incolerent, illico extulisse. Hinc exorsus, subiecit, obscura ad se fama delatum, Melancthoniam factam ab ipso potestatem Parisios veniendi; eam se famam abominatum non dubitasse, quin siue falla esset, siue vera, libentes sibi præbituras esset aures, sui hac in re animi æstus in

D Regio ipsius sinu deponeti fac enim, inquit, Rex Christianissime, neminè è Gallis tuis fallaci facundia, simulata humanitate, & versipelli Melancthonis nomine circumueniendum. Attamen quæ nam erit illa de te apud Pontificem, apud Romanum Senatuum, apud Italos vniuersos opinio? quàm suspiciosa? quàm sinistra? cum te viderint eius hominis consortio, & colloquio delectari; cuius ipsi doctrinam, & magistrum Lutherum diris omnibus deuouerunt. Quæ nam verò profelsi illius hostis tui, atque æmuli Imperatoris Caroli aut eulatio, aut in sultatio, dum te in hæresis inuidiam apud catholicos Principes adducere laborabit? Denique quis tuorum omnium mæror, & abiectio animi, dum in istas calumnias rebus ipsi resellere parum cumulatè valebunt? Penetravit in regij pectus hæc oratio, & litteras cômèntas Melancthoniam iam obfignatas dicendi iussit, ac sanctè deierauit nullum sibi tota vita nisi cum Ecclesia Catholica fore commercium. Hinc renouatæ apud omnia tribunalia contra lutheros quæstiones: cumque in prouincia Arelatenfî Merindolenses sopitos Valdesiū errorum cineres nouis lutheri flabellis excitarent, ac iam publicas regno flammis perfidis concionibus intentarent: consultus Turnonius Cardinalis, legum seueritate obruendam in primo conatu perfidiam persuasit.

E Fuerat ergo apud Franciscū Regē magno semper existimationis, & gratiæ loco Turnonius, ex quo ad rempublicam accesserat; sed postea quam Rex nonnullis offensionibus abalienatus fuit ab Annæo Montmorancio magistro Equitum, potissimam curarum Regiarum partem in Turnonij sinu deposuit: nec quidquam domiforifque deinde susceptū, cuius ille caput, & auctor non sit factus.

F Plura toto septennio gesta sunt cum Hispanis bella, plura sapientissimè inita eius consultu fœdera, sed nulla ei frequentior, vtiliorque opera fuit, quam in hæresi vndequeque Galliarum in solo pullulante refecanda. Institutum enim hoc circiter tempore Parisijs Quæstorum capitalium tribunal, *Ardens* vulgo appellatum, in quo de hæreticis inquiretetur; qua re accommodatior nullapoterat excogitari ad infinitam hominum circa res diuinis curiositatem, quæ tunc vigeat, coërcentiam. Legatus quoque tunc est Vormaciam ad Imperij ordines Ludouicus Adhemarus Grimiani Comes, qui Turnonij neptem habebat in matrimonio, vt Principibus Germanis ecclesiæ restaurationem in conuentu, vt obtendebant, libero, sed, vt res erat, hæretico institui postulantibus, Regis nomine suaderet Tridentini Concilij tum primùm incepti au-

toritati deferre; totamque ea de re quaestionem illi permittere.

Inter hæc non ille magis publicis auctoritatibus, quam Rex priuatis eius honoribus, & cõmodis agendis incumberebat. Nam præfecturam monasterij Bellilocensis apud Viridunum ad hæc tẽpora illi attribuit, quam cum Robertus de Lenoncourt Cardinalis iunior rationibus suis commodiorem Trenorchienfi, quam olim obtinuerat, existimaret, Turnonius autem Trenorchiensem sibi, quam Bellilocensem mallet, legitima inter se permutatione de illo transegere. Nec multo post in Nouempulonia Metropoles possessionem, Francisci de Claromonte obitu vacuum regia nuncupatione Turnonius est inductus. Sub hæc tẽpora nihil fuit, quod hæreticorum natio non tentaret, vt Franciscum Regem infortunij aliquot mœstum, ac Pontifici quasi in Cæsarianas partes nimium procliu sub offensum sua posset insulare caliginem. Itaque cum Landricus quidam Ecclesie S. Crucis apud Parisios Parochus garrulæ vir facundie multa de Purgatorio ausus esset pro suggestu blaterare, quidam aulici ea iam labe aspersi, tam multis cum laudibus apud Regem extulere, vt ille sibi hanc vocem excidere pateretur, aures se illi homini libenter præbiturum, iuberetque eum sibi præsto esse. Perducere eum nulla mora aulici satagebant, sed Turnonij non ante vertere vigilantiam, qui hominis animum ita per suos ante permouit, vt coram Rege solita garrulitate excidens, nihil contra veritatem Catholicam mutire sit ausus; atque ab illo ad Quæsitores fidei, ac Theologos, qui eius dicta iam ad censuram vocarant, reiectus paucis post diebus in Parisiensis Senatu retractatis, damnatisque erroribus iussus sit cõcionibus abstinere.

At quamuis gratia apud Regem Franciscum floruisse Turnonium viderimus, tamen vt sunt rerum humanarum vices, raroque contingit, vt scribit Aeneas Silvius in rebus humanis, & aulis maxime Principum, vt successor probet, quos decessor amauerit, cum longè alio esset apud Henricum II. Regem Francisci I. successorum loco, misso aulæ nuncio in monasterium Trenorchiense secessit, tum vt nonnullam animo quietem caperet, tum vt res eius monasterij sacras, ac familiares per superiorum, ac temporum incuriam non nihil lapsas in integram restitueret, quod egregie accurauit. Etsi non longa illi eo loco quies fuit; nam paucis post mēsis, Rex ætati Pontificis, qui octogenario maior erat diffusus, è duodecim Gallie Cardinalibus, qui tunc supererant, septenos, atque in ijs Turnonium Romam ire iussit, vt si quid humanitus Pontifici contingeret, Romanæ sedi virum Ecclesie toti, ac regno vtilem darent; & edere demum anno 1550. Iulium III. interfuit Turnonius Comitij Iulij, & suffragium pro illo tulit. Interim Merindolenses hæretici, in quos Turnonij consultu lege actum aliquot ante annis fuerat, per eius ab aula absentiam meliora sibi ominati, retractati iudicium antea pronunciatum in suos cum postulasset causa iterum cecidere, effranque licentia multa tum de Cardinali Turnonio, tum de Grimano eius nepote suis in historijs mentiti, illustri Cardinalem laude præter mentem affecerunt, dum capitalissimum sibi illum hostem fuisse sunt æstati.

Dũ Romæ Regis negocia gereret Cardinalis Turnonius grauisima Iulium III. Romanum Pontificem oratione conuenit, ne Parmæ, ac Octauio Farnesio, qui sub Regis tutela erat, molestiam ullam afferret. Cumque nihil profecisset, Venetias se subduxit, vbi auxiliarijs Heluetiorum copijs iter per agrum Brixianum cum impetrasset, Parmæ, Octauioque salutem fuit. Cum enim his atque alijs Regis copijs longius opinione trahitur bellum, pertæsum est Romæ tumultum, & ex pensarum, forteque accidit, vt malorum omnium inceptor Ioannes Baptista Montanus Pontificis nepos tumultuario in certamine caderetur. Quare rerum occasione arrepta Turnonius Pontificis tandem animum eo perpulit, vt anno 1552. fœdus cum Rege sanciret, pactus se in posterum inter ipsũ & Imperatorem pro mediatore futurum: Parma, & Mirandula, copias abducatum, neutri parti noxas, aut subsidio fore; nihil vel delectum, vel comæatum in alterutrius detrimentum in ditione sua permittiturum, ac Farnesij res, & dignitates suas restitutum. Quod fœdus incredibili Regem voluptate, regnum dignitate, atque existimatione auxit: Quantum verò fœderatis placerent, quæ Turnonius egerat, declararunt honores vtrique illi collati. Nam, & Iulius Pontifex eum Albano Episcopatu tunc donauit, & Rex Galliarum, cedente Cardinali de Claromonte Archiepiscopum Auxensem primo, mox ex cessione Hippolyti Atestini eũ Lugdunensem Archiepiscopum nuncupauit: hæc omnia, acta Vaticana confirmant. Gratiam vtrique cumulatam Turnonius mox reposuit, suscepta, ac felicibus consilijs perfectæ Senensium ab Hispano dominatu liberatione, quæ vt Regi eo tempore non parum erat accõmodata, ita Pontifici fuit periuicunda. Hoc Archiepiscopo annitente, & Henrico II. Francorum Rege se interponente, Canonici Auxenses regularis vitæ voto, cui obstricti erant, exēpti sæculari sacerdotum lege viuere permitti sunt; data etiam eis facultate de rebus, & bonis proprijs arbitrato suo statuendi, ac testamenti condendi, decreto ea de re à summo Pontifice factõ x. Kal. Aprilis anno 1548. Hac in vrbe Auxensi Collegium fundasse Turuonium Archiepiscopum referunt Scæuola, & Ludouicus Sammarthani in primo tomo Gallie Christianæ.

Giacom. Vit. Ponsiff. & Cardd. Tom. III.

A Ad annum 1553 transijt ex Albano Episcopatu in Sabinum, nec multo post tempore ad Lugdunenses suos Roma digressus peruenit, vbi illi abunde fuit laborum, & contentionum cum hæresi vicina è Geneua, vbi Calvinus impietatis sedem fixerat, in plebem suam per mille cuniculos proserpente. Venerant eo aliquot ante mensibus clancularij de illa schola præcones quinque hæreticis dogmatibus à Caluino, Beza, Farello altè imbuti, atque ad pestem exitiosissimam latè spargendam omni arte parati. Sed non fefellerant ecclesiastici officij vigilantiam, à quo illico detecti carceribus conditi tenebantur; verum ne in eos ageretur lege, Bernartes, Heluetij suis apud Regem intercessionibus, alijque ex aula suspectæ fidei homines præpediebant. Vbi affuit Turnonius, nulla fuit mora, quin omnes quod Galli essent, & contra Regis grauisissima interdicta perniciem regno inferrent, meritissimas flammis pœnas luere. Acres deinde adeo fuere tum ipsius, tum plurium, quos in eam operam ipse asciuerat, vigilie, quo nihil ibi Ecclesia Catholica detrimenti sentiret, omnesque errorum fibre conuellerentur, flammisque vtricibus absumerentur, vt Geneuenses illæ pestes nihil diutissimè haberent exosius, nihilque fugerēt longius quam tractum Lugdunensem. Itaque conuenticula hæretica quinquennio antequam Lugduni Turnonius Cardinalis præfesset, cogi cepta statim ac ille fuit Episcopus, penitus dissipata, non coiere denovo, nisi illo è viuus demum subducto.

B Has aliaque haud paulo grauiores curas Lugdunensium salutis biennio impendit, quarum cum vtilitatem, ac potius necessitatem haberet perspectam, vix inde euelli potuit anno 1555. quo iussus est cum Cardinali Carolo Lotharingho Romanam suscipere Regis nomine legationem; ne Lugdunensium salutem deesset, legationem illam respuit, iussus tamen iterato à Rege Romam se cõtulit. Quo tempore contigit, quod narrat Frizomus, cum Massilia soluens, itinere maritimo, quò tendebat, pergeret, nauisque velocissimo cursu festinans, momento hæsisset, capto, & ostenso ei Remora piscicula, qui tam repentinæ mutationi causam dedisse ferebatur, exclamauit. *Proh, quanta est humana natura fragilitas? quam adeo perexigua res à tam prospero cursu auertit*: solitus hoc modo pro ea, qua erat animi celsitudine, ac sapientia, rerum omnium labentium, atque mortalium vanitatem, & inconstantiam in quotidianis, & familiaribus quibuscunque euentibus tanquam in speculo contemplari; necnon è sensibilibus, ac visibilibus rebus ad supernas, & inuisibiles assurgere. Vnde, & symbolum sibi sumpsit ex illis D. Pauli verbis: *Non qua super terram*: in symbolo enim, seu emblemate erat manna è nubibus cadens, à duabus receptum manibus cum hoc D. Pauli lemmate: *Non qua super terram*.

C Romæ verò cum appulisset, ibi non approbante Turnonio Cardinali, iactum est inter Galliarum Regem, & Pontificem fœdus, quò & Pontifex Regi ad Neapolitanum regnum recipiendum ope m, & consensum, & Rex è contra Pontifici, & Carranis tutelam; & rei familiaris multiplicem accessionem despondit. Sed inducjs post ista inter Reges Gallum, & Hispanum ad longum tempus depactis, nihil contra eas tentari passus est Turnonius. Cum verò paulo post Carranensium, & Columnensium dissidia Romam Hispanos euocassent, Turnonius sedulam, vt par erat, operam impendit suam, Rege per litteras, ac nuncios excitato, vt valido in Italiam exercitu submisso, Hispanos ad Romanas portas velitantes abigeret, restituitoque in libertatem Pontifice, redintegrandæ honestis conditionibus pacis redderet facultatem. Ex Vrbe paulo post discessit; triennium, & amplius Roma absens; menses circiter quindecim in Vmbria, sex Venetijs, in oppido Corneliano annum moratus est; inde longo itinere valetudinis causa suscepto, ad aquas Lucenses de medicorum sententia profectus est. Vbi cum de Pontificis maximi obitu multorum litteris certior factus esset, Romanam nauigauit, non spe Pontificatus adipiscendi, sed Ecclesie Romanæ laborantis iuandæ studio incensus, & in comitium Cardinalium ad 5. Idus Septembris expectatus introiuit. Vertebar tunc annus 1559. quo Angelus Medices, cui nomen Pij IV. fuit, renunciatus est Romanus Pontifex, qui illico duplici Turnonium dignitate auctiorem reddidit: nam cum in ipsjs comitijs, quibus lectus fuit, fato cessisset Hieronymus de Capiteferreo, qui Romanensi monasterio præfectus erat, eam dignitatem ad Franciscũ Turnoniuũ transtulit. Nec multo post cum Card. Bellay decessu vacuum esset Ostiensis, ac Veliternus Episcopatus, in eũ inductus est quare a Pio Turnonius, Romani Collegij Decanus factus.

D Subinde paucis ante diebus, quàm creando Pontifici indiceretur Romæ comitia, in quibus Iulius III. renunciatus est vt diximus, Romanus Pontifex, funestissimo infortunio desierat esse in viujs Henricus II. Rex Francorum, locumque eius adierat Franciscus II. penè puer, moxque, vt in tenera ætate Regum solet, aulæ in factiones, & ambitiosa studia diuisa, secretis odijs inter regni Proceras certabatur; nec vanus metus erat, rem breui in apertas discordias, intestinaque bella erupturam. Ergo dum partium studijs laborant consilia, visum est regni moderatoribus è re esse, vt Cardinalis Turnonius vir altæ prudetiæ, ac longo rerum vsu perspectus, nullisque addictus partibus Roma ad consilium Regium accerferetur; idque eò procliuus prouisum, quod miserabili fato hæresis causa in has aulicas factiones se insinuaslet; cuius fraudi,

Kk

atque

atque impotentia amolenda; ac frangenda ille cum primis idoneus videretur. Agre impetratum est à Pio IV. vt eo carere vellet; sed tristibus, iisque crebris è Gallia allatis ad se de religione litteris, ac nuncijs commotus, cum cuperet florentissimo, ac potentissimo regno pro paterno in omnes Christianos amore consulere, eum vnum ad eas partes aptissimum iudicauit: cum præsertim Rex ipse Franciscus II. & mater, Consiliarijque Regij eum quotidianis litteris à se flagitarent; eamque ob causam tritimes quatuor in portum Ostiensem partim ventis prouectæ, partim remis impulsæ essent; quarum duæ Regiæ erant è portu Malsiliensi profectæ, reliquarum duarum altera à Cosmo Florentiæ Duce, altera à ciuitate Genuesi rogatu Regis erat missa. Ita eum Pontifex maximus Pius à se discedere, atque in Galliam reuerti passus est. Vix Malsilium præteruectus erat, Rhodano Lugdunum petens, cum causa illi doloris oblata à Carolo Podiensi Monthursio, qui proxima affinitate iunctus Turnonijs, arma pro hæreticis primis ea in regione abduxit. eundemque postea relapsum non cessauit retinere, donec sua illum facinora perdidit. Altera illi in hoc itinere doloris causa fuit à Collegio Turnoniensi: cum enim ann. 1552. partim popularium suorum miseratione, qui magistrorum inopia vel imperiti consensescant, vel ad magistrum non sanæ fidei extra prouinciam adire cogebantur, partim doctorum hominum, quod maximi semper fecit, sui peroptans, Turnone gentilitia vrbe splendidissimas ædes exædificasset, in quibus vniuersa doctrina excellentes humanas omnes disciplinas auditoribus vndeque confluentibus traderent, & antiquam in illis pietatem ex præscriptis ab ipso legibus confouerent: atque anno subinde 1553. vt ardot studijs, ac splendor cresceret, iura vniuersitatis à Rege, & à Pontifice Romano Collegio illi suo impetrasset; anno demum 1560. quo Turnone iter habuit, adeo spes omnes, quæ illaque sua comperit euauisse, vt Io: Pelisso vir eruditus, quem Collegio præfecerat, professores fere omnes lutheranismo infectos discipulos eodem præcipitare, rogatus de statu Collegij testaretur. Quin & res ipsas, quantum in Collegio labis esset illico patefecit; cum eo impudentia processerint siue discipuli, siue magistri, vt ad ipsas castri Turnonij portas, dum adesset Cardinalis, maledicæ quædam in Pontificem Romanum, & Cardinales schedia affigere non dubitarent. Quæ res ita illius animum conuulnerat, vt crebro ædes illas suas in quiduis aliud, quæ in Collegium mutaturum minaretur. Vnum cum Petrus Millarius Mirapicensis Antistes, qui deinde ad Viennensem Archiepiscopalem ascendit cathedram; & Vincentius Laureus, qui etiam postmodum Montisregalensis Archiepiscopus, atque à Gregorio XIII. Cardinalis renunciatus; alijque viri grauissimi, ac litteratissimi, quos domi habebat, de Collegio illo Societati Iesu addicendo suggessissent, in hac statim cogitatione, consilioque conqueiuit. Etenim cum ab anno 1552. suauissimum de ea gustum cepisset in Alphonso Salmerone, & Palsacio Broeto, quos ex Hibernica Pauli III. Pontificis legatione reduces, ac pro explorat oribus Lugduni captos carcere eximerat, domi aliquandiu secum habuerat, & equis, ac viatico Romanam abeuntes liberaliter instruxerat; tunc Romæ postea cù S. Ignatio, ac Lainio lepè veritatis, quantum in eadem Societate esset contra enalentes tunc hæreses præsidij, & quantum in promouendis cum pietate litteris industria respectum habebat. Itaque Vincentio Laureo illico imperat, vt ad Iacobum Lainium Societatis Iesu Præpositum suo nomine det litteras, quibus significet, se Turnonium Collegium Societati tradere, optareque, vt optimi eo magistrum quamprimùm mitterentur. Fecit Laureus quod imperatum sibi à Cardinale Turnonio fuerat, scripsitque ad Lainium Kal. Octobris anno 1550. epistolam sequentem.

Ad Iacobum Lainium Societatis IESV Generalem.

INCOLUMIS Dei gratia Cardinalis Turnonius in Gallias venit; sed cum magno sui animi dolore, religionis res ita perturbatas inuenit, nullus ut prope in hoc regno sit locus, quem non aliqua ex parte hæretica lues contaminarit. Cum verò aduentu suo partim seditiones graues, vel iam ardentes extinxerit, vel orientes oppræsserit, partim Christianissimo Rege per litteras, malorum remedia, vnaque ad vim, & fraudes seditiosa huius, & consecrata scilicet repellendas proposuerit, nequaquam deesse Turnoni vult, solo suo natali. Id cum oppidum sit obtingentis circiter domiuculis frequens ad Rhodanum situm, ac sapientia studiosos non pauciores mille ducentis habeat propter opportunitatem Collegij quod sibi impensis Cardinalis ædificauit, proxime ab terra huius pestis periculo abest; quam ad id loci haud quaquam effugisset, nisi & popularium aduersus Cardinalem amor eximius, & obseruantia defendisset, & vigil, prudensque fratris filij custodia, qui Turnonia domus generosa stirps, vel cum vite discrimina maiorum suorum illustra premens vestigia, noua hac pietatis inuentis, eorumque fautores propulsare, & oppugnare nunquam destitit: adeo ut ab inimicis fides ad contumeliam, vt ipsi ventur, monstretur digito, & Papilla vocetur. Iam verò Cardinalis pro optima opinione, quam semper de sanctissima vite, doctrinaque, & integritatis fama sacratissima Societatis Iesu habuit; persuas-

det sibi suam hanc patriam contra impetum quemuis, fraudemque, cartarum reddere inexpugnabilem posse, si presidij ei de vestris hominibus imponat, suumque Collegium custodia Societatis fide, sanctaque committat. Neque vni tantum oppido, sed toti regno sperat se ingens commodum allaturum: etensm Collegium peropportunum cum sit cum situ, & opulentia oppidi, tum adiam magnificencia, & bis mille francorum annuo vectigali; præter quam quod discendi cupidos eo vt commeent, allicit. Potest etiam multos à Societate præstantes enutrire viros, quos per Galliam sparsos, carsa spes est vbiq; innocencia vite, ac Dei verbo eiecturos, singularisq; Catholice fidei hostes. Nec leue erit commodum tam multos adolescentes, ex quibus deinde Antistites, religiosi Viri, magistri Cancellarij, Prædices, Consiliarij, Senatores, ac ceteri Magistratus, regnique Præsides, Administratores, à primis annis in sancto Dei timore educari, & Catholice custodia pietatis. Atque adeo haud mentiar, si huius mali originem ab talibus personis affirmem esse fecisset Deus, vt in omni Gallia Societatis extructa Collegia essent; non ita laborandum summo Pontifici esset ad populum olim pietate inclitum in sancta Sedis obsequio, & matris Ecclesie gremio retinendum. Id adeo experimentum aperte monstrat, quod Billorum, atque Appamie Gallicane vrbes, quamuis regionibus tue contactis vndique obsideantur, tamen & se, & multas circa oras ab infanda contagione liberas seruauerunt. Huius rei gratia Deo gratia peragenda, quod in summis hisce calamitatibus, quasi celo demittere ad nos hanc vere celestem Societatem dignatus est: cui cum tu pater summe obseruanda, merito præsis, cuius magnam, incorruptamque sapientiam, prudentiam, & sanctos mores cognitos habet, plurimique, vt debet, facit Cardinalis, tanto acrius confirmat suum honestum hoc votum, atque inflammat; ideoque iussit me tibi nomine suo, quod his litteris facio, significare mentem hanc eius esse, vt suum illud Collegium sancta huius Societatis sit.

Haecenus Vincentij litteræ: proximo verò post anno Iacobus Lainius Generalis Societatis in Galliam à Romano Pontifice legato Eleutherio Pontano, Emundus Augerium, Ioannem Baptistam Violam, & alios Turnonem misit, qui adita Collegij possessionem, docendi initium 5. nonas Maij fecere. Nec multo post dum ad S. Germanum in Laya degeret, solemnibus litteris eiusdem Societatis sodales in iura vniuersitatis induxit, signatoribus præter villarium, & Laureum, quos dixi, Ioannes Fournier Parisiensis doctor, & Bono Broeou Senatus Parisiensis Præsides. Interea post scriptas à Laureo, quas dixi litteras, accelerauit Cardinalis Turnonius iter Lugdunum, atque inde Aureliam, quo Rex comitiorum causa ad 15. Kal. Nouembris erat accessurus. Præuenit paucis diebus Rex Turnonem, eumque; aduenientem summis honoribus est profecutus: de ijs Dionysius Lambinus, qui aderat, sic scripsit. *Quis fuit nuper tuus in Galliam ex Italia reditus? que Aureliani? qua in Vrbe trium regni ordinum conuentus habebatur, à Principibus, & Nobilibus facta tibi gratulatio est? Qui plausus? qua ex tuo aduentu percepta lætitiæ significatio; quo te vultu Rex Franciscus II. paucis antequam diem suum obiret diebus; quo Catharina Medicea mater eius excepit? Qui complexus, qua lachryma partim gaudio, partim eorum, qua in Gallia te absente acciderant, recordatione profuse latabantur omnes, scilicet eum difficilibus, & turbulentis reipublica temporibus saluum, & incolumè longo intervallo patria esse reddatum; qui non vinculis, non terrore, non pena, non cruciatu; sed ratione, consilio, prudentia, sapientia, cuius discordias sedare, belli intestini incendium restringere, dissensionibus de religione modum, finemque constitucere posset.*

Vertere se tamen hæc omnia breui in mororem siue ob Principum virorum dissidia, siue ob iuuenis Regis fatum, qui die Decembris quinta Carolo IX. locum cessit. Huius primordijs ob teneram ætatem Regis electi, Rectores regni, ac Consiliarij, inter quos Turnonius non vltimo loco fuit. Tum comitis Francisci II. morte non nihil interpellata, coiere Idibus Decembris, in quibus magno Turnonij dolore illa primùm vox est audita, vt ijs, qui ex Protestantibus nobiles essent, templa conuentuum suorum causa habere, ne esset interdictum. Quam vocem illo, alijque Ecclesie Proceribus agentibus ita repercussit Orator Ecclesiastici ordinis, vt ij quoque, qui auctores fuerant, eius à se inuidiam amoliri omnino ope conarentur. Dimissa dehinc ad tempus comitia, & ad proximum Maium reiecta; quo intervallo Turnonius non solum paci conciliandæ inter Principes Gallie viros, qui perniciosi inter se odijs diffidebant; omnem operam posuit, sed diuina etiam in suos Lugdunenses sollicitudine, Statuta Synodalia olim à se, suisque Episcopis sancita euulgauit. Reuocata subinde sunt anno 1561. regni comitia non Maio, vt erat conditum, sed Septembri mense primùm ad pontem Esie; tum ad S. Germanum, in quibus primarij Cardinalis dignitatem insigniter est tutatus Turnonius.

Intumescens porro magis, ac magis quotidie Sectariorum in regno tumultibus, ac factionibus, visum est regi moderatioribus esse è republica vt Ecclesie Prælati, Pisciacum haud procul Parisijs conuocarentur, non solum vt Ecclesie facultatibus atarij regij egestatem subleuant; sed eo etiam maxime, vt dispicerent,

quibus

quibus modis virorum Ecclesiasticorum mores componi possent, quorum lapsus, & corruptelas, hæresum buccinatores schismati, ac tumultui suo velut causam prætexebant. Verum ambiguum est cuius malum suggestionem factum fuerit, ut Nouatores, qui nihil aliud in ore haberent, quam liberum Concilium, eo quoque ut de erroribus suis contra Theologos disceptarent, tanquam ad liberum conuentum sint accesserint. Quæ res ut laudis non vulgaris, ita molestissimi negocij Turnonio Cardinali seges fuit. Nam primum, nihil non egit, ut consilium exemplo insolens, ausu temerarium, euentu perniciosum disturbaret; itaut ex improviso ad diem Septembris septimam regni Cancellarius ad Prælatorum cœtum de hæreticis disceptandi causa eundem in cœtum admittendis sermonem fecerit. Turnonius Regi quidem, ac Regina, qui assuere, magnas Ecclesiastici illius cœtus nomine gratias habuit, quod illum sua cohonestare præsentia dignarentur; sed quod Cancellarius verba fecisset de hæreticis eo admittendis, quodque alias longe ob causas cœtus ille coactus esset, æquum dixit sibi videri, ut que proferuerat voce, scripto ederet; quo Ecclesiastico cœtui fas esset ea de re ire in consilium. Negauit abruptè Cancellarius quod petebatur, ac multum instanti Turnonio totam hæc dissipandi negocij viam præclusit. Ergo postea quam hæretici nebulosæ Ecclesiastici ordinis Conciliorum, ac Patrum iudicia libello dato eierant, coacti fuere Cardinales sex, Episcopi sex, ac triginta, magnoque numero alij Presbyteri, ac Doctores audire Theodorum Bezam ore impuro blasphemos errores suos, sine probationibus, & argumentis quasi ex indiculo, lapsando interim, ac balbutiendo horam bene longam recitantem. Inter quæ dum ausus esset homo perfidissimus eam vocem effurere, tantum ab Eucharistiæ Sacramento abesse CHRISTI corpus, quantum à terra cœlum; cohorrui videlicet Turnonius, & in pedes erectus Regi supplicauit, ut vel illi os obstrueretur, vel Ecclesiastico cœtui eo liceret abire, vbi has vocum impietates non audiret. Quæ obtestatio, etsi fucato publicæ pacis studio, quod huius colloquij auctores obtendebant, non est audita, tamen Bezam in dicendo frigus multo congelauit amplius, longamque illi postea ineptarum excusationum, atque apologiarum materiam suppeditauit. Hæc Beza; Turnonius Cardinalis Regem compellans dixit, animum non solum sibi, sed toti etiã Ecclesiastico cœtui non sine Dei iniuria abiturum hoc colloquium, quod tanta omnium hominum inuerecundia susceptum esset. Cuiusmodi enim illud esset, quod coram Rege Christianissimo tam aliena à Christiana pietate ausi sint impudentissimi homines blaterare: cuiusmodi verò etiam, quod leuissimi Nouatores non antiquorum Patrum traditionibus, non Conciliorum decretis, sed futilibus suis tantum Scripturæ interpretationibus fidem esse in eo regno postulare, cuius fides tot Patrum, totque Conciliorum doctrina sit fundata. Denique quæque illud esset temeritatis, atque absurditatis, quod hæreseos infimulati, ac rei laicæ sibi tribunalia flagitassent, Ecclesiasticum ordinem non pro iudice, uti par erat, sed pro actore coram laicis esse velint. Itaque mandatum sibi à sacro ordine dixit, ut eius Maiestati significaret, non alio se, quam augustinæ ipsius præsentiar respectu ductum, ut eorum verba aurius admitteret. Sed quando eo esset processum, postulare, ut eorum quæ dicta erant, consutationi diem certum dicat: descensurum enim ordinem sacrum in omnem conditionem; ut non ipsi modo de cuius religione à maioribus tam procul deriuata nihil ambigat, sed ut cæteris quoque omnibus, quantum præ mendacio valeat veritas, liquido sit perspectum. Dicta est dies decima quinta Septembris, ad quam diem Carolus Cardinalis Lotharingus acerrima, fundatissimaque oratione docuit, non Regum, non Magistratum, sed eorum tantum, qui sacro ordini essent adscripti, munus esse ea, quæ ad fidem pertineant iudicare: eam verò ad rem non nudas tantum Scripturæ sacræ voces, sed veterum etiam Patrum interpretationes, ac traditiones vsui esse oportere. Tum delapsus ad Eucharistiæ Sacramentum, omni argumentorum genere validissime confecit, veram in eo esse corporis Christi, ac sanguinis præsentiam. Regem extremo obtestatus, ne quid de tam veteri, tamque contestata veritate deliberari in regno suo pateretur; atque in eo maxime tot sibi à Regibus hereditario transmissum Christianissimum nomen repræsentaret. Accessit postquam ille dixerat, Turnonius ad Regem toto se ordine Ecclesiastico circumfundente, testatus, hæc Catholicæ, hæc Gallicæ cū primis Ecclesiæ fidem semper fuisse, & pro ea paratos, qui ad sint languinem omnes fundere; auctoresque illi esse, si qui huic fidei obstrepent, damnet eos silentio, atque ab se procul ableget. Audijt pro eo ac debuit Rex Cardinalem, nec alijs conuenticulis, quæ frigida deinceps ibi, & collusionibus cum dubiæ fidei hominibus plena fuere, suam postea commodauit præsentiam. Quæ cū ita à Rouerio, ac Frizonio recitatur de gestis à Cardinale Turnonio in conuentu Pisicacensi, nescio quomodo cohæreant cum his, quæ leguntur in historia Societatis Iesv, affuisse quidem quinque Cardinales, videlicet Lotharingum, Borbonium, Armeniacum, Guisium, & Castilionem; Episcopos quinque supra viginti, rotidemque Doctores; ac nec Legatum Pontificum, neque Cardinalem illi interesse voluisse, quod nullum ab eo fructum religionis rebus obuenerunt esse diceret, imò multum

A inde ipsi creandam perniciem; nec expediret coram laicis hominibus, quacunque tandem potestate fulgerent, fidei causas tractate, sed Sacerdotum tantum officium esse iuxta notum illum iuris textum: *Sicut Principes præsumunt causas seculi, ita, & Sacerdotes causas Dei*: nisi quod principio interfuit; sed vbi animaduertit multa contra decorum, vel in Ecclesiæ dedecus attentari in eiusmodi colloquio, siue pro loco sessionis Cardinalium post Principes Regij sanguinis, seu pro blasphemis, & impijs propositionibus, quæ impune iactabantur ab hæreticis coram Rege, ac regni Proceribus, specie tutandæ, quam profitebantur nouæ doctrinæ, non ferens contumeliam, è comitijs discessit.

B Nec solum faciendæ religionis concordie frustra fuit colloquium illud Pisicacense; cuius iniquitas hoc tantum obtentu velabatur; sed regnum è contra maioribus multo discordijs implicauit. Nam eo tantum quod in illo regni theatro facta esset potestas perditissimis hominibus, ut errores, quos in lustris ante; ac tenebris vix mutire audebant, impune euulgarent, factus est vbique animus ijs, quos illa pestis affauerat, Catholicorum tenendi patientiam. Itaque personare iam cœperunt vbique compita profanis Clementis Moroti canticis, nec aulas tantum, si quæ in vrbibus erant ampliores, sed etiam ipsas Catholicorum Ecclesias hæreticorum præcones prophanas fecere. Quod cum vi, atque iniuria fieri sibi concilij essent, ad conciones hæreticorum armati videlicet conueniebant, ne à Catholicis loco pellerentur. Hinc vulgatus inter hæreticos primum, tum, & inter Catholicos edictorum Regis, quæ arma in pace gestari vetabant, contemptus; nec diu postea irritatis animis, ex immodica licentia sentiendi, ac disceptandi de religione armis alicubi, ac cedibus est transactum. Cui malo vt iretur obuiam, coactus est ad S. Germanum cœtus, ut Galli vocant, *Nobilium*, qui tunc fuere Præses vnus è quolibet Senatu, & Consiliarij duo: horum consultu concinnatum est edictum anno 1562. cui à mense Ianuario, quæ fuit promulgatum, indita est appellatio: eo facta potestas hæreticis, cœtus, & conciones habendi extra vrbes, Templâ Catholicorum, quæ inuaserant, adempta, vrbium occulsa septa, imaginum abolita iniuria, disceptationes de religione interdictæ, armorum gestationi, omnique conflictui penæ additæ: Verum non tantum superauit remedia malum, sed ex ipsis etiã suscepit incrementa. Dum enim hæretici quæ vsurpauerant, obstinate retinent, & Catholici, quæ olim sua erant, non deserunt, exarsit toto regno interitini belli flamma; cuius conspectu ita contabuit Turnonius Cardinalis, qui ad id tempus nihil non egerat ad fidei Catholicæ, Ecclesiæque ruinam prohibendam, vt nihil deinceps ei esset in vita suaue. Silentibus enim inter arma consilij, ac vi dominante, nullus ei supererat gubernaculi tenendi modus; itaque, dolore pressus animi, morbum contraxit, quo est ad extrema perductus. Narrationem verò fortunatissimæ mortis eius alijs quam historia Societatis Iesu verbis non facile possum melius in situere, quæ sic habet.

C *Polancus Parisijs assidue concionibus latinè habendis ad varia descendium Collegia salutarem nauabat operam; cum à Cardinali Turnonio ad S. Germani grauiter agrotante raptim accessit. Eum bonus senex generalem totius suæ vitæ confessionem excipere, & supremo tempore sibi adesse voluit. Non desistit reuocare in mentem illi Polancus Christianum officium, atque inprimis, ut famulus, quorum plerique annorum flore apud ipsam consumpserat, valde ab re imparati relinquerentur, prouideret: reditus autem Ecclesiasticos, uti sacra postularent iura, distribuendos curaret: quæ diligeat Cardinalis exocutus est. Et quoniã ad Turnonium Gymnasium quidam accedebant in amictu omnium lupi rapaces, summam Catholicæ doctrinæ inuisa hæreticis capita diserte complexam, quam omnes qui Turnone esse vellent, profiterentur, eundem pater suæ auctoritate confirmandam, vnaque, decreta quadam spectantia ad honestatem morum proposuit; quod item libenter fecit pius Princeps, & iusto Turnonensi Domino, ut obseruanda curaret, plurimum commendauit. Mirum est sanè quantum alterius amore vitæ arderet, cum iam se præ senio, & infirmitate corporis reipublice superuacaneum diceret. Rogauit Polancum, ut Parisiensibus socijs preces ad Deum indiceret, sibi ut contraheret vitæ diem: miserebatur laborum, quos in se curando domesticos videbat subire: medicamenta, & quæ alia vitæ adminicula præbebantur, eò tantum sumebat, quod id Deum velle sciret, iubentem, quo ad ipse enocet in custodia corporis permanere; quanquam interim se videre dicebat migrationem ad cœlestem patriam ea re immitto sibi differri. Ita exuerat immodicum erga cognatos amorem, ut neptem quæ Parisijs ad eius videndum venerat, haud lato animo viderit, & abire confestim iusserit. Denique pro sancta Ecclesiâ persumpsit labores, & cum maxime periclitanti patriæ, sollicitudine, & angore animi ingenti pristinum Catholicæ fidei tueri decus contendens, annis cumulat, ac benefactis mortuus est x. Kal. Maii, annum agens, ut Vincentius Laureus, qui valetudinem eius regebat prodidit, tertium, & septuagesimum; non octogesimum, ut Thuanus, & alij scripserunt; idque apud sanum S. Germani in Laya, seu, ut habent alij Lutetiæ Parisiorum in suo Rossillonensi palatio; vnde illius cadauer in vrbem Turnonensem à Rhodanum translatus est, sedem, ac domicilium gentis Turnoniæ,*

vbi & iacet in Tēplo iam dicto, domus Societatis Iesu se dotate, ac ædificata; quæ non tanquam fundatori modo Collegij, sed etiã veluti totius ordinis parenti, ob singularem erga se pietatem meritos suffragiorum honores liberaliter soluit, hocque appendit epitaphium.

D. O. M. AETERNÆQVE MEMORIAE.

Franciscus à Turnone Episcopi Ostiensis, Sacri Cardinalium Collegij Decani, Ecclesia Lugdunensis Antistitis, Galliarum Primatis, qui post impensam Christianissimis Regibus Francisco I. Henrico II. alteri quoque Francisco, postremum Carolo IX. maximam in rebus annos L. felicem, ac memorabilem operam, post procuratas singularem fidem, & non mediocriter auctas Regum populique Gallici maximas utilitates, post sæpe compositos, pacificatosq; grauisimos, & periculosissimos bellicorum dissidiorum assus, post conciliatos, quoties res tulit, Summorum Pontificum, & magnorum Principum animos, post assertam inuicta animi constantia aduersus Hæreticorum tumultus Catholica doctrina veritatem, denique post exhibitam in omni vite parte, præclarum, integerrimum, ac piensissimum Pontificis specimen, extructo hoc lapide quadrato Gymnasio sapientiae pietatisque Academia instituta, & Societatis Iesu curae perpetuò tradita Deo Optimo Maximo tot honorum auctori animã pie commendauit ac reddidit anno Christi M. D. LXXII.

Decima Calendas Maij, ætatis suae LXXII.

Apud S. Germanum in Laya.

Ioannes Pellifortus in funere tanti Cardinalis perorauit.

Ita desijt esse illustre Gallia lumen, diuina prouisione ijs maximè temporibus regno commodatum, quibus, & religio, & eruditio, & reipublicæ status maximè laborabant. Erat enim in eo in primis tam incensum religionis erga Deum studium, vt qui eius ætate emerferunt Nouatores, nullum conatibus suis senserint infensioem. Itaque ij Gallia historici, qui vel ipsi fuere Hæretici, vel Hæreticis fauorem impendere, hoc vnum in eo notare solent videmus, quod nimium in causa religionis timeret; quasi rerum fictis non docuerit nullum ea in re timorem nimium esse potuisse. Politioem eruditionem eo consilio magni faciebat, vt, & hoc etiam ornamento Catholicum pietatem excoleret, ac vanitatem Nouatorum retunderet. Hæc illi causæ fuere non solum Collegij Turnonenis instituti, sed etiam viros complures omni scientiarum genere celebres domi, forisq; officijs, ac beneficijs profsequendi. Nullum enim fuit tempus, quo etiam inter peregrinationes non plures eorum aleret, librosque illis inter preciosas farcinas comportaret, quo statim vt equo descenderant, ad studium transire possent, atque erudita coram se colloquia inter cœnandū miscere. Huic illi vsui fuere Petrus Danesius, postea Vaurenſis Episcopus, Dionysius Lambinus Parisijs Professor Regius, Vincentius Laureus postmodum Cardinalis, Arnoldus Ferrerius, Guilielmus Rondeletus, & alij. Denique ad gerendam rempublicam ea vnus simul attulit omnia, quæ vel singula alium quemlibet rebus magnis facere posset idoneum. Vis enim illi erat animi nulli non multitudini, ac ponderi negotiorum ferendo apta, vt de illo merito scripserit Michael Hospitalius.

Cuius consilio res omnis publica nostra

Dirigitur foris atque domi quaecunque gerantur.

Deinde ea erat eius in negocijs assiduitas, vt nulli vnquam fas esset cessantem repetire, quod pergit asseuerare Hospitalius.

Sed qua te vacuum deprehendet nuncius hora

In tanto quæ te circumstant agmine rerum.

Hæc autem duo, quorum est in paucissimis coniugium, comitas, & integritas, tam apud illam insigniter coaluere, vt cum nihil ab eo posset obtineri, quod vel minimum ab æquitatis linea detortum esset; tum si quæ id genus postularentur, ea tam rationali, tamq; comi, & vrbana oratione negaret, vt plurijs apud multos esset illius recusatio, quàm aliquorū concessio. De huius Cardinalis obitu proferre hic placet Iac. Aug. Thuani celeberrimi historici elogium.

Franciscus Turnonius Cardinalis mortalitatem exiit, cum serè octuagesimum ætatis annum attigisset; vir profunda prudentia, rerum agendarum peritia, & singulari erga patriam pietate cum paucis comparandus; & licet post Regis mortem inuidia ex aula pulsus sit, semper tamen maximo in honore etiam ab emulis habitus. In causa religionis eo visus Protestantibus iniquior, quod in ea quicquam immutari, aut inuolari posse citra publicam tranquillitatis perniciem negaret; alioqui a factionibus, quæ miserè hoc regnum postea lacerarunt, alienus, ideoque Regibus merito charus, vt qui in publica rerum administratione, in qua triginta amplius annos summa cum laude versatus est, ad vnum Regis obsequium, & publicam utilitatem semper collimauerit. Ad hæc litterarum, & litterarum sanctorum eximius extitit, quas vt magis promoueret, Ignatij Loyolæ sequaces, quos in iuuentute ad pietatem, & studia instituenda maiorem curam, ac solertiam adhibere intellexerat, in sueto fauore profectus est; auctorque fuit, vt eorum ordo tanquam rei litterariae utilis in Gallia certis conditionibus reciperetur, instaurata in Viarsensi pago Turnonijs, vnde

nobilissimæ familiae gentile cognomen, famosissima Schola, & amplissimis reditibus ab eo data; cuius curam illius ordinis Patribus attribuit.

Quare meritò tantus, ac talis vir cumctorū penè suæ, & sequentis ætatis scriptorum tam Poëtarum, quam Oratorum calamis celebratur; inter quos sunt; Sadoletus in Epistolis; Rugerius Tritonus in Vita Vincētij Cardinalis Laurei; Aymarus Falco in Historia Antoniana; Petrus Ribadeneira in Vita Iacobi Lanij; Onuphrius, alijq; in Vitis Pontificum, & Cardinalium, & qui vtrunq; notis, & auctarijs illustrarunt, Petramellarius, Victorellus, & Vghellius; Iacobus Augustus Thuanus in Historia sui temporis; Genebrardus, Marchisius, & Gaultierius in Chronologia, alijque quamplures, quos Deo fauente recensere in nostra Bibliotheca Cardinalium. Vincentius Laureus eius familiaris, postmodum Cardinalis, Turnonij Cardinalis Vitam scripsit, quæ m. s. tantum habetur Victorello teste. Marcus Antonius Muretus eisdem Cardinalis coaetui illius laudes his verbis canit.

TURNONI antique spirans virtutis imago,

Quem stupet haec aetas, quoque beatæ tumet:

Et tu cum feri repetent momenta nepotes

Si dederint caelum, quæ sibi facta rogent.

Post alias laudes, quæ bello, & pace parasti

Consilio moderans tempus viruque pari.

Quot quas fundis opes pleno sibi copia cornu

Affiduo doctos foueris hisce viros.

Pectore, & ingenus constanti adamaueris artes,

Adijcias titulis hoc quoque fama tuis.

Nec inelegantior, aut encomiorum parcior fuit Francisco Cardinali Turnonio, Vitalis, qui eidem frequentia panxit carmina.

Pacata prohibet, qui bella horrentia dextra,

Et Martiales impetus;

Curat, & auersos animos coniungere Regum

Pacis decorus arbiter.

Regius hic ille est TURNONIVS ore benigno,

Benigni ore spiritu.

Et quamuis opibus compositus abundet opimis

Clarisque pressis Urbibus:

Diuitias putat esse tamen non Regna, nec aurum;

Nec vniuersas Indicos.

Sed fas, atque pius, sed pulchrum, & nobile honestum

Et veritatem candidam.

Hinc pacata suum Pompeium nominat illum

Suum, & Catonem Gallia.

Interfuit exequijs Francisci I. Regis defuncti vltimo Martij anno 1547. cum alijs nouem Cardinalibus in Templo Sandionysiano, Petro Castellano Episcopo Matiscen eni funebrem orationem habente.

Tornusiam Abbatiam ad fluuium Ararim; S. etiam Germani Parisien si; Catae Dei apud Aruernos; Athenatenſem, S. Florentij, Salmuriens, Ferrariarum, Candelij, Portus Dei, S. Ioannis Reomens, S. Iuliani Turonenſis, S. Lauonari rexit. Edidit Statuta Synodalia Lugduni anno 1560. extant etiam illius Litteræ ad Annam Montmorancium in primo tomo Litterarum ad Principes, quas latinas reddidimus; & illas in Marcelli II. vita ad verbum rescribere est in optatis, de electione enim Marcelli II. in illis agit.

Ioannes Buteonis opera Geometrica, quæ Lugduni ann. 1554. edidit, Francisco Cardinali Turnonio inscripsit. Bibartizæ parmæ solum in primo cœruleo lilijs aureis numero incerto; in secundo miniato leone aureo exprellum.

XX.

BERNARDVS Clesius, natione Germanus, ex Maximiliane Imp. Consiliario in Tridentinum Antistitem fuit delectus; at inortuo Maximiliano, Ferdinando Austriaco se addidit, cui Boemiz, & Hungariae Regi superemus Cancellarius, & secretus Præses seruiuit. Ad magnos Principes ab eodem Legatus, Bononiam missus Caroli V. Coronationi intercuruit, & purpuram habuit cum titulo S. Stephani in



Cœlio monte. Aedificia plura, eaq; nobilia condidit; Tridentinam arcem illam insignem, quam Albericus Longus Salentinus carminibus descripsit, & Cæsares incoluere, auxit; nobilitauitque. Vias eiusdem vrbs lapidibus strauit, placidifque riuiulis ornauit, atque exhilarauit. Bemus illius humanitatem, & bonitatem suis litteris indicauit. Is postalatus in Administratorem Brixienſis Episcopatus anno 1539. cum illuc posse sſionis capiendæ causa venisset, inter prandendum apoplexia tactus interijt die 28. Iulij. corpus fu-

Ciacofius Hier. Garzimbertus Pyrb. Piacian. Catal. Cœcil. Trid. Aubery in Vita. Pantinus de Rom. Pœuſicb. Andr. Victorell. & Ferdin. Vghellius in Addit. ad Ciacofiu. Felix Conſtelonius in Elencho. Nomencl. Cardia.

nebri

nebri pompa Tridentum relatum, ibidem in Cathedrali sepulchrum habuit cum hoc epitaphio.

Bernardo Clesio S. R. E. Tituli S. Stephani in Caesio Monte Presbytero Cardinali, Episcopo Tridentino Et Administratori Brixienfi, Ob multa magnaque in hac Ecclesia merita Aeterna memoria digno posuimus. Obijt xxv. Julij M. D. XXXIX. Sedit xxv. Annos, Mensem unum, Dies xxiv. Vixit Annos lvi. Menses. lv.

Quare malè Ciaconius ad annum 1538. huiusce Cardinalis obitum refert. Præfuit Ecclesie Tridentinae annis viginti quinque. Scripsit Epistolas plures ad Nauſam, Ioannem Fabrū, & alios: huic Erasmus Roterodamus suos libros dicauit; plures ad illum dedit Petrus Aretinus; atque ab illo aurum sæpe sæpius cum responsis libentissimè recepit.

XXI.

LDVICVS de Gorreuodo de Chalant Allobrox, Ioannis Domini de Gorreuodo, & Ioannæ de Loriol filius, frater Laurentij equitis Velleris aurei, Comitibus Pontisualium, Magni Magistri Hispaniæ, & Gubernatoris Bressiæ, ex Episcopo Maurianensi (Mariana enim, seu vt alij dicunt, Muriana nomen est Vallis ad Alpes Cottias, titulo Comitatus insignis) instante Carolo V. ascriptus est Presbyteris Cardinalibus titulo S. Caesarij in Palatio, & sedis Apostolicæ nomine functus est legatione in Ducatu Sabaudia. Non diu vixit in purpura; nam ex Massarello in creationibus Cardinalium è vita migravit anno 1536. ex Ciaconio verò 1537. & sepultus in sacello à se erecto in Ecclesia principe Maurianensi, cum hac sepulchrali inscriptione.

D. O. M.

Hic iacet Reuerendissimus in Christo Pater Dominus Ludovicus de Gorreuodo Tituli S. Caesarij in Palatio Presbyter Cardinalis, Maurianensis nuncupatus, & Sabaudiae Legatus, qui hoc Sacellum fundauit, & dotauit Anno D. M. D. XXXV.

Franciscus Augustinus ab Ecclesia in Chronologica historia Pedemontanae regionis, in serie Episcoporum Maurianensium, ex alia sepulchrali inscriptione, quam mox rescribam, refert, Ludovicum Cardinalem hunc obiisse anno 1535. epitaphium autem, quod habet, tale est.

Hic iacet Reuerendissimus in Christo Pater, D. D. LDVICVS DE GORREVODO Tit. S. Caesarij in Palatio Presbyter Cardinalis, Qui in Domino obdormiuit Anno M. D. XXXV.

At à veritate aberrare Franciscum Augustinum laudatum, ex Galliae Christianae auctoribus existimo; non enim in illius sepulchrali inscriptione tempus obitus, sed foundationis sacelli indicatur.

Ecclesiam S. Mariae in Collegiatam etexit, & consecrauit cappellam S. Laurètij in Templo Franciscanorum oppidi Pontisualium: ante purpuram Episcopali tantum dignitate ornatus, Orator Ducis Sabaudiae interfuit Concilio Lateranensi: fit illius mentio in sessione decima habita anno 1515.

XXII.

FR. GARCIA Loaysa, què Contelorius Ioannem nominat, natione Hispanus, Petri de Loaysa, & Catharinae de Mendoza filius, natus Talaueræ in Hispania, ordinis Praedicatorum alumnus, postea generalis Magister Romae in comitijs electus, sui aui clarus Theologus, à Carolo V. Imperatore à sacris confessionibus assumptus est. Quare in generali Capitulo, cui praesuit, tanta fuit Fratrum commotio, vt à Generalatu penè se abdicare ab ipsis coactus sit, veritis, ne tot, tantisque muneribus grauatus, maximo totius ordinis damno facillè succumberet. Eiusdem Imperatoris à Consilijs, Indiarum.

Præses, Cruciatæ Commissarius, Hæreticæ prauitatis Inquisitor generalis in Hispania electus, mox Episcopus Oxomensis, & Seguntinus, deinde Archiepiscopus Hispanensis renunciatus, in comitijs apud Vallisoletum in Hispania habitis Generalatum deposuit. Tandem ad preces eiusdem Caroli inter Presbyteros Cardinales titulo S. Sulannæ cooptatus, Bononiae in publico Consistorio receptus, rubeum pileum, aliaque Cardinalatus insignia, suscepit anno 1530. die 19. Martij. Hic in Hispania Provincialis primo, mox totius ordinis generalis Magister religiosos viros ad antiquam, & arctiorem disciplinam erudire curauit, felici quidem euentu in Hispania, non autem prospero in Italia.

Mantuae Carpetanorum in Hispania die 22. Aprilis an. 1546. vale dixit huic saeculo, ibidem sepultum scribunt ex Nomenclatoris Cardinalium auctore, iacere tamen volunt alij Talaueræ in patria in Cœnobio S. Dominici, quod à fundamentis erexerat cum hoc epitaphio.


Hic iacet Illustrissimus Garcias à Loaysa Hispanensis Archiepiscopus, Supremi Inquisitionis Senatus, necnon Regij Indiarum Caesaris Consilij Praesidens, Cardinalis. Hispania Obijt Anno 1546.

Ex testamento Cœnobio S. Dominici à se in patria erecto, vt diximus, legauit inter alia annuos redditus scutorum mille, quorum quingenti ad subleuandos pauperes, totidemque virgines dotandas singulis annis in perpetuum, vt impenderentur, mandauit. Ornauit quoque, & fabricis auxit Cœnobium Penafiel, in quo sacro Praedicatorum ordini nomen suum olim dederat. Hieronymus Perbonus Incisæ Marchio lib. 4. Epistolarum indicat illum Cesaris etiam commendatione ad purpuram peruenisse, hortaturque ad consilium Caesari dandum, vt pace cum Christianis Principibus inita, arma in Turcas vertat.

Huic Cardinali Ludouicus Gomeſius Hispanus S. Palatii caesarum Auditor suum librum De prodigijs Tyberis inundationibus ab orbe condito vsque ad annum 1531. & Ioannes Mariana è Societate Iesu librum de Ponderibus, & Mensura inscripserunt. Paulo post floruit in Hispania alius Garcias Loaysa multae eruditionis vir, cuius diligentiae debetur antiquorum Hispaniae Conciliorum editio, qui interfuit Concilio Toletano habito an. 1582. quemque Philippus II. Hispaniarum Rex Praeceptorem, & Magistrum constituit filij sui.

XXIII.

ENNECVS de Estunica, seu Stunica, & Mendoza, natione Hispanus, Petri Comitis de Miranda, & Catharinae de Velasco filius, ex Episcopo Burgensi, instante Carolo Caesare, non Presbyteris, vt scribunt Panuinius, & Ciaconius, sed ex monumentis Vaticanis, Diaconis Cardinalibus die 14. Martij anni 1530. secretò ascriptus, non tamen publicatus nisi die 22. Aprilis anni 1532. Diaconus praesuit




Ecclesiae S. Nicolai in Carcere Tulliano. E vita migravit in Hispanijs mense Maij anni 1535. seu ex Ciaconio anno 1538. vel potius ex historijs Hispaniarum anno 1539. Panuinius, & Ciaconius in serie Cardinalium, qui obierunt sub Paulo III. scribunt, obiisse Romae, & in Ecclesia S. Mariae Araceli illius corpus sepulchro per aliquot menses datum, & inde in Hispanias translatum. At cum Hispaniarum historici affirmant Cardinalem Ennecum interfuisse exequijs Imperatricis Isabellæ habitis in Ecclesia Toletana mense Maij anni 1539. cum nonnullos tantum dies ille superuixerit, non potuit Romam venire; quare nos ex supra narratis dicimus obiisse in Hispania in fine Maij, vel initio Iunij an. 1539.

F. NONA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Die Mercurij 8. Iunij Anni 1530. Romae Clemens VII. Romanus Pontifex, post recitatas Regis Gallorum in Consistorio litteras vnum Cardinalibus ascripsit, qui fuit.


Ciaconius Panuinius. Felix Contelorius in Elencho Aubery in Vita.



Ciaconius Aubery in Vita. Felix Contelorius in Elencho.

Ciaconius Chronica ord. Praed. Chronica breuicordem ord. Aubery in Vita. Perlin. Vghellius in Adit. ad Ciaconiu. Anton. Se. nef. in Chron. sui ordinis. Panuinius. de Rom. Pontificib. Scaphin. Razzius. Felix Contelorius in Elencho. Nomencl. Card.

Ciaconius Io. Chenu de Episc. Galliz. Claud. Robert inas Gallia. Christian. Ferdinad. Vghellius in Addit. ad Ciacon. Aubery in Vita. Felix Cotelor. inas Elencho Fauuinius de Rom. Pönfich. P. Frizon. in Gallia Pappurat. Sande rde Schimat. Anglican.




ram gessit in Regia Francisci. Hunc Franciscus I. Galliz Rex in Angliam ad Henricum VIII. anno 1526. Oratorem misit, vt Mariam Principem Vualliz, antea Delphino promissam, Aurelianensi potius Duci, secundogenito filio nupti dari, peteret. Ibi à Volzao Cardinali callidè circumuentus in Senatu Regis Angliz, ipso Rege presentè, oratione habita, in matrimonium Henrici cum Catharina Hispana tanquam parum licitum, direxit stylum. In Hispaniam postea Legatus ad Carolum, qui audito fœdere contra se ipsum inuito inter Franciscum I. Galliz, & Henricum Angliz Reges, carceri Gabrielem legatum mancipauit; quod Franciscus, & Henricus in Oratores Caroli præstitere. Postea è carceribus liber Gallias petijt, non tamen ibi diu permanit; nam ad Pontificè Regio nomine Legatus est. Romæ dum Regij Oratoris munere fungeretur, ad ipsius Regis preces Collegio Cardinalium tituli, non S. Ceciliz, sed S. Ioannis ante portam Latinam die 8. Iunij anno 1530. non in sexta, sed in nona Patrum lectione ascriptus est; vnde malè Cabrera ait, renunciatum Bononiæ cum Cardinale Turnonio; postea tamen relicto S. Ioannis ante portam Latinam titulo, alium S. Ceciliz obtinuit. Fuit Pictauiensis Episcopus, cuius possessionem inijt die 20. Martij anno 1532. deinde ad Burdegallensem, demum ad Tolosanum Archiepiscopatum euectus est anno 1533. Procurauit Romæ Clementis Pontificis colloquium Massiliæ cum Rege Francisco.

Roma reuersus Gabriel in Gallias grauem in morbum incidit, & aliquot post menses in castro de d'Abalme non longe à Tolosa die 15. Martij, seu 26. Maij anni 1534. obiit, sepultusque in Ecclesia castri de Bidache prope Bearnum apud suos in diocesi Baiouensis. Nicolaus Ægidius refert, eum vita functum in legatione Hispanica; sed hæc multo fuit anterior morte: alij scripserunt eum obiisse 26. Maij anni 1554. Philippo Bergomensis Continuator scribit, Gabrielis obitum extra Galliam, à qua Regemandante, eiectus fuerat, euenisse: at hæc ab illis discrepant quæ narrat in suis Annalibus Ioannes Bouchet Gallus, qui scripsit, Gabrielem in Gallia obiisse, tantique viri iactura à lachrymis Gallos non abstinuiffe.

DECIMA CREATIO CARDINALIUM.

Die 22. Martij anni 1531. Clemens VII. Romæ inter Cardinales cooptauit duos, quos Ciaconius anno præcedenti die 19. Ianuarij in quarta Cardinalium lectione renunciatos affirmat: at constat ex ipsius Clementis litteris, hoc anno creatos Cardinales: hi autem fuerunt.

Ciaconius Balthassar Porrego. in Vita. s. Felix Cotelor. inas Elencho. Vghellius in Addit. ad Ciaconiu. Aubery in Vita. Fauuinius de Rom. Pönfich.



curauit; at Fr. Ioannes Hispanensis Cœnobij Antistes pietate clarus illum admittere recusauit, & discedenti mœsto dixit, ne mœrens abeas, nam Deus te ad maiora elegerit, etis enim magnus in Ecclesia Dei. In Belgium post hæc ad Carolum Regem accessit, in cuius aula aliquandiu vixit; postea ecclesie Toleranæ Canonicus factus, Baiocensis primò, mox Cordubæ Episcopus, postea Archiepiscopus Hispanensis, & Hispaniarum Inquisitor, Regius Consiliarius, demum absens, instante Carolo V. adhuc iuuenis Presbyteris

XXIV.

GABRIEL de Grandmont, seu de Acromôte, nobilis Gallus, Rogerij Senescalli Aquitanici, & Claræ, seu Eleonoræ de Grandmont filius; à puero cum exactè studia coluisset, quibus in omni genere feliciter instructus erat, Ecclesiasticum secutus est ordinem. Maior factus Conseransensem primò, deinde Tarbensensem Episcopatu ad Arberum fluum obtinuit; libellorum supplicum præfectu-

Cardinalibus titulo S. Callisti ascriptus est; vt in Breui; deinde illo relicto, SS. XII. Apostolorum titulum accepit. Ad Urbem nunquam accessit, quare ad illum Clemens pileum, aliaque Cardinalis insignia transtulit. Episcopus Cordubensis primum suæ ecclesie Cathedralis lapidem iecit; Archiepiscopus Hispanensis Cœnobium S. Gabrielis ordinis Franciscanorum sacrauit; & ad gregis sibi commisi salutem Ioannem Auilam virum illius ætate celeberrimum in sacrum Oratorem elegit, vt prauos populorum mores diuino spiritu, quo præditus è suggestu dicebat, corrigeret, & emendaret. Christophorus de Arcos huic Cardinali Cappellanus suum librum De expugnatione Rhodiensi Hispanico idiomate, dedicauit anno 1526. Obijt in Hispania circa mensem Octobris anno 1538. Mortis genus exprimit cum epitaphio Petrus Martyr Angelus Mediolanensis hoc carmine scriptum in obitu huius, Alphonfi Cardinalis.

*Cernite viuentes quid fastus, & alta potestas,
Quid sumus, aut cunctos quis furor vnus agat.
Hic hodie, hic hodie, (medeo dum cureret axe
Phœbus,) erat visus pulcher amandus, quans.
Nescio quid gelidum nunc est, & imisile quidam,
Est color huic pallens, sicut modo purpureus.
Est mutus sine voce manens, qui nuper obibat
Vetus equo, cunctas latus in vrbe vias.
Dic vbi forma decens ALPHONSE? vbi pectore forti
Ille risor? pro te curia tota gemit.
Infelix sonipes, heredi de carcere ducte,
Vertisti in lacrymas gaudia tanta niger.
Tu niger exterius sonipes fore nigra dedisti
Corda hominum nigra, & tegmina ferre dabis.
Quam properante rota, verum est, mutata a figura
Gaudia mane tulit, vespera dat gemitum.
Te generum multi Proceres, multæque maritum
Nimpha expectabant, tu sine mente ioces.
Quid tibi nobilitas? quid tanti Patris honores
Profusus? en tibi quid Regis ille fauor?
Absens quos gemitus mater consparget in altum,
Quo veniet talis nuncius ad miseram?
Inter tot dabitur curas hoc quispe leuamen
Fratribus, & cunctis qui tua damna gemunt.
Quod dixisti moriens fateor peccasse tonantis,
Quodq; sacramentum sepe perisse sciunt.
Hoc tamen ipsius titulo signate sepulcrum,
Ne lateat mortis, quod genus abstulerit.
Epitaphium.*

VIGINTI ALPHONSVS CARDO VIX EGERAT ANNOS
QVEM VERSO NECVIT VERTICE LAPSVS EQVVS

XXVI.

IOANNES de Taueræ de Pardo, natione Hispanus, patria Salmanticensis, natus die 16. Maij anno salutis 1472. nobili genere cognomento de Pardo, ex patre Aros de Pardo, matre Guimara Taueræ. In pueritia à patruo suo Didaco de Deza Hispanensi Archiepiscopo in timore Dei educatus, adolescens in Academia Salmaticensi magno labore, & continuis studijs in



omni ferè doctrinæ genere clarus emicuit, litteris itaq; excellenter institutus, ibidè primò Baccalaureus in Decretis factus, paulo post totius Vniuersitatis consensu annuus Rector constitutus, & inter Licentiatos, vt vocant, relatus, in virum felicis ingenij eruditione, & consilio insignem, virtutum omnium amatorem, omniumque vitiorum osorem euasit. His nominibus Ferdinando Catholico Regi carus esse cœpit, magna præstitit auctoritate, honoratissimè que apud eum semper muneribus est functus. Primum enim sanctæ Inquisitionis Consiliarius, Canonicus Hispanensis, ac generalis sub patruo Archiepiscopo Vicarius electus, quo tempore patris cognomine de Pardo in gratiam eiusdem Archiepiscopi relicto, maternum sibi de Taueræ alciuit. A Rege post hæc Regalis Vallisoletanæ Cancellariæ Visitator adlectus in ijs, quæ ad bonum reipublicæ spectant, fidelis, ac prudens inuictus est; vt post paucos inde menses Episcopatu Ciuitatis Rodrici donatus sit, quæ Ecclesiam ad decennium feliciter rexit; adeoque hanc primam sibi dilectam sponsam adamauit, vt præter multa bona, quæ illi contulit, Sacellum maius in Cathedrali suis expensis magnificè ædificauerit. Ferdinando Rege è viuis sublato, Carolus Austriacus successor, qui in Cæsarem inde electus, Quintus dictus est, cognita Ioannis Taueræ virtute, & in rebus agendis dexteritate, ad Lusitanæ Regem, suum Oratorem instituit, vt inter ipsum, &

Ciaconius Ferdin. Vghellius in Addit. ad Ciaconiu. Balthassar Porrego. in Vita. s. Aubery in Vita. Fauuinius de Rom. Pönfich. Felix Cotelor. inas Elencho.

Isabellam illius Regis filiam matrimonium obfignaret, quod, & egregie fecit. In Castellam rediens, Legionensem post obitum Cardinalis Arragoniz, statimque Oxomenfem Epifcopatum, ac Valilolitanę Cancellarię præfecturam accepit. Compoftellanus denique Archiepifcopus, & Castellę Præfes ab eodem Cæfare nominatus, per quindecim annos prouinciam illam fomma cum laude adminiftrauit. Carolus in Italiam profecturus, vt Imperiali corona à Clemente VII. Pontifice maximo redimeretur, vxorem Auguftam fuam Hispanicæ regni Gubernatricem inftituit; fed illi in omnibus ad bonum regimen fpectantibus Tauerã adefle iuffit.

His tandem exigentibus meritis, iufante Carolo, Presbyteris Cardinalibus titulo S. Ioannis ante portam Latinam à Clemente abfens afcriptus eft; quo titulo profectu temporis relicto, illum S. S. duodecim Apoftolorum accepit. Exin Imperatoris gratiam adeo fibi conciliauit, vt Archiepifcopus Toletanus, Hispanicarum Primas, ac fupremus Inquifitor adlectus fit, quo in munere verum pietatis patrem, & Catholicę veritatis acerrimum iudicem, ac virtutum omnium exemplar, & fpecimen fe præbuit. Carolus ipfe Ioanni iam renunciato Inquifitori caulam, cuiusdam nobilis, quę in lacrę Inquifitionis tribunali tunc temporis agitabatur, ex animo commendauit. Promifit Cardinalis Carolo toto peccatore inferuire; deinde in percurrendo capitis iudicio, vidit non poffe tuta confcientia reum vti promiferat aboluere: quare caulam à nobili abiudicauit. Conqueftus eft Cæfar, ac fi fidem fibi datam uon feruaflet: tum Ioannes non ego Carole, nam reum abfolueram, vt promiferam, fed fcelera, quę patrauerat, illum damnarunt. Conceptam iram depofuit tunc Carolus, eoque abfente, dum in Belgium ad rebelles fibi inferos debellandos accefferat, fupremus Hispanicę Gubernator, & Prorex factus, ita per benignę ac maxima cum prudentia magnum illud regnum rexit, vt omnibus, & Imperatori ipfi admirationi fuerit. Perpinianum in Pyrenæis pofitum, munitiffimum oppidum ab Henrico Gallię Delphino exercitu vallatum, proprijs iuis expenfis, collatis copijs adeo muniuit, vt infecto negotio Delphinus in Galliam redierit. Nec in pacendo gregem fibi commiffum defuit, ijs negocijs implicitus Tauerã; nam Toletanum Archiepifcopatum femel atque iterum, uifitauit; Conciliũ celebrauit; corruptos mores Clericorum, ac populorum, quantum ualuit, ftatutis legibus reformauit. Celebre totius Hispanicę Xenodochium Toletanum ad muros eiufdem ciuitatis à fundamentis erexit, auxit, & locupletauit; quindecim enim fcutorũ milliũ annuos redditus illi assignauit, ac poftea fuũ uniuersalem hæredem ex afle inftituit; bique poft obitum humari uoluit. Duo Ioanni Baptiftę in Metropolitana facellum erexit, aliaque plura opera paftoribus optimis debita, edidit.

Denum ætate maturus, morum fuauitate, doctrinę uarietate, uitę integritate, omniq; uirtutis cultu ornatus, Pontifici maximo, Carolo V. Imperatori, Philippo II. Regi, alijsq; Principibus, & omnibus cuiufuis ordinis hominibus charus, ac dilectus ex hac mortali uita ad cœlestem patriã uir eximius euolauit Vallifolerti, Sabati die prima Augufti, ex alijs die 29. Septēbris anno 1545. perperam ex Ciaconio, & Cabreta 1544. annum agens 73. menses duos, dies fexdecim. Cadauer eius Toletũ relatum in facello Hofpitalis terrę mandatur, cum hac fepulchrali infcriptione.

D. O. M.


IOANNES TAVERA Cardinalis, & Archiepifcopus Toletanus
*Ampliffimis honoribus perfunctus, Regij Senatus Præfes
 Inquifitor Generalis, Regniq; aliquando Moderator.*
*Vixit annos LXXIII. fefsis tandem æuo & labore offibus,
 Poft hanc requiem feputuræ defignatam prius,
 Deinde teftamento delectam. Obijt Kal. Augufti An. M D XLV.*

Eius uirtutes, laudes, & præclara facinora futuris fcripferunt feculis Petrus de Salazar, Francifcus de Pifa in descriptione Toletanę ciuitatis, & Gil Gonzales in Catalogo Oxioenfium Præfulum. Celfi Vgoni egregijs iuris utriufque doct̃or fuum librum Legum regni Castellę Hispanicę fcriptum ordine Alphabeti huic Cardinali infcripfit, anno 1538. & Ferdinandus Pincianus, Gręcę, Latinęque linguę peritiffimus, caftigationem in L. Annæum Senecam huic Cardinali dedi cauit.

In Cathedrali Cõpoftellana tria facerdotia fundauit, vt Sacerdotes fingulis diebus pro fe fuique Sacrum conficerent, annuos redditus pro facrarij cultode, pro dotandis puellis, ac pauperibus fufitentandis, & pro annuo anniuersario in defunctorum fuffragium celebrando assignauit.

VNDECIMA CREATIO VNVS CARDINALIS.

Die 25. Sept embriſ anni 1531. Clemens VII. fummus Pontifex Romę unum Presbyteris Cardinalibus afcripfit; is autem fuit.



XXVII.
ANTONIUS Puccius natione Italus, patria Florentinus, Alexandri Patritij Florētini filius, Cardinalium Laurentij, & Roberti nepos, elegantis ingenij, & ad bonas artes à natura formati, ab Alexandro patre litteris imbuendus traditur. In patria primũ humanioris litteraturę summã acquifuit peritiã, & Poëta non vulgaris euafit; ad Pifanam inde academiã miffus, ad Philofophię, ac The-

Ciaconius Cuicciard P. Iouius Ferdin. Vghellius in Addit. ad Ciacon. & in Ital. fact Sammartham inas Gallia. Christiana Aubery in Vita. Scipio Ammirat. in hif. Flor. Andr. Viſtorell. in Addit. ad Ciaconif Panuinius de Rom. Põificib.

ologię ftudium animũ adiecit, in quibus tantum progressus peregit, vt doctoratus gradum acceperit. In patriam reuerfus Metropolitanę Ecclefię Canonicus factus, cũ in explicandis facrę Scripturę obfcuris locis clarus, perfpiciuus, & dilucidus efferet, incredibili omnibus admirationi, Pocciantio teſte, fuit, & in eadem Metropolitana plura facrę Scripturę loca abdita, & obfcura interpretatus eft. Itaque poſtquam tum publicis lectionibus, tum ſcholasticis concertationibus magnum ſibi conciliaſſet nomen à Laurentio Puccio patruo, tunc S. S. IV. Coronatorum Presbytero Cardinali Romam uocatus, in aula ſub Leone X. diu fuit, à quo Apoſtolicę Camerę Clericus, inde ex patruſi reſignatione anno 1518. Piſtorienſis Epifcopus renunciatus eſt. Apoſtolicę Camerę Clericus in Lateranenſi Synodo ſub eodem Leone luculentam orationem habuit, quam ipſi Leoni dicauit. Vltimo eiufdem Leonis Pontificatus anno Pontificij exercitus in Longobardia in Gallos arma mouens Vicelegatus, Bondenum, Finale, ac totum Mutinenſem agrum vna cum Cento munitiffimo oppido in dedicatione accepit. Parmam, Rhegium Lepidi, aliaq; loca Leonis morte ſecuta, muniuit, ac futuri Pontificis nomine retinuit. Ab Hadriano VI. in publicis Eccl. muneribus inter primos Conſiliarios aſcitus eſt. Sub Clemente VII. ad varia Pontificatus obeunda negocia accerſitus, ab eo ob animi candorem, in rebus gerendis peritiã, & ſingularẽ doctrinã adamatus, & charus habitus eſt. In Hadriana mole, & ipſe cum Pontifice, & Cardinalibus à Cæſarianis obſeſſus, à Clemente vnã cum Ioanne Maria Montio, Vrbiſ Gubernatore, & Sipontino Epifcopo; Ioanne Matthæo Giberto Veronenſi Antiftite, Honuphrio Bartholino Piſano Archiepifcopo, Iacobo Saluiato Ioannis Cardinalis genitore, Laurentio Rodolpho Nicolai item Cardinalis fratre hoſtibus obſeſſus, cum collegis in maximo uitę discrimine fuit, parumque abfuit, quin à barbaris aurum ſitientibus, in campo Florę ad furcas cũ collegis, more damnatorum catenatus perductus extremum ſupplicium pateretur. Magna itaque miſericordia Dei ſeruatum, paulo poſt eius calamitatem miſeratus Pompeius Cardinalis Columna, per vaporarium foci tubum in ſumma Riarię domus tecta extractum funibus liberauit; ex inſtitutę cœnæ prius crapula, multoque falerno conſopitis Germanis cultodibus. Non multo poſt Antonius ad Francifcum Gallorum Regem primò legatus, deinde ad Cæſarem miſſus, vt pacem inter eos componeret, alijsque perfunctus pro Romana Eccleſia laboribus à Clemente Presbyter Cardinalis S. S. IV. Coronatorum, ac maior Pœnitentiarius poſt patruſi obitum, renunciatus eſt; & Venetenſis in Gallia Epifcopus auunculo abdicante, Regia præſentatione electus, inter primates apud Francifcum Regem, & chariſſimos, quoad uixit ſemper fuit. Hunc tamen Venetenſem Epifcopatum ad fauorem Laurentij Puccij ex fratre nepotis anno 1541. reſignauit, ordinis Minimorum Protector, ac præcipuus Benefactor fuit; apud Gallię, atque Hispanicę Reges legatione functus eſt; quem Paulus III. Pontifex maximus adeo dilexit, vt in eius gratiam patruum Robertum Puccium in numerum Cardinalium cooptauerit. Sub eodem Paulo Tertio non ſanctę Marię ſuper Mineruam, vt ſcribere nonnulli, ſed ſanctę Marię Tranſyberim titulum, inde Albanenſem, deinde Sabinenſem, poſtremo ex Contelorio Portuenſem Epifcopatum, obtinuit. In ſepulchrali tamen inſcriptione, quam mox reſcribam, nulla de Epifcopatu Portuenſi fit mentio; imò Epifcopum Sabinum deceſſiſſe illa maniſeſtiſſimẽ indicat. Rapollanę Eccleſię prouincię Baſilicatę Adminiſtrator factus eodem die illam ceſſit ad fauorem Iannotij Reccij nepotis, cui etiam Melphienſem quamdiu antea Laurentius Cardinalis patruus reſignauerat; quę duę Eccleſię, Rapollana ſcilicet, & Melphienſis ſub Iannotio vnitę ſunt hoc pacto, & inde Epifcopus Melphienſis, & Rapollanus enunciaretur.

Quod autem ad litterarios eius labores attinet, ſummo ſtudio elaborauit Homilias quatuordecim non minus eruditas, quam pijs, quibus titulũ fecit: *De corpore, & ſanguine D. N. Jeſu Chriſti, Sacrificio, eiufdemque ſacrorum Verborum declaratione*; quas poſt eius obitũ in lucem dedit M. Antonius Georgius, & Io: Marię Cardinali de Monte dicauit. Scripfit etiam plurimos Rythmos octonarios elegantiffimos, & Epitolas. Antonio huic Cardi-

nali

nali litteras scriptis Guiddicionus Episc. & Daniel Barbarus Com-
mentaria sua in Aristotele Rhetoricam huic Cardinali dedicavit.
Hic magnarum Laurentij Pucci patris Cardinalis eximij vir-
tutum imitator, & quasi haeres fuit; ad quem de illius laudibus E-
pistolam consolatoriam scripsit Sadoletus Cardinali coetui non-
dum ascriptus. Heluetios milites Leone X. Pontifice in ditionem
Pontificiam deduxit.

Tandem annum agens 60. excessit Balneoregij die Dominica
14. Octobris anno 1544. corpus Romae relatum in choro S. Ma-
riae super Mineruam iuxta Clementem VII. sepultum, in cuius sim-
plici tumulo hoc epitaphium inscriptum est.

D. O. M.
ANTONIO PUCGIO Episcopo Sabino Card. SS. Quatuor:
Maiores Penitentiariorum; moribus, ac religione, ac in omnes
Probos liberalitate singularissimo,
Qui vixit annos lx. dies xv.

ROBERTVS PUCCIVS Card. SS. Quatuor M. Panit.
Fratris Filio iuxta Clementem Papam VII.
A quo Purpuram acceperat,
Sepulchrum faciendum curauit.
Mortem obiit Anno M D XLIV.

Eius gentiles Florentiae in sacello S. Sebastiani apud Virginem
Mariam Annunciatam, hanc marmoream inscriptionem ad tanti
viri memoriam conseruandam poluere.

ANTONIO PUCGIO Alexandri F. Episcopo Sabino
Card. Sanctorum Quatuor M. Panit.
Sacrarum litterarum peritiss. apud Galliae, Hispaniaeque Reges
Legatione egregie functo; a Clem. VII. P. M. in Card. cooptato
ROBERTVS PUCCIVS de eius conseruaretur memoria,
Hoc Anis sui ex Fratris Nepotis statuit Monumentum
Anno Domini M. DC. VII.


Nec omittendum, quod Antonius Paulum III. Pontificem ma-
ximum Luca à colloquio Caroli V. Imperatoris redeuntem in
Pucciorum Tusciae villa magnifice excepit hospitio. Pontificis
humanitatem, villaeque felicitatem, his carminibus ab ipso, vt erat
omnium scientiarum genere eximie excultus, concinnatis in mar-
more testatam voluit.

Longè prospiciens igne, prospectaque longè
Venatu, piscatu, aucupioque frequens.
Pulcra loca celebrata umbris, & fontibus, & quid
Non procul hinc penas trux Catilina dedit.
Colle sita in medio montes supra aspicit, infra
Fluminaeas valles, praeterea amena videt.
Ipsam intus decorant Nymphae, tubulisque coacta
In sublimis suas eiuculantis aquas.
Concensus animum cum riuus murmura miscet,
Et de rupe frequens fistula dulce canit.
Non hedi, aut vstuli desunt, non casens, & lac
Tum laetas epulas dant tibi cortis aues.
Vndique castanea surgunt in montibus alris,
Vndique saxosus labitur vnda ingris.
Quin etiam in medijs Pomoniam est cernere siluis
Datque suas socia Pallade Bacchus opes.
Hic Hyemem tepor, hic Aestatem temperat algor.
Longè vos faciet aura benigna senes.
Partem horum natura dedit, gens PUCCIA partem.
Nature laudem gens ferat ista parem.
Felix Villa bonis tantis felicitior, vno hoc
Quod PAVLI facta est hospita Pontificis.
Cum Carolo hunc Quinto congressum Casare Luca
Dum redit, excepit Villa beata sim.
Dixit, & hac; hospes nunquam mihi maior, & ille:
Nunquam mihi dabitur pulchrius hospitium.

ANTONIUS PUCCIUS Tit. SS. Quatuor Coronatorum
S. R. E. Presbyter. Card. Maior. Penitentiariorum.
Cum in hac Villa magna ex parte à se extructa
PAVLVM III. Pont. Max. Luca
A colloquio Caesaris redeuntem excepisset,
Tanti Principis humanitatem, & Villae felicitatem
Hoc saxo testatam voluit
Ipso Hosp. Die xi. Kal. Octob. M. D. LXI.

DVODECIMA CREATIO CARDINALIVM

Die Mercurij 19. Februarij anno 1523. In ciuitate Bononiae,
qua in vrbe adhuc Carolus Imperator permanabat, Clemens VII.
in Consistorio secreto egit de ascribendis sex Cardinalium Sena-
tui, nil tamen ea die decretum: Die Veneris 21 eiusdem mensis,
iterum de eligendis nouis Cardinalibus actum est. Vrgebat Cae-
sar, vt inter alios Archiepiscopi duo, Barenfis scilicet, & Capua-
nus, ac Muscetulus renunciarentur; Colleg. Cardd. Iansenum pro
Archiep. Barenfi tantum Pontifici & pro alio, praebuit; hi autem fuere.




XXVIII.
STEPHANVS Gabriel
Merinus, natione His-
panus, patria Giennensis,
qui ad preces Caroli Impe-
ratoris Archiepiscopus Ba-
rensis ex Indiarum Patriar-
cha inter Presbyteros Car-
dinales tit. S. Vitalis coe-
ptatus est; quo titulo pro-
gressu temporis relicto, il-
lum SS. Ioannis, & Pauli,
alias Pammachij obtinuit.
Praesuit etiam Episcopus
Ecclesiae Giennensis in His-

pania, & Bouinensem, ac Caietanam in regno Neapolitano admi-
nistrandas suscepit anno 1535. die 17. mensis Februarij vltimam,
& primam die 15. Aprilis. Mortem subiit Romae die 28. Iulij ex
monumentis Vaticanis; ex Ciaconio vero mense Augusti ann. sa-
lutaris 1535. aetatis sexagesimo tertio, & sepultus in Ecclesia S. Ia-
cobi nationis Hispanicae cum hoc epitaphio.

GABRIEL MERINO GIENNENSI EPISCOPO
A Carolo V Imperatore ob sedadas populares Hispaniae seditiones
Inter intimos Consiliarios ascito
Classi in Italiam nauiganti Praeposito
Bello Pannonico pro communi salute suscepto
Procuratori rerum Castrensi Praefecto
A CLEMENTE VII. Pont. Max. ad summos honores euecto
LXIII aetatis suae anno
Publico dolore, bene acta vita functo P.

Hieron. Garimbertus inter Cardinales infimo genere natos Ste-
phanum Gabrielem Merinum, quem ille Gabrielletum nominat,
recenset, additque à puero Romae vixisse canum custodem, & co-
quinarium famulum in aula Alcanij Cardinalis Sfortiae. Cū enim
ligna humero saepe gestaret ad Cardinalis cubiculum, cum Cardi-
nale ratiocinationem pluries habendo, non vnum ex multis, sed
planè virum sese ostendit; quare eiusdem Cardinalis cubicular-
ius paulo post factus increcendi occasione habuit. Haec tamen
à Garimberto gratis narrata suspicor; scio enim, Leonem X. ad
huius fauorè litteras Regi Hispaniarum dedisse vt illi Lugdunen-
sem Batauorum Ecclesiam impetraret: quod proculdubio non fe-
cisset Leo, si Stephanum Gabrielem tunc temporis adhuc iuuenem,
non enim trigessimum suae aetatis annum excedebat, nullo numero
hominem agnouisset. Imò cum Episcopatum Lugdunensem non
obtinuisset, ipse Leo anno nostrae salutis 1516. illum Archiepisco-
pum Barensem in regno Neapolitano nominauit; eundemq; Ca-
rolus V. Episcopatu Giennensi donauit; & Leonis beneficio vtran-
que Ecclesiam retinuit.

Interfuit Archiepiscopus Barenfis Cécilio Lateranensi sub Leo-
ne habito; suffragium pro Paulo III. in comitijs Pontificijs post Cle-
mentis obitum dedit. A Leone expiationes publicas impetrauit
omnibus, qui diebus Sabbati cum cereis ardentibus candelis ad-
essent in Ecclesia principe Barenfi, dum symphonia caneretur in
Deiparae honorem Canticum; *Salve Regina*; annuoq; reditus ex
proprijs pecunijs Canonici dedit ad emendas in perpetuum ce-
reas candelas inter populum diuidendas die Sabbati. Eisdem ex-
piationes, seu Indulgentias, vt vocant ijs obtinuit, qui Eucharis-
tiae Sacramentum ad infirmos comitarentur: Ecclesiam insuper
eandem sacra suppellectile ditauit; oedem à fundamentis extru-
xit, atque ornauit.



XXIX.
IOANNES de Aurelia,
alias d'Orleans, natione
Gallus, è Ducibus Longa-
uillaie, Francisci Longaui-
lae, & Agnetis à Sabaudia
filius, natus Partheniaci Pi-
cronum anno sal. 1484. in
fratrem habuit Franciscum
Aurelianensem Comitem.
Ducem; annos natus duo-
deviginti, ann. scilicet 1502
Archiepiscopatu Tolosano,
& opulentissima praefectu-
ra Abbatie Beccensis dona-
tus est. Tolosam tamen ingressus non est soleniter, nisi anno 1522
Dominica Latere praesentibus Philippo de Leui Episcopo Mira-
picensi, Ioanne du Prat Episcopo Montisalbani; Simone de Beau-
soleil Episcopo Vaurenfi, & Bernardo de Lordat Episcopo Apa-
miensi. Floruit non tam Regis Francisci consanguinitate, quàm
litterarum scientia, vitae munditia, omniumque virtutum eumulo.
Vnde Bertrandus in hist. Tolosana de ipso verba faciens, Habe-

Ciaconius
Felix Con-
telorius in
Elencho.
Aubery in
Vita.
Balthasar
Porregra.
in Elogis
Card. Hip-
perdin. V-
ghellius in
Ital. Sacr.
Ant. Beau-
till. in Hist.
Barenfi.

Ciaconius
Carol. San-
cti in Hist.
Aurelianen-
si. Chenu
de Episc.
Galliar.
Claud. Ro-
bertus, &
Sammari-
thani in-
Gallia.
Christiana
Felix Co-
telor. in-
Elencho.
Ferdin. V-
ghellius in
Addit. ad
Ciaconius.
Pannius
de Rom.
Pontificib.
P. Frizon.
in Gallia
Purpurat.
Aubery in
Vita.

mus, inquit nunc ultimū Archiepiscopum ad presens viuente in iuuenili etate, sed prudentia, & honestate prouectum, ex altissimo sanguine genus trahentem, quem Deus conseruet, fratrem Domini, & magni Ducis de Longauilla, Domini de Dunois, cura, & imperio Ludouici Aurelianensium Ducis, deinde Gallorū Regis hoc nomine XII. educatus in bonarum artium disciplina, ut Ecclesia nomen daret; adhuc iuuenis patre orbatus. (Comitem se prae-buit Francisco fratri natu maiori, Duci à Longauilla, dum iter haberet in Nauarram ad Regem Ioannem Albreitium regno restitutum. Confecto hoc itinere Tolosam se recipit; verum accepto nuncio de morte Francisci fratris, & de carcere alterius fratris Ludouici in Anglia post praelium à calcaribus nuncupatum, Castrorodunum adiit, duorum nepotum tutor institutus, illicque Castrum aedificari curauit. Duxit vna cum Episcopo Laudunensi e stirpe Vindocina Claudiam Ludouici XII. filiam, uxorem Francisci I. vt regio donaretur diademate.

Ex Tolosano Archipraefule omnium Canonorum Aurelianensium suffragio die 10. Maij anni 1522. eligitur Episcopus Aureliarum, retento cum dispensatione Leonis X. Tolosano: & anno sequenti, prima die Maij Aurelias ingressus est solemnī pompā, reosque criminum numero 114. more maiorum absoluit. Synodales ordinationes diocesis Aurelianensis Iulij decima sexta anno 1525. in vnum conegessit, eaq; die Mercurij post festum Pentecostes publicauit. Ipso sedente Iacobus V. Scotiarū Rex die 11. Decembris anno 1530. in Ecclesia Aurelianensi solemnī pompa exceptus est, cui data est in matrimonium Magdalena Francisci I. Francorum Regis filia. Affuit coronationi Eleonorae Austriacae Caroli V. Imperatoris sororis, & Francisci Primi Galliarum Regis vxoris. Huius Praefulis consensu Canonici Regulares S. Stephani vrbis Tolosanae antea religiosi, saeculares fuere habiti. Tantis igitur vir ab ipso Leone, vt diximus supra, sacro Cardinalium Collegio ascriptus fuerat, sed non publicatus; quare Clemens die 21. Feb. an. 1533. Francisci Galliarum Regis perhonorifica commendatione, eundem publicauit cum tit. S. Martini in montibus.

Ecclesiae Aurelianensis amplificandae admodum studiosus fuit Ioannes, eam enim, & altius erigere, & spatij amplificare decreuerat, vt nota est columna ingens lapidea, quae iuxta princeps altare assurgit, in qua patent exculpta eius stemmata, & etiamnum Pila Aurelianensis appellatur. Sacrarium in eadem Metropoli à fundamentis erexit, plura sacellorum altaria, quae odeum circumdant, aedificari curauit; factam campanam communibus impensis cum Capitulo reparauit; vt ex epigrammate campanae ipsi inscripto videre manifestum est, quod hic refertur placuit.

*Mille quadringentos tredecim minus esse ferebant
Annos cum strueret Praefule Cardalaco.
Cumque nouem supra centum, & triginta stetitsem,
Eripuit casu parua rima sonum.
Inde anno quinto reparor, tunc Principe natus
Praeful IOANNES Aurelianus erat.*


Obijt quinquagenarius anno ipso, quo publicatus est Cardinalis, videlicet anno 1533. non bene ex alijs 1534. mense Octobri in vrbe Taralconensi prouinciā, in quam se receperat, vt summo Pontifici Clementi VII. obuiam iret Massiliam accedenti pro confirmando inter Catharinam Mediceam Comitissam Bononiae, Ducissam Vrbinate, & Henricū Aurelianensem, Francisci huius nominis Primi Galliarū Regis secundo genitū matrimonio. Inter alia testamento legauit, Ecclesiae Tolosanae argenteam Crucem auratam, vt in publicis supplicationibus deferretur.

DECIMATERTIA CREATIO CARDINALIVM

Die Veneris 7. Nouembris anno 1523. Massiliae Clemens VII. Romanus Potifex nonnullos Cardinalibus ascripsit, hi autē fuerūt.

XXX.

IOANNES le Veneur, quem Ciaconius malē de Beneur vocat, natione Gallus, ē Comitibus de Tillieres in Neustria, patre Philippo le Veneur, matre Maria Blosset natus, in Episcopū Lexouiensem an. 1505. defuncto auunculo Stephano Blossetto antecessore, & in Abbate Beccensem electus est. Rege Francisco, deinde agente Massiliae ob foedus cum Pontifice, & ob nuptias Henrici natu minoris filij cum Catharina Medicea nepte Clementis VII. summi Pontificis illic praesentis, inter Presbyteros Cardinales tituli S. Bartho-



Ciaconius Paninus P. Prizon in Gallia Purpurata Sammarthani, & Claud. Robertus in Gall. Christiana. Felix Conzelorius in Elecho. Ferdin. ad. Vghell. in Addit. ad Ciaconiu. Io. Chenu de Episc. Gallie.

Ciacon. Vit. Pontiff. & Cardd. Tom. III.

A lomazi in Insula coopatur, magniq; Franciae Eleemosynarij dignitate ab ipso Francisco Rege cohonestatur. Quare nostris etiam hisce temporibus Ioannis effigies visitur apud sacras Caecorum Aedes Parisienses, quae subsunt principi Eleemosynario, sub qua haec leguntur.


Des biens de Monseigneur le Reuerendissime Cardinal le VENEUR Euesque, & Conte de Lysson, Grant Aumosnier de France. Priez Dieu pour luy.
MDXXXV.

Idest ex bonis Reuerendissimi Cardinalis le Veneur, Episcopi, & Comitissae Lexouienensis, Magni Eleemosynarij Franciae: Orate Deum pro eo 1535. Sunt quoque eiusdem insignia in sacello Xenodochij S. Gerualdij cum hoc lemmate: *Desursum est. Nemo malus felix.* Statuta sacrarum Aedium Parisiensium in meliorem formam redegit: Collegium Mignonarum suscepit reformandum; Francisci Picart doctoris celebris Rhemos Haereticorum calumnijs proscripsi causam defendit, deque illum reuocando ab exilio laborauit: res vt in optatis erat, euenit; nam Picart maximo honore exceptus Lutetiae, atque eius innocentia omnibus significata. Ecclesiam pontis Audomari dedicauit; exequias Georgij Cardinalis de Ambousia Rothomagi celebravit: Madriti in Hispania diploma signauit mense Nouembri anno 1525. quo Franciscus I. in captiuitate detentus regnum in Delphinum teastulit. Romae, ex Ciaconio interfuit comitijs Pontificijs, in quibus renunciatus est Romano Pontifex Paulus Tertius. Lutetiae cum libelli famosi in Regia aula, multisque Franciae vrbibus Sacramentariorum coniuratione noctis tempore contra sacrosanctam Eucharistiam, & Missam affixi essent, ad horum scelus expiandum celeberrima anno 1534. pro conseruanda religione Catholica celebrata est lampadephoria, & indicto nomine Regio à magno Francie Eleemosynario Cardinale le Veneur. Delatae sacrae Reliquiae, corona Christi spinea, lignum Crucis, clauus, ferrū, lancea à D. Germaniano fano ad B. Virginis: Rex Franciscus praesens affuit nudo capite tadam manibus deferens: aderant Cardinales Turnonius, ipse le Veneur, Chastilloneus, & à Lotharingia. Sacram synaxim deferrebat Episcopus Parisiensis Ioannes du Bellay, vmbellam gestantibus Delphino, Ducibus Aurelianensi, & Engolismensi filijs Regis, ac Duce Vindocinensi primo Principe.

Romae, seu verius in Gallijs ad Marlam, in expeditione Regia Marolensi vitam finijt die 7. Augusti ex monumentis Vaticanis, atque ex scriptoribus Galliae; ex Ciaconio verò nonis Ianuarij anno 1543. cuius corpus Romae in Ecclesia SS. Trinitatis in monte Pincio iacere volunt aliqui, alij in Gallia in Parochia S. Andree de Appeuilla; certo tamen scimus, cor conditum in choro fuisse ad aram maiorem Beccensis Templi.

D Tantus hic vir primaria nobilitate conspicuus, per fugium diuitum, & egenorum, intus Christianissimo Regi, clarus Episcopatu Lexouiae ciuitatis, & plurium sodalitarum praefectura, summe verendus Cardinalis vigilantia, pietate, innocentia, liberalitate, virtute praestabilis celebratur à Iacobo Ludouico Strebæo, cui eius libros de re Oratoria dedicat.

XXXI.



CLAVDIVS de Giury, malē de Guidi, Philippo de Giury Baronis de Pagny, & Ioannae Bausremontiae filius, natione Gallus, origine Sequanus, in primis Canonicus, & Archidiaconus, postea anno 1513. Episcopus Matisconensis, resignante Stephano patruo renunciatus, demum ad sedem Lingonensem translatus est. Episcopus Matisconensis pro Francisco de Rohan Archiepiscopo Lugdunensi ann. 1517 Concilium Prouinciale habuit Lugduni mense Martio. Massiliae à Clemente VII. illic agente cum Francisco I. Galliarum Rege, sacro Cardinalium Collegio titulo S. Agneris in Circo Agonali ascribitur. Interfuit cum alijs nouem Cardinalibus exequijs Francisci I. Regis, & in auguratione Henrici II. Ambianensis quoque Episcopatus, & Pictauiensis infulis ornatus est, quibus postea nuncium remisit: praefuit Abbas Cenobio S. Benigni, tum S. Stephani Diuionensis, ac Pulteriarū; Prior itidem S. Leodegarij in Burgundia; ac Thesaurarius S. Martini Turonensis. Sub Iulio III. Marcello II. & Paulo IV. Pontificibus primas inter Presbyteros Cardinales tenuit; Archipresbyterum vocant. Vir continentia, pietate, potissimum beneficentia in Ecclesia commendandus.

Ciaconius Aubery in Vita. Claud. Robertus, & Sammarthani in Gallia Christiana Paninius de Rom. Pontificib. Ferdin. Vghellius in Addit. ad Ciaconiu. Felix Cotelor. in Elecho. Cabrera. Petramell

Diem clausit extremum apud Mussiacum in Gallia octogena rius Sabbati die 5. Idus Augusti anno 1561. seu Idus Augusti an. 1560. vt vult Io: Antonius Petramellarius. Sepultus Lingonibus ad

cornu dextrū maioris altaris Basilicæ Cathedralis S. Marneti, in sepulchro, quod sibi viuens coniderat resurrectionis memor. Statua ibi inscripta ænea; & in libro Annuerfariorum Cathedralis Lingonenfis illius elogium sepulchrale inspicitur, quod sic se habet.

Claudius de Longry Cardinalis, vulgo de Giury mncupatus, Episcopus, Dux Lingonenfis, post octoginta felicissimè expletos annos, cum plures adibus propter exquisitam vultus rationem, & insitam ab adolescentia continentiam polliceretur, disseca religionis miseris, & vita longioris quasi persequens, V. Id. Augusti, anno Domini millesimo quingentesimo, sexagesimo primo, Episcopus sui 31. apud Mussiacum, magno sui relicto desiderio, pie, & religiose moritur; & eadem ipsius Annuerfariis celebratur; pro cuius dotatione bis mille aureos solidos testamento legauit, cum huius insignis Ecclesie gubernacula suscepisset; patris studiosissimus lites plurimas, & dissidia prædecessoris temporibus in Capitulū plurima, summa equitate, & prudentia sedauit; atq; ipsi præclaris inistis dignitatem auspiciatus, ad instauranda, & ornanda Mussiaci, Lusiaci, & Gurgei castella animam conuertit. His interim, qua ad pietatem, & religionem pertinebant, minime neglectis, Templum hoc singulari illo suggesto, & sepius ex secto lapide, & miro artificio illustrauit; necnon & peristromata, seu tapeta historia D. Marneti suis insignibus conspersa, cum pretiosis cappis auro, & argento intextis ad cultus diuini opus, & ornamentum donauit. Post hæc sibi viuens sepulchrum parauit, quo pacificus, liberalis, religiosus, ac omnium vndequeque continentissimus quiescit. Post cuius obitum sedes Episcopalis annuum & plus eo vacauit.

Ipsius solum Crucifixi imago, & cornucopiæ cum his verbis: *Abundantia diligentibus: eo amore in Deum, proximūq; flagrabat, vt iurgiorum, & litium esset omnino nescius; vnde illud sæpè sapius in ore versabat: Vix esse Christiani, litigare.* Breuiarium seu Formulam precum horariorum typis elegantibus euulgauit anno 1560. Interfuit ex Ciaconio comitijs Pontificijs Pauli III. abfuit verò ab illis Iulij III. Marcelli II. Pauli IV. & Pij IV.

Ciaconius Paninius P. Frizon in Gallia Purpurata Io: Ant. Petramellar. Aubery in Vita. Andr. Vitorrell. & Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciaconii Robertus, & Samarthani in Gall. Christiana. Felix Conzelorius in Elencho. Henricus Spodanus in Annal. Ecclesiast.



XXXII.

ODETVS seu Odo de Colligny, natione Gallus, Gasparidū, primū Dominum de Chastillon ad Lupam, & d' Andelot Franciæ Polemarchum patrem habuit: matrem verò Ludovicā Montmoranciam viduā Friderici de Mailly Baronis de Conty, natus Kal. Febr. anno 1523. fratres ei duo fuere Gaspar de Colligny huius nominis secūdus, Dominus de Chastillon, Franciæ Admiralius, & Franciscus de Colligny Dominus d' Andelot pedestri militiæ Franciæ Præpositus. Odetus adhuc iuuenis, vndecimū enim vix attigerat suæ ætatis annū, litteris tamen bene institutus, & bona indole præditus, cum sanguinis claritate bonarum artium, & musarum studia, quæ diligenter excoluit, adiecisset; petente Francisco Rege, Massiliæ à Clemente effectus est Diaconus Cardinalis SS. Sergij, & Bacchi, Abbas S. Benigni Diuionensis, Floriaci, Ferratiensis, & Vallumcernarij. Rexit Archiepiscopus Tololanam Ecclesiam post obitū Cardinalis de Grandmont, illoque sedente Parœcia S. Stephani Protomartyris vnita fuit Metropolitanæ, vt patet ex Pauli III. Diplomate dato anno reparata salutis 1545. in quo hæc sunt de nostro Cardinale verba: *Odetus SS. Sergij, & Bacchi Diaconus Cardinalis de Castillione nuncupatus, perpetuus Ecclesie prædicte Administrator in spiritualibus, & temporalibus.* Præfuit etiam Episcopus cathedræ Bellouacensi, & iuramentum clientelæ Francico Regi exhibuit pro temporali Episcopatus, 30. Decembris anno 1536. ingressum fecit in urbem comitante Archiepiscopo Rothomagensi, & Episcopo Armbienensi. Affuit colloquio Possidensis anno 1561. habito de diuidijs religionis: à Iulio III. Archidiaconus S. Hadriani proclamatus est.

Arlicet Ecclesiæ Catholicæ columna ad partes Bellouacensium defecit, animam lue Caluiniana inficiens; Bellouaci Pachtatis festo communicauit sub vtraque specie, vocatusque Comes Bellouacensis, Martem, & arma secutus; quare aduersus eum grauitè à plebe tumultuatum est. Illum erroris monuit Pius IV. Romanus Pontifex; verum frequentibus litteris, & monitis aurem surdam præbuit; quamobrem summus Pontifex anno 1563. pridie Kal. Aprilis die Mercurij secreto Patrum, qui aderant Consistorio, Hæreticum declarauit, ac priuauit Cardinalitiam dignitatem, Episcopatu Bellouacensi, S. R. E. Archidiaconatu, alijsq; Sacra-

dotijs. Quo accepto nuncio resumpsit purpuram, quam sponte deposuerat, illoq; habitu in Ecclesiæ Romanæ contemptum duxit uxorem, imò concubinam, Isabellam de Hauteuille Dominam de Lorè prima die Decembris anno 1564. Duo fratres subscriperunt conubiali contractui, & familiæ suæ sigillis obfignarunt, vnus è Sædæriorum ministris Petrus Melet aderat. Eo progressa est hæc concubina, vt post quadraginta annos aula fuerit litem mouere in Senatu Parisiensi pro dote. His commotior factus Pontifex eius priuationem, ac depositionem, quæ facta fuerat, vt diximus, in Consistorio secreto, die vndecima Septemb. publicari, & locis consuetis Romæ affigi curauit, eandemq; typis mandari, & exemplaria per Galliam disseminari. Incedebat purpuratus, licet hæreticè pollutus; at Pij IV. diligentia effluum est, vt non modo habitum Cardinalis volens nolens dimiserit; verum etiam locus ei in consilio vtroque Regio fuerit denegatus. Quare Ecclesiæ Catholicæ desertor, ac transfuga ad Anglorum regionem hæreticam in illa aula in se conuertit, vt liberi ibi viueret. Plurimum in illa aula auctoritate, & gratia potens procurauit Regiæ Elisabethæ matrimonium, cum Henrico Andegauensi Duce, postea Gallorum Rege. Nec vnquam Odetum Elisabetha Regina habebat obuium, quin osculo eum salutaret: eidemet uxori ades dedit habitandas vulgo *Sion* ad Tamesim; nunquam Odetus Regiæ Anglicanæ aulam inuisibat præsentibus Franciæ legatis.

Efflauit miser animam Cantuariæ in Anglia anno 1568. die Sabbati xvj. Kal. Martij, seu die xvj. Aprilis, cum annum attigisset quadragesimum sextum; alij extinctum dicunt anno 1571. ferunt domesticos odio ductos in pellicem Odeti, toxicum preparasse in ferculis; alij referunt puluere cibi concocti veneno admixto tribunal euocata, rationem villicationis malè gestæ redditura, Cardinalis lanè meliore fato dignus, si non pro tempore, & rerum, perturbatione ad aliam fidem defecisset. Antequam in hæresim laberetur, Ianum Vitalem laudatorem habuit.

Hoc tibi in immenso decorum, laudumque theatro Non decerunt partes Castillione tue. Nil commune tibi vili cum plebe videbis, Nec partes seruis, nec balatruonis ages. Sed Regum istuli accedent, sed nobilis Heros Tractabis valida scepra superba marii. Hic tu Phœbus eris, &c.

XXXIII.
PHILIPPVS de la Châbre, seu de la Camera, natione Sabaudus, Ludouicis Cameræ Comitibus, Vicecomitis Maurianæ, Vicedomini Gebennensis, & Annæ de la Tour filius, maternus frater Ioannis Stuart Ducis Albanæ, & Catharinæ Mediceæ Galliarum Reginæ proxima cognatione coniunctus, monachus Benedictinus, & Abbas Corbiensis ad Somonā, Prior Leonij, & Nantuaci, postea Episcopus Boloniensis, aliàs Morinensis, deinde S. R. E. Cardinalis titulo S. Martini in montibus à Clemente Massiliæ renunciatus; qui primo titulo relicto, illum S. Mariæ Transtiberim deinde accepit, demum Episcopus Ecclesiam Tulculanam rexit. Bellicentem quoque Ecclesiā vacantem per obitum Claudij de Stauaye obtinuit titulo administrationis, quàm postea anno 1538. 14. Maij resignauit, vt constet ex actis Consistorialibus. Interfuit pluries comitijs Pontificijs, & calculum dedit Paulo III. & Iulio III. Huic concessit Paulus III. vt rubrum biretum, aliaque vestes, & ornamenta in dominijs tantum Regi Galliæ subiectis, & in Ducatu Sabaudia gestare posset, quibus Cardinales, non Regulares vbique ornati procedunt. Defunctus Romæ 9. Kal. Martij anno Iulij 1550. sepulchrum habuit in Templo Minimorum SS. Trinitatis in monte Pincio. Scutum quadripartitum 1. & 4. laterculi contra quadripartiti parma aurea, vexillo coccineo. 2. & 3. cœrulea sparsis lilijs aureis, argentea Turri, scutulo superapposito aureo, byzantinis, tribus miniatis. 2. & 3. cœrulea tribus lilijs aureis, miniata perpetui ductus clabula impressum, gessit.



Scutum quadripartitum 1. & 4. laterculi contra quadripartiti parma aurea, vexillo coccineo. 2. & 3. cœrulea sparsis lilijs aureis, argentea Turri, scutulo superapposito aureo, byzantinis, tribus miniatis. 2. & 3. cœrulea tribus lilijs aureis, miniata perpetui ductus clabula impressum, gessit.

Scutum quadripartitum 1. & 4. laterculi contra quadripartiti parma aurea, vexillo coccineo. 2. & 3. cœrulea sparsis lilijs aureis, argentea Turri, scutulo superapposito aureo, byzantinis, tribus miniatis. 2. & 3. cœrulea tribus lilijs aureis, miniata perpetui ductus clabula impressum, gessit.

Ciaconius P. Frizon in Gallia Purpurata Aubery in Vita. Paminus de Rom. P. O. G. Franc. Augustin. ab Eceles. in hist. Pedemontana. Felix Cotelor. in Annal. Elencho. Samarthani in Gall. Christiana. Ferdin. Vghellius in Italia sic.

XXXIV.

PRÆTER præfatos Cardinales Clemens VII. procurante Francisco Galliarum Rege, die 24. Martij anno reparatæ salutis 1530. Pontificatus septimo, Emanuele Philibertum, Caroli Ducis Sabaudiz ex Beatrice Infante Portugalliz secundogenitum, tertium ætatis annum vix ineunte, ex nunc prout ex tunc cum legitime ætatis fuerit, promisit, se electurum Cardinalem, qui tamen defuncto primogenito Ducis, vxorẽ progressu tẽporis duxit.

XXXV.

Gabrieli quoq; ex Marchionibus Salutarum Clemens Pontifex pollicitus est, se creaturum in S. R. E. Cardinalem in prima Cardinalium lectione, ex Diplomate dato die 18. Februarij anni 1528. Promisso postea non satisfecit Clemens, & causam ignoro, incertumque est mihi, quid de illo factum sit; cum nulla de eo sit in posterum mentio in Vaticanis monumentis.

VICE CANCELLARIIS R. E.
sub Clemente Papa VII.

Pompeius Columna Domicellus Romanus, Presb. Cardinalis SS. XII. Apostolorum, postea S. Laurentij in Damaso Episc. Reatinus, ab anno Pontificatus primo ad nonum.

Hippolytus Medicus Florentinus, Presb. Card. S. Laurentij in Damaso ab anno nono ad finem Pontificatus.

CARDINALES MORTVI
sub eodem Pontifice.

Achilles de Grassis Bononiensis, Presbyter Cardinalis S. Sixti, postea S. Mariæ Transtiberim, obiit die 22. Nouemb. anno 1523.
Hadrianus Boissius Gallus, Presbyter Cardinalis SS. Petri, & Marcellini, postea S. Sabinæ, S. Balbinæ, ac S. Mariæ in via Lata mensis Nouembri eiusdem anni 1523.

Guillelmus Iacobus Groy Belga; Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Aquiro die 31. Decembris 1523. seu, vt alij scribunt die 6. Ianuarij anno 1521.

Nicolaus de Flisco Genuens, Presbyter Cardinalis S. Nicolai in Carcere, deinde SS. XII. Apostolorum, postea Episcopus Albanus, Sabinus, Portuensis, & Ostiensis die 14. Iunij 1524.

Franciscus Soderinus Florentinus, Presbyter Cardinalis S. Sufannæ, tum SS. XII. Apostolorum, postea Episcopus Albanus, Prænестinus, Sabinus, & Ostiensis die 17. Maij, seu Iunij anno eodem 1524.

Marcus Cornelius Venetus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Porticu, tum Presbyter S. Marci, deinde Episcopus Albanus, & Prænестinus, die 26. Iulij anno pariter 1524.

Ioannes Baptista Pallaucinus Genuens, Presbyter Cardinalis S. Apollinaris, die 23. Augusti anno item 1524.

A Guillelmus Raymondus Vich Hispanus, Presbyter Cardinalis S. Marcelli die 25. Iulij anno 1525.

Sigismundus Gonzaga Mantuanus, Diaconus Card. S. Mariæ Nouæ die 4. seu 9. Octobris anno eodem 1525.

Dominicus Iacobatus Romanus, Presbyter Cardinalis S. Laurentij in Pane & Perna, deinde S. Clementis, S. Apollinaris, & S. Bartholomæi in Insula, die 2. Iunij anno 1527. seu mensis Ianuarij 1528.

Scaramutia Triuultius Mediolanensis, Presb. Card. S. Cyriaci in Thermis, die 5. Augusti anno eodem 1527.

Ferdinandus Ponzettus Neapolitanus, seu Florentinus, Presbyter Cardinalis S. Pancratij, die 2. Septembris anno item 1527.

Franciscus Armellinus Medicus Perusinus, Presbyter Cardinalis S. Marci, tum S. Callisti, postea S. Mariæ Transtiberim mensis Septembri eiusdem anni 1527.

B Mag. Fr. Christophorus Numalius Foroliuensis ordinis Minorum, Presbyter Cardinalis S. Bartholomæi in Insula, postea Araceli, die 21. vel 23. Martij anni 1528.

Pyrrhus Gonzaga Mantuanus, Diaconus Cardinalis S. Agathæ, mensis Ianuarij anno 1529.

Syluius Passerinus Cortonenis, Presbyter Cardinalis S. Laurentij in Lucina, postea S. Petri ad Vincula, die 20. Aprilis anno 1529.

Henricus de Cardona Hispanus, Presbyter Cardinalis S. Marcelli, die 7. Februarij anno 1530.

Hercules de Rangonibus Mutinensis, Diaconus Cardinalis S. Agathæ, mensis Augusti anno 1530.

Thomas Vulcer, aliàs Vulceus Anglus, Presbyter Cardinalis S. Cæciliz die 28. Nouembris anno item 1530.

Mercurius de Gattinaria Pedemontanus, Presbyter Cardinalis S. Ioannis ante portam Latinam, die 5. Iunij anno eodem 1530.

C Laurentius Puccius Florentinus, Presbyter Cardinalis SS. IV. Coronatorum, deinde S. Clementis, S. Laurentij in Damaso, postea Episcopus Albanensis, & Prænестinus die 16. seu 19. vel 25. Septembris anno 1531.

Pompeius Columna Domicellus Romanus, Presbyter Cardinalis SS. XII. Apostolorum, deinde sancti Laurentij in Damaso, die 29. Iunij anno 1532.

Mag. Fr. Egidius Viterbiensis, ordinis Eremitarum S. Augustini Presbyter Cardinalis S. Matthæi, postea S. Marcelli, die 12. Nouembris anno eodem 1532.

Petrus de Accoltis Aretinus, Presbyter Cardinalis S. Eusebij, postea Episcopus Albanus, Prænестinus, & Sabinus, die 12. Decembris anno item 1532.

Franciscus, vulgo, Franciottus Vrsinus Romanus, Diaconus Cardinalis S. Georgij in Velabro, postea S. Mariæ in Cosmedin, die 10. Ianuarij anno 1533. seu, vt alij volunt 1534.

D Andreas de Valle Romanus, Presbyter Cardinalis S. Agnetis in Agone, postea S. Priscæ, deinde Episcopus Albanus, & Prænестinus, die 4. Augusti anno 1533. seu, vt alij referunt 1534.

Antonius Montanus, seu de Monte Aretinus, Presbyter Cardinalis S. Vitalis, postea S. Praxedis, Episcopus Cardinalis Albanus, Sabinus, Tusculanus, Prænестinus, & Portuensis die 20. Septembris anno eodem 1533.


Ioannes de Aurelia Gallus, Presbyter Cardinalis S. Ioannis ante portam Latinam, die 26. Martij, vel Maij anno 1534.

Vuilhelmus Enkenuoirtius Germanus, Presbyter Cardinalis SS. Ioannis, & Pauli, die 30. Iunij, vel Iulij anno 1534.


Mag. Fr. Thomas de Vio Caietanus, ordinis Prædicatorum, Presbyter Cardinalis S. Sixti, postea S. Praxedis, die 10. Augusti, vel 9. Septembris anni eiusdem 1534.

Pet. G. ...

Felix Con ...



PAVLVS III. PONT. CCXXIV.
ANNO DOMINI MDXXXIV.



PAVLVS
electio.



ANTA fuit, post Clementis VII. obitum, in Alexandrum Farnesium, omnium ferè Patrum consensio, vt antequam mortuo Pontifici iusta soluerentur, nullo habito comitiorum cœtu, eum summum Ecclesiæ Pastorem salutare voluerint. Fulgebant enim in Alexandro, præter ipsam ætatis, & Farnesii gentis prærogatiuam, explorata rerum gerendarum prudentia, diuturnus Rei-

publicæ vsus, & cum inueterata virtute, multarum litterarum cognitio præcellens. Sed huic Cardinalium propensæ voluntati, non minus modeste, quàm constantè Alexander Farnesius restitit; quod noua, & insolita electio contra maiorum consuetudinem videretur. Ergo Clementi VII. nouem diebus persolutis ad 7. Idus Octobris, Cardinalibus Conclauè ingressis, Hippolytus Cardinalis Medices verborum Clementis memor, qui paulo ante mortem Ecclesiæ Dei Farnesio commendauerat, ipsumque Hippolytum, vt faueret Farnesio, hortatus fuerat, Ioannem Lotharingum Cardinalem facile in sua vota pertraxit: qui circa secundam noctis horam, consilio cum paucis communicato, Farnesii pedibus aduoluti, eum Pontificem appellant. Horum exemplum supra viginti Cardinales secuti (qui Medicis, & Lotharingi auctoritate regebantur) post eos, ancipiti qui adhuc erant animo, deinde competitorum aliquot, sine vilo tumultu inuidiæ, similitatis, aut ambitus labe, Alexandrum Farnesium vniuersæ Ecclesiæ Pontificem adorant. Postero die, quum ad suffragia deuentum esset, apertis omnium syngraphis, & in calicem coniectis, per scrutiniû, nemine refragante, post duos à comitiorum ingressu, dies, summus rei Christianæ Magistratus eidem ab omnibus delatus fuit. Qui grata Pauli II. memoria, (sub quo Alexander Farnesius Carini paternæ ditiosis oppido in Hetruria, pridie Kal. Martij an. 1468. natus fuerat, ex nobilissima, & peruerusta ante annos 500. Farnesiorum gente) Paulus III. appellari voluit. Eius maiores, Petrus Farnesius, Prudentius, & Ranutius, Rom. Pontificibus Paschali II. Lucio II. Innocentio III. cõtra sedis Apostolicæ hostes summum studium, & operam præstituerunt. Auus Pauli III. Ranutius Ecclesiasticarum copiarum sub Eugenio IV. Imperator fuit, & ab eo ob præclaram belli victoriam, Rosa aurea donatus; parentes verò Petrus Luysius, & Ioannella Caietana de Sermoneta Bonifacii VIII. sanguine coniuncta, præstantissima femina, & præclari Matrona exempli fuerunt. Ipse ab ineunte ætate humanioribus litteris Romæ imbutus, Pomponium Lætum præceptorem habuit, & Florentiæ in Laurentij Medici viri clarissimi contubernio versatus, omnes disciplinas, quibus illa ætas exornari de-

PAVLVS
primordia.

Abet, & in primis Latinas, & Græcas litteras, viuido, & in perdiscendo gloriæ cupido, ingenio, comparauit. Per illa tempora Ioannis Medicis, qui postea Leo Papa fuit, amicitiam coluit. Romam rediens, ab Innocentio VIII. P. M. Scriptor Apostolicus, & Prothonotarius factus, ab Alexandro VI. (ad quem, ante Pontificatum omni obsequio, & studio colendum se Farnesius cõtulerat) Thesaurarius, Episcopus Montis Flascis, & Corneti, ac tandem, Diaconus Cardinalis S. S. Cosmæ, & Damiani, 12. Kal. Octobris 1493. creatur. In quo ordine ultra annum 40. summa cum laude verlatus, ita se prudenter gessit, vt omnibus gratis admirabili officij sui temperamento, nec Hispanis, nec Gallis additus videretur. Quam animi integritatem Pontifex creatus semper illam retinuit, communem se omnium parentem professus. Post pilei rubri honorem ab eodem Alexandro VI. Viterbij Legatus constitutus, Carolum VIII. Francorum Regem, Neapolitanum regnû armis repetentem, hospitio suscepit. Mox à Iulio II. quum Piceni Legatione fungeretur, Episcopatum Parmensem, & Diaconiam S. Eustachij adeptus est. Leonem X. Pontificem creatum coronauit, à quo Episcopus Tusculanus electus, ad Cæsarem Legatus mittitur. Clementi VII. adeo gratus fuit, vt quum iam propè morturus videretur, Alexandrum Farnesium sibi succelforem testamento relicturnum, si Pontificatus hereditate parari posset, affirmauerit. Sub quo Pontifice Farnesius Episcopus Sabinus, Prænестinus, Portuenfis, & Ostiensis, ac totius Senatus Princeps, per decem annos fuit. Eodem item absente Pontifice, Romanam legationem, summa cum laude sustinuit. Cui, summa Vrbs, ac totius Orbis lætitia, post annos plus centum à Martino V. ciuis Romanus successit, & dignissimis Pontifice, ac principe ornamentis cõspiciuus, Catholicæ Ecclesiæ gubernacula, Carolo, & Ferdinando Augustis, insigni pietate, & prouidentia per annos 15. & dies 29. moderatus fuit.

CARDINALES XXXIV. VIVENTES
Qui Conclaus quo Paulus Papa III. creatus est, interfuerunt.

EPISCOPI CARDINALES V.
ALEXANDRI PAPAE VI.

1. Alexander Farnesius Romanus S. R. E. Card. Episcopus Ostiensis Decanus, creatus Papa Paulus III.

LEONIS PAPAE X.

2. Ioannes Piccolomineus Senensis, Episcopus Card. Portuenfis, & S. Rufinæ.

3. Ioannes Dominicus de Cupis Romanus, Episcopus Card. Sabinus, Tranen. vulgo appellatus.

- 4. Bonifacius Ferrerius Vercellenſis, Epifcopus Cardinalis Præneſtinus.
- 5. Laur entius Campegius Bononiensis, Epifcopus Cardinalis Albanus.

**PRESBYTERI CARDINALES XV.
IVLII PAPAE II.**

- 6. Matthæus Langius Germanus, Salzburgenſis, S. R. E. Archiprebyter Cardinalis tit. S. Angeli.

LEONIS PAPAE X.

- 7. Ludouicus de Borbonio Laudunen. Gallus, Presb. Card. tit. S. Sabinæ.
- 8. Albertus Marchio Brandeburgenſis, Germanus, Archiep. Moguntinus Presb. Card. tit. S. Petri ad Vincula.

CLEMENTIS PAPAE VII.

- 9. Antonius Sanſeuerinas Neapolitanus, Presb. Cardinalis S. Mariæ Tranſtyberim, tituli Calliſti.
- 10. Marinus Grimanus Venetus, Patriarcha Aquileienſis, Presb. Card. S. Marcelli.
- 11. Andræus Matthæus Palmerius Neapolitanus Archiepiſc. Materanen. Presb. Card. tit. S. Clementis.
- 12. Fr. Franciſcus Quignone de Luna, Hiſpanus, ordinis Minorum, Presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem.
- 13. Franciſcus Cornelius Venetus, Presb. Card. tit. S. Praxedis.
- 14. Franciſcus de Turnone Gallus, Presb. Card. tit. SS. Petri & Marcellini.
- 15. Bernardus Madrucius Tridentinus Germanus, Presbyter Cardinalis tit. S. Stephani in Cœlio monte.
- 16. Antonius Puccius Florentinus Epifcopus Piſtorienſis, Presbyter Cardinalis tit. Sanctorum Quatuor Coronatorum, Maior Penitentiarius.
- 17. Stephanus Gabriel Merinus Giennen. Hiſpanus, Indiarum Patriarcha, Presb. Card. tit. SS. Ioannis, & Pauli.
- 18. Ioannes le Veneur Gallus, Presb. Cardinalis tit. S. Bartholomæi in Inſula.
- 19. Claudius de Giury Gallus, Presb. Cardinalis tit. S. Agnetis in Agone.
- 20. Philippus de la Chambre Gallus, monachus Benedictinus, Presb. Card. tit. SS. Sylueſtri, & Martini in montibus.

**DIACONICARDINALES XIV.
LEONIS PAPAE X.**

- 21. Innocentius Cybo Genuenſis, Diac. Card. Sanctæ Mariæ in Dominica, Legatus Bononiæ.
- 22. Paulus de Cæſis Romanus, Diac. Card. S. Euftachij, iuxta Templum Agrippæ.
- 23. Alexander Cæſarinus Romanus, Diac. Card. SS. Sergij, & Bacchi.
- 24. Ioannes Saluiatus Florentinus, Diac. Card. SS. Coſmæ, & Damiani, Parmæ, & Placentiæ Legatus.
- 25. Nicolaus Rodulphus Florentinus, Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin, Legatus Patrimonij.
- 26. Auguſtinus Triuulcius Mediolanenſis, Diac. Cardinalis S. Hadriani.
- 27. Franciſcus de Piſanis Venetus, Diac. Card. S. Marci.
- 28. Ioannes Metenſis Lotharingus Gallus, Diaconus Cardinalis S. Onuphrij.

CLEMENTIS PAPAE VII.

- 29. Hercules Gonzaga, Mâruanus, Diac. Card. S. Mariæ Nouæ.
- 30. Nicolaus Gaddius Florentinus Diac. Card. S. Theodori.
- 31. Hieronymus Grimaldus Genuenſis, Diac. Card. S. Georgij ad Velum aureum.
- 32. Hippolytus Medices Florentinus, Diac. Card. tit. S. Laurentij in Damato Vicecancellarius, Piceni, Perufij, & Vmbriz Legatus.
- 33. Hieronymus de Auria Genuenſis, Diaconus Card. S. Thomæ in Parione.
- 34. Odetus de Chaſtillon, Gallus, Diaconus Card. S. S. Sergij, & Bacchi.

**CARDINALES NOVE M
in hac electione abſentes.**

- 35. Franciſcus Guillelmus de Claromonte Gallus Epifcopus Tuſculanus.
- 36. Herardus de la Marck Germanus, S. R. E. Presbyter Card. tit. S. Chryſogoni.
- 37. Antonius a Prato Senonen. Gallus, Presb. Cardinalis tit. S. Anaſtaſiæ, Galliz Tranſalpinæ Legatus.
- 38. Ludouicus de Gorreuodo Allobrox Presbyter Cardinalis tit. S. Cæſarei.
- 39. Fr. Garcias Loayſa Hiſpanus ord. Prædic. Epifc. Oxomenſis Presbyter. Card. tit. S. Sufannæ.

- 40. Alphonſus Manricus Hiſpanus, Archiep. Hiſpalen. Presb. Card. tit. SS. XII. Apoſtolorum.
- 41. Ioannes Tauera Hiſpanus, Archiepiſc. Toletanus, Presb. Card. tit. S. Ioannis ante portam Latinam.
- 42. Ennecus de Eſtunica, & Mendoza Hiſpanus, Epifc. Burgenſis, Presb. Card. tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano.
- 43. Alphonſus Portugallenſis, filius Regis Portugalliæ, Diac. Card. S. Luciz in Septifolio.

Dum ad iij. Nonas Nouembris, ſupra gradus Baſilizæ S. Petri, Paulus III. incredibili cum populi Romani gaudio, coronabatur, Romani iuuenes nobiliſſimi, in arca Vaticana equeſtris pugnae ludo perequitarunt. In cuius rei gratiam Pontifex Capitolij priuilegia auxit, & vetera confirmauit.

Fædus à Clemente, & Cæſare initum renouare noluit, vt Gallis, Hiſpanis pariter eſſet acceptus. Chriſtianoꝝ arma contra Turcas veterere ſtudent Cæſaris, & Franciſci Gallorum Regis animos miſſis ad vtrumque Legatis, pacare, & fœdere coniungere vehementer procurauit. Gallorum tamen Rex Italia exturbatus, & nimia Cæſaris felicitate, magnopere inſenſus, Pontificis hortationibus, & precibus expugnati non valuit.

Interim Henricus Octauus Anglorum Rex furore ſuccenſus, & læthali mentis infania correptus, à ſedis Apoſtolicæ obedientia defecit, & inaudita hæreſi ſe Anglicanæ Eccleſiæ caput ſub Chriſto ſupremum, vocare auſus eſt. Tanti mali origo, & erroris occaſio fuit repudij libellus, quem Ferdinandi Hiſpaniarum Regis filiz, Catharinæ Arragoniæ, legitimæ vxori miſit, Henricus, nefarijs Annæ Boleniæ nuptijs illectus. Qui Lutheri impiam amplexus hæreſim, quam prius ipſe edito præclaro volumine oppugnauerat, in Viros ſacratos Ioannem Roſſenſem Cardinalem, & Eboracenſem, nec non Thomam Morum ſcrinij Regij magiſtrum quòd impio Regis edicto ſubſcribere noluiſſent, crudeliter deſeuiſſe, Clericos, & Monachos cædibus perſequi, Tempia vaſtare, cruciatibus, multoque Chriſtianorum ſanguine omnia inſeſtare cœpit. Hos inter, Carthuſiani decem acerbiffimis, & inauditi tormentis excruciat, martyrij laureâ pro Chriſto ſuſceperunt. Quas ob res Pontifex cœcto Senatu, Henricum Regio titulo, & omni dignitate priuatum, in ordinem redegit; & cætu piorum anathemate icctum amouit.

Hoc eodem anno, qui erat noſtræ ſalutis 1535. Carolus V. Cæſar contra Hariadenum Barbaruſſam, qui poſt illatas Siciliæ, Italiæ, atque Hiſpaniæ littoribus clades, Neapolitanæ regni inuaſionem, haud ſpe dubia meditabatur, Tunetanam expeditionem ſuſceperat. Cui Pontifex Paulus in tam pij belli ſumptum omnium Sacerdotiorum decimas in Hiſpania donauit; eadem etiam erga Franciſcum Galliz Regem liberalitate, & decimarum conſeſſione vſus, vt viginti exornatis triremibus Maſſilia ſolueret, & Hetruſci maris, Pontificiæque dittonis littora defenderet, ne barbari hoſtes noſtris ſinibus auerent appellare. Præterea decem triremibus, quas Genuę iuſſit exornari, tres alias veteres Paulus adiunxit, quibus omnibus Virginum Vrſinum Anguillariz Comitem præfecit. Cui vexillum, ſceptrumque Chriſtianæ religionis de manu ſua in Templo Vrbiſueteris dedit. Pontifex enim, vt ſuum in tam ſibi grato, & religioni Chriſtianæ neceſſario bello declararet ſtudium, Pyrgos ſe contulerat, Germanicas, Italicasque legiones ſub Alphonſo Vaſtio, illuc appulſuras, totamque cum reliquis ducibus claſſem, pijs precationibus, & benediſtionibus expiaturus. Miſit paulò ante ad Andræam Auriam, qui nauale bellum adminiſtrabat, inſignia illa ducum contra fidei Catholicæ hoſtes deſertantium, gladium ſcilicet, & villoſum pileum à Pontifice conſecratum, vt inter reliqua bellicæ virtutis monimenta, & ornamenta Cæſarea, hoc etiam ſacro, & Pontificio munere gloriaretur. Propitiatis igitur per Pontificem Diuis, & ab alta ſpecula nauibus ritè luſtratis, oborta idonea nauigandi tempeſtate, Vaſtius Neapolim Siciliam, atque inde cum Imperatore ad Vticæ littus, curſum nauigationis intendit. Expoſitis copijs, Tunetum expulſo Tyranno, & Muleaſſe Rege reſtituto, expugnat, Guletam validiſſimam arcem Hiſpanorum præſidijs munit, vigintique millia Chriſtianorum, qui miſerrimam ibi ſeruitutem noſtræ fidei hoſtibus diu ſeruierant, libertate donauit. De hac victoria gratularum Cæſari, Pontifex incredibili lætitia aſſectus Cardinales duos, Piccolomineum, & Alexandrum Cæſarinum, Neapolim legauit.

Inde vere ineunte, Carolus anno 1536. Idibus Aprilis, Romam proficiſcitur, & à Cardinalibus, Epifcopis, omnium Sacerdotum, Ciuiumque ordinibus triumphali pompa, & lætiſſimo populo exceptus, ad Baſilicam S. Petri, vbi à Paulo III. ſuper Baſilizæ gradus ſedente, expectabatur, deducitur. Qui adorato Pontifice, ad Vaticanum palatium hoſpicio acceptus, dies tredecim Romæ cômoratus, Imperatorijs ornamentis inſignitus, Pontifici in die Paſchatis, ſacra ſolennia facienti adſtitit. Hoc tempore, quum de grauiſſimis Chriſtianæ reipublicæ negocijs cum Pontifice egiſſet, pridie quàm Vrbe decederet, ipſo præſente Pontifice, frequenti; Senatu, & Gallorum Legatis, Carolus grauem, & vehementem Hiſpanica lingua habuit orationem, in qua ſuam in Gallos indignationem, & omnes ſui animi reſceſſus aperuit. Nam poſt Tuneti victoriam, mortuo Franciſco Sfortia, Inſubrum, vltimo Duce,

CORONATIO PAULI PP. III.

PAVLVS arma inſua Turcas veterere Principes hortatur.

HENRICUS Anglorum Rex à ſedis Apoſtolicæ obedientia defecit, hæreſim; ſequitur.

HENRICI perſecutio in Eccleſiaſticis.

CAROLVS Quintus contra Hariadenum Barbaruſſam expeditionem ſuſcipit ne ſuſcipit Pontifex Sacerdotum decimas Hiſpaniz, Gallizque Regibus per expeditionem in Barbaruſſam donat

CHRISTIANORUM COPIAE TUNETUM EXPUGNANT.

CAROLI V. ROMAM ADVEHENS.

CAROLI ORATIONEM CORAM PONTIFICE GALLORUM

quum

legatis Se
natuq; ha
ber, in qua
suam indi
gatione
in Gallos
aperit.

quum Imperator Carolus Antonium Leiuam pro Duce Medio-
lanensibus impoluit, Franciscus Gallorum Rex Insu-
perium ad se, antiqua hereditatis iure, & pecunijs à Maximiliano
Imperatore impetrata concessione, pertinere affirmabat, qui Lu-
douico XII. Mediolanum, totamque Insufram adiudicasset. Ca-
rolus igitur in ea oratione veteres inimicitias, & antiqua dissidia
inter Hispania, & Gallia Reges, Austriaeque domus Principes
agitata commemorauit. A Gallia Regibus, & ab ipso Francisco
paulò ante violatam fidem, ruptas inducias, fractas pactiones, nec
seruata vlla vnquam foedera, quae cum Regibus Hispania, aut Ce-
saribus pepigissent, pluribus exemplis confirmauit. Atque in pri-
mis de ingrato Francisci Regis animo, ac fide, (quod acceptam à
se libertatem maleficijs penlarer, & nihil eorum, quae promiserat,
impleret) Carolus quiritus, Mediolani imperium nequaquam,
ad Franciscum spectare, sed Caesarem omnino ditionis esse, sibiq;
deberi, pluribus titulis, atque rationibus ostendit. Quae, & alia plu-
ra dum peroraret, ira correptus altiori voce, ac vultu maiestatis
pleno, *Quae (inquit) Francisci, & Legatorum eius impudentia
est, ut me promississe Gallis Mediolani Imperium palam disti-
rent? Adeo ne animi uecordis illis videor, ut qua manifeste mea
sunt tradere grauisimo hosti velim? Qui nulla fidei, aut iuramen-
ti religione, quotidie bella molitur? Qui pernicioso exemplo, ab
ipso Catholicae fidei hoste Turcarum Rege, in meam, & religionis
cladem, auxilium implorat? Nouerit ergo Franciscus, nouerit
terrarum orbis, me in isto bello, meae, & Ducis Allobrogum inu-
rias, breuiter armis vindicaturum. Et ne se imperatum inopina-
to aduentu opprimi queratur, et bellum modo demencio. Hinc egres-
sus Longobardia sinibus, quam maximas potero militum copias
parabo, & diuina ope, quae semper bona studia fouet, & confusus, Fran-
cia Regnum hostiliter inuadam. At, ne quod Reges delirant, in-
fontes plebsantur expeditioni via controuersiam finiamus. Me-
cum Franciscus Rex singulare certamen subeat; eum duello pro-
uoco, quo genere armorum, aut contentionis optabit, ambo dimi-
cemus, si ratione non placet, ferro causam decernamus.* Adeo,
quum hoc diceret, Imperator excanduit, ut verba ipsa, elatusque
voci sonus, vltro ad arma ruentem animum satis expresserint,
ipsumque Paulum à sede Pontificia consergere, & Caesarem be-
nigno vultu amplecti, placidoque sermone delinire coegerint. Le-
gatis Galli Regis pauca respondere incipientibus silentium Pon-
tiffex indixit. Haec omnia, mutatis ad celeritatem equis, Francisco
ad significata sunt; qui bello sibi indico sollicitus, ad regni defen-
sionem sese diligenter comparabat. Post die Caesar, iam id cu-
piente Pontifice Vrbe egreditur.

CAROLUS
Franciscus
Regis ad sin-
gulare cer-
tamen pro-
uocat.

GALLO-
rum Legatis
pauca res-
pondenti-
bus Pontif-
fex silen-
tium indi-
xit.

BELLVM
indictum
Franciscus
Regi cele-
riter signi-
ficato.

CAROLUS
Vrbe
egreditur.
MANTV-
anum ge-
nerale Co-
cilium in-
dicitur.

PONTIFEX
inter
Carolum,
atq; Fran-
corum Re-
gem bellum
fedare.

CLISSA
à Turcis
expugna-
ta Pontifex
Legatos
ad Christianos
Principes
mitit, ut in
Turcas ar-
ma verte-
rent.

FADVS
contra Tur-
cas Paulus
inuitingof
que naua-
se praelium
paratur.

Pontiffex à Caesare, dum Romae erat, rogatus, & sui officij non
oblitus, in annum proximum, qui fuit 1537. generale Concilium,
ut Lutheranam prauitatem reprimeret, Mantuae haberi, iussit.
Quod Mantuani Ducis precibus Vicetiam, atque inde Veneto-
rum rogatu, Tridentum, anno 1537. transfudit. Interea Pontiffex,
corrigen-
dis Clericorum moribus animum intendens, Cardinales
quatuor, & sex alios sacros viros, scientia, & virtute insignes
homines, praeposuit.

Post haec, motum inter Caesarem, & Gallorum Regem, de In-
subrum imperio, bellum sedare, legatione ad vtrumque facta, Pon-
tiffex procurauit, ut constituta bene re Christiana, post Concilium
celebratum, arma in Turcas verterentur. Occiso per id tempus
Alexandro Medice, Cosmus Medices, rarè libertatis exemplum,
successit. Ob eam rem recuperandae patriae libertatis studio exci-
tatu à Saluato, Rodolpho, Gaudio, & Montio Cardinalibus bel-
lum Paulum fouisse, aiunt, quod statum popularem reipublice ar-
bitrio, quam vnus Principis nutu melius, & vtilius gubernari,
existimaret.

Clissa Dalmatiae oppido à Turcis expugnato, quod Pontiffex
armis, & militibus iuuerat, grauiora metuens Deum propitiaturus
supplex, ac pedes à D. Marci, ad Mineruam, solennes supplicatio-
nes peregit. Legatos ad Christianos Principes, ut arma tandem
& perniciofa reipublicae odia rejicerent, concessim misit, atque
communem Catholicam Ecclesiam oppugnatorem, collatis viribus,
coercent, hortatus est. Vrbe etiam Romam ad Auentinum,
Aloysio Ecclesiae generali Duce creato, munire cepit.

Cum Veneto Senatu, & Carolo Imperatore, ut Venetus trire-
mes octoginta, & Carolus totidem in bellum contra Turcas affer-
re, teneretur, foedus anno 1537. Paulus iniuit, quibus triginta
alias Pontificio sumptu exornatas adiunxit. Quo foedere inito, ad
Carolum, & Franciscum Legatos de pace, aut inducijs, Christo-
phorum Iacobatum, & Rodolphum Carpentem Cardinales mi-
sit. Imperator, ut Pontificis animum sibi magis conciliaret, ne
se absente, & bello Turcarum implicito, Gallis adhereret, Mar-
gharitam filiam, Octauium Farnesio Pauli III. nepoti in matrimo-
nium despondit. Sed tanti apparatus, & validae classis, insensa
Christianis naualis praelij fortuna, ad Aetiacum promontorium,
vulgo *Prusiam*, cum Barbarussa certamen ineuitibus irriti cona-
tus fuerunt. Ante cuius rei euentum, Pontiffex Legati sui Cardina-
lis Carpenis opera Carolum Imperatorem, & Franciscum Gal-
lorum Regem ad Nicam vrbe conuenerat. Quos ad pacem re-
ducere quum minimè potuisset, id tandem obtinuit, ut decem-

mensibus induciarum, quae à Maria, & Eleonora Reginae postea
fuerant, nouem etiam anni, confectis tabulis, adderentur. Inde
nauibus Gallorum concessis, Genuam, Caesare comitante, per-
uenit, ac mox terrae, marisque itinere vltus, quum aliquantulum ad
Nepesinam grotasset, Romam 11. Kal. anno 1538. peruenit. Caesar,
& Gallus, qui nullis Pauli III. precibus adduci potuerant, ut in-
mutuum colloquium, & amplexum coram Pontifice venirent, ad
Massiliense litus, circa Marianas fossas, (quas vulgus *Aquas mor-
tuas* appellat) ita humaniter, & gratis se amplexibus fouerunt, ar-
canis colloquijs, ferè biduum commorari, ut nemo non, qui ea
viderat, aut ab alijs audierat, deterfa omnino esse odia, & compo-
sita inter eos firmissimae, & diuturnae pacis foedera cogitaret.

Pontiffex Octauij nepotis, & Margaritae Caesaris filiae nuptias,
quae Alexandri Medicis Florentiae Ducis vxor olim fuerat, ma-
gna pompa, & insigni apparatu, Romae celebravit. Cui dotis no-
mine quindecim milia aureorum in annuos sumptus dedit.

Per eos dies humanis rebus exempto Francisco Maria Ruue-
reo Urbini Duce, Camerinum, iam inde à morte Ioannis Mariae
Varani, sine macula prole decedente, ad Ecclesiam deuolutum,
armis repetijt, & primo belli impetu recuperatum nepoti Octa-
uio beneficiario, iure, concessit.

Paulus III. de religione sollicitus, quae à Germanis haereticis la-
cerabantur, multos doctrina, exemplo, & nominis amplitudine
viros magnos in Germaniam legauit, ad consopendas fidei Ca-
tholicae, Luthero autore, excitasas controuersias, & eos, qui ab
Ecclesia delinuerant, reuocandos, Interim Perusinos, ob auctum
salinarum vectigal, ab Ecclesiae imperio deficientes, facili bello
perdomuit, eorumque Oratores in Urbem ad rogandam veniam,
supplicum more venire compulit.

Anno à Virginitate partu 1540. Pontiffex VII. Iesuitarum
Societatem à viro sancto, & nobili Ignatio de Loyola, Hispano
in Cantabria nato, institutam, Paulus III. confirmandam duxit,
quod praclaro pietatis exemplo, & religionis augmento Loyolae
affectas in dies excrescere, & à tam pia iam tum optimorum ho-
minum societate maiora, semper Christianae reipublicae increm-
ta expectari posse, sapientissimus Pontiffex animaduertit. Hinc
enim, tanquam ex aequo (vt aiunt) Troiano, rigidi, & inuicti vir-
tutis satellites ignorantiae, & impietatis expugnatores acerrimi,
Dei verbo illustres, concionibus vehementes meditationibus sub-
limes, praxi solertes, doctrina conspicui, & vitae exemplo laudabi-
les prodierunt. Quorum propagandae Christianae fidei amor, ita
se, proprio numine, protulit (qui magis semper exardescit) vt to-
tam Europam, breui tempore, summo nostrae religionis cumulo,
peruagatus, nouas etiam ignoti orbis regiones, frequentissimas
vrbes, nobiles prouincias, & diuisissimam barbararum gentium
regna, errorum tenebris obscurata, Euangelicae veritatis luce per-
fuderint.

Post Ratisponensia de Religione comitia, Carolus Imperator
à Germania anno 1541. discessurus Pontifficem rogat, vt sibi in
Africam ad Aligerianam expeditionem ituro, ad urbem Lucam
adesse velleret, mutuis consilijs; de promisso vniuersali Concilio,
eiusque ratione deliberaturus. Pontiffex contra Medicorum con-
silia, & Senatorum aliquot sententiam, necnon Legatorum Fran-
cisci Regis preces (qui ne simulata Aligerij expeditione, pecunia
à Pontiffice adiutus in Narbonensis Galliae fines, Caesar arma con-
uerteret, verebantur) priuatae salutis, & rerum periculis, publica
commoda antepone, statuit; vt tam perniciosi Christianae rei-
publicae tumultus tandem sedarentur. Ab Vrbe igitur aestuoso
tempore egressus Lucam, ante Caesaris aduentum, peruenit. Illic
Imperator quum venisset, ter Pontifficem, semel Pontiffex Caesa-
rem ad mutua colloquia adiit. Quem, & relicta Aligerij expedi-
tione Turcas victorij ferocientes armis persequeretur, & pacem
cum Gallorum Rege disruptam (ob Antonij Rinconis, & Frego-
sij illatam ab Hispanis necem, quos Franciscus Rex ad Turcarum
Imperatorem legatos mittebat) coponeret sapius hortatus, neu-
trum obtinere potuit. Id tamen inter eos constitutum, vt Con-
cilium sequenti anno haberetur, & Ratisponensia acta, quae antiquis
Patrum canonibus non essent contraria, corrigerentur.

Pontiffex Romam reuersus, audita Caesarianae classis insaulta-
pugna, vehementer doluit, & ad Gallorum Regem, qui Caesarem
ex clade afflictum, armis vexare cogitabat primo Nicolaum Ar-
dinghellum sibi à secretis, deinde Cardinalem Sadoletum ad Ca-
rolum Imperatorem, Contarenum ad Galliae Regem, eoque mor-
tuo, Cardinalem etiam Michaellem Syluium legauit. Anno igitur
1542. circiter Kal. Nouembris Concilium indicitur, & locus ido-
neus Tridentum eligitur. Eo Legati protinus fuere Cardinales Pe-
trus Paulus Parisius, Ioannes Moronus, Reginaldus Polus, qui in-
choandi Concilij auspicia agitent, & sedem tot Patribus, ac ge-
tibus pararent.

Post haec Paulus III. eodem anno, die 12. Nouembris, rectu-
descendentibus magis bellorum seditionibus inter Carolum Impera-
torem, & Franciscum Gallorum Regem litteras, eodem fere ex-
emplo ad eos misit; quibus pacem toties ab ipso tentatam; com-
munem opem, atque vires contra Turcarum Tyrannum, vt iun-
gerent acriter, & vehementer postulabat. Quae parum quum pro-

PONTIFEX
Romae
venit.
CAROLUS
Franciscus
Regis; Rea
ad mutuum
amplexum
venit.

PONTIFEX
nuptias
celebrat
inter Octa-
uium ne-
potem, &
Margaritam
Caesaris
filiam.

PAVLVS
doctos vi-
ros in Ger-
maniam
legat ad re-
dandas co-
trouersias
cum haereticis.

PAVLVS
Iesuitarum
Societatem
confirmat

PONTIFEX
à Carolo
rogatus
Lucam
petit, qui
postea Ca-
rolus ve-
nit.

PONTIFEX
Romae re-
uertitur.

TRIDENTINA
Synodus
indicitur.

BELLVM
inter Ca-
rolum Fran-
corum Re-
gem reuo-
uantur.

fecissent,

fecissent, Legati Tridento reuocantur, & Concilium differtur. Carolus à Gallis, offensus, se absente Belgas suos, & grauibz praeliorum detrimentis oppressos vindicaturus in Italiam contendere, decreuit.

Pontifex ea re cognita, solemnes supplicationes in Vrbe habuit, & anno 1543. die 4. Kal. Martij Roma egressus, omnemque ferè Ecclesiasticam ditionem oberrans, Imperatoris aduentum præoccupare, vt eum bello auerteret, mirum in modum cupiebat. Eo Romam discedente Leonianæ Urbis muro cingendæ Alexander Vitellius, qui bellicis operibus præerat, diligenter incubuit. Carolus Imperator circa solstitium, Genuâ delatus, à Petro Aloysio Farnesio frustra in Pontificis colloquiū venire rogatus, mox ab Alexandro Farnesio Cardinale tandem exoratus Buxeti (quod est Palauicinae familiæ oppidum) Pontificem conuenit. Carolus Pontificem alloqui recusat, ne tempus sibi iam bello Sicambrio destinatum interlaberetur, ac ne Britannia Regem, quo cum aduersos Gallos foedus inierat, offenderet.

Post dies quinque, per quos mutuis colloquijs Pontifex, & Imperator Buxeti de pace, & alijs rebus disseruerant, & Cardinaliū Senatus, habita à Grimano Cardinale super ea re oratione, Imperator ad pacem fuerat hortatus, ea non impetrata, Pontifex Bononiam, vt solemnia Apostolorum Principi celebraret Carolus in Germaniam bellum administraturus contendit.

Post cruentam, ad Cerasuleam, inter Imperatorem, & Gallorū Regem, pugnam anno 1544. apud Crepinium in Suesonibus castellum, insperata pax, omnibus tamen, ac præcipue Paulo III. ex petita, certis conditionibus icta fuit. Pontifex vbi cognouit, quæ in pace Crepinij Imperator, & Gallus agitasset, Concilium in anni sequentis mensẽ Martium conuocari iussit, eoque Io. Mariam de Monte, Marcellum Ceruinum, postea Romanos Pontifices, & Cardinalem Polum legauit, quibus centum Episcopos, ingenio, & scientia præstantes, in publico totius orbis consensu de rebus fidei nostræ disputaturos adiunxit. Sed habitis Trideti octo Sessionibus, salutaribusque decretis aliquot excussis, & examinatis, Lutheranis modo Præsides, modo locum non probantibus, similitate etiam inter Carolum, & Paulum III. excitata, & pestilentia Tridenti oborta, ex Pontificis auctoritate, Concilium Bononiam, anno 1547. translatum fuit. Paulo ante Carolus de Germaniæ Hæreticis victoriam retulerat, in quod bellum, contra Protestantes motum, Paulus III. equitum, pedumque copias Alexandro Farnesio, & Octauiio Duce, auxilio miserat.

Anno superiore Lutherus tot malorum princeps, Schismatum, & Hæreson auctor, & dux impius, quum iam per annos 29. contra rem Christianam perniciofa sui furoris arma protulisset, repentino, & foedo mortis genere interijt.

Duabus Bononiæ habitis Sessionibus nulla res memoratu digna in eis constituta fuit. Imperator Carolus, vt Concilium Pontifex Tridentum reuocaret, nullis precibus, aut contestationibus obtinuit. Quare anno 1548. habito Augustæ Vindilicorum Principum Imperij conuentu, quod inchoatu Concilio serius, quam sperauerat, finem imponendum putabat, librum vnũ 26. capita continentem, *Interim* vocatum, publicari, & in eo contenta, ab omnibus seruari iussit, donec aliud per Concilij generalis definitionem erga Christianam religionem constitueretur. Quæ res Pontificis animum non parum offendit. Sed ante omnia, Petrus Aloysius à Cæsariensis occisus, & ab eis Placentia occupata, Parmaque vix a Pontificis retenta, & Octauij nepotis insolens ingenium (qui inuito patruo, Roma elapsus, Parmam occupare tentabat) Pontificem contumeliam, impatientiam, ita mæore affecerunt, atque graui animi ægritudine consternarunt, vt in febrim lapsus, post quintum diem, paulo ante lucem ad 4. Idus Nouembris, anno Christi 1549. ætatis suæ 81. Ecclesiæ Sacramentis, integris, adhuc sensibus, piè susceptis, ex hominum vita demigrauerit. Qui per mediam Vrbe, nulla pompa, domesticorum humeris portatus, in Basilica S. Petri conditus fuit. Vacauit sedes menses 2. & dies 29.

Fuit Paulus III. prudentia insignis, quam per annos ferè 60. reipublicæ munia exercendo parauerat. Sed ante omnia in explorandis hominum studijs, & sensibus detegendis solerti perspicacia vigeat. Nam simulato rei, quam probabat, dissensu, animum cuiusque scrutabatur, & in abditos mentis humanæ recessus penetrando sententias nudabat. Hinc, nullus vnquam eo dexterius petentibus responsa dedit, nullus opportunius excusationes parauit, aut aliorum voluntatibus insinuat, consilia, & vota sapientius excepit.

Hanc sagacis ingenij dexteritatem reliquis reipublicæ artibus, & litterarum studijs opportunè admiscuit, quibus non minus, quam reliquis virtutibus excelluit. Viros bonos, & doctrina conspicuos, Mathematicos etiam, cui scientiæ ipse olim operam dederat, & inter Poetas, Horatium maximè, eiq; deditos amauit; sanguine sibi coniunctos honoribus, & diuitijs auxit. Nam Parmam, & Placentiam, Caspadanæ Galliæ vrbes, contra Cardinalium multorum suffragia, Petro Aloysio, quum Octauius Camerinum Ecclesiæ restituisset, annuo imposto tributo, addixit; & duos nepotes Farnesios fratres sacra purpura decorauit.

A
B
C
D
E
F



SIGNA P P. PAVLI III.



ADDITIO ANDREAE VICTORELLI.

Constitutiones multas, easque præclaras Paulus condidit; quarum nonnullas edidit Laertius Cherubinus. Eremitas S. Romualdi decreuit. anno 1534. 4. Nonas Nouembris. Bononiensis Rotæ Tribunal instituit 1535. 11. Iulij. Congregationem Clericorum S. Ioannis Decollati eodem anno 8. Kal. Augusti. Fratrum Capuccinorum S. Francisci 1536. 8. Kal. Septemb. approbauit. Auditores Rotæ Romanæ priuilegijs auxit 1537. 17. Aug. Sodalitium sanctissimi Corporis Christi in Ecclesia S. Mariæ super Mineruam in Vrbe institutum, firmavit, 1539. prid. Kal. Decemb. Maceratensem Academiam instituit 1540. Kalen. Iunij. Congregationem ad pauperes parentibus orbatos educandos in Vrbe institutam sua auctoritate munuit 1541. 7. Id. Februarij. Neophytis, & Cathecumenis instituit. 1543. 11. Kal. Martij. Ne bona naufragio iactata in locis S. R. E. occuparentur, vetuit, 1545. 13. Martij. Munus, & auctoritatem Præpositi Generalis Societatis Iesv declarauit 1549. 15. Kal. Nouembris.

Carolus V. immortalitate nominis dignissimum Cæsarem, hortatus est: vt morem maiorum suorum, Principum religiosissimorum, in rebus ad Ecclesiæ disciplinam, institutaque pertinentibus, obseruaret: is vero erat: vt quoties de spectantibus ad religionem disceptatur, iudicium omne ad Apostolicam sedem semper referatur; nihil, illa inconsulta, statuatur: verba ipsa Pontificis recensentur à Sanderò lib. 7. de Visibili Ecclesiæ Monarchia. Angelorum Regiam, Dei matrem, colebat impense, Lauretanæ eius Cellam, augustissimam, bis, intra tres annos, religiose inuisit, egregiaque ei munera largitus, præstans ædium Pontificiarum, opus vrgere, non prætermisit: Romæ insignia ædificia erexit, Sacellum Paulinum præcipue, Aulamque Regiam nuncupatam, Regum legationibus excipiendis apprime opportunam; Vrbe aduersus furentes Turcarum conatus, munuit.

Copias Paulus in Germaniam, contra Hæreticos à Carolo V. bello petitos, missurus Legatum exercitus Alexandrum Cardinalem Farnesium, Ducem Octauium item Farnesium instituit, dieque Iulij 4. ann. 1546. Romæ in Templo Aracæano sacro peracto, Alexander cum Crucem ab eo accepisset, & sacro pedi osculum dedisset, ad locum suæ legationis iturus, discessit, & Cardinales, vsque ad ædem S. Mariæ de Populo, itineris comites habuit; Octauius ad Pontificios pedes, flexo poplite, procumbenti vexillum, ijs verbis Paulus dedit. *Accipe vexillum caelesti benedictione sanctificatum &c.* Ex C. M. S. illius æui.

Volebat Paulus Iubilæum, cuius initij tempus non longe aberat, ann. 1550. celebrare: constitutionem de eo celebrando, illius iussu, conscriptam fuisse, ex Io. Baptista Pauliano, lib. 1. de Iubilæo discis. Turfellinus in Hist. Laurer. indixisse Paulum III. in annum quinquagesimum Iubilæi celebritatem, sed morte sublatum illius rei curam successori reliquisse, dixit. Sed de hac re videnda constitutio Iulij III. *Si Pastores omnium &c.*

Hoc Pontifice viuente, multi viri docti, præter doctissimos Cardinales ab eo creatos, floruerunt: nominatur à Genebrardo, Eckius Pighius, Vatablus, Budæus, Perionius, Cromerus Historicus, Alciatus I. C.

* *Nulla habito — comitorum cætu.*] Ex Panuino in vita Pauli Tertij, ipso die, ipsa pene hora, qua sacer Senatus intra septa se receperat; non autem antequam se illuc conferret, delectum, dicit Amalæus.

* *Rerum gerendarum prudentia.*] Iouius lib. 32. ciuem optimum, & virtutis opinione lectissimum, vt potius optauerat Populus Romanus, quam sperauerat, Ecclesiæ vniuersæ præfectum testatur: de eadem re Romulus Amalæus.

* *Alexander restitit.*] Ex Panuino loc. cit. in M. S. Codice, Blasij. Cæsenatis, in quo diligenter de Pauli III. creatione, nihil de hac re neque in laudatione historica Amalæi.

* *Adorant.*] Ex Iouio, & Panuino: Iouij illa sunt. *Non enim synographis suffragiorum ob signatis, & de more, in sacram vrnâ consecratis, sed consensu, & præclara voce totius Senatus, Pontifex est renunciat.* Blasius de Cælena Magister Cæremoniarum summi Pontificis, Notariusque Apostolicus, erat in Conclau, cum Paulus Tertius in D. Petri solium euectus est; & tunc gesta litterarum monumentis diligentissime mandauit; ex eo ego rem pau-

p. r. Bullar
Turfel. l. 3 c. 10. hist. Laurer.
Ex Amalæo l. c.
Lib. 3. c. 11.
part. 3.
loc. cit.
loc. cit.
cis

PONTI
fes Roma
dicitur ad
Carolium.

PONTI
fer ei pa-
cem à Ca-
rolo impe-
rare non
potuisset
bononiæ
perijt, &
Carolus in
Germaniâ

POST
cruentam
pugnam
inter Ca-
rolum &
Francorū
Regē con-
tentionis
pax initur
TRIDEN-
tia Syno-
dis incho-
ata in Bo-
noniâ tra-
dictur.

LYTHE
in repeti-
tione.

PAVLI
vices.

PAVLI
vices.

PAVLVS
Parmam,
Placenti-
que filio
suo Petro
Aloysio
dedit.

V. eius Dia-
ria M. SS.

Per inspi-
rationem.

Non autē
Honorij,
vt quidam
falso dixe-
runt.

loc. cit.

loc. cit.

In Agonis
area Sixto
Quinto Pō-
tifice, idē
ludus vlti-
mus.

Ex Diarijs
Blasij Cz-
senatis.

cis affero. Die 12. Octobr. 1534. mane sacro celebrato, habita est Cardinalium Congregatio, Pontificiaque leges, ad Romani Pontificis electionem pertinentes, lecta, post duas horas, mirum electio Cardinalis Farnesij in Pontificem maximum peracta est. Absoluto prandio, Cardinales imperare sibi non poterant, quoniam illum dorarent, & prostrati pedes oscularerunt: at, Blasio monente, Sacellum sunt ingressi, & Cardinalis Senensis, Portuensis Episcopus, Collegij quasi Princeps, totius Collegij nomine, Pontificem eum declarauit, illa sententia. Spiritus Sancti gratia cooperante, te, Alexander Farnesij Ostiensis Antistes, & Collegij Princeps, totius sacri Collegij nomine, & meo eligimus in Romanum Episcopum, & totius Catholica Ecclesia Pastorem, tuumque consensum exquirimus: ille, Deo, & Cardinalibus gratijs actis, consensit: Cardinales acclamarunt, sic dicimus, & approbamus, pedemque, & manum illius amplexi, sunt deosculati, quam electionem, postredie adiecto scrutinio (syngrapharum vsu id peragitur) firmare cupientes, eum tamquam Pontificem ad Sacellum comitati, singuli scriptas syngraphas in calicem coniecerunt, isque eum iterum in Pontificem Romanum delegerunt: Cardinalis Senensis eadem, quae prius, verba protulit; & Cardinales sic eligimus, dicimus, & pronunciamus in nomine Domini, acclamarunt; ille iterum consensum ab electo petijt: hic autem Deo, B. Virgini, & S. S. Petro, & Paulo Apostolis gratijs actis, consensit iterum, ius iure inaniens; Cardinalibus etiam gratias egit, anulumque Piscatoris à Camerarij manu acceptum digito imposuit. Interrogatus, Pauli nomen elegit, Pontificias vestes induit, Cardinalis Cybo Crucem à fenestra populo ostensa, dixit, Annuntio vobis gaudium magnum. Papam habemus Reuerendissimum Dominum Alexandrum, Episc. Ostiensem Card. de Farnesio, qui dici voluit Paulus Tertius. Viat, viuat Paulus Tertius. Hic non multos supplices libellos Cardinalium, & Conclauistarum subscriptione munijuit: populus, portis effractis in Conclauē irruit. Pontifici pretiosa mitra, & rubenti pluuiali ornato, super Altare Sacelli sedenti Cardinales obedientiae pensum, pedem, manum, & os suauitantes, reddiderunt: mox Conseruatores, & Capita regionum in sella gestatoria collocatum in Vaticanam Basilicam detulerunt; vbi Cardinales illi iterum exhibuerunt obsequium. Populus autem innumeros fere ad spectaculum contolauerat.

* Apertis syngraphis.] Syngraphis suffragiorum, praeter morem, apertis in calicem (scrutinium vocant) coniectis, Pontifex denuo omnium votis renunciatus est. Ex Panuino: at in hac re Blasium Celenatem, qui interfuit, sequendum, opinaberis: à Cardinalibus autem 34. Paulum electum, notat Panuinius in Chronico, & in Elogio: de qua re Iouius quoque lib. 32. Hist.

* Carini.] Hic, & sequentia Cabrera à Panu. mutuari voluit.
* Romanā legationē.] Bis, Panu. teste, Rō. legatione fūctus est.
* Tertio Non. Nouemb.] Ita Panuinius in Pauli Tertij vita, in Chronico, & in Elogio: Iouius secunda Nonas. dixit: at cum Panuino stat Celenas loc. cit.

* Cum ... coronabatur ... iuuenes ... equestris pugna.] Die coronationis, non autem dum corona donabatur Paulus, equestris pugnae simulachrum à nobilissimis Romanae iuuentutis exhibitum. Hoc ex Iouio, & Panuino colliges; immo neque eo die nempe 3. Nouenbris feria 3. sed feria 5. die eiusdem mensis 5. equestre spectaculum, in Vaticana area, Pontifice, & multis Cardinalibus à fenestris Vaticanarum aedium spectantibus, à Romanis Regulis, (inter quos Alcanius de Columna, Io: Baptista de Sabellis, & Iulianus de Caesarinis) editum, Blasius Celenas testatus est. ludus vnus hora fuit, expressitque insignem Romanorum in Pauli coronatione, laetitiam: duae erant equitum clypeis munitorum acies, & fictilibus ollis, quae inuicem iactae frangebantur, nobiliter certabant ludo: inde equites iidem ad SS. Apostolorum plateam progressi ludicrum hastis certamen peregerunt.

Ante coronationem, nempe die 29. Octob. quarta noctis hora, Populus Romanus tres currus, triumphalium arcuum imagines referentes, Fidei, Spei, Charitatis, affabre confectos ad plateam Vaticanam, in signe spectaculum Pontifici praebituros, trahi iusserunt, equites multi, & qui mille candidas faces ferebant, pompam ornarunt. Conseruatores Urbis, regionum Capita, & alij ciues adfuerunt, non pauci ex equis descendentes ad Pontificem, pedem osculaturi, accesserunt. Hieronymus Capoferreus, primus Conseruator, breuem, qua Paulus delectatus est, orationem habuit.

* Fœdus à Clemente, & Caesare.] Bononiae, ad Gallos pellegendos, fœdus illud initum, Iouius, lib. 34. initio, Panu. l. c.
* Contra Turcas.] Legatis missis, Paulus dabat operam, vt Caesat, & Galliarum Rex pacis, vel renouati fœderis, vinculo iuncti Turcam oppugnarent, vno consensu, Iouius, & Panu. l. c.
* Caesaris felicitati infensus.] V. Iouium, & Panu. l. c.
* Expugnare non valuit.] De Caesare hoc scribit Iouius l. 43. Paulus Pontifex triduano colloquio Caesarem inueterato odio à Gallorum amicitia abhorrentem expugnare non potuit, nec Martinus Card. Grimanus, qui, Collegij nomine, summa facundia perorauit. V. Iouium l. c.
* Henricus VIII. Anglia Rex.] Videndi Panuinius l. c. Sanderus de Schismate Anglicano, & Epistola Pauli III. ad Ferdinā-

dum Regem Romanorum, & litterae; quibus illum regno spoliavit, videnda etiam apud Sanderum, & Panuinium, quae defectio- nem Henrici praecesserunt.

* Repudij libellus.] Hic loquendi modus, quo Panuinius quoque vsus est, non placet: in sacris prisca Testamenti litteris libelli repudij mentio est: negauit Henricus Catharinam vxorem suam esse, thoroque eiecit, & domo. Iouius, Catharina, ait, vxore legitima thoro, & penatibus expulsa, pellicem in matrimonium duxerat.

* Henricum Regio titulo priuatum.] Henricum Paulus anathemate damnauit, & non respicentem regno priuandum duxit, constit. 7. Eius qui immobilis &c. anno Incarnat. 1535. 3. Kal. Septembr. in qua multa de Henrico, & de libro contra Lutherum ante lapsum, ab eo scriptorac de titulo Defensoris fidei; quo illum Leo X. insigniuit. Hic Rex moriens Eduardum filium puerum in Catholica fide, articulo Primatus excepto, educari, praecipit. Suarez lib. 1. c. 2. Defensionis fidei Catholicae fuit autem Regum primus, qui spiritualis potestatis primatum sibi arrogare, conatus fuerit. V. Suarez lib. 3. cap. 3. col. 1. l. c.

* Tunetanam expeditionem.] V. Iouium lib. 33. Panu. l. c.
* Decimas in Hispania.] Ex Panu. l. c. & Iouio lib. 34.
* Eadem etiam erga Franciscum Gallia Regem.] Vt si necesse esset, ad Hetrusca, & ditionis Pontificiae littora 20. triremes Massilia mitteret. Ex Panuino l. c.

* Decem triremes tres alias.] Ad bellum Tunetanum, contra Turcas conficiendum. V. eundem l. c.

* Ad Andream Auriam gladium pileum.] Ex Panuino loc. cit. qui verba ipsa ex Iouio deprompsit; aiente, Paulus gladium de more solemnibus caeremonijs consecrasse dono misit. Is erat gemmato capulo, celataque vagina cum baltheo aureis bullis, & fibulis valde conspicuo, & praeter eum, etiam villosa serico pileum margaritis phrygio opere depictum.

* Maleasse restituro.] Tuneto, paucorum dierum labore, expugnato, restituroque duris conditionibus, Maleasse beneficiario Rege &c. Panuinius l. c. Iouius Tunetanum bellum Italice, sed diligenter, descripsit, litteris ad Mantuae Ducem datis, ann. 1535. die 4. Iulij; quas bellica varietate iucundas, leges lib. 3. Epistolarum Principum. Vide etiam lib. 34. Historiarum eiusdem Iouij, qui Neapoli à Caesare ipso Tunetanæ victoriae seriem sibi narratam, fastus est.

* Viginti millia Christianorum.] Ex Panuino l. c. Vide Iouium l. b. 34. Histor.

* Carolus 1536. Idibus Aprilis Romam proficiscitur.] Carolus Neapoli Romam via Appia contendit, Die 3. Aprilis Marimum profectus, ab Alcanio Columna perhonorifice exceptus est.

Pontifex duos Legatos de Latere, 1536. die Lunae 22. Martij, in Consistorio, Cardinales Tranensem, Episcopum Portuensem, & de S. Seuerina, qui venient Caesari obuiam prodirent, creauerat; & die, qua venit vniuersum Cardinalium Collegium, extra Urbem vsque ad Sacellum, vbi D. Petrus Christo se illi exhibenti dixit, Domine quo vadis? die Mercurij Aprilis 5. ei obuiam iuit: die praecedenti, Iulianus Caesarius Romani Populi Vexillifer, cum multis Romanis Proceribus, ad sextum ab Urbe lapidem, Pontificis, & Populi Romani nomine, aduentum Caesari est gratulatus. Pompam, qua Caesat in Urbem; per S. Sebastiani portam, in qua Crucem à Paulo Episcopo Neocastrensi in Urbe Vicario oblata, venerat, & osculatus est, introijt, & ad Vaticanum perrexit. Conseruatores apud equi Caesaris frangum pedites, cum eo loquentes, incedebant; sub arcibus Septimij Seueri ad Capitolij radices, & recens erecto apud S. Marcum, Caesat processit; quo apud scalas S. Petri ex equo desiliente, Senator stapedi manum admouit: dexterum Caesaris latus in ea pompa à Sacello, Domine quo vadis? ad Vaticanum, sacri Collegij Princeps, sinistrum Cardinalis Tranensis Portuensis Antistes decorabant. In Vaticana platea Sacerdotum, & Religiosorum ordinum cætus cum Crucibus, & Reliquijs aderant, & Pontifex, insigni folio, apud Principis Apostolorum Basilicam, insidens, Caesarem expectabat; ter ille procubuit in genua, antequam à Paulo pluuiali, & mitra ornato, ad osculum pedis, manus, & oris admitteretur.

* Pontifice adorato, ad Vaticanum palatium.] Sed prius Crucem, & Cardinalium Collegio praecedente, Caesat sinistro Pauli lateri vicinus, cum illo in Vaticanum Templum est ingressus; post preces, receptosque Caesarianos Proceres ad pedis osculum, Pontifex denuo Caesarem amplexatus est; amboque colloquentes, Crucem, & Cardinalibus praecedentibus, ad Vaticanum palatium se receperunt; die 5. Aprilis hora 23.

* Die 13. Roma commoratus.] Die 6. Aprilis Caesat quatuor, & eo amplius horas cum Pontifice fuit, septima, & octaua, cum paucis ex familiaribus, & Romanis Regulis, ad diuersa Urbis loca, & Templa equo vectus accessit: nona, Dominica Palmarum, sacris in Sacello Vaticano cum Pontifice, cui ad Sacellum eunti in Regia Aula obuiam prodierat, in parata sede interfuit, & Palmam accepit, decima, & vndecima, cum paucis ad varia Urbis Templa, & loca equitavit; duodecima in Sacello cum Pontifice Matutinis, vt vocant, Tenebrarum interfuit, decima tertia Sacro

ibi dem,

Lib. 34.

P. 1. Bullar

L. 34. Hist.

Ex Bl. Cz-

senate l. c.

Per port

Capenam

Blasij Cz-

senas l. c.

Ex Caf-

enate l. c.

Ex eodem

l. c.

ibidem, Pontifex Eucharistia reposita, Cæsarem dimisit, & alia, quæ tunc peragenda erant, absoluit, necnon 13. pauperum pedes abluir, decima quarta Cæsar, post Pontificem ad Sacellum se contulit, Crucem post illum adorauit, & quinquaginta nummos aureos obtulit, decima quinta, septem Urbis Ecclesias inuisit, & in Monasterio S. Crucis in Hierusalem à Cardinali S. Crucis prandio exceptus est, decima sexta Christi Resurrectione celebri, Pontifex sella gestatoria sub umbella vectus est in D. Petri Basilicam; in quam paulo post, Cæsar inter duos Cardinales Diaconos, dalmaticis, & mitris albis ornatos, imperatoris ipse vestibus, & diademate decoratus descendit; cultus Imperatoris rubentia sandalia, amictum vnionibus, more Hispanico, insignem tunicellam, dalmaticam vsque ad talos, & aureum paludamentum complectebatur, præcedebant Cæsariani Proceres, & viri Patritij, Magisterque Cæremoniarum eos edocens; quem quatuor ex maioribus, Bisiniani, & Salerni Principes, Petrus Aloysius Farnesius, Africanus de Columna, Dux Imperatoria insignia (ensem Bisiniani, sceptrum Salerni, Pomum Farnesius, Coronam, de Columna) deferentes sequebantur. Põtifex missali cultu indutus Cæsarem expectauit, qui cum venisset coram illo, prope Altare, detracta corona, reuerentiam, flexo poplite, exhibuit, tum in faldistorio ante aram in genua procubuit, orauitque & inde post preces suas, ad paratam sedem accessit. Pontifice confessionem proferente, Cæsar in scabello ante sedem suam, idem cum suis, qui illi aderant, Episcopis præstitit. Sacro absoluto, ibidem ante eandem suam sedem multos milites, enses præbens euaginandis, & cuilibet dicens *Esse miles*, creauit: & cum Pontifice, ad sacram Christi imaginem, *Veronicam* olim vulgo appellatam, & Lanceæ ferrum, in mortui Christi latere nobilitatum, aspiciendum, venerandumque processit. Die 17. in cubiculo, quod vocant Paramentorum, in quo Põtifex sacras vestes induit, à Paulo, à Cardinalibus, à Principum Oratoribus, italice loquens in regiam, horam audiri voluit, 18. neque Pontifex ob malam valetudinem, neque Cæsar solemnem Sacro in Sacello Vaticano adfuerunt: & hic eodem die, hora 10. vel 11. albo equo Turcico, inter Cardinales Episcopos Ostiensem, & Portuensem (Senensem, & Tranensem) vectus per portam S. Petri ex Vrbe, montem Marii versus in Hetruriam iturus discessit, & ante vel ad primum lapidem Cardinales perhumaniter dimisit. Antequam discederet, Pontificem in secretiori cubiculo est allocutus, & deinde Cardinalibus, Prælatibus, Principum Oratoribus, aliisque Proceribus accersitis, repetijt, quæ hesternæ die dixerat; adiecitque ea se dixisse, non vt Gallorum Regem iniuria afficeret; sed vt suam mentem erga Christianam Reipub. aperiret.

Hispanice aut Iouius lib. 54.

Iou. l. c.

Lib. hist.

Lib. 55.

* *Gallorum Legatis.*] Principum Oratoribus, ait Blasius Cæsenas, Principum fere, omnium Legatis, ait Panuinius l. c. ex Iouio initio lib. 35.

* *Hispanica lingua.*] Itala, ait l. c. Cæsenas, Hispanica Iouius lib. 34. Hist. de vna tantum Cæsaris oratione loquitur loc. cit. Panuinius tradens, intimos animi sui recessus ardentissima facundia ab illo patefactos: at verba, quibus id expressit à Iouio mutuatus est, qui non vere Cæsarem quattiduo Romæ moratum, narrauit; illud non negarim à Iouio scriptum; eum cum paucis, personæ eminentia Urbem lustrasse, in summumque fastigium testudinis rotundi Templi, incomparabilem illius structuram demiratum per gradus plumbeos ascendisse.

* *Carolus.... in ea oratione veteres inimicitias.*] Iouius l. cit. quæ dixerit Carolus coram Pontifice, prima oratione narrat: at Cabrera quædam adiecit; quæ neq; in Iouio, neque in Panuinio, neque in M. S. Diariorum Codice Blasij Cæsenatis reperies; ab ipso ea conficta, non affirmit.

* *Qui nulla fidei, aut sacramenti religione quotidie bella molitur?*] Hæc Cæsarem, virum modestissimum, de Francisco Gallorum Rege coram Pontifice, Cardinalibus, & Principum Oratoribus dicentem facit Cabrera: an vera referat, alij iudicabunt; ipse anno 1600. inter mortales degebat, Cæsarem perorantem non audiuit, ea in Iouio, qui multa Cæsare didicit in Panuinio, in Cæsenate tunc Cæremoniarum in Aula Romani Pontificis Magistro, qui nonnulla ad ritus spectantia Cæsarem ipsum edocuit, aut Amalzo non legit.

* *Ab ipso Turcarum Rege in meam, & Religionis cladem auxilium imploras.*] Hæc de Francisco Rege Gallorum à Cæsare indignabundo dicta, affirmat Cabrera: sed nullius testimonio munit: videat ne pio Cæsari, & Gallo Regi iniuriam inferat; non Iouius, non Panuinius, non Cæsenas id memoriz de Cæsaris concione loquentes, prodidere.

* *Es bellum iam modo denuncio.*] Neque hæc à Cæsare dicta; compertum est; nullus ex tribus recensitis auctoribus, id narrat; bellum à Cæsare Gallo illatum non autem allata verba, Iouius diligenter commemorat.

* *Eum duello pronoco, quo genere armorum, &c.*] Panuinius si eo magistro Cabrera vti voluit, ait *Ita excauidit (Cæsar) vt Regem Gallum ad singulare certamen pronocaret.* non ita Iouius, ex quo Panuinius, non bene mutuatus est: eum audi. propterea pietate Christiana tallo sibi satis videri, (dixit Cæsar) & Reip. quidem utilis, vt ipse, & Franciscus ad singulare certamen descen-

derent, ensq; & pugione dimicantes controuersiam finirent. Melius Cæsenas. Cæsar (eo teste) Christianæ Reipub. magis expedire iudicabat, si se Deus, & Regem Francorum de medio iustulisset, vel si ipse, & Rex ille Gallus contentiones dirimerent, ne tota Christiana Resp. pateretur: in secunda oratione, postridie coram ipsdem habita, dixit Cæsar, Gallum à se ad singulare certamen non fuisse inuitatum: sed recta mente verba, à se pronuntiat: fatius enim existimabat, duos Principes interire, quam, eorum exercitibus mutuis vulneribus, magna ex parte deletis, Turcarum vires, & audaciam in Christianæ Reip. cladem augeri; eosque contra Christi fideles excitari.

Ex Cæsenate l. c.

loc. cii.

1537. 10. Kal. Iun.

* *Omnia mutatis ad celeritatem equis Francisco munita.*] Cardinalem Belayum, habitu dissimulato, equiq; ad celeritatem mutatis in Galliam profectum, quæ Cæsar frequenti Senatu dixerat, Gallo Regi narrafle, testatus est Iouius.

* *Mantuanis Ducis precibus Vicentiam.*] De precibus Ducis Mantuæ Panuinius. Concilium in ciuitatem Mantuam indictum, inchoandum erat; at contra spem Pauli III. Mantua ei denegata fuit; nisi condiciones ab Apostolica Sedis, & Ecclesiastici nominis dignitate, & libertate alienas subijisset; quod grauissimum, & sapientissimum Pontifex fecisset nunquam. Vicentiam deinde elegit quam Veneta Resp. concedebat: initiumque Concilij in futuras Kal. Maij reiecit. Legatos Vicentiam misit, paci inter Cæsarem, & Gallorum Regem sancienda vacauit; at cum ad diem dictam vix vnus, aut alter Prælatum Vicentiam se contulisset, indulgit, vt Synodi celebrandæ tempus vsq; ad diem futuræ Christi Domini Resurrectionis differretur; ad quam diem, cum alij Prælati ad eam urbem non conuenissent, Synodi celebrationem ad suum, & Apostolicæ Sedis arbitrium suspendit: de qua re ad nonnullos Principes anno 1539. 10. Iunij die litteras dedit. Cæsar Regesque Gallorum, & Romanorum, ante absolutum pacis negocium, Synodi actionem non suscipiendam putabant, & vt prorogaretur, petebant. Hæc omnia ex constitutione Pauli III. *Initio Nostri* &c. data 1542. 11. Kal. Iunij Concilio Tridentino præfixa. De Campegio, Simonetta, & Aleandro Cardinalibus Legatis Apostolicæ sedis Vicentiam profectis, Sigon. in Vita Laurentij Cæpegij Card.

* *Atque inde, Venetorum rogatu, Tridentum 1537. transfudit.*] Cabreram in re clara non semel hallucinatum miraberis. Non rogatu Venetorum, non anno 1537. Tridentum Concilium transfudit Paulus, cuius ea sunt verba. *Cum Vicentiam amplius non haberemus, cuperemusque cum vniuersa Christianorum saluti, tum Germanicæ nationis incommodis, in eligendo..... Concilij habendi loco, consulere, aliquotque locis propositis ipsam Tridentinam ciuitatem ab ipsis desiderari videremus..... Tridentinam ciuitatem elegimus.* Et ad proximas Kal. Nouembris eiusdem anni illud induxit. Quæ omnia ex indicata constitutione depromes. De Tridento delecto Iouius quoque lib. 42. Hist. Vicentiam dimissam, scribit Panuinius; quia à schismaticorum sedibus aberat longius; & quia Veneti rem non probabant; ne Turcarum Rex Christianorum conuentum reformidans irritaretur.

* *Pontifex corrigendis Clericorum moribus.*] Ex Panu. l. c. à quo nouem grauissimi, & doctissimi viri. Contarenus, Carrasa, Sadoletus, Polus tunc Cardinales, Fregosius; Alexander Archiepisc. Cortesius Abbas, Badia S. A. P. M. recensentur.

* *Occiso Alexandro Medice.*] Alexander in cubiculo Laurentij Medicei ab ipso necatus est. rem scite memorat Iouius lib. 38. Historiarum.

* *Cosmus.*] Quo modo id acciderit narrat Iouius l. cit. Tunc decimum octauum agebat annum, in villa Trebia, summæ spei, & integri pudoris adolescens Cosmus Mediceus, Ioannis fortissimi Ducis, & Mariæ Saluiatæ, lectissime feminz, filius. Vide Iouiu l. c.

* *Cliffa..... à Turcis.*] De hac re Iouius lib. 36. Historiarum & Panuinius loc. cit.

* *D. Mariæ ad Mineruam.*] Hæc, & pleraque ex ijs, quæ sequuntur, exprompsit ex Panuini penu Cabrera: Blasius Cæsenas narrat, Paulum anno 1536. die Dominica 7. Maij, à Vaticano ad Templum S. Mariæ ad Mineruam, cum Cardinalibus, pacem petiturum, equitasse, orasse, & solemnem sacro interfuisse.

* *Fœdus anno 1537.*] Fœdus initum ann. 1537. inter Paulum Tertium, Carolum V. & Venetos, firmatum fuit in Aprili: condiciones die 10. eiusdem mensis euulgandæ erant: Petrus Thermularum Episcopus, Pontificis Darius, eas conscripserat. Supplicationes triduanas, ad diuinam opem impetrandam, contra Turcas, à Paulo anno 1537. die Veneris 15. Iunij, Blasius Cæsenas in Diarijs testatur, prima supplicatio die 22. eiusdem mensis à Templo S. Laurentij in Damaso ad Basilicam Vaticanam, secunda die 23. à S. Marci, ad S. Mariæ de Populo, tertia ab Æde Aracelana ad Lateranensem Basilicam, die Dominica 24. Iunij; quo die Paulus equo vectus, cum Cardinalibus, & alijs illuc se contulit, preces fudit, & rei diuinæ interfuit, Blasius idem narrat, fœderis inter Pontificem Paulum, Cæsarem, & Venetos initi celebritatē die Dominica 23. Septembris, 1537. in D. Petri peractam, Pauli iussu, qui rubeo pretioso cultu ornatus interfuit, precesq; solemnem Sacro de Spiritu sancto à Card. Contarenis absoluto, recitauit; sed prius solemnem benedictione, vberique indulgentiarum largi-

Ex Monument. M. S.

Dies illa celebr. natalis S. Io Baptistæ.

tione populum affecit; & Philippus Urbis Gubernator, Apostolicus Prothonotarius, barbaros, impioque Turcarum mores, & non ferendam audaciam, non incultu sermone, in auditorum memoriam reuocauit. In sacro secunda oratio de B. Virgine, tertia contra Paganos. Habita oratione à Gubernatore, Pontifex cepit canere *Te Deum laudamus*. Hymno hoc, precibusque absolutis, *Cælaris, & Venetæ Reip.* Oratores pedem, manus, & faciem eiusdem Pontificis in initi fœderis argumentū, osculati sunt. Abeunti Paulo, & omnibus, qui aderant, mira Christi Domini Facies uelo à Veronica excepta, ostensa est. Populi plausus tubarum clangor, aliaque lætitiæ significationes auditz.

* *Margaritam filiam.*] Ex Panu. l. c.

* *Decem mensibus induciarum nouem anni.*] Ex Panu. Paulus in litteris Tridentinæ Synodi præfixis, *Institio Nostri* in congressu, colloquio; Nicææ habito inter duos Principes, (Cæsarē, & Regem Gallorum) inducias decennales confectas, narrat, cum vera, & perpetua pax confici, non potuisset. Pontifex, Nicæam profecturus, Legatum de Latere Cardinalem Neapolitanum in Vrbe reliquit: cum esset Nicææ, die Dominica 2. Iunii, Franciscus Rex Gallorum, cum duobus filijs, & multis Regni Galliz Proceribus in publico Consistorio obediētiz penſum illi exhibuit; mox cum eodem, de pace cum Cæsare ineunda, sermonem habuit. De Pontifice Nicææ paci operam dante, Iouius lib. 37.

Ex M. S. C. illius aui.

* *Genuam peruenit.*] Paulus, & in Filicorum quibus hospitio exceptus est, Iouius lib. 37.

* *Circa Marianas fossas amplexibus fouerunt.*] *Cæsar ex conducto Franciscum Regem eo descendente cum liberis, sua quadriga preorsoria humaniter excepit, atque arte complexus est.* ait Iouius lib. 37. Hist.

* *Francisco Maria Ruuero.*] Vide Panuinium l. c.

Lib. 2. p. 1. Hist. Soc.

* *1540. Iesuitarum Societatem.*] 5. Kal. Octob. Vide Ribadeneiram lib. 2. c. 17. Vitæ S. Ignatij, Maphæum, & Orlandinum, Panuinium l. c. constitutio habetur p. 1. Bullarij, *Regimini militantis*, &c. professorum numero ad sexaginta coarctato. Orland. l. c. priuilegijs eandem Societatem, & laudibus ornauit. Vide Orland. lib. 4. & 9. nu. 11. & const. 48. p. 1. Bullarij *Licet debissim.* &c. Dat. anno 1549. 15. Kal. Nouemb.

* *Lucam peruenit (Paulus)*] Ex Panuino l. c. præmisitq; Cardinalem Farnesium, qui Cæsarem ab octauo lapide exciperet. Cæsar ter Paulum adiit eum mutuo allocuturus, Iou. l. 40.

* *Algerij expeditione.*] De hac expeditione lege Iouium l. c.

* *Rinconis, & Fregasij.*] De his Iouius, & Panu. l. c.

* *Sadoletum ad Carolum Imper. Contarenum ad Gallia Regem.*] Non est ita. Sed ad Galliz Regem Sadoletus; ad Carolum Cæsarem Contarenæ Legati decreti sunt à Paulo. Ita monumenta Cancellariæ Apostolicæ, Panuinius in Paulo III. Io. Cafa in Contareni, Ant Florebullus in Sadoleti Cardd. Vita.

* *Ad Carolum & Franciscu litteras.*] Ex litteræ à Panuino l. c. referuntur.

* *Legati Tridento renocantur.*] Bello inter Cæsarem, & Gallum redintegrato. Panu. l. c.

* *Buxetis Pontificem conuenit.*] V. Panuinium, Amasæum l. c. & Iouium lib. 43. neque Pontifex quinque dierum colloquio, neque Card. Grunanus Collegij nomine loquens, diserta oratione, Cæsari pacem suadere potuere. Iou. & Panu. l. c.

Cardinalem Carpentem eximie virtutis, & prudentiæ virum, Romæ vrbanaſum rerum prouinciam administraturum secundam vice Paulus reliquerat. Panuinius, & Iouius l. c. Ter Paulus, pacem inter Cæsarem, & Gallorum Regem conciliaturus, Roma discessit Nicæam, cum biennio ante Carolum ex Punico bello reducem triumphali cum pompa in Vrbe excepisset, quadriennio post, Lucam, duobus alijs interiectis annis Buxetum.

V. Amasæi loc. cit.

Ann. 1544. Concilium in anni sequentis mensem Martium.] Vide litteras Pauli III. ad Io. Mariam de Monte, Marcellum Ceruinum, & Reginaldum Polum Cardinales Legatos, Dat. 1544. 7. Kal. Martij. Iis Paulus, vel duobus facultatem fecit transferendi Concilium Tridentinum in ciuitatem opportuniorem, seu tutiorem. Habes eas litteras in volumine Concilij, post sessio 7. In mensem Martium, anni 1545. non fuit Concilij celebratio reiecta, id Cabrera non vere affirmasse videtur. Prima sessio habita fuit, die 13. mensis Decemb. anno 1545. vt ex Concilij codice patet, tres recensiti Apostolicæ Sedis Legati, & Cardinalis Madrucius, Episcopus Tridentinus, in ea assistebant.

* *Concilium Bononiæ 1547. translatum.*] Septem sessiones Tridenti, sub Paulo III. celebratæ erant; die 11. Martij, Ann. 1547. celebrata est octaua; in qua statutum tantummodo fuit, vt Concilium Bononiæ transferretur; quandoquidem morbus lethalis Tridenti grassabatur; & Prælati, sine vitæ discrimine, illic morari diutius non poterant, Cardinalis de Monte Præfex, & Legatus Concilij Patrum lententias rogauerat. Nona sessio die Iouis 21. Aprilis, post Dominicâ in Albis, habenda erat: Bononiæ Cardinales de Monte, & Marcellus S. Crucis Apostolici de Latere Legati, Synodum ea die congregarunt; & quoniam illuc multi Patres nondum accesserant, sessio ad diem Iouis infra Octauam Pentecostes proximam futuram, reiecta, in ea enim Sacramentorum

& Reformationis argumentum excutiendum erat; sessiones præterea, nona die 21. Aprilis, decima 2. Iunii, vndecima 14. Septembris 1547. prorogatz fuerunt.

* *Duabus sessionibus Bononia.*] Tribus, dices. Vide Concilij codicem. Iulius III. deinde Tridentum Synodum reuocauit.

* *Imperij conuentu.*] De alio conuentu Ratisonæ celebrato, vide quæ Paulus in litteris indiç. Conc. Trident. datis ann. 1542.

* *Interim Henricus VIII. Anglorum Rex.*] De nefaria crudelitate, nequitia, & odio Henrici VIII. Angliæ Regis in Romanâ Ecclesiâ, & in Ecclesiasticos viros, præsertim in Io. Rossensem Cardinalem, & aliosq; præstantissimos viros, Paulus III. Pont. Max. sæpe ad Reges, & Principes Christianos scribens conquestus est.

* *Petrus Aloysius à Casariensis occisus.*] Casarianorum consilio, à primarijs ciuitatis, conspiratione contra eum facta, domi consorsium, dixit Panuinius. Vexilliferi S. R. E. dignitate, Petro Aloysio extincto; Octauium Farnesium Parmæ, & Placentiæ Ducem 1548. 23. Ianuar. Paulus in Consistorio ornauit. ex C. M. S. c. *Ex hominum demigraverit.*] Ex Panu. narrante, eum in Quirinali obijſſe. Cadauer rubris vestibus indutum fuit. ex C. M. S. illius temporis. Anno ætatis 81. Paulum obijſſe, ait Cabrera; at Romulus Amasæus, mense fere nono, post annum 82.

* *In Basilica S. Petri.*] Temporario monumento, ait Panuinius, at egregium deinde conditum fuit; quod, & cineres eiusdem Vrbanus VIII. in opportuniorem eiusdem Basilicæ locum transferri, iussit: vt in priori loco ara extruatur, accidit autem translatio tumuli, & cinerum anno 1629. die Ianuarij 15. translatum sepulchrum ab Vrbanus VIII. munificentia non mediocriter ornatum accepit.

* *Fuit Paulus insignis prudentia.*] De illius virtutibus Panuinius l. c. in fine, Paulus Manutius sapientissimus, & optimus Pontifex iudicauit. Io. Cafa in Vita Bembi celebrat.

Pontificis infula; & Vaticanæ Senatû maiestatem augere, si potuisset, desiderauit: hinc vitrosi pietatis prudentiæ, doctrinæ; quæ de defensionibus vndiq; conquestos inter Purpuratos retulit; ex quibus quatuor, Iulius III. Marcellus II. Paulus V. Pius IV. ad supremum Ecclesiasticæ dignitatis, & potestatis fastigium peruenit. Amasæus varias Pauli virtutes, & regis etiam memorat sapientiam, prudentiam, iustitiam, pietatem, heroicam, animi sublimitatem, humanitatem, affabilitatem, clementiam, constantiam, animi magnitudinem in aduersis, moderatorem, liberalitatem, magnificentiam, diuinarum, & humanarum rerum cognitionem, doctrinam, eloquentiam.

NOVA ADDITIO AVGVSTINI OLDIOINI SOCIETATIS IESV.

TRIGINTA, & quinq; numerat Ciaconius Cardinales præfentes comitijs Pauli, & nouem facit absentes; bis tamen, id est inter præfentes, & inter absentes recenset Ioannes de Trémolia, quem supra dixerunt de Amboise Gallum, Episcopus Tusculanum. At qua ratione abesse, & adesse eodem tempore potuit ille? monumenta Vaticana Guillelmum inter præfentes; alij inter absentes numerant. Quicquid fit, tres ex Ciaconio supra quadraginta Cardinales viuabant comitorum tempore; ex Panuino verò sex supra quadraginta; quorum octo absentes, reliqui triginta & octo, teste Panuino interfuerunt comitijs Pontificijs; & pro Alexandro Farnesio Romano. Vterbij die 23. seu, vt alij volunt, Romæ 28. Februarij anno 1468. nato suffragia detulerunt. Renunciatus est summus Pontifex, vt dictum est supra die 11. seu verius ex M. S. Tabularij Capitolini die 13. Octobris anni à partu Virginis 1534. Hic erat vnus ex eo numero omnium antiquissimus, & Collegij Princeps, quem Clemens ceteris omnibus anteponebatur censuerat; & quem præterea, vt Guicciardinus ait, tanto libentius reliqui Cardinales elegerunt, quod cum sexagesimo septimum ætatis suæ annum attingisset, ac imbecillis, nec satis bona valetudine censeretur, quam opinionem ipse aliqua arte auxit, eius Pontificatum breuem fore sperarent. Populus Romanus immensa perfulus est lætitia; cum post tertium supra centesimum annum, & post tredecim Pontifices, videlicet à Martino V. & deinceps, iterum Romani generis Pontificem acciperet. Nomen accepit Pauli eius nuncupationis III. quod sedente Paulo II. natus fuisset; cum primo, vt nonnulli habent, nomen accepisset Honorij V. de quo tamen nihil aut Onuphrius, aut qui diligentius eius electionem descripsit præfens Blasius de Cefena magister Cœremoniarium scripserunt. Sumpſit autem vnâ cum nomine signum, siue symbolum: *Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.* Haud verò illepidum, quod Iacob Mantinus Hebræus Præfatione in Commentarium Auertois, quem is scripsit ad Iulios de Republica Platonis, & Paulo III. à se conuerſum ex Arabica lingua misit, ex nomine *Pharnesio* summum Pontificatum ei debitu fuisse philolophatus est. *Pharnes* Hetruscoru lingua, quâ Asiariam, & Hebræam esse existimabat, Pastorem, ac Gubernatorem significat Sic Deum, Pharnem Israël apud Hebræos vocari; & Salomonē in grauissimo suo Poemate populum in hunc modum introducere loquentem: *Amicus meus mihi, & ego illi Pharnes inter lilia;* id est Pastor; vt ad gentilitia Farnesianæ gentis insignia, quæ

V. Cod. C. c. illi T. d. c. s. & 9

Præf. ad Rantium Farnesium Cardia.

loc. cit.

Cardinales comitijs præfentes, & absentes.

Pauli partu, & ciuitatis.

Creatio.

Senex eloquens.

Populus Romanus lætus inno Pauli Romani electione. Honorius V. secundus aliquos dictus.

Ex apponit Pontificatus prædicto Paulo facta.

lilia

Orbis Christi
gaudet in
electione
Pauli.

Iacobi Sa-
doleti Epif-
copi litter-
æ ad Paul-
lum.

lilia sunt, allusile intelligeretur. Quanta denique fuerit non Romæ
solum, verum etiam tum alibi, tum in Gallia de eius assumptione
lætitia, testis est Sadoletus Episcopus tunc Carpentoraënsis gra-
uissima Epistola mox ad eum scripta tenoris sequentis.

Primum sicut debeo, sanctitatis Tuæ gratulor, quod ad dignam
sua virtute, & prudentia rerum administrationem vocata, amplâ
habitura facultatem est se in maximis humani generis utilita-
tibus, & commodis exercendi: que una actio cum propria summi-
stus honoris tum beata, & iucunda vita effectrix mihi videtur.
Et cum hoc gratulor, tum illud maxime facio, quod sine ambitio-
ne vlla, sine mora, contradicente nemine omnibus suffragiis statim
renunciata est; ut renunciatio iudicium fuerit dignitatis; ipsa ve-
rò celeritas renunciandi aperte ostenderit, tantam, tamque exi-
miam virtutem, quanta in te semper fuit ad tantos motus rerum,
quibus iactatur respublica, sedandos, & ad salutarem portu con-
silijs sapientibus dirigendos, quamprimum, & quam maxime ne-
cessariam esse. Itaque, & nomen, & virtus, & dignitas tua, tanta
nunc apud omnes in opinione est; ita tua ad summum Pontifica-
tum electio ab omnibus est accepta, ut non hominum consilijs, sed
diuinitus facta esse videatur. Atque hæc quidem, & populi huius
in quo ego versor, & omnium Gallia populorum, ac Principum est
sententia; audio enim multorum voces, & video vultus: ut enim
quisque hæc habet iter, ita fere congregatur, & colloquitur mecum;
non equidem possum tantum, quantum res est, perscribere; sed hoc
certe scribo, quod intelligo, & sentio. Nunquam animos hominum
latores, nunquam prædicationes magis honorificas, nec crebri-
ores laudes de villo Romano Pontifice existisse; ut iam non sancti-
tatis Tuæ me gratulari; sed Christiano nomini vniuerso magis
conueniat. Et certe si res, veritasque spectetur boni, & prudentis
viri imperium procuratio est aliorum salutis; cuius fructus, utili-
tasque ad alios; ad ipsum verò qui imperat, voluptas, & lætitia
rerum bene gerendarum peruenit. Habent igitur Christianæ na-
tiones, quod expeiebant, Pontificem maximum integra fama,
summa virtute, singulari sapientia præditum: Roma vero ipsa
Orbis terrarum Caput, summi domicilium Pontificatus, præter
gaudium de Principe, quod commune omnibus est, qua præcipue
affici voluptate est existimanda? que ciue suo, & nobilissimo qui-
dem ciue, qua tanto munere Dei immortalis, tantis honoribus, tot
præmijs ornata, aucta, condecorataque est? in quam Tuæ sancti-
tatis liberalitas continuo se effudit; ipsoque statim Pontificatus
initio cuiuslibet suis ostendit, quam beneuolo animo eos amplectere-
tur, quos haberet patria charitate, qua nulla est sanctior, sibi con-
iunctos. Sed ego, qui te quamplurimis ab hinc annis probè habeo
cognitum, qui ad has populares tuas, illustresque virtutes, illas e-
nim domesticas scio admittas esse, humanitatem, affabilitatem,
comitatem, & quam ego plurims semper feci, facioque bonarum
artium omnium, litterarumque egregiam scientiam; is sum præ-
ter ceteros, qui omnibus debeo exultare letitijs. Nam, & mihi a-
mantissimo respublica optimi Principis imperium maximo gau-
dio esse debet, & virtutes venerantissimas, & litteris de-
dito doctissimi. Illud verò non minimum ad animi mei lætitiã,
iucunditatemque augendam pertinet, quod inter sanctitatem Tuam
& me familiaritas aliquando aliqua intercessit; qua, & si minus
fuit quotidianis a me officijs culta propter diuersa quidem vtriusque
que nostrum vitæ studia, dissimileque occupationes; tamen neque
ego unquam Tuam erga me beneuolentiam desideravi; neque san-
ctitas Tuæ meam erga se obseruantiam non cognouit; Quam nunc
quidem familiaritatem, & amicitiam ad alia vocabula transla-
tam esse vehementer gaudeo. Non enim mihi posthac ad amicum,
& ad patrum, sed ad Principem, & dominum confugiendum
erit; ampliore eius potestate benignè mihi faciendi, si usus vene-
rit, eadem, ut spero, voluntate. Quæ propter ago Deo omnipotentis
maximas, meritasque gratias, qui populo suo, tam necessario tem-
pore talem Pontificem præficere est dignatus; tibi que unâ, & cum-
cto Christiano nomini iterum ac sepius gratulor: fore enim con-
fido, ut Tuæ dignitas, atque gloria cum salute, & maxima utili-
tate Christiani generis coniuncta sit futura. Quo verò ad me pro-
pre attinet; quoniam non habeo verba quibus sensum animi mei
exprimam, sanctitatem Tuam precor, ut pro sua prudentia expen-
dere ipsa, & considerare velit, quo me gaudio repletum esse opor-
teat ex honore summo amicissimi viri, doctissimi hominis, præ-
stantissimi ciuis; Si quidem ego quoque iam pridem ciuitate Ro-
mana sum donatus, quodque in primis, & super omnia lætandum
mihi est optimi Pontificis, & prudentissimi, & liberalissimi; ut in
tot causis lætandi, & gratulandi, cum gaudium meum abundet,
verba animo non suppetant; sit Tuæ sanctitatis interiorum volun-
tatem meam, ardentem studio, atque amore, non hæc externa vo-
luntatis indicia, que in mea oratione frigidiora multo sunt, acci-
pere, & comprobare. Quod si illud quoque non me indignum est,
nec Tibi ingratum petere me à meo Principe, qua mihi opus sint
cum ego Pater sancte iamdiu me in hanc meam Ecclesiasticam
provinciam receperim, neque ambitionis studijs, neque opum aut
diuitiarum deditus cupiditati; vitamque in ea mediocritate tra-
ducam, que tantum ad propulsandas necessitates idonea sit, unam
illam habeo curam, assiduamque in animo meo cogitationem, ut

A huic sane tenui, & pusillo gregi, qui tamen mihi pro mea paruitate
nimis magnus videtur, mea industria, & diligentia alicui emolu-
mento ad Christianas virtutes agnoscendas, easdemque colen-
das esse possit. In quo sanctitas Tuæ plurimum me adiuuerit, si su-
ra quadam, & facultates, quas mihi semper amabilis, & commemo-
randus Pontifex Clemens VII. concesserat, ratas mihi, & firmas
esse iusserit; quod ut faciat omni eam animi studio rogo, atque
deprecor Deus sanctitatem Tuam Pater beatissime incolumem no-
bis perpetuo conseruet. Prid. Idus Decemb. 1538. Carpentoraënsis.

B Ildorus Clarius pari eloquentia stylo: Oratione, quam Parmæ
monachorum nomine habuit, gratulatus est.

C Paulus igitur ut primum à Romana specula, religionis, aulam,
populique Christiani mores circumspexit, indigere accuratissi-
ma planè opera omnia animaduertit. Externa siquidem bella, ac
diu reciprocantia, quæ Italiam assiduo planè motu diuerberauerant,
Romam præcipue labefactauerant; neque ædificia duntaxat,
structuralque operum pulcherrimorum, sed mores etiam corru-
perant. Quos dum concelerati nouatores vbique gentium pro-
liciderent, inuehendi in Romanam fidem præcipue, suamque de-
prædicandi occasionem opportunè capiebant, gliscebantque hæ-
resis ab ea Aulicorum, & Christianorum licentia. Ut igitur, & me-
dicam lætæ disciplinæ manum admoueret, & conuiciandi mate-
riem hæreticis præcideret Paulus, legere ex omni eruditorum ho-
minum censu doctrina, longoque vsu rerum viros longè conul-
tissimos statuit, qui neruos, ac studia in necessariam eam curam
sapientissimo Senatu maturè ipsi decernerent, quod ad reuocan-
dos Romanos mores opportunissimum iudicauerint. Accersiti
igitur Romam è Gallia quidem Iacobus Sadoletus Episc. Car-
pentoraënsis, Verona Ioannes Matthæus Gibertus, Eugubio
Federicus Fregosius, Venetijs Gregorius Cortesius, è Cassinensi
congregatione S. Georgii in Alga Abbas, Reginaldus Polus, & Io-
Petrus Carrafa Episcopus Theatinus. Deinde cum in publico,
ac sacro Pœnitentiariæ munere administrando prauæ consuetu-
dines temporum inuidia inualuissent, à reipublicæ Christianæ fi-
nibus illas amandare statuit; excitauitque augustorum Patrum, ac
præstantium Antititum congregationem, qui immissa in adultam,
luxuriantemque eam vitiorum legetem falce demerent, & abo-
lerent omne turpissimum lucris genus, quod fortasse Prætulorum in-
curia, in sacrum illud Tribunal irrepisset. Ex amplissimo Senatu
quinque electi, nempe Sanctacruccius, Crescentius, Polus, Ardin-
ghellus; horum præfectus Cardinalis Theatinus; his Antistites quin-
que additi, Episcopus scilicet Forosempsonianus, Capiferrius Pô-
tificis Datarius; Fabius Peregrinus sacre Pœnitentiariæ Regens;
Philippus Archintus Episcopus Bituricensis, & Romanæ Urbis
Vicarius. Qui sanè strenuam in eo negotio operam collocarunt,
abruptoque eo cursu rerum, quæ inueteratis iam prauis moribus
conuellendis; quæ nouis, opportunisque legibus sancendis, vifa-
iustitiæ integritas, ac sanctitas magna ex parte restituta.

D Animum quoque suum adiunxit Paulus ad Concilij generalis
celebrationem: ad Principes omnes de illo scripsit; illud Mantuæ
indixit primò, postmodum Vicentiæ, mox Tridenti; ex qua vbi be-
ob pestilentiam Bononiam transtulit. At grata tum Cæsari, tum
Germanis omnibus minime sedes Bononiensis ad habendum Cõ-
cilium fuit; quare Christophorus Madrucius Cardinalis Tridentinus
à Carolo Imperatore ex comitijs Augustanis ad Pontificem
missus, quinto Idus Decembris in frequentissimo Cardinalium
Senatu coram Pontifice iuxta mandatum, & instructionem ab Im-
peratore acceptam, commemoratis primum magnificè impensis ab
eodem Imperatore pro Concilij celebratione, & dignitate; proque
Germanis ad eius obedientiam reducendis, laboribus susceptis,
& periculis aditis; postea eiusdem Imperatoris, ac Regis Ferdinã-
di eius fratris, totiusque Imperij nomine per omnia sacra Pontificem
rogauit in primis, ut Antistites, qui Bononiam migrauerant,
Tridentum ad Concilium prosequendum redire iuberet; deinde
legatum aliquem in Germaniam cum plenissima potestate mit-
teret, de cuius sententia modus aliquis rectè viuendi ad exitum
vique Concilij constitueretur; postremò fidem dedit Imperatorè
nunquam in animo habuisse, si contingeret, Pontificem duran-
te Concilio decedere, ut electio successoris alibi fieret quam Ro-
mæ, aut alia forma, quam quæ ab antiquo recepta esset. His audi-
tis Pontifex, laudato prius Imperatoris animo, & in Ecclesiæ com-
modis procurandis studio respondit, se pro rerum propositarum
merito de ijs sedulo cogitaturum, & quod æquum foret, respon-
surum. Cum verò Tridentinus ad priuata colloquia post hæc ad-
missus, nihil præterea acciperet, quam consulendos esse Patres Sy-
nodi, qui Bononiæ erant, antequam quid aliud decerneretur, vlti-
rioris moræ impatiens ad Imperatorem redijt, vrgendæ rei cura.
Didaco ipseus Oratori relicta; qui in Consistorium publicum,
quod pro recipiendo Carolo Guisio nouo Cardinali ab Henrico
Rege Romæ Legato ex consuetudine celebrabatur, admissus,
in eandem sententiam locutus, insuper addidit, si vel dilationem,
vel exculpationem aliquam Pontifex interponeret, in mandatis se
habere, ut coram ceterorum Regum, ac Principum Oratoribus
palam de vitio Concilij profiteretur. Cui pariter respondit Pon-
tifex, velle se à Patribus, qui Bononiæ erant, audire quid ipsi de his

Populi
Christiani
mores e-
mendare
curat Paul-
lus.

Romam
vocat homi-
nes clari-
os.

Sacre Pœ-
nitentiariæ
abusus, ex-
tirpat.

Cardina-
les quinque;
totidem
Præfules
electi ad
Pœnitenti-
ariæ tribu-
nal dirigē-
dum.

Concilij
generalis
celebratio
nè procura-
tur.

Christo-
phorus
Madrucius
Card.
Cæsaris
nomine, ut
Patres Tri-
dentini re-
deant ad
Concilij
tum, lega-
tum pro
Germania

Madrucius
redit in
Germaniã

Cæsaris Or-
ator pro
Concilio
Tridentino
orat cõtra
Bononiæ
Pauli res-
ponsum.
Scribit ad
Patres Bo-
nonienses.

Bononiensium Patrum responsu.

Carolus Guisus Card. Henrici Regis studium in Romanam Ecclesiam explicat.

Pauli responsu ad Germanos.

sentirent; tum ad ceteros Reges, & Principes referre, vt matura habita deliberatione, quod consultius videretur fieret. Quare biduo post Pontifex ad Cardinalem de Monte Bononiam litteras dedit de ijs, quae a Tridentino Episcopo, & Mendoza nomine Imperatoris perlata, ac petita fuissent; & quid ipse cum Patribus de iisdem censerent expetijt. Qui ceteris in consilium conuocatis post inuocationem Spiritus sancti ex communi sententia rescripsit, quando Concilium legitime translatum est Bononiam admonitos esse omnes, vt eo se transferrent; cumque nihilominus pauci aliqui Tridenti substitissent, rursus amanter esse inuitatos, vt cum alijs se coniungerent, quod cum ipsi haecenus renuissent, in grauem Concilij contemptum; non videri e dignitate, & existimatione Concilij de reditu Tridentum deliberare, nisi qui erant Tridenti, Bononiam prius accederent, & Concilij potestatem agnoscerent, tuncque simul omnes quid facto opus esset, deliberarent. Necesse deinde esse, vt Patribus ante caueretur, fore vt Germania Concilij decretis tam haecenus conditis, quam in posterum condendis sese omnino submitteret. Ad haec quia rumor increbuerat, si Concilium rediret Tridentum, populare illud fore ex omni hominum genere, & licentia plenum, cupere etiam Patres hoc nomine sibi cauere, ne ordo omnis, ac modus Conciliorum haecenus seruatus immutaretur; ita vt possent Patres tuto, ac libere ibi commorari; & cum videretur, illinc discedere, atque etiam alio Concilium, cum ratio postularer, transferre; denique cum satisfactum esse causis, ob quas indictum esset, appareret, finem ei imponere. Quod responso accepto, eoque a Pontifice 6. Kal. Ianuarij conuocatis Cardinalibus post sacram Liturgiã communicato, & maiori eorum parti probato, Pontifex accersito Mendoza, rem ei exposuit; testificatione addita de egregia sua erga Imperatorem, & Germaniam propensione; verum ceterarum quoque nationum habendam esse rationem, vtrum eadem illis conducerent. Ad quod Mendoza in eo esset, vt e vestigio protestaretur, intercedente Cardinalium Collegio rem ad diem vigesimum distulit, quo ad responsum hoc Imperatori renunciaretur, eiusque littere expectaretur, qui nihilominus audita relatione Cardinalis Tridentini mox rescripsit, vt protestationes absque alia dilatione fierent. Carolus autem Cardinalis Guisus facundus, & eruditus longa, & ornata oratione in Cardinalium consessu, primo Franciscum Regem nuper defunctum laudauit, deinde Henrici noui Regis egregium erga sedem Apostolicam studium, & voluntatem amplissimis verbis extulit, cui nihil potius fuerit post parentis funus curatum, quam vt suam erga summum Pontificem obseruantiam hoc solenni officio testaretur. Dein repetita Francorum Regum in Ecclesiam Romanam, & summos Pontifices meritorum, necnon laboru pro religionis Catholicae defensione praeter ceteris cunctis orbis Christiani Regibus decursum memoria, propter quae gloriosissimos titulos Christianissimorum, & filiorum Primogenitorum consecuti essent, missum se dixit, vt potentissimi Regis, & gentis Christianae antesignani nomine se, & sua omnia Ecclesiae more maiorum submitteret, & opes, ac facultates omnes pro Ecclesiae, ac Pontificis incolumitate offerret. Sacris Romanis legibus esse cautum, vt cu primatum summum Sacerdotium Pontifices inirent, confirmandae, renouandaeque amicitiae causa legatos in Galliam mittant; Henricum vicissim nuper Regno, eodem officij genere defungi voluisse, simulque monere, vt caueret Pontifex, ne quid in tot nonnullorum conatibus detrimenti respublica acciperet: Regi vero curae fore, ne in conseruanda sedis Apostolicae dignitate Regum superiorum cuiquam cedere videretur. His videlicet volebat animum Pontificis iam a Caesare ob necem Petri Aloysij, & reducendi Concilij importunas postulationes non parum alienatum in Regis vtilitatem conuertere.

Hoc Gallicorum auxiliorum spe confirmatus Paulus, liberius Germaniae Episcoporum litteris ex Augustano conuentu scriptis, & Mendoza de reductione Concilij Tridentum, respondit, Germanis quidem laudans primum ipsorum pietatem, & quae fuerit sua erga Germaniam egregia in religionis causa voluntas, & studium: quod ad Concilij translationem Bononiam, eam se incio factam ex Patrum decreto, penes quos id iuris esse non ambigeretur; nihil sua referre, Tridenti, an Bononiae, an alibi celebraretur, modo Patres assentirentur, atque ordine omnia, & ex dignitate Ecclesiae fierent. Ciuitatem vero Bononiensem ad Concilium celebrandum valde commodam esse, tum ob aeris salubritatem, tum ob rerum victui necessariorum copiam, amplitudinem vrbs, & ciuium hospitalitatem; nec ideo minus Germanis gratam esse debere, quod sub tutela Ecclesiae esset, quippe qui ab eadem Ecclesia non solum fidem, & religionem Christianam, sed etiam multa alia maternae charitatis, & munificentiae egregia in se monumenta haberent. De reductione Concilij Tridentum, se de Cardinalium consilio necessarium existimasse, vt Patres, qui ex omni fere natione Bononiae essent, de ea consulerentur, responsumque ab eis accepisse, quod Didaco Oratori Caesareo post regressum Cardinalis Tridentini dederat, iamque ad ipsos quoque mitteret. Quod autem extremis suis litteris ipsi Germani addidissent, nisi Concilium rediret, fore vt alia consilia, & rationes rei expediendae susciperentur, eo se neuiquam commoueri; abunde sibi conscium, nul-

A lam officij partem a se praetermissam; de ipsis vero, & Caesare ita se sentire, vt nihil inconsulto facturos existimaret; si autem aliud tentaretur, non se quidem id prohibere posse; nam, & ipsum architectum Christum, quando eius fundamenta iecit, futuras praenunciante tempestates; verum vt conatus ijs feliciter succedat, minime se vereri; eo quod in firmissima petra consistat. Non semel hoc ipsum ab alijs tentatum, sed euer sis eorum conatibus, Deum in illis exemplum statuisse, quid ab ijs sit expectandum, qui iisdem vestigijs insistant. Itaque hortari, vt Ecclesiae paci consulerent, nec remota ab eius dignitate consilia in suis conuentibus agitari paterentur. Sicut autem Pontifex in sua sententia perstabat, ita, & Imperator in voluntate disponendi aequae de rebus Ecclesiasticis, ac de saecularibus. Quare eius Oratores Bononiae primum, mox Romanae protestationes suas, quas intentauerant, obtulerunt. Ad illam Pontifici factam, Mendoza in Consistorium ascito, accurato artificio responsum est, ex eius protestatione magnopere Pontificem commotum fuisse, quod res pessimi exempli esset, nec ab vllis usurpata, quam qui vel ab obedientia penitus excidissent, vel in ea coepissent vacillare; adeoque minus id a Caesare expectare debuissent, quem ad bellum Germanicum conficiendum, auxilijs praecipue Pontificis adiutum, minime deceret pro tanto beneficio tam disparem gratiam rependere. Verum se hac commotione leuatum, postquam mandati Imperatorij formula considerata deprehendisset, Mendoza fines eius excessisse, & iniuriam domino suo fecisse, qui non vt aduersus Pontificem, & Collegium Cardinalium, sed coram ipsis aduersus Patres Bononienses protestari iussisset. Itaque modestissimi Principis officium Caesarem in eo fecisse, vt rem translationis a Pontifice legitimo iudice cognosci voluerit. Postea nihilominus confutatis quae Mendoza protulisset de Pontificis negligentia, & ostenso quam etiam ipse Imperator diligentiore sollicitudinem in rebus Concilij adhibuisset, licet iniuste ei crimini daretur, quod Patribus Bononiensibus Concilij nomen tribueret, nec eos Tridentum redire compelleret, quasi ei soli loco Spiritus sanctus alligatus esset, aut omnino necesse esset Concilia vniuersalia celebrari ijs locis vbi haereses vigerent, ceterisque nonnullis eiusdem generis praedicta protestatione contentis, nullius momenti esse demonstratis. Postremo quod translatio Concilij illegitima esse contendebatur, quoniam in hoc cardo controuersiae vertebatur, responsum est, Pontificem pro ea, quaungebatur potestate, sibi eius rei cognitionem vendicare, eamque quatuor Cardinalibus amplissimis, Parisiis, Burgensi, Crescentio, & Polo committere, atque edicere tum Bononiensibus Patribus, tum ijs, qui Tridenti substituerant, vt si quid hac de re vellent in medium afferre, intra mensem id praestarent, neque interea aliquid vlla ex parte innouarent. Erant Tridenti Praesules tredecim cum Cardinale Pa-

B cecho Hispano, ad quos cum 17. Februarij anni 1548. scripsisset Pontifex Breue quoddam in forma citationis, ij consulto Caesare sese excusarunt modestis tamen verbis nihil seditionis, aut contemptus continentibus. Bononienses quoque Patres citati, protinus Procuratores miserunt, qui excusationes Tridentinorum resellerent: nec tamen itum est a iudicibus ad sententiae pronuntiationem, ob periculum schismatis, si Tridentini condemnarentur; relique eodem statu permansit, quandiu Paulus superuixit.

C Inter haec Carolus Imperator amissa Concilij spe, Imperij ordinibus proposuit, necesse sibi videri, vt donec Concilium instauraretur, ac finiretur; ratio quaedam inuestigaretur, quae ad Germaniae pacem conferret, atque ad id deligerentur ab Ordinibus viri aliquot docti, & concordiae studiosi, qui ei rei operam darent, quibus, & ipse alios additurus esset. Delectis igitur nonnullis, cum inter se non conuenirent, res tota Imperatoris arbitrio permisa est qui eam commisit Iulio Flugio Episcopo Naumburgico commentarijs de Republica Christiana, seu de Imperio constituendo, necnon de Institutione hominis Christiani aduersus Lutherum conscriptis illustri; Michaeli Hellingo Episcopo Sidonio Archiepiscopi Moguntini Suffraganeo; ac Ioanni Agricolae Islebio, qui a Protestantibus Saxonis ad Catholicos redierat. Ab his ergo liber scriptus est, qui vocato Argentina Bucero haeretico oblatu, vt ei subscriberet, repudiatus est ab illo eo, quod Pontificiam in eo constitui diceret auctoritatem. Complectebatur autem capita viginti sex de praecipuis Christianae religionis dogmatibus, de Sacramentis, & aeternitate, ac caeremonijs Ecclesiae, eique datus titulus *Interim*; eo quod praescriberet formulam doctrinae, & caeremoniarum in Germania tenendam interim, dum de vniuersa religione in Concilio vniuersali esset definitum.

D Liber hic ad Pontificem missus ab eo improbatu, quod temere, se incio res peracta fuisset; ne tamen Imperatorem irritationem redderet, leui manu censuram applicans, duobus potissimum capitibus institit, quae per Cardinalem Sfondratum, qui a comitatu Caroli non abicefferat, postquam fuerat ad eum Legatus pro gratulatione victoriae Germanicae Carolo significari curauit; nepe de concessa Presbyteris iam ordinatis coniugij facultate, & populo communionis Eucharistiae sub vtraque specie; primum esse ab omni iure inauditum; alterum iampridem in Ecclesia abrogatum, nullo modo Catholicis, Protestantibus, aut qui ad Ecclesiam redirent, indulgeri posse; verum indulgendi potestatem

E qui eam commisit Iulio Flugio Episcopo Naumburgico commentarijs de Republica Christiana, seu de Imperio constituendo, necnon de Institutione hominis Christiani aduersus Lutherum conscriptis illustri; Michaeli Hellingo Episcopo Sidonio Archiepiscopi Moguntini Suffraganeo; ac Ioanni Agricolae Islebio, qui a Protestantibus Saxonis ad Catholicos redierat. Ab his ergo liber scriptus est, qui vocato Argentina Bucero haeretico oblatu, vt ei subscriberet, repudiatus est ab illo eo, quod Pontificiam in eo constitui diceret auctoritatem. Complectebatur autem capita viginti sex de praecipuis Christianae religionis dogmatibus, de Sacramentis, & aeternitate, ac caeremonijs Ecclesiae, eique datus titulus *Interim*; eo quod praescriberet formulam doctrinae, & caeremoniarum in Germania tenendam interim, dum de vniuersa religione in Concilio vniuersali esset definitum.

F Liber hic ad Pontificem missus ab eo improbatu, quod temere, se incio res peracta fuisset; ne tamen Imperatorem irritationem redderet, leui manu censuram applicans, duobus potissimum capitibus institit, quae per Cardinalem Sfondratum, qui a comitatu Caroli non abicefferat, postquam fuerat ad eum Legatus pro gratulatione victoriae Germanicae Carolo significari curauit; nepe de concessa Presbyteris iam ordinatis coniugij facultate, & populo communionis Eucharistiae sub vtraque specie; primum esse ab omni iure inauditum; alterum iampridem in Ecclesia abrogatum, nullo modo Catholicis, Protestantibus, aut qui ad Ecclesiam redirent, indulgeri posse; verum indulgendi potestatem

Oratorum Caesaris protestationes. Pontifex respondit Oratori Caesaris.

Praesules qui erant Tridenti a Paulo citati. Praesulum responsu. Praesules Bononienses citati Romanam Procuratores rem mittunt.

Caesari pro pace Germaniae stat.

Liber inscriptus Interim.

Liber improbatu a Pontifice.

foli Romano Pontifici competere. Quare Pontifex Nuncios in Germaniam direxit, non ut quæ Carolus instituerat, agerent, aut confirmarent, sed ut veniam, & absolutionem resipiscens tam Ecclesiasticis, quam secularibus, atque etiam dispensationes, & redintegrationes indulgerent; vsumque calicis ijs, qui eo vfi fuissent, ad vitam, aut ad certum tempus, prout ipsis videretur, concederent; modo id demissè postularent, & faterentur, Ecclesiam non errare, dum calicem negat laicis; & dum modo separatim communicarent alio tempore, & loco, quàm vulgo sub vna specie communicatur. Condonationes item fructuum, beneficiorum vniones & attributiones, aliaque eiusmodi permetterent, cum facultate etiam eandem potestatem alijs per Germaniam Episcopis delegandi, prout plenius continebatur Bulla pridie Kal. Septembris anni 1548. de his data Episcopis Fanensi, Veronensi, & Ferentino ad hæc ab ipso delectis, quæ in publicum edita fuit: Hi autem Pontificis Nuncios in Belgium sub exitu Maij, & de ratione, modoque executionis consilijs cum eo collatis, posteaquam intellexerunt, fieri non posse, ut loca omnia, quæ remedijs indigerent, ipsimet accederent, locorum Episcopos pro facultate ipsis tradita, substituerunt, qui rem executioni mandarent; scripsitque Cæsar ad eos, ut leuiter, ac placidè rem agerent, & exhortationibus potius, quàm execrationibus experirentur: parùm tamen his profectum fuisse constat ob Protestantium perniciam. Redeunte verò paulò post in Italiam Ferentino Episcopo, reliqui duo tandem apud Cæsarem hæserunt, donec post obitum Pauli Archiepiscopus Sipontinus à Iulio successore in Germaniam missus est.

Pauli animum summo affecerat mœrore Ochino apostatae non modò à religiosa familia, sed à fide Catholica fuga; quare infensum Paulus in Capuccinorum familiam gerebat animum cum maximè contumelias ab eodem Ochino in Romanam Ecclesiam impia illa apologia iactatas legit. Coacto igitur facto S.R.E. Cardinalium Senatu, damnum, quod ex Capuccinorum ordine Ecclesie vnuerse imminerebat, exposuit. Existimabat enim hæresis morbum ab Ochino capite in totum religionis corpus esse diffusum; in eam se sententiam declinare exposuit, ut tota Capuccinorum religio extingueretur, ac de medio tolleretur. Hæc enim aiebat, est humanæ, ac diuinæ prudentiæ lex, ut abscondantur qui nos conturbant, & cum totum reipublicæ corpus periclitatur, satius est, membrum vnum perire, quàm totum corpus in discrimen adduci; *nescitis*, inquit Apostolus, *quia modicum fermentum totam massam corrumpit*. Capuccinorum ordo tantæ apud homines Christianos existimationis est, ut cunctorum animos faciliè ad se ipsum pertrahat; quod si ea errores pro veritate, & pro fide hæreses disseminauerit, maximè timendum est, ne totus Ecclesie ager malo hoc zizaniorum semine ita imbuatur, ut postmodum triticum respuat. Cardinales, qui Pontifici assidebant, validissimis Pauli rationibus ducti, fere omnes in Pontificis sententiam propendere videbantur; solus Antonius Sanseuerinas Cardinalis ita Pontificem, ac reliquos Cardinales est allocutus.

Nullis dubium est sanctissime Pater, Vosque, Purpurati Patres, quin Ecclesie periculo, cum de eo agitur, mature, ac opportune prospiciendum sit; nec non zizania quam primum erumpere cernitur, de Ecclesie agro, summo studio, ac diligentia euellenda, ne triticum occupet. At verò id quoque magnopere curandum est, ne dum zizania studemus euellere, simul, & triticum eradicemus. Paris enim periculi est, si Dominicus ager dum zizania caret, etiam tritico vacet. Capuccinorum religio hætenus in Ecclesia Dei, velut triticum Apostolica vite splendore, ac præclarissimis virtutum exemplis pullulauit, quibus admirabiles propemodum, atque vberes in ea fructus protulit; vidimus omnes, & lætati sumus Nullum quoque ex ea per tot annorum curricula, quibus in Domini agro fructificauit, zizaniorum semen, aut hæresum suspicio orta est, donec ad Ochinum ventum est, qui haud secus, quam inimicus homo super seminauit zizania in medio tritici, & abiit, & ad hæreticos fugit. Iam verò cum de eradicandis zizanijs, & Ecclesie agro ab illius hæresi expurgando agitur, si Capuccinorum religionem extirpandam, ac delendam censemus, profectò maximè verendum est, ne cum ea simul eradicemus, & triticum, maximamque boni sacturam ex boni seminis proscriptione Dominicus ager patiat. Neque enim dummodo Capuccinorum religio malo hoc hæresum semine, aut tota, aut maiori ex parte corrupta non sit, lex vlla, aut ratio, aut equitas suadet, ut tota, ac integra nostro consilio intereat; ne ijs parum aqua à nobis punitio irrogetur, quibus cum nihil delicti sit, ijs quoque diuina, atque humana iura à pœna vacandū esse decernunt. Quenam verò huius sancte Sedis, quam summa sapientia, & equitas decet, aut prudentia, aut iustitia apud homines esse censeretur, si insones viros ac nullius sibi sceleris conscios, non citatos, non conuictos, inauditos denique multaret. An non grauius inde in Ecclesia scandalum oriretur, si illorum aliqui hac sententia obruti, vel vi oppressi in Christiano orbe voces extollerent contra nos. Illud quidem mi-

A hi haud facile persuadeo, totum Capuccinorum gregem, aut maiori ex parte hæresum tæbe contaminatum esse, cum in eo tot sancti viri virtutibus floreat, quos certè lues vlla hæresum veneno suo non attingit. Verum tamen si meus in hac re sensus expetitur, hæc mea sententia est beatisime Pater, ut, & Ecclesie periculo, & religionis incolumitati, quoad fieri poterit, communi consilio, ac prudentia consulatur. Ecclesie quidem optimè, atque opportuniè consultum erit, si ante omnia diligentissime de religione disquisitiones fiant, quid in ea corruptum, quid languidum, quid sanum in fide sit. Quod si aliquid in ea putridum sese obrulerit, ferro, ac igne aut abscondatur, aut aduratur; si languidum, ac saucium fuerit, curetur; reliqua verò qua in religione sana sunt, & Ecclesie vtilia, huius Apostolicæ Sedis munus, ac officium est, ut integra seruentur, seruatæque sua benignitate, ac providentia foueantur, ne illam Dei sententia feriat per os Vatis dicentis. Quod infirmum fuit, non consolidastis, quod ægrotum, non sanastis, quod contractum est, non alligastis, & quod abiectum est, non redixistis. Hoc pacto, & Ecclesie commodo, atque utilitati, & sancte huius Sedis existimationi abundè prospectum erit, ac Pontificis sapientia, & consilium, veluti à diuini Spiritus luce profectum, commendabitur. Cardinalis Sanseuerinas hæc habuit, qui facillimè Pontificem, & Cardinales efficacissimis rationibus in suam sententiam pertraxit. Paulus igitur Cardinali Carpenfi ordinis Protectori mandauit, ut prouinciarum Vicarijs, atque alijs religionis Patribus, quos ipse prudentiores iudicaret, Romam conuocatis, ab his, quo in eorum statu, fidei integritas in religione se haberet, facilius addiceret, ijsdemque de rebus fidei examinatis, quid de tota religione sentiendū esset, Apostolicæ Sedi clariùs innotesceret. Quæ Paulus iusserat, perfecit Cardinalis Carpenfis, & detecta veritate, ordinis totius integram fidem in Romanam Ecclesiam Paulo manifestam fecit, qui non solum ordinem illum, confirmauit, sed beneficijs quoque, ac priuilegijs Pontificijs illustrem reddidit. Ecclesias aliquas in Cathedralibus erexit. Mirandæ videlicet, Portaleggi, ac Lairj, Anglonæ Episcopatu extincto, Tursum, quod erat eiuſdem diocesis oppidum Ducatus gentis Doricæ, cuius incolæ lanificio telis lineis texendis dediti sunt, quatuor miliaribus Anglonæ distans, in ciuitatem erexit. Ecclesia ibidem, posita titulo Annunciationis Deiparæ Virginis, magnifica fabrica insignis, Cathedralis facta est: cumque Dominicus, alijque fratres germani ex nobili Bonita familia Archidiaconatus Amalphitani redditus proprijs bonis auxissent, Paulus grati animi ergo ius ad illam dignitatem præsentandi Bonitis concessit. Episcopatum Cannensem in regno Neapolitano, accedente consensu Adimarij, Ecclesie Nazarenæ vniuit Diplomate scripto die 3. Nonas Nouembris anni 1534.

B Inter hæc propè aberat vetere Ecclesie instituto annus secularis facer; flagrabatque ingenti quidem desiderio Paulus publica Christianum orbem munificentia, amplissimoque factorum congiario cumulare. Nam profundissima licet ætate, ac maior octuagenario esset, non accitæ adeo vires erant, quin pertingere ad Romana ea facta posset; ergo erectus ea spe iussit parari iam quæ instituendo Iubilæo, excipiendoque orbi forent opportuna. At hæc solemnitas Pauli non contigit; nam cum non modo Concilium, sed Italiae, ac domesticæ familiæ res componere studet, cum Placentiam amissam recuperare à Cæsare non posset, metu ne, & Parmam amitteret, eam Ecclesie restituere deliberauit, redditæ Octauio nepoti Camertiū ditione. Id verò adeo Octauius aueſtatus est, ut potius consilio cum Ferdinando Gonzaga Infubriarum Cæsare præfecto communicato, de illa quoquomodo occupanda, quæ à Camillo Vrsino nomine Pötificis, & Ecclesie tenebatur, tractari; ac reuocatus à Paulo Romam, vnde eo inficium clam abceſſerat, ire recusans, litteras ad fratrem suum Alexandrum Cardinalem Farnesium scripsit, quibus, ni Pontifex Parmam sibi restitueret, Gonzagæ accessurum minabatur. Prælegen- tem has litteras Pontificem omnis contumeliæ intolerentem vehemens adeo perturbatio, atque iracundia corripuit, ut tremulos, atque seniles artus linquente spiritu, parum absuerit, quin in terram prolaberetur vix ab ijs, qui propè aderant, suffultus, & multis adhibitis remedijs post quatuor horas animum recolligens, febre tamen violèta correptus, ex ea intra triduum decessit, quarto Idus Nouembris anni 1549. vt dictum est supra, hora decimatertia, in palatio hæredum Oliuerij Cardinalis Carrasæ in monte Quirinali, quo sese, tamquam ad salubriorem Urbis locum conferre solebat, postquam vixisset annum vnum, menses octo, dies decem supra octuaginta, plus tamen vitæ eidem nonnulli tribuunt; ac sedisset annos quindecim, mensem vnum, dies septem, malè illi, qui dies tantum viginti octo supra quindecim annos Paulo tribuunt. Conditus est temporatio monumento in Basilica Vaticana S. Petri cum versibus, quos ex Francisco Suuertio rescripsit Ferdinandus Vghellius: cui magnificentissimum postea monumentum, marmoreum in eadem Ecclesia erectum fuit, cuius delineationem hic proponimus lectorum oculis.

C Confirmat Capuccinorum ordinem. Ecclesias in Cathedralibus erigit. Parat necessaria pro Anno Sancto. Parmam Ecclesie redditæ. Octauius nepos restitit. Romam Octauius vocatus ire recusat. Paulus iratus in Octauij nepotem. Paulus febre correptus. Obitus in Quirinali. Ætas. Sedes. Sepultus in Vatic.

Paulus sententiam inquit ob rationes à Cardinale Sanseuerina allatas

Confirmat Capuccinorum ordinem.

Ecclesias in Cathedralibus erigit.

Parat necessaria pro Anno Sancto.

Parmam Ecclesie redditæ.

Octauius nepos restitit.

Romam Octauius vocatus ire recusat. Paulus iratus in Octauij nepotem.

Paulus febre correptus.

Obitus in Quirinali.

Ætas.

Sedes.

Sepultus in Vatic.

Paulus Nuncios in Germaniam direxit.
Mærore afficitur ab Ochino apostata.
Capuccinorum Ordinem sup. primæ cogitat.
Antonius Sanseuerinas Card. pro Capuccinis orat.

Paulus



Dom Barier del

Alb. Clouwet sculp.

Opus fuit Guillelmi de la Porta Mediolanensis: sequentes characteres ex aere Pauli sepulchrum esse ostendunt.

PAVLO III. FARNESIO P. O. M.

Ad sepulchrum marmoreum Pauli III. in Vaticano ante primam translationem in magnifico tumulo, hos versus eius laudem referentes incisos fuisse, refert Franciscus Suuertius.

Discite mortales fluxa, ut sit gloria Mundi,
Ut terreni breui tempore regna ruant.
Qui PETRI imper sacrata in Sede sedebam,
Dum tegetes nostrum sacra Thyra caput;
Qui potus dudum populis clare iura subactis,
Ante meos Reges procubuerunt pedes.
Maximus, & Caesar pedibus dedit oscula Nostris
Numen ut in terris iam veneratus eram.
TERTIVS hic gelido condor sub marmore PAVLVS,
Continet haec cineres nunc brevis urna meos.
PONTIFICEM gessi summum ter quinque per annos
Tempesivna senem me Libitina rapuit.
Funeranon lacrymis mea sunt spargenda, peregi.
Natura cursum, mors nova vicia fuit.

OBIIT ANNO MDXLIX. IV. IDVS NOVEMBRIS.

Ex mole Hadriani, Cardinalium decreto post Pauli obitum scuta decem mille desumpta ad huius sepulchri fabricam. In funere Romulus Amateus peroravit. Dicitur moriens Octavij nepotis ingratitude saepe inculcasse, ac se felicem dicitasse, si nunquam genuisset, subinde illud Davidicum ingeminans: Si me non fuissent dominati, tunc immaculatus essem; & emundarer a delicto maximo. Ea quidem re maxime culpatus, quod ad domesticam amplificandam, atque euehendam fortunam se totum conferens, eoque saepe prolapsus fuerit, ut suae existimationis, ac reipublicae periculum, dum voti compos fieret, parvi faceret. Ceterum vir summae prudentiae, ac moderationis, in humanitate atque affabilitate praecipuus, litterisque, ut erant illa tempora, in qua iuventus illius incidit, apprime excultus; Mathematicis etiam deditus: subditis tamen minus gratus, quod eos grauioribus vetricibus vexasset, quae pridie, quam obiit, aboleuit. Multa haeretici, & apostatae Ochimus, Vergerius, Balaeus, Sleidanus, alijque eiusmodi impuisti, & peruersi homines de eius gestis, & moribus confixerunt, atque in publicum ediderunt; ea tamen cum suis auctoribus in Infernum, vnde processerunt, retrudimus. In Capuccinorum Annalibus haec de Pauli salute legitur: Fr. Ioannes Baptista Pedemontanus Sacerdos, vir summae pietatis, cum preces ad Deum funderet pro Pauli salute, a Virgine Despara, cuius deuotissimus erat, instantissime postulavit, ut quid de Paulo Romano Pontifice iam defuncto in Dei iudicio actum esset sibi aperire dignaretur. Affuit oranti sereno beatissima Virgo, eamque sibi dicentem audit. Paulus plurimum in Dei iudicio laboravit, sed tandem salutem consecutus est indulgentiarum suffragio, quas is pro defunctis viuens concessit, quarum ope septuaginta septem milia defunctorum Animae a Purgatorij poenis liber a emerferunt; verum amen adhuc in Purgatorio delictorum poenas luit; atque his dictis abscessit. Haec ibi: cuius historiae fides penes Annalium illorum auctorem sit.

Scriptit Paulus versus quosdam; & Cicerois epistolas ad Atticum interposito hinc inde iudicio declarationibus illustravit. Epistolas ad diuersos, praesertim ad Fed. Nauazam; Des. Erasmus; Carolum V. Imperatorem; Franciscum I. Francorum Regem; Iacobum Sadoletum; Georgium Cortesium Cardinales, & alios; qui vicissim ei rescripserunt. Sunt Pauli litterae ad Franciscum Roborem Archiepiscopum Beneuentanum quibus non solum iura confirmat aliqua eidem, ac successoribus suis; verum commemorat in minoribus constitutum Archiepiscopatum gessisse Beneuentanum; vide illas apud Vghellium tom. 8. Italiae sacrae. Constitutiones Ecclesiasticas sexaginta quinque scripsit, quae extant in Collectione Romana; sexaginta, & nouae in magno Bullario Cherubini: praeterea pro solis Franciscanis vnam supra triginta rescripsit in fine to. 8. Annal. Minor. Fr. Lucas Vuaddingus. Marius Podianus Italus scripsit librum de Aduentu Pauli III. Romani Pontificis Perusium; & pompam, qua ea in vrbe exceptus est, explicauit. Narius Bandinellus Senensis Romae ad Paulum Orationem habuit. Paulo dedicauit suam Horatij, & Coratorum Historiam Petrus Aretinus: eidem Petrus Bembo S. R. E. Cardinalis sexdecim Epistolarum suarum libros, ac Ioannes Eckius Homiliatum tomum quartum, & Tractatum de Fide Hieronymus Perboni inscribere: litteras Paulo dederunt Iacobus Sadoletus Cardinalis; Eques Calalis, alijque plures. Conuerserat Paulus super mensam non fabulatores, aut rimos inducere, sed praestantes Philoosophos, & Theologos; & ipsemet veritatis indagandae, atque illustrandae causa proponere, de quo inter se disputarent: ea erat grauissimi senis, & prudentissimi Principis oblectatio. Quare cum Anconae versaretur, audiretque illic adesse proxenetae quendam Senensem, virum intelligentem, & vt putabatur, supra omnes aetatis suae perspicacem, eum, vt qui ta-

libus ingenijs delectaretur, ad se acciti iussit Paulus. Post aliquantum colloquium voluit Pontifex eiusdem annos cognoscere, & Vnum, & sexagesimum sum nasus, inquit. Hic cum Pontifex dubitare videretur, nudauit ille caput, & canos suos ostentauit. Admirans Papa, quomodo non etiam barba incantuisset, sed vix quadragenarii demonstraret, audiuit; Ne mireris Pater sancte, quoad quidem capilli amplius viginti annos barba seniores sunt.

Plura huiusce Pontificis numismata seruata vidi in Museis diversorum: horum vnu Basilicam Vaticanam exprimit cum lemmate: PETRO APOSTOLORVM PRINCIPI PAVLVS III. PONT. MAX. Alterum in prima facie Romae delineationem cum litteris: ALMA ROMA: in alia muliere sedente, cum lemmate: SECVRITAS POPVLI ROMANI: Tertium Pauli effigiem, & nomen hoc modo expressu: PAVLVS III. PONT. OPT. MAX. AN. XVI. in prima facie, in altera Farnesianum palatium Romae excitatum: cum litteris: DOMVS CVRA EIVSDEM IMPENDIISQVE A SOLO EXCITATA. aliaque multa his similia.

Titianea tabula Pauli III. Pontificis effigiem optime referens Romae inuenitur in Aedibus Barberinis: admirabitur quisque in octogenario, aetateque sene virentem, vigentemque animum nullis laboribus, nullis itineribus fessum.

In Aula Capitolij est Pauli statua cum sequenti inscriptione.

PAVLO III. PONT. MAX.

QVOD EIVS IVSSV, AVSPICIIS, ATQ. AERE COLLATO VRBEM SITV, ET DIVERTICVLIS VIARVM DEFORMEM, ET IMPERVIAM DISIECTIS MALE POSITIS AEDIFICIIS, IN MELIOREM FORMAM REDEGERINT, VIIS, AREISQ. CVM VETERIBVS DIRECTIS, ET AMPLIATIS, TVM NOVIS CONSTITVTIS AVXERINT, ORNAVERINTQVE.

LATINVS IUVENALIS MANNECTVS: HIERONYMVS MAPHAEVS CVR. VIAR. VRBE INSTAVRATA OFFICII ET MEMORIAE ERGO STATVAM IN CAPITOLIO OPT. PONT. POS. ANNO CHRISTI MDXLIII.

In Area Capitolina aeternum equestre simulacrum Antonini Pij reposuit, vt illi statuae subiecta inscriptio docet.

PAVLVS III. PONT. MAX. STATVAM AENEAM EQVESTREM A S. P. Q. R. M. ANTONINO PIO ETIAM TVM VIVENTI STATVTAM VARIIS DEINDE VRBIS CASIB. EVERSAM ET A XYSTO IV. P. M. AD LATERAN. BASILICAM REPOSITAM VT MEMORIAE PLAE OPT. PRINCIPIS CONSVLERET PATRIAEQ. DECORA ATQ. ORNAMENTA RESTITVERET EX HVMIORI LOCO IN AREAM, CAPITOLINAM TRANSTVLIT ATQ. DICAVIT ANN. SAL. MDXXXVIII.

AVGVSTINVS TRINCIVS. IACOBVS BVCCABELLA CAESAR DE MAGISTRIS CONSERVATORES. CVR.

Tum Romae, tum alibi plures Pauli memoriae leguntur praeter supra rescriptas Romae in Arcu Domitiani.

PAVLO III. PONT. MAX.

SAPIENTISSIMOQ. PRINCIPI QVOD RECONCILIATIS MAX. REGVM ANIMIS PACE TERRA MARIQ. PARTA REMP. CHRISTIANAM RESTITVERIT. S. P. Q. R.

Romae in via Paulina propes S. Angeli pontem de eodem hodie quoque legitur.

PAVLI III. PONT. MAX. AVSPICIIS VIAM AB AREA PONTIS HADRIANI AVG. AD VIAM IVLIAM DOMIBVS XXXIX. A PRIVATIS PVPLICA PECVNIA REDEMPTIS DISIECTISQVE. LATINVS IUVENALIS MANNECTVS ET HIERONYMVS MAPHAEVS CVRATORES VIARVM VRBIS ORNAMENTO ET POPVLI COMMODITATI APERVERVNT TERMINAVERVNTQVE ET DE PONTIFICIS NOMINE PAVLINAM APPELLARI IVSSERVNT. ANNO CHRISTI MDXLIII.

In Ecclesia S. M. in Aquiro Orphanoru, est talis Pauli memoria.

PAVLO III. FARNESIO ROMANO PONT. OPT. MAX.

QVOD PVEROS AC PVELLAS PARENTIB. ORBATAS DOMICILIIS MVNIFICO SVMPTV FVNDATIS AMPLISSIMISQ. PRIVILEGIIS COMMVNITIS DONAVERIT. ARCHICONFRATERNITAS ORPHANORVM GRATI ANIMI MON. POS.

Senensis responsu.

Pauli numismata.

Titianea tabula cui effigie Pauli Romae in Aedib. Barberinis

Pauli memoriae.

Romae.

In fronte Ecclesie S. Iacobi in Augusta, vulgo Incurabiliū, Romæ erecta est alia eiusdem Pontificis memoria, quam rescriptis in secunda parte Romæ Gaspar Alueri.

PIETATIS STUDIO

PAVLVS III. PONT. MAX. gente Farnesia, patria Romanus, secunda Hospitalis huius visitatione, procuratis liberaliter egrotum subsidijs, vt Animarū iuxta salutem consuleret Aram excitari iussit, vbi quoties Sacrum fieret eadem functis vita gratiæ condonarentur, quæ Beatorum Ioann. Lateranensis, Laurentij, Sebastiani, Gregorij, Pudencianæ, Praxedis, B. Mariæ de poenis Inferni, cæterarumque Vrbis Ecclesiarum, intra, extraque Altaribus ex antiquo Pontificum thesauro tribuat memorantur, quod vt memorie æternæ consecraretur pie domus Custodes marmore hoc excudi curauit. An. salutis MDXXXVII.

In Cœnobio S. Petri in Aureo monte.

PAVLVS III. PONT. MAX.

Omnibus Sacerdotibus qui in Sacello Hoc vel suo, vel alieno arbitrio sacrificauerint vna Animam ex Purgatorio quoties id fecerint instar Indulgentiæ Duorum Gregorij intra Vrbem, Sebastiani ac Laurentij extra Vrbis mania liberandi facultatem concessit. Omnibus autem qui Sacellum ipsum à Dominicæ Passionis vsque ad totam diem octauam Paschatis ritè visitauerint omnium peccatorum remissionem iuxta Romanæ Ecclesie morè perpetuo indulsit An. Pont. sui III.

PAVLVS III. PONT. MAX.

Prædecessorum suorum vestigijs inherendo ob eximiam omnium huic Templo deuotionem, atque obseruantiam inter alia quibuslibet Missam in hoc Sacello celebrantibus vicequalibet vnam Animam ex ijs, quæ apud inferos ad sua purgandum delicta sunt, eruntque destinata redimendi atque ab eisdem cruciatibus euocandi omnimodam perpetuamque facultatem concessit Anno Domini MDXXXVI.

Fulginei in Æde S. Feliciano sacra.

PAVLO III. PONT. MAX.

Quod xxv. auri nummos Ecclesie D. Feliciani à CLEMENTE VII. PONT. MAX. additos approbavit; totidemque Fridericò Saluis deprecantes in perpetuum condonauit. Sacerdotes post Idibus Nouembris MDXXXV.

Perusia in atrio Castellii.

PAVLVS III. PONT. MAX.

Tyrannide eiecta; nouo Ciuitatis, statu constituto, bonorum quieti, & improborum freno Arcem à solo excitatam mira celeritate muniuit Pontif. sui Anno IX. salutis MDXLIII.

In Tormento maiori, quod vrbis eidè minatur, & 11452. libras ponderat hæc.

PAVLVS III. P. M. ANN. DOM. MDXLIII. A PERVSIAE ASC. CARD. ARI. LEGATO.

Ibidem in Æde S. Laurentij.

QVID MIRVM CONDIT SI TERTIVS ARDVA PAVLVSVNVS APOSTOLICVM CONTINET, ATQ. DEI.

Anconæ verò in Arce.

PAVLVS III. PONT. MAX.

In propugnacionibus aptam, huc vsque extulit Mario Aligerio de Columna Episcopo Reatino, & Anconæ Præsidi; Baldo Vineto Episcopo Anconitano procurantibus cum Petro Ventura Zeffiro.

Ibidem.

PAVLVS III. PONT. MAX.

Hanc Arcem à Clemente VII. fundatam erexit, vt Anconam, totamque Prouinciam tutiorem ab hostium incurfibus redderet; Mario Aligerio de Columna Episcopo Reatino Ancon. Præsidi procurante Baldo Vineto Episcopo Anconit. MDXXXV.

Piscie in oppido Hetruricæ pernobilis, ad primum aspectum subuentium portam, qua iter Lucam est; scilicet in facie domus Thurinæ familiaris, quæ in biuio surgit hoc extat de Paulo monumentū.

PAVLVS III. PONT. MAX. Luca se à Caroli V. Imp. Colloquio recipiens, apud Thurinos diuersatus est XII. KAL. OCT. MDXLI.

Balthassar Thurinus ad decus, ornamentumque familie Rei memoriam hoc monumento consecrauit.

Soranam Ecclesiam, antequam Apostolicam sedem conscenderet Paulus, administrauerat, ab ann. scilicet 1533. vsq. ad 1534. Ecclesias alias rexit videlicet Parmensem, quam à Iulio II. anno Dom. 1509. obtinuit, & sub Leone X. referuato sibi regref-

A (su in gratiam Valentini dimisit; at defuncto Valentino, iterum Farnesius illam suscepit administrandam, & anno 1534. paucis ante diebus quam Petri Cathedram ascenderet, Alexandro nepoti attribuendam curauit. Foropoliensis, & Bertinorij quoque Ecclesie anno 1505. præfuit paucos tamen post menses eo munere se abdicauit.

De Paulo III. carmina scripserunt F. Marius Molla, Hieronymus Borgia, Petrus Cursius, Lelius Capilupus, & Iacobus Præfectus Siculus, qui eidem de verbo Dei Canticam inscripsit; alijque clari illius æui Poætæ.

Anno nostræ salutis 1539. Pauli III. Pontificis quinto pij quidam viri ciues Romani, Aulici, & Curiales considerantes sacratissimum Eucharistiæ sacramentum in Parochialibus Ecclesijs Vrbis minus honorificè conseruari, & per Vrbem ad infirmos deferri; Societatem vtriusque sexus sub iuocatione eiusdem Sacratissimi Corporis Christi in ecclesia B. Mariæ super Mineruam, ordinis fratrum Prædicatorum instituerunt, cuius sociorum sollempne erat curare, vt per singulas Vrbis parochiales Ecclesias cū honesto decore, & continuo lampadum lumine conseruaretur, & cum ad infirmos deferendum esset, ad sonitum campanæ Socij, & Confratres in vnum coeuntes, illud cum facibus accensis, comitarentur. Hoc pium institutum Pontifex sub finem anni 1539. videlicet pridie Kalendas Decembris approbavit, & confirmauit cum Indulgentiarum elargitione tam pro Romana eiusmodi Societate, quam etiam pro alijs Societatibus, & Confraternitatibus sub eadem inuocatione sanctissimi Corporis Christi vbilibet institutis, & instituendis. Anno verò sequenti 1540. ipse Paulus Pontifex aliam approbavit Societatem tam Ecclesiasticam, quam Secularium personarum pro erectione Hospitalium Orphanorum, & Mulierum à peccato conuersarū, nuper erectam auctore Hieronymo Miano, aliàs Emilianio patritio Veneto, qui cum plures pauperes orphanos propter bella in Italiam vrgentia passim derelictos vagari cerneret, pietate, & charitate motus Hospitale sanctæ Mariæ Magdalene nomine in suburbio Bergomesi inchoauit, quod ciuium elemosynis perfectum fuit, adeoque institutum placuit, vt etiam ad alias Insulariæ ciuitates tam pro Orphanis, quàm Conuertitis, vt vocant, mulieribus extensum fuerit, quibus Pontifex facultatem impertiuit constituendi sibi vnum Superiorem, aliaque priuilegia tribuit, quæ eius constitutione data Nonis Iunij eiusdem anni continentur. Fuit verò postmodum hæc Societas translata à Pio V. in Congregationem Clericorum Regularium S. Maioli; aliàs de Somasca dictam, cum nonnullarum gratiarum elargitione sub regula S. Augustini. Romæ quoque anno sequenti 1541. Confraternitatem ad pauperes orphanos vtriusque sexus educandos, & bonis artibus instruendos, fortè ad institutionem Emilianæ institutum, constitutione data 7. Idus Februarij approbavit, ac de nouo instituit, sub inuocatione B. Mariæ Visitationis Orphanorum, & in Archiconfraternitatem, & caput omnium aliarum Confraternitatum, & Hospitalium, aliorumque quorunlibet locorum eorundem orphanorum puerorum, & puellarum vbilibet institutorum cum diuersorum priuilegiarum, & indulgentiarum elargitione. Auxit etiam anno 1542. Neophytorum, hoc est Iudæorum, & Infidelium Christianam fidem amplectentium priuilegia, data ea de re constitutione vigesima primæ die Martij eiusdem anni. Aliamque paulò post addidit de institutione Hospitalis, & monasterij pro iisdem Neophytis, Cathæcumenis, Iudæis, & Infidelibus Catholicam fidem amplectentibus, & Archiconfraternitatem pro eorundem regimine. Sex quoque Cardinalium Congregationem instituit sapientia, zeloque præstantium, qui summa cum potestate in hæreticos, & deprauatos in fide inquireret. Huic Congregationi in S. Ignatio de Loyola Societatis IESV Patriarcha erectæ, S. Ioannis Ædem ad Capitolij radices erectam, vulgo S. Ioannis in Mercatello dictam concessit, eamque priuilegijs auxit. Ecclesiam S. Mariæ super Mineruam in Cardinalium titulum erexit, Ædem S. Mariæ Plantarum cognominatam, aliàs Domine quæ vadit; extra Vrbem, restaurauit; sanctum Franciscum Xauerium natione Nauarum, vnum ex decem primis Patribus Societatis IESV in Indiam ad Euangelij lucem propagandam ablegauit; Milites S. Pauli instituit, seu potius confirmauit, vti etiam S. Georgij, & Lauretanos illoque amplissimis priuilegijs donauit. Ædem B. Virginis Lauretanam non modò Indulgentijs, & beneficijs cumulauit; sed etiam indignum ratus sacre illius Domus ministros ad vsum domesticum, vix pecunia emptū saltem habere posse, vicenos eis quotannis salis saccos ex Ceruiciæ salinis assignauit gratuitos; nec contemnendum beneficium siue muneris perpetuitatem, seu necessitatem accipientium, siue dandis animus spectes. Ipsam quoque Ædem prædijs locupletauit; nec fortunis tantum, sed etiam Ministris eandem auxit; satis enim gnarus integræ pueritiæ preces Deo, Deiparæque acceptissimas esse, Collegium duodecim Alumnorū instituit; ibi lectissimos pueros institui iussit ad laudes B. Virginis decantandas. Nosocomium Laureti aperuit ægris aduenis præcipue curandis; alio scabiosis, ac leprosis extra mœnia loco assignato. Nec pauperum peregrinorum cura prætermissa; illis enim excipiendis Xenodochium institutum; vbi benignè alerentur per triduum, & discedē-

Item Foropoliensis.

Societas estissimi Corporis Christi in Vaticano.

Illam Paulus confirmauit.

Hieronymus Miano Societatem instituit, quam Paulus approbat.

Aliam Romæ erectam approbat.

Neophytos priuilegia assignauit.

Titulum S. Mariæ supra Mineruam instituit. Ecclesiam S. Mariæ Plantarum restaurauit. Franciscum Xauerium ad Indos mittit. Equites instituit. Lauretanam Domum vniuersi beneficijs cumulauit.

Fulginei.

Perusia.

Anconæ.

Piscie.

Soranam Episcopus ante Pontificatum. Episcopus Parmensis.

Plures Lauretana ad em in-
uisti.

Vicarij B. Virgine Viterbien-
Et in vrbē Viterbijs beneficia conser-

Episcopi li-
ij. iudicium-
munt.

Vaticani
iudicium
conser-

Papae an-
te Pontifi-
catus An-
chipses-
Lateranē-
si fuit.
Ecclesiam
Lateranē-
si instaur-
at, & con-
ser-

Propola-
m fori-
laxi.
Contra-
uit propu-
gnaculum
in vrbē
Delet Te-
plum Pal-
ladi.
Imagines
S. M. Ma-
ioris, & in
Porticu
per vrbē
ponat.

Papae
Vaticani
obitus.

Iacobi
Tuscani.

Beati Rbe-
nani.
Conradi
Peutinge-
rij iudicium
fuit.

Concilij
Colonien-

Petricouen-
cie.

Augusti.

Duo Petri
conuicia.

Treuerie.

tes, pane, vino, calce pecunia iuuarentur. Eiusdem iulij filius Lauretanis incolis noxia caesa, nebulosa exsiccata lacuna; colles Lauretanę sedi officientes ad solum diruti; aedes Pontificę, porticus extructę, Templique tholus plumbeis tectus laminis. Siquoque praesentia sacram illam aedem cohonestauit; nam intra triennium bis Lauretanam Virginem inuisti; semel anno 1541. iterum triennio fere post, temper praecleara B. Virgini dona offeredo; Pontificales scilicet, Altarium, & Sacerdotales vestes aureas, clara religionis, ac munificentia suę argumenta. Templum quoque Virginis supra Quercum apud Viterbium pluries visitauit, ac Sacrum ibidem celebrauit. Vt suum in Virginem Deiparam exprimeret affectum, sui ipsius simulacrum perpetuo ante Mariae aram adesse voluit. Amplam, rectamque viam a ciuitate ab aedem hanc Virginis vmbrosis vndique conflatam arboribus aperuit: Templum ipsum vrbis primarium contignatione, ac laquearibus aureis exornauit. Praesidis palatium, arcemque fere collapsam restituit, & amplificauit: duodecim Clericorum, qui Ecclesiae principii inferuieret, Collegium erexit, & pro illius subsidio plani Balnei proventus assignauit. Viterbiense quoque Xenodochium inuisti, auxitque annuis redditibus ad aegrotantium necessitates subleuandas; litterarum studium Viterbij inchoatum, generali priuilegio confirmauit; ac vt eandem ciuitatem maiori splendore, ac ornamento decoraret, Collegio in ea Equitum Lilię erecto, eorum sedem constituit.

At in Romanas Basilicas Pauli munificetia maximę enituit: Vaticanam ex lateritia marmoream reddidit, eamque Tiburtino lapide mirifice ornauit: in eiusdem Basilicę monumentis haec legimus. *A sinistro Basilicę latere ad Aquilonem Paulus III. piissimus Pontifex transferri fecit Organum ex priori loco, sex porphyreticis columnis sustentum, sub quo transferri fecit, & Corpora SS. Processi, & Martiniani simul cum Altari, & Statua B. Petri in throno sedentis, ex priori Oratorio, vbi olim erant, nec non Imaginem Desipare Virginis, qua erat in parietibus supra Oratorium S. Leonis Papa. Ibidem sanctissimi Sacramenti, ac SS. Simonis, & Iude Altare ornamentis plurimis auxit: ibi enim legebatur: *Altare SS. Sacramenti, & SS. Simonis, & Iude a Paulo III. ornatum.* Lateranensem quoque Basilicam, cuius ante Pontificatum Archipresbyter fuerat, amore summo est prolecutus, eamque vt etiam Capitulum priuilegijs plurimis communiuit, & confirmauit omnia, quae a superioribus Pontificibus fuerant illi concessa. Et insuper constituit, decreuitque Lateranensem Basilicam, & Ecclesias eidem subiectas, aut eandem Rectores litteris Apostolicis non teneri respondere, nisi de hoc indulto expressa in ijs fiat mentio. Ecclesiam eandem sacra suppellectile auxit, tectum reparauit, eiusque Archipresbyterum iudicem assignauit in omnibus causis contra quoscunque. Neque veró Templum, ac sacras Aedes tantum, sed & reliqua vrbis aedificia cordi fuisse Paulo: Propolarum forum ad montis Giordani radices laxauit; in Auentino propugnaculum construxit: Templum Palladis in foro Boario delevit: stadium Romanum direxit. Imagines S. Mariae Maioris, & S. Mariae in Porticu bis solemnii ritu per vrbem deportat ad Turcarum impetus arcendos, & ad pacem Christianam reipublicae obtinendam: Diplomatus editis fauit Fraternitati Rosarij, & Coetui Conceptionis immaculae Virginis. In nobiles Romanas familias bene affectu oppidum Rocce maximę diocesis Veleritanae Comitum Romanorum familię restituit.*

Sedente Paulo in Petri Cathedra, anno scilicet reparatae salutis 1547. xvij. Kal. Aprilis, e viuis excessit Franciscus Vatablus in Ambianis natus, trium linguarum peritissimus, sed praesertim Hebraicę adeo vt Hebraei ipsi Lutetia eum publicę regio stipendio profitentem admirarentur. Qui cum nihil de sacris litteris, quibus se addixerat, scripserit, siue naturali pigritia, siue morte praeventus, multa nihilominus eius generis ipsius nomine circumferuntur. Eodem vero die, & anno, quo Vatablus, mortuus est, etiam Iacobus Tuslanus Rhemensis, Graecorum litterarum in Academia Parisiensis doctissimus regius professor, cum eodem, quo Vatablus die in regionum professorum Collegium coopertus fuisset. Mortuus est etiam Argentinae die 20. Maij anno aetatis 63. Beatus Rhenanus Seldstadiensis, qui bonos Auctores commentarijs illustrauit: & 28. Decembris Conradus Peutingerus Iuriconsultus, patrius Augustanus, aetatis anno 82. cuius extat tabula Peutingeriana a M. Velfero postea edita, doctissime probata.

Sub Paulo plura Concilia habita in orbe Christiano, anno videlicet 1586. Colonienſe auctoritate Hermanni Archiepiscopi, pro reformatione Clericorum, & Caeremoniarum Ecclesie Colonienſis habitum.

Alterum Petricouienſe anno 1539. congregatum iussu Ioannis Latafcij Archiepiscopi Gnesnensis ad mores, & disciplinam Cleri totius regni Poloniae instaurandam.

Tertium Augustanum dictum, sed celebratum Dilingae iussu Othonis Truchies Cardinalis S. Balbinę ad corrigendū Clerum.

Alia duo Petricouienſia sub Gamarato Archiepisc. Gnesnensis, vnu ann. 1540. alterum 1544. habita pro reformatione Cleri, pro libertate Ecclesiastica conseruanda, & contra Lutheri haerelium.

Duo ite Treuerieſia, iussu Io. Archiepisc. indicta an. 1548. & 1549.

Alterū Colonienſe auctoritate Adolphi Archiepiscopi an. 1549 vnum Moguntinum auctore Sebastiano Archiepiscopo in causa fidei.


Vnum item Lancienſe in Polonia ad vnitatem fidei seruandam, vitandasque disputationes de religione inter epulas, & pocula, quas haeretici de industria mouere consueuerant.

Demum sacrosanctum Oecumenicum Tridentinum ab ipso Paulo indictum, ac celebratum diuersis temporibus, tum Mantuae, tum Tridenti, ac Bononiae cuius apologiam Albertus Pighius natione Belga edidit.

Paulus III. Pontifex maximus decem, & septem ex Ciaconio, ex Contolorio post duodecim tantum ordinationibus renunciauit vnum supra septuaginta Cardinales; Presbyteros scilicet quinquaginta octo, Diaconos tredecim; quorum series haec est.

PRIMA CREATIO CARDINALIUM Pauli Papa III.

Anno a partu Virginis 1534. Pontificatus primo; Paulus III. die Veneris 18. Decembris, cum obtinuisset die 16. Cardinalium vota, Romę in Vaticano vnum Diaconis Cardinalibus adscripsit. Ciaconius ad diem 16. Maij anni 1535. primam Cardinalium enunciationem refert, & duos fuisse affirmat; nos tamen ex ipsius Pauli Diplomate certo scimus, mense Decembri vnum tantum Cardinalibus adiunxisse, qui fuit.



ALEXANDER Farnesius Romanus, ex antiqua, & nobilissima Farnesiorum familia, quae principem locum inter Romanos obtinet, & vrbis ueteris monumentis ab hinc annos quingentos honorifica mentione laudatur, Petro Aloysio Parmae, & Placentiae Duce, & Hieronyma Ursina honestissima, ac pari generis claritate formosa, ann. Christi 1520. die 7. Octobr. natus, cum iam inde a puero mirifica virtutis indole splenderet, quae in litterarum studio Bononiae se magis in dies ostendebat, a Clemente VII. Ecclesiae Parmensis Administrator constitutus, ab auctore suo Paulo annu agentis decimum quartum, seu decimum quintum, inter Diaconos Cardinales cum denominatione S. Angeli in Foro piscium coopertatur. Die 13. Augusti anni sequentis 1535. relicta Diaconia S. Angeli, nominatus est Diaconus SS. Laurentij, & Damasci: ex Diaconorum primò, Presbyterorum princeps, omnium Cardinalium consensu postmodum electus est. Die Veneris 14. Aprilis 1564. ex Presbytero Cardinali Episcopus Sabinus, & die 12. Maij eiusdem anni Tusulanus; die Mercurij 7. Februarij anni sequentis 1565. Portuensis, ac S. Rufinae; & die 9. Iulij 1578. Ostiensis, ac Veliternus, & sacri Collegij Decanus, S. R. E. Vicecancellarius; & Basilicarum, S. Mariae Maioris primò, deinde Vaticanae Archipresbyter renunciatur.

Hieronymus Fracastorius clarus sui zelum Poetae Alexandri Farnesij iuuenis purpura ornati eleganti hoc carmine laudes cecinit.

*At tibi quas inuenis fortunatissime dignas
Attribuam laudes, generis spes altera tanti,
Inclyte ALEXANDER, puerum quem plurima virtus,
Canaque consurgens teneris prudentia in annis,
Et spondens maiora astris felicibus aether
Ad summos meruim ante annos euexis honores,
Et sacri gestare dedisti decora alta galeri?
En quantum de te sacri sibi Pastor ouilis
Spondet AVVS tuus ille, animo que gaudia versat
Forſitan, & proprio non tam gauſus honore,
Quam spe sublatuſ, anti, & virtute Nepotis,
Nescio quid manus praesaga mente voluit
Scilicet, & gnarus factorum, & praescius ausi
Venturi, illa videt felicia tempora, cum tu
Sede sua, solioque Dei, Dijs proximus ipsis
Conſideas, cum Pontifici tibi maximus Orbis
Gratetur, supplexque tuis ferat oscula plantis,
O mihi postrema tantum dent Numina visa,
Iſpe etiam, vt tuis te tremulus, confectus, & annis,
Aspiciam, sanctosque pedes prostratus adorem.
O & si possim canere, & tua dicere facta,
Et ventura nouo tecum secla auea Mundo.
Nam video sub te vitulum, longaeque fugatum*

Colonien-
Moguta.
Lancien-
Tridenti-
Cabreta-
Andr. Vi-
torell. in
Addit. ad
Ciaconii.
Pet. Riba-
deneira, &
Io. P. Mas-
sens in vit
S. Ignatij.
Gaſp. Ion-
gel' in hist
Abb. Ord.
Cister.
Anton. Sā
der. in Elo-
gijſ Card.
Hippolyt.
Marrac. in
Purpura.
Mariana
Laurentius
Scaderus
in monu-
mentis Ital
Lud. Jac.
de S. Carol
in Biblio-
thec. Pōt.
Gallia.
Christia-
nae. Ant.
Petramell
Henricus
Spōdamus
in Annal.
Ecclesiast.
P. Emil.
Sanſtorde
12. Virgin
Paulus de
Ang. in de
ſcript. Ba-
ſil. S. M. M.
Aloyſ. Le-
lus in hist.
Ecl. Mos-
tae regalis.
Leander
Albert. in
deſcr. Ital.
Horat. A-
uicenna in
hist. Cing
Famiā Stra-
da de Bel-
lo Belgico
Pōp. Viz-
zan. in hist
Bononiae
Marius vi-
pera in an-
Chronol.
Archiepif
Bancuent
Bonuuent
Angelus in
Historia.
Parmenſ.
Bonuuent
Theali in
Theatro
hist. Velt.
Gaſpar Bu-
gat. in hist
Iac. Boſtus
in Histor.
Bart. Chi-
occarell.
de archiep
Neapol.
Iacob. Phi-
lip. Toma-
ſin. in elog
Scipio Am-
mirat. in
hist. Florē
Rocchus
Pyrrhus in
notijſ Ec-
cl. Sicilien
Ferdin. Vo-
ghellius in
Ital. ſacr.
Felix Con-
telorus in
Elencho
Abbey in
Vita
Panibius

*Maumethem se Caucasus includere portis:
At pacem viridi redimitans tempora oliva
Ire per Europam magnam, atque inuisere terras:
Quam pia religio, & sanctis concordia dextris,
Et probitas, & amor rectis comiserunt euntem.
Salus magne Tybri. Salus, & tu maxima rerum
Roma parens. Saluete arces, collesque Latini,
Aurea qui primis longo meminisisti ab ano
Secula, cum nulli variarent ingera sulci,
Sponte sua sed terra ferax daret omnia, & ipsa
Præberent aulci vultum de robore glandes,
Et nunc venturis eadem speratis ab annis.*

Iacobus quoque Sadoletus Episcopus Carpenteracensis his litteris de noua dignitate Alexandro gratulatus est.

Quo tempore primum de tuo honore, amplissimaque dignitate nuncijs ex Vrbe ad nos huc peruenit, etsi statim cogitans existimare cepisti, te quamquam etate adhuc effes adulescens, indole tamen virtutis, & commendatione ingenij dignum habitum esse, cui tantus honos iure committeretur; tamen quo minus festinarem dare ad te litteras, tuæque, & presentis, & sperate amplitudinis gratulari, illa res effecit, quod neque natura mea, neque institus iniqua fuit, ita accurate ad laudem, & ad gratulationem, ut fortunam magis, quam iudicium secutus viderer. Itaque, etsi te probe noveram, quo ex genere ortus, & in qua familia educatus esses, splendoremque, & nobilitatem maiorum tuorum, in tuis iam nunc moribus, & in tua indole, ac natura lucere intelligebam. Tum autem sepe videram, quo studio, quantaque cura, ac diligentia optimus, & maximus nunc Pontifex, tunc etiam, & semper hoc principatu dignissimus erga omnes suos optimis, & studijs, & moribus imbuendos vti solitus esset; ut se illius sanguine creatum, præceptisque eruditum, in eum virum, quem sperarem, euasurum possemus iam considerare. Tamen ne sic quidem properandum mihi duxi, sed expectare volui, quoad certius aliquid de te ipso ad nos perferretur. Postquam vero plurimorum litteris, ac nuncijs, unaque, & constanti voce omnium de tuo ingenio, tuæque modestia, deque optimis, & liberalissimis moribus, illaque in primis admirabilis comitate vera nobilitatis socia, qua tu probus, & doctus præcipue complecteris, fama ingens increbuit; egoque Auenione tuas quasdam legi litteras diligenter scriptas, quibus cura, & sollicitudo animi tui indicabatur; ut in Ecclesia, que ad Deum, & ad cultum religionis pertinent, ritè, atque integrè administrarentur omnia, quam ego virtutem omnium maximam esse iudico: tunc demum existimans maturum esse scribere aliquid ad te, & tibi de tuis amplissimis ornamentis gratulari; cum iam non ad incertam amplius spem, sed ad firmam, & fundatam de te opinionem meam, & letitia, & gratulatio dirigeretur. Gratulor igitur tibi, & ex animo gratulor; quod tum honore isto, quo es affectus, tum etiam spe, quam de te eximiam summam virtutis præbes, magnam in te præsidium simul, & ornamentum, cum etas nostra habitura esse videatur, tum Christiana vniuersa respublica. Non enim tibi à tantis munitis, talibusque profecto exiguam quicquam, aut mediocre spectandum est; neque opes, atque imperia eo pertinent, ut angustiis sinibus vel aëriam, vel temporum, magnorum virorum animus includatur. Sed tibi de te ipso sic meditandum iam, & constituendum est, ut ita te instituas, atque appareas, quo tua te præstans virtus, ac nobilitas, & publicè omnibus, & priuatim possit esse emolumento. Hæc enim vera dignitas est, veraque amplitudo sic se exhibere ceteris, ingenijque, & auctoritatis opes ita expositas omnium temporibus habere, ut ad alios tuorum laborum fructus, ad te ipsum letitia animi, voluptasque perueniat. Quam rectè agenda vita rationem, qui secuti non sunt, non tam honore ipso, quam vanis insignibus honoris habiti sunt ornati; sepeque eos exitus habent, quos graue mihi est commemorare; tibi autem videre, & intelligere in promptu est. Nihil enim stabile est in fortuna, neque perpetuum, quod prudentia, & aequitatis, in primisq; humanitatis, & modestia quasi vinculis quibusdam constructum non sit; & cui præpotens Deus fautor non accedat; Quo ab vno omnium bonorum, & copia, & perpetuitas nobis est petenda. Atque hæc scire agere, atque suspicere, videreque quibus consilijs quam optimè, & quam rectissime vita dirigatur, non minimum quidem ab etate, atque à natura, sed plurimum ex litteris; philosophiaq; acquiritur. Est enim ea sola ars rectè viuendi, que à fontibus viuis, non ex riuis auarienda est, non ad instituendum duntaxat animi, sed ad ornandam quoque orationem adhibenda. Sed quid ago? aut quomodo à suscepto gratulandi officio ad quandam præcipiendiarationem delabi me sum passus; qua tu non indiges, aut si ea tibi quoquomodo opportuna est, habes domesticum exempli præstantissima virtutis, unde formare te, & fingere ad omnem excellentiam queas. Tuus enim maximus Pontifex, tuus iste honos, & domus tue gloria, ex qua qui virtute, & sapientia primarius semper fuit, idem in presens Orbis terrarum est Princeps. Sed ignosces etas mea, eique amori, quo in te mirifico sum incensus; ut enim me non sine vlla sollicitudine esse sinis, nec de virtute tua quidem dubitantem, sed incredibilem de te hominum expectationem pertimescentem, fecitque ut te admonerem, cū tu in hoc ve,

lari theatrum publica de te letitia, & celebritatis ingressus sis, tantis diuinis muneribus ornatus, quanta vix optari debere videantur. Et cum tibi natura excellens ingenium, fortuna insignè potentiam, maiorum virtus summam nobilitatem, domestica institutio morem honestum, consuetudinem splendorem, rudimenta artium ingenuarum perliberalia tribuerit, ut intuerere, & cogitare, quid expectari putes à te, quid tu reddere maioribus tuis, quid omnium spei de te prestare debeas. In quo tamen confido, Dei primum immortalis ope, & beneficio, tua deinde virtute cum annis una adulescente, eis te instrumentibus litteris, quarum tu optima, & præclarissima studia sibi delegisti, cunctiorum te opinionis, & votis plane satisfacturum. Quod ut ita eueniat, sibiq; iste honos sempiternus, & laudi, & felicitati sit. Deū eundè supplex omnibus precibus rogo, atq; oro. Vale. Kal. Decēb. 1536. Carpenteracē.

Eiusdem Cardinalis animi dotes laudibus extulit Franciscus Marius Molla Mutinensis, celebris sui aui Poeta.

Rexit Episcopus Giennensem in Hispania; Massensem in Hetruria; Spoletinam in Umbria; Visensem in Lusitania; Anagninam in Hænicis; Maceratensem in Marca Anconitana; Herbipoleus in Germania; Bituntinam in regno Neapolitano; Archiepiscopus Auenionensem in Gallia; Montisregalis in Sicilia; Beneuentanam in regno Neapolitano; & Patriarcha Hierosolymitanam Ecclesias. Per singulos harum dignitatum gradus ita grauiiter, incorruptè, piè, ac prudenter versatus est, ut quamuis maiorum stimate, & longo sanguine censeatur, nobilitas tamen illi, vnica, & sola virtus esse potuerit. Cuius quanta fuerit auctoritas, & in rebus gerendis dexteritas, variz, & grauissimæ legationes haud obicure testantur; nam adhuc adulescens anno 1541. ad Carolum V. Imperatorem, & Gallorum Regem, qui Lutetia Parisiorum conuenerant, ut vtrique Pontificis nomine gratularetur, mittitur.

Mortuo Cardinali Auxitano, Auenionis, deinde Patrimonijs Legatus renouciatur. Ad Imperatorem, qui à Petro Aloysio, vt Pontificem alloqueretur, exorari, non potuerat, Genuam veniens, singulari dicendi vi, qua maximè ad persuadendum pollebat, reluctantem Cæsarem ita delinuit, ut Pontificem ad oppidum Buxetum Imperator conuenerit. Nec multo post Cæsar Sicambri domitis, eundè Alexandrum Farnesium Card. pro pace inter se, & Regem Gallorum, à Pontifice legatum audiuit. Is æquissimas pacis condiciones cum Cæsari offerret, Regem scilicet regni Neapolitani, & Mediolanensis principatus iura ei conferaturum, Sabaudiam Duci redditurum ea lege, vt Subalpinam regionem bello acquisitã Gallus retineret, Cæsar recufauit. Quare Farnesius paululum commoratus, haud longè post eam occasionem desideratum Cæsar respondit. Alexandri Cardinalis itinera M. Antonius Flaminius carminibus suis illustrauit.

In illo acris, & periculoso contra Protestantes in Germania bello cum duabus Italicorum militum fortissimis legionibus, aliisque copijs, & mille cataphractis equitibus, Octauio fratre militiæ Duce, Cardinalis Farnesius legatus auxilio Cæsari superuenit. Diuerforum Collegiorum, Confraternitatum, Sodalitiorum, Sicilia, Arragoniæ, Lusitaniz, Poloniæ, Imperij Romani, Genuensis reipublicæ, ac Ragusinae, ordinisq; Benedictinorum patronus fuit. Collegium patribus Societatis Iesv ad Ecclesiam Montisregalis in Sicilia, cui ipse præerat; Templum sancto Syluestro in monte Sora de D. Antonij Ædem; Monasterium ad Aquas saluias; Sacellum S. Mariæ de Scala cœli ibidem à fundamentis erexit, aut restitaurauit: vt indicant characteres sequentes ad ianuam Ecclesiæ positi.

ALEXANDER FARNESIUS S. R. E. VICE-CANCELLARIUS FECIT MDLXXXII.

Templum denique augustissimum in Vrbe eidem patribus Societatis Iesv à fundamentis erexit, in quo interius in Occidentali parte Inscriptio hæc prudens adiecta.

ALEXANDER FARNESIUS CARDINALIS S. R. E. VICECANCELLARIUS PAVLI III. PONT. MAX. NBPOS, CVIUS AVCTORITATE SOCIETAS IESV RECEPTA PRIMVM FVIT; ET DECRETIS AMPLISSIMIS ORNATA; TEMPLVM HOC SVÆ MONVMENTVM, ET RELIGIONIS, ET PERPETVÆ IN BVV ORDINEM VOLVNTATIS A FVNDAMENTIS EXTRVXIT. ANNO IVBILEI MDLXXV.

Huiusce Templi constructionem præsenferat olim S. Ignatius, dum viueret; nam cum vir quidam pecuniosus Templi nostri miseratus angustias, ædem nobis ædificare vellet laxiorem; sed descriptionem quandam suam sequeretur cum dignitate quidem illam, & elegantia, veruntamen ad religionis nostræ vsum parum idoneam; Ignatius piam viri voluntatem vtrique accepit; egitque, vt debuit gratias; rem verò ipsam animo fidenti reiecit, quod sibi compertum esse diceret, non defuturum olim, qui Templum nostris muneribus accommodatum extrueret; quam præsentationem Alexandri Cardinalis Farnesij eximia religio, & regia planè magnificentia comprobauit. Nam 6. Kal. Iulij anni à partu Virginis 1568. idem Farnesius, & Cardinalis Augustanus, qui Sacrum ritè fecit, primarium in fundamentis lapidem magnifici Templi in-

sanctissimo IESV nomine dedicati ad ædes Professorum posuerunt. Ad quod iam perfecti an. 1583. ex peruetusta æde SS. Colmæ & Damiani, Gregorij XIII. summi Pontificis concessu, precibus Alexandri Cardinalis, Abundij Presbyteri, & Abundantij Diaconi martyrum sacra corpora 17. Kal. Octobris magnificæ ceremoniâ illata sunt. Celebrata est supplicatio non solum ab Religiosorum familijs, sed etiam ab Sodalitio, quod erat B. Virginis in Collegio Romano, ab Clericis, & Conuictoribus Seminarij, ab Germanico, Hungaricoque, & Anglicano Collegijs; quoque latius pompa explicaretur ad sinistram clui Capitolini, per macellum Coruorum ad Romanum Collegium perducta est, ubi cuncta ingenij, litterarumque opera cõstituerant. His feria quinta gestis, toto inde triduo sacra pignora in ara ad id medio Templo excitata, populi, qui plurimus accurrit, venerationi fuere proposita. In sequenti anno 7. Kalendas Octobris procurante eodem Alexandro Cardinali recondita sunt in concamerata cella subter ipsum altare maximum loculo inclusa nobili è punice rubenti marmore, ibique hodie religiosè coluntur. Eodem anno nostræ salutis 1584. ritè à Cardinali S. Severinæ idem Templum consecratum est, & die Assumptæ in cœlum Deiparæ idem Gregorius Romanus Pontifex nouæ Basilicæ decus addidit, solemnia Pontificalia cum Cardinalibus inibi celebrando, quo primum die sacrosancta Hostia in ara principe immolata est. Eadem quoque SS. Laurentij, & Damasi de Vrbe insigni laqueari, & præstantium pictorũ signis exornauit, id innuit non longè ab ara maxima inscriptio.

ALEXAND. FARNESIVS CARDINALIS VICECAN. DEO ET SANCTO MARTYRI LAURENTIO DEDICAVIT.

In Ecclesia beatæ Mariæ Virginis Montisregalis à Guillelmo II. Siciliæ Rege cognomento Bono ædificata, pauimentum strauit è rubro marmore albis lineis vermiculato, in cuius media naui eiusdem Guillelmi insignia posuit cum hoc disticho.

*Gratus Alexander Regi FARNESIVS Arma
Guillelme hac posuit Tempia quod ipse Deo.
MDLXIX.*

In ingressu autem portæ maioris visuntur ipsiusmet Cardinalis insignia cum hac inscriptione.

**ALEXANDER CARDINALIS FARNESIVS
S. R. E. VICECANCELLARIVS
ARCHIEPISCOVVS MONTISREGALIS MDLXIV.**

Sed, & propè atrium Chori eiusdem Cardinalis sternata extant cum his versibus.

*Templa dicat Rex strata solo, FARNESIVS addit
Marmora; nil aliud splendida tecta petunt.*

Tectum eiusdem Ecclesiæ restaurauit: Porticum quoque, quæ plateam respicit, extruxit, atque in ea marmoream B. Virginis statuam collocauit cum epigraphe.

**PER VIRGINEM, ET MATREM CONCEDAT NOBIS
DOMINVS SALVTEM, ET PACEM.**

Ad diuini verò cultus augmentum Sacerdotibus eidem Ecclesiæ inseruentibus ampliores redditus assignauit.

Basilicam S. Mariæ Maioris de Vrbe, cuius fuit, vt diximus, Archipresbyter, precioso donario ornauit. In Vaticano Templo aræ Vultus sancti dotauit; duoque Sacerdotia erexit, vt in ea sacram Hostiam diebus Dominicæ, Lunæ, & Veneris Deo libarent. Crucem, & duo Candelabra Aurea pretio scutorum quindecim millium eidem Ecclesiæ dono dedit. In Orphanos quoque beneficia quamplurima contulit Alexander, vt etiam Odoardus Cardinales Farnesij quare in illorum Ecclesia Romæ hoc ad posterum memoriam monumentum illi posuere.

**ALEXANDRO ET ODOARDO CARDD. FARNESIIS.
Quorum alter Pauli Nepos Orphanorum, Orphanarumque; Domos
Decem millium Aureorum locupletatas
Constanti semper patrocinio defendit.
Alter eiusdem Pontificis Abnepos, tutela optima
Atque elemosynis plurimis adiecit
Quadringentos Aureos quotannis, dum viueret
Et bis mille alios moriturus
Testamento legauit.
Archiconfraternitas Orphanorum
Grati Animi Mon. Pos.**

Neque solum Vrbs Tempia, sed ipsam Vrbs ædificijs ornauit; nam nobile palatium à Paulo patruo inceptum perfecit; vt sequens epigraphe in porticus fronte apposita clarè indicat.

**ALEX. CARD. FARNESIVS VICECAN.
EPISCOVVS OSTIENSIS
ÆDES A PAVLO III. PONT. MAX.
ANTE PONTIFICATVM INCHOATAS
PERFECIT AN. MDXXCIV.**

Hortos etiâ Transyberinos è regione Palatij positos ampliauit, quos Aurelius Vrbs carminibus descripsit.

Ciaccon. Vit. Pontiff. & Cardd. Tom. III.

Vrbem quoque Viterbiensem multis affectis beneficijs; quare grati animi ergo ad perpetuam rei memoriam ad vrbs eiusdem iauuas hæ leguntur inscriptiones.

EX AVCTORITATE

**ALEXANDRI FARNESII CARD. LEG. PERPET.
POPVLVS VITERB. PORTAM FARNESIAM APERVIT
VALLIAM MINVS COMMODO LOCO POSITAM CLAVSIT
ANNO MDLXIX.**

Ibidem ad portam Sixti.

**ALEXANDRO FARNESIO CARD. LEG. PERPET. P. P. QVOD
PROVINCIAM SVMMAM IN TRANQVILLITATE CONSTI-
TVERIT ET VITERB. QVOTIDIE AVGET ATQ. ORNAT S. C**

Quare qui celebrem hunc Cardinalem, liberalitatis fontem; Farnesij gentis facem; Principum conciliato rem; eruditum columen; pauperum parentem; prouinciarum patronum; Romæ, & Italiae decus nominauit, à veritate aberrasse non dixerim.

De illo hæc Petrus Victorius in Epistolarum vnâ ad illum data. *Cum enim vixisti apud nos, ita te moderatè, temperanterque; gessisti; omnibusque in rebus ea documenta sapientia dedisti, vt nullum tuum factum reprehendi potuerit; multa que meritis laudari. Quare coniectis omnium oculis in te, perspectaque tanta integritate vita, cunctis tibi fauebant, atque omnia bona optabant, & tanquam imaginem quandam honestæ præclaræque vite se inueniri arbitrabantur. Mansit igitur diu, & manet adhuc in pectoribus multorum simulacrum hoc tua virtutis, nec facile delebitur memoria illa tam eximie à te transacti illius temporis ex animis nostrorum hominum.*

Quam autem diligenter se ad bene, pieque moriendum religiosissimus hic Cardinalis comparauerit, paucis innuere sit satis. Biennio ante mortem, paucis religiosis comitibus delectis, Vrbs strepitum fugiens, sese in Villam recepit suam, colligens que antea vitam diligentissimè perlustrauit, sacra macularum omnium confessione animum expiauit, ab eoque tempore vberiores erogauit elemosynas; de rebus æternæ patriæ frequentius loquebatur, tumulum mente inspiciebat; in Deum bonorum fontem diligentius animum intendebat, vt sancto mortalis vitæ fine ad felicem immortalitatem sibi aditus diuina clementia patefieret. Singulis septimanis plura Sacra in suarum, vt aiebat, noxarum remissionem celebrari, plura in pauperes erogari præcepit; septè celebres Vrbs Ecclesias religiosè voluit obire, à non paucis religiosorum hominum familijs precum subsidium postulauit. Præclarè de illo Carolus V. prudentissimus Imperator aliquando dixerat, *Collegium Cardinalium si ex talibus viris constat, profecto Senatus similis nusquam gentium reperietur.* Romæ migravit è vita die 2. Martij anno 1589. ætatis septuagesimo, quorum quinquaginta, quinque purpura Romana indutus traduxerat. Cum cadauer ad Templum nominis Iesu ab eo conditum, vt dictum est supra, in co nurulandum deferretur, fora, plateas, loca omnia Vrbs, via excepta, qua funeris pompa ducebatur, deserta, & plurimorum laichrymas, patriæ, & pauperum parentem, Curia splendorem, Purpuræ ornamentum, Antistitem decus, Christiani Orbis magnum lumen sublatum querentium vidisses. Viscera in SS. Laurentij, & Damasi Templo ante aram maximam humata; exequijs in nobilissima Societatis Iesu æde Cardinales duo supra quadraginta, & Præfules, plures interfuere. Mortem, prælagiens Alexander sepulchrum in ea suum absoluedum curauerat; in cuius lapide porphyretico, quo corpus clauditur, hæc leges.

**ALEXANDRI FARNESII CARD.
S. R. E. VICECANCELLARI
EPISCOPI OSTIENSIS
HVIVS ECCLESIAE FVNDATORIS.**

In funere tanti viri sequentes tumulos edidit Aurelius Vrbs.

I.
*Sublatam Cælo texta trabe suspice molem,
Et ter censena splendida busta face:
Vrnsula ALEXANDRI est, qua vix regit ossa, suumque
Au gustum angusta sede recondit herum.
Extat adhuc cineris maiestas prisca, tremis que
Terra minor tantum suscipere ausa virum.
Quid tellus vnquam aspexit diuinius? illum.
Nescio quem, si fas crediderit esse Deum.*

II.
*Quæ tristis rerum hæc facies? quæ mortis imago
Pallida? me miserum! luctus ubique sonat.
Tristior at luctu est, qui pectoris intima torquet
Mæror, & interno qui furit angue dolor.
Roma dolet, vitæque diu trahere ægra recusans
Languet, & exequias hæc putat esse suas.*

III.
*Tene obisse putem, Heroum lux maxima? te nò
In terram, ac cinerem credam abuisse lenem?
Quin pars vna tui Cælo viget, altera terris
Errat inextincta laude per ora virum.*

Omnis ALEXANDRI nomen sonat ex terra tellus :
 Omnis ALEXANDRVM pagina docta canit.
 Cetera fac taceant: tua te beneficia loquentur,
 Et te, qua poterunt voce, per astra ferent.

IV.

Nil vidit Princeps, te Roma beatius, & te
 Delapsam è caelo credidit esse vstrum.
 Hinc & amandus eras, pariterque verendus; & in te
 Lumina, vt in lumen verterat illa suum.
 Quid potuit caelum manus dare? plura dedisset,
 Sed dare quod potuit senserat esse minus.

V.

Eheu, FARNESI, quod nomen in Vrbe relinquis
 Dulce tui, qua spes te perenne, perit?
 Te gemit ager, inops, te virgo nubilis optat:
 Te reus è dura compede saepe vocat.
 Tu decus omne tuis, Patria tu sidus amicam,
 Grandeque presidium, ac nobile lumen eras.
 Nunc moriens, Roma excidium, funusque videris;
 Omnis, & in te uno Roma sepulta tacet.

VI.

Vt Viola è violis, atque Iris ab Iris prodit
 Pulchrior, & vitam ducit ab interitu;
 Sic tua ALEXANDER, domus aurea pulchrior ex te
 Ibit, & aucta suo vim trahet ex obitu.
 Nam tibi ALEXANDER superest felicitior alter,
 Cuius prole parens Roma beata sat est.
 Alter, & in terris florebit, & alter Olympe;
 Et geminus gemino ex Principe surget bonos.

De lachrymis egenorum in funere Cardinalis Farnesij, extat Franciscij Remondi Societatis Iesu Epigramma. In eiusdem funere scripsit Epigramma Aurelius Ursus supra laudatus, & Franciscus Bentius Societatis Iesu in eiusdem Alexandri funere Elegiam conscripsit.

Petrus Magnus Romæ in funere dixit Orationem in Templo Societatis Iesu, & Septimius Cinnus ad Sodales sanctiss. Crucifixi funebrem aliam habuit Orationem. Iulius verò Nigrinus è Societate IESV Parmæ, Latina; Ioannes Baptista Leo Italica, funebri Oratione, & Hieronymus Serlupius Carminibus Alexandrum Cardinalem Farnesium celebrarunt; & meritò. Nam Alexander à primis annis sapientiam amauit, doctos viros fouit, suscepit; ædes eius sapientia, vt ita dicam, altrices erant, & sedes: eruditorum perflugium, domicilium, & quies. Romam cum venisset Hieronymus Mercurialis Foroliuentis eximium Medicinæ professor, eum natum annos 32. in aula suæ decus recepit; imò nemo fuit insigni ornatus eruditione, quem ille ab ædibus, à mensa, à congressu arcendum putaret. Quis nescit, scribit Petrus Victorius in litteris ad illum datis, quanto studio tu semper ornaris doctos, & eruditos viros? & quanto opere dignitas eorum, commodaque cura tibi fuerint; nec tantum cum viuente adhuc Paulo III. optimo sapientissimoque sene, neque satis vnquam laudato Pontifice, florentibusque tuis rebus, concursus ad te cunctorum litteratorum fiebat, eorumque omnium, qui in aliqua honesta arte ceteris præstabant, quibus omnibus presidio eras, in eosque alacri animo gratiam tuam benignitatemque conferebas; sed etiam reliquis temporibus, ac duriore quoque tua fortuna; nunquam enim desististi fouere studia, semperque domus tua plena fuit eruditorum hominum, & in omni genere litterarum magnopere celebratorum. Ex eius familia quasi ex Ecclesiasticæ sapientia Academia Episcopi, Cardinales, Romani Pontifices prodierunt; prudentissimo, & sapientissimo magistro vsus, Paulo nempe Pontifice, cuius lateri adhærebat, & ex cuius pectore, prudentia, & sapientia hauriebat documenta. Ferè vniuersam prudentissimè gubernauit; legationes Apostolicæ sedis, aut ipse obiuit, aut quibus voluit, à Pontifice delata. Ad Pontificem, atque à Pontifice per ipsum Alexandrum Prouinciarum, & Principum manabant negocia, viros Ecclesiasticos doctrina ornatos esse cupiebat, ea saltem, quæ Ecclesiasticæ vitæ sectatori est cõludentanea; dicebat autem saepe, ignaro Milite, & Clerico litterarum ignaro nihil turpius. Archiepiscopus Auenionensis illud etiam, quo vir Ecclesiasticus erudiri potest, Epistola ad Sadoletum sapienter dixit: Honoris autem nostri, Cardinalatus scilicet, sic videbor fructum esse amplissimum, atque optatissimum consecutus, si multus prodero. si saepe, si maxime, & si officij mei munera, parteque tuebor. Dei, qui summa bonitas est, naturam, quantum licet homini, imitari conatus, omnibus, qui suam implorassent opem, benefacere studuit; numerosam familiam lumbibus regijs aluit; dena millena aureorum nummum dono dedit; in pauperes opes effudit; multas honestas familias ad rei familiaris angustiam redactas, sua beneficentia erexit; pueros quamplurimos orbatos parentibus aere suo educauit; alios in ingenuarum artium studijs sustentauit; innumeras virgines plebeias, & nobiles dotaui, atque à periculo pudoris euulgandi reuocauit. Viros nobiles, aliosque Catholicæ religionis causa exules nummis refecit. Romæ

A omnes religiosorum hominum familias elemosynis recreauit; captiui non pauci è Turcarum manibus eius liberalitate erepti; quare in annuo funere Alexandrum meritò laudauit Alexander Donatus è Societate Iesu carmine à se in luce edito.

Scriptis Alexandri Cardinalis Farnesius Litteras plures quarum aliquæ editæ inueniuntur inter Litteras Cardinalis Sadoleti. Cuius Epistolas post illius obitum editas, Alexandro Farnesio sacrauit Paulus Sadoletus nepos Episcopus Carpentoracensis. Eidem, Petrus Victorius Demetrium Phalereum notis se illustratum; Laurentius Gambara Tractationem de perfectæ Poëseos ratione; M. Antonius Flaminius in Psalmos Paraphrasim, & suorum Carminum lib. secundo dicarunt.

In primo tomo Litterarum Principum sunt plures Ferræ antea Gonzagæ Litteræ ad Alexandrum datæ; Litteras quoque plures Alexandro dedere Petrus Aretinus; Iacobus Sadoletus Cardinalis; Scipio Tolomæus; Aldus Manucius; Ioannes Planerius; Julius Perorius; Nicolaus Ardinghellus; Paulus Sadoletus; & Petrus Victorius; quorum postremus in vna hæc de illo habet. Cum primum Christiana reipublica statu magna cum animi cui molestia perturbato, te ad nos contulisti, Farnesi amplissime, cogitare cepisti quemadmodum ocium, quo tunc abundabas, honeste traduceres; ac sine multa controversia cognouisti, venisse tempus, quo durissimam sitim expleres, totoque animo studijs bonarum artium incumberes. Cum enim cupidus semper earum fueris, ac suauissimos Musarum fontes puer degustaris, abreptus tamen inde estu maximatorum negotiorum, grauissimisque occupationibus impediis, non sine morsu aliquo doloris ingenua hac, propriaque liberorum, hominum voluptate multos annos caruisti. Quare nunc permittentibus non solum temporibus, verum etiam postulantis, totum te litteris inuoluendum esse censuisti; ex quibus etiam presens hoc commodum caperes, quod auxilio ille tibi sint ad minuendum, mororem, quo conficeris, tanto incendio belli excitato, ac toto; & grauius malis impendentibus. Quamuis autem habeas tecum, & eruditos plures, & eloquentes viros, cuius hominum generis semper domus tua referta fuit, me tamen quoque in partem huius laboris vocasti, ac tecum optimos, & Latine, & Græca lingua Oratores diligenter legendos statuisti; &c.

B Alexandrum tamen aliquid malè accipiunt, carpuntque; quod viuentem Paulo patruo, dum Vrberem regeret, eius studia in Hebræos plus æquo contulisset. De eadem re secum conquestus est Iacobus Sadoletus Cardinalis his verbis. Est autem hoc loco, quod vobis à me aperte indicandum sit, de quo tecum habuisti recordari mentionem; cum tu in Hispaniam ster haberes; & deque eadem re tecum postea, me absente amplissimus Polus collocutus est; cui tu, & mihi benignissime es pollicitus; de Iudaorum negotio, videlicet, quibus aliquando frænum aliquod imponi profecto est necesse; si non illorum auaritia infamiam, qua gens illa præter ceteras laborat, transferre ad nos totam volumus. Agam fortiter, viarumque libertate, quam mihi tribuit Deus, neque cum Principem, cui omnia debeo, cuius eximiam laudem virtutis, probitatis, sapientia, vllis hominum sermonibus infringi, aut imminui, inquisitissimo animo patior; falsis assentationibus in errorem inducam. Sed dicam aperte, vt se res habet. Qui potest videri amore religionis in suis prouincijs Lutheranos persequi, qui in eisdem prouincijs tantopere sustinet Iudeos? sustinet autem? imò verò auget, cõdecorat, honestat. Nulli enim vnquam à Pontifice Christiani tot gratijs, priuilegijs, concessionibus donati sunt, quot per hosce annos Paulo III. Pontifice honoribus, prerogatiuis, beneficijs, non aucti solum, sed armati sunt Iudæi. Ac ceteris quidem fidelibus, & optimè meritis noua sunt beneficia ad propulsandum siqua illata sit, iniuriam conceduntur, Iudæis solum ad inferendam. Quamquam non est ista Pontificis optimi culpa, sed eorum, qui ad suum ex Iudæis questum, Pontifici nomine abutuntur; de quibus honestissimus est, vos existimare, quam me scribere. Iudæi quidem opibus refertis; fauoribus insolentes, inter has plebes, tanquam inter pecudes lupi grassantur: oppida iam dudum pleraque vastata sunt; familia plurima exturbata laribus suis, & extorres factæ, dispersæ inter finitimas nationes, queruntur horum conditionem, temporum, & miseræ fortunæ suæ; cum tamen quotidie Iudæi istinc ex Vrbe à Prefectis Aerarij noua ad nos priuilegia deferant; & in his nuper duo, que maxime valentia sunt ad euertendos Christianos, scilicet niui ubi quod volunt, consequuntur. Nec est quicquam iam sanctius, & ad reconciliandam Ecclesiasticam dignitatem, que prope omnis iam pridem amissa est, vtilius quam fouere Iudæos; quibus, quod omnibus seculis inauditum est, licitum sit solis tantæ frui apud Magistratus auctoritate, & gratia, vt ad impetrandum omnia, que possunt, eorum accusatio audiat sine reo, causa cognoscatur sine teste, sententia feratur sine iudicio. Et hæc vos tandem quomodo ab his Trans alpes nationibus accipi existimetis, quarum in oculis, & in conspectu posita sunt; qua nationes carent omnes hac Iudæorum peste, nec abominantur peius quicquam, quam Iudæorum nomen, quos tantopere vident istic in delicijs esse. In tanta ne defensione animorum omnium iam à nobis gentium, plantè enim dico, omnium, quod ego ita esse intelligo; vos haud ita sentitis, propterea quod auribus vestris vulgò homines blandiuntur, in tantam nequam,

inquam, defectu omnium, & prope execratione auctoritatis Ec-
 clestia magno reipublica presidio futurum putatis, si sic alue-
 ritus, sic extuleritis Iudeos? fideles autem, & pauperes populos ve-
 stros sic lacerari ab illis, & diripi neglexeritis? Porro in haec lo-
 ca, quod tu transiens nosse potuisti, prouinciae maxime concurrunt
 Italia, Hispania, Gallia, atque Anglia; & quibus, qui haec ster fa-
 ciunt homines confcios eos esse huiusmodi querelarum, easque do-
 mum ad suos referre, sane existimationis vestrae, & communi sa-
 luti non expedit. Sed ego haec ad te verè quidem, & liberè forsitan
 autem dolentius, quam necesse erat, scripsi; in quo ignosce mihi op-
 timè Farnesi; Pastor sum populorum horum; non mercenarius.
 Moneor, si quisquam alius, in improbos stomacho, erga pauperes
 misericordia: fungor officio meo, & fungar, si potero opem ferre,
 & consulere meis; habeo Deo omnipotenti, & optimo, maximo-
 que Pontifici gratiam; sin minus, totum hoc onus rejiciam in vos,
 qui Principes Pastorum estis: vos, & meam vicem, & vestram ei-
 dem summo Deo rationem reddetis, quando vestra, non mea om-
 nium rerum est potestas. Vnum, quod ad te ipsum proprie pertinet,
 dat enim mihi etas mea, non auctoritas quidem, neque prudentia,
 apud te loquēdis veniam; unum, inquam, te admonebo, cum tu istis
 inijs nobilitatis, fortuna, honoris, ingenij ad summam omnium
 hominum commendationem, & spem praestantissima virtutis pro-
 ductus sis, si tales causas, & huiusmodi patrocinia susceperis, osten-
 deris, que tibi cura esse, id quod tamen facis, in quo nos admodum
 laetamur, aequitatem, iustitiam, pacem populorum, & erga Deum
 religionem. Quae quidem res sanctissima, ac preclarissima nulla
 re alia magis quam cupiditate lucri, auaritia, que sedantur, quam
 isti palam praeserunt, qui Iudaeis tantopere studere se non dissi-
 mulant, stabile, mihi crede, & firmum fundamentum in omnem
 posteritatem tibi subieceris ad dignitatem, & gloriam nominis
 tui quotidie magis augendam, aliusque extruendam, quam nunc,
 & magnam admodum, amplamque esse vehementer laetor, &
 maiorem in dies futuram esse confido. Hæc ille.


Plura huius Cardinalis numifinata visuntur in Musæis diuer-
 forum; omnia in prima facie Alexandri effigiem expriment; in al-
 tera speciem Templi in Vrbe erecti, cum his notis: NOMINI IE-
 SV SACRVM ANNO MDLXVIII. ROMÆ: seu FECIT AN-
 NO MDLXXV. ROMÆ. In illorum vno Tusculana est Villa cum
 lemmate: TVSCVLO RESTITVTO. In altero est Caprarolę Pa-
 latium; in vno demum Porta sancta Templi D. Pauli, cum dicto:
 CONSTITVIT EVM DOMINVM DOMVS SVÆ.

Huiusce Cardinalis effigies coloribus expressa à Georgio Va-
 sario Pictore Aretino in Ecclesia principe Neapolitana feruatur;
 vt ipsenec Georgius in volumine primo tertie partis de Pictor-
 rum Vitis testatur.

Poete ferè omnes illius æui Alexandrum vti omnium Mæce-
 natem summis laudibus celebrarunt, vt iudicauimus supra; imò
 cum à morbo quodam graui conualuisset, Poetę omnes lætitia
 affecti carmina scripsere, inter quos M. Antonius Flaminus ad
 Maphæum, & Mirandulam hæc misit.

*Gaudete ò lepidi mei sodales
 Omnis iam posito timore, venit
 Tandem nuncius optimus, patronum
 Saluum, & incolumem redire nostrum,
 Quem rumor malus Italas per Vrbes
 Diuulgauerat esse iam dolore
 Confectum lateris, malaque febris,
 Dum cinctus legionibus Latinis
 Petit Vndelicas tremendus oras.
 At tibi male sit moleste rumor,
 Qui nos sollicito diu timore
 Vexasti, en cito patriam reuifet
 ALEXANDER, & omnium Quiritum
 Plausus, gaudia, gratulationes
 Laetus excipiet, manusque caras
 Nobis iam dabitur deosculari.
 O pulcherrime Sol tuo nitente
 Curru fer cito mœnibus Quirini
 Hunc diem nuncem, & nimis beatum.*

Societatem IESV vnicè dilexit, beneficijsque affectit singula-
 ribus, nam præter Templum Romæ, & Collegium Montisregalis
 regia liberalitate erectum Auenionensem pro illis domum dum
 eam legationem præfens regeret, meditabatur, duos secum, Põ-
 tium scilicet Gogordanum, & Iulium Onophrium de Societate
 viros deduxerat. Sed cum eo peruenissent illi, & incenso ad mo-
 rum publicorum restitutionem legato nauarent operum salubrem
 & apta quæreretur Collegio sedes, allato repente nuncio de obitu
 Romani Pontificis Iulij III. legatus Pontio Auenione relicto, Ro-
 mam coactus est regredi; quo regresso, frigidcente legati Vicario,
 res quoque ipsa Collegij parumper refrixit.



II.
GVIDO Ascanius Sfor-
 tia Romanus, patre Bo-
 sio sanctæ Floræ Comite, &
 Constantia Pauli Papæ III.
 filia, natus die Iouis 7. Kal.
 Decembris anno 1518. cum
 ætatis suæ annum agens de-
 cimum sextum, litterarum
 studijs Bononiæ in Collegio
 Farnesiana gentis à Petro
 Ancharano eiusdem familię
 Iurifconsulto, olim instituto
 sedulus operam daret, non-
 modò nobilissimæ familię
 laude conspicuus, verum e-
 tiam propria virtute, & indolis præclaræ indicijs commendabilis,
 15. Kal. Ianuarij anno Domini 1534. die Veneris SS. Viti, & Mo-
 desti in Macello martyrum Diaconus Cardinalis electus, Cardi-
 nalis sanctæ Floræ dictus est. Ex hac Diaconia annuente Paulo
 ad aliã ex nonnullis S. Mariæ in Cosmedin primò, deinde ad S. Eu-
 stachij conscendit. Qui cum breui tempore quantum virtute, &
 industria posset; omnibus indicasset; Ecclesiarum Anglonensis,
 Montisfalconis, & Cornetanæ, Clusinae, ac Parmensis Admini-
 strator, Patriarcha Alexandrinus, Bononiæ, Æmilieque Legatus,
 S. R. E. Camerarius electus, & in Pannoniam ad bellũ contra Tur-
 cas ab eodem Paulo missus, excitatam apud omnes prudentiã o-
 pinionem felici euentu superauit. Sub Iulio III. Diaconus Cardi-
 nalis S. Mariæ in Via lata, Parmam ad Octauium Farnesium mit-
 titur, vt pro rebus Parmensibus, ante quam Pontifex bellum susci-
 peret, aliquid consilij caperet. Sub Paulo verò IV. Hispaniæ Pro-
 tector, pacis inter Philippum II. Hispaniæ Regem, & ipsum Pon-
 tificem conciliator extitit. S. Mariæ Maioris Basilicæ Archipref-
 byter præfuit, quo in Templo nobile Sacellum singulari artificio
 ex Michaelis Angeli Bonarotæ modulo in honorem Virginis Af-
 sumptæ construxit, vt indicat sequens inscriptio inibi apposta.

**GUIDO ASCANIVS SFORTIA
 DIACONVS CARDINALIS S. FLORÆ
 S. R. E. CAMERARIVS
 HVIVS BASILICÆ ARCHIPRESBYTER
 SACELLVM HOC
 PIETATIS SVÆ MONVMENTVM
 A SE DVM VIVERET INCHOATVM
 MORIENS LEGATA HEREDIB. PECVNIA ABSOLVI
 TESTAMENTO IVSSIT ANNO MDLXIV.**

Hoc postea Sacellum Alexander Sfortia Cardinalis frater ab-
 soluit. Egit quoque cum Paulo III. patruo, vt in reparationem, &
 ornamentum eiusdem Basilicæ sui Archipresbyteratus redditus
 eidem Ecclesiæ perpetuò assignare, atque applicare dignaretur;
 sicut de facto illius precibus permotus, assignauit, & applicauit.
 Quare vt huiusce beneficij perpetua apud posteros extaret me-
 moria, Canonici Basilicæ illius ad grati animi significationem ei-
 dem Guidoni Ascanio, & Alexandro fratri hoc in sacrario monu-
 mentum posuere.

**GUIDO ASCANIVS
 ET ALEXANDER SFORTIA FRATRES
 HVIVS BASILICÆ ARCHIPRESBYTERI CARDINALES
 IN QVA VIRGINIS ASSVMPTAE SACELLVM
 ARTIFICIO SINGVLARI AEDIFICARVNT
 SED GUIDO ASCANIVS LIBERALITATE CELEBRIOR
 SANCTÆ PVIDENTIANAE REDDITVS
 ARCHIPRESBYTERO CONIUNCTIM ATTRIBVTOS
 RETINENDIS MVUSICIS
 ALIISQVE BASILICAE COMMODIS ASSIGNAVIT**

E vita migravit in Cremonensi territorio in dicecesi tamen
 Parmensi, seu in oppido Canneli, vel Curedi agri Mantuani, vt
 alijs placet, dum loca suæ Ecclesiæ subiecta visitaret, nonis Octo-
 bris anno 1564. & suæ ætatis 45. cadauer eius Romam transla-
 tum, eleganti marmoreo sepulchro in Basilica Liberiana, Alexan-
 dri fratris pietate conditum est, vbi hæc legitur inscriptio.

**D. O. M.
 GUIDO ASCANIO SFORTIAE CARD. PAVLI III. NEP.
 S. R. E. CAMERARIO BONONIAE ET FLAMINIAE LEGATO
 ATQVE HVIVS BASILICAE ARCHIPRESBYTERO
 ALEX. CARD. SFORTIA FRATRI DESIDERATISS.
 VIXIT AN. XLV. MENSES X. DIBS XII.
 OBIT AN. SAL. MDLXIV. NON. OCT.**

In Tabulario eiusdem Basilicę hæc de Cardinali Sfortia memo-
 ria: *Guido Ascanius Sfortia S. R. E. Camerarius, Archipresby-
 ter à Paulo III. creatus iacet marmoreo sepulchro in eius Sacello.*
 Extat Licianensis Poëtæ carmen consolatorium de morte Gui-
 di Ascanij Sfortiæ, & Maioris quæstoris ad Marcum Antonium
 Columnam.
 Cardinalis Sadoletus Epistola ad Alexandrum Cardinalem
 Farnesium, Guidonem Ascanium adolescentem singulari virtute,

Ciaconius
 Panuinius
 Andr. Vi-
 ctorell. in
 Addit. ad
 Ciaconiu.
 Pet. Bemb
 in Epistol
 Monumet
 m. ss. Eccl
 S. Mar. in
 Cosmedia
 Ferdinãd.
 Vghell. in
 Italia sac
 Hippolyt.
 Marrac. in
 Purpura.
 Mariana.
 Pomp. Viz
 zan. in hist
 Bononien
 Adrian. in
 Historia.
 Aubery in
 Vita.
 Paul. de
 Angel. in
 descriptio
 Basilicæ
 Liberianæ
 Io. Ant. Pe
 tramellar.
 Bonauer.
 Angeli in
 Historia.
 Parmensi.
 Felix Con
 telorius in
 Elencho.

& supra ætatem prudentia exultum iudicavit; alibi, naturæ bonitate præstantem dixit. Petrus Bembo eundem nobilis, & benefici animi virum nominavit. Ianus Vitalis summis eum laudibus extulit his carminibus.

*Sanguinis insignes, & maiestatis honores
Interminatos SFORTIA
Jungit Romana, ceu diues Iaspis in auro
Honoribus cum Purpuræ
Aspicite o Ciues quantum splendoris in illo
Et fulget innocentiae.
Quis numeret genus antiquum, & Regale paternum,
Maternum, & illud nobile?
Quis huius monumenta domus, quis narret, & huius,
Et Regias imagines?
Hinc magni longo descendunt ordine Reges,
Et Purpurati Præfules.
Illinc Pontificum fulgent decora alta thiaras,
Et gloriosi Principes.
Ipse dehinc, propria decoratus laude, parentum
Immensam opacat gloriam.*

Huiusce Cardinalis liberalitatem commendavit Carmine ad Vbalinum Bandinellum M. Antonius Flaminus. Litteras Cardinali Sfortiæ dederunt Iulius Peruscius, Iacobus Sadoleus Cardinalis, & Petrus Aretinus. Ipse verò litteras dedit Gregorio Cortesio Cardinali, & ab illo accepit, quas editas in lucem legere quis poterit inter Epistolas eiusdem Cardinalis Cortesij Venetijs impressas anno 1573.

Numisma vidi in cuius prima facie nomen tantum expressum hoc modo legebatur: GVIDO ASCANIUS SFORTIA CARDINALIS S. FLORÆ BONONIÆ LEGATVS; in altera verò expressa erat mulier cum puero, & lemmate: CHARITAS NON QVÆRIT QVÆ SVAVNT. Huiusce Cardinalis effigies coloribus expressa à Georgio Vasario Aretino Pictore illius æui celeberrimo seruabatur olim Neapoli in Ecclesia principe.

Plurimis comitijs Põtificijs interfuit illis scilicet, in quibus Romani renunciati sunt summi Pontifices Iulius huius nominis III. Paulus IV. & Pius IV. quo sedente ad superos euolauit anno 1564. vt supra diximus.

SECUNDA CREATIO CARDINALIVM.

Die 20. Maij anno 1535. Pontificatus sui primo; Paulus III. Cardinalium vota recepit pro creandis sex ex Ciaconio, ex Panuino verò, & Contelorio septem Cardinalibus; & die sequenti 21. Maij in secreto Consistorio apud S. Petrum in Vaticano habito, licet ex Patribus plures nouæ illi electioni aduersarentur, publicauit.

Ciaconius Panuinus Ferdin. V. Ghellius in Addit. ad Ciaconiũ. Henricus Spõdanus in Annal. Ecclesiast. Felix Contelorius in Elencho Aubery in Vita.



III. **F**R. Nicolaus à Schomberg, natione Sueuus, patria Misnensis, Theodorici nobilis Misnensis filius, adolescens religionis ergo Romam petijt, perfolutisq; ibidem votis patriam cum repeteret, Florentiæ, diuino afflante numine sacrum Prædicatorum ordinem ann. reparatæ salutis 1497. ingressus in D. Marci nobili Cœnobio sub disciplina Hieronymi Sauonarolæ professus est, sub quo etiam liberales

artes, & Philosophicam scientiam accuratè didicit; Theologiam inde aggressus, clarus breui tempore Theologus euasit. Crescentibus deinde cum doctrina virtutibus, sacræ Theologiæ Doctor, & Cœnobij Prior maxima fratrum concordia electus est, atque in eo officio cum magnum sibi nomen fecisset, à Ioanne Clareti sui ordinis Generale socius, & Terræ Sanctæ Prouincialis renunciatus est. Quem magistratum cum per annos duos honorificè gessisset, ad maiora vocatus, totius ord. in Romana Curia Procurator generalis electus est: à Iulio II. mirificè dilectus, à Leone X. charus habitus, sub quo varios pro Ecclesia, cum tolerasset labores, Archiepiscopatu Capuano, an. 1520. cohonestatus est. Nunciij Apostolici munere summa cum laude tum in Hispania, tum in Hungaria functus, Clementis VII. intimus, & fidissimus, tum in prosperis, tum in aduersis consiliarius fuit, à quo ad Franciscum Galliarum Regem pro pace cum Cæsare ineunda in Galliam missus fuit. Iussu Regis Auenione primò detentus, inde ad Cameracense Concilium liber adire permissus, sua dexterita te, & in rebus gerendis prudentia pax tandem inter Regem, & Cæsarem, totius reipublicæ Christianæ iubilo firmata est. Ad Curiam reuer-

A sus vir pietatis, prudentiæ, & doctrinæ laudibus insignis, tantam apud homines cuiusvis ordinis, & dignitatis sibi conciliauit gratiam, vt Clemente mortuo, quod, & in Hadriani VI. comitijs acciderat, ne dum Cardinalis parum abfuit, quin, & summus Ecclesiæ Pontifex sit renunciatus. Ideo statim Paulus III. qui iam probatissimi hominis virtutes nouerat, ad Cardinalitiam dignitatem euexit titulo S. Sixti, in quo tam sublimi statu constitutus, quoad vixit, ceteris exemplo fuit. Romæ in Cœnobio S. Marjæ super Mineruam virtutibus æquè, ac doctrina clarus 5. Idus Septembris anno ex aliquibus eodem 1535. quo renunciatus est Presbyter Cardinalis; ex alij verò, atque ex sepulchrali inscriptione anno 1537. ante ortum solis defunctus, ibidem ante fores Ecclesiæ humuli loco tumulatus, vbi hæc legitur inscriptio.


Hoc vili, quem à tergo lector habes, Tumulo conditus est is, in quo mira rerum peritia Catholica Doctrina, atque Religio fuit, NICOLAUS A SCHOMBERG natione Sueuus, Ordinis Prædicatorum, Cardinalis Capuanus à PAVLO TERTIO Pontifice Maximo creatus, quem nobilem genere ipsa nobiliorem dedit virtus, qui tanto maioris laude post mortem efferendus est, quanto ipse moriturus eam fugere curauit.

NICOLAUS A SCHOMBERG Theodorici F. ex Sueuis Misnensibus Oriundus, S. R. E. Tit. S. Sixti, Presbyter Cardinalis cognomento CAPUANVS, Sacri Ordinis Prædicatorum. Vixit Annos LXXV. Dies XXIX. Obijt Anno Christi MDXXXVII. Quinto Idus Septembris.

Hunc quem veluti ciuem adamauerat Florentina ciuitas, mortuum diu luxit; magna enim beneficia fere omnibus pijs illius ciuitatis locis contulerat, præcipuè verò Innocentium Xenodochio cui præter suppellestem suam, vnicam etiam Abbatiam, quam ex dispensatione Apostolica in Commendam obtinebat, futuris temporibus vniendam curauit. Capuanam Ecclesiam, quam decem, & septem annis rexit, laqueario recto additè ornauit; de hac Nicolaum Schomberg Archiepiscopum à Clemente VII. creatum fuisse habet; post obitum enim Hippolyti Estensis Cardinalis anno 1520. Capuanum Archiepiscopatum à Leone X. accepit.

Plures Epistolas scripsit, quas sparsim inter Principum Litteras vidi, inter quas sunt illæ ad Cardinalem Caracciolum de Thomæ Mori morte datæ.

Item Orationes quinque; edidit de admiranda Christi pugna cum Diabolo in deserto, coram Iulio II. Pontifice maximo habitas.



IV. **I**OANNES Bellaius, natione Gallus, Ludouici Domini de Langey, & Margharethæ de la Tour-Landry filius natu minor, in lucem editus circa annum salutis 1492. non minus genere, quam litteris, & dignitate, conspicuus, adolescentiæ annos omnibus quidem disciplinis, in primis tamen Poëticæ in Parisiensi Academia transegit. In fratres habuit Guillelmum Taurinensis prouinciæ Præfectum, & Martinum Normandiæ Pro gubernatorem, Dominos de Langey, qui

militariibus studijs, tractandisque magni momenti negocijs, ac legationibus varijs functi, bellica virtute, litterarum gloriam felicissimè cumularunt; & quidem Guillelmus historiam de rebus Gallicis, Martinus Francisci I. Regis res gestas ornatè conscripsit. Ioannes autem ex Ahbate S. Gildæ primò Episcopus Baionensis anno 1532. renunciatus est; postea Parisiensi præfuit Ecclesiæ, tunc Lemouicensis; administravit etiam Cenomanensem, & Archiepiscopus rexit Burdigalensem Ecclesias. Orator ad Anglorum Regem Henricum VIII. & ad Romanum Pontificem missus, dum Romæ esset regius Orator, ipso Rege requirente Presbyteris Cardinalibus titulo S. Cæciliæ adscriptus est; quo titulo progressu temporis relicto, non S. Vitalis ex Frizonio, Cabrera, & alijs; sed S. Petri ad Vincula, aliàs Eudoxiæ; tum S. Hadriani, ac S. Chryfogni, demum sanctæ Mariæ Transyberim obtinuit. Episcopus postea præfuit Albanensis, Tusculanæ, Portuensis, ac Ostiensis Ecclesijs & sacri Collegij; Io: Petro Cardinale Carrafa ad summum Pontificatum assumpto, Decanatu ornatus est. Prorex Lutetiam rexit absente Francisco Rege, cui fuit carissimus; cuius etiam Regis celebravit exequias: interfuit comitijs Põtificijs, in quibus Paulus IV. renunciatus est Pontifex, eumque consecrauit. Romæ obiit die Veneris 16. Februarij hora quinta, anno Christi 1560. ætatis octauo supra sexagesimum in hortis Quirinalibus in suo palatio, quod iuxta Diocletiani Thermas exquisita magnificentia construxerat,

Pannius Ludouic. Trincant. in Vita. Sanmartham in Gallia. Christiana & in elog. Io. Chem de Episc. Galliar. P. Frizon. in Gallia Purpurata Ferdin. V. Ghellius & Andr. Vi-storell. in Addit. ad Ciaconiũ. Petramell Felix Contelorius in Elencho. Io. Bapst. Adria in Historia. Marin Bellaius inas Hi. Frac Aubery in Vita. Claud. Robertus in Gall. Christiana.

in Ecclesia sanctæ Trinitatis de monte Pincio sepultus. Scripsit Carminum libros tres, illa verò in Caroli Magni Consulii Ferdinandi magni Ducis, & Francisci Gallie Regis laudibus habes apud Iouium libro primo Elogiorum militarium. Orationem item Massiliae coram Clemente VII. & Francisco I. Rege ex tempore habitam.

Orationes alias, & Epistolas Galliarum Regis nomine ad Imperij ordines Spiræ conuocatos nunquam satis Laudatus Bellaius ob singularem eruditionem; sui enim temporis litteratorum Princeps iure appellari potuit, tanta facundia polluit, Claudio Roberto teste, vt læpe ex tempore luculentas, & perpolitatas ad Principes orationes habuerit.

Ecclesiam S. Hadriani Romæ restaurauit, & pristinae reddidit dignitati, ac splendori, vt in scripto præfert in epythijis: Ipsius cura monachi Benedictini Abbatiz S. Mauri Fossatenfis donati fuere toga Clericali, factique Canonici seculares; vnde etiã vnij perpetuò mensæ Episcopali Parisiensis redditus Abbatiz. Parisiensem Academiam illustrauit, suaque Francisco Regi, vt eam fere collapsam accersitis vndique viris doctissimis ad pristinum decus reuocaret.

Nonnulla eius decora Ianus Vitalis culto hoc carmine, sed breui commemorauit.

*Cui caput egregium latialis purpura opacat,
Pendet, & aurato laurea culta tholo.
Quem cunctorum oculis Heroum admirantur, & vnus
Ceu Solem obseruans sidera clara suum.
Ille animo insigni, insignis BELLAIVS ore,
Atque oculis pulcras affiat honoris opes.
Sordidam auaritiã proprijs splendoribus arces,
Et procul à laribus præcipit esse suis.
Ille sacros sanctos, totidem ceu numina, Vates
Inuitat magnis sedulus officijs
Carmina, & ipse facit docta, mirabilis arte,
Qua possunt Clarissimè sola mouere Deum.
Felix qua genuit talem sibi Gallia florem,
Cuius, & assiduum Regna per Orbis odor.
Hunc lege Regnorum chryseum Rex Galle tuorum,
Fortunisque virum, si sapias, adde tuis.
Illi consilium dubijs in rebus, & illi
Semper inest summo culmine summa fides.*

In legatione Anglicana summo studio curauit, vt Henricus in Romani Pontificis obleruantia perseveraret Anno 1536. die 20. Iulij clientelæ sacramentum pro Episcopatus Parisiensis temporali præstitit; & anno 1539. Carolum V. Imperatorem in æde maiori Lutetiæ excepit, cum per Galliam Belgium tendens transiret. Post Marcelli II. obitum, quorundam Cardinalium suffragio postulat est, vt supremum sedis Apostolicæ Pontificatum adipisceretur.

Huiusce Cardinalis laudes profecuti sunt Paulus Iouius Nuocomenfis, Episc. Nucernus in Elogijs Doctorum vbi inquit: *Ioannes Bellaius præclaro vetustæ famulæ, ac insite virtutis nomine Parisiensis Antistes, & bis meritis purpura Senator amplissimus, qui perennis studio Græcis, atque Latinis Musis sacra facit, qui ingenia fouet, productaque in Regiam eruditæ Principis liberalitate proximus exornanda in luce constituit.* Iacobus Cardinalis Sadoletus, & Michael Hospitalis Franciæ Cancellarius in Epistolis, Thuanus in Historia, Sanmarthanus in Elogijs; Salmonius Macrinus Iuliodunensis Poëta eximius sex libros Hymnorum, ac pleraque alia poemata illi dicauit. Vitam eius scripsit Ludouicus Tricant regius cognitor Iulioduni apud Pictones in Historia Genealogica m. s. huius familiaræ, quam peculiari libro accuratè descripsit, sed eius obitu nondum in lucem prodijt.

Bellaie familiaræ nobilissimæ parma argentea taenia ex minio infulos digesta, sex lilij aureis tribus in summo, totidem in infimo positis exarata. Aliud ab hoc, Ioanni Cardinali Bellaio scutum tribuerat olim Ciaconius; nos illi fraudata insignia restitimus.

V.

HIERONYMVS Ghinuccius, natione Italus, patria Senensis, à puero in Curia educatus, magni consilij vir, ac singularis prudentiæ euasit; qui ex Canonico Senensi Cameræ Apostolicæ Clericus primò, deinde Auditor, Concilio Lateranensi sub Iulio II. Romano Pontifice sessione secunda, interfuit. Leonis X. in Anglia Nuncius diu apud Henricum Regem mansit, à quo



inter domesticos, & charissimos ob singulares eius animi dotes ascitus fuisse, Episcopatu Viuornienfi in Anglia dona-

tus est. Ab Hadriano VI. anno 1523. ad Meliuetanam Ecclesiam in Calabria translatus, à Paulo III. inter Presbyteros Cardinales coopertus est titulo, non S. Clementis, vt malè referunt Cabrera, & alij, sed ex monumentis Vaticanis, S. Balbinæ, mox S. Clementis. Tropeiensem in Calabria ad mare; & Cauallicensem in Gallia Ecclesias administrauit. Rexit etiam Asculanam in Marchia, Anconitana, & nonnullorum testimonio Melitensem; de Ghinuccio Asculi ad Episcopalis aulæ portam hæc legitur Inscriptio.

HIER. GHINUCCIUS SENENS. EPISCOPVS ET PRINC. ASCVLAN. NECNON CV. CAV. CAMERÆ APOSTOLICÆ AVDITOR GENERALIS MDXIV.

HONESTI CVLTOR SACRI CVSTOS PRAVIQVE CVLTOR.

In subscribendis Breuibus præfectus fuit; illum Paulus pro rebus ad Concilium pertinentibus vnà cum octo alijs Cardinalibus deputauit, & ad illud ordinandum delegit: Romanam Curiam eiusdem Pontificis iussu reformauit; Polo, ac Tranensi Cardinalibus collegis. Anno 1538. cum Cardinalibus Cæsarino, & Ostiensis Legatus ad Carolum V. Imperatorem, & Franciscum Gallorum Regem delectus est, ad pacem faciendam, ac firmendam rempublicam Christianam. Romæ mortem subiit die 3. Iulij anno nostræ salutis 1541. ex tabulis Vaticanis, Cabreram corrigè, qui illum mense Iulij obiisse narrat; ac die 4. eiusdem mensis Iulij in Ecclesia S. Clementis sepultus est.

Petrus Paulus de Precibus in Diarijs virum laudatissimi ingenij, perspicacem, prudentiam, ac integritate insignem prædicat.

Epistolam scripsit ad Nauisam virum doctrina præstantem, vt testatur Auditor Nomenclatoris Cardinalium, & alia quæ m. ss. apud hæredes extare dicuntur.

Ad illum sunt Gregorij Cortesij Cardinalis litteræ.

VI.

IACOBVS Simonetta nobilis Mediolanensis, qui ex gente nobilissima, Mattheo Valerio in Elogijs nòdum editis, teste, natus, præclaris ingenij sui dotibus supra genus ipsum emicuit, in patrem habuit Ioannem Simonettam Francisci Sfortiæ Mediolanensium Ducis rerum scriptorem; in matrem verò, non Cæsarinam, sed Catharinam Barbauiariam, summæ nobilitatis, ac prudentiæ matronâ. A primis annis



inter viros doctissimos versatus breui tantum profecit, vt præter alia ingenij sui monumenta luculentissimum de Reseruationibus Beneficiorum Tractatum in lucem ediderit, deinde à Paulo Granutio auctum, quo clariùs nomen eius diffundi cœptum est, vt Iulius II. Pontifex celebri eius virtutum fama permotus, anno reparatæ salutis 1505. aulæ Consistorialis Aduocatum elegerit, & inter Iudices sacre Romanæ Rotæ adnumerauerit; Auditor causarum sacri Palatii Concilio Lateranensi sub eodem Iulio II. interfuit. Leo X. cum Florentiam misit, vt ciues inter se dissidentes sua singulari prudentia sedaret, quos non sine maximo labore sedauit. Illum Clemens VII. anno 1529. Pisauriensem Episcopum in locum Paridis de Grassis elegit, eumque Paulus III. ob ingenia in sanctam sedem Apostolicam merita Presbyterum Cardinalem tituli S. Cyriaci in Thermis, mox S. Apollinaris nominauit, ac Perusinum Episcopum, Laudensem, Nepesinum, & Complatanum Administratorem fecit, eundemque cum alijs Cardinalibus pro rebus ad Concilium spectantibus deputauit, ac Signaturæ Gratiæ præfectura insigniuit. Ecclesiam Perusinam postea annuente Romano Pontifice Francisco Bernardino nepoti tradidit. Ad Concilium indictum Vicentiæ celebrandum anno 1539. Legatus est cum Brundusino, ac Campegio, quo tamen cū accessisset nemo, Concilium, vetante Paulo non est apertum. In Henricum VIII. Angliæ Regem ob legitimum ab eo vxorem repudiatam districta egit censura, atque in eundem suffragia Apostolica seueritate tulit, quod etiam effecerat, antequam ad sacrum Cardinalatus apicem ascenderet. Discordias, & similitates inter Florentinos, & Senenses ob Montispolitiani dominium, & possessionem natas arbiter datus mira dexteritate iustulit.

Romæ die prima Nouembris anno 1539. amplissimis Ecclesiæ Dei muneribus perfunctus, cum migrasset è vita, in æde sanctissimæ Trinitatis ad montem Pincium tumulatus est. In eadem Ecclesia construxerat olim, anno scilicet 1524. Sacellum habens Iconem cum mysterio flagellationis Seruatoris nostri, ac deinde exornauerat cum onete quatuor Annuerfariorum per annos quinquaginta, quod hodie cernitur.

Præstantissimi huius viri nonnullæ extant Epistolæ, vt habet Nomenclator, eundemque multarum scientiarum gloria, laudeq;

Ciaconius
Paminius
Andr. Vi-
strell. in
Addit. ad
Ciaconiũ.
Ferdia. V-
ghell. ibid
& in Italia
sacra.
Aubery in
Vita.
Paul Mori-
gia de nobi-
lit. Medio-
lanen.
Hier. Ghi-
linus in
Theatr.
Felix Con-
telorus in
Eleacho.
Cæsar Cui-
spolt. in
Historia
Perusiz.
Io: Bapt.
Launus in
Historia
Perusiz.


Ciaconius
Paminius
Ferdia. V-
ghellius in
Ital. sacr.
Andr. Vi-
strell. in
Addit. ad
Ciaconiũ.
Aubery in
Vita.
Paul Mori-
gia de nobi-
lit. Medio-
lanen.
Hier. Ghi-
linus in
Theatr.
Felix Con-
telorus in
Eleacho.
Cæsar Cui-
spolt. in
Historia
Perusiz.

infi-

insignem, his litteris describit Iacobus Sadoletus Cardinalis.
Accepi litteras tuas datas 18. Kal. Septembris, cum tu Vicentia id temporis esses, quibus summa cum mea voluptate non semel, neque bis, sed sapius lectis in mentem mihi venit cogitare, quid in tibi tandem appetens, cum multarum iam scientiarum gloria, laudeque floveres, nostras etiam artes nobis ereptum veneris; in quibus nos, qui aetatem in illis consumpsimus, cedamus iam necesse est tuorum Scriptorum ubertati, & elegantiae. Ita enim scripta littera tua grauiser, ita ornate, ita copiose sunt, ut non qua in Iurisconsulto, sed qua in summo requiritur Oratore, copia, facultasque dicendi, ea in te omnis insit. Sed profecto verum est, quod dicitur, qui egregio ingenio sit praeditus, cum ad omnes artes, omnium disciplinarum genera facilem aditum, introitusque habere. Quod tibi doctissime Simonetta corripit, qui cum inter Iurisconsultos nostrae aetatis habere omnium iudicio consultiusimus, non ceteris una laude, ut ceteris quoque in litteris ingenuus, & liberalibus eminere studio tibi omni esse elaborandum putasti.

VII.

IOANNES Fischerius Anglus, quem alij Filherium seu Ficherium nominat, Benerlaci, diocesis Eboracensis oppido anno nostrae salutis 1459. honestis parentibus natus est, quorum cura optimis praceptoribus traditus, pietate, ac bonarum artium studijs erudiendus, vtraque dote mirum in modum excellit. Eius praeceptor Robertus Fischerius mercator satis quidem honestus, & fortuna praeditus, moriens



filium hunc reliquit impuberem, qui matris, & aliorum propinquorum pia cura positus apud quemdam sacerdotem Ecclesiae Benerlacenensis, rudimentis, liberales omnes artes egregie perdidicit, atque ad eas linguarum Graecae, Hebraicae, & Arabicae notitiam adiunxit. Deinde ad grauiora studia animum conferens, in Cantabrigienfi Academia Philosophiae, ac Theologiae totum se addixit, & in ijs adeo profecit, vt per omnes gradus paulatim ad magistrerij apicem conscenderit, & sacerdotali caractere initiatus Doctotis lauream sit consecutus in ipsamet Cantabrigienfi Academia. Mox Collegio D. Michaelis, cuius Alumnus fuerat, Praepositus, ei per biennium summa cum laude praefuit, ac demum totius Academiae Rector, & Cancellarius communibus suffragijs fuit electus. Quibus in muneribus cum eius virtus tanquam è sublimiori theatro radijs clarioribus effulisset, à Margaretha Comitissa Regis Henrici VIII matre, ac sancti animi Principe foemina expetitus est, ac in suam adscriptus familiam, vt suae, suorumque conscientiae arcanis praesertim, cuius ipsa suauis, atque consilio duo insignia Arcania Cantabrigiae regio sumptu fundauit, & Oxonij sacrae Theologiae dogmata magno vniuersae Britanniae fructu doceri, & explanari publice fecit.

Ab Henrico VII. verae pietatis, & fidei laude claro, perspecta Ioannis eruditione, ac sanctimonia ad Ecclesiae Rossensis gubernacula moderanda vocatus an. salutis humanae 1504. Rossa enim seu Roceltria ciuitas est inter Cantuariam, & Londinum in Cantio. Gregi sibi credito morum integritate, doctrina, indefesso labore, profusisque largitionibus non tam praefuit, quam profuit. Carceres enim inuisere, vincetos solari, Xenodochia, & priuatas decumbentium, ac desertorum ciuium aedes circuire, idque praesertim solemnioribus ieiunijs, domi peregrinos excipere, hominesque litteratos amplecti, suas esse partes intelligebat. Cumque idem Rex meritorum ipsius intuitu ad Lincolnensem, & Elienensem Episcopales cathedras Rossensi multo opulentiores illum, promouere voluisset, abnuuit Ioannes, nec vnquam adduci potuit, vt prioris suae sponsae paupertate reiecta, aliam sibi locupletiore superinduceret. Rexit ergo Rossensem Ecclesiam annis tribus supra triginta, eamque ita pijs curis, ac laboribus, ieiunijs, vigilijs, elemosynis, alijsque Episcopo dignis muneribus, ac memorandis exemplis ornauit, vt eundem tanquam virum Dei omnes amarent, atque susciperent. Sacris namque precibus, ac rerum celestium meditationi assidue vacabat, inedia, flagris, atque; cilicio corpus atterebat; crebro quoque carceres, & noxocomia, in ijsque detentos visitabat, ac solabatur, egenorum, aut quouis modo afflictorum domos ciuitatis praesertim suae lustrans consilio, ac aere etiam proprio, alijsque Christianae pietatis officijs, sic vbi opus esset, singulis aderat. Peregrinos hospites quotidiana mensa excipiebat, ijsque cibos exquisitos, sibi vero viles, & crassiores apponi faciebat, vt charitatem abstinentia cumularet.

Zelo autem animarum, & Apostolico spiritu exestuans, gliscentem per ea tempora Lutheranam impietatem, qua concionibus efficacissimis, qua eruditissimis libris repressit, & nouae he-

releos veneno nouum, ac praesentissimum doctrinae suae pharmacum apposuit. Ipsi vero Lutherani in illum insurgentes, ac infantes tot lucubrationum ab eo compositarum volumina igne absumperunt quot robustus equus iusto onere baiulare posset, vt testatur Ioannes Pitizus de illius tribus Angliae regni Scripturis. In Catholicorum quoque deprauatos mores inuectus est, ac imperterrito animo Regem ipsum aliquando reprehendit, & iu publico Concilio à Volrao Cardinale Legato, Eboraci congregato de relaxata Cleri disciplina seuerè expostulauit, atque ipsius Cardinalis luxum, & fastum non obcurè notauit. Inde sibi eiusdem creauit inuidiam, qui ab eo tempore non cessauit in Ioannem Regis Henrici VIII. animum concitare, cui quamuis aliàs fuisset acceptissimus, cum illum omnium Europae Theologorum eruditissimum non semel publice praedicasset, eiusque partus fuisse credatur vulgo Commentarij ille de septem Sacramentis sub eiusdem Henrici Regis nomine aduersus impij Lutherum conscriptus, pro quo etiam postea ab eodem haeresiarcha, impugna-to responsum, & apologeticam scripsit Epistolam, tandem Volrae artibus factus est ingratus, & odiosus, quod quomodo contigerit, paucis accipe.

Ani aduertens Volraeus Cardinalis, qui vnus omnia tunc in regno poterat, vir aliàs ad patriam suam, imò & Ecclesiae excidium natus, Regem Annae Bolenz turpi amore captum, non modo regiae cupiditati non obstitit, aut à nefanda ista consuetudine illum retrahere conatus est, sed potius vt se in ipsius gratiam magis, magisque per fas, aut nefas insinuaret, eiusdem libidinem palpas luasit, vt Catharinam Ferdinandi Regis, & Elisabethae Hispaniarum Reginae filiam, lectissimam foeminam, Arthuri olim fratris sui relictam, quam ex dispensatione Apostolica ipse postmodum sibi in vxorem desponderat, dimitteret. Nec multo post sententia illius infausti diuortij à Thoma Cranmero Cantuariensi Archiepiscopo, qui prius Annae à sacris fuerat, totusque ab ipsius voluntate, ac nuru pendebar, pronuntiata, optatis nuptijs Henricus Rex potius est; prodijt; libellus decreto regij Senatus edito, qui totius rei factae rationem redderet. Sed Rossensis illam omnino improbauit: quin, & ea de re ple volumina à se conscripta obtulit Cardinalibus Legatis Volraeo, atque Campegio, quo pluribus argumentis ostendit, ad solum Pontificem pertinere de huiusmodi causis iudicare, nec potuisse humana vlla auctoritate sacrosancta iniri cum Catharina matrimonij iura violari, aut arumpi.

Quantum id Annae nuper ad regium thorum admittit displicuerit superuacaneum est dicere; quae impotenti odio in virum sanctum tanquam altera lezabel in Heliam Prophetam, aut Herodias in Ioannem Precursorem Domini inflammata, cogitantque, quomodo alterum Ioannem, puta Rossensem è medio tolleret, quemad ipsius coquum, qui sancto Antistiti venenum pararet, subornauit. Sed diuina prouidentia factum est, vt ea die praeter consuetudinem priuatim pranderet Rossensis, sicque periculum euaderet, quo multi è familiaribus suis casu extincti sunt. Cum autem clancularium illud consilium Annae Bolenz ex voto non nscississet; confugit ad aliam artem non minus perniciosam; induxit enim Regem ad faciendam legem, qua omnes, Clerici praesertim, idem sacramentum Regi praestare tenerentur, quod ipsi Papae facere consueuerant, id cum à Rossensi pra omnibus exigeretur, vt erat, & dignitate, & virtutis opinione praestantissimus, ac in regno praecipuus, prima fronte rem propositam auersatus est. Sed vbi perpendit, quanta inde strages essent oriturae, quantoque innocenti sanguine Anglia foedanda esset, si regiae voluntati saltem in aliquo non obtemperaret, innoxium, vt putabat, iuramento, quod ab eo expectabatur, hoc temperamentum apposuit, quatenus scilicet diuinis legibus, sacrisque Canonibus licitum esset.

Verum cum inde Rex occasione sumpsisset, omnes Episcopos, & Abbates in suam pertrahendi sententiam, quod arbitrentur, Rossensem diuortio subscripsisse, ac in eam tandem insaniam erupisset ipse Henricus, vt se Anglicanae Ecclesiae caput esse iactaret, haberique vellet; atque ad maiorem diuortij sui confirmationem exhaeredita Maria Principe Catharinae filia, Elisabetham, quam ex Anna Bolenia pellice susceperat, velutque iam sola proles Regis esset, ac regni haeres legitima, omnes agnoscere, & Romani Pontificis auctoritatem in toto Angliae regno abiurare cogeret, praesertim cum latam in se à Clemente VII. maioris excommunicationis sententiam accepisset; tunc Rossensis facti poenitens, religione tactus, quod fortasse, ne Regis gratiam amitteret, aut eius iram prouocasset, conscientiam suam eo modo ad aliquid mitius, & aulæ regiae desiderio conformis accomodasset indeque scandali plurimis ansam praebuisset, pudoris stimulo maiora reparans certamina, atque ex lapsu isto incitator aperte, & distincte deinceps Regi, eiusque ministris significauit obedire se velle magis Deo, eiusque Vicario, qui matrimonium cum Catharina contractum, firmum, & validum declarauerat, quam hominibus vt plurimum laicis, Anglicani scilicet Parlamenti Senatoribus spe, aut metu ad ferendam sententiam adactis, qui è contranuptias cum Anna incaestuosa muliercula contractas ratas pronunciauerant, omninoque sibi constitutum esse, iusiurandum à Rege propositu de primatu Romane sedis in Anglia abolendo reicere.

Claconius Panunius P. Iouius in Elogijs Robertus Bellarmus in Epist. ad Episcopos Angliae. Io: Pitizus de rebus Anglicis. Ferdinad. Vghell. & Andr. Vi. chorell. in Addit. ad Claconius. Io: Leslus de otig Scotor. Petrus Ri. baud. de Schismat. Anglican. Hier. Polinus in Hist. Anglicana. Aubery in Vita. Zanant. Junius in Comentar. Stanislaus Caran. Oñus de Auctor. sa. cr. Script. Ant. Sander. in Elog. Card. Bononius in Annal. Ecclesiast. Felix Cotelor. in Hist. Elencho. Nicolaus Sander de Schismat. Anglicano Henricus Spondan. in Annal. Ecclesiast. Io. Rho in Exemplis virtutum. Hip. Mar. rac. in Purpura, & in Biblioth. Manana. Ludovic. Donius de Archiep. in 16. Flor. huius Cardu

Quamobrem à latellitibus regis comprehensus est; qui cum in eius domo magnam prædam se facturos esse sperarent, quod eum à multis iam annis Episcopum esse, & largas elemosynas facere didicissent, indeque suspicarentur multis illum affluere diuitijs, omnes arcas, ac reconditoria perueltigarunt, serasque recluserunt. Sed frustrata est, & confusa impiorum prædonum rapacitas, utpotè, qui nihil penè signatæ pecuniæ, vel pretiosæ suppellectilis ad explendam auaritiæ suæ sitim, sed tantum sacrorum, librorum copiam, flagraque, cilicia, & alia huiusmodi poenitiæ, & castigandæ carnis instrumenta apud eum repererunt, quibus pius Antistes senile corpus, iamque annis, & studijs, aliisque sanctis laboribus, & curis fractum affligebat; paucissimosque nummos ad moderatum vsum honestæ familiæ, & pauperum alendorum repositos. Confusi igitur abierunt, moxque illum in arctam coniecere custodiam, in qua diu, per totos nempe quindecim dies detentus, si fortè mutaret animum, aut longo hocce carceris cruciatu, squalore, ac ærumna eius constantia frangeretur. At nihil potuerunt aduersus magnanimum beati viri pectus minæ, terrorefue omnes, aut blandimenta humana, quin semper diuina virtute fortior in eodem quo antea proposito firmus, & immobilis persistit. Imò ita impavidus iudicium sententiam expectauit, qua capitis damnatus est, quod pro veritate stetit, quod pro Ecclesiæ libertate propugnasset, quod denique Romani Pontificis primatum, & calamo, & viua voce fortiter asseruisset. Nam, & audita intrepidè sua illa mortis sententia constanter, & alacriter impios iudices sic affatus esse fertur ab Anonymo quodam eius vitæ scriptore, vt refert Andreas Victorellus in Additionibus Ciaconianis.

Viri Procures vltimo supplicio à vobis quasi læsa maiestatis reus adiudicatus sum; quia dixi Regem Anglicanæ Ecclesiæ supremum caput non esse; at quo iuris ordine, quæ ratione, iudicet Deus optimus maximus inter me, & vos, cui vestrorum, & Regis ipsius cordium inspectori rem omnem relinquo, meque totum diuina illius voluntati committo. De regio primatus sentio, vt semper sensi, & nunc palam affirmo, Regem nec posse, nec debere auctoritatem sibi in Ecclesia Dei vindicare, neque habemus unquam auditum, terrenum aliquem Regem id sibi arrogasse, imò portento simile videri hominem laicum status Ecclesiastici caput esse.

Interea Paulus III. summus Pontifex audiens quæ pro Romani Pontificis primatus defensione sustineret Roffensis, illum dum in carcere detineretur, anno post Christum natum 1535. xij. Kal. Iunij sacra purpura insigniuit, & Presbyterum Cardinalem tituli S. Vitalis creauit, quem titulum Goduini lethalem ei potius, quàm vitalem fuisse scribit, seu verius nugatur. Ornauit ergo illum sanctissimus Pontifex sacra purpura, tum ad nouum huius viri eruditione, & sanctimonia, qua nihil habebat eo tempore Christianus Orbis illustrius, decus addendum, tum ad præconium eius virtuti, & in Ecclesiam fidei, atque constantiæ referendum, ac decernendum; tum, vt ipsemet Pontifex in litteris Apostolicis, quas de eius promotione, & postea nece ad varios Principes reipublicæ Christianæ in Henricum Regem scripsit, quod speraret, Episcopalem dignitatem istius, hoc est Cardinalitiæ, quæ vbiq; solita est haberi sacrosancta, accessione cumulatam, ad salutem, & liberationem eius esse valituram. Sed è contra euenit. Nam Rex cum audisset, Ioannem Cardinalium coetui à Paulo adscriptum esse, multo magis in eum excauit, fuitque ei illud Ecclesiastici honoris incrementum Regi crudelissimo accelerandè eidem mortis argumentum. Nam, & ab ipsius causæ cognitoribus nominatim, ac serio interrogatus est, an per litteras, aut amicos apud Romanum Pontificem pro obtinenda ista dignitate intercessisset, aut cum eo egisset. Ad quæ ille pro more suo ingenuè respondit, *Sei Dei gratia quandis vixerat, parum ambitionis morbo laborasse; sed quando alijs humanos honores esset aucupatus, aut venatus, in extrema hac ætate, & calamitosa, quo versabatur statu, diuturne, quam perpeffus fuerat captiuitatis, quomè mortem sibi continuo imminuentem expectaret, id de eo minime videri suspicandum; quod tamen illi in crimen versum est, ac inter eius condemnationis capita numeratū, licet nunquā fuisse hac ipsa de re conuictus.*

Ipe autem Rex in Pontificem, qui Roffensi Cardinalatus insignia contulerat, ludens: *Mittat, inquit, galerū suum cum volet, ego interim operam dabo, vt cum appulerit, caput, cui ille imponatur, non habeat.* Sanè Cardinalitijs pileus à Papa transmissus, à Caletensis vrbis præfecto, quæ tunc Anglis parebat, detentus in Aggliam non peruenit; sicque capite minutus priusquam roseum pileum à Pontifice acciperet, ipsius loco, corona martyrij à Deo redimitus fuit. Ceterum post latam in se capitalem sententiam, Io: Cardinalis nihil prorsus animo consternatus, nihilue turbatus, ardentissimis precibus per triduum vacauit. Die verò ad supplicium destinato, pro interiori tunica cilicina, quam ad carnem gestare solebat, subuculam mundissimam clam secum deserti curauit, ac vestimenta, quæ habebat ornatiora induit, quod cur faceret, admirantibus, & sciscitantibus respondit: *Hic est nuptiarum mearū dies festus, in quo proinde maiori me cultu foras prodire conuenit.* In lecto securissimè eodem die vsque ad horam bene matutinam dormiuit, à somno excitatus lac pro ientaculo petijt. Vt verò ad scenam, in qua gloriosum certamen consummaturus erat,

A peruenit, cum theatrum conscenderet, abiecto quo tum ob ætatis longæ, tum ægritudinis, quam in carcere contraxerat, molestiâ, sustentabatur baculo; *Eia, inquit, pedes officium facite; breuis vobis nunc restat via.*

Constitutus itaque in loco martyrij, populum, qui frequens ad tam horrendæ cædis spectaculum videndum conuenerat, his verbis est allocutus. *Ecce fratres charissimi, hic adsto pro Ecclesia Catholica tuenda fide, ac libertate mortem subiturus: nullum hinc usque eius horrorem, aut animi perturbationem, Deo me confortante perferens, sed quia continuo grata eius, & misericordia in tantis angustijs eget mortalis infirmitas, oro vos, vt me orationum vestrarum subsidio iuuetis, quatenus in hoc cruenta mortis articulo absque vlla trepidatione, aut vacillantis animi nota, in confessione sui nominis, ac fidei fixus, firmusque permaneam. De cetero Deum ipsum immortalem obtestor, vt vos omnes perenni sospitate, & incolumitate donet; regnum, ac Regem seruet, eiq; mentem meliorem, & sanam, ac salutare consilium suppeditare dignetur.* Quibus cum magna alacritate, & constanti vultu, prolatis, oculos in cælum erigens, triumphale illud Canticum. *Te Deum laudamus*, quo Ecclesia sancta in solemnioribus festis, & omnibus publice hilaritatis exhibitionibus vitur, in suæ præsentis huius lætitiæ testimonium cecinit. Postea Psalmo, *In te Domine speraui*, recitato, aliisque ignitis orationum iaculis in cælum ad Deum præmissis, ceruicem securi obtulit, atque obiecit; qua abscissa animam Deo reddidit, & iustitiæ coronam accepit.

Mortem hanc subiit Ioannes Cardinalis Roffensis die 22. Iunij anno à partu Virginis 1535. ætatis suæ septuagesimo: corpus nullo tectum velamine in cœmeterio Omnium Sanctorum toto illo die iacuit inhumatum, nemine illi sepulturæ officij impertiri audente ob Regis metum, cui postremis temporibus admodum inuisus redditus fuerat, donec tandem à militibus ipsis fortuito, ac vili sepulchro terræ mandatum est. Caput à lictore hastili impositum in ponte Londinensij propè Carthusianorum paulo ante cætorum capita expositum, ac transeuntium oculis obiectum, post totos quatuordecim dies non solum non contabescere, sed etiam efflorescere, pulchriusque, ac viuidius, quàm cum esset corpori iunctum, vilum est, ipsosq; prætereuntes aspicere, & alloqui, ac suauè quendam spirare odorem, quamuis prius feruenti aqua fuisse decoctum, tradat Victorellus, vt plus haberet horrores, ac deformitatis. Ad quod spectaculum cum magna hominum multitudo cerendum accureret, ne plebs ad commiserationem, & reuerentiâ damnati à Rege, & Anna concubina capitis commoueretur, regij Consilij iussu noctu sublaturum, & abditum est, vel secundum alios in fluuium Tamesim proiectum, vt nullum eius memoriæ vestigium remaneret. Referunt nonnulli illius æui Scriptores, ad capitis Ioannis aspectum Annam insultando dixisse: *Est ne hoc os illud, quod in me toties debacchatum est, nunc certè nemini nocet.* Quo dicto illud extrema manus parte percuciens, à prominèntiori dente in d igitio vulnus accepit, cuius, etsi leuis tamen cicatrix deleri nunquam potuit. Terra autem, in qua martyris corpus fuerat tumulatum, per septem integros annos quasi pedibus protrita, vel sale seminata nec folium, nec germen vllum protulit, aut virore aliquo ridere vlla est.

Huiusce impij sceleris nuncius Romam perlatus ex Contelorio die 26. Maij, quinque scilicet diebus post ipsius creationem quare huiusce Scriptoris sententia antequam Ioannes renunciaretur Cardinalis, vitam exuerat. Vnde dubitat, an vera sint quæ apud aliquos leguntur, Cardinalatus scilicet insignia ad Roffensem missa fuisse, quibus ille acceptis in carcere non est vltus. At cum fere omnes Scriptores referant, Henricum Regem ira exarsisse ob purpuram Ioanni datam, ac lusisse, Romanumque ostrum illi sanguinis dandi malum omen crudeli cum cauillo fuisse interpretatum, Contelorijs sententiæ adherere minime possum; tum maximè cum supra ex Anglicis Scriptoribus scripserimus, Ioannis obitum die 22. Iunij euenisse; quare tantæ necis nuncium non nisi mense Iulio Romam perlatum esse affirmandum est. Paulus igitur iuxta indignatione commotus de hac Henrici Regis immanitate per litteras ad vniuersos Reges, ac Principes datas conquestus est; præcipuè ad Ferdinandum Romanorum Imperatorem; quæ quia Anglicani Schismatis causam summam perstringunt, & multa in Cardinalis nostri laudem præclare, ac verè dicta continent, hic atextere non incongruum duximus: sic ergo se habent.

PAVLVS PAPA III.

Dilecto Filio Ferdinando Regi Romanorum illustri.

F *Charissime Fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Non dubitamus iam tuæ Serenitati auditum esse de inexorabili nece bone memoriæ Ioannis Episcopi Roffensis, & Cardinalis Nobri, tuamq; Maiestatem, vt est omni pietate conspicua, sum dignitate, & sanctitate hominis, in gratia ipsa, & causa mortis vehementer fuisse commotam. Nam siue Episcopalem, & Cardinalitiam dignitatem, in qua sancti Apostoli referuntur, siue gemas mortis per carnificem, siue causam veritatis, & iustitiæ, pro qua vir ille sanctus occubuit, consideramus, omnia huiusmodi sunt, vt sicut ab impijssimo profecta sunt, ita potentissimi Regis animum, & aures*

grauissime offendere debeant. Cum enim Henricus Anglia Rex se-
parata a se impio, & iniuste charissimam Christo filia Nostra Ca-
tharina Anglia Regina Mater erat tua, cum qua matrimonium
mediante Sedis Apostolica dispensatione contraxerat, prolemq;
ex ea susceperat, vniuersa ipsa Catharina Annam adulteram pro-
pria auctoritate uxorem duxisset, & ad velandum facinus suum,
matrimonij cum ipsa Catharina validitatem, & Apostolica Se-
dis potestatem negasset, Ecclesiamque Anglicanam, & Regnum
illud Sedis Apostolica tributarium ab eiusdem Sedis obedientia
subtraxisset, seque in hereticorum numerum multipliciter retu-
lisset, multisq; alia indigna, & impia commisisset, cumque has bo-
nis omnibus despicerent, ut debent quotquot improbarent du-
litionem adulterae, capi, necari, carcerariq; & ultimo supplicio affli-
cti fecit; atque hanc eius impietatem toto triennio patienter susti-
nuerit Christianitas, & hac Sedes Apostolica, qua licet illum
Regem feudatarium habebat, pastoralis tamen clementia tolera-
uit, hac tamen indigna, & respicientia in dies ipsius Henrici spe-
rando patienter expellat; quoque in irrisum cesserint, hoc nouis-
sima declarat. Cum enim Nos in ea Cardinalium creatio-
nem, quam proxime habuimus ipsum Roffensem ad ornanda eius vir-
tutem, & sanctitatem in numerum Cardinalium retulissimus, spe-
rantes eam dignitatem, qua ubiq; solita est haberi, sacrosancta, non
solum ad amolendum permicem, sed, & ad salutem, & liberatio-
nem esse valituram; in hac re Henricum se similem esse voluit, tuus
qui multos alios simili ex causa necauit, tu Henrici II. progenito-
ris sui, cuius odio, & persecutione B. Thomas martyr Episc. Can-
tuariensis occubuit. Nec tamen hic Henricus illius impietatem
reulit, veris, & longe superauit. Ille enim unum, hic multos piores,
ille vnus particularis, hic vniuersalis Ecclesia iura tuentem, ille
Archiepiscopus, hic R. E. Cardinale neci tradidit. Ille deni-
que qui se purgare Alexandro III. coactus est, culpa in alios reie-
cit, penitentiam sibi a Romano Pontifice impositam humiliter
suscepit, hic obstinatissimo animo sceleratissimum factum tuerit,
non solum non ductus penitentia, verum pertinax, & rebellis bo-
stis que factus. Non quia lesus a Romana Ecclesia, a qua est titulo
Defensoris decoratus, quem ipse titulum ingratus ad offensa-
mentum fidei retorsit, sed quia etiam multipliciter lesit. Cum igitur
fili Charissime sancta Romana, & vniuersalis Ecclesia magno
vultu dedecore ignominiaque violata sit, patientia eius semper
nouas Henrici iniurias promouerit, necessariusq; sit caeteris vti,
vna cum Venerabilibus fratribus Nostris S. R. E. Card. ad tua
Majestatem, qua cum suis progenitoribus semper iustitiam, pro-
bitatem, religionem coluit, & hanc Sedem semper filialis obseruan-
tia reuerentia est confugimus, tuam opem auxilium, & fauorem in
tanta Ecclesia iniurijs implorantes, teq; per viscera misericordiae
D. N. IESV CHRISTI emixe obsecrantes, ut cum via iuris, &
iustitiae demum Henricum censura contemptorem, atq; in ea vi-
tra biennium insardecensentem, hereticum, schismaticum, adu-
terum notorium, publicum homicidam, & in sacrilegum rebellem,
& criminis lese Majestatis multipliciter reum, propterea dicto
Regno a iure ipsum priuatum declarare intendamus. Tu cum
Serenis. Cesare fratre tuo, & ceteris Principibus, quorum ope
pariter aduocamus, executioni iustitiae faueas, sicut speramus, &
te pro optimi Principis officio, esse facturum, sicut autem plenius
ex Nuntij ad te missi intelliges. Datum Roma apud san-
ctum Marcum die 22. Iulij Anno 1535.

Qui Roffensem coram ipso Pontifice, ac sacro Cardinalium
Collegio Romae funebri oratione laudauit, constituendas illi aras;
diem festum a Christianis eius celebrari tribuendum, dan-
damque operam, vt veniendum ipsius caput, vel aliqua saltem
corporis pars Romam non sine sacra pompa deferretur; Templi
gloriosi martyris titulo decoratum Deo dicaretur, dicere non du-
bitauit. Celebrabitur profecto, ait Andreas Victorellus hac re-
ferens, Antistes Illustrissimus, idemq; Christi pugil inuictissimus,
qui suo exemplo sanctiorum Martyrum fortitudinem emulatus,
Christi Domini fidem, sancta sedis Apostolica dignitatem, vni-
uersaq; Ecclesiae doctrinam, ac auctoritatem, & viuens defendit,
& moriens suo sanguine consensit.

Multa reliquit ingenij, ac doctrinae suae monumeta, quae Theo-
logorum omnium manibus vt plurimum teruntur, eorundemq;
iudicio solidam spirant, ac sapiunt pietatem, & eruditionem: hac
autem quae sequuntur, eius opera ad nos peruenerunt.

Epistola responforia ad Epistolam Lutheri.
Contra captiuitatem Babylonicam Lutheri ad Episc. Eliensem.
Confutatio Articulorum Lutheri, quos Leo X. Romanus Pon-
tifex damnauerat.
Defensio Sacerdotij contra Lutherum.
De Veritate Corporis, & Sanguinis Christi contra Oecolam-
padium, & Richardum Episcopum Vintoniensem.
Concio Londini Anglicae, quando combusti sunt publici libri
Lutheri.
Pro damnatione eiusdem Lutheri.
De vnica Magdalena contra Iacobum Fabrum Stapulensem.
Additiones de Magdalena.
De fructu Orationis.

Expositio Orationis Dominicae.
Commentarius in septem Psalmos poenitentiales.
Concio de Passione Domini ad sororem Elisabetham.
Concio de Iustitia Pharisaorum, & Christianorum.
Methodus perueniendi ad summam perfectionem religionis,
ex carcere, ad sororem, quae quatuor postremae lucubrationes vet-
naculari idiomate Anglico compositae, a Ioanne Fennio in Latinum
sermonem verbae sunt.
Epistola de Charitate Christiana.
De necessitate orandi Tractatus.
Psalmorum, & Precationum fasciculus libro vno comprehensus.
De Purgatorio.
Defensorij matrimonij Regis Henrici cum Catharina Hispana.
Ac denique contra Vircum Valenum, seu Velenum, quod fan-
ctus Petrus Romae fuerit.
Omitto hic recensere quod solum de septem Sacramentis contra
Lutherum scriptum, quod sub Regis nomine prodijt; incertumq;
est, vt diximus, cuiusnam sit, Roffensis ne, an Regis ipsius Hen-
rici; cum multi Roffensem eius operis si non auctorem, certe adiu-
torem fuisse audent. Praeternisi etiam librum de Fidei mis-
ericordias Dei, qui falso ei tribuitur, cum in Indice Romano pro-
hibitus sit; aut est alterius Ioannis Fischerij, vt notat Robertus
Cardinalis Bellarminus.

Scripsit etiam Matris IESV MARIAE Carmen, seu Paraphra-
sim in Canticum B. Virginis Magnificae &c. necnon de Natiui-
tate Virginis luculentissimum Sermonem.

Ceterum multos habuit Cardinalis Fischerius virtutum sua-
rum praecones, in quibus primas tenet magnus ille Stanislaus Car-
dinalis Osius, qui libro tertio de Auctoritate sacrae Scripturae ita
de hoc Cardinali Roffensi scribit. Nec hoc infelix nostro seculo
defuit Ecclesiae sua Deus; nam cum erupissent Lutherani, & ex is-
tari Zuingliani, & alia plurima hereticorum portentia, produxerit
contra eos in aciem Deus multos ingenio, & doctrina excellentis
praesens, per quos in sana illorum rabie comprimere. Inter alios
insignem etiam illum pietate virum Ioannem Episcopum Roffen-
sem, qui pro fide, atque Ecclesiae Catholicae vitam etiam suam cum
sanguine profundere non dubitauit.

Thomas Morus pluribus in locis Roffensem laudibus extulit:
in quadam Epistola ad ipsum Roffensem hac habet. Gaudeo pro-
fecto, quantum non queo scribere cum tua, tum etiam patriae cau-
sa, cum esse paternitatis tuae stylium, qui possit Erasmus videri.
Certe causam sic praeterea tractasti, vt ne decem quidem Erasmi
potuerint absolutus. In qua Epistola eundem vocat Praesulem op-
timum, & virtutis, & doctrinae gratia maxime obseruandum. Et
in responfionibus ab eo ad obiecta in carcere factis, cum illi falso
proposita esset Roffensis auctoritas, & exemplum, hac dixisse fer-
tur a Stapletono. Virum illum ita reuereror, vt plane ei parem in
toto hoc regno non esse existimem; seu prudentiam; seu eruditio-
nem, seu spectatissimam pietatem spectes. Denique cum ad sup-
plicium exiret Morus, diemque iam mortis, vel potius verae vite
sibi adesse cognosceret, sublatis in caelum oculis, hac ad Deum
dixisse fertur. Fateor Domine, me tanta gloria indignum esse, vt
in beato illo numero recensear eorum, qui pro Ecclesia tua sangui-
nem fuderunt: no sum iustus, nec sanctus, vt seruus tuus Fischerius,
quem elegisti.

Erasmus quoque in suis Epistolis Roffensem non semel egre-
gie praedicat, & omnibus Episcopalis virtutibus suffragantissi-
mum esse, scribit. In Epistolarum vna hac habet: Reuerendus Epi-
scopus Roffensis. Vir, non solum mirabili integritate vitae, verum
etiam alia, & recondita doctrina, tum morum quoque incredibili
comitate commendatus, maximis pariter, ac minimis, atque his
nominibus aliquando Henrici Regis, qui nunc Angliam moderat-
ur, aie paterna Margaritae egregie charus, & a Confessionem
secretis. Cui Margaritae auctor fuit vt in Academia Cantabri-
giensi Collegia duo construeret; & vni possessionibus dota-
ret; quorum alterum Christo Seruatore, alterum S. Ioannis Euan-
gelistae consecrauit. Solebat etiam ipse pro sua facultate, bona spei
adolescentes maxime pauperiores liberaliter ad studia nutrire.
Et alibi: Ant egregie fallor, aut is est vnus, cum quo nemo sit hac
tempore, vel integritate vitae, vel eruditione, vel animi magni-
tudine. Andreas Victorellus talem fuisse Ioannem Fischerium
praedicat, quo nullum Britannia multis annis candore, robore ani-
mi, & sacrarum litterarum cognitione praestantiorum tulit. A Sta-
pletonio dicitur, Britannia lumen, ac fidus ab Henrico Rege ex-
sinctum: a Paulo Iouio, animi pietate, candore, constantia praesens
illis sanctissimis Christiani orbis, & ordinis Patribus comparan-
dus: a Thoma Bozio Congregationis Oratorij Romani Presbyte-
ro: diuinus Vir, ac sanctissimus, & doctissimus Cardinalis: a Ioan-
ne Puzlo, Vir doctrinae varietate, conuersationis suauitate, mo-
rum grauitate, animi robore, vitae innocentia, pietatis, fides, reli-
gionis sinceritate cum Apostolicis initio nascens Ecclesiae Chri-
stianae viris merito conferendus; & cuius scripta, vel redolent pi-
etatem, vel defendunt veritatem, vel errores, & hereses impugnat,
omni expugnanti: Cardinale Bellarmino: Ioannes Fischerius Epi-
scopus Roffensis, ac S. R. E. Cardinalis, & quod longe gloriosus est,

Christi

*Christi martyr. A Brouio, & à Nicolao Sanderò: Non Anglica-
ni tantum regni, & orbis Christiani lumen, exemplar sanctitatis,
populi sal, & Ecclesia Doctor. A Spondano: Summa eruditio-
nis, & integerrima vita, ac trium precipuarum linguarum peritissi-
mus, atque Angelis ipsis venerandus. A Dionysio Petauio Theo-
logo Societatis Iesu clarissimo, in dissertatione de Tridentini Cõ-
cilij interpretatione, & S. Augustini doctrina: Vir cum primis pius
& eruditus, & martyrii decus fuso pro tuenda Catholica religio-
ne sanguine insigniter adeptus. A Ferdinando Vghellio quoque,
celebratur his verbis: Fuit Rossensis sermone mansuetus, tempera-
tus, modestus, qui nunquam frustra, aut inaniter est locutus, in lit-
terarum studijs laboriosus, assidens, & assidens, qui nunquam de-
stitit, aut pestifera hereticorum dogmata refellere, aut vitiosos
hominum mores redarguere. Inter orandum feruidus, & deuotus,
in seunus, & corporis sui maceratione supramodum rigidus, &
in omnibus denique quæ ad Episcopalem curam, & functionem
pertinebant, cunctis totius Europa Episcopis, qui suo tempore vi-
uebant, exemplo præfuit.*

Merito ergo S. Carolus Borromæus Cardinalem Rossensem
pari fermè cum D. Ambrosio Ecclesiæ, ac suæ Mediolanensis Ec-
clesiæ cultu, ac veneratione profectus est; & vtrunque ad viuum
depingi fecit, vt illos, tanquam vitæ suæ duces, ac morum exem-
plar continuo præ oculis haberet. Et à nonnullis comparatur Io:
Baptista; ambobus enim fuit commune nomen, ambobus eadem
fors, & calus, qui capite truncati pro veritate, & iustitia similiter
occubuerunt; vtrouque ab adulteris iustus occiditur; vtrouque
odium peperit veritas, nec potuit æquo animo tolerari, quod ho-
mo Dei sanctus monebat. De hac comparatione Franciscus Bo-
zius Congregationis Oratorij sacerdos, & Thomæ frater cecinit.

Proh scelus? heu Vates submittit colla securi?

Pellis Herodes sic iubet ob furia.

Quid mirare? nouum potius mirare Tyrannum,

Qui renouat caeco captus amore scelus.

Pellis Henricus simul agitatus iniqua

Imperat abscondi Præfatis ense caput.

Quin multos vno miserando vulnere tollit,

Quid non infans pectora cogit amor?

Morte alter similis tum nomine, sed scelere alter

Peior nec præfatis nomine dissimilis.

Eruditus quoque Latomus apud Paulum Iouium, & Andream
Theuenum Rossensis Card. nomen hoc epigrammate celebrauit.

Quum te sancte Senex infami morte Tyrannus

Perderes, æternis obijceretque probris.

Perdere non potuit titulis celestibus ætæ

Turpiter aut fama consuluisset tua.

Quin ius æternum scelus exitiale, pudendum

Seque sibi, & populis reddidit ipse suis

Postea nam dices que talia legeris at as.

Anglia bina vno tempore monstra tulit.

Refert etiam Ioannes Pitæus cuiusdam Gregorij Martini di-
sticha non inelegantia, & quæ in hunc locum transferantur, &
excribantur, nobis visa sunt haud indigna.

Dum mihi martyri donat diadema securis

Quæ se memm teneas ò bone trunco caput.

Idem aliter.

Ne tu desereres verum Caput Anglia CHRISTVM

Pontificem, caput hic sponte relinquo meum.

Item alia.

Vim sine vi patior, qualem qui carcere rupto

Cogitur è vinculis liber abire suis.

Sequuntur, & alia incerti Auctoris carmina apud Iouium.

Te ne Vari tanti crucemque abscondere posse?

Te ne cruore pio commaculare manus?

Si vita spoliis ROFFENSEM Barbare quando

Vltimum producet Terræ Britanna parem?

Sed tu sancte Senex quo fruisse beato

Latus abs, in calum te vocat ipse Deus.

Habes item apud Andream Victorellum sequentes cuiusdam
Anonymi versus.

Moribus, ingenio, calamo, sermone Britannus.

Mirandus prisca pro pietate cadit.

Cum cecidit ferro, hac ceruix præcisâ cruento

Virtus, ingenium concidit, & pietas.

Sunt quoque eiusdem, aut alterius Anonymi de Rege Henri-
co, Moro, & Rossensi nostro sequentia carmina.

Cur bonus in prima florens, Henrice iuuenta

Impius in tenebris vltima fata trahis?

Nempe quia extincti duo maxima lumina regni

ROFFENSIS Phœbus, Cymbia MORVS erat.

Præfuit ille sacris, terrenis præfuit iste:

Existitis pereunt sacra profana simul.

Denique Anonymus alter in Cardinalis Fischeri laudem hæc
cecinit.

Anglia ne dolens, senu quod morte Tyrannus

Abstulerit vitam corde furente meam.

Ciacon. Vit. Pontiff. & Card. Tom. III.

*Nanque ego, qui capsi communem plangere sortem
Nascendo, at morsens concino dulce melos.
Nec quod Purpureum misit mihi Roma galatum,
Patriæ hæc hand ideo dulcior illa fuit.
Per quam crudeli ceruix mihi dempta securi,
Carnificisque truci concidit illa manu.
Nobilior fuit hæc etenim, quæ sanguine parua
Martyrii palmam sacra corona dedit.
Quam mea, quæ cinxit rutilanti tempora mitra,
Nam celo abscissum deculit illa caput.*

De tanto viro hæc legimus in Catalogo Sanctorum, qui non
sunt in Martyrologio Romano, à Philippo Ferrario ordinis Ser-
uorum B. M. edito. Decimo Kal. Iulij, Londini in Anglia, B. Ioan-
nis Episcopi Rossensis ab Henrico VIII. Rege pro Ecclesiæ Immu-
nitate interfecit. Ibidem in notis: Ex Molano in Additionibus quæ
ibid. martyrium, & vitam paucis describit. Passus est anno 1525,
cum illum paulo ante Thomas Morus cognomento eadem ani-
mi constantia ad palmam martyrii processisset. Quibus nota san-
ctitatis appositæ non est, quod nihil hætenus de illis ab Ecclesiæ
decretum fuerit; quamuis eos pro Ecclesiastica Libertatis defen-
sione passos, vitæque innocentis extitisse constat.

Tantæ fuit Fischeri modestiæ, & humilitatis, vt, & si parens
eius diues mercator extitisset, tamen quia prius lanæ pectendæ ar-
tífex fuerat, voluit in primæ suæ originis memoriam tres pectines
ferreos in scuto depingi, seu describi, cum primùm Episcopalem
conscendit apicem.

VIII.

GASPAREM Contarenus, clarissimo genere Venetij, Aloysio Contareno, & Polixena Malipetria forma primaria natus est. Mater enim cum aliquot peperisset pueros, neque ij diutius viverent, ad amicas, æqualesq; fertur rursus prægnans retulisse; à quibus vt sunt ple-
raq; mulieres religiose, ad-
monita esse dicitur, vt qui na-
tus esset puer, ei nomen im-
poneretur vnũ ex ijs nomi-
nibus, quibus vocati ij Re-
ges sunt, qui ad CHRISTVM



Deum nostrum paruulum, ac lactentem venerunt; fore enim vt vi-
talis esset. Cum salua igitur paucis post diebus peperisset, puerum
nominari Gasparem iussit, qui primus eius familiae hoc nomine
appellatus est. Is vbi adoleuit, magna in eo indoles ingenij erat,
magnaque ad litterarum studia propensio; itaque Aloysius pater
consilium, quod de puero ceperat, mutauit, mercaturis enim illũ
faciendis, reique augendæ, quippe cui multa, atque amplæ mul-
tis in locis res, rationesque cum multis essent contractæ, filium,
scilicet natu maximum Venetij destinauerat. Est enim ferè in li-
beris ciuitatibus mercaturis rem quærere, nobilitati quoque non
modò non turpe, sed etiam honestum. Verùm vbi pueri ingenium
naturamque maius quoddam spectare, atq; polliceri intellectum
est, consilium illud de mercatura funditus pater abiecit, neque
vlla in re filij voluntati, ac studio defuit. Is vbi quod satis esset ope-
ræ Antonio Iustiano, Laurentioque Bragadeno Venetij visus
est dedisse; nam ij publicè à ciuitate constituti erant, qui iuuentu-
tem à pietate, atque in philosophia erudirent; Patavium profes-
sus, Pietro Pomponatio Mantuano, magno, nobilitate philoso-
pho in disciplinam sese tradidit. Erat in adolescente naturæ vis
peracris illa quidem, & peracuta, sed tamen nescio quomodo ma-
gnitudine, & firmitate potius præstans, & quod maximè rem con-
tinet, ad sapientiæ studia accommodatum, & tanquam philoso-
phum inerat ingenium: memoria omnino valebat plurimum; huc
accedebat animi, ac victus, vitæque totius constantia quædam, vt
quam semel instituisset rationem, de ea non defatigatione, non
pigritia, non voluptate depelleretur. Opinio est in omni vita re-
uenera illum omnino vltim esse nunquam, defixa mens scilicet
in eo studio, cum se ab ineunte ætate dederat; eoque capta, atq;
alta nihil præterea concupierat. Itaque celeriter adsecutus est, vt
æqualium magister, grandiorum natu, magistrorumque tanquam
æqualis, & compar haberetur. Certum temporis spatium, hora-
rum sanè, haud amplius trium meditationi, & bibliothecæ attri-
butum, & tanquam se possum habuisse dicitur, cui tempori nec
vnquã quicquam detraheret, nec fere adderet. Qui reliquus erat
dies, in congressionibus amicorum, colloctionibusque consu-
mabatur; eæ de litteris scilicet erant, vt in suo studio ne cum vaca-
re quidem videretur, cessaret. Idque ipsum nihil agens ageret ta-
men, vrgeretque propositum, & tamen animum à contentionibus
relaxaret. Illud etiam narratur, sepe amicis dixisse, nunquam se
in omni adolescentia commisisse, vt mane aliquid postredie aggre-

Ciaconius
Petr. Iusti-
niano in
Historia.
Veneta.
Aubery in
Vita.
Hier. Ga-
riumbert.
Baltus Bo-
nif. in E-
log. Con-
tar. fan.
Panuinus
Hor. Tur-
sell. in hist.
Lauretiæ
Petr. Ma-
in Vita 5.
Ignatij.
Andr. Vi-
gorell. in
Addit. ad
Ciaconij.
Nicol. Or-
landin. in
Hist. S. I.
Mirus in
Chronico
P. Iouius
in Elogijs
Felix Con-
telorius in
Elecho-
Franc. San-
souin in
descriptio
Venet.
Ferdin. V.
ghellius in
Ital. sac.
& in Ad-
dit. ad Cia-
conium.
Gabreta.
Opperus.
Iac. Gad-
dius to. 1.
de Scriptis
Eccle.
Nicolaus
Barbadi-
in Vita.
Ant. San-
der. in E-
log. Card.
Io. Baptist.
Adriani in
Historia.
Bapt. Egna-
nus in Sa-
ccemat.
Hip. Mar-
raccius in
Purpura.
Marian.
Laur. Su-
rius in Cõ-
mentarijs
Ludouic.
Domus de
Arthy in
hist. Card.
Ludouic.
Iacobus à
S. Carolo
in Bibl. Põ-
uicia.

deretur ediscere, quin prius ea, quæ pridie percepisset, diligentissime reminiscendo recordatus esset: vitandâ enim a fortiorum consuetudinē aiebat, qui crudi sese tamen ingurgitant; quoque magis cibo replentur, oneranturque minus viriū, minus valetudinis habent. In eo igitur cursu, cum sedulitate magis, quam contentione, aut labore admirabiles progressus efficeret; atque eos, qui in eodem curriculo erant, longo intervallo antecederet, mortem Aloysius pater obiit. Duodeviginti Gaspar annos natus erat eo tempore, liberorum autem magnum sanè numerum, filios septem, quatuor filias, præterea magna cum multis contracta, implicitaque negotia Aloysius reliquerat. Atque odiosum omnino negotium est homini in cogitationis, ac doctrinæ studijs occupato familiaris rei procuratio, ut minus mihi videatur mirum, Democritum, nobilè quondam philosophum, ut ea cura, eoque impedimento liberaretur, omnes fortunas suas, sicuti litteris proditum est, abiicisse. Veruntamen quanquam inuitus, ac merens discedebat à litteris, tamen Patauio egressus est; atque eandem illam animi moderationem, æquabilitatemque adhibens, fratribus partim in Apuliam, partim in Alexandriam (ibi enim magnas societates Aloysius pater habuerat) distributis, partim Venetijs relictijs, bene domi constitutis rebus, Patauium reuersus est, studiumque haud quaquam longo intervallo à se intermissum, cupidè renouauit. In ea vrbe doctissimorum hominum plena, ac liberalibus artibus affluenti, aliquot annos commoratus est; cum in principibus iam philosophis numeraretur, atque eius nomen plurimum in dies increbesceret. Hoc loco postulari, exigique à nobis arbitrati sumus; ut qui eius progressus, & quale tanquam iter ad percipiendâ fuerit disciplinas, demonstraremus. Ac primis igitur dialecticæ elementis professus, sic omnem philosophiam perlustrarit, ut illius singulas tanquam oras non videret modò atque inspiceret; sed in vnaquaque etiam illius quasi regione commoraretur, & habitaret. Itaque illud assecutus est, nihil in ea ut arte ita copiosa, & magna, atque varia tam esset magnum, atque arduum, aut tam minutum, atque paruum, quod eius aut diligentiam lateret, aut fugeret intelligentiam; nihil autem tam abstrusum, aut reconditum, quin promptum illi, expositumque, quamuis subito esset ex tempore. Eius nos rei, scribit Ioannes à Casa, permagnum quondam specimen cepimus; cum Florentiæ fortè essemus, qua ille Roma profectus, iter in Germaniam habebat ad Cæsarem. Erant in ea vrbe cum alij plures in ea philosophia, quæ de natura est docti, atque exercitati, tum duo præter ceteros Petrus Victorius, & Franciscus Medices, quorum erat vtriusque, & natura admirabilis, & exquisita doctrina, tum studium atdens in vtroque, ac peracre vigeat, flagrantque, & singularis in vtroque industria; sed alterius breue tempus doctrinæ augendæ, & declarandæ fuit; Victorius qualis vir, quantusque iam tum esset, ea quæ nunc est eius doctrina, librique ab eo editi declarant hi per eos dies ad Contarenum sanè ventitabant; à quo nos quoque non fere discedebamus; hoc affirmare possum, cum omnis inter eos sermo esset de physicis, nullius rei mentionem esse factam à summis illis viris ingenio præstantibus animo vacuo, ocio abundantibus, studio incensis, tempore paratis, à bibliotheca, & litteris recentibus, quin eam Contarenus, & memoria teneret, & intelligentia comprehensam haberet, & oratione tam facile explicaret, quam quæ facillima sunt. Præstabat id non tam credo, memoria, qua tamen valebat, ut antea dictum est (natura enim quoque plurimum excellenti fuit) quam ipsa, via, ac ratione percepta doctrina; sic enim eum ipsum dicere solitum esse accepimus. Non modo certam artium multarum inter se quandam naturalè esse dispositionem, ut aliam alia suo quæque loco deinceps tanquam subsequatur, & cum priori posterior quasi coagmentetur; sed vnius quoque, eiusdemque cuiusvis scientiæ, si quis ordinem, & tanquam seriem conturbauerit, atque resciderit, ad exitum perueniri non posse; magnopere in errore veratos superioris ætatis homines aiebat esse, qui multa properantes transirent, aut vllam artem ediscere se posse dissipatam arbitrarentur, aut mutilam, atque hiantem; amputatis enim, intercisissisque disciplinis progredi, perueniri que ad scientiam non magis posse, quam interruptis iter pontibus confici. Vnum autem omnino sibi comitem, ac monitorem ad Aristotelis iter multis sæpè obstructum difficultatibus, Thomam Aquinatem alciuerat, hominem non contentionis, sed veritatis amantem. Qui, & subtilitatem habeat, nec vltra, quam par, progrediatur acumine, atque idem articulatim, partiteque, ac distributè doceat: doctus etiam Græcis, Latinisque litteris erat; Poetas, Homerum, Virgilium, Lucretium, Horatium lectitauerat, ac didicerat. Itaque cum non artis factitandæ, sed eruditionis, liberalisque doctrinæ fruendæ causa, philosophiæ se dedisset, omnes tamen artifices, magistroque omnes non scientia modò, sed fama quoque, & celebritate faculè superabat. Erat hominis vita, atque victus, non tam exultus, atque expolitus, quam cum grauitate quadam simplex, ac lenis, placatusque; oratio inculta illa quidem, atque inornata; sed hoc ipso, quod omni caret fūco, elegans, ac cum auctoritate: nulla mollities, nullæ ne in adolescentia quidem animi, aut corporis delicia; sermo nulla assentatione suffusus, nulla animus maleuolentia infuscatus; & cum festiuitas, lepōsq; haud magnopere adesset, aberat etiam ru-

A sticitas, atque tristitia. Quin etiam hoc ab eo sæpè dicebatur, de uorare sese certorum hominum (qui in aliqua vitæ parte claudicaret) incommoda, aut etiam vitia solere, simul ac de bonis, quibus illi excelleret, aliquid degulasset. Ac cum Galeatius Florimontius, qui postea Sueslæ Episcopus fuit, vir cum omnibus honestis artibus perpolitus, tum præcipuè castus, atque integer; tum religione, ac pietate in primis incensus; in notandis autem, reprehendendisque amicorum vitijs vnus omnium maximè acer, ac liber, castigatior nonnunquam etiam subamarior, atque is à Contareno in fratris locum diligebatur. Cum ille igitur nequire se satis mirari diceret, illum, qui omnium esset mundissimus, ac sanissimus, cum hominibus quibusdam, qui turpitudine aliqua, tanquam morbo affecti, atque inquinati haberentur, tam sæpè conflicari. Quæ ille cum sanè comotus, ac stomachans diceret; Quid nos, inquit Contarenus, nunquam ne absinthio, aut scamoneæ radice curari nos patimur? Quidni? inquit ille, ergo, subdit Contarenus, earū potionum exorbemur saporibus teterrimos, ut succo e potio illius iuuemur vi salutari; horum vitia si qua sunt, non deuorabimus, & tanquam amaritiam perferemus, atque exorbebimus, ut illorum tanquam velsamur virtute, atque aliamur bonis? Quid autem ipsis nobis fiet, si amandum statuerimus, nisi qui perfectus, absolutusque fuerit, esse neminem? laudare se, quod in quoque probaret, libenter aiebat, quod reprehenderet, vituperare, non se necesse habere. Hanc animi æquitatem, hanc tam præclaram maximarum artium doctrinam alia longè ijs maiora bona decorabant: summa integritas, summa innocentia, pietas, non hæc, quæ facie, motu, amictu commendatur, quam in multis cernimus, simulata, & specie, atque oratione hominum opinionem captans, sed solida, nuda, sinceraque in mente, atque animo inerat. Quibus ille rebus instructus, cum magnum eius esset nomen, magnaue non solùm laus, sed etiam admiratio aliquando citius, quam constituerat, Patauio decessit. Nam cum prope dixerim omnis terrarum Orbis eo tempore contra Venetos conspirasset, tæterrimumque ei ciuitati bellum intulisset, afflictis Venetorum opibus, Patauio ipso oblesso, nec multo post amisso, maturius omnino, quam in animo habebat, inuitus, nondum discèdi siti, scilicet expleta domum sese recipere coactus est. Erat eius ætas nondum firmata, ut reipublicæ operam nauare posset; itaque in ijs sese studijs aliquot annos continuit, cum eius domus tanquam bonarum artium gymnasium quoddam ab ijs, qui doctrinæ desiderio tenebantur, frequentaretur. Veruntamen ad reipublicam vbi primum accessit eius ingenium, quod de Hortensio est memoriæ proditum, tanquam Phidias signum, simul aspectum, ac probatum est. Itaque cum tres, ac triginta tum haberet annos, à ciuitate ad Cæsarem Carolum Quintum in Germaniam Orator (sic enim Veneti appellant) est missus: legationis munus magnam apud Venetos habet dignitatem, magnam apud summos honores, magistratusque adipiscendos commendationem; sæpèque à multis vnâ petitur, & in comitio suffragijs Oratores creantur. Gerebat illis temporibus in Italia bellum Cæsar cum Rege Galliarum, cum quo illi antea quoque continentia bella intercesserant, atque cum eo Pontifex maximus Leo X. sese coniunxerat; cum Rege Veneti conspirauerant; atque omnis impetus belli ad Mediolanum confederat; nam eam urbem Gallis, Venetisque defendentibus Cæsaris, ac Leonis copiæ oppugnabant. Ad eum, qui cum bellum suæ erat ciuitati, planèque ad hostem ire se Contarenus intelligebat, apud quem exploratoris, non legati locum obtinere cum necesse esset, atque ipsa res cogeret. Accedebat etiam quod Cæsarem, quibus cum inimicitias exerceret, ijs solere esse amariorem audierat, illisque maximè, qui Gallorum fauerent rebus. Itaque animo sanè commoto ad Cæsarem adijisse dicitur; nam, & spontè ipse sua verecundus, ingenio quodam, quod tamen sine segnitia esset, pudore fuit. Verùm illa eadem doctrinæ, castitatis, ingenuitatis, innocentia opinio multo ante eius aduentum ad exteras quoque nationes perlata, Cæsaris illi animum, voluntatemque conciliauerat; nam amasse ille plurimum ingenuos, apertos hominum animos dicitur. Itaque ut semel in primo illo, qui ei cum Cæsare fuit congressu, hilari vultu acceptus, & comiter appellatus est. Faciles deinde ad eum semper aditus habuit, & illo, quanquam ciuitati erat iratus, non modo pacato, sed etiam propitio vsus est; ac paulatim cum eam, quæ antea de se fuerat, opinionem, magis magisque in dies confirmaret, atque augetet, iam ipsi Cæsari non modo gratus, sed etiam familiaris erat. Itaque cum certior factus esset, Gallorum, Venetorumque, copias in Insulibus suas, superatasque, Gallos ex oppido esse expulsos cæde, & fuga suorum, qui eam rem nunciarent Contareno, mississe dicitur, atque ijs præcepisse, ut de incommodo, quod Veneti accepissent, reticerent, neque illorum copias in eo prælio dicerent interfuisse; eam in illo sese corporis imbecillitatem aspiceret, ut excruciarum eum illam noctem suæ tanta illa patriæ clade nunciata nolit. In Hispaniam Cæsar constituerat reuerti, neque per Gallorum fines, qua proximum erat iter, quod exercitum non habebat, ire poterat. Itaque per Belgas profectus, ad Oceanum perrexit, atque ibi nauibus conscensis, in Britanniam appulit, paucisque intermissis diebus, rursum naues soluit, atque in Hispaniam contendit. Toto hoc itinere eum Contarenus profectus est; cumque in Hispaniam peruenissent, bien-

niū apud eum est commoratus, atque in ea legatione omnino quin quennio consumpto Venetias redijt. Cum illud re confirmasset, quod à Græcis quibusdam poetis mandatum versibus video, magnam gratiosi nunciij esse vtilitatem. Nam cum omne id temporis spatium inimico inter se animo Cæsar, & Veneti essent, ac ferè continenter bello inter se contenderent, multa ille tamen ob eam, qua suo nomine erat apud Cæsarem gratiam obtinuit, multa suæ ciuitatis mandata contexit; magno quoque vsui reipublicæ fuit, simulque illud est assecutus, vt multarum, magnarumque rerum diuturna tractatione, ac consuetudine, tot nationum naturis, moribus, institutis cognitis, atq; perceptis, magnum rerum agendarum vltim, magnamque haberet prudentiam. Itaque cum diligentiam, operam, curam, prudentiamque suam ciuitati mirificè probasset; absens, & in Senatum lectus est; qui honos Venetorum legibus non ferè diuturnior anno, & mensibus quatuor est; & quod olim exiguis etiam tunc ciuitatis rebus, precibus rogandi erant, qui domesticis suis relictis negocijs, ad consilium de publicis capiendum conuenirent; Rogatorum concilium appellatur; eiusque permagna & potestas est, & dignitas; quippe cui omnis reipublica permittitur, vicissimque in hac ciuitatis amplitudine, ac dignitate, clarissimis quibusque ciuibus, summis opibus, summa contentione expetitur. Magnæ præterea auctoritatis est in ea ciuitate magistratus, cui ab eo nomen inditum est, quod præcipua, magna, atque ampla procuratio demandata illi est ærarij, ac vectigalium, quæ in continenti Veneti magna, atque ampla habent; Nam eum magistratum illi Sapientes Terræ firmæ appellant. Hanc quoque potestatem Contareus statim renuntiata legatione, maxima totius ciuitatis voluntate, omnibus suffragijs adeptus est. Habuit de ea ipsa legatione, more maiorum, orationem in Senatu vberè, ac plenam, cum de Cæsaris ingenio, voluntate, institutis, opibus, copijsque disliceret, earumque nationum, ad quas adijisset, mores, leges, facultates, consilia exponeret; quæ cum ab eo distinctius scilicet, atque eruditius dicerentur, quàm Venetorum hominum aures audire ad eam diem consueverant; tanta diligentia, tantoque silentio, atque attentione audiebatur, vt vocis bonitas, qua ille sanè exili fuit, non magnopere desideraretur. Non sum vulgi opinionis, iudicijque nescius; arbitrantur enim philosophiam hominum, vitæque huius communis quasi corruptelam esse quandam, atque eos, qui in studijs cogitationis, ac doctrinæ paulò vltius progrediente ætate versati sunt, homines in solitudine, atque in angulis educatos, curiæ lucem aspicere, atque in tuius ciuili turbæ, ac fori strepitu, & conuersatione, & in rerum agendarum tumultu, ac tanquam acie, sine magna animi titubatione negant aures esse consistere hominum consuetudinis imperitos, legum, morum, sermonum, voluntatumque ignaros, atque à communi vita, & hominum sensibus, victuque longè, multumque abhorrentes; sic vulgo existimant. Sed falluntur sanè, multoq; id aliter euenit; nam qui tanquam inermes ad prælium, & pugnam; sic nullis aut læuibus doctrinæ præceptis, quasi armis instructi ad rempublicam accedunt; ij artem, quam facere intendunt, vnam quidem omnium maximam, ac difficillimam, reipublicæ, patriæque periculo discere coguntur, atq; vt in vetere Græcorum prouerbio est dolio faciendo, figlinam aggrediuntur, percipere; idque ipsum de malis auctoribus, magistrisque sanè incijs, atque improbis vulgo, & foro. Quamquam nobilitari homines ijdem Græci in foro aiunt; qui si hoc sentiunt, virtutem, vt maiore in luce posita, locataque sit, ita magis magisque splendescere, atque illustrari, ipsi sanè vident; vbi nam eam potissimum in bono lumine collocent. Sin illud præcipiunt, à populo bene viuendi rationem, tuendarumque ciuitatum disciplinam peti oportere, aut in foro cum reliquis mercibus expositam virtutem venire, ne ego mihi locum modo demonstrari, magno emere possum. Sed non est ita, nam sponte quidem sua aut prudentiam hominum animus, atque ingenia non magnopere gignunt; aut huius nobis ætatis, tanquàm sterilitas quedam vehementer lamentanda est. Quibus autem opinionibus imbutæ eorum mentes, & tanquam consistæ ad rempublicam è populi disciplina, & quasi cultura prodire soleant, operæ pretium est attendere. Nam ij, qui animum Philosophiæ præceptis excoluerunt, regendarumque ciuitatum artem ediscerunt, neque timidi sunt, quod scientia earum rerum, quas quisque tractet, animum addere, non adimere solet, neq; audaces, ac temerarij, quod stultitia, ac temeritas plurimum ab arte, ac sapientia dissident. Reipublicæ verò gubernator ille de populo nec ignauiam à verecundia segregare, neque præcipitem, aut pertinacem ciuem seiungere à forti, atque constanti magnopere nouit, nisi vsu demum, atque experientia doctus, cum sæpe lapsus, sæpe deceptus multa in reipublica offenderit, & ciuitatis periculo, ac detrimento (vt antea dictum est) prudentiam didicerit. Philosophia autem, quæ vel maximè in effingendis, atque ad virtutem conformandis hominum sensibus, atque motibus occupata sit, & vt illi morati tandem sint, quemadmodum cum ijs conflictari non incommodè queamus vias, rationesque tradat, neque ab hominum abhorret moribus, & qui sit optimus reipublicæ status intelligit, & quibus artibus inclinatur, ruentisque ciuitates subleuentur, tenet, & ad eas, quæ non optimis institutis, ac legibus temperatæ sint, accommodari sese ta-

men non recusat, remediaque temporum, locorum, caluumque incommodis adhibet salutaria. Eadem multa de hominum vitijs, quæque eorum cautiones sint, præcipit: eadem qui cuique, arti, cuique fortunæ, cuique animi, aut corporis affectioni, mores, sensusque comitari soleant, commonet. Ad eam doctrinam tam fructuosam, tamque opimam, vbi vsus quoque, atque exercitatio accessit; tum verò præclarè illi, ac singulares ciues existunt; qualis vel in primis Contareus sua in reipublica fuit. Qui cum ingenuarum artium in gremio educatus, ac tanquam philosophiæ alumnus quidam ad agendum descendisset, maximoque sibi vsui ea præcepta, quæ olim imbiberat, esse intelligeret; suos ciues hortari non desisteat, vt ea peruestigarent, quæ de naturis humani generis, deque rerum publicarum gubernationibus à philosophis explicantur. Nec verò occultabat hoc ipse de se; nam principio, cum primum in Senatum lectus fuit, sæpe factum esse aiebat, vt in suggestum ascendere sententiæ dicendæ causâ, cum cuperet, ausus non sit; quod pudore quodam, & rei insolentia retraheretur; eamque rem magno sibi dolori esse solitam; itaque in animo habuisse, nisi eum animi timorem, ac verecundiam peruinceret, ad rempublicam posthac non accedere, suumque locum alijs concessurum, quibus ad dicendum animus non deesset; nec enim verum esse, fortibus, atq; strenuis ciuibus ab ignauis, timidisque locum præripi. Verùm nihil necesse fuit, talis ciuis prudentia, consilio rempublicam priuari; nam paucis mensibus cum sese animo facile confirmasset, sic sententiam dicebat; vt neminem magis prudenter, magisue compositè locutum vnquam fuisse constaret. Docebat ille quidem verbis, quàm maximè poterat proprijs cum partitè, ac distinctè, tum memoriter, ac copiosè; animos autem cum oratione minimè conaretur impellere, auctoritate ipsa vehementer permouebat, & fide, lingua celeri, ac volubili leporem, atque oratum illum oratorium neque adhibebat, neque adhiberi æquum esse censebat; animos enim ciuium inflecti, atque incitari, quo maximè tempore sedatos, restosque eos esse oporteret, cum consilium capturi de reipublica essent, turpe, atque inutile esse existimabat, eosque, qui magno quodam conatu orationis vim ad sensus, atque impetus animorum, & motus commouendos admovent; si id suæ priuatæ vtilitatis causa susciperent, improbè; si reipublicæ causa, arroganter, sine controersia facere aiebat; quod tantum sibi sumant, vt non communi rempublicam consilio regi velint, sed suo; quanque ipsi probarent sententiam, in eam ceteros ciues non adducere, sed compellere studerent. Eodem tempore Contareus Brixia Præfectus renunciatus est, eum Magistratum Capitaneum Veneti appellant; quo cū proficisci cogitaret, iamq; impedimenta imposita in linternam haberet; repente horribilis nuntius affertur, Romam à Cæsaris militibus captam, Pontificem maximum in arcem compulsum, Urbem ipsam diripi, ac vastari. Quibus rebus Venetias nunciatis, magnus subito cum dolor, tum etiã terror inuasit. Itaque mutato consilio Contareus, cum vereretur alijs armis Brixiam egere, quàm quibus sese ipse assuefecerat, consilio, atque auctoritate eum magistratum recusauit; Atque interim ocium à reipublica nactus, studijs scilicet suis illis pristinis obsequeretur. Bellum, cum grauis hæc plaga accepta est, cum Cæsare Veneti, & Clemens VII. Pontifex maximus communiter gerebant; sed totius imperij summa tradita erat Franciscò Mariæ Vrbinatiui Principi, quem illi Ducem appellant; eum Veneti iuarum copiarum seorsum ducem habebant; nam ciuem terrestres copias ducere, per leges non licet. Ac cum deditione facta, Clemens iam complures menses in custodia à Cæsaris militibus asseruaretur; cumque Urbis depopulandæ, vastandæ, incendendæ modum homines feri, ac barbari sibi statuerent nullum; cui rei Cæsarem, quod longè abesset gentium, cum maximè cuperet, negant potuisse occurrere: commoti rei indignitate, atque acerbitate Christianorum Principes plerique omnes inter se de Pontifice maximo è custodia educendo conspirauerunt. Cuius rei causâ concilium Ferrariæ indictum est, quod Alphonsum Estensem, qui eius vrbis imperium à maioribus acceptum, eo tempore obtinebat, maximi animi hominem, reique militaris peritissimum adiungi sibi vehementer studebant. A quo cum propter consilium, ac virtutem, tum propter oppidi opportunitatem opes, bellique instrumenta, quibus ille abundaret, earumque rerum omnium facultates, quæ ad bellum vsui erant, multa, magnaue auxilia subministrari sibi ad id bellum intelligebant posse. Eo Gallia, Britanniaque Reges legatos miserunt cum mandatis homines nobilissimos; idem, & ij, quibus Pontificis maximi salus priuatim curæ erat, fecerunt, & Mediolanensis Dux Franciscus Sfortia. Eodem Veneti Contareum mittunt; maximè enim eorum reipublicæ intererat eam confici re, propterea quod cum Pontifice, quemadmodum dictum est, societate, & foedere coniuncti, continentibus bellis non longe à suis finibus cum Cæsare contenderent. Eo concilio peracto, atque haud ita multo post Pontifice liberato, ad eum Contareus suæ ciuitatis iussu legatus profectus est. Magna erat eo tempore omnium rerum perturbatio, magni Gallia, Italiaque totius videbantur motus impendere; quod, & Clemens ipse iniquissimo animo cõumeliam, quam acceperat, ferre existimabatur, quod per pacis simulationem circumuentus in hostium potestatem venisset, quod,

superbè, crudeliterque tractatus, & in ditionem receptus, tandiu in custodia fuisset retentus, atque ad extremum quod non dimissus, sed elapsus è manibus, & carenis esset, quod omnia exempla, cruciatuque in suos editi Romæ, atque in omnibus vicis, & oppidis essent. Accedebat, quod Florentini Hippolytum, atque Alexandrum Pontificis fratrum filios, qui ipsius potentia in ea vrbe imperium antea obtinissent, è ciuitate eiecerant. Quod ille grauissimè, atque indignissimè ferebat; eius dolor quam in partem, erumperet, expectabatur ab omnibus. Eadem Galliarum Regis causa erat, atque conditio; nam & bello superatus, captusque, tantum se de veteri virtutis opinione, & deque bellica gloria imperdississe, maxime erat illi dolor, & sui, & liberorumque suorum mercatu, vt ipse existimabat, nundinationeque illa Cæsaris, hostili scilicet in eum odio exarserat. Tum Veneti multis de causis Franciscum Sfortiam in regnum restitui volebant; atque eam rem ad suam rem publicam magnopere pertinere arbitrabantur. Quibus omnibus rebus efficiebatur, vt in tanta animorum incitatione, & discordia renouari in Italia bellum necesse esse, omnibus videretur. Interim Clemens cum Cæsare in gratiam redierat, amicitiamque conciliauerat; & quod liberius in patriam iracundiam exercere posset, iustissimas suas in Cæsarem minuerat inimicitias, & suas illi iniurias aut condonauerat, aut vicissim pacis simulatione, idoneum sui doloris viciscendi tempus expectabat. Atque cum Cæsaris duces, exercitusque illius nomine Florentiam oppugnarent, faciendum sibi esse existimauit, vt propius ipse accederet; itaque Bononiam sese contulerat. Eo Cæsar quoque Hispania venit, vt à Pontifice maximo, cuius vnus ea potestas est, diadema, ceteraque Imperij insignia acciperet. Atque ei aduenienti cum obuiam Contarenus extra urbem processisset, dicitur eum Cæsar per quam longo sanè interuallo à se visum agnouisse; atque ijs oculis, eaque vultu hilaritate, & amplexibus, vt id à multitudine, quæ visendi causa prodierat, eum spes vias oppleuerat, animaduertitur, atque ex ea re coniectura fieret, rem inter Cæsarem, & Venetos conuentionem, id quod exitus comprobauit. Nam præter omnium opinionem in tanta animorum incitatione, & discordia, tot vltro, citroque illatis, vltroque iniurijs, ac detrimentis, cum pacificationis locus vix videretur esse relictus, recessum tamen ab armis est, paxque inter omnes constituta. Quæ res per Contarenum acta magna ex parte, & confecta cum suæ ciuitati grauissima, atque optatissima accidisset, mirificè eius & gloriam, & auctoritatem auxit, vt nullam rem tantam, aut tam difficilem esse censerent, quin eam ille animo, & cogitatione suscipere, & consilio tueri, & auctoritate, atque industria conficere posset. Memoria teneo, inquit laudatus Cala, me Romam illis temporibus venisse; tantus erat omnium, qui in ea vrbe tunc aderant, de Contareni doctrina, prudentia, continentia, pietate consensus, tantaque admiratio; vt non amaretur modò eum, qui tunc erant ciuitatis principes, sed etiam vererentur, & colerent. Nec mirum; nam Contarenus eam ciuitatem, apud quas magna cura, summaque fides, ac diligentia rem suam publicam gessit, præclarissimis muneribus donauerant; tot enim, tamque variarum gentium constantissimo consensu mirificè probatum, summoque laudatum opere, maxima dignitate, existimatione, gloria muneratum, dicatumque domum semper dimiserant. Seuerissimis legibus Venetijs ambitus constitutus est suffragium ne per se, neque per alium quenquam rogètur, interdictum est; itaque cum à ciuitate ipsa vniuersa, non à singularibus ciuibus nominatim petendi magistratus sint; idque sæpe (ijdem enim eosdem magistratus, certis intermissis temporibus crebrò gerunt) vna virtute nixam, omnium ciuium ambitionem esse oportet, vt qui sapissimè amplissimas dignitates adepti sint; ij non amicorum, aut propinquorum diligentia, aut tenuiorum hominum officij, aut etiam fortasse auaritia; sed ipsius reipublicæ certissimum de se testimonium habeant. Nam multis locis reprehendendi sui erroris ciuitati facultas datur; itaque sæpe vltro venit; vt qui semel primò aliquem honorem cunctis suffragijs assecuti sint; ijdem iterum petentes repulsam ferant. Quo maior eorum ciuium splendor est, qui omnium dignitatum cursum, ac tanquam spatia, & circuitum iterum, & sapius sine vlla offensione conferunt; ij clarissimi apud ciuitatem sunt, ijs honos ab omnibus ætatis, omnibusque ordinibus habetur; ij cum opibus, & potentia, ne infimos quidem ciues antecedant, dignitate, existimatione, auctoritate, gloria anteferuntur omnibus. Eadem est enim ciuium omnium parque species, vna toga, eaque simplex, nullus omnino non modò conuictus sed ne comes quidem; vt primi ciuitatis (si quis illorum consuetudinis ignarus interuenerit) vni de multis facile videri possint. Sed ij quoque venerint, salutantur, appetuntur, ijs in via deditur, obuiam itur; in curia, in foro assurgitur; vt mihi virtus nudata phaleris omnibus, aduentijs ornamentis exuta in vna ea ciuitate, sua ipsa pulchritudine, & lumine nitere, ac splendescere semper sit visa. Prorsus visenda Venetia sunt non propter vrbe modò eximiam pulchritudinem, nouitatemque antea inauditam: etenim maximam, formosissimamque vrbe in medijs excitatam ætibus, sese è fluctibus erigere quis non miretur? naues onerarias maximas passim ad priuatorum ianuam religatas; triremes in plateis nauigantes, qui sine magna admiratione, ac voluptate aspexerit? Mihi quidem sic videtur, haud profectò vrbe si conspicata modò esset antiquitas; Neptunum nimirum aliquem ex profundo, ac latebris excitasset; atque cum celissima illa tecta struentem, ac fabricantem fecisset; qui tamen si nullum illi attribuiquam fuit, tamen si sit, aut esse si possit aliquis, nullum illi attribui munus, aut opus illa vrbe præclarior posset, aut quod magis diuinæ conueniret naturæ. Sed hæc oculorum, illa animi ex eius vrbe cognitione voluptas capitur, vt equidem sentio, vel maxima, quod vnæ dominantur apud eos leges; ijs & magistratus obtemperant, & ciues æquè ad vnum omnes, atque eò vique mihi potentiam, exæcrata prudentissima ciuitas videtur, vt neminem vllum vlli magistratu præfesse palsa sit. Terni, quini, seni, deni imperia, potestates, singulos magistratus gerunt: vt non solum domini os, quo nulla tærior, nulla oculis detestabilior obijci species potest, aspiciendum ciuibus non sit, sed ne Domini quidem imago, & similitudo, aut effigies. Quamobrem spectatum extera nationes alacri animo Venetias eant; nec vrbe modò causa, quod dicere institueram, sed vel maximæ ciuitatis pulcherrimo totius Orbis terrarum spectaculo sese ad eam diem caruisse profectò intelligent. Postquam Roma Contarenus redijt; confestim ad summum honorum gradus sine vlla dubitatione, vel controuersia elatus est; nam & maturius quàm ciuitatis consuetudo antea tulisset, Sapiens magnus factus est, & Consiliarius: qui duo magistratus summi apud Venetos sunt. Neque dubium erat, quin si quis ex D. Marci Procuratorum Collegio demortuus esset, eius Contarenus in locum substitueretur: ea vna procuratio perpetua Venetorum legibus est; id vnum ad honorum perfuentionem Contarenus abfuit. Itaque sic in republica versabatur, vt etiam si litteras omnino non didicisset, illustrissimum tamen ciuitatis locum obtinere eum necesse esset. Sic autem doctrinæ gloria celebrabatur, vt tamen si rem publicam attigisset nunquam, ciuium omnino, qui fama ac nomine excellunt, clarissimum suo tamen nomine fuisset futurus. Accedebat Christianæ Theologiæ singularis quedam, atque exquisita cognitio, eaque non scientiæ modo, aut ostentationis disceptationi suæ, sed vitæ, ac disciplinæ causa comparata. Ad eius enim præcepta animus, mentemque referens, omnes suas cogitationes, consilia, actiones, vitæque denique omnem conformauerat; atque direxerat; vt non modò ad Philosophorum regulas bene, beatèque; sed etiam ad Christianorum diuinum hoc præscriptum piè, sanctèque; viueret. Est Venetijs quidam quas Romanorum, qui quondam fuit, campus ille, atque comitium, quod magnum ab illis concilium appellatur: ad id concilium omnes, quibus ferre suffragium per ætatem licet, statutis diebus conueniunt. Ibi cum Contarenus fortè esset Consiliarius, custoque positus fortibus, quibus Veneti in petendis magistratibus vtuntur; nam quorum fors exit, ij pronuntiant, quem potissimum sua sententia ei magistratu, comitia habebant gerendo idoneum esse existiment. Itaque mirifico casu accidit, vt ibi cum esset, in vniuersæ ciuitatis conspectu, atque oculis, publicè allatæ Roma litteræ sint, in quibus res omnibus noua, omnibus inopinata, illi quidem certè ipsi prorsus incredibilis, scripta esset, cooptatum Contarenum à Paulo Pontifice maximo in Cardinalium Collegium esse, legerunt eas inter se litteras primùm eius collegæ, à quibus satis magno interposito ille interuallo ad sortium vrnas, vt dixi, assidebat. Itaque excepta inter legendum vox ab ijs, qui proximi confederant, susurro primùm, & rumore dubio bonam euenerit felicem, faustamque eam illi dignitatem precante, ad aures Contareni profuit. Ille verò respuit, nec adduci posse, vt eam sibi rem narrari saltem pateretur, atque omnino ne aures quidem ad audiendum præbere. Verùm recitatis palam litteris magna vniuersæ frequentæ approbatione, ac lætitia inter se collocti confurterunt collegæ, atque ad eum cum magna tum lætitia, tum etiam obseruantia significatione, adierunt. Quod ille cum vehementer commotus recusaret, ac sese id ætatis ad aliud vitæ genus negaret posse traduci, ad curiæ vestibulum ab ijs vniuerso eo concilio comitatus deductus est; Cumque collegæ homines cohonestandi studio, domum reducere cum summa contentione pergerent, proclius non tulit. Erat eo tempore inter collegas Aloyisus Mozanigus, grandior natu vir, qui apud ciuitatem gratissimus cum esset, Princepsque consilij publici haberetur; sæpe à Contareno de republica dissenferat; is ad eum gratulatum cum alijs non adijt, credo, quod pedibus erat admodum infirmis. Hic clara voce, vt à cuncto exaudiretur Senatu, rei nouitate percitus, adiurans cum frontem feriret, ac Paulo malediceret, affirmasse dicitur, maximam ab eo ciuitati iniuriam fieri, quod eam ciue priuaret, quem illa vnum omnium habuisset optimum. Consilio dimisso, id enim in conuentum nomen habuisset vniuersa ciuitas domum ad Contarenum lanta, atque alacris conflueret coepit; ille verò suspensio animo, incertusque; etiam nunc quid ageret, multò minus erat, quàm ceteri, hilaris, nec mehercule iniuria. Quid enim honos ille homini in re sua familiari, ampla, atque illustri in republica principi, in toto Orbe terrarum claro, atque nobili afferebat, præter molestias, ac labores? noua enim vitæ ratio, noua, & consuetudo, suæ ciuitatis dedicendi mores, alienæ ediscendi, haud parum quidem ab ea, ad quam ille sese exercuerat, disciplina abhorrentes; viuendum ad vnus hominis penè ar-

bitrium

bitrium, atque mutuam; comitatus magni alendi, sæpe diu eodem censu, alia cogitationes, consilia, instituta, officia, actiones, persona suscipienda prolixius alia sunt. Sunt hæc homini æquabilitatis, ac dignitatis potius, quàm potentia, atque opum cupido incommoda vehementer odiosa, graui, ac molesta, præsertim si quis ante partis honoribus tanquam exaturatus, & parta iam gloria contentus est. Sæpe mihi narravit, inquit Ioannes Casa, vir omnium clarissimus, atque grauissimus, quem Romæ his paucis annis à sua ciuitate Legatum, summa apud duos Pontifices maximos auctoritate, summaque gratia vidimus, Paulum, & Iulium Tertios (vtriusque enim tempora eius legatio incidit) Matthæus Dandalus; sese cum vehementer auctor Contareno fuisset eius honoris accipiendi, qui non ab eo expetitus, sed ad eum delatus esset, magna contentione, ratiocinandoque vix ægrè ad extremum homini persuasisse, ne committeret, vt Pauli consilium, in quod non ille temere incurrisset; sed sine vlla dubitatione duce Deo deuenisset, aspernari videretur; præsertim his reipublicæ Christianæ temporibus. Multos enim fore, qui eam rem aliorum acciperent, atque ille faceret; quippe in Romanam Ecclesiam impietatis, scelerisque nefarij Gasparem Contarenum, virum vnum omnium maximè piuum, maximèque religiosum, subscriptorem habere gloriari, seseque in eo impudentissimè iacturi essent; quippe qui cum à Pontifice maximo ne beneficium quidem accipiendum sibi esse statueret, quid de causa illa tota iudicaret, nemini dubium relinqueret. Hæc cum Dandalus diceret, adderetque eos, qui Contareno æquissimi futuri essent suspicatos tamen esse, non ob animi magnitudinem, atque æquabilitatem, tantam illum dignitatem à se remouisse; sed propter imbecillitatem, atque ignauiam defugisse. Peruicit homo grauis, atque eloquens, omnique necessitudinis genere cum eo ab adolescentia coniunctus cum propter affinitatem, tum præcipuè propter morum, voluntatum, studiorum similitudinem, vt dubitantem confirmaret, atque in suam sententiam diu multum cunctantem, ac tergiversantem perduceret. Omnino verum id est, quod ait apud Euripidem Theseus, cum Herculem, quo tempore ille Athenas in exilium venit, multis honoribus, ac beneficijs prosequeretur; sic enim ait: laudem feremus omnium, pulcherrimam, vniuersam à Græcia, fecisse commemorabimur bonis bene; quod ille Græcè, optinè, nos Latine, vt potuimus. Verum tamen is est virtutis splendor, vt non modo ij, qui eius compotes sint, honore digni habeantur; sed etiam si qui honorem illis, qui adepti eam sint, habeant, honorati ipsi, & clari ob eam rem eadent. Id quod Theseus de se sperabat, Paulus etiam assecutus est; nec enim dici potest, quatum in Contareni dignitate amplificanda, suam ipse gloriam propagarit: quanquam fuit ille suo quoque nomine insignibus laudibus ornatus; virque egregiè magnanimus, & planè maximus. Diaconum S. Mariæ in Aquiro Contarenum à Paulo initio institutum ex Codice m. s. didici: ex Diaconatu gradum fecit ad Presbyteratum; Felix Contelorius Presbyterus S. Balbinæ primò, deinde S. Apollinaris, ac S. Vitalis, demum S. Prædix dicit; Paulus III. in litteris indictionis Concilij Tridentini Cardinalem S. Prædix nominauit. Nec bene Cabrera titulum S. Prædix primò Contareno datum fuisse scribit; certò enim scimus ex monumentis Vaticanis, die 30. Maij post adeptum galerum Contarenum Diaconiam habuisse S. Mariæ in Aquiro; mox ea dimissa die 17. Septembris eiusdem anni S. Vitalis titulum accepisse, quem anno 1537. dimisit, & factus est Presbyter tituli S. Apollinaris; Postremò anno 1543. die 11. Februarij ex eo titulo ad alium S. Prædix translatus esse. Anno sequenti, seu vt alij volunt, anno, quo Collegio Cardinalium adscriptus est, die scilicet 11. seu 23. Octobris Episcopatum Bellunensem sub Patriarcha Aquileiensi obtinuit; loco Bellunensis Bergomensis alij legunt, sed malè; nam post Ioannem Baptistam Calalium, Bellunensem Ecclesiam regendam suscepit, vt scribit Ioannes Nicolaus Dolionus in Historia Bellunensi, & testantur monumeta Vaticana. Ferdinandus Vghellius tomo 5. Italiae factæ in serie Episcoporum Bellunensem affirmat, Gasparem rexisse Bergomensis Ecclesiæ, his verbis: *fuit Episcopus Bergomas, de quo ibi plura.* Egerat ille de Episcopis Bergomensibus tomo 4. nullam tamen ibi Gasparis mentionem fecerat; nam ab anno 1484. vsque ad annum 1542. quo è vita Gaspar migravit, Ecclesiæ illi præfuerunt Laurentius Gabriel ab anno 1484. vsque ad annum 1512. huic successit Nicolaus Lippomanus, qui anno 1516. Episcopatu illo se abdicauit: post Nicolaum Ecclesiam eandem suscepit regendam Petrus Lippomanus Nicolai nepos, quam non dimisit nisi an. 1544. quo iam vt diximus, Gaspar è vita excesserat.

Ab hoc tempore, quo Gaspar renunciatus est S. R. E. Cardinalis, aliud tanquam vitæ exordium, & quasi origo Contareno nascitur: Antiquiores habentur Venetorum mores, propterea quod inquinari se externis consuetudinibus ea ciuitas palsa non est, victu, & cultu non modò à luxuria longè absunt; sed etiam de lautitia hac, quæ pleraque Italiae ciuitates nuper inuasit, permultum circumscripserunt; quippe qui prisco more esse se Principes, quam videri malunt: Consuetudo autem eorum, moderatioque vitæ quotidiana discrepat ille quidem fortasse non nihil, sed ita vt ad summam expolitionem desit forsitan aliquid: aptiores enim in

A conuictu, & congressionibus Romani homines sunt, sed accertito quodam interdum genere, minimèque vernaculo. Vitæ autem cultus lautior est, atque, vt video nonnullos existimare, etiam delicatior. In Principibus quidem luxus penè regalis, magnus equorum, iumentorumque numerus, multitudo familiarium, lauta, splendida, sumptuosa suppellex; vt dedisse mihi operam videantur, non modò re magni vt essent, atque clari, sed etiam specie, ac pompa. Neque ego hoc dico, quod exterarum rerum, quæ ad dignitatem, ac decorem pertinent, rationem non habendam esse existimem; aut quo mihi id arrogem, vt vtrius ciuitatis studia rectiora sint, diiudicare me posse profitear; sed illud affirmo, hanc quasi migrationem è sua in alienam, non illam quidem deterius, sed longè, longèque aliter moratam ciuitatem Contareno, ingrauescentem iam ætate subitam, ac repentinam necessario molestant fuisse. Verum tamen ita vitæ, victusque mutatio facta ab eo est, vt ingenium tamen, institutaque illa sua pristina retineret; nec vllos spiritus tanta facta accessione dignitatis, atque fortunæ sibi sumeret; sed prohibitas, affabilitas, & eadem, quæ in priuato fuerat, facilitas, atque humanitas (quanquam inuidiosa illa, tantoque opere à multis expetita, purpura recens induta erat) integumentis inuoluta, & quasi personata elucebat tamen, & agnoscebatur ab omnibus. Nam cum intemptiui ipsi complures, molestique sæpe essent, propterea quod omnibus præsto semper ille erat, admonitus est à suis, non tam faciles eius ordinis ceteros sese præbere consueuisset; sed certam diei horam constitutam habere, antequam adiri ad se non paterentur; neque sui cuique potestatem facerent. Quibus ille respondit, se non putare honorem illum sibi soli esse datum; sed eius partem amicos, partem inopes homines, & egentes iure sibi optimo vindicare; ad quorum arbitrium viuendū sibi esse statueret non ad suum. Nec enim æquum esse amicorum, clientumque negocijs tempus idoneum, quod sit, à se præscribi, sed ab ijs ipsis quid rerum suarum occasiones, ac momenta exigant, statui oportere. Itaque vt quique ad eum veniebant, statim admittebantur, ac quibus operam suam semel esset pollicitus, fidem in eo religiosissimè seruabat, vt sæpe tenuium, aut miserorum hominum causa ad summos Reges iterum, & sæpius adire non dubitauerit; cum id præcipuè Christiani esse officij contenderet; id maximè hominum genus auxilio iuuare, quod maximè opis, & auxiliij egeret. Quod iudicium ipsius etiam faciebat, vt reliquias Græcæ nationis multis grauibisque malis conflictatas foueret, ac quibuscunque rebus posset, subleuaret. Accedebat autem huic animi propensione erga illos vt miseros, & durissima seruitute oppressos, quod memor erat veterum beneficiorum, quæ vniuersi mortales ab erudita ea gente accepissent; inde nanque, & bonas artes, & cuncta ingenua studia profecta per omnes terras manasse affirmabat. Nam quin maiores eorum pietatem Christianam, cultumque hunc optimum nostræ vitæ strenuè adiuuissent, dubitari non posse dicebat. Cum Basilus, Chrysolomus, Nazianzenus quasi signiferi huius sanctissimi doctorum hominum gregis fuissent, qui peccata nostra excoluerunt, ac scriptis, laboribusque suis veros ritus, explosis inde falsis opinionibus, exposuerunt. Quare oportere nos si grati esse velimus, lapides etiam, stirpesque eius telluris amplectari, nedum homines, cum quibus tot arctissimis vinculis coniuncti sumus, omni amore prosequi non debeamus. Vigebat autem eo magis in animo ipsius hæc opinio, quia illos ipsos sumos Theologos, quos appellauit, vt Philosophos quoque eiusdem gentis quotidie in manibus habebat, & eorum laboribus, vigilijsque se instructum esse recordabatur, fidem diligentissimè præstabat, vt ad diem, quibus deberet, semper persolueret, quæ res à potentioribus non paucis neglecta efficere solet, vt multis in locis sit fides angustior; neque hoc tantum maioribus in nominibus custodiebat; ad tempus his, qui se grandiorè pecunia iuuissent, respondebat (quod tamen vt faceret, ægrè, & urgente tantum aliqua necessitate committebat) verum etiam aduersus tenues homines, quibus aliquid deberet, se talem præbebat. Quæ culpa maioribus eorundem inhærens inquinat non parum eorum splendorem, miserisque illos creditores ad desperationem, & laqueum aliquando adigit. Declarat quantopere maculam hanc fugeret; quamque omni in re iustitiam coleret, vox edita aliquando ab iplo, cum fortè audisset dicentem Oeconomum suum iubere minutū quendam opificem cras redire; castigatum enim illum verbo a superiori iussit pecuniam eam statim dissoluere; addiditque; si vnde id facere non esset; lumeret ex abaco vas ipsūque; diuenderet; arbitrari enim se, tenuem illum hominem magis mercede sua, quam se argento illo, mensæque ornatu egere. Eodem pacto toto animo abhorrebat ab indignis graui, & honesto viro questibus; non pauci enim ne desit ipsis pecunia in minimè necessarijs sumptibus; & vt inanem splendorem retinere possint, cogunt illam illiberalissima quauis ratione, ac lordidissima. Cum igitur eo tempore, quo Bononiam legati nomine obtinebat, qui pars illius muneris obeundi illaturum iniuriarum causas audiebat, ita cum eo egisset (putabat enim Contarenum eiusdem animi esse, cuius plerumque sunt, qui negocijs illis implicantur) et scribimus profecto; nullum enim emolumentum parit imposta mihi cura, cunctaque in ciuitate concordia, atque ocij plena sunt; inquit ille. Voluptatem magnam mihi nuncias, cu-

pioque

pioque hunc statum rerum permanere, videreque diem illum, quo ego vt habeam sumptum vnde faciam, mulam etiam, qua vehor cum omni ornatu proferre cogar. Non putavi autem alienum esse has etiam ipsius voces memorie mandare, cum praesertim huiusmodi breuia dicta, quia ab intimis sensibus proficiunt, subitoque prolata sunt in singulis factis, ac motibus animi, vt reliquis etiam casibus humanis, videantur in primis mores voluntatemque eorum, vnde erumpunt, indicare. Eadem voces multum valere non sine causa semper existimatae sint ad homines informandos; illosque etiam emendandos, qui contrarijs vitijs tenentur. Quam causam fuisse puto, cur plures, & docti, & prudentes viri sedulo multas collegerint, & volumina etiam ex ipsis confecerint. Saepe, multumque ineunte adolescentia, cum iracundia, quae paulo sibi consueuisset esse molestior, quasi luctatum, ad extremum prostratam illam, & domitam aiebat oppressisse; non modo enim turpe, sed etiam miserum sibi semper visum, ira incitatos a consilio, atque nobismetipsis abscedere, quod de se Terentianus ille praedicaret; praeracundia Menedeme non sum apud me; Bibulum autem illum, qui cum L. Libone fuit ad Oricum, (quanquam hoc de Scribonio ab inimicissimo homine memorie traditum est, & qui quacunq; re potuit, existimationem eius semper violauit) sibi nullius pretij hominem videri fuisse; qui cum de compositione agendum esset cum Caesare, ad colloquium non prodijt ob eam rem, quod furenter consueuisset irasci; ne res maximae spei, maximaeq; utilitatis eius iracundia impediretur. Itaq; non modo stomachantem, sed ne commotum quidem visum illum a se vnquam esse, qui cum eo familiarissime vixerunt assumant. Vt nimirum, prope patiens, ac lentus existimaretur; neque ijs, qui in epulis, in cubiculo ipsi ministrarent, saepe cessantibus, saepe etiam peccantibus, non modo non conuicium faceret, sed ne verbo quidem malediceret. Quod igitur de nonnullis doctis viris memorie proditum est, vt Socrate Stilpone Megareo; cum illi natura propensi essent ad aliquod vitium, effecisse tantum eos studio, ac diligentia sua, vt nullum vnquam in vita ipsorum vestigium rerum illarum appareret. Id verè de hoc nostro praedicari potest; in illisque sine dubio Contarenus enumerari debet, qui vitiosam naturam compresserint; ac quicquid illic aliquod maius malum, sic reuisset, ferre potuisset, tenerum adhuc, & imbecillum frangerint, & omnes eius fibras extirparint. Superbiorem ipsum (de quo etiam supra non nihil significatum est) copia bonorum, quae aut a fortuna acceperat, aut ipse suo labore, industriaque quae suerat, non fecerat. In quod vitium passim multi, minoribus multo ornamentis decorati ruunt, & sanè hanc culpam ille vt scopulum aliquem magnopere vitabat. Quod si vnquam in sermone aliquo aliquid a se forte prolatum intelligeret, quod tenuem modo vrbem illius mali retineret; valde dolebat, vt contigit quoddam tempore. Cum enim Paulus III. loqueretur cum ipso de augendo numero summorum Antititum, ostendissetque, se in animo habere quosdam in eum ordinem cooptare Contareno minime probatos (quod ille etiam praeferebat, atque id palam tunc dicebat) videns ipsum suae voluntati retragari Pontifex maximus, inquit ijs ipsis verbis; Inscitum fuit semper Cardinalibus, vt nouis repugnarent, ne sibi alij dignitate exaequantur. Respondit igitur ille commotior quam solebat; noli sanctus. Pater ita de me existimare; cognitum enim tibi planè est, quot ego nominarim, idoneam prorsus materiam huic operi efficiendo; & vnde fingi possint personae tantae dignitati sustinentiae aptae. Nam quod ad me attinet, non puto purpuram hanc maximum esse eorum, quos in vita assecutus sum honorum. Extrema haec verba illa occasione edita, statim vt domum redijt, doluit sibi excidisse; vt qui noluisse specimen aliquod a se vnquam datum, aut superbi hominis, aut inanis huius honoris, & gloriae cupidi. Quin etià dicebat amplissima sacerdotia plus in se oneris, quam splendoris habere; quoque maiora illa forent, eo molestie plus sollicitudinisque continere. Quare se saepe vicem dolere solitum eorum, qui Pontifices maximi creati forent; quia pondus Aethna grauius humeris suis sustinerent. Cuius iudicij Seleucus quoque Rex quondam fuit; ille nanque dixit; quae vox eius monumentis litterarum mandata est a doctis viris, vt errorem eorum coarguerent, qui falsò putant, opulentissimos quosque homines beatos esse, magnisque semper voluptatibus frui, cernentes splendorem vitae illius, ac florem. Inquit ille igitur, nescire priuatos illius status incommoda, ideoque magnopere falli in iudicio de illo faciendo: quod si scirent tantum quam arduum sit, ac molestie plenum tot epistolas scribere, ac legere, futurum prorsus, vt diadema abiectum iaceret sine honore villo, nec quenquam inuentum ita tam stultum, qui ipsū tolleret, ac suo capiti imponeret. Nec tamen non multo maioribus, grauioribusque curis premi necessario illos, si munus suum fideliter obire vellent, qui vitam, moreq; eorum, quibus praesunt, regendos susceperunt, animoque ab omni labe purgandos, quam qui in eo tantum eximio statu rerum suarum; regnoque conseruando occupati sunt. Cum igitur hoc crimen Contarenus vehementer reformidaret, ac si quis verè existimare posset, vacuus prorsus ab ipso foret; non tamen penitus potuit ea suspicione carere. Erat enim ille in omni suo sermone, factoque integer, ac liber; remotus ab omnibus blanditijs orationis, acerrimus inimi-

A
cus vanitatis illius, assentionisq; quae nunc in locum inuasit simplicis veritatis, libertatisque loquendi merito quondam magnopere probat; ob quod etiam ingenij bonum ferunt, eum Carolo Caesari valde acceptum fuisse, cum ob alias etiam animi dotes ab eo diligeretur. Haec igitur probitas nuda, experisque omnis fuci, ac fallaciarum, quaeque vti eo venerat, ita se Romae in longè alijs moribus, institutisque conseruaret, causa fuit, vt superbiae a nonnullis insimularetur; quasi ille contemnens ceteros praese, quicquid sentiret de omni re contra commoda illorum diceret; nec sua quicquam interesse putaret potentioribus aduersari. Quam ansam quidam arripientes, ipsum vt contumacem, & inhumanum apud Paulum III. criminati sunt; quod nimis liberè in Senatu contra ipsum sententiam diceret, atque honestissimos quosque viros offenderet. Ipse verò id diuerso consilio faciebat; neque vt impediret commoda aliquorum, sed vt religioni suae, & ei quod rectum esse sentiebat, seruiret. Vt autem quod non verum esset, nec ordine factum, quamuis intelligeret, se apud aliquos offensurum accusabat, ita gratiam aliorum astuta, simulataque oratione non aucupabatur. Cui rei ostendenda in vtramque partem exemplum hoc satis accommodatum erit. Contigit aliquando, vt eo astante in Senatu ageretur de Camerino in potestatem tradendo vni alicui Pontificis maximi nepotum eo genere iuris, quod Feudum appellant. Admonuit igitur Contarenus Paulum, vt antequam de tanta re quicquam statueretur, colendae iustitiae causa, vacuaeque a culpa, conseruandae sanctissimae Sedis mandaret, vt iura Varanae familiae, quae diu in possessione eius oppidi fuerat, diligenter noscerentur; ne iniuriae aliquid ipsa in re acciperet. Haec sententia praesenti animo dicta, illa ipsa die per Urbem sparsa, disseminataque est: quare Hercules Varanus, qui Romae tunc erat, statim domum ad Contarenum venit, gratiasque illi maximas egit, causamque ei suam totam commendauit. Cui quidem ille eadem animi simplicitate, quod tamen quidam ab agresti, inhumanoque ingenio profectum potius dicerent, respondit: non necesse erat, te mihi isto nomine gratias agere. Quod enim feci tunc, vt aequitati officioque meo satisfacerem, feci; nec quicquam amplius cogitationis suscipiam de ista re praeter id, quod mihi fides mea praescripserit, nisi aliquid a Pontifice ipso, quod eo faciat, curae meae mandatum fuerit. Blaudus aliquis illa occasione vltus studiuisset gratiae illi sine villo labore partem nouam gratiam addere; animumque honesti viri inani spe, falsisque pollicitationibus laetasset. Quare mihi venit in mentem, arbitrari, non paucis in rebus simile fuisse Contareni ingenium naturae, moribusque Dionis Syracusani; vt enim reliqua, in quibus ipsis inter se magnopere conuenit, taceam, non deerant etiam in regia illa Dionysij filij (vt ab eruditissimis viris memorie proditum est) qui castissimi illius, & integerrimi viri maximas virtutes, & sanè eadem has propinquis vitiorum vocabulis deformarent, ac grauitatem superbiam esse dicerent, libertatemque loquendi contumaciam vocarent. Qui Dion, cum induci non posset, vt vna cum alijs peccaret, qui se omni genere vitiorum contaminarent, eorum peccata videbatur dissimilitudine vitae coarguere; fertur tamen ille durior fuisse natura, tristiorque. Vnde temperare indolem illam summo studio ipsum debere a doctissimo viro, studiosissimoque gloriae ipsius elegantissima voce dictum est: hortatus enim est Plato, vt gratijs hostias immolaret, suasque, vt aliquid etiam daret moribus suorum temporum, institutisque reliquorum mortalium: non quia id omnino verum esset; sed quia ad congressus hominum frequentandos, beneuolentiamque eorundem retinendam, obsequium saepe necessarium foret. Atque haec priuati officij sunt; illa publici; quod malas consuetudines tollendas curauit illas veteres renouandas, quod multarum legum praeclearissimarum auctor, suaeque fuit, quod in dicenda sententia nunquam inuidiam reformidauit; multaque contra collegarum suorum commodum saepe suscepit, atque perfecit. Vitiosa quadam consuetudine duabus, saepe etiam pluribus ciuitatibus vnus, & idè dabatur custos, qui Graeco verbo Episcopi appellantur, neque in ijs ipsis aetatis progressus expectabatur, qui Annalibus Pontificum maximorum legibus constitutus est; adolescentuli saepe pueri maximis admirationibus praeficiebatur. Has, atque huiusmodi alias prauas corruptelas sua Contarenus sententia debebat, morefque Sacerdotum hominum nimium nonnunquam deformatos emendabat, magnaque sua ipse offensione communem reipublicae leuabat inuidiam. Non eadem conditione est Collegium Cardinalium, ceterarumque ciuitatum Senatus, aut consilium; nam ille ex ea, quam habent ciuium copia in suos Senatus, qui apertissimi visi sunt, legunt: in Collegium Cardinalium è toto terrarum Orbe, qui aut doctrina, aut nobilitate, aut prudentia, aut probitate, religione, pietate excellunt, si Pontifici maximo visum sit, eos cooptare licet; eoque factum est, vt summa is ordo amplitudine, summa auctoritate, summo splendore, omni ille quidem tempore fuerit; quippe è Christianorum flore decerptus, atque collectus. Veruntamen ijs, de quibus institutus mihi sermo est, temporibus praecipuum quoddam in eo lumen enituit; propterea quod Paulus Pontifex maximus magni, atque actis indicij vir, eximia, singularique virtute homines nactus, ad eam illos dignitatem vltro ipse euocauerat: vt ei Collegio, quod per se antea esset clarissimū,

ea re lucis tamen permultum attulisse videretur. Ex hac virorum clarissimorum copia cum mittendus ad Cæsarem Legatus esset, Contarenus potissimum ad id munus delectus est; causa mittendi ea fuit. Vehementer erat Cæsar anxius, sollicitusque, quod Germani, qui plurimum armis possunt, neque presto illi in bellis erant, neque cum pecunia iuuabant; propterea quod maximis inter se seditionibus de religione contendebant, atque intestinis dissensionibus distenti, nullo illi vsui esse poterant. Abiecti quidam, perditique; ac desperati homines quadraginta fere ab hinc annis, iam pridem receptas, rataque disciplina Christianæ sententias in cōtrouersiam reuocauerunt, multitudinēque persuaserunt imperitē, ut à Romano Pontifice, quod caput Christianæ reipublicæ, atque Ecclesiæ est, deficerent, se lege in libertatem vindicarent. Quod malum tardè initio serpens ab ijs neglectum, à quibus opprimi id, & poterat, & debebat, paulatim infimæ plebis, vulgique; mulierum, animis legum vinculis laxandis, & dissoluendis, pollicendaque cupiditatum multarum licentia, in fraudem inductis, paucis annis opinione magis accreuit; idemque nefarius furor, postquam populare existimari cœptum est pietatem euertere, multos quoque Principes inuasit. Alios metus impellebat veritos ne à suis defererentur, si ab illis dissentire pergerent, partim rerum nouarum studio, partim leuitate, & stultitia, quod Deo immortalis, legibusque sperandis, fortitudinis opinionem facere sese de se nonnulli arbitrarentur; partim etiam auaritia, quod sacerdotum maximas, amplissimisque possessiones publicatas, inter se partiebantur. Multi tamen, quibus esset Deus pro sua ipsorum pietate propitius, veram, integramque pietatem constantissimè complexi, nullis permulceri illecebris, nullis illici præmijs, nullo timore depelli sese passi sunt; eaque à maioribus, quæ acceperunt, instituta ad hoc vsque tempus fortissimo animo retinuerunt. Sed tanta inter vtroque extitit non modò contentio, ac disceptatio, sed etiam concertatio, ac pugna, tantumque exarsit odium, ut maximæ, bellicosissimæ, florentissimæ, atque adeo ante hunc furorem, religiosissimæ, optimæque de republica meritæ nationis vires, opes, & copiæ assumptæ, in sese ipsa consicienda, atque delenda sint. Quibus rebus permotus Cæsar animo, & cogitatione in ea cura desigebatur, si per compositionem minui id malum, sedarique discordiæ possent; quæ de se cum omni contentione cum Germaniæ ciuitatibus ageret, primò Christianorum omnium Concilium in ijs maximè locis indici postulauerunt; quo adire tutò ipsi possent. Is erat locus nusquam gentium; quippe cum ab omnibus defecissent, nec vllis se gentibus committere auderent, præterquam in eorum ipsorum finibus; ad id Concilium venturos, eiusque decretis iudicijque; staturos sese pollicentur. Id eo ab illis consilio fiebat, quod Pontificem maximum nunquam eò descensurum sibi persuaserant; verum ubi probari à Paulo III. conditionem, ac ne de loco quidem cuius iniquitate deterritum iri eum maximè sperabant, recusari senserunt, paulatim regredi, neque in eo, quod vltro ipsi postulauerant, manere; ditinui cōtrouersias per colloquium posse; id breuius, expeditius, certiusque esse, dicere, longum esse expectare, dum ex vltimis terris conueniretur. Omnia tibi Cæsar experienda existimabat, si vlla ratione mederi ei tanto malo posset; itaque deliguntur homines docti ex vtroque numero vndeni. Ad colloquium venit, magna contentione, magna pertinacia ab ijs, qui se ipsi Protestantes appellant, disputatur, atque in omni genere calumniæ delitescitur. Eos ijs, qui ratas veteres sententias esse volunt, Catholicique appellantur, acriter refellunt; constantissimèque in sententia perseverant. Ad extremum, cum concertationum exitus nullus reperiretur, nec quicquam inter eos conueniret, profusus dissonis, discordibusque opinionibus infecta re à colloquio discedunt. Quod quoniam se absente factum erat, Cæsar sperans Germanos suum aspectum, atque auctoritatem reueritos aliquid pertinacia, atque calumnijs remissuros, iterum deligi homines iubet, qui colloquendi causa Ratisbonam conueniant; atque eo ipse proficitur, ut maiore auctoritate de concordia ageretur, simulque magnopere à Paulo III. per litteras petit, Legatum ut ad se mitteret, qui ad rem tantam, & tam grauem maximè esset idoneus. Paulus è tanta præclarissimorum hominum facultate, & copia Contarenum sine vlla dubitatione delegit, atque hominem in Germaniam mittit; quod is magnum iam antea eius gentis propter eas causas, quæ commemoratæ à nobis sunt, haberet vsus, & Cæsari esset gratissimus; idemque innocentia, doctrinæ, prudentiæ, facilitatis, animique moderationis, magna apud Germanos opinione excelleret; quique; id quod Cæsar magnopere postulauerat, maximèque; ad rem pertinere arbitrabatur in disputando minimè esset ambitiosus, minimèque pertinax. Eo cum venisset mirabiliter acceptus in Germania est; & magno in honore apud Cæsarem fuit; nam cum omnes Germaniæ Principes, tum Rex Romanorum ipse, officij, honorisque hominis causa domum ad eum venit, & in sacris, cæremoniisque solemnibus datus ei locus est secundum Cæsarem primus; nihilque earum rerum, quæ ad homines magnos honestandos adhiberi consueuerunt, in eo prætermisum est. Quæ tamen ordinis scilicet debebantur, & dignitati tamen cum alacrius aliquanto, tum etiam cumulatius, quam antea solita sint, personæ dicuntur esse perfoluta. Accedebat quod Cæsar iucundissima eius

A conuetudine, & sermonibus delectatus, sepe hominem ad se extra ordinem vocabat; cumque de grauioribus negocijs, deque re publica collocuti inter se essent, multa ad eum Cæsar de suis priuatim rebus referebat; multa de Geometria, multa de Geographia quærebat, quibus ille scientijs, quod eæ ad rem militarem, quæ illi spectanda erat maximè, pertinent, operam multam illis temporibus dabat. Illa autè cum in promptu Contarenus haberet, quod puerili disciplina erat in ijs artibus studiosè versatus, omnia scilicet certa, dilucidaque respondebat. Quæ cum de Contarenis apud Cæsarem familiaritate, ac gratia, apud omnem autem Germaniam auctoritate, & fama Romanæ essent allata; ventum est in spem fore ut res conueniret, mitigatque Contarenis lenitate, & prudentia Germanorum animis tæterimæ discordiæ tollerentur. Quæ res quoniam maiorem in modum illi gloriæ futura erat, homini vehementer inuideri cœptum est. Nec deerant etiam Romæ, qui dicerent, nulla alia de causa ipsum Germanis gratum, acceptumque esse, nisi quia aduersarij indulgisset, ac decreta, quæ pugnacissimè defendere debebat, eidem prodidisset. Hæc verò graues, acerbæque; voces ab ijs, qui æquo animo laudem, gloriamque; Contarenis non ferebant, emanabant; nec tantum illic, ubi plurimum ipsi obesse poterant, improbè mittebantur, verum etiam per omnem Italiam fusa, ac disseminata, magnopere illius existimationem, ac dignitatem lædebant. Quas tamen ille magno animo præditus, & ique ipsius naturæ non ignarus, primò contempsit, ad eum nanque maleuoli hi sermones inuidorum in Germaniam vsque delati sunt, simulque sperabat exitum earum rerum innocentiam suam, fidemque; patrefacturum; cui sane ipse toto animo incumberebat. Contigit tamen tunc, quod sæpe in magnis, arduisque rebus vsu venit, ut negotium illud Christianæ reipublicæ magnopere utile, atque adeo salutare, in medio cursu fractum, ac dissipatum sit. Id autem magna ex parte factum est malitia, fraudeque illorum, qui Cæsaris potentiam, quæ multum compositis rebus, Germaniaque pacata creuisset, suspectam habebant, sicutque rebus periculosam existimabant. Hi nanque non modò veterum discordiarum fibras, ut oportebat, communis utilitatis causa non euellabant; verum etiã nouarum simultatum semina occultè iaciebant in aures eorum, quibus commissa res erat, insufurrantes, ac falsos quosdam metus eò inferentes. Ut autem astuta hæc consilia rem remorabantur, & ne ad exitum adduceretur, impediebant, ita subito exortum est, quod animos Germanorum ad longè alias curas traduceret, finemque; disputationi illi, ac colloquio faceret. Hoc autem fuit incursus Turcarum Regis in Pannoniam cum maximis copijs, communisque hostis metus: nec enim effecit tunc timor ille, quod plerunque consuevit, magnopere exacerbat animis, ut stimulum, periculum tantum admoueret ad odia extinguenda, & gratiam reconciliandam, sed potius spem, quæcunque erat, malorum illorum sedandorum eo tempore intercidit, ac iustulit. Missis igitur sermonibus illis, quod factum est extremo mense Quintili, ceperunt Germani arma, totosque; se ad impetum illum coercendum, sineque; suos tuendos contulerunt. Cæsar verò aliam rationem inijt eius periculi callido consilio propulsandi; quod à veteribus etiam ducibus non semel vsurpatum fuit, & satis tutum semper, vtileque; cognitum est; statuit enim cum classe, quam maximam ædificauerat, ornaueratque in Africam nauigare. Magno nanque spatio Solimanus inde remotus, auxilium illis locis ferre nullo modo poterat; & ne maiorem etiam aliquam plagam in Græcia acciperet, non sine causa metuere debebat. Urgebant præterea Carolum, ut hoc faceret, assidue preces Hispanorum, crebraque; damna stimulant, quæ cuncta illa maritima regio quotidie accipiebat, ob frequentem irruptionem piratarum; adeo ut mare penè omne clausum illic foret. Quare ut tam grauibis malis regnum illud suum liberaret, deleretque maculam, quam sibi videbatur suscipere ob tantam licentiam prædonum, statuit, ut dictum est, apparatus illius belli non desisset, sedemque; nefariorum hominum, si posset, omni ratione euertere, quamuis inimici timoris ipsum arguerent, quod ferocissimum hostem declinaret, ac tellurem, quam maximè tueri debebat, tanto periculo impendente destitueret. In Italiam igitur venit. Cum verò muneri, quod sustinebat, non sine magna animi sui molestia sine in factum esse vidisset Contarenus, nec se posse amplius nauare operam reipublicæ, vnà cum Cæsare reuersus est. Postea verò quam Tridentum ventum est, Imperatorem, ut se dimitteret, rogauit; velle enim se, cum commodè id facere posset, Ecclesiam suæ fidei commissam, quæ non longè inde abesset, inuisere, ac postquam publicè non posset, priuatim religioni, officioque suo seruire. Venerunt tamen eo tempore Roma à Pontifice maximo litteræ, quæ iubebant, ipsum persona Legati retenta apud Imperatorem esse, Mediolanumque; vnà cum eo proficisci. In quam urbem ille ut veteris Imperij iuris non multo antè receptam volebat (ut moris est) cum pompa ingredi, indeque; Lucam accedere; quo in loco Pontifex ipse, Cæsarque; statuerant simul congregari, ac de communibus rebus studiosè agere. Accidit hoc in itinere res, quæ vehementer animum optimi viri commoueret; cum enim Brixiam ventum esset, cuius eius loci, honestus sanè vir, ac vetus amicus Contarenis, qui ad ipsum salutatum venerat, quæ fuit ex eo simpliciter, quæ mens ipsum impulisset, ut ca-

pita, quæ ferrentur prolata ab aduersarijs, adeo absurda, & à vera ratione aliena, in Germania comprobaret. Cui statim respondit ille; eas esse meras nugas, rumoresq; prorsus inanes, & quos omnium aures respicere deberent. Se nanque ne dum anceps quod esset, & in quo scrupulus aliquis resideret, sine auctoritate Pontificis maximi concessurus aduersarijs fuisset; ea etiam, quæ rata in primis sunt, & firma aliter recepturum non fuisse. Non destitit auctor eius sermonis, sed addidit, rem aliter atque ille putaret, se habere; neque enim incertam esse, ac nullo auctore prolatam famam illam; se nanq; litteras vidisse ab eius ordinis homine scriptas summo viro, quem etiam nominauit, quæ id commemorarent, ac verum esse contenderent. Non potuit tunc homo lenissimus sibi temperare, quin stomacharetur, exclamaretq; digna verò merces hæc est meorum laborum; si vera sunt, quæ narras. Statimque vt innocentiam suam, existimationemq; tueretur, misit epistolam ad Pontificem max. qua valde questus est de iniuria illa, sermoneque improbissimo, quem Roma profectum, ac per omnem Italiam ab iniquissimis disseminatū contra dignitatem suam comperisset; rogauitque simul, vt si penitus eum non aspernaretur, saltem se in dicta causa ne condemnaret; nec quicquam de illa re secum statueret, antequam ipse ad eum peruenisset; sperare enim se facile causam suam probaturum, ostensurumque, laude se ac premio, non reprehensione, aut pœna vlla ob ea, quæ in Germania gessisset, dignum esse. Cum Mediolanum peruentum esset, quæ ciuitas omni genere lætitiæ, magnificentiaque apparatus Cæsarem excepit, mirificè suo quodam facto Contarenum Carolus decorauit, ac quid sentiret de virtute, singularique probitate hominis, notum, testatumque omnibus esse voluit; lateri enim suo ipsum in omni ea pompa hæzere voluit; cumque hoc ille modestiæ causa recusaret, sequereturq; aliquanto post, mandauit humanissimus Princeps vni è famulis, vt penè inuitum ipsum traheret, ac prope se collocaret, omneq; id tempus, donec eo perueniret, quo paratum illi hospitium erat, consumpsit cum eo iucundissimis sermonibus. Id verò cum personæ, dignitatisque datum non sine causa aliquis arbitrari posset, licet tamen existimare, multum etiam ad hoc valuisse iudicium, quod fecerat de homine, quod putaret, vt qui veræ gloriæ non ignarus esset, eam rem non minus sibi, quam Contarenum laudi, & honori futuram. Et sanè litteris mandatum est, eius nominis primum Augustum Cæsarem, cum primum Alexandriam (quam bello ceperat) ingressus est, in magna copia honestorum, & clarorum virorum aureum grauissimum, & eruditissimum hominem sibi adiunxisse, familiariterque cum eo solo in tanta illa lætitia, fortunæq; suæ magnitudine locutum esse. Quem etiam vt magis eum ciues sui suspicerent, ac fortunatum iudicarent, manu teneret; erat enim philosophus ille Alexandrinus. Sed aliæ quoque res, dum illic mansit, indicio esse potuerunt, quantopere Contarenum diligeret; id quod animaduertsum ab alijs opulentis viris qui in eo comitatu erant, fecit; vt omnes ipsum colerent, ac de illo celebrando, quasi inter se contenderent. Cæsar, qui vt supra ostendimus, mare transire statuerat, quæ ad cursum illum necessaria erant, studiosè parabat; imperatque, vt Genuam classis, propinquoque in portus cogeretur. Quare vt id celerius fieret, statuit, sibi in eam urbem accedendum, indeque Lucam eundem, quo Pontifex maximus se venturum significarat. Contarenus igitur breuiore via se Lucam contulit, atque illic, quod maxime cupiebat, post paucos dies Pontificem maximum vidit, qui sanè hilari vultu, nulloq; signo edito offensionis ipsum accepit. Nec multo post eodem Impetator venit, qui non cessauit etiam in alijs magnis rebus, quas cum Paulo III. egit, multa prædicare de prudentia, industria, probitate Legati, quibus omnibus virtutibus in munere illo obeundo vltus fuerat in Germania; necnon questus est, quod Romæ multa falsò iactata forent contra fidem, & dignitatem ipsius, cum ille integre, sincerèque personam eam sustinuisset, ac negocia cuncta cum fide administrasset. Cui statim sapientissimus Senex; qui que ignarus non erat artium malarum, quibus plerique Romæ vtuntur, aut inuidia commoti, aut si alios depresserint; sperantes se in locum illorum inuasuros, respondit, sibi eximie cognitum esse, ac probatam Contarenus virtutem; seque eam ob causam ipsum tunc in Germaniam misisse, tantumq; oneris ei imposuisse, facturumq; etiam breui, vt nemo dubitare possit de beneuolentia sua erga illum, ac, quo denique loco eum haberet, se omnibus declaraturum. Non contentus autem de hoc Pontifex; vt omnem scrupulum ex animo Contarenus euelleret, gauderetq; ille secum tam prompto erga se animo fortunatissimi hominis, ac tam præclaro testimonio suarum virtutum notum esse voluit ipsi eum sermonem; simulque sua illi, vt contemneret maleuolas voces improborum, nec putaret, eas quicquam valere ad existimationem suam violandam, fontem etiam huius mali aperire volens, testimonium citauit veterum Poëtarum, qui naturam inuidiæ versibus suis expresserunt, moremque illum habere tradiderunt, vt summa loca feriret non minus, quam venti editissima quæque appetere, ac violentius verberare consueuerunt; omni que demum ratione, qua potuit, ostendit, se eum valde charum habere. Cumque etiam gratias amanter egisset pro susceptis laboribus, fecit ei potestatem, vt tot itineribus defatigatus, Romam reficiendi sui causa, breuiore via accede-

ret; ipse nanque vicinitate inuitatus, Bononiam profectus est; indeque Ariminum venit, ac Flaminia denique via Romam reuersus est. Lauretanæ B. Virginis Ædi à Paulo illico Protector est datus; & paulò post à Canonicis secularibus S. Georgij in Alga vnà cum Hieronymo Aleandro ordinis Protector approbante Pontifice electus est. Et nondum duobus mensibus transactis, memor eius, quod dixerat de augenda dignitate Contarenus, Legatum ipsum Bononiæ declarauit; quæ publica cura, prouinciaque reliquas omnes superat, quas intra suos fines, imperiumque status Ecclesie possidet. Ille igitur hoc nouo onere sibi imposito, vt qui non minus rebus gerendis, quam contemplandis factus erat, Martio mense in prouinciam se contulit; factumque est, vt vj. Kal. Aprilis in Urbem ingrederetur; qui dies apud eos maxime celebris agitur, consecratus Genitrici eius, qui salutem nobis dedit. Summa igitur lætitia totius ciuitatis exceptus est; conataque est illa, quam spem coneeperat animo de probitate, & prudentia ipsius externis etiam rebus, honoribusque omnibus indicare; certò enim sciebat, futurum sibi esse illum potius optimum parentem, quam durum aliquem, & auarum dominum, aut etiam fortunarum suarum expilatores. In quo certè illi falsi non sunt; vt primum enim res illas attingit, nullo negotio cognitum est, non minus ipsum in rebus iudicandis clementia vt, & æquitate, quam summo illo iure, quod sæpe merito reprehenditur, ac si quis verè existimet, quod alio nomine appelleretur, dignum est. Totos dies ille causis audiendis, controuersisq; tollendis operam dabat, nec vnquam molesto sanè hoc, & odioso munere præsertim homini in alijs curis, studiisque educato defatigabatur. Hoc autem faciebat; naturamque ille suam, consuetudinemq; flecebat; quia verè gloriæ deditus erat, ac prodesse mortalibus quacunque re poterat, studebat; quare quodcumque munus obiret, dignum viribus, operaque sua in ipsum totamente incumberebat. Hæ erant curæ, cogitationesque hoc tempore Contarenus; procurabatque ille comoda eius nobilissimæ ciuitatis; cum repente, inopinantè illo Roma litteræ venerunt, quæ ipsum ad aliud munus traducerent, in quo sanè ille diutius versatus fuerat, quodque omnes numeros honestatis in se habebat. Cum enim sedari nunquam potuissent vlla vilius opera iræ inter Franciscum Gallorum Regem, & Carolum V. Imperatorem, sed quotidie magis nouis iniurijs inferendis inflammarentur eorum animi gerereturque, aut pararetur ab ipsis semper bellum ætèrnum, quod in singulos dies reipublicæ Christianæ grauissima vulnera imponeret, & ad internecionem denique redigeret; maxime piæ nationes, officij sui esse ratus est Paulus Pontifex maximus tanto malo, si vlla ratione posset, mederi, tantumque, & tam læuum incendium extinguere. Quare mittendos sibi esse censuit seorsum ad ambos potentissimos Reges, legatos, prudentissimos viros, ac tanto oneri sustinendo pares; præclare enim sciebat, quanta vis esset in ministris ad vnquam rem efficiendam; hæcque curam, omnium maximam requirere personas in primis læpientia, & auctoritate præditas, atque ornatas, & non minus gratas, acceptasq; Principibus ijs, quorum animos delinire, ac fletere deberent. Eligit igitur quem ad Cæsarem in Hispanijs tunc degentem mitteret Gasparem Contarenum, & ad Gallorum Regem ire voluit Iacobum Sadoletum; ambos viros probos, atque omni ingenij laude, flores; & vt collegas in amplissimo Sacerdotio; ita multis honestis artibus inter se coniunctos, ac maxime bonis omnibus probatos, quæ res gesta est Sextili mense. Erat eo tempore Sadoletus Romæ; quare significauit per litteras Pontifex Contarenus, quid de illo statuisset; mandauitque, vt quæ ad iter necessaria erant, expediret; socium nanque ipsius in honestissimo illo munere intra paucos dies in viam se daturum. Hoc accepto nuncio ille qui nullum vnquam vtilitatis aliorum causam laborem recusarat, quamuis ætate iam confectus esset, & satis imbecilla valetudine, æquo tamen animo tulit sibi onus illud imponi. Quod si animam etiam in eallegatione se profuturum esse certò scisset; tanta erat pietate præditus, vt ipsam prorsus repudiaturus non fuerit. Appropinquabat sanè illi mors, quæ tamen longè alia ratione, & vbi minime expectabatur, ipsum oppressit; nec enim (vt à me nunc diligenter narrabitur) aut laboribus, aut defatigationibus nouis accelerata est.

Agebat Contarenus ætatis suæ annum 59. in his curis, quas ostendi, toto animo occupatus, partem tamen illarum iam in id munus, quod instabat, deriuans. Incumbens igitur illis, quæ multæ profectò, ac graues erant, molesto anni tempore, vt par esset ipsis sustinendis, aliquando reficiendi sui causa, se in propinquum vrbis locum conferebat, vbi manens, & æstum declinaret, quo conficiebatur domi, & aliquantulum à perpetuis suis laboribus animum relaxaret; nam si quid maioris momenti subitò euenisset, facile illic adibat, vbi etiam potestatem sui omnibus faciebat. Locus autem valde animo ipsius, temporique illi accommodatus, ac quo plurimum varijs de causis delectabatur, erat facellum D. Mariæ à monte vocatæ, cuius possessio, procuratioque est sodalium D. Iustine. Acciderat autem, vt illis ipsis diebus, qui primi Sextilis mensis fuere, fratris filius, illius salutandi, & visendi causa Bononiam veniret, qui superiore anno Patuij inter sodales illos receptus fuerat; vocabatur verò nouo nomine, vt consuetudo est eorum,

qui

qui sacris se aliquibus inuitant; Placidus. Cum autem probus adolefcens efferet, feminaque nonnullarum virtutum in se contineret, à Contareno diligebatur: ille igitur primò apud suos in vrbe mansit in Diui Proculi dicato ipfis domicilio. Vt tamen eo facilius frui posset Contareno, ipseque itidem situm suam exleret videndi virum, quem maximè optabat, secum sanguine coniunctum, cuius etiam visendi alienigenæ desiderio flagrabant, impetrauit à suis, vt se illic esse paterentur; quæ causa reliquis causis addita est frequentandi recessum eum, diutiusque illic commorandi. Hic colis ab vrbe abest spatio mille passuum, amœnissimus, & natura, & arte factus ad animum multis modis pascendum, atque omni honesta voluptate explendum. Et sanè qui desideria optimi huius viri, gaudiaque cognita haberet, quod non magno negotio omnibus contingere potuit, qui familiariter cum eo vixissent, facile iudicaret paucos illos dies, quos illic traduxit, iucundissimos ei fuisse omnium, quos in vita vnquam degustasset. Viuebat enim cum sui amanti sismo fratris filio, cumque alijs nonnullis comitibus illius, eorundemque sacrorum socijs, honestis sanè viris, & eruditjs; rem diuinam crebrò faciebat; omnisque sermo illic erat de rebus, quibus maximè capiebatur. Cum igitur vt traditum à me est, calores essent maximi, crebrò in porticulam quandam declinandorū illorum causa veniebant; & vt illic frequentius deambulabant, ita etiam aliquando posita mensa cibum capiebant. Vergit enim illa ad Septentrionem, vrbeque ipsam quasi ante pedes positam prospicit, planitiemque omnem, quæ ipsam cingit, quin etiam remotiores vrbes illinc commodè cernuntur Mutina, Ferrara, aliaque nobiles vrbes. Quare non sine causa expetitur prospectus ille, pariterque oculis incredibilem voluptatè; quamuis tunc capto iucunditate illius Contareno, nihil tale timentis exitium comparauerit. Aura enim illa lenis, quæ flabat, frigidius cultuque aer, cum temperamentum corporis ipsius rarius esset, paruoque momento sæpe commoueretur, facile ad imas partes penetravit, sanguineque inflammato abscessum in latere creauit. Quare statim febris consecuta est, quæ septimo die ipsum consumpsit; quamuis magna diligentia summorum medicorū curatus sit; simul ac enim primùm cognouit se ægrotare, Bononiam reuersus est. Ipse autem in primis naturam, vimque eius morbi maturè perspexit; tribus nanque diebus, antequam animam efflaret, omnem rem Ludouico Beccatello, vni ex familiaribus suis, quo plurimum in rebus maioris ponderis vtebatur, enarrauit. Dixit igitur, grauitatem eius morbi non apparere; reconditaque corporis partes magis ipsum oppressisse, quàm exteriores malè habere; in promptuque esse; addiditque genus id morbi periculum magnum in se continere. Quod si vires corporis eæ forent, vt spatio trium, quatuorue dierum resisterent, sine dubio morbum ipsum, impetum suum remissurum; se tamen magnopere vereri, ne contra ipse deficiat, naturaque penitus frangatur; intelligere enim se, venæ motum valde imbecillum esse. Cui ille, qui saluti ipsius omni studio prospiciebat, respondit rogans, vt abduceret paulisper animum ab his molestis cogitationibus, rationemque omnem sui curandi in prudentia, diligentiaque medicorum positam esse vellet: affirmans propterea Deum optimum maximum, quem semper ille piè coluisset, ipsi præsidio futurum. Esse autem accuratè incumbendum valetudini recuperandæ, vt citò mandatum sibi munus obiret, iterque ad Imperatorem faceret. Ille verò statim hilari vultu ad alium longe maiorem Imperatorem sibi iter instare dixit, idque ipsos breui cognituros; neque tamen se hoc dicere, quia mortem valde perhorresceret, parumque animo æquo ferat, se è vita discedere: intelligere enim se præclare, quot, quantaque beneficia à Deo accepit, quorum etiam pleraque commemorauit non gloriæ causa, ostentationisque, cui tum locus minimè erat; verum, vt se gratum esse erga auctorem illorum significaret inquit igitur, se ortum esse in ea ciuitate, quæ nulli earum cederet, quæ in vniuerso terrarum Orbe existunt; è familiaque, quæ haud postremum locum in ea re publica retineret; consecutumque itidem illic esse honores non paruos; & vt domi, ita etiam foris gradus maximos dignitatis adeptum esse; vtraque vitam se cum laude aliqua coluisse, & eamque in contemplatione rerum versatur, & eam, quæ rebus agendis incumbit; peruenisse ad ætatis annum 59. quem terminum vitæ nò multi attingere potuerunt. Quare secum quoque hac parte non malè actum esse; canereque se debere vnà cum sacro Habreorum vate carmen, quod ad æquum, gratumque animum significandum pertinet; nomen illius laude gloriaque cumulandum: quia non tam liberaliter se gesserit erga multos, neque tot bonis expleuerit omnem populum, gentemque. Vnum tantum sibi molestum esse, quod, vt optat, commodis quorundam tenuiorum hominum non prospexerit, qui sibi, postquam ad sacrum illum honoris gradum ascenderit, fideliter ministrant: sperare tamen se Deum optimum maximum, Pontificemque; cuius dignitati toto animo inseruierit, fortunas eorum subleuaturus. Nec oblitus est suo opportunoque tempore mandare custodi ipsius, vt priuilegium, quod beneficij loco à Pontifice impetrarat, ad delicta penitus abstergenda traditum sibi legeret, dum mente, orationeque consisteret. Cum hæc animo versaret, sanè constanti, ac forti, atque hoc sermone semet consolaretur, suos, qui præsentibus aderant (ij autem erant, vt quisque;

A maximè illi acceptus, probatusque fuerat) angebat, atque ita perturbabat, vt lacrymas vix tenere possent; à quibus tamen sibi diligenter temperabant, quamuis intelligerent, ne magna quidem copia ipsarum spectante illo effusarum posse ipsum commoueri, & è statu illo animi deijci. Eadem verò hominis prouidentia in intelligendo, prædicendoque suis vitæ suæ fine exitu ipso comprobata est, quæ in ceteris rebus iudicandis, significandisque sæpe apparuerat; crescente enim semper vi morbi, temedijque omnibus superatis, oppressus ille est, animamque efflauit Kalendis Septembris anni 1542. meridie. Quamuis autem horas circiter sex antea voce orbatus esset, non tamen sensu animi, intelligentiaque extremo illo tempore caruit, vt certis quibusdam notis, indicijsque perspectum est; confiditque clementia Seruatoris nostri, vt Christianum virum decet; & cum aliter non posset, se spem omnem suam in eo collocatam habere, nutu, admonitus diligenter de hoc significauit. Vt verò se constantem in hoc, maximèque piæ præbuit, ita quæ moris sunt: consuetudinisque; non solum magno; verum etiam alacri animo geri, custodiri que passus est. Quæ sanè vt nuncia mortis perterrefaciunt plerisque, ac valde omnes, qui non firmas radices egerunt in persuasionem Christianam, perturbant. mense Augusto refert Cabrera, Contarenum ex hac luce migrasse; cum id accidisse scribat Ioannes Casa Archiepiscopus Beneuentanus, qui fusè huius præclarissimi viri res gestas narrauit, Kalendis Septembris in annum sequentem 1543. Contareni obitum referunt alij.

B Reliquit verò ille discessu, suo suos omnes mæroris, ac luctus plenissimos, & vniuersam quoque ciuitatem dolore magno affectam, quæ sanè quacunque ratione potuit, funus illius honestauit; & quam molesta ipsi optimi custodis mors fuisset, planum fecit. Die autem, quæ secuta est mortem ipsius, funus ductum est: Orationem de laudibus eiusdem, & honestè acta cuncta vita habuit Romulus Amasæus, disertus, & nobilis Orator, qui tunc in ea vrbe, domicilio quodam vetere omnium disciplinarum; & humaniores litteras docebat, & negocia publica reipublicæ administrabat. Corpus in Diui Petronij lateritio in tumulo depositum est eo consilio, vt Venetias ad Diuz Mariæ ab Horto in familiaris sacellum postea exportaretur, quod factum est, ibidemque collocatum in sepulchro maiorum suorum cum hoc epitaphio.

**GASPARIS CONTARENI S. R. E. CARDINALIS OSSA,
CVIVS ADMIRANDAM INTEGRITATEM, DOCTRINAM,
AC BLOQVENTIAM IN VTRAQVE REPVBL. ET APVD
SVMOS REGES GESTA ET SCRIPTA TESTANTVR.
BONONIÆ LEGATVS PONTIF. NATV.Æ CESSIT
MDXLII. VIXIT ANN. LIX.
ALOYSIVS EQVES, ET GASPAR EX FRATRE
NEPOTES TANTO VIRO. P.**

D Eiusdem corpus in D. Petronij depositum cohonestauit Ianus Vitalis hoc carmine.

*CONTARENE tibi pietas dum dia parent at
Et queritur longo amissum Republica luctu:
Ite, ait, illustres anima, vitalia secla
Heroum, & vestro Athleta exornate sepulchrum
Floribus: Hic verus docuit rationibus esse
Immortalem Animam summa de mente creatam.*

OBIIT NONDVM SEXAGENARIVS ANNO MDXLII.
IANVS VITALIS AMICO POS.

E Paulus III. nuncio allato de obitu Contareni, ægrè admodum illum tulit, declarauitque quanti hominem fecisset, omni genere liberalitatis vsus erga domum illius; nec tantum Pontifex maximus, qui sæpe opera ipsius fideli, & vtili vsus fuerat, verum etiam Romæ ceteri probi viri morte illius vehementer consticti sunt: nam quantum luctum eadem in patria excitarit, non facile dici potest. Omnes denique qui aliquando doctrinam illius gustarant, singularisque probitatis hominis specimen aliquod acceperant, publicam illam cladem existimarunt. Cuius autem, collegaque ipsius in amplissimo Sacerdotio Petrus Bembo quantum dolorem cepisset ex graui morbo Contareni, desperataque iam à Medicis salute notum omnibus esse voluit. In epistola enim ad Flaminium Tomarotium, quomodo affectus animo esset audito casu illo, & propinqua morte optimi, & honestissimi viri, diligenter narrauit: verba ipsa cum illustri loco posita sint, alioque sermone edita, super se deo hic rescribere. Possem etiam aliorum multorum, doctorum, & excellentium virorum testimonia citare, qui quantum damnum morte illius factum esset, scriptis suis testati sunt, in quibus etiam nonnulli, qui ab eo vehementer dissentiebant de ratione viuendi, veroque cultu Christiani hominis, & acerrimi aduersarij opinionum, quas ille in Germania defendit, extiterunt; magnificè tamen de eruditione, continentiaque illius in illis ipsi libris, quibus sententias ipsius oppugnabant, locuti sunt. Quod ferè vsu venire non solet, vt à quibus de veritate homines dissentiant, non eosdem etiam contentur deformare, atque ita auctoritate omni ipsos spoliare. Et quoniam de dolore, quem illo tempore cepit Paulus III. mentionem feci, libet etiam commemorare, quod ab eodem illo familiari Contareni, & omnibus officijs cum eo coniuncto Ludouico

Beccatello, honesto in primis, & fide digno viro acceptum est ad id confirmandum vehementer accommodatum: declarat enim, mansisse diu in animo Pontificis ægritudinem hanc, ac leui quoque momento refricari solitam tantam plagam. Nisi forte aliquis putet, sapientissimum illum Senem quotidie magis in magna penuria talium virorum cognouisse quantum incommodum olim acceptum fuerit obitu eius viri, qui vt quietorum temporum ornamentum ingens, ita perturbatorum præsidium firmum erat. Cum enim ad se illum euocasset, opera ipsius quibusdam in rebus vsurus, diligenter ex eo quæsiuit, an præsens forte ille assuisset, cum fato Contarenus functus est: rogauitque vt diceret aliquid de institutis, & vita illius. Cui statim respondit id quod erat, mirificam fuisse Contareni integritatem, fideique in ijs omnibus rebus gerendis, quæ mandata illi ab ipso forent, intelligeret ipse sua sponte, facere ad dignitatem Romanæ reipublicæ conseruandam, virumque illum vera probitate præditum fuisse, non ficta, ac simulata, quam personam plerique, vt eò perueniant, quo cupiunt, sibi callidè imponunt: vnumque omnium Contarenum veteres, ac maximè ratas opiniones, & animo probasse, & verbis etiam semper defendisse. Quo sermone accepto commotum Pontificem maximum, qui deambulabat, stetit, manuque iterum percussisse mentem prope positam, dixisseque non sine gemitu quodam, ac suspirio, quod indicauit, euulsam fuisse penitus omnem ex animo ipsius suspicionem, quæ quondam eò inculcata de illo vocibus maleuolorum fuerat. Amisimus profectò magnum virum, ac valde vilem reipublicæ nostræ ciuem; sed vt alia; ita hoc magno, constantique animo ferendum.

Ludouicus Beccatellus supra laudatus intimus consilij Contareni, nec minus studiosus famæ, ex estimationisque huius optimi, ac prudentissimi viri, quem sibi in vita, tanquam viuum quoddam exemplar probitatis proposuerat, notam, quam improbè vitæ ipsius inurete præposteris amicis studuit, hoc pacto deleuit. Narrat enim fortè euenisse, vt illo ipso tempore, quo grauer Contarenus ægrotabat, Bernardinus Ochinus, ille nouè condendæ Fræcisanzæ familiæ dux, & auctor, Bononiam venerit, Romam ad causam dicendam euocatus; insimulabatur enim in ijs concionibus, quas Venetijs habuerat, nonnulla dixisse, quæ veteribus decretis Romanæ reipublicæ aduersabantur: addiditque habuisse illum litteras ad se scriptas à Giberto Episcopo Veronensi; quibus à se petebat, vt diligenter ageret cum legato, vt hortaretur hominem ad sistendum se in iudicio, coramque ad ea, quæ ipsi obieciabantur, defendenda. Cum cognouisset ipsum timidè ad id descendere, egereque stitulo quopiam, & auctoritate magni alicuius, & grauis viri; neque enim adhuc Gibertus hominis leuitatem, inconstantiamque perpexerat. Is autem vesperi venerat, cum iam conassent omnes, legatus tamen adhuc in lectulo vigilaret; qui cū speraret, morbum postridie leuiorem fore, vt commodius eum audire posset, loqui que cum eo familiariter, iussit vt præberentur illi quæ ad curandum corpus pertinerent. Contigisse verò contra, vt ea nocte morbus ingrauesceret; quare manè legatum, totum fuisse distentum in remedijs, quæ medici adhibenda iusserant, sumendis nouisque curationibus; vnde factum fuerit, vt neque de hospite illo, neque de vlla alia re agi cum eo potuerit. Bernardinus interim, cui in primis mala sua mens, malisque animus cognitus erat, atque umbras etiam, vt, si qui sibi alicuius sceleris consilij sunt, faciunt, reformidabat, cœpit vereri, ne astutè illic detineretur, putabat enim fingere morbum legatum. Quo metu homo oppressus non cessabat Ludouicum urgere, vt rogaret legatum potestatem sibi faceret abeundi; in quo ille ipsi non obtemperabat, putans breui fore, vt melius esset legato; videbatur enim sibi prospexisse, cupere illum magnopere cum Bernardino loqui, qui sanè vsque ad id tempus magnum sibi nomen ex facultate illa dicendi, & opinione sanctitatis conciliarat. Cum autem magis magisque semper timore crecente inflaret, Ludouicus importuno sanè tempore coactus est, cum æstu febris in lectulo legatus iactaretur, eò irumpere, rogareque, vt pateretur ipsum abire; in quo sanè humanissimus vir ei morem gessit. Cumque ad eum Bernardinus introductus esset, hæc ipsa verba protulit: Vides quo in statu sim; excusatio hæc apud te iusta sit; & ora, vt Deus optimus maximus mihi propitius sit, feliciterque institutum iter perage. Cui ille tantum demisso, vt moris est, capite respondit, se profusus ita facturum; illicoque abiit. Hic est sermo, quem Bononiæ habuit cum sanctissimo, & modestissimo viro Bernardino; nec verbum præterea additum est. Qui tamen postea, cum susceptam vitæ rationem deterruisset; acerrimumque se hotten Pontificiæ potestatis præbuisset, vt se sapienter id fecisse ostenderet, à prædictaq; causa, & flagitijs multis contaminata merito defecisse; habereque se multos socios eius consilij probare vellet, non veritus est criminari amicum, memoriæque, ac litteris prodere; questum secum esse eo tempore Contarenum de moribus, institutisque Romanorum Antistitum, & infectione sæua, atque iniusta bonorum; huiuscemodiq; alia multa scribere profusus inania, & quæ non solum à veritate abhorrent, sed etiam vitæ eius, cui afficta erant, nullo modo conuenient. Quæ cuncta Ludouicus (vt erat vir optimus, & omnis officij, quod in amicitia coli debebat, obseruantissimus) asseuera-

bat refellendi eius mendacij causa, & purgandæ innocentiz viri illius mortui, quem viuum magnopere dilexerat. Nec tantum hoc ita se habere, testimonio suo confirmabat; sed alios etiam testes huius rei producebat, qui præsentibus illic affuerant; in quibus etiam nominabat Iulium Contarenum, fratris legati filium; qui post eius mortem, & ob naturæ probitatem, & ob commendationem patris creatus est Pontifex Ciuitatis, cui præfecturæ regendæ præpositus antea fuerat. Cum hoc tanti momenti sit ad integritatem Contareni ostendendam, abstergendamque maculam illi falsò aspersam, volui totam rem, vt factam eam accepi, ac penè iisdem verbis, quibus mihi (inquit laudatus Casa) exposita est, commemorare.

Claruit enim Contarenus morum honestate, & virginali pudore, vt constans hominum opinio fuit, florens fœdas Veneris voluptates semper exhorruit, integritatem, innocentiam, iustitiam, pietatem solidam, nudamque peramaui, ac nullis vnquam delicijs delectatus est. Meritò igitur Petrus Maffeus, clarus Societatis Iesu scriptor grauissimum Senatorem, iisque temporibus, ingenij, & doctrinæ facile principem, & ob egregiam virtutem, & sapientiam Paulo Pontifici acceptum, suisque Ordinis amicissimum, dixit; nam per illum S. Ignatius vniuersi instituti sui formulam ad certa capita dilucidè redactam Apostolica auctoritate lancendam Pontifici obtulit, qui ea perlecta, Spiritus Dei, inquit, est hic. Aubertus Miræus in Chronico, Catholice religionis propugnatorum: Ope-meritis, & summo doctissimum, & Doctorum Mecænatem, Gasparem nominauit. Qui verò duodecim Cardinalium præstantium elogium in Belgio edidit, non modò Contarenum elogijs suis est prosecutus, sed etiam hæc Latomi carmina in illorum calce rescripsit.

Lectus es in Venetum, Romanum deinde Senatum,

Firmior ingenio qui stat uterque tuo:

At nunc cælestis fulges trabecatus in ostro

Sceptra Magistratus æthereique geris.

Demum Hieronymus Platus in opusculo non contemnendo, atque à S. R. E. Cardinalibus ad manum semper habendo de Dignitate, & officio Cardinalis, Contarenum sinceritate, constantia, & sancta libertate ferèdè in Pontificio Consistorio sententiz, atque suffragij egregiè cõmendat his verbis. *Cardinalis Contarenus magna auctoritate, & libertate in dicendo utebatur; quod cum aliquando fecisset in magna quadam causa, qua inter duas Principes familias agitabatur, atque ipsum quoque Pontificem valde attingebat, ac deinde gratia illi agerentur, respondit, nihil esse opus; quod enim fecisset officij sui gratia fecisse. Quin etiam cum de quibusdam ad Cardinalatum à Pontifice designatis ipse publicè restitisset, dictumque ei esset, morem hunc esse Cardinalium, vt molestè ferant, eum honorem cum pluribus communicari, apertè negauit, id se facere ob hanc causam, neque se Cardinalatum ducere maximam omnium, quas haberet dignitatum, vt narrauimus supra. Nec tacendum ad gloriæ Cardinalis nostri cumulum, quod etiam nouatorum ore, & calamo, cogente veritatis vi fuerit laudatus, maximè Theodori Bezzæ Caluinitæ, qui ei propriam sedem, & iconem assignat in sua Porticu Virorum illustrium. Rebus autem gestis ab eo dum vixit, enarratis; nunc quæ monumenta ingenij reliquerit, fructusque ocij ipsius indicabo; prius tamen, quod adhuc valet aliquid ad confirmandam doctrinam hominis, testimonium de ea re grauisissimi, & eruditissimi viri citabo; quod additum superioribus testimonijs, quæ prodidi de eximio ingenio ipsius, præstantique cognitione omnium disciplinarum, vera esse declarabit; simulque non sinet quempiam dubitare quomodo ille in vita plerunque occupata, tot, tanque præclara opera efficere potuerit; quæ multum etiam posteris prosunt, perpetuòque testentur, qualis ille, quantumque vir fuerit. Ludouicus igitur, cui cognomen Ferrei oris fuit, nobilis philosophus, & qui multos annos in Bononiensi Gymnasio summa cum laude, & admiratione omnium, qui aliquando ipsum disputantem audierunt, matrem eam omnium optimarum artium coluit, mortuo Contareno, cum sermo ipsi esset institutus cum honestis quibusdam viris de damno, quod eo tempore factum esset interitum illius, plurimisque animi dotibus, ac maximis virtutibus vnà cum eo extinctis, inquit doloris plenus (nā virum eum valde dilexerat, in familiaritatemque se eius insinuarat illo tempore, quo legati nomine urbem eam rexit) ego, quod mihi videor meo iure facere posse; nec enim malum me omnino esse existimatozem harum rerum arbitror; affirmo hunc hominem omnibus, quos aliquando cognoui in philosophiæ studijs meritò laudatos, qui sanè non pauci fuerunt, præstitisse, & scientia multarum rerum, & iudicij firmitate, ipsumque verè philolophi grauisimo nomine dignum fuisse iudico. Certè cum ego de aliqua re propria eius studij cum eo diserebam, videbar mihi præ illo minutus quidam philolophus esse, vel potius nouus quispiam auditor, & planè rudis eius artis, quam profiterer. Quare ad ipsum sæpe me conferebam, vbi locus aliquis obscurior mihi negotium faceretur, in qua quæstione cum paulo antea ipse toto animo versatus essem, & aliquas etiam horas, euolutis pluribus voluminibus, præterita, dicte consumpsissem: ille verò vt existimari potest spatio multorum annorum nullam cogitationem de re ipsa suscepisset; ita tamen aptè, & exquisitè nodos illos dissoluebat, vt videretur diu mul-*

tumque

tumque non multo antea de ea cogitasse. Quare (inquit) saepe ego penè stupidus euasi, mihi que potius cum caelesti aliqua natura, quam cum mortali homine visus sum loqui; idque nunc, quia res ita se habet, verumque id prorsus est, praedico nulla alia causa impulsus. Quis enim non videt, assentationi nunc locum non esse, quae praeterea à persona, quam sustineo longè semper abesse debet? Hæc asseueranter tunc ab illo prolata cum essent, auxerunt magnopere opinionem, quam qui aderant, de praestanti Contareni ingenio antea in animis habebant. Sed etiam scripta, quanta fuerit eruditio ipsius aperiunt; quæ sanè vt ordine à me tradantur, hæc sunt.

Edidit iuuenis adhuc (trigesimum enim tertium ætatis annum tunc agebat) libros duos contra Iudicium Pomponatij doctoris sui de Immortalitate Animæ; nec tamen ea de causa minus pius, quamuis contra pietatem facere videretur, fuit: ille enim in omni sermone suo affirmare solitus erat, ex opinione, sententiaque Aristotelis existimari debere, animos nostros esse mortales; cum contra ipse sedulo aduersus eum disputans, citatis multis locis, ac tanquam tabulis obsignatis, ostenderit longè aliter principem Peripateticorum de ea re sensisse; viderique potius immortalitate donatos ipsos Aristotelem voluisse; cuius opinionis antea Plato, vnde didicerat, sine vlla dubitatione fuerat. Argumenta autem illa, firma ad probandum, & grauiora fuisse, opusque torum valde elaboratum perspicitur, quia acutissimus ille physicus in libro, quo defendit opinionem illam suam, acriter oppugnatam ab eo, quem instruxerat, tradit, eum librum, & doctissimum omnium, & vberimum esse, qui omni tempore materiam illam profecti sunt; additque, videri prorsus eum diuina opera, & manu fabricatum fuisse. M. Antonius Flaminius subiectus versibus librum illum extulit.

*CONTARENE tuo docuisti Magne libello
Extinctis Animas viuere corporibus.
Ergo iure tui viuunt monumenta libelli,
Et viuunt seclis innumerabilibus.*

Scriptit etiam de Elementis libros quinque; in quibus viam omnem, rationemque Aristotelis diligenter expressit: misit autem illos ad Matthæum Dandalum fororis sui virum; cuius supra mentio cum magnis, verisque ipsius laudibus facta est.

Addidit his in altiore Philosophiæ parte libros quatuor, quos dicauit Paulo Iustiniانو, nobilissimo, & clarissimo suo ciui, qui odio rerum humanarum, cum pertæsum esset varietatis ipsarum, vt facilius diuinas contèplaretur, Deoq; ipsi toto animo seruiret, in Hetruscos montes, cœtumque Camaldulensium se contulerat. Hi libri ei, qui attentè legerit, nullo negotio patefacient, quæ fuerit vis animi ipsius, & quanta prudentia in rebus grauioribus tractandis. Sed idem etiam (vt melius adhuc intelligatur, factum illum natura, & studio fuisse ad personam eam sustinendâ, quam ipsi multo postea sapientissimus Pontifex, multumque semper omni in re prouidens imposuit) iuuenis adhuc, vitamque colens liberam, ac nullis sacris astrictam, occasionem hanc eius rei nactus, quod familiaris ipsius Pontifex Bergomas destinatus fuerat, ipsum instituere cupiens.

Scriptit duos libros de Officio Episcopi; finxitque ita, atque formauit talem virum, quales si forent, quibus tantum hodie munus commissum est, non laboraremus. Quis enim non fateatur, pius in primis castalque fuisse cogitationes ipsius; totaque mente, ac studio solitum esse in illis voluntati optimum virum; postquam alium instruere, & ornare in ea vita ausus est, quam ipse adhuc non attingerat, nec vnquam cogitabat, præcepta illa sibi vtilia aliquando futura? Præterea cum orta quæstio esset in Senatu de Pontificis maximi potestate, diuinitus ne illa stabilita foret, an humanis consilijs regeretur, cumque multum de ea re illic in vtranque partem disputatum esset, domum reuersus, vt quid ipse de eo sentiret, ostenderet; omniq; errore ciues suos liberaret, spatio vnus noctis.

Libros confecit duos, de Potestate scilicet Romani Pontificis, in vsu clauium vnus, & alterum de potestate Romani Pontificis, quos Paulus III. & Nicolaus Teupolo dicauit: quique nunc Venetijs excusi, in manibus versantur. Sed vt isdem etiam in suo, proprioque ipsorum munere prodesset; effigiemque eius reipublicæ, in qua natus erat, exprimeret.

Quinque libros confecit de Magistratibus, reque publica Venetorum, qui itidem diuulgati sunt: de his libris ita cecinit Marcus Antonius Flaminius.

*Descripsit ille maximus quondam Plato
Longis suorum ambagibus voluminum
Quis Censuris optimus foret status:
Sed hunc ab ipsa seclorum origine
Nec vlla vidit, nec videbit Censuras.*

*At CONTARENVS optatam Rempublicam
Parus libelli disputationibus
Illam probauit esse, plus millefima
Quam cernit æstas Hadriatico in mari
Florere pace, litteris, pecunia.*

Postquam verò in amplissimorum Antistitum Collegium cooptatus est, perlectis diligenter Synodis omnibus, quæ varijs tem-

poribus ob emendandum statum Christianæ reipublicæ coactæ sunt: in breue quoddam corpus grauissimas quasque ipsarum collegit seruato temporum ordine, materiaque omni, quam persecutæ sunt, demonstrata. Vrile verò mirificè potuit esse volumen illud ei synodo, de qua tunc summis cõtentionibus agebatur: quam Paulus III. aduersarijs reconciliandorum animorum gratia proponebat; multumque opis afferre illis omnibus, qui in eo certamine versari deberent. Misit autem opus hoc multarum vigiliarum ad eum, cuius maximè intererat, quid de ea re fieret, & qui eo tempore tota mente in illam curam incumberebat: absoluto autem illo, par huic opus, & quod eundem finem haberet, aggressus est.

Scriptit enim quatuor libros de Ritibus, Cæremonijsq; nostræ religionis, ac de Sacramentis Ecclesiæ: quibus libris complexus est materiam illam omnem, & quæ radix, visque ipsarum fuisset, declarauit; quidque demum piè credi, & custodiri de illis deberet, veris rationibus, argumentisque satis firmis comprobauit. Nam ipsum argumento hoc sumpto, si quod pollicitus erat, præstare voluisset, debuisset omnem quæstionem, de qua nunc tot, tantq; lites, & concertationes inter dissidentes partes reipublicæ existunt explicare planum, & exploratum est. Quare sic quoque præclare instruxit, & armauit illos, qui pro veritate cominus congressuri erant cum hominibus magno errore inflatis, & causam eam malam obstinatè defendentibus. Vt autem libellum alium admodum vtilem prauis opinionibus ex animis hominum euellendis conficeret, occasionem hanc habuit. Factum est, cum ille Bononiam legati nomine obtineret, vt vir prudens, salutisque gregis illius, qui fidei ipsius, potestatique commissus fuerat, vt Pastorem bonum decet, valde studiosus ad eum veniret, medicinam ab eo petens, rationemque accipere cupiens, qua saluum ipsum, incolumemque redderet, cum grauitè ægrotare non paruam partem ipsius cognosset; quam tamen totam rem ille ita tractari volebat, cum honestâ, nobilemque ciuitatem regeret, vt ne ignominia illa notaretur, ac tamen remedium citò adhiberet, ne malum magis serperet. Consilium ipsius cum mirificè probasset Contarenius, multa animo reuoluens, vt erat summus, & accuratus medicus huius pestilentis morbi, statuit demum ita rem esse agendam.

Confecit tanquam Institutionem quandam breuem Christiani hominis; collegitque quæ magis mordere animum debent probra omnia; & ita vt aperire ipsa oporteat cum dolore sacerdoti: qui sanè liber non vni illi ciuitati sanandæ factus videretur; sed Christianis omnibus in officio retinendis, & ab illa contagione liberandis. Eum verò ad suos ille vir grauis importauit, diuulgatumq; studio quodam, & arte effecit, vt vulgo reciperetur, cunctique se viz illi tenendæ, legibusque seruandis astringerent. Statim enim probatus fuit omnibus, exceptis paucis illis, qui planè perditis, ac desperati forent; posteaq; & ipse formis excusus est. Cum autem, vt gesta tunc res est, temporique illi aptum fuit, nomen, & ciuitatis, & præfecti ipsius in sacris illis curandis celauerim, illa postea patefacta, cum incommodi nihil iam amplius inde nasci possit, deberi puto personam etiam à me indicari. Moronus enim Mutinensium Episcopus is fuit, qui, & ipse non multo post ob singularem prudentiam in rebus gerendis, præclarasque alias animi dotes auctus dignitate est à Pontifice maximo; cuius amplissimi sacerdotij insigne Bononiæ manibus suis legatus capiti ipsius imposuit.

Illustrauit etiam Scholijs quibusdam suis Contarenius multos obscuros locos in Epistolis D. Pauli, cum ipsas accuratè legeret: quo sanè in studio, toto animo occupatus erat, cum mors eum oppressit.

Epistolas etiã non paucas ipse conscripsit eruditas, & optimorum præceptorum plenas: vt libellos etiam nonnullos alios, aliquâ occasione illorum conficiendorum nactus: præcipuè autem studijs amicorum, varijsque eorum temporibus seruens. In quibus est quæstio diligenter explicata, perdifficilis sanè, magnique semper momenti habita ad vitam benè, beatèque degendam, qua traditur, liberam esse potestatem nostram, omnique nexu causarum, ac necessitate solutam. Eum verò librum misit ad Victoriam Columnam scæminam lectissimam, & quæ ob eximium amorem erga virum mortuum, admirabilemque ingenij laudem in condendo carmine, maximo quoque honore digna est.

Sed etiam vt torori suæ, quæ se in castissimum coetum mulierû Muranarum coniecerat, morem gereret, animumq; ipsius suauissimo cibo aleret in ea solitudine, cui se dicauerat, interpretatus est Hæbreorum cantum: *Sed te leuani* &c. Italico nostræ ætatis sermone: cum enim ille doctrina, ingenioque suo prodesset quoque alienis studeret, non visus sibi est posse suis vllò modo deesse. Quin etiam eodem honesto desiderio incensus, vt vtilitatibus fratrum suorum seruiret, qui crebrò mercaturis faciendis operam dantes, nauigabant.

Confecit libellum de Aestu maris, & quam causam reciproca illa fluctuum agitatio haberet, diligenter monstrauit; qui tamen liber amico ipsius commodatus, magno adhibito studio, recuperari nunquam potuit.


Scriptit etiam Tractatum, quo probat non dari quartam figuram Syllogismi, quæ dicitur Galeni: item alium de Homocentricis ad Hieronymum Fracastorium: de Ratione anni: Confutatione

articulorum Lutheri: de Iustificatione: de Libero arbitrio: de Prædestinatione: responsum ad Apologiam Francisci Georgij: & Epistolas multas. Sed ne omnia diligenter minutiora ipsius opera, quæ plurima sunt, enumerem, in quibus tamen appareret specimen illius doctrinæ, ac iudicij, finem faciam. Possum enim verè affirmare quodcumque temporis vacuum à negocijs nanciscatur, in his rebus ipsum consumere solitum, omnesque vigilias suas eum confuisse temporibus amicorum, necessariorumque luorum consecrare. Neque enim ostentationis, & gloriæ causa huiusmodi scriptiones suscipiebat; in hisque se dies, atque noctes macerabat quamuis iustus inde honos, nec magnopere reprehendendus consequatur; sed ut dixi, voluntati amicorum, commodisq; indulgens; siue studijs suis, memoriæq; seruens à scribendo nunquã cessabat.

Contareno Cardinali litteras dedere Iacobus Sadoletus Episcopus Carpentoracensis, & Cardinalis: Petrus Bembus: Ioannes Mattheus: Nicolaus Ardinghellus, alijque. S. Ignatius Societatis Iesu religiosissimus, & sanctissimus Auctor illi spiritualis olim magister extiterat, ac ab illo sacra acceperat Exercitia; quæ semper magni fecit, & sua manu descripsit, eiusque monitis, & consilij mirum in modum profecit. Quare à Bzouio in Annalibus primus recensetur cum Iacobo Sadoletto, & Ioanne Petro Carrasa, qui postea fuit Paulus IV. alijque solida probitate viris, qui ut labantem Ecclesiasticum ordinem ad pristinam dignitatem, puritatẽq; reuocarent in ipsa Vrbe Roma, Leone X. Pontifice sedente sodalium insignis fundarunt, cui à Diuino amore cognomentum impoluerunt.

IX.

MARINVS, quem aliqui Martinum nominant, Caracciolus è primaria nobilitate Neapolitani regni exortus, à primis Anni Romæ in Alcanij Sfortiæ Cardinalis aula fuit, virtutum, & litterarum cultor, belli, domique clarissimus, sub Leone X. diu in Curia Romana versatus, ab ipso iam renunciatus Prothonotarius Apostolicus, primùm ad Carolum V. Cæsarem legatus constitutus Aquilgra-



Ciacconius Petrus in Hist. Caracciola. Andr. Vistorrell. in Addit. ad Ciacconi. Scipio Ammirat. de familia Caracciola. Gaspar Bugat. in Hist. Rocchus Pyrrh. in Not. Eccl. Sicilien. Aubery in Vita. Ferdinãd. Vghell. in Addit. ad Ciacconi. Io. Bapt. de Grossis in Catan. Decachor Felix Contelorus in Elegeno. Pauunius de Rom. Põissib. Acta Cõc. Lateranẽ.

ni primam coronam illi imposuit, ut tradit Franciscus Petrus epitaphio, ut reor, edoctus: at Chroicon Germanicum libro trigesimo primo; Alphonfus Vlloa in eiusdem Caroli Vita; Auctor Catalogi Archiepiscoporum Colonensium, & alij, ab Archiepiscopo Colonensibus, is erat Hermanus quintus Comes de Vueda munus illud præstitum testati sunt. Vormacię ad Dietam cõtra Martinum Lutherum hæresiarcham præsentem Cæsare celebrandam, cum Hieronymo Aleandro præstantis viro, sedis Apostolicę Nunciu fuit, vbi, & præclaram suam, in Catholicam religionem, pietatem summis laboribus patefecit omnibus; Lutheri scripta igni damnavit; eiusque opera non semel vsus est Cæsar; bis enim legatum Venetias misit, quam rempublicam bis ei sociavit; ad Henricum Anglorum Regem eiusdem Cæsaris Orator pacem inter ipsum, Cæsarem, & Henricum firmavit. Maximiliani, & Francisci Sfortiæ Mediolanensium Ducum ad Pontificem maximum Orator sextę, septimę, octauę, & decimę Lateranensis Concilij sessionibus sub Leone X. interfuit. Proximoliani mandatum, quo Synodus Lateranensis ad hæsit, & Prothonotarium Caraccium ad id Procederem instituit, & Consiliarium, Oratoremque suum delectum nominavit, habetur in eodem Concilio; & sessione septima ex ambo ne à Thoma Phadra à secretis Concilij fuit lectũ. Cum verò sessione octaua Regis Gallorum mandatum legeretur, quo ille se Mediolani Ducem, & Genus dominum nuncupabat, Marinus Leonem, ne illud Mediolanensium Ducis nomen Ludouico Regi permitteret, obsecrauit. Post hæc semel, & iterum ad eundem, Franciscum Sfortiam à Carolo V. de grauisimis rebus missus est, à quo Vespolati, ac Galerati Comitatus, aliaque oppida dono, ob sua merita accepit. Carolus hanc donationem probauit, & in Diplomate in Caprin. laudem, eius viri amplissimi ex nobili familia dignitatem non sibi tantum, sed omnibus fere Christianis Principibus cogitatum esse dixit, & ad Catanensem Episcopatum sapienter passore orbatum eos donavit, quo deligi voluit Marinus; quo Episcopo itaque quocumque delegatus est anno 1524. quem paulo post non fratris filio, sed Scipioni fratri celsit.

A Paulo denique III. Pontifice maximo in Imperatoris gratiam renunciatus est S. R. E. Cardinalis die 20. Maij anno 1535. sed reseruatus in pectore, nec publicatus, nisi die 31. Maij eiusdem anni, qua Ciacconius Diaconum S. Mariæ in Aquiro creatum asserit. Paulus enim Romanus Pontifex cum Alexandro Farnesio, ac Guido Alcanio Sfortiæ Cardinalibus aperuisset, sex Cardinales creandos Senatui proposuit, Archiepiscopum scilicet Capuanum, Episcopum Parisiensem, Episcopum Rossensem, Cameræ Audi-

tozem, Episcopum Pisauri, & Gasparem Contarenum; petijt deinde ab eodem Senatu, ut sibi eius concessu liceret, septimum in pectore occultare; Cardinales, propositos laudarunt, & occultandum in pectore, qui Pontifici magis placuisset: de Marino Caracciolo sermone habito, tres tantum Cardinales in illius creationem consensere, reliqui in aliud tempus eam reiiciendam sunt rati. Paulus actis Senatui gratijs nominatos in Senatum cooptauit, & superpressum in pectore Caracciolum retinuit vsque ad trigessimam diem eiusdem mensis, qua illum publicauit. Malè Cabrera Marinum Cardinalium Collegio adscriptum prid. Kalend. Iunij scripsit; nam ex monumentis illius æui, atque ex Diarijs Pauli de Precibus liquido patet, Marinum, ut supra diximus xij. Kal. Iunij publico Consistorio publicatum idem fatetur auctor.

Ad ipsum Cæsarem pro pace inter illum, & Franciscum Galliarum Regem componenda Paulus III. Marinum Cardinalem misit; quo tempore, defuncto Francisco Sfortia Inlubrum Duce, Produx illum nobilissimæ prudentiæ, ac vigilantiæ regeter, repentinum morbo interijt Mediolani die 28. Ianuarij anno 1538. ætatis 69. in Metropolitana Ecclesia eiusdem vrbis Mediolani sepulchro marmoreo venustissimo hac inscriptione sepultus.

MARINO CARACCIOLIO CARDINALI NEAPOLITANO ILLVSTRI GENERE ORTO, QVI PLVRIMIS PRO PONTIF. CÆSAREQ; FVNCTVS LEGATIONIB. PRIMAM CAROLO V. IMPERATORI AD AQVISGRANVM CORONAM IMPOSVIT ANGLOS EI CONIVNXT, ET VENETOS, AC DEMVM A PAVLO III. P. M. IN CÆRDD. NVMERVM COOPTATVS DVM PROVINCIAM MEDIOLANEN. AB EODEM CAROLO SIBI CREDITAM REGERET; IMPORTVNA MORTE MAXIMA CVM REIPVBL. CHRISTIANÆ IACTVRA SVBLATVS EST V. KAL. FEBRVARI. MDXXXVIII. ANNOS NATVS LXIX. IOANN BAPT. FRATRI OPT. POS.


Fuit Marinus prudentia, dexteritate, ac nobilitate clarus: vir certè etiam verax, iustus, pius, magnis Principibus clarus; rebus quibuscunq; negotijs conficiendis felix, quem Carolus V. Cæsarem maximus, eius opera in rebus grauisimis vsus æstimauit plurimi, dilexit, ornauit. De illo plura Scipio Ammiratus, Franc. de Petris in Hist. Caracciola, & Petrus Aretinus in Epistolis habet.

TERTIA creatio Cardinalium,
quam Ciacconius quartam dicit.

Paulus III. Romanus Pontifex die Mercurij 20. Decembris anni 1536. Pontificatus sui anno tertio, in secreto Consistorio egit de Cardinalium enunciatione; die verò 22. eiusdem mensis nouem ex monumentis Vaticanis: atque ex Conclauis: ex Ciacconio verò decem, & ex Panuino duodecim renunciari Cardinales, quorum duos in pectore reseruauit, alterum suo arbitrio, alterum ad preces Imperatoris declarandum.

X.

IOANNES Maria Montius è monte sancti Sabini in agro Aretino, Vincentij filius ex Apostolicæ Cameræ Auditore, & Archiepiscopo Sipontino renunciatus est Presbyter Cardinalis S. Vitalis primò, mox S. Praxedis, postea Episcopus Prenestinus, demum Romanus Pontifex, Iulius III. dictus. Hunc sapientissimum virum Episcopum suum fuisse meritò gloriantur Papienses ciues; illius enim Ecclesie ha-



Ciacconius Panuinius Ferrius. V. ghellius in Addit. ad Ciaccon. de Cæsare Cle mentia in Hist. Ar. mianes. Felix Cõtelorus. in Acto. 55 det. in Elo gij Card. Aubery in Vita.

benas regendas per resignationẽ Antonij Cardinalis patru successe illamque per annos triginta duos administrasse tradit Antonius Maria Spelta in Historia Papiensium Præfulum, & monumenta Vaticana testantur. Bononię legationis munere functus est, deinde Emilię Legatus fuit; quam prouinciam prius Vicelegatus rexerat, eamque à Bononiensi legatione se iunxerat: præfuit etiam legatus Parmensi, ac Placentinæ vrbus, Galliarumque Cispadanæ. Ariminum (pacatis ibidem inter se cruibus, præcipuè nobilibus de Gualdis, ac Tingolis familijs) in potestatem Ecclesie redegit. Ad Concilium Tridentinum legatus est à Paulo III. vnaque cum Cardinali Guidiccione Romanum Rotam restaurauit. Huic Cardinali & Marcello Ceruino sedis Apostolicę Legatis ad Concilium Tridentinum Reginaldus Polus Cardinalis inscripsit suũ de Concilio librum. Polignanensem Ecclesiam in administrationem suscepit. De illo plura, cum de Pontificatu eius dicemus, scribentur.

Ciaconus
Ferdinand.
Vghell. in
Addic. ad
Ciaconi.
Aubery in
Vita
Lodouic.
Donius de
Attichy in
his Card.
Felix Con
telorus in
Mencho.



XI.
IOANNES Petrus Car-
rafa, Neapolitanus iij. vel
iv. Kalend. Iulij anni 1476.
ex Victorello; ex alijs vero
1466. nobilibus parentibus
prope Beneuentanam urbē
natus est. Pater ei Ioānes An-
tonius notæ, spectatq; vir-
tutis, Diomedis Carrafæ Ma-
talunæ Comitis filius: mater
Victoria Campanica, quæ
viro suo genere hæud impar
fuit. Pueri geminum Ioan-
nis Petri nomen inditum, quod
intra octauam S. Ioan-

nis Baptiste, atque in beatissimi Petri peruigilio lucem hanc primū aspexit. Cumque mater eundem alio gestans (vt erat moribus sanctissimis) Templum in monte, qui Virginis dicitur, equo vecta, religionis causa, precipiti via concenderet, monita est à religioso quodam viro illē habitante, vt pedetentim pergeret, atq; ab vtero suo præcaueret, fore asserens, vt ex eo vir diuinæ virtutis, qui que summus in Ecclesia Dei Pastor, ac Princeps futurus nasceretur. Fratrem vnicum, & maiorem se natu Ioannem Alphonsum habuit; sorores quinque, Mariam scilicet, quæ Christo Regi æternū nupta, Sapientie Cœnobium Neapoli fundauit, rexitque sanctissimè; Beatricem, Dianam, Elisabetham, Ioannam, quæ nobilibus viris in matrimonium datæ, in Leonissam, Carboniam, Tolphiam, & Cantelmiam illustres domos migrauerunt. Adolescentulus cum pietatem cum ipso penè nutricis lacte exuisset, Dominicano ordini nomen dare voluit, trium principum linguarum, Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ, bonarumque omnium disciplinarum, & sacrarum litterarum in primis latices hausit. Romam adiens ab Oluerio Carrafæ virtute, & existimatione celebri Cardinali perhumaniter exceptus est, & Iulio II. commendatus, à quo Theatinam Ecclesiam accepit; tum in Angliam ad colligendum S. Petri denarium, seu vectigal, deinde ad Ferdinandum Hispaniarum Regem Neapolim missus, vt illum ex Hispanijs illuc accedentē dignis honoribus Pontificis nomine exciperet, apud quem, si suūq; successorem Carolum diū mansit. Cui etiam ita gratus euasit; vt inter eos, qui à secretioribus consilijs ipsi erant, illum cooparari, & regio sacello præfecti munus eidem detulerit; quo sub Carolo Hispaniarum Rege, ac postea Imperatore vsq; ad Hadriani Papæ VI. tempora, vt aliqui referunt, functus est. A quo etiam Pontificē denuò Romam accersitus ad corrigendum hominum mores, & restituendam (quæ collapsa in primis videbatur) Cleri disciplinam, incredibili apud eundem Hadrianum gratia floruit. Apud Margaritam Austriacam Belgij supremam gubernatricem aliquando commemoratus est. Romam, item, cum pergeret, Populoni incendium planè ingens offendit, quod toti oppido exitium minabatur. Tunc Ioannes Petrus scelas affertit, & ad imminentem incendio parietem admouere iussit, quas cum ipse, nihil veritus ascendisset, fusa primum ad Deum prece, ceream cœlestis Agni effigiem cum Crucis signo in ignem coniecit, qui statim, cum ingenti omnium admiratione, est extinctus, hodieque sacra illa cera, integra profus, & illibata, inter prunas inuenta, ad rei memoriam seruatur, vt refert Mutius Cranza, in Descriptione Samnij, & Antonius Cardinalis Carrafa in Apologia: Concilij Lateranensis sub Leone X. sessionibus sextæ, & septimæ interfuit. Brundusinum Sacerdotium, suo ditius, oblatum reculauit; imò suo non abnuente Pontificē, Clemente, dimisso, ac facultatibus omnibus in egenos distributis, apud collem Pincium à mundanis segregatus curis, Deo se totū dedit; religioſum instituit ordinē, & in Vaticana Basilica ante arā principem cum sodalibus solemnium votorum nexu se obstrinxit. A Cæsariensis militibus Urbem diripientibus malè habitus. Veronam primò, deinde Venetias profectus cœtu vitorum sui ordinis adauctus, leucriorem cum ijs vitam agens rexit, litterasq; B. Caretano Thienço collegæ, & adiutori in moderanda nascente familia Neapolim scripsit, quas in suos de Vita Pauli IV. commentarios retulit Caracciolus.

Venetijs cum esset iubente Leone Rom. Pont. maximè studuit, vt Græcos à schismate, & Hebræos à perfidia reuocaret, cumq; id faceret cum Græcis, græcè, & cum Hebræis, hebraicè disertissimè loquebatur.

Paulus Pontifex huius nominis Tertius talem virum, pietate, & doctrina celebrem, eius consilio, in emendandis moribus, & Concilio celebrando vsurus, Romam Venetijs accersiri; at ille à fori, atque ab aula strepitu alienus; gratijs Paulo primò habitis, deinde ad Vannuccium amicū & confodalem litteras dedit deprecatus, vt se qua erat apud Pontificem gratia, excusatum iret, ne Romam pergeret. Imò ne ad illuc redeundum iterato iussu Pontificis adigeretur, cum Vannuccio sibi amicissimo diligenter egit his verbis.

Latino Iuuenali Secretario dum Venetijs esset, hortanti nos, vt si quando à summo Pontifice Romam inuitemur, recusare nollemus, respondi; quod pertinet ad meos sodales, si quando Deo

A Pontifici inspirabit, vt nostrum hunc ordinem Romam reuocet, nunquam me repugnaturum, me vlla ratione detestaturum; imò id quidem me probaturum valde; videri namque ordinem hunc Romanum, Roma scilicet institutum, atque auctum, id hoc est patriam debere reuerti lucis, ac reparationis tempore, vnde tenentur, ac turbatum tempore deturbatus fuit. Verum, quod ad me attinet, mihi crede charissime frater, me vebemētia, quanta potui, maxima iam dicto Iuuenali studuisse persuadere, id neq; ad meam tranquillitatem, ac pacem; neque ad summi Pontificis obsequia, neque ad Dei cultum, aut honorem fore conducibile: non repetam hoc loco, ne longior sim, quæ in hanc rem rationum momenta attuli.

Paulus tamen Romam Carrafam accersit, & in Cardinalium Collegium reluctantem licet allegit; dignitates enim hominibus, non homines dignitatibus exornare semper studuit Paulus; quare Ioannem Petrum aduerfantem compulit, quasi diuino commotus spiritu, futurum hunc Pontificem prælagiret. Presbytero igitur Cardinalem titulo S. Clementis, seu vt alij volunt S. Pancratij creauit; rem hanc Onuphrius narrat his verbis. In Collegio suorum Clericorum dum Carrafa degeret, à Paulo III. per Pontificias litteras bis vocatus, bisque ille contrauenire abnuens, excusansq; se modestè, ac humiliter; tertio tandem obtemperauit. Vrbemque, ac Pontificem adijt, qui eius consilio in morum emendatione, & Concilij generalis celebratione, quam adornauerat, vti volebat. Primo aditu breuissimè auditus est à Pontifice, præmonitus enim hic fuerat a non nemine, vt si vellet eum retinere apud se, atque augere honoribus, nulla ratione permitteret, vt is pro se diceret, vt liberaretur; alioqui si viri facundia locum daret, sentires utiq; sibi persuaders, ne eum à suscepto vira proposito dimoueret.

C Narrat Castaldus rubeum biretum ægrotanti Carrafæ donum à Paulo Pontifice missum, clauo parieti infixio, illius iussu impuræ accessione adeo non inflatum, lætatumue, vt etiam longè deterius se deinceps habuerit, nec à solita paupertate, aut humilitatis professione discesserit, quod Bernardini Fulcani, Bernardini Scotti, Thomæ Dardani, Bernardini Scardeonij, Marij Mattefiliani, & Cini Campani scriptis lucubrationibus confirmat Antonius Caracciolus, qui disertè tradunt illi inuito profus, ac reluctanti summū honorem Cardinalatus fuisse delatum: Idem factus est Ianus Vitalis hoc epigrammate.

Cui rary occulta radiant virtutis, & equi,
Cui forma, & facies cernitur apta Deo.
Ardua qui semper medusatur, & ocia semper
Ceu pestes animi, desidiarumque fugit.
Cui nihil occultum fecit natura, Deusque
Seu terra querat abditæ, sine Polis.
Cuius in ore habitat dulcissima suada deserto,
Omnia qui blando mistigat eloquio.
Qui vanas prædiues opes; spinosaque mundi
Musauit leni commoda pauperie.
Post habitisque opibus caci pellacibus Orbis
Thesaurum inuenit diuitiasque Dei.
Max illi inuidit Princeps Romanus honores,
Quos bona paupertas integra semper habet.
Inustoque caput Tyrium circumtulit ostrum,
Et partem cura iussit habere sua.

Idem quoque Onuphrius Panuinius his verbis: Ægrotauit interea Carrafa grauissimè, & lethi penè metam attingit; quo circa cum Paulus eum Cardinalium numero vellet adscribere, fuerunt nonnulli, & videlicet, quibus sancta hominis integritas non admodum cordi erat, qui ab ea mente Pontificem auertere conabantur, non viuenti iam, sed mortuo eam dignitatem obuenturam existantes. At vs respondit Paulus, sibi virtutem illam vel post funera decorandam: itaque ab eo hæud ita multo post augusta illa generosi iudicij maturitate facili superiores Pontifices antecesserunt, nobilissima illa nouem Cardinalium publicatione, qua anno factis 1536. xi. Kalendas Ianuarij viros egregios, & præstantissimos ex optimatibus Ecclesie vndique conquisitos, in Senatuum Patrum legit, & hunc quoque Cardinalem Theatinum conscripsit; atque ad eum adhuc ægrotantem domum vsque sacra dignitatis insigne, purpuræ pileum misit. Qui cum è lecto, in quo iacebat summi Pontificis nuncijs breuis respondisset, atque vt eidem suo nomine gratias agerent, orasset; tum conuersus ad suos: appendite, inquit, pileolum hunc ad illum clauum. Nullum enim ad purpuram apparatus, nisi ætissima, & suspicienda paupertatis, quam Theatini Patres obseruant, in ea domuncula erat cernere. Et paulo post: Collato tanto honore Theatinum in obeundis Senatorijs muneribus intentus, ita doctrina, ac sanctitatis fama fruebatur, vt obloquentium calumnias facile eludere videretur. Nam vite innocentia, religionis studio, & optimis moribus multam eruditionem; præcellentem sacrarum litterarum notitiam, facundiam verò insignem in dicenda publicè sententia, & omni sermone libertatem addiderat: animo verò constans, ac fortis; vt persona sua vbique bene memor, nec minis, nec precibus à dicta semel sententia recederet.

Ad

Ad Carrasam renunciatum Cardinalem Ioannes Bernardinus Scotus Sabinus Cardinalis Tranensis ab Archiepiscopatu dictas litteras dedit sequentes.

Reuerendiss. in Christo Pater, ac Domine S. Quis de te optime sentiant, maximeque animi tui prestantiam, eruditionem, pietatemque nouerunt, non adeo tibi ob splendorem dignitatis istius, ad quam nuper vocatus es nesciens, significandam censent latitiam suam, quam ipsi Ecclesie Christi potius gratulandum, quod tam sapienter talem sibi consiliarium, tantumque adiutorium, vltro elegit. Dicit vix potest, quantum alacritatis, ac spei bonorum animis adiectum sit, quod ad Apostolica dignitatis gradum optimi viri nostris temporibus quari, attrahique incipiant more Ecclesie vetustissimo, ac ritu plane Apostolico, vixque non vulgares, neque ambitiosi, vel ex seculi fluctibus irruentes; sed ex portu monasterii, & in virtutibus exercitati, ac iam perfecti, qui iam olim abdicatis a se terrenis opibus, omnique affectu prauo relicto, diu in schola religionis, ac virtutum gymnasio humiliter Christo seruerunt, ac demum a Deo vocati tanquam Aaron ad religionis apicem humiliter ascenderunt, non aliud quicquam verbum, aut moribus suis subiecta plebem docturi, quam quod ipsi antea didicissent. Speramus itaque, te, cum talis sis, non tantum bonis profuturum, sed vltro, & exemplo ceteris omnibus demonstraturum, quibus in rebus, quibusue in studiis potissimum splendor Cardinalatus, ac dignitas ista consistat. Vnde postea hereticis, carnalibusque homines exemplo tuo plurimum, vel emendentur, vel confundantur, videntes gregem Christi habere iam Pastores suos, qui non que sua sunt, quarunt, sed que Iesu Christi. Ego si quis peccatoris oratio valere potest, omnesque fratres mei pro salute, & gloria sempiterna Domini orare vix cessabo, Pater in Christo amabilissime, atque sanctissime. Anno 1536.

Bernardinus quoque Scardeonius Patavinus doctrina, & pietate insignis in epistola sane luculenta, quam in fronte librorum septem, quos de Castitate conscripsit, quibus Carrasam Venetijs commorantis hortatur, & consilio, ut pote ab eodem Auctoris rogatu recognitos, sub eius nomine in vulgus emisit, ita de ipsius laudibus præfatur. Haud obscura est vis ingenij tui, sanctitas morum, excellensque in omni litterarum genere prestantia, & omnium humanarum, diuinarumque rerum vniuersalis, & absoluta cognitio; vnde factum est, ut tibi ob Christi amorem extremis oris latitanti, diuini non liceret occultari, neque ut cupiebas, fas fuerit in sancta, ac diu concepta vite tranquillitate, caelesti, ac diuine contemplationi vacare. Admirabilis illa quidem tua rerum omnium abdicatio, quae te spreto publicis muneribus ad vocam priuam contuleras; at nunc multo etiam mirabilior euocatio ad eam præcelsam fastigium dignitatis, utrobique sanè miraculum, & utrunque, ut credis par est, ab vno, eodemque Spiritu sancto diuinitus procuratum. Des certe optimis maxime nutu factum est, ut quo magis latebras querebas, honores fugeres, opes, ac potentia sperneres, eo ad maioris dignitatis gradum euectus fueris, ut in maximo omnium mortalium, ac totius Orbis theatro velut super canaelabrum positus, maius virtutis, ac sanctitatis tue lumen ostenderes. Non sum equidem nescius, quae tua constantia semper fuit; te, qui iam pridem Episcopatum, opesque, ac honores tua sponte recereras, non aliter amplissimam Cardinalatus dignitatem, & delatas tibi vltro tanti honoris insulas suscepturum fuisse, nisi Pauli III. Pontificis maximi præceptum, ac pijs, necessaryque laboris ratio persuasisset, & republica Christiana causa fideique negotium compulisset. Vnde fit, ut sicut antea non deserueras opus Episcopi, sed opes; ita modo accitus hac diuina vocatione non fastidimus, neque gloriam, aut inane nomen suscipiendum putasti, sed molestiam, laborem, auctoritatem, ac tuenda Christiana pietatis officium, cui in tota vita tibi semper incumbendum duxisti. Quare nemo bonus dubitat, id esse vrgere religionis propositum, non remittere; quod & olim quam plurimos sanctissimos, ac sapientissimos viros fecisse satis constat, quos in omnibus tui tibi iam ab inueniente aetate proposueras imitandos. Vale diu felix, & beatus in Domino: E Tusculo nostro Murellano in Patavinis xv. Nonas Octobris 1538.

Eundem summis laudibus extulit Marius Matteilanus sui temporis lurisperitorum facile princeps, qui libro de Guelpis, & Gibellinis parte secunda, sic ait: Ioannes Petrus Carrasa, ut exactius quod animo agi auctat re ipsa perficeret, nullaque cogitationum, aut dignitatum humanarum procella posset deinceps mentem subuertere, Theatino Episcopatu se libere abdicauit, atque ascitis aliquot viris eiusdem Episcopatu socijs ad contemplationis arborem extendit manum, indeque suauis illos decerpit fructus, qui vltro sese ingerunt usque mundanis soluti sollicitudinibus cupiunt eiusmodi delicijs saturari. Testantur id, perpetuoque testantur remota à rumoribus loca, ac prouide exercenda perfectè contemplationis valde idonea, quae vir ille, & Verona, & Venetis incoluit, quibus adeo clarum religioso vita, morumque specimen, dedit, ut inde quisque liquido nosse potuerit, nihil terrenum quicquam habuisse virum ad Carrasam ab optimo eo instituto, quod semel ceperat dimouendum. Veruntamen cum diuina prouidentia statisset lucerne fulgorem, qui ab aequalibus sublimium eius a-

tionum serie promicabat, non diuinus sub modio latentem sinere, sed super candelabrum illud septiforme ponere quod in templo Dei altissimum habet locum; idcirco necesse fuit, ut ille precipiens summo Pontifici obediret, purpuramque sacram contra quam seculi ipse deliberauerat, à Paulo III. vltro sibi delatam indueret.

Cinus verò Campanus vir eiusdem ætatis eruditissimus, ac disertissimus in Panegyri, quam Paulo III. dixit, hæc de Cardinali Carrasa habet: O felicia nostra tempora, quibus tam fortes, tam graues, tam liberales viri prodere; alter enim (Carrasa scilicet) modestissimus existens dignitatem tam amplam, à tanto Principe liberalissimè oblatam, cuiuscumque aly succundissimam futuram, sibi grauem ob tanti muneris onera se indignum, quamvis dignissimus esset, putans, ut eam non acciperet, pro viribus obnixus est. Alter verò (Paulus nempe III.) quæ dignitates hominibus, non homines dignitatibus exornare semper studuit, ea, qua fugebatur auctoritate, & potestate huic Pontificem maximum præfegret; qua res vti Principis illius felicitatem, & nominis immortalitatem adauxit; qui quidem non tantum benemeritos viros ad summas extolleret dignitates; verum inuitos, & recusantes compelleret; ita quoque erga Ioannem Petrum Carrasam omnium quidem prudentum, clarissimorumque; virorum opinionem concitauit; ita ad benevolentiam omnes accendit; ita ad summam administrationem adduxit, ut ab eo tempore, omni honore, imperio, summo denique Sacerdotio, quo nihil inter homines magnificentius excogitari potest, vno omnium consensu semper fuerit iudicatus? Ecquis enim tempestate nostra inuentus est, qui Episcopatum, & Archiepiscopatum distissimos cum vita abstinentissima, pauperissima, & humillima commutari? Ecquis honores, & dignitates, quibus ille fulgebat, sponte sua abiciat, & ob Dei charitatem, nihil magis faciat, quam si in quendam hominum contemptum, veniat, si rebus omnibus ad bene, commodeque viuendum opportunis, se rebus maximè afluens, se suaque diuino cultui addicens ex lauta, & commoda vita, in seueram, & difficilem se transferat? Ecquis denique ad supremum fere dignitatum apicem ex summa humilitate euectus, honorificum Cardinalatus splendorem à se recessit? Ecquis inuitus tandem reuertens, Porro nisi ad antiquam illam sanctorum Patrum memoriam recurreremus, qui huiusmodi egregium sanctitatis, probitatis, & humilitatis exemplum ediderit, hoc excepto, præterea inuenimus his temporibus neminem.

Acceptit igitur tandem, quod sibi à magno Paulo oblatum est, non ignarus Principibus obedientem esse oportere; adeoque integram amplissimo Patrum Collegio splendorem attulit; ut Sol quidem amplius sidera repente ortus videretur. Tunc religionis fundamentis aliquantulum debilitatis verum, & solidum accessit firmitamentum: tunc qui de religione, de republica Christiana palam, vel occultè malè sentirent, languescere, & detineri. Tunc qui non tam priuatis quibusdam aduersariis, quam cum superis ipsis bellum gerere viderentur, more Gigantium labefactari, & impelli. Tunc qui ad sectandam Hussensium, Valdensium, & eius generis portentorum impietatem, euerendamque religionem, vel nouarum rerum cupiditas, aut delirantes solliciti fuerant, morere, dolere, ingemiscere, pallefcere. Tunc teterrimarum disputationum arma recondi: tunc qui verbum quoduis eiusmodi cogitasset, lingua, & ingenio caruisse cupere: verebantur enim id, quod postea felicissimè contigit, no Cardinali Carrasa à summo Pontifice ad inspectandos fides, religionisque inimicos cura mandaretur. Qui timor cum maleficos non fefelissent, & huic in crudeles aduersarios fuisse demandatum imperium; is quamprimum nobilem illam sanctissimorum septem virorum Congregationem, more Lacedæmoniorum, & Atheniensium Principis iussu instituit, ex qua tanquam ex aquo Troiano, Doctores illi eximij probos, nefarios, reuelosque contempores adorarentur, & corripere. Quæ reles viros, cuius vis, eius doctrina, quam spectata probitatis habeat, ex eo perspicui liquido potest, quod duo inde sanctissimi subinde prouenerunt Pontifices. Huc vique Cinus Campanus. Ecclesiam olim dimissam Pastore tunc temporis destitutam Paulus III. ei reddidit, & die Dominico 2. Septembris anni 1537. in sacello Palatii S. Marci pallio eundem ornauit. Ad S. M. Trantiberim titulum deinde translatus est. Tum Episcopatum Albanensem, mox Sabinensem, Tusculanum, ac Ostiensem progressu temporis obtinuit, cumque vacaret Neapolitana Ecclesia ob resignationem à Raynuto Farnesio factam, eam Paulus Ioanni Petro Cardinali Carrasæ die 9. Nouembris anno 1549. contulit, vti ex monumentis Neapolitanis, ac regesto sacri Consistorij habemus, ex illis enim hæc decerpimus. Apud sanctum Marcum 1549. die Sabbati 9. Nouembris electus est Archiepiscopus Neapolitanus, Ioannes Petrus Carrasa Archiepiscopus Theatinus, Cardinalis Sabinensis; per resignationem Raynuti Cardinalis de S. Angelo Farnesij, cum pensionem aureorum mille annuorum; & Ecclesia Theatina data fuit Cardinali Bernardino Maffeo st. S. Cyriaci in Thermis. Idem quoque Paulus III. illico Apostolicas litteras sequentes, sub eodem die ei dedit.

Venerabili fratri Nostro Io: Petro Episcopo Sabinensi S. R. E. Cardinali Neapolitano nuncupato salutem &c.

PAVLVS PAPA TERTIVS

Cum Nos hodie Ecclesia Neapolitana certo tunc expresso modo Pastoris solatio destituta, de persona tua de fratrum Nostrorum consilio Apostolica auctoritate prouiderimus, teq; illi in Archiepiscopum prescripsimus, & Pastorem. Nos ne dum littera Apostolica super prouisione, & perfectione huiusmodi expedirentur, Ecclesia ipsa in spiritualibus, & temporalibus detrimenta aliqua sustineret, prouidere, ac tuorum exigente magnitudine meritorum, commoditati tue favorabiliter consulere volentes; fraternitati tue, ut etiam litteris predictis non expeditis vigore presentium, possessionem, seu quasi regiminis, & administrationis, ac bonorum dictae Ecclesiae Neapolitanae per te, vel alium, seu alios tuo nomine apprehendere, & illius mensa Archiepiscopalis fructus, redditus, & proventus percipere, nec non qua iurisdictionis, & Ordinis Pontificalis existunt, etiam cum delatione Crucis, exercere liberè, & licitè valeas in omnibus, & per omnia, perinde ac si super eisdem prouisione, & perfectione littera Apostolica expedita fuissent, auctoritate Apostolica predicta tenore presentium; de speciali gratia indulgemus. Mandantes venerabilibus fratribus Nostris vniuersis Suffraganeis, ac dilectis filiis Capitulo, & vassallis ipsius Ecclesiae, ut Suffraganei tibi tamquam capiti obsequentes exhibeant tibi obedientiam, & reuerentiam, debitas, & deuotas, ac Capitulum, & vassalli prefatis, tibi tamquam patri, & Pastori animarum suarum intendentes, tua salubria monita, & mandata suscipiant humiliter, & efficaciter adimplere; ipsique vassalli consuetam seruitutem, & infra tibi ab eis debita integrè exhibere procurant, alioquin sententiam, siue penam, quam ritè tuleris, seu statueris in rebelles ratam habebimus, & faciemus auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inuolabiliter obseruari, non obstantibus sel. record. Bonifacii Pape VIII. praedecessoris Nostris, qua incipit Iniuncta, & quibusuis alijs constitutionibus, & ordinibus Apostolicis, & dictae Ecclesiae iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ceterisque; contrarijs quibuscunq;. Volumus autem quod infra sex menses a data presentium computandos, litteras Apostolicas super prouisione, & perfectione predictis sub plumbo in rotam expedire, & iura Camera Apostolica, & alijs propterea forsitan debitis persolvere omnino tenearis; alioquin semestri huiusmodi elapso, presentes, ac prouisio, & perfectio predicta nulla sint, & esse censentur eo ipso. Datum Roma apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die 9. Nouembris 1549. Pontificatus Nostris anno sextodecimo.

At non potuit Cardinalis Archiepiscopus possessionem adipisci propter oppositione ei factam, à Petro Toletano regni Neapolitani pro Carolo V. Protege. Cumque paulo post, secutus esset Pauli summi Pontificis obitus, ac in eius locum, & ledem successerit Iulius III. Cardinalis Pontificum Diploma datum die 21, Septembris, anni 1550. obtinuit; imo nouus Pontifex ea de re ad Carolum V. Caesarem has litteras scripsit.

IULIVS PAPA TERTIVS &c.

Non parum admirationis, & molestia nuper accepimus, quod venerabilis frater Noster Io: Petro Cardinalis Neapolitano possessio sua Ecclesiae Neapolitanae per tuos denegata fuerit, quamuis ipse omni laude, & virtute emiteat, & per cessionem pacifici possessoris illi Ecclesiae profectus sit, & Procuratores eius litteras Apostolicas eisdem tuis exhibuerint. Quod sit, ut idem Cardinalis, qui in perfectione Ecclesiae Neapolitanae priorem suam Ecclesiam Theatinam dimiserat, utraque nunc frustratus remaneat, & ad extremam redigendus sit egestatem, nisi tua bonitas, & iustitia contra maleuolorum calumnias es subuenieris. Qui sicut Nobis relatum est, non videntes quomodo in tam perspicuo iure ei nocere via ordinaria possent, quin eandem Ecclesiam assequeretur, ad maledicentiam se conuertentes, ipsum Cardinalem apud tuos traducere, infamiaeque aspergere non dubitarunt, tanquam ipse in proximo Neapolitano tumultu illud tuum regnum Nostrum praedecessori tradere cogitauerit, quod falsò ei obiectum esse euentus docuit. Nec verò Nos quid tale de hoc viro audimus, nec si audissemus credere potuissemus, nec tanta audacia in S. R. E. Cardinalem sacerdotio praeditum, pietate eximium, grauique iam senio confectum cadere poterat, ut qui sacra, vel lectioni, vel operationi, vel meditationi ferè semper affixus est. Is tantam rem moliri, tantos motus concitare, pertentibus ipse facultatibus ausus esset. Non putamus filii charissime hac tibi verisimilia visa esse, si modo audisti. Nihilque in tota fabula hac te reperitur credimus, praeter vanam calumniam hoc ipso tempore à maleuolis ob id confictam, ut ipsum Cardinalem à predicta possessione excluderent. Cuius impij sui voti ne composes per te fiant; tua benignitatis sublimitas eo magis ad magnitudinem animi tui pertinet ora obloquentium, & detrahentium obstruere, & incompertos, ac vanos susurros non admittere, qui ab odys, & maleuolentia, plerumque oriuntur, semperque maxima fuerunt digni laude praedecessores tui. Caesares etiam Ethnici, qui huiusmodi maledicentis aures in tantum non praebuerunt, ut etiam tota scrinia libellorum, & litterarum comburi iusserint, ne cui pernicies per hac pararetur. Quae Nos compluribus verbis ideo prosequimur sumus, quod de protegen-

A da dicti Cardinalis innocentia, & de illius Ecclesiae utilitate apud te promouenda laboramus, quam tali Pastore priuari usque nollemus. Quem sane Nos illi Ecclesiae, & Clero Neapolitano necessarium arbitramur, doctrina, prudentia, pietate, ac morum grauitate, & exemplari vita conspicuum. Nec praeterea dubitamus quin, & sua ipse sponte, & hoc à te beneficio possessionis affectus, tibi, tuo Regi sinceram, & solidam fidem omni tempore exhibeat, nec locum unquam ulli de se suspicioni prebeat, cum praesertim Nos, nec illius, nec ullius tales motus, vel ausus Nostris tempore pro Nostris viribus permissuri simus. Quamobrem filii charissime cum huiusmodi possessio sine Nostris, ac tui honoris diminutione diutius differri nequeat, per illam, qua tu Deum, & Ecclesiam reuereris, pietatem, perque eam, qua Nos te prosequimur benevolentiam, te, & hortamur, & rogamus, ut primò ipsum Cardinalem virum quidem eminentem virtutibus, & omni laude cumulatam in tuam gratiam recipere, deinde possessionem, quam, sine tuo scitu, & voluntate ei denegatà fuisse credimus, ipsi Cardinali tradidit facere sine alia mora velis, quod, & illa Ecclesia suo Pastore fruatur, nec diutius vacans maiora detrimenta sustineat simulque ut iustitia, quam tibi cordis esse scimus, cõmuniq; Nostris honoris consulatur. In quo rem tua eximia pietas, ac officio consonam. Deoq; omnipotentis maxime gratiam faciet. Quam verò etià Nos id à te optatu, & incundu recepturi sumus. & si ex his litteris potest tua serenitas cognoscere, dicet tamen copiosus venerabilis frater Petrus Episcopus Fanensis Nuncius apud te Noster, cuius verbis fidem prestare velis indubiam. Datum Roma, &c.

Tandem Cardinalis Carrafa, regio impetratus assensu Archiepiscopus possessionem accepit per interpositam personam, scilicet Scipionem Rebibam Siculum, quem, & suum Vicarium nominauit, eiusque opera Ecclesiam illam rexit, Dominicani ordinis, & Eremitarum S. Hieronymi Protector; Germaniam quoq; fideli tutela defendit. Paulus III. auctor fuit, ut Romæ supremum sanctae Inquisitionis Tribunal, quod Christianae fidei propugnaculum, & principis Apostolorum nauis ancorà (à nonnullis dictū institueret; quod factum anno 1542. xij. Kal. Augusti. Sancti Officij Congregationis à Paulo III. instituta Cardinalis Carrafa princeps fuit, qui ardenti sanctae fidei zelo flagrabat, atque haereticorum hostis acerrimus illi tuende, & propagandae diligentissimam operam dedit; Pontificiamque potestatem insigni pectoris robore defendit. Cum aliquando Orator quidam magni Principis nonnulla, quae Ecclesiastica maiestati, & potestati aduersari videbantur, in Consistorio pronunciaffet, Pontificem summum huic Oratori responderè par non est, dixit Carrafa: id ad me, qui Concilij carui praesum, pertinet, & submisso poplite, ijs verbis. *Iube Domine benedicere* pronunciat; cum Pauli dexteram signum Crucis efficietentem aspexisset, & linguam; *Dominus sit in corde tuo, & in labijs tuis*, dicentem audiuiisset; doctè, & disertè magna loquendi libertate, Oratoris argumenta confutauit, & Concilij negotium ad Romanum Antistitem, summum Christi Vicarium; non autem ad terrenarum ditionū Principes, qui filij, non magistri eius sunt, pertinere, magna audientium admiratione ostendit.

Vrbis Visitator institutus, multa ad Dei gloriam praestitit, sacrae Pœnitentiae Praefectus, & Congregationis Concilij primus rexit. Vngariae regnum in fidem recepit; ac Episcopatum Trifigentem. Marco Antonio Flaminio februm cum vitæ discrimine vexato, precibus sanitate impetrauit; quod ille tacere non potuit, Hieronymo Turriano scribens.

*Quod pia valeant preces, benignas
Vt Dei penetrent supremi ad aures,
Disce candide Turriane; febris
Et saeuus lateris dolor misellum
Tuum Flaminium furore tanto
Inuasere, magistra ut ars medendi
Et quisquis leuati agr a membra succus
Cederent: capiti meo imminerebat
Mors nigris tenebris aperta; honorem
Supremum mihi funeris parabant,
Infandum veteris sui Clientis.
Cum casum miseratus ille magnus
CARRAFA Italiae decus Carrafa
Ad Caelum geminas manus tendit,
Multis cum lachrymis Deum saluus
Orans pro mea: ecce verba fugit
Febris, & lateris dolor refecta
Vires, & teneri mei Sodales
Cantu, & letitia graues querelas
Mutarunt, lachrymasque Amice dulcis
Dic laudes superum benignitati
Pro vita mihi restituta, & aura,
Qua vehor placida, quod alma pulcri
Solis lumina cerno, id omne magni
Acceptum precibus refert CARRAFAE.*

Rem hanc ab Antonio Caracciolo tam verè, quàm eleganter narratam sic accipe: *Eminebat inter saeculi sui litteratos Flaminus plurium linguarum, & pangendis carminis insignis peritia, ac*


probris alioqui vir moribus. Amabat cum Carrafa ob ista virtutum semina, deceptumque hereticorum persuasione hominem miserabatur: ex animo mones, instat, urget: ille audit, sed non obaudivit; adeo depravatorum sodalium contubernium mentem illi corripuit; ac si nihilominus Deum pro salute clientis enixus orare sperem, atque animum nequaquam despondere. Contigit vero Commodum, ut illo agritudinem incurreret, quem eo dolentius Carrafa tulit, quo tardius rescivit; quippe, & Flaminium decumbere, & haud procul à sine abesse, vno, eodemque scivit tempore. Ad istaque illico ad egrotum anxius, mærensque; ut vidit hominem, supremo iam anhelitu palpitantem, imo corde indoluit, geminam clientis vitam tanto subesse discrimini. Igitur nihil cunctandum ratus ad diuinam confugit presidia, & fixis humi genibus, valde, & fidenti prece vitam à Deo, & salutem moribundo homini impetravit. Obsupuerunt qui adstant plurimi, &c.

Vixit postea Flaminium annos aliquot: an. verò 1550. cum iterum egrotasset, ad illum moribundum Carrafa, pressus licet profundo lenio, cum familia pedibus. Sacerdotum Panem Angelorum deferentem prolequi voluit, præmonito Sacerdote, qua se ratione cum Flaminio gereret. Ad eum, cum peruenissent, Carrafa se post terga Sacerdotis abscondit, periculum facturus, num ægrotus fidem Catholicam integrè, ac strenuè fateretur: ergo antequam sacro illum Viatico sacer minister instrueret, fidem poposcit Catholicam. Ille exemplo Symbolum recitat, liberè professus, se cum Orthodoxa Romana Ecclesia omnino sentire. Tum Carrafa Sacerdoti ad aurem insuffurat, ut præterea articulum Transsubstantiationis exposcat, veritus scilicet, ne qui humanioribus litteris apprime delectabatur, vocem illam ab Ecclesia salubriter institutam hæretico more, qui putide sunt elegantuli, paululum exhorresceret. At ille, qui iam didicerat, nihil esse elegantius, quam quod Christi sponsa probasset, illico elata, ut poterat, voce Transsubstantiationem iteravit. Hæc auditis exiliens Carrafa præ gaudio, se in conspectum illius dedit, affectuque ægerati animam ad vltimum usque spiritum. Ad hunc itaq; modum bonus lenex clientem suum Christo conciliauit, plurimisque alios fidei naufragium passos reduxit ad portum.

Fuit enim in eo non modo zelus fidei, ac religionis tuendæ, propagandæq; ardentissimus; sed etiam tantæ auctoritatis apud omnes, tantamque oris, & animi gravitatem præ se tulit in omni vitæ suæ decursu; ut cum adhuc inter Theatinos versaretur, ac Veronæ apud Matthæum Gibertum præstantissimum Episcopum, si bique in primis amicissimum fortè diuersaretur; Veneto cuidam patritio, illius vrbis Prefecto, qui excommunicationis, laqueum inciderat; absolutionem in Episcopio, aut æde sacra petere, & tolemni ritu obtinere detrectabat; publicè obuius, & rei confcius, primo hominis aspectu nihil dubitans, terribili obtutu, voceque illum ita compellauit. *Hæus tu, inquit, genua flecte, & ab Episcopio tuo veniam pete.* Quibus ille territus verbis extemplo paruit; solebatque postea fateri, se Theatini Præfultis percussum imperio ad eam demissionem Ecclesiasticæ indulgentiæ implorandæ devenisse. At de hoc Cardinali plura cum ad eius Pontificatum deveniemus.

XII.

ENNIVS Philonardus, natione Italus, humili loco, sed ingenio genere natus, in Hærcis in oppido Baucadicto, Verulanæ Diocesis; felicitate sui ingenij, & magnarum rerum administratione suum genus summo pre illustravit. A puero Romæ educatus, litterisque imbutus in Aula sub Innocentio Octavo Pontifice Maximo primum pedem fixit, à quo cognita Ennij in rebus agendis dexteritate, in disciplinis



Ciaconius Paninus Aubery in Vita. Bernardus Clavel de Ant. Arpin Felix Costel. in s. Elencho. Ferdinand. Vghell. in Addit. ad Ciacon. & in Ital. Ge. Andr. Vi. storell. in Addit. ad Ciaconiu. Nomencl. Cardin.

præstantia, inter familiares ascitus ab Alexandro VI. anno nostræ salutis 1503. Verulanus Episcopus renunciatus, à Iulio II. Abbas Casamatis, Bononiæq; Prolegatus, ac Imolenis Gubernator: Leone X. Hadrianæ & Prolegatus VII. apud Heluetios Nuncios, illos Pontifici Maximo fociauit; ac ad defendendam Ecclesiasticam ditionem inflammavit; ab ipsè ad Principes, ad nationes, ad provincias missus fidam operam maximo cum labore, ac integritate præstitit. A Paulo III. arcis Præfectus primò factus; deinde Cardineo galero donatus Presbyteris Cardinalibus titulo S. Angeli adscriptus est: præfuit postea Episcopus Albanensi Ecclesiæ, & spatio annorum decem administravit Ferretanani, quam postea annuente Pontifice in Ennium nepotem remisit. Ab ipso Paulo Ecclesiastici exercitus ad bellum Camerinum contra Urbini Ducem legatus, paulo post in ciuitatibus Parmensi, Placentina, totaq; Gallia Cispadana, altera legatione feliciter obita, ad Curiam reuersus, in perpetua, ac immota sua continentia vsque ad

Pauli obitum permanfit, in mole tandem Hadriani, dum Comitatu pro nouo deligendo Pontifice haberentur, die Iouis 19. Decembris, non annò 1550. vt scribit Ciaconius, & Vghellius, sed ex sepulchrali inscriptione, anno 1549. extrema clausit. Baucis inde ad natalitium solum deportatus ibidem quiescit, hac sepulchrali inscriptione cohonestatus.

Ennio Philonardo Cardinali, Episcopo Albanensi, qui felicitate ingenij, magnarum rerum administratione, non solum eius humile à Banca Hærcicorum genus illustravit: sed in Maximorum Pontificum Innocentii VIII. ALEXANDRI VI. IULII II. LEONIS X. HADRIANI VI. CLEMENTIS VII. amicissimè receptus; & ab ipso ad Principes, ad nationes, ad exercitus, & prouincias missus, in illo animo, & fide auctoritatem sedis Apostolicæ summam cum reipublica utilitate vbiq; conseruauit: quas ob res bene gestas ut à continuis laboribus aliquando vacaret, præsumma; meritorum reportaret; à PAVLO III. ad custodiam Arcis Hadrianae, mox ad Cardinalatus honorem, Senatus, Populiq; Romani, ac totius Italia letitia vocatus fuit. Demum extincto Pontifice, dum Patres eius vnius animi pietatem, vitæ sanctitatem, innocentiamque respicerent, ipse morbo grauatus, à sacro Concilio in Arcem, quam serauerat, secedens, humana omnia consilia interrumpens, ad meliora Cælestia, incredibilis desiderio apud omnes relictus, euolans die Decembris XIX. anno Salutis MDXLIX.


Ætatis sue LXXXIII.

Antonius Episcopus Verulanus, & Saturnus fratris filij testamento hæredes. Sepulchrum cum Sacello I E S V, Mariæque Virginis, & Sebastiano Martyris dicato, erigi curarunt.

A Iulio II. Pontificæ libertatis defensor appellatus est: ad illum Nuncij munere fungentem apud Heluetios multæ Ioannis Matthæi Giberti, Clementis VII. Datarij extant litteræ, datæ annis 1525. & 1526. ex quibus quanti æstimator, conijcere licet. De illo hæc habentur in tabulis Verulanis: *Hic plura auctoritate cõpulsæ sue Ecclesiæ Cathedrali; nouam Cappellam in maiori altari pulcherrimis columnis extruendam curauit. superque illius fornicem locum ad ostendendum populo Sanctorum reliquias in quibusdam anni solemnitatibus erigens: sedemque Episcopalem exornans; quem, & Episcopalis palatii domicilia humilia, & inde decora, omnisque penitus venustate desitiosa, magnis sumptibus à fundamentis extructa, auctaq; ad nobilitatem maiestatem redegit.*

XIII.

CHRISTOPHORVS Iacobatus, Romanus patritius, Iacobo patre natus, Dominici patris sui Cardinalis amplissimi cõtubernio à puero vsus est; atque ab ipso veritatè, animi magnitudinem, prudentiam, pietatemque sedulo didicit, adeoque illius virtutis diligens speculator, & imitator: extitit, vt per omnes ordinum gradus ad summum apicè immortalitatis, & gloriæ ipse quemadmodum, &



ille conscendit. Commendabili enim quadam modum serie, primùm Vaticanæ Basilicæ Canonicis Leonis X. ex alijs tamen Pauli III. liberalitate adscriptus est; inde patruo Cardinali resignante Cassanenfis Episcopus à Clemente VII. die 23. Martij anno 1525. delectus, eo in munere ita pietatem, diuinitate honoris zelum coluit, vt Paulus III. statim atque ad Pontificatum euectus est, illum suum Datarium, ac lacri palatii, seu Romanæ Rotæ Auditorem constituerit. Mox Presbyterum Cardinalem S. Anastasiæ primò, deinde S. Eustachij renunciauit, magna tum optimorum virorum, tum Caroli V. Imperatoris lætitia, apud quem familiaris suæ, ac Dominici Cardinalis patris memoria, qui eiusdem Imperatoris inter charissimos semper habitus est. Quem idem Paulus Pontifex maximus ad ipsum Carolum Cæsarem anno 1538. suum de Latere Legatum misit, vt apud eum de componenda pace cum Francisco Gallorum Rege ageret. Vix honorificæ hac legatione perfuncto, ad Curiam reuerens, Placentiæ in Consistorio die Martis vltima Aprilis, legationem suam explicauit; anno verò 1539. Umbriæ, ac Perusiæ altera legatione cohonestatus est: quam cum æquissimè, ac candidè moderaretur, anno elapso ex monumentis Vaticanis, die 7. Octobris, non Septembris, vt refert Ciaconius, anni 1540. Perusiæ mortalitatem expleuit, ac ibidem conditus iacet Vghellio teste; alij tamen volunt, cadauer Romam Perusia deductum in Ecclesia S. Eustachij sepulchrum habuisse.


Ciaconius Paninus Aubery in Vita. Elog. m. s. Andr. Vi. storell. & Ferdinand. Vghellius in Addit. ad Ciaconiu. Fric. Martij. de Grype. Verulanus in Vita. Cabret in Vita Pauli Tenj. Felix Costelonus in Elencho. Ioh. Bapt. Adrian. in Historia.

Ciaconius Panunius P. Ponzon in Gallia Purpurata Aubery in Vita. Ferdin. Vghell. in Addit. ad Ciaconiu. Claud. Roberus, & Sammarthani in Gallia. Chribhana Felix Conzelonus in Elencho. Io. Chena de Episc. Galliz. Nomencl. Card. Lad. iacob a S. Carol in Bibliothec. Pont. lib. 2.



XIV. CAROLVS Hemard, natione Gallus, non humilis, vt scribit Vghellius, sed nobili genere, parente namq; Petro Hemard Equite, Domino de Denouille Regi Galliaru à cubiculis, ac Ioanna Fremiere in Belsia anno 1493. natus, Regius primus Confiliarius, Protonotarius, & Fracia Darius, mox 20. Nouembris anno 1531. Matifconensis Episcopus, Abbas B. Albini Andegauensis, & S. Petri Cartonensis fa-

A



XV. IACOBVS Sadoletus Mutina natus est anno reparatione salutis 1476. male Sammarthani in Gallia Christiana, Iacobum natum dicunt anno 1478. loco honesto, & vrbe Cisalpine Gallie in primis nobili. Pater ei Ioannes Sadoletus fuit; homo ea vitæ ac morum integritate, eaq; Iuris ciuilis, ac Pötificij scientia, vt iudicari haud facile posset, vtrum melior esset, an prudentior. Is cum Ferrariæ, vbi apud Herculem eius ci-

Ciaconius Cesar Cæpæcius in Elogijs. Filliucc. in Elog. m. s. F. Strada in Prolus. Andr. Virolle. & Ferdia. Vghellius in Addit. ad Ciaconiu. Iacobus Spödanus in Annal. Ecclesiæ. Marc Zuer in mon. Ill. Virorum. Hier. Platus de Cardinalatu. Sixt. Sené. in Bibliot. sancta. Ant. Possuin in Apparatu. Robertus Bellarmia de Script. Ecclesiæ. Turig. de Scrip Card. Felix Cötelor. in as. Elencho. Aubery in Vita. Pauuinius de Rom. Pontificib. Sammarthani in as. Gall. Chri. fiana. Ludouic. Donius de Attychy in hist. Cardd. Héric. Albi in Elog. Card.

uore Francisci Primi Regis, & ad Paulum III. Pontificem Romanum legatus est, à quo Presbyteris Cardinalibus titulo S. Matthæi in Merulana adscriptus, & renunciatur Episcopus Ambianensis, cuius Ecclesiæ possessionem adeptus die 9. Decembris anni 1538. finem imposuit omnibus litibus à Francisco de Habunde Piennes prædecesore in Capitulum motis. Ad Carolum tunc temporis Episcopum Matifconensem diplomatis instar litteras has misit Cardinalis à Prato Archipræsul Senonen. in Francia Legatus Antonius miseratione diuina Tituli S. Anastasia S. R. E. Presbyter Cardinalis, Archiepiscopus Senonenfis, Galliarum, & Germania Primas, Episcopus Albienfis, & Francia Cancellarius, & sanctæ Sedis Apostolicæ in Regno Francorum de Latere Legatus. Reuerendo in Christo P. Carolo de Hemard Electo Matifconensis salutem. Meruis tua deuotionis sinceritas, vt te componentes affectu, precibus tuis in his presertim, per quas tuis indemnitatebus consultitur, quantum cum Deo possumus, fauorabiliter annuamus. Hinc nos, te qui Ecclesiæ Matifconensis præes, à quibusuis excommunicationis, vel suspensionis, & interdictionis sententijs, etsi quomodolibet imodatus existis, hac serie absoluentes, tuis supplicationibus inclinatis, tibi quoad presueris, Ecclesiæ, Monasteria, Prioratus, Cappellas, & alia quæcunque loca intra limites iurisdictionis Matifconensis consistencia, in quibus visitationis officium de iure, vel consuetudine, seu ex privilegio competis, possis libere per aliquem, vel aliquas personas idoneas deputandas, quoties tempus ingruerit, etiam plura eadem die visitare, ac personas Ecclesiæ, Monasteriorum, &c. in vnum locum simul conuocare, &c. Auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, tenore presentium indulgemus, non obstantibus constitutionibus & felicis recordationis Innocentio IV. & Gregorio X. ac quibusuis alijs Romanis Pontificibus in contrarium editis, &c. de quibus ad verbum in nostris litteris mentio specialis fieri deberet, &c. In quorum fidem presentes litteras fieri, nostrique sigilli iussimus, & fecimus appensione muniri. Datum apud Druidum de Cadomo Basocensis Diocesis anno Incarnationis Dominice 1532. 16. Kal. Maij Pötificatus sanctiss. Clementis Pape VII. Anno ix. Supremum diem obiit Carolus Cardinalis Ambiani die 23. Augusti anno 1540. annos natus 47. iacet in Cathedrali Ambianensi, cum effigie marmorea, & hoc Epitaphio.

D. O. M.

ET MEMORIÆ ÆTERNÆ CAROLI HEMARDI CARDINALIS MATIFCONENSIS ET AMBIANENSIS EPISCOPI.

Quem nunc iacentem Carolum Hemardum vides, Non stemma, ope sue, at una virtus, & labor Pedesentem ad vsque summa vexit munia. A Consily primus ille Regys, paululum Post Romam ad ipsum summum Pontificem, sui Negocia, vt Regis fideliter gerat Legatus, adeo se vtriusque fidem prestis, Vt Cardinalium in numerum, atque in Ordinem Adsciret iste, ille Ambiana Ecclesiæ Præficeret, in qua consuepulis litibus, Vt pacis arrham perpetuam corpus suum Animum Deo linquens, sepelendum dedit

OBIIT XXIII. AVGVSTI ANNO MDXL. SVÆ VERO ÆTATIS XLVII. ANIMA QUIESCAT IN PACE AMEN.

Ex hac inscriptione liquet, non bene Cabretam Caroli mortè notasse anno 1539. notandumque ab eodem Cabreta non bene obseruari, Carolum Hemard habuisse orationem funebrem Francisci Regis Galliarum, cum hic obiit Rambouilleti anno 1547. septem videlicet annis post Caroli obitum.

Scriptis Carolus nonnulla de suis legationibus: Dicitur est autem modò Cardinalis Ambianensis, modò Matifconensis: cum in diocesis vtriusq; non alio quam boni Pastoris nomine ab omnibus nominatum appellaretur.

B

C

D

E

F

uitaris Ducem auctoritate, & gratia multum valuit, Ius ciuile magnis præmijs, maiore nominis sui celebritate, & laude publicè doceret, filium suum ijs disciplinis, ac litteris, quibus puerilis imbuitas solet, diligenter instituendum curauit. Erant tum in ea vrbe omnium liberalium artium magistri, ac doctores egregij: in his Nicolaus Leonicensis, qui non scientia solum Medicæ artis excelluit, sed Philosophiam etiam magna cum laude professus est. Eum Iacobus penè etiam puer Aristotelis libros de Moribus publicè interpretantem audijt; tantum enim iam propter admirabile ingenij vim profecerat, vt qua ætate ceteri laborare in linguis discendis solent, ea Græcas ipse, & Latinas litteras egregiè callens, nobilissimi omnium Philolophi præcepta cognosceret. Hunc tali ingenio præditum, atque ita institutum pater amplecti Iuris ciuilis studium voluisset (plerumque enim hoc fit, vt parentes, quibus ipsi artibus, & studijs dediti fuerint, eisdem liberos suos operam dare cupiant) sed tamen naturæ eum, & studijs suis obsequi passus est. Etenim egregius adolecens maiorum iam, & grauiorum artium studio tenebatur; eloquentiæ enim, & Philolophiæ amore exararat. Itaque Ciceronem sibi, & Aristotelem penitus cognoscendos proposuerat; quorum ex altero Philolophorum omnium principe, rerum cognitionem; ex altero latinæ eloquentiæ parente, orationis elegantiam, & copiam hauriret. Nec verò non Pötices etiam studiosus fuit; in qua quidem quantum excellere potuit, si ei se studio penitus dedere voluisset, complura, quæ ab eo adolecente facta sunt, poemata declarant: Itaque illud in primis, quod Curtius inscribitur; ex quo intelligi licet, grauem eum, & grandiloquum, (vt ita dicam) Pötam euasurum fuisse. Is cum ætate iam aliquantum processisset, & ipsam ætatem virtute, ac doctrina longè anteret, patris voluntate Romam se contulit, Alexandro VI. Pontifice maximo. Amplissimi tum Romanæ Ecclesiæ Ordini virtute, atque existimatione princeps & erat, & omnium iudicio habebatur Oliuerius Carrafa Neapolitanus: ab eo cupidissimè statim in fidem, & contubernium receptus est. Atque hoc primum prudentiæ specimen ea in Vrbe dedit, quod ad eum se potissimum contulit, non qui opibus, & diuitijs maximè præstaret (multi enim Romæ tum ditiores, opulentioresque eius Ordinis viri erant, quorum illi omnium domus patuissent) sed qui integritate, qui prudentia, qui religione ceteris antecelleret. In eius castissima domo, multos annos ita vixit, vt & ad optimarum artium studia assidue incumberet, & cum reliquis omnibus, tum illi grauissimo viro probatissimus esset; à quo etiam honesto in Vrbe Roma sacerdotio ornatus est. Erat autem in eo iuene præter excellens ingenium, incredibilis quidam pudor; ac singularis modestia, quæ non modò in eius sermone extabat, sed in vultu etiam ipso, & oculis eminebat. Commendabat eum præterea omnibus ijs, qui illum noscent, grauitas quædam, quàm quæ ab illa ætate postulanda esset, eximia humanitate temperata. Referta tum ea Vrbs erat eruditissimis, & in omni genere præstantissimis hominibus: eos ille omnes celeter amicitia, & consuetudine comprehenderat. Ex quo celeberram eius nomen, & principibus quoque viris, ijs presertim, qui eisdem studijs delectabantur, notum erat, quorum breui tempore omnium gratiam sibi, & benevolentiam conciliauit. In primis autem Friderico Fregosio Salernitano Pontifici familiaris fuit, viro cum genere, ac nobilitate, tum virtute, doctrinaq; præstanti; cuius etiam contubernio aliquandiu post Oliuerij Carrafæ obitum, vna cum Petro Bembo optimo, & doctissimo viro vsus est. Horum inter se amicitia Romæ postea maximè illustris fuit; etenim iam inde ab eorum adolescentia instituta, per omnes ætatis, atque honorum gradus, vsque ad summam senectutem sanctissimè conseruata est; erat enim virtute, & studiorum similitudine, firmissimis animorum vinculis iuncta, & constituta. Iam quantopere Sadoletus eo tempore, virtutis, & eloquentiæ gloria floreret, ex eo facile iudicari potest, quod Leo X. acerrimo ingenio, & grauissimo iudicio princeps, simul ac creatus est Pontifex maximus, eum statim, & Petrum Bembum ex omni doctorum hominum copia delegit, quorum in conscribendis epistolis opera, & ingenio vteretur; quod apud Romanos Pontifices munus longè honestissimū est. Is autem, eo ita munere functus est, vt non ingenio modò, & scribendi facultate, qua nemo ætate nostra ad illam Scriptorum

laudem propius accedere existimatus est; sed industria etiam, & fide Principi illi maximè satisfaceret. Itaque apud eum auctoritate, & gratia multum valuit, & ea re facillimè augere honestatem, & facultates suas potuit: verum vsque eo ab hac cupiditate remotus, atque abhorrens fuit, vt (quod vix credibile visum iri puto, his præsertim temporibus, & moribus) nullum sibi vnquam sacerdotium à liberalissimo, & sui amantissimo Pontifice petierit; cum tamen amicis suis probis idoneisque hominibus, & alienioribus etiam permulta, & peteret, & impetraret. Tanta idem abstinentia fuit, vt cum pro loci eius, quem apud Principem tenebat auctoritate, munera ei multa, & ampla mitti solerent, ea semper repudiaret. Hac ille continentia ita delectabatur, vt plerique pecunia, aut eleganti veste, ac suppellectili delectari solent: sua porro commoda negligenter, aliorum vilitati insecrari, eum auctoritatis, & gratiæ fructum putabat esse maximum. Cum profectus esset voti, & religionis causa ad Lauretanæ Virginis Templum, Carpentoractensis Ecclesiæ Pontificatus in Gallia vacauit recusauit; cum vitro sibi absentis Pontificis maximo aliquandiu recusauit; cum interea eundem Leo flagitantibus alijs denegasset: vt redijt, diutius illi eum recusare non licuit. Itaque vt illud magni animi fuerat, tam honestum sacerdotium vltro à Pontifice maximo delatum à se rejicere; ita hoc moderati, & Christiani vocanti ad eiusmodi munus Deo obtemperare. Hoc ille sacerdotium adeptus, primò quanta maxima potuit, absens diligentia commissam sibi Ecclesiam per idoneos homines rexit. Post cum ex hac vita Leo excessisset, statim rebus Romanis relicto, Carpentoracte migravit eo consilio, vt populis fidei suæ creditis boni, & diligentis Episcopi officium præstaret; neque Principibus amplius, sed Deo vni, & rectissimis suis studijs inleruiret. Exceptus est aduentus eius maxima lætitia, & gratulatione illorum hominum; tantam illis iam absens de se opinionem, expectationemque commouerat; cui tamen expectationi postea egregiè satisfecit. Nam, & rebus diuinis procurandis, & vitæ innocentis, & admirabili in primis diuinitatis in eos homines charitate optimi, & religiosissimi Episcopi munus obiit. Vixit in ea vitæ quiete, ac tranquillitate, quo ad Hadrianus Pontifex maximus, qui Leoni successerat, vixit. Creato enim post Hadrianum mortem Clemente VII. Pontifice Maximo, ab ipso statim euocatus, acersitque est; quem cum eximie diligeret, multique, & magnis eius officijs obstrictus esset; quin ei pareret, tam amanter, & tam acriter euocanti, facere non potuit; neque adeo relictum, neque fas esse existimauit, tam benemerito de se Pontifici præsertim optimum in Christianam rempublicam animum præferentem, operam suam denegare. Itaque etsi inuitus fecit, vt ab Ecclesia sua discederet, tamen ad eum se contulit; verum ea lege, vt ne plus triennium abesset, vtique eo exacto tempore, remigrare sibi Carpentoracte voluntate ipsius liceret. Romam igitur cum venisset, versatus est in intima eius Pontificis amicitia, & familiaritate: nec verò ingenio hominis solum Clemens, sed consilio etiam in administranda republica vsus est. Ad deliberationes eas, quas habebat de maximis, & grauissimis rebus, eum vnà cum aliquot alijs amicis adhibebat; curas illi omnes, & cogitationes suas imperiebat; tantum denique eius fidei, tantum prudentiæ tribuebat, vt multa, quæ ad Christiani nominis quietem, & ad morum, ac disciplinæ publicæ correctionem pertinebant, eius potissimum admonitu, & consilio sibi agenda constitueret. Atque vtinam is Pontifex ea, quæ interdum præclaro quodam animi impetu agere meditabatur, ad exitum perduxisset; profectò cum vniuersa Christiana republica meliore loco esset; tum ipsa Italia, atque Vrbs Roma eas, quibus postea afflicta, oppressaque est, calamitates effugisset. Non enim in eo Pontifice rectum in republica sensum requisisses, constantiam potius, & perseuerantiam maiorem in bonis consilijs desiderasses; Itaque cum salutaribus Sadoleti consilijs sæpe vsurus esse videretur, flectebatur postea aliorum quorundam, qui longè plurimum apud eum poterant, oratione. Intimus erat Pontifici illi maximo Sadoletus; amplificandæ fortunæ, ac dignitatis suæ facillimam rationem in manibus habebat: colebatur præterea, & magno honore afficiebatur ab omnibus; pro sua tamen in rempublicam voluntate nullam commodorum suorum rationem ducens, ex ea temporum, ac rerum perturbatione, maximo animi dolore assidue tangebatur; qui quidem ad extremum, cum rem in eum locum adductam intelligeret, vt nihil bene monendo, & suadendo proficere amplius posset, statuit, quando reipublicæ prodesse iam nihil posset, suæ saltem Ecclesiæ prospicere, atque consulere. Itaque cum operam suam per triennium iam Clementi summa cum fide, & integritate nauasset; etsi nonnulla concordia, & compositionis spes inter eum Pontificem, & Carolum Imperatorem allata erat; iamque inter eos induciæ pactæ fuerant, tamen in sententia permansit. Nec verò non mouebatur animo, cum ab eo Pontifice esset discessurus, quem cum ob eximiam quandam eius humanitatem, tum ob perpetuam erga se beneuolentiam mirifice amabat. Sed cum cogitaret, quanto Ecclesiæ suæ officij, ac necessitudinis vinculo obstrictus esset, cumque Carpentoractensis populi desiderium ferre diutius non posset, longiorisque in Vrbe Roma commorationis causam, ambitionem tam potius, quam officium visum iri suspicaretur, omnino sibi abeundum esse statuebat; cuius iustæ

voluntati, ac precibus ad extremum Clemens cedere coactus est. Comprobauit eius consilium is profectò, qui intimos hominum sensus percipit, neque vnquam non rectis bonorum voluntatibus fauet Deus; etenim tam opportuno tempore discessit, vt vix dies viginti ab eius discessu intercesserint, cum Vrbs Roma capta, atque direpta est; vt is singulari Dei erga se beneficio, horribili illi cladi substractus fuisse videatur. Tum verò quanquam serò intellectum est, quàm, & prudenter sentire Sadoletus, & fideliter monere solitus fuisset ille enim, & initio disuasor belli aduersus Carolum, & postea deponendorum armorum assiduus hortator, pacisque, quibusuis conditionibus accipiendæ auctor semper extiterat. Qui quidem cum sæpe aliàs, tum eo tempore, quo Christianis Principibus intestino bello implicatis, bellum à Turcarum Rege Pannoniæ illatum est, cum regnum illud, quod Christianæ reipublicæ firmissimum ad eam diem propugnaculum fuerat, maximo in discrimine versaretur; honestissimo ab ipso Pontifice maximo pacis mentionem fieri, & de deponendis, ac potius abijciendis armis agi posse censuit; idque eum admonere non destitit. Sed nimirum Deus nobis ob peccata nostra iratus, atque infensus, cum illa Vrbi Romæ, ac Sacerdotum ordini infligenda plaga, nos, vt respiceremus, admonere statuisset; eam illi Pontifici mentem minimè dedit, vt tam honestam constituendæ concordia occasionem arriperet. Clade hac cognita Sadoletus eum, quem par erat, dolorem cepit, cum Vrbs longè omnium nobilissimæ direptione, & vastitate vehementer doluit, tum varij, & graues multorum clarorum virorum, ac sibi amicissimorum hominum calus, quos tempestas illa oppresserat, in primisque ipsius Pontificis maximi calamitas magnum illi moerorem attulit. Non tamen angoribus sese dedit; sed cum Pontifici maximo, ac multis præterea amicis tali eorum tempore litteras amicissimè, & prudentissimè scriptas misisset; turpe doloris sui leuamentum à Deo, & ab ijs studijs, iisque actionibus, quæ cum Deo in primis gratiæ, tum etiam animis salutare sunt, petiuit; ad sacrarum enim litterarum studia toto tum (vt aiunt) pectore incubuit; quæ post aliarum litterarum, & artium cognitionem à se vehementer culta temporibus quibusdam propter occupationes remiserat. Et quamquam maximas in re domestica difficultates, & angustias post Vrbs excidiū experiretur, non potuit tamen sibi temperare, quin pro natura, & instituto consuetudinis suæ omnes, tam veteres, quam nouos reciperet familiares, qui egestes, & nudi ad eum vndiq; confluxerant. Nec verò legendo solum, sed commentando etiam, & scribendo, tum sibi, tum alijs profectè conatus est. Nam cum religionem videret seditiosorum quorundam hominum impietate magnopere vbiq; perturbatam; tuendæ eius studio incensus, D. Pauli ad Romanos Epistolam maxima religionis nostræ mysteria continentem, & obscurissimis questionibus repletam tribus libris non minus piè, quam ornate, & dilucidè explicauit. Heluetijs, apud quos Nnncij Apostolici munere, mandante Clemente functus est; & commissis sibi populis ita præfuit, vt nullum in eos fortis, & diligentis Episcopi munus prætermiserit, quos quidem quanti faceret, nulla re potuit apertius declarare, quam quod eorum causa amplissimi, & potentissimi viri similitatem (qui eo tempore Legatus Auenionem, & finitima illi vrbi oppida, quæ in fide Ecclesiæ Romanæ sunt, regebat) homo in iniurijs perferendis, quæ ipsi fierent, incredibili, ac nimia prope patientia suscipere veritus non est. Multas enim Ecclesiæ suæ iniurias inferri, multa tum à Legato, tum ab eius Magistratibus, ac ministris iniquè decerni, atque agi, pro munere, ac pro persona, quam sustinebat, minimè sibi ferendum existimauit. Ac primò quidem illum ab eis institutis hortando, & amicè sæpius monendo deterrere conatus est; sed cum nihil hac ratione proficeret; cumque eius quanquam absentis, Romæ magna apud Clementem Pontificem maximum esset auctoritas, breui tempore profecti, vt Legatus sese colligeret, & eos, quibus præerat, populos magna in posterum æquitate, & diligentia regeret; Qua in re Sadoleti officium, ac pietatem potius adeo is aliquanto post amauit, vt non modò cum eo in gratiam redierit; sed ex eo tempore illum, & vereri maximè, & patrem etiam appellare solitus fuerit. Recreatis hac eius actione Carpentoractensibus, & reliquis illis populis, altera ab eo actio non minus pia, nec minus illis grata, ac salutaris suscepta est. Maxima iandiu Hebræorum multitudo apud eos consererat: ij Christianos homines imperitos, & incallidos circumuenire, & quibus pecunias credidissent, eos scenoris grauitatis, & renouandis, multiplicandisque vsuris, ad extremum fortunis omnibus euertere solebant. Eorum quoque auaritiam, & fraudes, suscepta miserorum populorum causa, eaque diligenter apud Pontificem maximum, & Magistratus vrbano per litteras, & procuratores acta, magna ex parte repressit tandem, ac coercuit: Quoniam etiam orationem in eos pro Christianis composuit, & eam quidè omnium, quæ ab eo scriptæ sunt, disertissimam. Alia præterea multa varijs temporibus in Carpentoractenses, & rem eorum publicam officia contulit; quibus planè declarauit, nunquam vnquam cuiquam chariorem fuisse, quam ipsi fuerit vniuersa eius Ecclesia. Vt sæpius venit, vt illi aut Pontifici maximo, aut Gallorum Regi, aut ijs, qui plurimum apud eos poterant, commendandi fuerint; non dici potest, qua sollicitudine id egerit, profusus, vt multò

vehementius, quam si ipſius ageretur res, laborare eorum cauſa videretur. Eorum liberi parum idoneis antea doctores vſi fuerant: hoc quoque ad officium ſuum pertinere exiſtimans, vt illi optimis, & moribus, & diſciplinis imbuerentur; curauit, vt doctores ſemper egregij ad eos inſtituendos conductorerentur, quibus ipſe quod diligentius officio fungerentur præter eam mercedem, quæ eis publicè dabatur, non exiguam pecuniam contulit. In eo verò longè maximam curam, ac diligentiam adhibuit, vt tam turbulentis temporibus Eccleſiam ſuã in fide, & recta erga Deum religione contineret; itaque ſi quos in errorem impulſos à recto itinere declinaſſe cognouerat, paternis eos admonitionibus in viam reducere ſtudebat. Si cuiuſpiam concionatoris fides, & diſciplina illi ſuſpecta erat, is ne quem, aut publicis concionibus, aut priuatis diſputationibus corrumpere poſſet, prouidebat: denique ei uſmodi concionandi munus illis mandabat, quorum pietas explorata ipſi eſſet, & cognita; quos ipſos etiam attentè audiebat. Non continebat tamen illos homines in officio tantopere hæc eius diligentia, quam ipſius innocentia, liberalitas, continentia. Non modò enim neminem vlla vnquam aſſecit iniuria; ſed multorum ipſe iniurias ita pertulit, vt eos patientia, & lenitate ſua ad extremum ſibi amiciffimos reddiderit. Duriore annona magnum hominum egentium numerum alebat: patebat eius domus ſemper honeſtis illius præſectura, ac vicinitatis hominibus. In alios præterea honeſtos, ac pios ſumptus veſtigalia ſua ſic ſolebat impendere, vt vertente anno par ratio eſſet accepti, & expenſi; neq; enim quicquam tantopere deſectari ſolitus erat, quam in ſacerdotibus ſtudium cogendæ, & coaceruandæ pecuniæ. Erant ei omnino modica, vel exigua potiùs veſtigalia; ſed frugalitate, & temperantia in victu, cultu; domeſtico aſſequebatur, vt eius liberalitati ſufficerent. Hoc eius vitæ genere, hiſque officijs fiebat, vt illi eum populi incredibili pietate, & cultu proſequerentur, ac ſummam vti parenti fidem rerum ſuarum omnium haberent. Delecti quidem (hoc communis eorum conſilij nomen eſt) ad eum de rebus omnibus publicis referre, eius ſententiã in primis ſciſcitari, & exquirere ſolebant; eius deniq; vniuſi monitis, & conſilij nitentur. Nec verò illis modò populis tantopere charus, & probatus erat, ſed omni fere Gallia magnum eius eret nomen, magna virtutis, & integritatis opinio. Itaq; Franciſcus Rex, cum Lugdunum quodam tempore veniſſet, atq; ibi officiij cauſa à Sadoletto conuentus fuiſſet; eum, & comiter admodum, atque honorificè excepit, & ex colloctionibus aliquot grauitate hominis, prudentiaque perſpecta, ſi manere apud ſe vellet, honeſtiſſimum illi in amicitia ſua locum, & ampliffima præmia detulit. At is cum Regi gratias egiſſet de tam propenſa erga ſe voluntate expoſuit, quo conſilio res Romanas reliquiſſet; petijtq; ab eo, vt ſe ad officium, & ſuum munus redire pateretur: cuius conſilio, animoque collaudato, Rex eum amantiffimè dimiſit. Diſceſſit autem illinc cum Regis iudicio probatiſſimus, tum collecta multorum ex amicis, & Purpuratis Regijs gratia, quorum ſtudia, & beneuolentiam erga ſe varijs poſtea Eccleſiæ ſuæ temporibus expertus eſt, velut eo tempore, quo Franciſcus Allobrogum regulo bellum intulit; ea autem res ita ſe habuit. Per Carpentora actum agrum Regis exercitus iter faciebat; in eo exercitu Gulielmus quidam erat, qui magnam Germanorum manum ad Regem adduxerat, homo iracundus, & præceps. Accidit, vt cum aliquot eius milites Carpentora acte ingreſſi petulantius ſeſe gererent; eorum contumelijs, & inſolentia accenſi commouerentur primò nonnulli opifices, deinde tota fevè (vt fit) ciuitas concitaretur; quo in tumultu, vno, alteroue ex Gulielmi militibus occiſo, reliqui ex oppido expulſi ſe ad Ducem ſuum receperunt. Eam ille ſuorum cædem, & iniuriam vlturus, cum ira exarſiſſet, copias ſuas continuo vnã cum aliquot tormentis bellicis Carpentora acte adducere parabat: hæc re cognita Sadoletus cum fortè, tum extra oppidum eſſet, ſuorum periculo exanimatus, paratũque eandem, quam illi fortunam ſubire, prope accurrat. Ad eum ſtatim concurſus factus eſt, illum omnes intuebantur, quid agerent, quo ſe verterent neſciebant: is nuncios ſtatim, & litteras ad præſectum Regium pro ea, quæ inter eos erat notitia, mittit, ciuitatis periculum exponit, auxilium implorat. Præſectus auctoritate hominis, & precibus adductus, Gulielmum accerſit, eum agrè, ac vix placatum incepto cogit deſiſtere: ita Carpentora actenſes cum iam prope de ſalute, & fortunis ſuis deſperarent, Epifcopi ſui beneficio ex ingenti periculo erepti ſunt. Geſta autem ea res eſt mortuo iam Clemente Pontifice maximo, cum Paulus ei Tertius ſucceſſiſſet. Huius quoque Pontificis accerſitu Romam Sadoletus redire coactus eſt; etenim is ſui Pontificatus initio ſpem, atq; expectationem omnium mirabiliter erexit: oſtendit enim ſibi in animo eſſe, nouis legibus ſolutam ſacerdotum diſciplinam altringere; & ſublatis eis, quæ à ſuperioribus Pontificibus Romanis inſtituta, minus probarentur, ſanctiorem gerendi ſummi Pontificatus rationem inſtituere. Eius rei perſectiõ cauſa è longinquis locis accerſiuit, quos doctrinã, integritatis, & prudentiæ maximam opinionem habere intelligebat; vt cum eis cumque alijs præterea quibuſdam, quos ex ampliffimo ordine adhibiturus erat, tantarum rerum conſilia communicaret: eorumque monitu ea, quæ aut abroganda eſſent, aut ſancienda, cognofceret. Hi autem, qui accerſiti ſunt, omnino ſex fuerunt, in-

A quibus Iacobus Sadoletus fuit, qui tam grauem ob cauſam Pontificis maximi litteris euocatus paruit, ei, vt debuit. Agitata ea res fuit complures dies, Sadoletus, & reliquis grauiſſimis viris nihil earum rerum obtinentibus, quæ ad ſedandam ſacerdotum, in primisq; ſummi illius ſacerdotij inuidiam pertinere videbantur. Quo quidem tempore Sadoletus etiam eis de rebus aliquot orationes ſcripſit, quò Pontificis maximi animum ad rem tam præclaram, tamq; reipublicæ ſalutarem perſeciendam acriùs accenderet. Verùm cum tota ea res poſtea ob multas, & magnas difficultates, & impedimeta, quæ obijci videbãtur, vel refrixiſſet, vel dilata in aliud tẽpus fuiſſet, Sadoletus non ampliùs Romæ ſibi terendum tempus exiſtimans, de reditu cogitabat; cum repente vnã cum quibuſdam optimis, & præſtantiffimis viris in Senatum Romanæ Eccleſiæ à Pontifice maximo, cunctis illius ordinis ſuffragijs magna bonorũ omnium lætitia, & gratulatione delectus eſt. Titulũ primò S. Caluſti, poſtea S. Balbinæ, demum S. Petri ad Vincula, aliàs Eudoxiæ diuerſis temporibus obtinuit. Venerorum reipublica miſſo legato ampliffimam Vaticanæ purpuræ dignitatem felicem illi deprecata eſt: quod à Mutinenſibus quoque præſtitum alij affirmant. Malè Marcus Zuerius in ſuis illuſtrium virorum monumetis ſcriptum reliquit, Iacobum à Clemente VII. in Cardinalium ordinem receptum fuiſſe; nam certò ſcimus ex monumentis Vaticanis, ex illius aui ſcriptoribus, ex ipſo Sadoletto in epiftoſis, à Paulo III. inter Cardinales Presbyteros coopratum die 20. Decemb. an. 1536.

Accepta purpura, doluit Iacobus, doloremque ſuum teſtatus eſt pluribus epiftoſis; tum quod ſe tanto honore profiteretur indignum; tum etiam quod illam ipſam dignitatem, nouam, & grauem ſeruitutem appellaret. In Epiftoſarum libri decimi vna ita ſcribit: *Ipo honore Cardinalitio non tantopere delector, qui eſti magnus, & expectandus omnibus videtur, mihi tamen boni multo plus abſtulit, quam dedit. Abſtulit enim ocium, quietem, libertatem; alia quadam reddidit; quæ nequaquam cum illa felicitate prioris vitæ, meo quidem iudicio erant comparanda. Sed quoniam oppreſſi ſubito optimi Pontificis beneficio, ſpauit ad conſulendum, ac deliberandum nihil habuimus, pareamus ſanè Deo, qui nos huic ſubiectos oneri eſſe voluit.*

Tum Iacobus purpuratus Carpentora acte ſpectans, & ad Eccleſiam ſuam redire cupiens, cum priſtinam vitæ ſuæ rationem, ea dignitatis amplificatione obturbatum ita intelligeret, eum honorem recuſare in animo habuit; iamque hæc de re epiftoſam compoſuerat, quàm ad Pontificem maximum mittere cogitabat. Sed cum in eo accipiendo honore amicorum conſilio, auctoritatique ceſſiſſet, ita in republica verſatus eſt, vt nihil præter ipſius reipublicæ commodum, & ſedis Apoſtolice dignitatem propoſitum vnquam habuerit, ac ſententiam ſuam ea qua decuit, libertate, & conſtantia ſemper dixerit. Huius adeo animi, ac libertatis ſuæ magnum reipublicæ pignus dedit, quo primò die ſententiam in Senatu dixit; planè enim declarauit, nihil ſibi vnquam ſancta illa maiorum noſtrorum diſciplina, nihil fide ſua, & officio futurum antiquiùs. Fortè eo die agebatur de ampliffimi, & nobiliſſimi cuiuſdam hominis honore, & commodo; erat autem Sadoletus non collega eius recens ſolùm, ſed vetus etiam amicus. Itaque non poterat, non inuitus homini, quem multis de cauſis plurimi faciebat refragari; tamen, cum cauſa eſſet huiuſmodi, vt illum honeſtè, ſaluè ſanctiſſimis legibus, ſententia ſua adiuuare non poſſet, illud quod boni, & conſtantis Senatoris fuit, fecit; vt legibus ipſis potiùs, & religioni ſuæ conſuleret; Nec verò non eadem libertate, & conſtantia vſus eſt; quotieſcunque accidit, vt de ipſius Pontificis maximi commodis, aut etiam honore ageretur; libertate autem, vt ſic ſolebat, vt neminem ea, iure poſſet offendere; leniebat enim illam ei uſmodi orationis modeſtia, quæ cogebat eos ipſos, quibus aduerſaretur, in optimam partem ea, quæ ſe dixiſſet accipere. Sed vt amicitij, & gratiæ nihil dabat, cum id fieri eius fides minime patiebatur; ita cum è republica eſſe ceſſebat, quempiam in ampliffimum ordinem adſciſci; aut alio quopiam ornamento, atque honore aſſici, cupidiffimè ei, ac ſtudioſiſſimè fauebat. Itaque complures egregios, & virtute, ingenioque præſtantes viros, quo in Senatum legerentur; aut alijs ſacerdotijs ornarentur, Pontifici maximo partim coram, partim abſens per litteras commendauit, idque illis ſæpe inſcientibus; non enim hoc ambitione adductus faciebat; ſed ſtudio reipublicæ. Nec verò ſilentium eſt de illis officijs, quæ in quodam Germaniæ Principes, ipſorum quidem etiam, ſed multò magis reipublicæ, & communis religionis cauſa contulit. Semper enim illa, tot Germaniæ populorum, & Principum defectione, Eccleſiæ luctuofa, ipſis peſtifera grauiſſimè doluit; ſemper vt ij, qui, & poterant, & debebant, tanto illi vulnere mederentur, optauit. Sed cum ſedulitate ſua ijs, qui tum ab Eccleſia, & Pontifice Romano penitus alienati erant, prodeſſe nihil poſſet, enixè operam dedit, vt eos ſaltem, qui ſua ſponte in recta religione permanerant, & ſedi Apoſtolice amici erant, officijs ſuis aliquantò etiam amiciores, & firmiores redderet. Itaque Georgium in primis, & Gulielmum, hunc Bauariæ, illum Saxoniæ Ducem omni ſuo ſtudio, officioque complexus eſt; quæcunque ab eo proficiſci potuerunt ad illos ornandos, & cohonestandos proſecta ſunt; in eorum negocijs, de quibus cum Pontifice maximo agendum eſſet; eorum procura-

tores,

tores, & legatos, opera, consilio, auctoritate sua semper adiuit: ipsius porro officia adeo grata illis fuerunt, vt & amicissimè ei scribere soliti fuerint, & gratias agere, & procuratoribus suis, vt eius potissimum opera, & consilio vterentur, præscribere. In grauissimum postea morbum incidit, ex quo nondum planè sese confirmauerat, cum proficiscentem Paulum Pontificem maximum ad reconciliandos Carolum Imperatorem, & Franciscum Gallorum Regem, graue inter se, & diuturnum bellum gerentes, secutus est; quo in itinere cum Placentiam venisset, de integro ægrotauit. Ibi cum aliquot dies curandi sui causa substinisset, vt primùm conualescere cepit, festinans, properansq; optatissimè illi de pace actioni interesse, itineri se commisit; neque destitit, quin Nicæam, quo conuenturi illi erant Principes, perueniret. Tum verò tempus illud ratus esse, quo bonos omnes pacem vrgerè oporteret, vt ea fieret, pro sua parte vehementer enixus est. Deinde cum ea minimè conuenire potuisset: pactis Pontificis maximi, opera decem annorum inducijs, cum Pontifex Romam reuertetur, ipse concessus eius Carpentoraacte, reficiendi, & confirmandi sui, ac reuiscendæ Ecclesiæ causa se recepit. Commoratus ibi est, vt rem familiarem planè constitueret, aliquanto diutius, quam se facturum ostenderet; ne tamen operam suam interea reipublicæ nauare desineret; opus præclarum sanè, & reipublicè temporibus aptum aggressus est; de extruccione Catholicæ (ita enim inscribat) Ecclesiæ; quod opus Ioanni Saluato collegæ suo desponderat, cum propter veterem eorum inter se necessitudinem, tum ob excellentem eius viri in sacris litteris, & ceteris disciplinis, quæ magno viro dignè sunt, scientiam. Verùm propter itinera, & occupationes, quæ illum alio ex alijs postea impeditum tenuerunt, nec tres, quos iam consecerat eius operis libros, perpolire, nec quartum, quem illi tanquam fastigium addere in animo habebat, insituere potuit. Reuocatus enim Romam, vix dum ibi constiterat, cum renouato quibusdam de causis inter Carolum, & Franciscum bello, & ob eorum discordias reipublica Christiana iterum in maximum discrimen adducta quippe cum Turcicum bellum impendere videretur; Paulus Pontifex maximus per legatos cum vtroque eorum de pace agendum esse existimauit. Itaque delectus ipse est, qui legatus ad Galliæ Regem iret; qui quanquam affectu iam ætate esset, tamen nullum pro Republica laborem, aut periculum recufans, legationem eam suscepit; adhibitaque diligentia, quantam maximam ferre senile corpus poterat, maturè in Galliam peruenit. Talis viri auctoritate Regem per motum esse, res postea declarauit; nam ei Sadoletus Pontificis maximi mandata, ac monita exposuisset, post aliquot congressus, animum eius quanquam armatus, & viribus suis fidentis ad pacem flexit. Itaque ex magna desperatione concordia; subito in ipem compositionis ventum erat, si modò alterius legati, qui in Hispaniam ad Carolum missus fuerat, telicior fuisset legatio. Non est autem singularis eius abstinentia omittenda in ea legatione; nam cum Legatorum, qui à Romanis Pontificibus mitti solent, quandiu extra Urbem Romam sunt, varia, & multiplex sit potestas, & eam ob causam facultatem habeant magnæ conficiendæ pecuniæ; ea tamen potestate ipse ad quæstum abuti minimè sustinuit; neque nisi graui ex causa vfus est, ac ne comites quidem suos quicquam præter mercedes pro scriptura, aut huiusmodi quapiam opera debitas, quas ipsas etiam imminuit, accipere passus est. Vt à Rege autem discessit, Carpentoraacte venit, quò reliquam ibi hiemem maneret; seque ex assiduis laboribus reficeret; id enim ei Pontifex maximus ætati hominis, & valetudini parcens permiserat. Hoc quoque Sadoleti integritatis exemplum sit; quod cum extremo legationis tempore integri mensis sumptum accepisset, atq; ante exactum mensem Carpentoraacte peruenisset, decem dierum sumptum (tot enim dies reliqui fuerant) referri vitiquis ad quæstorem Pontificis maximi, quanquam suadentibus amicis, & nimiam eius religionem accusantibus. Eodem tempore clientis domesticos, quorum opera strenua, & fideli in legatione vfus fuerat, alium alio præmio, & quidem supra facultates suas remuneratus est. In sequenti ætate in Italiam non sine maximo Carpentoraactensium dolore discessit; eò cū venisset, interfuit colloquio Pauli Pontificis, & Caroli Imperatoris, qui in agro Parmensi congressi sunt. Iter tūm ex Hispania Carolum in Germaniam habebat: oblata ea occasione Sadoletus magnum, laborum quos in legatione pertulerat, fructum captum iri à se existimauit, si illum quoque ad pacem hortatus esset; redierat enim ex legatione Gallica, & animum Regis ad concordiam propensum cognouerat, vel ipse potius effecerat. Verùm adeo Carolus dolore, iraque exarserat, quod à Rege Galliæ bellum renouatum fuisset, vt neque accurata Sadoleti oratio, neque ipsius Pontificis auctoritas quicquam profecerit. Is tamen postea, lenita videlicet ira, post victum, & in deditio-nem acceptum Sicambrorum Ducem, qui Regis partes secutus fuerat, & expugnata nonnulla Galliæ oppida, pacem cum eo Rege fecit; qua ex re Sadoletus tantum lætitiæ, ac voluptatis cepit, vt Deo bonorum omnium auctori ab Ecclesia sua meritum continuo honorem haberi iusserit, & scriptam ipse orationem paulò post ad Carolum miserit, per quam illius sapientia, & moderatione laudata gratias ei egit; suo, & Christianorum omni nomine, & ad ea, quæ pro religione, & concordia, ac libertate Christiani nomi-

nis agenda restabant, eum accendere, atque incitare conatus est; cuius optatis magna iam ex parte optum, & fortissimi Imperatoris virtus, pietasq; respondit: fuit enim hic vir incredibili quodam in reipublicam Christianam studio, vt qui pro diuturno contubernio sensus eius satis cognitos, & perspectos habuit, hoc de eo affirmare non dubitauerit, plus illum doloris semper ex malis habuisse communibus; contraque ex publicis commodis plus gaudij, quam rebus suis, vel secundis lætatus sit, vel aduetis doluerit. Idem moribus fuit facilis, animo aperto, ac simplici, natura; omnino ad iracundiam procliuor, sed eius comprehendendæ assidua meditatione tantum profecerat, vt lentus potius esse videretur; ac si quando paulò esset commotior, tum maxime sedata voce, & oratione vteretur. Amicitias summa cum fide, & quibuslibetque potuit officijs coluit; familiam suam ea charitate est profectus, vt cum de suis minimum, de illius commodis plurimum laboraret. Patrem iuuenis; matrem senex ferè octogenariam amisit; ambos quoad vixerunt, summa pietate dilexit, & coluit; fratribus, qui ei complures fuerunt, partem suam primò paternè hereditatis donauit, post alijs, quoque eos beneficijs affecit. Adiutor ad regendam Carpentoraactensem Ecclesiam, cum iam senex esset, vt sibi Paulus Sadoletus patriuelli filius daretur, à Clemente impetravit; idque non tam propinquitati à se datum dicere solitus est, quam adolescentis ingenio, ac virtuti. In litterarum studijs summa industria versatus est: lucubrare autumno ineunte bene mane incipiebat; hieme verò multò etiam maturius: id tempus grauioribus studijs, aut scriptioni dabat; quod supererat temporis, id totum litterarum studijs reddebat.

Quare à Scripioribus plurimis, summis laudibus extollitur, & meritò quidem; nam floruit Christianæ mentis inconcussa constantia; nec non virili pectoris robore. Cum igitur in alma Urbis excidio direpta illius Bibliotheca, quam quolibet thesauro potiorrem ducebat, magno licet inde dolore concepto, totum tamen se diuinæ voluntati permisit, vt demonstrat his verbis ad amicū scribens. *In clade Romana, & similibus malis habeo spem, & rationem quandam, que mihi non parum solati affert; illam vide licet, quam ad Deum ipsum refero, quem scio, & noui, ita irasci solere peccatis hominum, vt sibi solus eas penas velit, que illis ipsis, qui deliquerunt, vitæ sint, & salutare; Cui enim castigatio fuit, eidem erit Deo salus nostra cura. Porro ea magis ex virtute, religione, & probitatis moribus, quam ex opibus multis, & lauta suppellectilis spectanda est: quod si multo minore in bono lesi fuimus, vt in eo, quod maximum bonum est, angeamus, quis lugeat iure? Neque hanc felicitatem quandam potius quam calamitatem fuisse ducat; sed de his satis. Ego restuos labores, & studio-rum vigilias perdidisse valde moleste fero, quod mihi disrem accidit, casu prope mirabili, euentu tristiore. Cum enim disreptis rebus ceteris, libri soli superstitis ab hostium iniurijs manserunt, & numerum coniecti, ad Galliam litus iam peruecti essent, incidit in veltores, & in ipsos familiares meos pestilentia, quo metu permoti, quorum ad litora navis appulsa fuerat, onera in terram exponi non permisere. Ita asportati sunt in alienas, & ignotas terras, ex-cerptisque voluminibus paucis, que deperitani necum huc profici-scens; mei reliqui illi tot labores, quos impenderamus Græcis præsertim codicibus conquirendis vndique, & colligendis, mei tanti sumptus, mee curæ omnes iterum tam ad nihilum reciderunt. Ex quo sat perspectum est præter communes cum genere Italo hoc tē-pore inimicitias, proprium aduersum me bellum gerere fortunam; sed nihil illa proficiet: maximum habeo in summo Deo, non pa-rum in equitate animi per fugium. Nec me tantum quotidiana il-lus iniuria conuellunt, quantum assuescunt ferre hoc humana fortiter, atque constanter, atque eo quidem fortius, quod Deum mihi patronum non deesse intelligo; nullo hoc meo merito, nullis virtutum officijs fat eor. Sed quid refero, si is adest tamen, meque ipse, & protegit, & tutatur: Cuius quo minus ego illis dignus sum, hæc sunt masora erga me, & præstata beneficia. Et alibi: Meas quidem fortunas omnes acerba mihi Urbis fortuna eripuit: in his ipsam bibliothecam, quam ego Græcis, & Latinis libris magna diligentia vndique comparatis refererem; que omnium fuit, vt & tu existimas, & ipse sentio iactura grauissima; sed tamen omnia in partem bonam accipiendâ sunt. Et iterum; Direpta mea quidem omnes, dissipatæque fortuna; idq; non semel, sed bis, aut etiam tertio, quodque durius visum, libri vnâ erepti: nudus in bas-catus tamen; vt pote cui iam non in his rebus externis, non in honore, & gratia populari, non in diuitijs, atque opibus; sed in alia quadam certa ratione viuendi, animi sit quies, & vita beatitudo reposita. Ad Albertum verò Carporum Principem ita scribit: Vt hæc tibi possunt esse solatio; que à me dicta sunt ad firmandum animum apta, atque accommodata; sic te experiri non dubito, id quod ego quoque facio, in cunctis casibus humanis maximum, & certissimum per fugium esse Deum, in quo qui rationes, & spes suas collocant, hi pacatam in fortuna, & lætam præcipue degunt vitâ. Equidem quod ad me attinet, cum ipse quoque fuerim multis fortuna inuirus, in comodaque affectus, patrioque relicto solo, in aliē-nas, & penè ignotas regiones me conuulerim, tamen hoc vno so-*

lasso semper maxime sustentatus sum, quod Deo certo reputans, nostra cura esse; cetera ferenda omnia fortiter, & patienter duxi.

Et licet lux dignitatis tenax esset, ac in omnibus dignitatem seruare summopere studeret, ubi tamen subesset quaestio de Dei, aut religionis rebus, tunc id omnibus anteponebat. Quo in genere reprehensus aliquando, quod haeretico cuidam homini non humanius modò, sed humilius etiam, quàm par erat, scripsisset, quod volens, ac sciens fecerat, ut eum Christo lucrificeret, pulcrè omnino respondit. Ego apud homines grauitatem conferno; in causa Dei depono; siquidem, & Dauid ante Arcam Dei pietatis memor fuit, non dignitatis. Exhibuit nanque se perfecti Praesulis exemplar, si eius charitas in pauperes munifica, vitaeque integritas eloquentiae, doctrinae, prudentiae excellenti coniuncta spectetur; utque lucidissima lampas Italiam, Galliamque illuminauit. Quare sui gregis studiosissimus ad Alexandrum Cardinalem Farnesiu Pauli III. nepotem litteras dedit ex vrbe Carpentoracte, quibus liberè impropere, non posse videri Pontificem amore religionis in suis prouincijs Lutheranos persequi, qui in eisdem prouincijs tantopere sustineret Iudaeos, imò verò augeter, condecoraret, honestaret. Nullos enim vnquam villo à Pontifice Christianos tot gratijs, priuilegijs, concessionibus donatos esse, quot per eos annos Paulo III. Pontifice honoribus, praerogatiuis, beneficijs non aucti solum, sed armati essent Iudaei. Ac ceteris quidem fidelibus, & optinè meritis noua iuris beneficia ad propulsandam, si qua illata sit, iniuriam concedi; Iudaeis solum ad inferendam: Iudaeos opibus refertos, fautoribus insolentes, inter eas plebes, tanquam inter pecudes lupos grillari. Oppida iam dudum pleraque vastata esse, familias plurimas exturbatas laribus suis, & extorres factas, dispersas inter finitimas nationes, queri horum conditionem temporum, & miseris fortunas suas; cum tamen quotidie Iudaei ex vrbe à Praefectis aerarij noua priuilegia deferrent. Nec esse quicquam iam sanctius, & ad reconciliandam Ecclesiasticam dignitatem, quae prope omnis iam pridem amissa esset, vtilius quam fouere Iudaeos, quibus licitum esset solis tanta frui apud Magistratus auctoritate, & gratia, ut ad impetrandum omnia, quae poscerent, eorum accusatio audiretur sine reo, causa cognosceretur sine teste, sententia ferretur sine iudicio. Haec, & alia plura eiusmodi pius Cardinalis ea epistola, alijque plurimis ad eundem Farnesium, alioque scriptis contra perfidam, ac rapacem gentem; cuius tamen patrocinijs non Pontifici, sed ijs tribuit, qui ad suum ex Iudaeis quaestum, Pontificis nomine abuterentur; & fuisse magna parte exauditus, repressosque Iudaeos, ex eiusdem ad Farnesium epistolis intelligitur. Qui etiam orationem in eos pro Christianis composuit, & eam quidem omnium, quae ab eo scriptae sunt, disertissimam.

Haecenus ea, quae de vita eius memoriae prodenda esse visa sunt, scripsimus: nunc de eius obitu pauca scribemus; qui quidem vitae eius integerrimae, atque innocentissimè actae, planè consentaneus fuit. Habitare Transyberim coeperat, in aedibus D. Mariae Templo adiunctis; ibi autumnii initio in febrem incidit, quae leuis primo, ac prope contemnenda esse videbatur; sed cum nunquam plane decederet, morbus ingrauescere coepit. Tum is statim, accessit Sacerdotem iussit: eo adhibito, ritè, & summa cum religione omnia, quae diuinitus ad expiandos animos, & placandum Deum instituta sunt, seruauit. Re quidem diuina coram eo facta, antequam sacrum illud, & salutare Domini nostri Corpus acciperet, cum Christum Deum, ac conseruatorem nostrum subleuatus à suis venerari, & supplici quadam oratione affari coepisset; tantam subito lachrymarum vim profudit, ut eam precationem praefletu, ac singultibus absoluerit vix potuerit. Supremis prope vocibus, ac mandatis Paulo Sadoletto, qui ei summa pietate affidebat, Ecclesiam suam commendauit, ac paulò post magno suorum luctu, magno bonorum omnium mœnore, ac desiderio animam Deo reddidit. Doluit eius morte Paulus Pontifex Maximus, doluit Senatus; à Ioanne quidem Petro Carrafa Sabinorù Episcopo, quo primum die post eius mortem Senatus habitus est, ea de illo habita est, magno cum assensu cum reliquorum Patrum, tum ipsius Pontificis oratio, ut neque vberius cuiusquam vita laudari, nec mors dolentius deplorari potuisset videretur. Laudauit eum item luculentae oratione, maxima honestissimorum cuiusque ordinis hominum frequentia in aede D. Laurentij Iacobus Gallus cuius Romanus in primis honestus. Obijt die 18. Octobris anno salutis 1547. aetatis 71. sepultus est sine vlla funeris pompa (ita enim ipse praescripserat) in aede, quae curationis eius fuerat, D. Petro in Esquilij sacra, cù sequenti epitaphio, quod eius tumulo post mortem incisum est.

D. O. M. S.

IACOBO SADOLETO EPISCOPO CARPENTORACTENSI, S. R. E. PRESB. CARD. VIRO MORVM GRAVITATE PRUDENTIA, ET VITAE INTEGRITATE PRAESTANTISSIMO, DOCTRINA, ET ELOQVENTIA, CVM; IIS, QVOS MIRATA EST ANTIQVITAS COMPARANDO.

PAVLVS SADOLETVS EPISCOPVS CARPENTORACTIS, ET CAMILLVS SADOLETVS FRATRVN FILII MOESTISSIMI, MVLTIS CVM LACHRYMIS PATRVO BENE MERENTI PRO TEMPORE POSVERVNT. VIXIT ANNOS LXX. MENSES III. DIES VI.

At huiusce Cardinalis vitae rationem luculenter explicatam legere quis poterit in Epistola 8. libri 15. pagina mihi 590. quae incipit: Longum interuallum est, &c. data ad Ioannem Toletanum, Episcopum Burgensem S. R. E. Cardinalem: quam inter eius Epistolas vide.

Aliqui in ea sunt sententia, Iacobum postremum obiisse diem non sine dati veneni suspicione, causam tamen plerique tacent, quia ignorant, alij illam somniant, quam, uti à veritate alienam reijciunt ferè omnes. Scribunt enim nonnulli, properata morte Iacobum occubuisse; quia familiaritatem inuentus est habuisse cum ijs, qui à Romana religione discordabant. At hominis dignitatem in rempublicam Christianam studiosissimi violari, imminui, offendique iniquè patior; virum hunc maledictis onerare, atque infidelitatis damnare, qui nemini de probitate concessit, bonitateque inter omnes semper excelluit turpissimum esse iudico. Scripsit ille quidem, & humanissimè ad Lutheranos aliquos, ut illos ad Christi gregem, & ad Ecclesiam Romanam reduceret, ut testatur ipse met his verbis: Alterum ego cum experiri conatus sim, litterasque ad eorum nonnullos dederim humane, ac satis etiam honorifice scriptas, sentio quàm male sim à multis in ista Germanica natione acceptus, qui me aut scripsisse ad haereticos homines, aut illo modo scripsisse arguunt, ac reprehendunt. In quo ego si consilio lapsus sum, studio certè, & pietate erga Deum non sum lapsus: quid enim aliud ego quaesivi, quàm dum honorificè, & comiter ad illos scribo; ut ipsi quoque ad parem moderationem, & quandam etiam beneuolentiam meo inflecterent se, atque adducerentur; quod si essem adeptus, speraui, maior a me multo, & commodiora ad spem concordiae, & rationem publica vtilitatis esse facturum.

Vitam viri huius morum, doctrinae, & prudentiae insignibus celebris scripsit Antonius Florellus Episcopus Lauellensis in Apulia: Elogia I. Caesar Capacius, Iouius, Filiuccius, Thuanus in Historia sui temporis: Bembus in Epistolis Iacobum summis laudibus extollunt: in doctorum Cardinalium classe Garimbertus illum collocauit: & meritò; nam fuit Poeta, Orator, Philosophus, Theologus, & factorum Conciliorum, Canonumque peritia clarus. In libello Imaginum, & Elogiorum duodecim Cardinalium, anno 1598. Antuerpiae edito, ad Sadoleti Cardinalis imaginem haec carmina leguntur.

Vi Plato facunda decorauit dogmata lingua De prisca Sophia dogmata sumpta simi: Eloquij sic tu decorasti flumine blando De sacro Christi dogmata sumpta simi.

Eundem celebrat Ioseph Scaliger sequenti Epigrammate.

Quae tectis pietas infensor exulat aulis, Vitro aula, ac penius candida facta mea est. Quaeque forum tumido furibat perdisa fastu, Imposita est per me lingua diserta polo. Haec summa est: recte sapere, & bene dicere verum. Sic solus iunxi cum Cicerone Deum.


Ingenij eius monumenta à Garimberto, & à Cardinalium Nomenclatoris Auctore recensentur, & sunt. De Pueris rectè, ac liberaliter institutendis. De Laudibus Philosophiae libri duo. Philosophicae Consolationes, & Meditationes in aduersis. In Epistolam B. Pauli ad Romanos libri tres. In aliquot Psalmos, praesertim 50. & 93. De Peccato originali. De Purgatorio. De Tranquillitate vitae. De Ecclesiae Catholicae Aedificatione, eiusdemque Defensione. Poemata multa, interque Curtius, & Laocoon. Homilia de obitu Federici Fregosij Cardinalis. De Bello Turcis inferendo ad Franciscum Galliae Regem. De Hungariae Regno à Turcis oppresso. De Sacramentis contra Lutherum; quod opus idem iudico cù illo: de Ecclesiae Catholicae Aedificatione, & Defensione: alij tamen ab eodem diuersum faciunt.

Scripsit etiam contra Lutherum, & Lutheranos Orationem. Epistolarum libros sexdecim; & ad Paulum Sadoletum nepotem librum vnum.

Multae Cardinalis P. Bembi Epistolae ad illum circumferuntur; multae Alexandri Farnesij, Benedicti Accolti, Gregorij Cortesij, Hippolyti Medicei, Reginaldi Poli Cardinalium. Federici Fregosij Archiepiscopi Salernitani, Ioannis Petri Crassi Episcopi Viterbiensis; Francisci Mariae Mollae, Hieronymi Nigri, Lazari Bonamici.

Carolus Sigonius in Notis ad Fragmentum Hortensij Ciceroniani, virum amplissimum, & omnium litterarum cogniti one clarissimum Cardinalem Sadoletum dixit: Ioseph Maria Ciria, Georgius Rotiorus, Ioannes Maria Toscanus, Germani Audeberti Aurelij, alijque de hoc Cardinali Epigrammata scripsere.

XVI.



Ciaconius Panunius Aubery in Vita Gabutius in Vita Pij Quinti Cabrera Felix Göteler in Vita Elencho Andr. Vistorelli in Addit. ad Ciacomii Anton. Sader. in Elo gij Card. Franciscus Scorus in Itiner. Ital P. Iouus Ferdinand. Vghell. in Addit. ad Ciacom. & in Ital. Jac Ludouic. Donius de Attichy in hist. Card. Nicol. Orlandin. in Historia Soc. Iesu Horat Turfel. in hist. Lauretana Hippolyt. Marrac. in Purpura Mariana.

RODVLPHVS Pius, Leonelli Carporum, Comitum filius, anno nostrae salutis 1500. vj. Nonas, non Martij, sed Maij die Lunae primò in lucem editus, ex nobili Pia familia, quae in Carpenfis, Meldulanis, & Sarfinesibus Italiae populis, per multos annos dominata est. Et quamvis natu maior, Ecclesiasticae tamen militiae castra secutus, Deo à puero se deuouit, tantaque virtutis ab illa ineunte aeta-

te signa dedit, vt ex primis illis veluti ignibus, faustique intijis, ingentis cuiusdam pietatis flammam progressu temporis inde erupituram, nemo non protenderet. Eminentis itaque feliciter Patavij Philosophiae, ac Theologiae studijs, vitae integritate iam percelebris, ac bonarum litterarum suppellectili instructissimus, Romam petijt Clemente VII. Romano Pontifice, à quo tum in gratiam Leonelli parentis de Leons X. & ipso Clemente, adeoque de tota Medicea familia benemeriti; tum ob proprias, & egregias personae suae dotes, Faentino Episcopatu donatus est anno 1528. ac septennio post cum suam operam, fidem, integritatem, atque prudentiam, tum in Episcopali munere, quo praecclare perfunctus est; tum in alijs Romanae Curiae officijs, quibus est adhibitus, Clementi VII. probasset; in Galliam ad Franciscum Primum Regem missus est; tum ad indicendum Concilium, tum ad conciliandos Christianorum Reges. Decretam verò Rodulpho in Gallia legatione; cum nondum Faentinae praefectus Ecclesiae, ex Sadoleti litteris ad eum datis pridie Idus Aprilis anni 1535. constare affirmant nonnulli; horum tamen sententiae subscribere non placet; nam litterae eadem, quas proferunt, ad Rodulphum Pium Episcopum Faentinum sunt scriptae. Ex illa legatione reuersus, anno sequenti Pridie Kalendas Maij Placentiae in Consistorio suae legationis rationem reddidit; quare Nuncius in Gallia Pontificius declaratus, per aliquot annos summa cum auctoritate demandatum sibi munus obiuit. Qua in legatione à Paulo III. qui Clementi successit, confirmatus, ab eodem in Cardinalium numerum abiens relatus est, ornatusque titulo Presbyterali S. Pudentianae primò, mox S. Priscae, deinde S. Clementis, demùm S. Mariae Transtiberim. Aberrat Rodulphus Roma, cum à Paulo in Cardinalium numerum relatus est; at paulò post Romam pileum suscepturus accessit; die enim septima Iulij anni 1537. vti habemus ex Diarijs, à monasterio S. Mariae de Populo vique ad S. Marcum, ubi erat Pontifex, inter Cardinales Caesum, & Caesarinum equitauit, & in publico Consistorio eximiae dignitatis insignibus à Paulo donatus, post Cardinalem Iacobatium inter Presbyteros Cardinales locum habuit: die verò vndecima eiusdem mensis os illi à Pontifice clausum. Iacobus Sadoletus Roma has Rodulpho renuocato Cardinali litteras scripsit. *Iacobus Sadoletus S. R. E. Card. Rodulpho Pio Carpenfis S. R. E. Cardinali S. P. D. Cum me tecum vnà Paulus Pontifex Maximus in amplissimum S. R. E. Cardinalium Ordinem cooptauerit; non tam res ipsa mihi secunda accidit, propter prioris vitae meae, vt ego arbitror, beatoris desiderium, quam summi, benignissimique Pontificis tale de me iudicium, & succundum, & gratum extitit. In quo auxit permultum animi mei letitiam, quod te socium, vel potius ducem habiturus sum in omnibus praeclearis actionibus, quae per nos ad Dei omnipotentis gloriam, & Christianae reipublicae salutem, & suscipienda fuerint, & tractanda, vt etiam si virtute tibi impar; voluntate tamen proximus sim futurus. Sed de his alijs, nunc tibi ex animo gratulabor, teque videre quamprimum opto; vt mutua nostra beneuolentia, quae semper animo potius retenta, quam officijs inter nos usurpata est, propter disunctionem videlicet nostram, & vitae, & locorum, nunc assiduitate consuetudinis, & communicatione consiliorum, uberior em multo amoris fructum nostrum uterque afferat. Tu vale, & ignosce breuitati meae; plura enim scribere, mea occupationes, me non sinunt: iterum vale 5. Kal. Ianuarij 1536.*

Francisco licet Regi Galliarum gratissimus, non propterea inuisus Carolo Caesari Francisci Regis aemulo; tanta semper prudentia, ac moderatione floruit; vnde ad ipsamet Carolum bis tanquam pacis Angelus transmiffus est, ac tertio ad sopiendum Parmense bellum, quo tota Insabria, imò, & Italia conturbabatur; sed, & absente Roma Paulo III. summo Pontifice almae Urbis Praefecturae exercuit; bisque Anconitanis, ac Picientibus dixit; quos tanta aequitate, iustitia, & auctoritate gubernauit, vt apud eos magni Cardinalis, ac aeterna memoria digni nomen obtinuerit, & Anconae portu propugnaculis munito, sui memoriam ad posteros transmiserit immortalem; multò verò magis constitutionibus illis, quas ab Aegidio Cardinale Albernotio pridem latas, ac scriptas, Aegidianas vocant, purgatis, explicatis, & auctis, atque ad illud tempus accommodatis, quas ita recensitas Rodulphus Cardinalis in lex

A libros redegit, & Paulus III. Apostolica auctoritate confirmauit. Bis in Vrbe Romana, eiusque districtu Apostolica legatione functus est: ordinis Franciscani, & Societatis Iesu patrocinium ab ipso Paulo Pontifice Rodulpho demandatum; Aedifq; Lauretanae, post Cardinalem Contareni obitum Protector constitutus, cum minorè in ea sacerdotum numerum animaduerteret, quam, & assiduus aduenarum concursus, & loci sanctitas postulare, de collocanda in ea, Societate, fundadoq; Collegio agere cecepit; ac cum S. Ignatio primùm, deinde cum aliquot è primarijs Cardinalibus, & ad extremum cum ipso Pontifice communicata, adeò est probata Pontifici, vt illo praecipiente: S. Ignatius è vestigio duodecim, vt scribit Bzouius, vel melius, vt refert Orlandinus quattuordecim sacerdotes eò mitti iusserit, qui peregrinorum confessionibus audiendis sedulam, assiduamque operam nauarent. Cuius rei utilitate Rodulphi Pij pietati Societas nostra debet, qui sacrae huiusce coloniae illuc deducendae Pontifici primus auctor, ac suator fuit. Imò cum Robertus Croius Cameracensis Praesul Diocesi sua, nostrae Societatis homines à diuini verbi praedicatione, & sacrorum administratione prohibuisset, Rodulphus Societatis Iesu Patronus commendatitias litteras Apostolico Nuncio scripsit, vt medio Imperatore Bruxellis tunc temporis degente, Episcopum induceret ad edictum, quod in Patres publicauerat, delendum. Quare meritò Iacobus Lainius primus à S. Ignatio Societatis Iesu Generalis in paterna Cardinalis prouidentia plurimum conqueuit, seq; illi cum tota sua Societate tradidit, vt patet ex sequenti eiusdem Lainij epistola ad Cardinalem data. *Gratia, & pax Domini nostri Christi Iesu in amplitudinis vestrae anima cum assiduo spiritualium donorum incremento sit. ANTEQUAM Societatis nostrae Praepositus crearetur, Amplitudinem vestram admonui, existimare nos die Visitationis Desperare creatum iri, vti creatus quidem est; sed maiori aliorum voluntate, quam mea; sed cum enim eum ego diem vehementer expeterem, vt Vicarij, quod sustinebam, onere liberarer, ducemque haberemus, sub cuius obedientia ego, & cuncta Societas requiesceret; visum his Patribus est, meos imbecilles humeros ipsa praepositi sarcina onerare; qua sanè res valde mihi acerbum faceret vitam; vix intelligerem, sta Dei consilio factum; eumque sperarem pariter cum pondere vires ad ferendum nouas additurum; multumque in patrocinio, paternoq; studio, & prouidentia Amplitudinis vestrae reponerem; cui cum tota Societate me trado, precorq; tanquam penitus suos, vti reuera in Christo Domino sumus, habeat commendatos, &c.*

D Cumque totius etiam Franciscani ordinis, vt diximus patrocinium suscepisset Cardinalis Carpenfis, fratrem felicem Peretium eiusdem ordinis proflorem, qui postea in beati Petri Cathedrala sub nomine Sixti V. sedit, ex humili sorte, sed ad magnatum, pro Theologo familiari domi suae habuisset; illum Inquiritorem haereticae prauitatis factum Venetias misit, atque ad honores monasticos, & Episcopalis gradus eminentiam prouexit; vnde Cardinalis, ac summus Pontifex euasit. Capuccinos etiam patres fuit, eorumque institutum in ipsius aescalenti primordijs turbanrem, apud Pontificem, donec approbatum est, protegit, & indefessa cura, atque auctoritate à varijs procellis est tutatus. A Carolo V. Imperatore, omnium regnorum suorum, ac Romani Imperij itidem in Protectorem electus, quoadvixit, maxima Principum gratia hanc sibi demandatam prouinciam exercuit: quo in munere ita prudenter se gessit, vt ab eodem Imperatore Carolo ad Argentinum Episcopatum promoueret, auctumque in dies promeritis, à Philippo II. Caroli filio decem millibus aureorum, super frumentorum extractione donari dignus sit iudicatus. Fuit, & Ecclesiarum regni Scotici difficillimis temporibus Protector, necnon Xenodochij S. Hieronymi Illyricorum de Vrbe, & Patrimonij Legatus, quo in munere, dum praecclare fungitur, Romanae Curiae morum, & supremus rerum fidei, cum Cardinalibus Paccio, Puteo, Tranensis, & Alexandrino censor est renunciatus, & cum mulatis honoribus Episcopus Cardinalis Albanensis primò anno 1553. mox eodem anno Tusculanus, indeque anno 1555. Portuenfis, & S. Rufinae; ac postremò anno 1562. sub Pio IV. & V. Romanis Pontificibus Ostiensis, ac sacri Collegij Decanus creatus fuit, vt nullum fuerit in Romana Curia publicum munus, quod ipse vita comite non gesserit, aut vlla Ecclesiastica dignitas, ad quam gradatim non ascenderit, solo Pontificali excepto fastigio, ad quod etiam in Comitibus Pij IV. postularus reperitur, & inter ipsius Candidatos non tamen ambientes, sed cunctorum votis, ac proprijs exigentibus meritis ad id vocatos annumeratur à Spondano. Nolana etiam in regno Neapolitano praeter Patrimoniam, & Agrigentinam in Sicilia, cathedra Episcopali, ac Salernitana Metropolitana in eodem regno Neapolitano potius est.

F Tot ergo, tantiq; virtutum coronis ornatus, eodem die recurrente, quo in lucem venerat, ex aliquorum testimonio ad superos euolauit Romae 6. Nonas, non Martij, vt scripsit Sanderus; sed ex monumentis antiquis, Maij, die Martis anno à partu Virginis 1564. aetatis 64. at ex sepulchrali inscriptione, quam mox rescribemus dicendum, mortem obiisse Rodulphum die 10. Iulij anni 1564. nà ex illa vixisse annos 64. menses duos, & dies octo certo scimus; cumque in lucem veniret die secunda Maij anni 1500. vt diximus;

nonnifi

non nisi die 10. Iulij anni 1564. e vita migravit fatendum est: vel potius ante 6. Nonas Maij anni 1500. in lucem venisse. Post obitum conditus est marmoreo sepulchro in Templo sanctissimę Trinitatis apud montem Pincium, quod Pius V. Pontifex maximus, qua erat in Deum, & homines pietate, illi erexit, quemque preclarissimo hoc honestavit Elogio.

QVI DORMI VNT IN TERRAE PVLVERE EVIGILAVNT.

RODVLPHO PIO CARD. CARPENSI PRINCIPI SENAT. AMPLISSIMIS ECCLESIAE DEI MVNERIBVS SINGVLARI PRVDENTIA PERPVNCTO IVRIS ECCLESIASTICI DEFENSORI A GRATIA TERRORIS VOLVPTATVM ILLECEBRIS ET ADVERSIS CASIBVS AEQVE INVICTO AD BENEFICENTIAM NATO IN SVMMA GRAVITATE IVCVNDISSIMO

PIVS V. PONT. MAX.

SALVTARIS OFFICII IN CVSTODIA CATHOLICAE VERITATIS CONSORTI PERPETVIS DE CHRISTIANA REIPVBLICA SENSIBVS STVDIIQVE CONIUNCTISSIMO HOC AMORIS, ET IVDICII SVI MONVMENTVM POSVIT ANN. SAL. MDLXVII. PONT. SVI III. VIX. ANN. LXIV. MEN. II. DIES VIII. OBIIT ANN. SAL. MDLXIV. VI. NON. MAII.

Moriens tres prestantissimos Cardinales, Carolum scilicet Borromaeum, sanctitate clarum, & Alexandrinum, ac Boncompagnum suae voluntatis Executores conscriptis tabulis nominavit: extasse vero olim Rodulphi Cardinalis testamentum apud Carolum Cardinalem Pium, sacri Collegij Decanum testatur Andreas Victorellus. Totam suam Bibliothecam legavit Latino Latinio viro illius aevi litteris claro; cuius vitam, ac epistolas nuper in lucem dedit, iubente Francisco Maria Cardinali Brancaccio Episcopo Viterbiensi Dominicus Magri.

Fuit Rodolphus Cardinalis Pius, utiq; doctus, ita & venerandae antiquitatis studiosissimus; quapropter Leonelli parentis vestigia secutus, signa, statuas e marmore, aut aere conflatas, veteresq; urnas, ac cippos, aut alias sepulchrales inscriptiones, necnon exquisitae artis picturas toto orbe conquistas, grandiae pretio coemptas, in suum Campi Martij palatium, hortosque Carpenis ab illo cognominatos, in Quirinali sitos miro distribuit ordine ad publicam utilitatem, Urbisque ornatum: De fonte in Quirinalibus hortis a Rodulpho erecto, hoc scripsit epigramma M. A. Flaminius.

Delicia ruris fons formosissime, tuque Spelunca irriguis frigida pumicibus. Qui vos egregia magnus PIVS arte creavit. Hanc vobis eadem condidit arte domum. Vos lenite astum, curarum fessum ab Urbe In vestrum quoties fugeris ille sinum.

Tanti Principis, ac Patroni in Lauretano B. Virginis Templo, adiectisque aedibus ad hodiernum vsque diem multa, & illustria monumenta conspiciuntur; inter quae eminet Sacellum asseruando, ministrandoq; sanctis. Christi Corpori destinatum, quod egregijs picturis, opere marmorato, inauratoque adornavit. Auctoritate Iulij III. Pontificis maximi leges tulit, quibus Cleri, populiq; Lauretani mores composuit, vt sanctius B. Virginis deseruirent; plura Virgini obtulit dona, Christi scilicet Crucifixi effigiem argenteam, cu Caluarie monte, ac simulacris B. Virginis, & S. Ioannis ex argento expressis: bina itidem argentea candelabra. Ad haec amiculum eximium Episcopale ex veste attalica, cuius precipuum ornamentum erat aurea ingenti specie fibula tribus cumulis margaritarum insignis, quali Cardinales, & Episcopi uti solent: textilis insuper pictura Christi ortum referens, ex serico, auroque mira arte perfecta.

Bibliothecam Rodulphi nondum Cardinalis insignem dixit Sadoletus his verbis: Post acceptas litteras tuas, quas una cum indice librorum tuorum iam dudum ad me misisti, cum me ad respondendum pararem, gratiasq; tibi agere instituerem, quod laboris tantum mea causa suscepisses; factus interim sum litteris amicorum certior, legationem tibi in Galliam decretam; teq; primo quoque tempore itineris faciendi causa Roma exiturum esse. Qua res me tenuit, quominus ad te tunc darem litteras, veritus scilicet, ne si ad Urbem, te minime ibi conuenio, meus irritus labor, & inanis diligentia existeret. Nunc cum arbitror, te, non enim certi quicquam postea hac de re cognouit, iam eo peruenisse, quo fueris missus, eaque munera apud Regem obire, qua tibi mandata sunt; non existimavi, hoc a me officium iustum sane, & debitum differendum amplius esse, quin, & scriberem ad te, & tibi agerem pro tuo erga me singulari studio gratias. Est enim tua in me benevolentia cum alijs saepe locis, atque temporibus; tum vero in hac cura, & cogitatione copiosissimi indicis mittendi mihi plane perspecta, cum ea praesertim illud quoque indicet, nihil in tua insigni Bibliotheca sic tibi se positum esse, quod non idem mihi commune esse velit. Atque ego quidem hoc animo sum, vt liberalius tecum agi arbitrer; si quis tecum libros suos, quam si diuitias communicet; quanto scilicet doctrina, & sapientia, quam auri prestantior, & preciosior est possessio. Itaque nullo maiore beneficio cuiquam homini possum

Ciacon. Vst. Pontiff. & Cardd. Tom. III.

esse obstrictus; cuius quando mihi copia, & facultas abs te parata est, utar equidem ea, cum fueris commodum, & cum tu ad tuos reuerfus fueris. Interea autem quod mea gravissima natura, memorisq; voluntatis proprium est, & gratias tibi ago, & me eo nomine non medocriter tibi deunctum confiteor; huiusque mea erga te voluntatis declaranda, si res, tempusque tuleris, occasionem utique non praetermittam, &c.

Faurentini acceptorum memores beneficiorum a Rodulpho Antistite ad eius imaginem, & insignia in palatio urbis, subiecta hanc epigraphem poluerunt.

RODVLPHO PIO S. R. E. CARD. DEFENSORI NOSTRO.

Ad insignia.

HAEC NOBILISSIMA PIAE GENTIS INSIGNIA, QVIBVS EXCELSVS HIC, ET ILLVSTRIS LOCVS DECORATVR MEMORIAM RENOVAVT ILLVSTRISSIMI RODVLPHI PII CARDINALIS AMPLISSIMI, IN QVBM VNUM SE TOTA CONVERTIT CIVITAS, QVBM SENATVS, QVEM OMNES BONI INTVENTVR, ET IN QVO SOLO HVIVS VRBIS NITITVR SOLVS.

Ceterum tantus hic Cardinalis plurimorum encomijs, ipsorum Romanorum Pontificum oraculo celebratus est; vt enim omitam Pium V. qui eum iuris Ecclesiastici Defensorem, a gratia, terrore, ac voluptatum illecebris aequè inuictum, ad beneficentiam natum, atque in summa gravitate iucundissimum vocat. Pius IV. ipso mortuo, illum sacro Collegio, magno ornamento extitisse ob vitæ innocentiam, animi magnitudinem, prudentiam, aliaque virtutes, nec non multos pro Apostolica sede susceptos labores quancunque laude cumulandum; eius morte S. R. Ecclesiam, & Vaticanum Senatum graui damno affectos palam professus est. Neque solum Romani Pontifices; sed non contemnendi quoque Scriptores Rodulphi virtutes suis scriptis illustrarunt: inter hos primum obtinet locum Panuinius, qui eum vitæ integritate, rerum gerendarum prudentia, & experientia praestantem praedicat. A Ciaconio dicitur singulari industria, acri pietatis studio, perfectaque in rebus publicis gerendis solertia praeditus: a Victorello generis, morum, doctrinae, prudentiae, & rerum praclare gestarum luce illustris. A Francisco Sacchino in Historia Societatis Iesu de cuncta Ecclesia, de qua nostra Societate optime meritis, & ad consequendam bonorum laborum mercedem excessisse fatetur. Ianus vero Vitalis eiusdem Cardinalis laudes hisce carminibus cecinit.

Nec Pictor, nec te posset formare Poëta, Pater RODVLPHI Patria. Qualis es in facie Pictor, quantusque polita Poëta mente plurimum Conticuere, hominum non possunt illa, vel illa Examiniari viribus. Ne dum voce vlla, vniisque coloribus edi Modis, & vllis exprimi. Itala maiestas proprios congestit honores In te parentem publicum. Quos tibi thesauros diuino in pectore condas Extant foris vestigia. In te habitas pietas, qua te nomenque, decusque Habere iussit proprium. Nam pius es de gente PIA, clypeusque piorum, Et forte propugnaculum. In te consilij vis summa, & dulcis honesti Scintillat ignis efficax. Sic tibi dent Superi quacunq; impensus optas O Templum, o Ara gloria.

Rodulphi quoque decora nonnulla breui hoc, sed culto carmine tetigit Hieronymus Borgius.

Arte serunt mira finxisse Promethea formam Mox anima viuos implicuisse sonos. Hinc est artificem, laus hinc aeterna secuta Gloria caelestes equi parasse Deos. Tu quoque progenies Procerum diuina PIVORVM Gloria splendidior cepit in astra sequi. Ille semel fecit, vnum caput edidit vnum, At tu mille viros viuere saepe iubes. Dum summa probitate meum, & virtute verendum Exornans Maurum, numinis instar habes.

Cumq; laudatus Hieronymus Episcopalis dignitatis insignia, Rodulpho intercedente impetrasset, haec de illo secundo cecinit.

Nobilitate potens, virtute potentior idem, Lux o Purpure, maxima, spesque chorus. Tu mihi Pontificis donas insignia, bysso Loricam ex niueo, tu galeamque seni. Qui iuuenum contra stygium me fortior hostem Ibis, ero auspicy victor, & ipse tuus. Vt mihi misisti viridem RODVLPHI galorum, Sic roscum mittas, cum Pater Orbis eris.

Rt

Hic

Ciaconius Hier. Garimbertus Frac. Gucciardin. in Historia. Cabrera. Iacob. Sadoleus in Epistolis. P. Iouus. in Elogijs. Panu. in Paulo III. Fa. Strada in Prolusio. Andr. Virorell. in Addit. ad Ciaconij. Anton. Sader. in Elogijs Card. Hier. Spodan. in Annal. Eccl. Felix Cotelor. in Elencho Aubery in Vita. Ludouic. Donus de Atichy in Hist. Card. Laur. Surin. in Comēlac. Phil. Tomasin. in Annal. Canonici Regulari.



XVII.

HIERONYMVS Aleander de Motta diocesis Cenetensis, Landri Comites maiores habuit, qui, & aliquando Petræpilofæ Marchionatus in Hiltria Domini extiterunt; Landrum, siue Antrum castrum est, apud Carnos ea in regione, quam vulgo Forū Iulij nuncupant; abestque à colonia ipsa, quæ ciuitas Forum Iulij dicitur, & regioni nomen dedit, quinq; passuum millibus; cum enim, vt est bellorum vicissitudo, ij Comites castra sua amis-

sent, pars in proxima vrbe confedit, hodieq; ibidem Comites nominantur, dignitatis appellatione in familiarum nomen mutata; Motam alij adierunt, quod oppidum ad Liguentiam situm, Ponsliquētiæ olim appellabatur; hinc diu Landri, seu à Landro, tandem verfo nomine, vt solet accidere, dicti sunt Aleandri. Hieronymus eo in oppido anno nostræ salutis 1480. die Februarij 13. natus est: Franciscum Aleandrum, & Bartholomæam Antonelli Bonfilij ciuis Veneti, viri egregij filiam, parentes habuit: Franciscus Philosophus, & Medicus professione fuit, magni enim æstimatur ijs in regionibus artis Medicæ studium, nec viro nobili iudicatur indignum. De Francisco Aldi Manutij senioris testimoniū, Garimberti oscitantiam arguens libet afferre; hic cum Hieronymo nostro tertium, & vigesimum annum nato; Odiseam Homeri inscripsisset, in præfatione Odiseæ Venetæ editionis hæc habet. *Optimè igitur à patre tuo excellenti Philosopho, ac Medico persignis factum cenfeo, cum D. Hieronymo voluit se esse cognominem, quo illius fores, & doctrinæ emulus, & probis atq; id quod à te factum videmus miro successit. Cum hæc scripsit Aldus, obierat Franciscus; Hieronymi aduersaria id testantur: Anno 1501. die 7. Ianuarij obiit charissimus, & clarissimus vir pater meus Franciscus Alexander anno 64. ætatis.*

Litteris nauauit operam Hieronymus Venetijs primū, deinde in oppido Portusnaonis in Fori Iulij regione, vbi mirum sanè quindecim annos natus, bonos auctores publicæ interpretari cepit: *Magno, ait ille in aduersarijs suis, & honestissimo tā lascorum, quam Ecclesiasticorum auditorio, non ex eo tantum oppido, sed ex multis vicis etiam accurrentibus aduenis, si cui fors contingebat Portusnaonis disuertere, vel illuc iter facere.* Disciplinis omnibus inhians Hieronymus paulo post à Daniele Patauino, magno nominis Astrologo res Astrologicas accuratè perdidicit, deinde Medicam disciplinam; cum enim Græcas litteras optimè calleret, & pater Græci sermonis ignarus, eius opera in Hippocratis, Galenique locis perpendendis vteretur, eam artem facile adeptus est. Anno proximo 1498. scilicet à Mose Perez Hebræo Legionensi Hebræas litteras edoceri voluit, quem, qua erat pietate, vt religioni Christianæ nomen daret, hortatus est: is autem sacro baptisate initiatus, Hieronymus Paulus nuncupatus est. Is autem in litteris adeo profecerat Aleander, vt eo ipso anno Venetias accitus sit, vt Sebastianum Priulum Nicolsensem Archiepiscopum eas edoceret. Præter humaniores litteras, infatigabilemque librorum omne genus lectionem, Philosophiæ, ac Theologiæ seriò studuit, & decimum nonum ætatis annum agens, coram Prætoribus, & Populo de Angelis, cum Ioanne Pafetto Epirota, claro Theologo ita disseruit, vt omnibus admirationi esset. Vigesimo ætatis anno Tulculanas Ciceronis Quæstiones Venetijs nobilissimis auditoribus interpretabatur, è quibus Maphæus Leo, Vincentius Bolanus, Veneti patritij, & Ioannes Baptista Pontanus, qui à secretis erat Senatui, mirificè eum dilexerunt.

De Hieronymi virtutibus, ingenij felicitate, & multiplici litteratura Alexander VI. Pontifex Max. certior factus, Romam illum vocare statuerat, vt Duci Valentino à secretis inferuieret, etsi primum, & vigesimum tantum ageret annum; ob idque Anristes Tiburtinus, tunc Alexandri apud Venetos Internuncius anno 1501. die 14. Nouembris, eum apud se manere iussit, vt Romam primò quoque tempore mitteret. Ceterum cum Pontifex agnouisset, eū præter facundiam; mira etiam in rebus gerendis pollere dextertate, in Hungariam quorundam negociorum causa legauit; at morbo correptus, qui eum multos menses afflixit, reuertit Venetias coactus est. Hinc factum, vt Romana illa profectio euanelceret; itaque ad annos septem partim Venetijs, partim Patauij cum Maphæo Leone confedit.

Aldi Manutij in præfatione Iliados Homeri Venetæ editionis eidem inscriptæ, de Hieronymo nobile extat testimonium: fateatur is Hieronymum annum vigesimum quartum nondum natum, præter Græcam, Hebræicamque linguas, quas perfectè callebat, Chaldeæ tunc, & Arabicæ sedulo vacasse; in Latina verò adeo profecisse, vt Lyricorum, Siluarum, Epigrammatum, & Iambicorum omne genus carminum, tam tum magnos, eruditofque libros, lo-

luto verò sermone Epistolas, Orationes, Dialogos, & alia felicitate conscripserit. Erat præterea eodem teste, Musices, & Mathematicarum artium peritus, studiumque liberalium omnium, artium conlectatus fuerat; nec minus Græcas Epistolas, & Dialogos; Lucianum, quo ob sermonis nitorem delectabatur, imitatus, Græcos etiam versus illius præstantiæ fudit, vt Michaël Humilbergius in m. s. quadam epistola egregium vatem, qui vni cederet Homero nuncupauerit.

Ludouicus XII. Galliarum Rex Hieronymum, nominis celebritate agnitum, anno 1508. Parisios inuitauit, vt in celeberrima illius vrbs Academia bonas litteras, quingentorum aureorum stipendio constituto profiteretur; Id ille præstitit egregiè; quo cum Rex sermones sæpè ferere consueuerat, quod Arnoldus Ferronius in vita Regis innuit. Altero ab hinc anno naturalitatis, vt aiunt, priuilegio donatus à Rege, sacris, quod iam dudum se facturum decreuerat, initiatus est. Rector Vniuersitatis præfuit; at cum duos annos in eo munere consumpsisset, & pestis Parisijs grassaretur, Aureliam, deinde Blesos concessit; anno verò 1513. Parisiensis Præfuit honestissimis conditionibus allicenti adhaesit. Anno autem proxime securo, Erardus de la Marck Episcopus, & Princeps Leodiensis, Parisiensis Antistite egrè permittente Hieronymū ad se allecsum, Secretarium, & Cancellarium suum instituit, Canoniceq; in Cathedrali sede, & S. Ioannis Præpositura cohonestauit. Biennio elapso, cum Erardus Romana purpura ornari cuperet, Romam Hieronymum misit, qui difficultates ea in re obortas auferret; huic enim Rex Galliæ obfistebat. Leo X. tunc Romanus Pontifex, Hieronymi memoriam, multiplices disciplinas, prudentiæ, & probitatem demiratus, ab Erardo, vt eum apud Cardinalem Medicum esse vellet, assecutus est.

Anno 1519. ipso die 27. Iulij, quo Zenobius Acciaiolus excesserat, Bibliothecæ Apostolicæ à Leone præfectus est, quam præfecturam tamen absens in legationibus, & Archiepiscopatu retinuit; quamque deinde Pontifices Cardinalibus detulerunt. Anno 1520. ob hæresim Lutheri, ab eoque turbas excitatas; à Leone in Germaniam legatus est: eo mortuo Hadrianus VI. Hieronymum mirificè dilexit, bonoque animo esse iussit; & dixit, daturum se operam, vt homines, quanti eius essent apud Apostolicam sedem promerita, palam agnoscerent; statimque Canonice, & Præposituram in Valentina Ecclesia, quorum redditus sexcentorum aureorum erant, in eum contulit. Eo quidem tempore cum Theophilus Patriarcha Alexandrinus litteras ad Hadrianum Pontificem Romanum dedisset; quibus Apostolicæ sedi se profitebatur obnoxium, eique in omnibus canonicam obedientiam, & solemne obsequium vltro deferere, ipumque, Caput Ecclesiæ reuerenter agnoscebat; refert ex Onuphrio, Spondanus; Hieronymum Aleandrum eas ex Græco in Latinum sermonem vertisse, & vna cum ipsa interpretatione in scrinijs Pontificijs ad posteritatis memoriam reposuisse.

Clemens VII. Hieronymi olim patronus, anno 1524. illū Archiepiscopum Brundusinum, & Oritanum, Cæsare annuente, cum creasset, die eodem nempe 8. Augusti Internuncium Apostolicum apud Franciscum Primum Gallorum Regem instituit: ea legatio ob Regis captiuitatem breuis fuit, cum quo ipse quoq; captus est, de qua re Guicciardinus, & alij: & ipse Hieronymus in suis aduersarijs his verbis. *Anno 1525. 25. Februarij commissum est prelium in Paradiso Mirabelli propè Papiam, vbi captus fuit Rex Gallus, quam plurimi duces interfecti, plerique capti; quibus cum, & ego vsque adeo Regi proximus, dum caperetur, vt equus meus ingruentibus militibus Hispanis equum Regis prostratum vulneribus tangeret.* Romam reuersus Pontifice annuente, anno 1527. ad Ecclesiam Brundusinam se recepit, ac biennio elapso Romam accitus est, & anno 2531. iterum legatus est in Germaniam; deinde etiam apud Venetos Pontificis Internuncius fuit, cuius in illo munere operam Venetus Senatus, & Pontifex probauerunt. Venetijs hæsit vsq; ad Maij dimidium anni 1535. cum à Paulo III. Romanam accersitus in Cardinalium Senatum allecsum est die 20. Decembris anni 1536. non tamen anno, & die à Cabrera notato, sua de dignitate amplissima Hieronymo tributa sententiam Paulus III. euulgauit. Cum enim eum inter Cardinales relaturus esset, idque multis indicasset, Ferdinandum Regem Romanorum, alioq; Principes in Germania Catholicos hoc agrè laturos, quod in Lutherum, ac in Lutheranos nimis acris fuisset, illi est insufurratum; & concordiam, quæ tunc agitabatur, impediri posse, hinc factum est, vt Paulus III. ea declaratione superederet, quod molestiam bonis viris attulit; præcipue Cardinali Sadoletto, qui statim his datis ad Paulum litteris de ea re conquestus est.

Angst me, & sollicitum vehementer habet, quod vnum opportunissimū, & in primis vtile membrum nostri corporis video languescere; non vitæ circumsionibus, neque obscure, aut oblique tecum agam, sed aperte, atque vt veritas ipsa, & fides mea fert. Incredibile est Pater sancte, quantū dolorem acceperim, quod summus, & doctissimus vir Hieronymus Alexander Brundusinus Archiepiscopus ab eo honore exciderit, ad quē ego vocatus sum; quo adiutore, & socio, ambobusque nobis, vt etiam apud Homerum est, studio, locoque coniunctis, alacris animo eram, planeque Deo fretus

confidebam, nos non modo apertos impetus hostium, sed absconditas etiam insidias facile propulsaturos. Multa enim collecta sunt in eo homine magna, atque praestantia, quae in ceteris singula vix insunt, eaque omnia maxime, & huic tempore, & huic causa necessaria. Linguarum summa cognitio, Conciliorum, rerumque; quae ad eam rationem pertinent, omnium memoria, scientiaque admirabilis: usus, & consuetudo cum exteris nationibus, ac cum Germanica natione praesertim; in qua diu, & acriter, addo etiam feliciter negotia Catholica fidei tractauit. Quo ergo tantum bonum a nobis reiectum est, nollem detrudere, cuiquam; non enim id natura, nec consuetudinis est meae; sed tamen sedis Apostolica amor, qui mihi penitus insitus est, vincet in hoc loco naturam. Est enim, si confidit Sanctitas sua, res bene processuras horum Theologorum, ope, qui in Doctoribus istis recentioribus tantum exercitati sunt; credas mihi ipsa, in quo mentiri cupio, acerbioris dissidio, & multiplicatis haesibus, nos ex Concilio esse discessuros: Quamobrem, & quomodo hoc facturum putem, aut alias discam; aut res ipsa indicabit. Doleo igitur, & vehementer doleo, quod Aleandrum commitem mihi fortuna inuiderit; Nam cum in me aliquid fortasse insit, quanquam exiguum id, & tenuè, attamen publica causa non importunum; id illo comite, & aduatore amplius, & valentius certe erat futurum. Omnino semper consilium tuum sapiens, nihilque nisi summa ratione abste agi solet; mihi tamen, & dolere, & timere necesse est, quod vereor, ne sit non leuis plaga publica causa iniectione. Atque hic Deum, estor inspectorem cordium, me hoc testimonium de illo viro, neque gratis dare, neque ulli cupiditati meae, sed vnam mihi veritatem, vnam utilitatem publicam esse propositam. Neque tamen audeo id a Sanctitate tua postulare; prohibet enim pudor meus; hocque solum affirmare non dubito, si Sanctitas tua suam prudentissimam, atque optimam mentem ad hunc honestandum hominem deflexerit; prater rei Christiana commodum homines tale tuum iudicium, atque factum summopere esse comprobaturus &c.

Re à Germanis cognita, tunc ipse Romanorum Rex, quam Moguntinus, ac Tridentinus Cardinales, alijque Catholici Principes Paulo scripserunt, ægè se ferre, quod tunc eum virum praetermissum scirent, qui multa, & magna pro Catholica religione, Apostolica sedis dignitate exantlasset. Quare illum Pontifex anno 1538. non die 3. sed 13. Martij Cardinalem declarauit, & Presbyteris titulo S. Chrylogoni adscripsit, perinde quasi in praeterita promotione creatum, pileumque eodem die tradidit, & mora nulla interiecta Legatum Synodi celebrandae Vicentiae vnà cum Cardinalibus Campegio, & Simonetta instituit. Post tres menses Synodi tempore prorogato, eundem Cardinalem Brundusinum, sic vulgò dicebatur, ad Regem Romanorum legauit; spes enim affulserat, res religionis in Germania meliorem statum habituras. Nouerat Brundusinus Lutheranorum ingenia, nihil se profecturum opinabatur; iuit tamen in eam regionem, in qua vsque ad Octobrem, subsequens anni moratus est.

Romae cessit è vita Kalendis Februarij, anno salutis 1542. ætatis verò suae 62. nondum exacto, Cardinalibus Bembo, & Gambaro testamenti sui executoribus relictis. Vitam fortasse longius produxisset, nisi medicis nimium credulus, cum esset ipse medicina peritus; medicique praestantissimi filius, intempestiuo, ac immodico pharmacorum vsu sibi viscera corrupisset. Leuissimum autem videtur quod habet Iouius, doluisse scilicet illum vehementer, ac pluribus deplorassee, quod paucorum mensium defectu ad climactericum vitæ, hoc est trium, & sexaginta annorum terminum non peruenisset, quod ex sola maufolei illius inscriptione aperta falsitatis conuincitur, Græcorum versusum de mandato ipsius ibidem appositorum. His enim humanae vitæ miseriam, quanta sit, satis indicat, cum mortem non liberet tantum se oppetere, verum, etiam illam appetere tanquam malorum vitæ finem, canit. Corpus in D. Chrylogoni tumulatum est: epitaphium autem hoc additum.

**HIERONYMO ALEANDRO MOTTENSI
E COMITIBVS LANDRI IN CARNIA PETRAEPILOSAB IN
HISTRIA ORIENDO TIT. S. CHRYSOGONI S. R. E. PRESB.
CARD. BRVNDVSINO PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE
DOCTORI HEBRAICAE GRECAE LATINAE ALIQVOTQ.
ALIARVM LINGVARVM EXOTICARVM ITA EXACTE DO
CTO VT BAS RECTE ET APTB LOQVERETVR ET SCRIBERET.
MOX DIVERSIS LEGATIONIBVS PRO SVMMIS
PONTIFICIBVS AD OMNES FERÈ CHRISTIANOS PRINCI
PES FIDELITER ET DILIGENTER PERVNCTO ET IDEO
IN TABEM DELAPSO QVANTI HVMANAM MISERIAM FER
CERIT SEQVENTI DISTICHO DE SE EDITO TESTATVM
POSTERIS RELIQVIT.**

**NATVS EST MOTTAE IN CARNIA ANNO MCCCCLXXIX.
MORITVR ROMAE ANNO CHRISTI SALVTIS MDXLII.
ABTATIS SVAE LXII MINVS DIEBVS XIII.
HAEREDES PATRVO AMPLISSIMO ET OPTIMO
MOESTISSIMI P. C.**

Testamento Cardinalis Aleandri ea fuit lex, vt tumulus duobus Græcis his versibus ornaretur: hoc est.

EXCESSI E VITAE AERVMNIS FACILISQVE, LVBENSQVE
NE PEIORA IPSA MORTE DEHINC VIDEAM.

Ciaccon. Vst. Pontiff. & Cardd. Tom. III.

Aliud illi inscripsit epitaphium Faustus Sabæus celebris Poëta.

Cur tumulo non scripsi mea nomina, quere?

Ingratus cum sis mortuus, & iste lapis?

Qualis eram, dicent, & quis pleno ore Quirites;

Si mage vis, dicent, Græcus, Arabs, Solymus.

In Testamento quoque verba illa aureis scribenda litteris extare voluit: IN LEGATIONIBVS MEIS NVNQVAM MVNVS ACCEPI.

Mortam deinde, natale oppidum idem corpus translatum, in primario Templo S. Nicolai titulo insignito locatam fuit.

Pluribus claruit animi dotibus, prouidentiam singularem dixisses; nihil ardui Clemens VII. & Paulus III. tractarunt, quin ipsum etiam absentem consulere; insigni erat in egenos, & doctos viros liberalitate, quamvis rei familiaris angustia premeretur; vt plurimum imbecillis semper eius valetudo; labor tamen in literarum studijs indefessus. Fuit enim amœnioribus, humanioribusque studijs mirè excultus, Astrologus, Medicus, Musicus, Orator, Poëta, Theologusque insignis, & linguarum Hebraicæ, Græcæ, Chaldaicæ, Arabicæ, & aliarum praeter Latinam ad miraculum peritus; ita vt Paulo Iouio teste, pro Asiatico inter Græcos, pro Iudæo inter ipsos eisdem idiomatis, ac nationis homines haberetur. Tanta floruit memoria, vt nihil eum cuncta fere volumina cupidè perlegentem, vel rerum, vel verborum omninò subterfugerit; quin singula memoriter, vel à multis annis longo sepulta silentio recitaret.

Opera multa, eaque egregia ab eo conscripta sunt.

Vastum, scilicet Opus aduersus singulos disciplinarum profectores, in quos cenfuram acerbius, & felicem exercuit calamum.

Tabulae in Grammaticam Græcam, seu Grammatica potius ad litteras Græcas.

Dialogi duo festiuissimi, quorum alter Cicero Relegatus inscribitur; alter verò Cicero Reuocatus.

Carmina quaedam.

Epistolæ, in quibus de rebus Ecclesiae agit.

Notationes item aliquæ, quæ olim in Bibliotheca Cardinalis Sireti seruabantur.

Codices rarissimi, quos Romæ, Mottæ, Leodij, & alibi parauerat, D. Mariz ab Horto monasterio, Venetijs in vsum studioforum testamento adscripsit: quos Pontificis Pauli III. auctoritate Canonici S. Georgij in Alga ad Bibliothecæ incrementum, & loci dignitatem, anno 1546. die 16. Decembris in D. Georgij insulam transportari iusserunt; vbi Aleandri effigies supra ostium Bibliothecæ, Cardinalis sedentis specie extat hoc breui titulo.

**HIERONYMVS ALEANDER CARDINALIS
BRVNDVSINVS ET ORITANVS.**

Libri erant pretij non exigui, quorum bona pars communi rebus humanis forte temporis iniurias experta est. Potiorem tamen m. ss. partem Marcellus Ceruinus Cardinalis sanctæ Crucis, iussu Pontificis habuit; alia furto subrepta: quatuor de Concilio habendo ab eodem confectos libros Tridentinae Synodo vsui plurimùm fuisse intellexi.

Narrat Archangelus Gianus parte secunda Annalium ordinis fratrum Seruorum, centuria 3. lib. 3. cap. 3. Hieronymum Brundusinum Archiepiscopum morbo penitus desperato afflictum, ac mortuum fere, admirandam Dei Matris imaginem Vtini in Aedæ fratrum Seruorum piè cultam veneratum, eiusdem Virginis opè implorasse, & reuixisse; hoc ille verbo vsus.

Ianus Vitalis illius temporis, non obscurus Poëta, Hieronymi Cardinalis Aleandri ornamenta decantauit.

Non tibi litterulis ornare ALEANDRE sepulchrum

Fas erat, at vastam ponere pyramidem.

Stefichorosque inter celebres, sanctosque Platonas,

Ex auro solidam stare tibi statuam.

Vidimus in te vno diuina insignia mentis,


Et plusquam humani par decus ingenij.

Nunc perijt tecum, quantum vix secula mille

Quantum vix praestem millia mille hominum.

De illo etiam cecinit Cælius Calcagninus. Et Marcus Zuerius, de eodem, hoc scripsit Elogium: Hieronymus Aleander Forouilensis, Agasone patre natus, anno ætatis xx. publico stipendio conductus, Græcas, & Latinas litteras Lutetia professus, ex vehementi vocis intentione, rupta in pulmonibus vena periculum vitæ adiit. Itaque eo vitæ genere relicto, Leodiensem Episcopum sequutus, à Leone X. Brundusinus Episcopus, mox à Clemente VII. Cardinalis creatus est. Sic autem de eo Iouius: Hieronymus Aleander tanta memoria valuit, vt Latinam, Græcam, & Hebraicam, multaque alias exoticas linguas perfectissimè, & loqueretur, & scriberet. Primum Lutetia Græcas docuit litteras, mox in Urbem vocatus à Leone X. Legatus in Germaniam mittitur; à Clemente VII. Brundusinus Antistes constituitur: à Paulo III. purpuram consequitur. Hæc Zuerius; qui in eodem elogio tum à Clemeute VII. tum à Paulo III. purpuram obtinuisse Aleandrum affirmat; cum reuera non à Clemente, sed à Paulo, vt diximus, renunciatus ille fuerit Cardinalis.

Ciaconus Lud. Beccat. in V. Hier. Garimbertus Petramell. Fillucc. in Elog. m. s. Anton. Sider. in Elogijs Card. Caesar Baronijs in Annal. t. 9 Io. Casa in Vita Card Bembi. Andr. Viorell. & Ferdin. Vghellius in Addit. ad Ciaconij. Henric. Albi in Elog. Cardd. Ludouic. Donius de Attichy in Vita. Jac. Gadeus de Script. no Ecclesiast. Lud. Jacob à S. Carol in Bibliot. Pontif. Frac. Marting. in Troph. Rô Io. Rho in exep. virt Hier. Ghil. in Theatro. Io. Imperial. in Mus. Historic. Franciscus Sacchin & Nicol. Orlandia. in Historia. Soc. Iesu. Io. Bapt. Adrian. in Historia. Bernardus Tomitan. de Laudib Reginald. Io. Silos in Histor. Cler. Reg. Laur. Surin in Comer.



XVIII.

REGINALDVS Polus natione Anglus, Ricardi Poli, Henrici Regis fratris confobrini, Suffolciae Ducis, & Margarithae Comitissae Sarisberiensis, quae regio pariter sanguine genus ducebat, filius natus est eodem anno, quo lucem aspexit Carolus V. anno scilicet 1500. mense Martio. Hic non tam regij sanguinis sublimitate, quam ingenij, & iudicij praestantia, moru suauitate, innocentia vita,

eruditione, defensioneque religionis merito spectatissimus, adolescens adhuc in Coenobio Patrum Carthusianorum apud Londinū primò, deinde Oxonij in Collegio Corporis Christi litteris operam dedit, Thoma Linacro, & Guillelmo Letimerio doctissimis hominibus Liberalium artium magistris, ac doctoribus vltus est. Henricus Rex, tum propter Poli eruditionem, tum quod optimè sciret, illum paterna, ac materna stirpe sibi esse coniunctum, Oxoniensis Ecclesiae Decanatum ei contulit. Annum postea agens suae aetatis decimum nonum, Galliarum, & Italiae desiderio accensus, Parisios primū, mox Patauium profectus Eloquentiae simul, & Philosophiae strenuam operam dedit; & in vtraque facultate vberes breui tempore fecit progressus. Fuit ei magna inter ceteros cum Petro Bembo, Aloysio Priulo, Gaspare Contareno, & Io: Petro Carrafa familiaritas: & Priulus quidem ita Polo se adiunxit, vt ad extremum vsque spiritum, nulla mercedis spe proposita, Cardinali adhaerere, raro, & nostro saeculo inusitato fidelis amicitiae exemplo. Doctissimis quoque hominibus vltus est; in his Christophoro Longolio Belga disertissimo Oratore, qui etiam domi illius vita excessit: quam, & Polus adolescens conspexit. Post quintum annum à suis domum reuocatus non ante redire voluit, quam Romam videret; Anno Iulij Romae non diu moratus, in patriam reuersus, propter doctrinam, & mores amabilissimos, omnibus gratissimus fuit.

Anna Bolena Henrici Regis concubina nihil rebus suis vtilius esse posse cogitauit, quam si Reginaldum tum ob regij sanguinis, tum doctrinae, cuius apud Anglos, & exteros opinione, imò & re ipsa clarebat auctoritate, in suas partes pertraheret, omnes admovent machinas, quibus id consequeretur. Et primus aries, quo constantiam iuuenis impetijt, is fuit, vt quam ex duabus Ecclesijs sibi mallet eligeret, ei offerret, Eboracensem scilicet Metropolitanam, aut Vintoniensem, e quarum alterutra triginta aureorum annui redditus millia colligebatur. Quibus promissis, cum nihil moueretur clarissimus iuuenis, nondum trigésimū aetatis annum agens, fratribus tamen eius vehementer urgentibus, atque apud eum instantibus vt vel vno verbo, aut nutu, Regis à Catharina diuortium se haud improbare testaretur; cogitare coepit apud se qua ratione tuta, vt putabat, conscientia Regi aliquo pacto satis faciens, ipsius iram à se, suisque auerteret. Sic dispositus animo Regem adijt, à quo humanissimè acceptus; cum ea dicere pararet, quae sibi proposuerat, verba scilicet Regi placitura, vix os ad loquendum aperuerat, cum Deo, qui corda, & linguas hominum dirigit, ita volente, statim sic haesit lingua palato, vt verbis exprimere, quae mente conceperat, nullatenus posset. E contra omnia, quae tacere, aut dissimulare constituerat, Regi propalauit, eiusque impietatem redarguit, & causae iniquitatem pluribus verbis ante oculos posuit, quae ab omnibus scholis esset explosa: inuenturum se illi aperte praenunciare eos solos patronos, quos fames, non fama moueret, & nec istos quidem tam promptos, quam ipse sperasset. Quae cum pluribus Regi alijs natura sua supra modum feruenti, & iracundo, magna diuini Spiritus, à quo manifestè agebatur, libertate pronunciauerat, adeò excauit ipse Rex Henricus, vt semel ac iterū arrepto pugione Polum manu propria tentatit occidere; prout postmodum vterque narrare solebat, quem saltem manu, & oculis auertatus à conspectu suo repulit: fallus tamen subinde est, Polum sibi charissimum temper mansisse; neque se vnquam illum odio habere posse ob eius virtutem amabilissimumque ingenium: Vnde, cum iram, quam incurrerat ipsiusmet Regis fugiens. Auenionem, vbi parum haesit, indeque iterum Patauium se recepisset, Henricus, qui iam eò caecitatis deuenerat, vt se Ecclesiae Anglicanae caput plenis regni comitijs declararet, eorum acta per velocissimum cursorem ad Polum Patauium vlt; transmisit, litteris ad eum humanissimè scriptis flagitans, vt, cum ipsi sanguine coniunctus esset in eius gratiam, quam ipse omni maiore beneficio copenlaturus esset, Cantuariensem etiam Archiepiscopatum non obscure designans, aliquid pro causa diuortij, quod cum Catharina vxore sua imeditabatur, rescriberet. In his angustijs non diu dubitauit fortissimus Christianae fidei athleta Polus, quid ageret, aut responderet, quidue consilij caperet; cum hinc oculis eius obuerfaretur indignatio Regis certè illi mortis, ac exitij nuncia; illinc diuini iu-

dicij metus, si vel minis territus, vel aulae blanditijs delinuit conscientiam laederet, mendacioque in re tanti momenti faueret. Quam obrem oblatum sibi à Rege honorem non admisit, nolle se dicens in consilium impiorum abire. Dedit igitur ad Henricum Regem grauissimas epistolas, quibus ei quàm vana esset, futillique ac impia sui pseudoprimum electio, meridiano sole clariùs demonstrauit; simul, & inanis ille conatus, quo nullum fuisse, quod inierat, matrimonium cum Catharina Hispana probare contendit; satis mirari se nesciens, quomodo tantam pecuniae vim effundi passus esset ad infamiae non mediocri notam sibi perpetuò inurendam, qua per viginti annos incastuosus nuptijs illigatus fuisse existimaretur. Quod autem per priuatas epistolas, aut libellum Henrico significauit, id multo magis professus est, quasi edita publica fidei confessione vniuersis Anglis proposita; quam quatuor mensium spatio confectam, totidemque libris comprehensam, Vnitatis Ecclesiasticae Defensionem appellauit; ad ipsum Henricum VIII. Angliae Regem; quibus quintum adiunxit ad Eduardum VI. eiusdem Henrici filium, & successorem, qui ceteris illis libris praefationis loco est.

Tantus hic vir Latinis, Graecis, Hebraicisque litteris, Philosophia, ac Theologia eruditus, dum in diuinae Scripturae studio, magna cum animi iucunditate, & profectu, quasi in ameno spirituum deliciarum horto conquiesceret; à Paulo III. Romano Pontifice cum alijs praestantissimis viris Romam euocatus est, vt eius consilio, & opera ratio aliqua iniretur, qua disciplina Ecclesiastica corrigi posset, ac restitui. Inter haec admonitus Polus consilij Pontificij, à quo ad sacri Senatus honorem vocabatur, precibus, & rationibus egit apud ipsum Pontificem, vt refert Ludouicus Donius d' Attichy Episcopus Aduensis in tertio tomo Historiae Cardinalium, precibus, & orationibus, inquam, egit, vt sin minus à proposito ipsum creandi Cardinalem posset penitus auertere, saltem id in aliud tempus differret; quo Ecclesiae Anglicanae vtilior esset, Regemque iam libro suo de Vnitate Ecclesiastica offensum magis exasperaret; ac in se, & eos, quos illic habebat propinquos magis concitaret. Annuit dictis optimus Pontifex, sed conuocato sequenti die Consistorio, vt aliquot alios purpura insigniret, sensit se diuino quodam nutu, ac motu impelli ad Polum reliquis adiungendū. Quare eundem Diaconum primò SS. Nerei, & Achillei, deinde S. Mariae in Cosmedin constituit; cui Ecclesiae etiam Presbyter Cardinalis progressu temporis praefuit: Ciaconius, alijque plures eidem S. Prisca titulum attribuunt; at horum sententiae adhaerere minime possum; nam ex actis Consistorialibus constat, Reginaldum initio Diaconiam SS. Nerei, & Achillei obtinuisse, vt diximus; qua dimissa 21. Martij anno 1540. aliam S. Mariae in Cosmedin accepit; cui Diaconus praefuit vsque ad Decembrem

anni 1555. à die verò 11. Decembris eiusdem anni 1555. vsque ad obitum, eandem Ecclesiam Presbyterali titulo ornata retinuit. Titulum verò Presbyteralem S. Prisca die vltima Februarij anni 1550. recepit Federicus Cardinalis Caesius, quem postea dimisit die 20. Septembris anni 1557. quo die illum obtinuit Ioannes Angelus Medices nec illum dimisit, nisi anno 1560. quo renūciatus est Romanus Pontifex: duobus ante annis, anno scilicet 1558 vt dicemus infra, iam obierat Polus Cardinalis. Henricus Rex ad talem Reginaldi Poli purpuram nuncium ira exarsit, neglectoque duplici propinquitatis vinculo, persecutionis tela exortus est Cardinalis Poli fratribus, aut internecioni datis, aut fuga vitam redimere coactis. Imò Margaritam ipsam Sarisberiae Comitissam Reginaldi matrem, clarissimam, pienssimamque; foeminam, plusquam septuagenariam; nulla aetatis, sexusue habita ratione, aut regij sanguinis iure quo clarebat; capite plecti iussit; alij necatam carcere tradunt, in specie Sanderò teste, quod litteras officij plenas à filio, incio Rege accepisset; quodque cum esset ipsa, regia Eboracensi nobili familia nata, Lancastrensis, e qua Henricus ortum ducebat, amula, & inimica, illaque sacram imaginem quinque Christi vulnerum ferret in pectore, quod erat Eboracensium scutum, qui sub illis insignibus arma primū pro Christiana religione sumplerat, malignè Rex interpretaretur, id odio sui factum, ac studio domus Eboracensis, nouasque Rex in regno suo sub hoc colore molendi. Sed reuera in furorem ex desperatione versus, quod Polum comprehendere nequiret, elapsusque esset ex eius manibus ille, qui apologiam pro Pontifice conscriperat; pro filio matrem crudelissimè maectauit, & immolauit. Cuius casus nuncio ad Polum perlato, qui ei erat ab epistolis, rem celauit, quandiu potuit, sed vbi illam per litteras didicit, sic eum allocutus est. *Cur mihi tam grauum nuncium snuidisti? ego certè mihi haecenus gratulabar, me illa parente progenitum, quae maiorum nobilitati pietatem inuixisset: at quas nunc Deo gratias referam, non habeo, qui me caelitem, & Christi martyrem matrem habere voluit, quae abscisso pro Christiana fides causa, seu tyranni iussu collo, nobilissimam martyrij lauream, triumphumque reportauit. Felix proinde mater, felices & nos, qui nouam in caelo patronam nacti sumus; quaeque nos exemplo domestico animauit ad quaeque aduersa constanter ferenda. Eumque ita dimittens, quanquam lachrymis persufum, in oratorium suum intimum se recepit, enixè à Deo petens, vt optatissimam eandem sibi gratiam concedere dignaretur pro Christo*

mortem oppetendi. Neque matrem tantum, sed Poli quoque nostri fratrem, & huius filium primogenitum martyrio affecit Henricus; unde extant quatuor illi versus in libello Antuerpięculo Elogiorum, & iconum duodecim Cardinalium rebus gestis, & doctrina præstantium, ad Cardinalis Poli imaginem excusi, & adscripti, atque à Victorello relati, videlicet.

*Tu quoque POLE decus Patria, vindexque Britannc
Quem genitrix, frater morse obita decorant:
Morus item, atque eni Fischerus flos, & ocellus,
Quos, & transcripsit mors violenta POLO.*

In ipsum quoque Polum furens Henricus, quinquaginta milium aureorum pretium proposuit ei, qui necem illi inferret; nec desuere, qui spe tantæ mercedis tantum scelus aggredierentur. Inuenti nanque sunt, qui id auderent, Itali nempe tres, & Angli duo, pro quibus ipse (raro clementiæ exemplo) intercessit, cumque gratiam pro Italis obtinisset, doluit, se idem pro Anglis impetrare non potuisse, qui ad tritemes damnati sunt.

A Paulo post purpuram legatio in Galliam primò ad Regem, tum ab alijs successibus in Belgium ad illarum prouinciarum Gubernatricem; ad Reginas Scotia, & Navarra, atque in Angliã Polo Cardinali commissa est. At Henricus, cum eum amplissimis honoribus Lutetiæ acceptum intellexit, iracundia exardens, per Oratorem suum cum Francisco Galliarum Rege egit, vt Polum, quem perduellionis, læsæque maiestatis reum dicebat, pro ea, quæ inter ipsos intercedebat, amicitia, protinus ad se mitti curaret. Cui Regis Angli fidei desertoris postulationi Rex Christianissimus, etsi haudquaquam annuit, contra religionem, iusque gentium esse dicens, legatum vllum, ac præsertim Papæ ad supplicium tradere, legationem tamen vltimis admittere recusauit, ne Regem Angli ostenderet, quem insensum habere volebat, eo præsertim tempore, quo cum Carolo Cæsare, tot, tantaque gerebat inimicitias; sed Polo clam à ministris denunciari fecit, vt quam celerrimè posset, è Gallis finibus abiret. Quare Polus consertim Cameracum magnis itineribus contendit, nec illic sine magno vitæ discrimine peruenit, eo quod iter illud non modo militum Gallorum, verum etiam Germanorum, & Anglorum, qui in eius caput coniuuraerant, perpetuis incursionibus infestaretur. Vnde etiam quidam Cardinalem Polum vestem mutasse scribunt, vt ignotus, & incolumis euadere posset; alij, in quibus est Florimundus Remundus Senator Burdegalenfis in libro de Ortu, progressu, & interitu hæreseos, tradunt territis periculo Poli comitibus ac famulis, cum illorum nemo Crucem sublimem, quæ legatis Apostolicis anteferi solet, gestare amplius auderet, Polum ipsum Legatum inuictò animo sacrum illud Saluatoris Domini, & suæ dignitatis insigne in manus assumpsisse, magnaque constantia erectam retulisse.

Erardus Marka Cardinalis, & Episcopus Leodiensis, ne Legatus Romani Pontificis per Belgium erraret, tutissimum, imò & splendidissimum ei obtulit hospitium in ipsa sua ciuitate Leodiensi, publica fide interposita pro eius tutela. Quo audito Henricus Rex statim per nuncios, & litteras egit cum Senatu Belgico, cui tunc Erardus Cardinalis præerat, vt sibi Polum traderet, spondens se si id faceret, Gallicas partes relicturnum, Cæsarique adhæsurum; quatuor peditum millia suis sumptibus in eius auxilium misurum, sexque mensium stipendia è vestigio in Senatorum manibus esse depositurum. Quæ cum Erardus Polo declarasset post sex mensiũ Leodij tutam, & quietam habitationem; Henrici amentia, caputque suum pluribus aureorum millibus æstimatum miratus dixit ardens: *Iamdudum quidem se visa huius radio affectum mortem cupuisse, corporisque depositionem, ac proinde Henricum omnibus suis conatibus nihil aliud facere, quam si quis dormitum iræ cupienti vestem velis detrahere: facilius ergo se vitam deponere, quam ille vestem, paratum esse, sed tamen sua in potestate non esse, sed Pontificis.*

Paulus Romanus Pontifex Cardinalem Polum Romam reuocauit, & aliquot illi assignauit milites ad palatij, ac personæ suæ custodiam: Erardum verò, quod Cardinalem Polum Legatum hospitio suo perbenignè suscepisset, Legati Apostolici in Belgio munere, ac prærogatiua decorauit. Narrat hæc pluribus Sanderus in Schismate Anglicano, cum Poli legationem Sleidanus de more corruppens, eum idcirco missum scribat, vt Regem Franciscum in Anglos concitaret. Sparferunt enim in vulgus Angli, qui à Rege stabant, Cardinalem Polum ita cum fratre suo, qui apud Regē absq; vlla suspitione viuebat, pepigisse, vt Cardinalis exercituum, sumptibus Papæ colligendum per Galliam duceret, simul atque accederet ad fines regni, tumultum frater eius in Anglia cum alijs coniuuratis excitaret: quo Rex occupatus in placandis intestinis motibus aduersus exterum hostem defendere se non posset: verum priusquam Cardinalis aduenteret, detectam esse ab Iudice conspitationem; indeque scitum in totam cognationem esse. Quæ mera commenta fuisse turpissimum Hæreticorum nullum est dubium.

Legatione Viterbiensis deinde donatus Polus à Romano Pontifice totum se orationi, studijs, & quieti dedit; à qua legatione Tridentum vt Concilio præfesset, missus est. At Paulo è viuis erepto tanta fuit Cardinalium in Reginaldum animum conspiratio, vt duo tantum illi ad assequendum supremum Pontificatum suffra-

A gia defuerint. Cumque nocte quadam ad eum conuenientes Cardinales ipsum pro more Pontificem adoraturi, Ludouicum Priulum patritium Venetum familiarem suum à conclauis, eique ob intam consuetudinem, & morum similitudinem percharum, excitare dormientem iussissent, idque experge facto Priulus præ gaudio gestiens nunciasset, increpuit hominem amicè, iamque ad se accedentes repulit, nolle se inquiens rem tantam, quam pertimescendam potius quam appetendam censebat, tumultuosè, ac temerè, sed rectè, atq; ordine agi, alienum esse noctis tempus, Deum lucis, non tenebrarum Deum esse; rem igitur in proximam lucem differri debere; tunc enim, si Deo ita vitum esset, melius confici posse. Hac igitur interposita mora noctis, distractæ multorum voluntates ad ipsum Iulium mox adorandum coiere; at Iulium tanti decus fastigij non nisi à Reginaldo Cardinali sibi veluti de manibus traditum, prædicare solitum referunt. Fortissimus enim Reginaldus, vt aiebant stipitis instar, tanti sacerdotij, vel adipiscendi spe, vel amittendi metu nunquam est commotus.

B Post Iulij electionem Polus Cardinalis annuente Pontifice Romana discedens, ad Cœnobium quoddam secessit agri Veronensis, quod Maguzanum dicitur, & à Benedictinis monachis incolitur; cuius ordinis patrocinium gerebat. Ibi cum semet abdere, & reliquam vitam transigere statuisset, fama, quæ increbuerat de morte Henrici, & Eduardi Regum, & quæ proximè secuta est, successione Marię, intra claustrum latebras delitescens excitauit, ac Romanum iterum pertraxit, non inuitum, quod spem illucescere videret æternæ salutis contribulibus suis procurandæ, restituendique in integrum sanctæ Ecclesię statum in Anglia, quæ duo ex æquo ambibat. Nam Maria defuncti Regis Henrici, ex Catharina Hispana filia, religionis Catholicæ cultrix eximia sceptro Anglicano, quod ad eam iure ex testamento patris pertinebat, potita, postquã in arcem, & urbem Londinensem triumphantis more ingressa est, nihil habuit antiquius, quam vt veterem religionis cultum restitueret, primamque regno illi faciem, patris vitio miserè deturpata redderet. Quare illic nullo expectato Senatus consulto, propterea pietatis motu, profanum primatus Ecclesiastici titulum respuit; sanctissimos Episcopos Edmundum Londinensem, Stephanum Vuintoniensem, Cuthbertum Dunelmensem, qui ob fidem Catholicam vinciti tenebantur; Thomam item Northfolci Ducem, & Odoardum Curtneum, Marchionis Exoniensis, olim Henrici mandato capite cæsi filium, iniuste ad perpetuos carceres, damnatos, libertatis, & honori pristino restituit. Apostolicæ sedi, quam patris, fratrisque sui tempore etiam cum vitæ periculo constanter semper coluit, antiquum ius, & honorè reddi voluit; exilij, & perduellionis iniquissimam contra Reginaldum Polum latam sententiam reuocauit. Præterea impias leges tam ab Henrico patre, quã sub Eduardi fratris nomine contra fidem, & Ecclesiam Catholicam latas abrogauit; magistros Sectarum abegit; necnon antiquò orandi, & sacrificandi morem per totam Angliam, & Hiberniam, ac reliqua sibi subiecta loca restituit; & alia per multa in Ecclesiæ, & regni beneficium piè, ac salubriter sanxit; quæ omnia in primis comitijs prudenter, & de omnium ordinum consensu confirmari curauit. Reginaldum quoque Polum accersit, quem & Iulius III. Legatum de Latere ad Cæsarem, & Regem Christianissimum, transmisit.

Vt in viam se dedit Polus ex Maguzano Cœnobio, congratulatorias ad Mariam Reginam litteras dedit, quibus eam, vt in sancto regni sui ad pristinam gloriam, & Romanę Ecclesię obedientiam, communionemque reducendi proposito constanter perseueraret, hortatus est.

E Ad has Maria Regina humanissimis alijs litteris Legato Polo respondit, quibus impatiens eius aduentus desiderium, constanterque voluntatem regni sui ad auitam fidem, & S. R. E. gloriosam subiectionem reuocandi testata est: porro ab ipso petijt, vt humillimum obsequium suum Pontifici offerret, ac vicissim ab eo indulgentiam sibi, & benedictionem impetraret.

F At Cæsar statim atq; accepit à Polo professionem adornari in Angliam, illam retardare curauit; ille enim cum, & alijs dec reuisset filio suo Philippo, Marię nuptias omnimodè cõciliare, ac proinde regnum illud quasi suum iam intueretur, displiceretque, quod legatio illa se inconsulto suscepta esset, multo magis vereretur, ne Poli in Angliam aduentus, rebus suis nondum inibi constitutis, damno esset, egit diligenter cum Hieronymo Dandino Cardinale, quem apud se pacis tractandæ inter Christianissimum Regem, & ipsum, habebat legatum; vt iter Poli aut penitus impediret, aut saltem aliquantisper retardaret. Quapropter Dandinus Legatus, vt Cæsari gratificaretur, Polo significauit, non videri è republica esse ob multas, & graues causas, quod is adhuc se in viam daret, quoad suasionibus Angli, quibus Pontificis nomen exolum ante hac redditum fuerat, ad optandam, aut recipiendam pro dignitate legationem Apostolicam deducerentur; simul, & fieret satis Cæsari, qui illam rebus suis, & Ecclesię præmaturam conquerebatur, rebus, inquam, suis potius quam Ecclesiæ. In Anglicanis comitijs de marito Marię deligendo, ex quo proles sperari posset, actũ iam erat, & licet illa ad duodequadagesimum ferè peruenisset ætatis annum, & hæcenus cœlebs, & illibata virginitate mansisset; tamen

publi-

publicorum bonum suo semper commodo præferens, ne ob sexus imbecillitatem in suorum contemptum deueniret, nondum constituta auctoritate, regnoque à recentium factionum memoria adhuc fluctuante, plurimorum suavis de nuptiis cogitauit; atque ex tribus propofitis vnus erat Polus, qui, vt notat Spondanus, hæcenus à sacris ordinibus abstinerat; eratque è regia stirpe, & gratia apud suos plurimum valebat. Vnde non sine causa Cæsar appulsum eius in Anglia reformidabat, & antequam nuptiæ cum Philippo filio suo omnino confectæ essent, illum improbauit, atque prohibuit.

Cardinalis Polus cum litteras Dandini Legati accepisset, vltra sibi non putauit esse progrediendum, priusquam de Pontificis voluntate certior factus esset; qui cum Cæsarum potentiam augeri nollet in immensum tot prouinciarum accessione, stomachatus, quod Dandinus itineri Cardinalis Poli impedimentum obieciisset, illum à legatione reuocauit, & vtranque tam in Angliam, quam à Cæsarem, Gallorumque Regem de componenda pace vni Polo dedit; iisque protinus in viam se dedit. Tridentum cum peruenisset, ad vtrunque Principem nuncios misit, maximè verò Franciscum Florebillum ad Cæsarem, cui se mox aduenire significaret; Cæsar autem cum artibus, quas adhiberet, eum amplius detinere non posse videret, illustrem virum è curiæ suæ primoribus Ioannem Mendozam cum mandatis ad eum transmisit, quibus aperte suo nomine diceret, vereri se, ne eius profectio quibusdam magni momenti negocijs, quæ nunc in Anglia tractabantur, obfutura esset. Qua propter rogare, vt Leodij, vel alibi quiescat, donec ipse ex animi sententia omnia confectisset. Quo nuncio accepto Polus Dilingam, quod est Episcopi Augustani ad Danubium oppidum, non procul à Tridento reuersus, voluntatem Cæsarum expectare coactus est. Verum cum agrè id faceret, expostulatorias dedit litteras ad ipsum Cæsarem, ostendens quàm esset indignum, Pontificis maximi Legatum, pacis, & religionis causa ad eum, missum, in media Germania sub ipsis hæreticorum oculis, cum summo Ecclesiæ decore, & Pontificis contemptu, Cæsarum præsertim iussu detineri. Dilingæ tunc erat Dominicus à Soto Dominicanus Hispanus, magni nominis Theologus, qui Cæsari à sacris concionibus fuerat: per eum Polus Cæsarem vrgebat, ne pateretur diutius legationem impediri magno rei Christianæ, atque in primis Anglici regni detrimento.

Soti igitur precibus, & Poli ipsius litteris permotus Cæsar Bruxellas ad se Polum venire, ibique subsistere, quousque Philippus filius in Angliam peruisset, & nuptias cum Maria contraxisset, ac celebrasset, permisit. Postquam igitur Bruxellas Polus venisset, ac Cæsarem, à quo perhumaniter exceptus est, salutasset, ne illic ociosus iaceret, alteram legationis partem aggressus tentauit, si qua fortè ratio iniri posset pacis inter ipsum, & Gallorum Regem conciliandæ. Ac Cæsarem primum ea de re tentauit, qui se nullas honestas conditiones recusaturum esse respondit; sed prius inquirendum de voluntate Regis; vnde nulla interposita mora Polus Legatus in Galliam aduolauit; scripsitque in itinere libellum, quo Cæsarem ad pacem hortabatur, sumpto argumento ex responsione, ac tempore occurrente, quod erat Dominicæ mortis anniuersarium, tractandisque negocijs minus idoneum videbatur. Gallus verò Rex maiorem concordiam spem Polo fecit, ab eundemque arctius complexus est, plurimum se dolere dicens, quod non eum antehac nouisset; nam se nullum alium, quàm ipsum creati maluisse Pontificem; si de summis eius virtutibus magis ex fide fuisset edoctus. Rediit ergo ad Cæsarem non sine spe pacis obtinendæ: impetravit ab vtroque, vt ad colloquium delegatos mitterent, ab armis vtrunque cessaretur, & ex vtraque partes obsides deducerentur, donec de exitu constaret. Delegati proinde ad id à Cæsare Ioannes Cerda, Medinæ cæli Dux; Carolus Lalanij Comes; Antonius Perenottus Atrebatum Episcopus; Zuuichenus secretioris consilij; & Brovnonus Senatus Mechliniensis Præsides, qui Grauelingam Burgundicæ ditionis oppidum conuenient. A Galliarum Rege missi Annas Montmorantius equitum magister, Carolus Cardinalis Lotharingus, Carolus Marillacus Venetensium in Armorica, Ioannes Moruillierus Aurelianensium Episcopi; & Claudius Albalpinus Regi à secretis epistolis; qui Ardram Francisci iuris oppidum itidem conuenient. Dicta die omnes cum Polo ad locum in agro Caletensi Grauelingam inter, & Ardram preparatos conuenierunt; ibique post salutationes, & amplexus mutuos discussæ vltro citroque difficultates; & contrahenda ditionum occupatarum restitutiones faciendæ, & contrahenda contugia; sed omnia sine fructu peracta, adeo exulceratis vtriusque Principis animis, ac tam inueteratis vulneribus nodum coalescere valentibus. Interea confectis Philippi, & Mariæ nuptijs, irritoque eorum conatu factò, qui Romæ apud Pontificem, in Belgio apud Cæsarem, & in Anglia apud Regem per calumnias inuidiam Polo conflare teterant; Maria duos aulicæ suæ primarios viros, quorum vnus Pagerus, & alter erat Eduardus Haltingus regij stabuli præfectus, Bruxellas misit, qui legatum honorificè euocatum deducerent. Igitur petita à Cæsare venia Polus his se viæ comitibus die 23. Septembris anni 1534. ad iter accinxit, & Caletò, quod erat tunc ditionis Anglicæ, paratis ad id sex nauibus, secundo ventò, qui diu aduersus hucusque flauerat, se in patriam traiecit, &

A ad Doueram, qui proximus est Insulæ portus, felicissimè delatus est. Ibi ab Eliensis Episcopo, & Montisacuti Vicecomite exceptus, magnoque nobilium vndique consuetudine numero, tandem Grauelindæ ad Tamefis ripam, quæ Londino viginti milliaribus distat, obuios habuit Dunelmensem Episcopum, & Salopiensem Comitem, qui de aduentu gratulati, ipsum Regis, ac Reginæ nomine plurimum saluere iusserunt, & diploma de eius restitutione maximo regni sigillo obsignatum exhibuerunt; insuperque addiderunt in comitijs inchoatis, magno omnium consensu actum esse, vt lex abrogaretur, qua ille hostis patriæ, atque exul declarabatur, omnique nobilitatis iure priuabatur. Atque vt maior actioni auctoritas accederet, Philippum ipsum, & Mariam præter mox; nam tantum semel cum coguntur, & cum dimittuntur, ad ea venire solent, comitijs interesse voluisse.

B Inde Polus i. x. Kal. Decembris Londinum se contulit: tunc primum Regum permisso argentea Cruce, quæ legationis Apostolicæ insigne est, prolata, & in prora cymbæ, qua vehebatur, vt ab omnibus conficeretur, constituta. Præmissus Vintoniensis Episcopus, regni Cancellarius cum plerisque Proceribus, qui nauigio egredientem exciperent; Philippus ipse, qui cum Maria adhuc ad mæsalam sedebat, surgens obuiam processit; Regina verò ad summam scalas venientem excepit; tantamque voluptatem, ac lætitiæ animo capere se dixit, quod illum saluum, atque incolumem aspiceret, quantum cepisset tunc cum liberam regni possessionem adisset. Triduo post Regem adiit Polus, vt de ijs, quorum causa à Romano Pontifice missus fuerat, cum ipso ageret: Rex obuiam ei rursus extra cubiculum processit; fasciculum Roma nuper allatum, deferens, quo mandatorum amplificatio ab ipsis auidè expetita, continebatur. Postridie Rex ipsum officij causa vicissim adiit, tuncque simul de rationibus egerunt, quibus regnum ad Ecclesiæ Catholicæ vnitatem reuocaretur; quæ res solemnè ritu peracta est. Nam postridie conuentus in regia coram ipsis Regibus habitus est, cui Polus interfuit; ibi Vintoniensis cum de Poli madatis, quæ à Pontifice missus ad Angliæ regnum haberet, egisset, Polus ipse longam orationem vernacula lingua habuit, gratiasque ordinibus egit, quod se in patriam, ac nobilitatem restituisset; sicque sibi preclusum ante ad regnum aditum patefecissent, & facultatem ipsis inferuendi dedissent. Se vicissim venisse, vt qui in terrenam patriam, ac nobilitatem ab ipsis restitutus sit, eos in cœlestem patriam ac potiorem nobilitatem restituar; qua se tum demum ipsi spoliauerint, cum ab vnitæ Ecclesiæ defecerit. Igitur monebat, vt superioris temporis, quod tot, tantaque ipsius, & vniuerso regno calamitates importauerat, errorem ingenue agnoscerent, & ex animo detestarentur; & quod ijs beneficium Deus Vicarij sui nomine per eius Legatum deferat, id sincera animorum alacritate acciperent, ac sedulo retinerent; reliquum esse, vt cum ipse adesse claues auferens, quibus Ecclesiæ valvas ipsis aperiret, quemadmodum aditum sibi in patriam fecissent legibus, quæ illum excludebant, antiquatis, ita ipsi leges illas omnes abrogarent, quæ contra sedè Apostolicam latæ, ipsos à reliquo Ecclesiæ corpore omnino diuulsos tenerent. Audientium hoc sermone animi variè affecti sunt, dum statum præsentem persequi alij, priorem mallent; alios, qui contrariam doctrinam imbiberant, Pontificij nominis auctoritas terretet. Successit Polus tantisper, dū deliberaretur, deinde reuocatus Vintoniensis Episcopi sic loquentem audiit: *Deo gratias agimus, qui pro sua immensa misericordia Prophetam nobis ex nostro semine suscitauit, amplissimum scilicet Cardinalem, qui totus in ipsorum salutem incumbere.* Tum postquam beneficium à Pontifice vltro Angliæ regno factum, multis verbis laudasset, & extulisset, se ipsum cum ceteris errore lapsum palam falsus est, atque vt omnes tandem ad cor redirent, & respicerent, oblatam gratiam amplexantes, admonuit.

E Altera die, Pridie scilicet Kalendas Decembris, Cardinalis Polus ab Arondelij Comite regis domus præfecto, & sex alijs primarijs equitibus, totidemque Episcopis deductus, in regiam se contulit: ibi in consensu Cancellarius circumstantes rogauit, placeret ne ijs, vt ipsorum nomine venià à Legato peteretur, vt ad Ecclesiæ vnitatem, atque ad Pontificis Romani, qui est supremum eius Caput, obedientiam redire possent. Clamore magno alijs, silentio nonnullis assentientibus, libellus supplex Regibus omnium nomine portectus fuit, quo vniuersi pœnitere se scissuræ, & à Romana Ecclesiæ defectione declarabant; & proinde reicere leges omnes, quæ contra summum Pontificem latæ essent, & quantum in ipsis esse abrogare; orabantque Reges, vt veniam sibi per eius Legatum impetrarent; atque eius beneficio in gremium Ecclesiæ tanquam filij reciperentur. Postquam Reges legibus libellum, Vintoniensis Cancellario reddidit, qui eū alta voce recitauit: *eius hæc erat sententia. Pœnitere se vehementer schismatis, quod obediensiam Sedis Apostolicæ denegant, & quod Decretis factis aduersus illam assenserint: in posterum verò se futuros in ipsius, atque Regum potestate, & facturos omnino quicquid possent, vt eiusmodi leges omnes, atque decreta his comitis abrogarentur. Maiorem igitur in modum orare, vt interueniant, & efficiant, vt censuris absoluti, in quos iuxta leges Ecclesiasticas per schisma incidant, in Ecclesiæ gremium tanquam filij pœnitentes recipiantur.*

piantur,

plantur, ut desinceps in Romana Sedis, & summorum Pontificum obediencia seruare Deo possint, ad ipsius Domini gloriam, & sue salutis incrementum.

Perlecto libello iterum Cancellarius ab vniuerso cœtu, qui regnum totum representabat, petijt, num eam petitionem ratam haberent? omnibus affirmantibus, Rex, & Regia eam Cardinali Legato tradiderunt. Post Regum deprecationem confidens Polus, quod potestatis sibi à summo Pontifice concessum fuerit, recitato Diplomate palam fecit; tum immortales se Deo gratias habere dixit, quod quemadmodum priscis Ecclesiæ temporibus Anglis hanc gratiam fecisset, ut primi reiectis gentium erroribus, verum Dei cultum publico consensu amplecterentur; ita nunc ipsidem tribuisset, ut cum sese ab Ecclesia se iunxissent, quam grauitur deliquissent, agnoscerent. Nec dubitandum esse, si verè eos, atque ex animo poeniteat, quin Angeli summum gaudium ex tot hominum, tamque florentis regni conuersione capturi sint, quibus vel vnus peccatoris poenitentem animum summam lætitiã afferre verbi diuini testimonio constat. Eo dicto consurrexit; idem Rex, & Regina fecerunt, & in genua subsiderunt; ibi tum ille Dei numen, atque misericordiam implorans, precatus est, Dei populum humiliter prostratum benignè aspiceret, eique culpam ignosceret, seque Legatum ab Iulio summo Pontifice Christi in terris Vicario, contestatus, ut illos absolueret, de mora benedixit toti multitudini, simulque eam absoluit. Mox in Regiæ sacellum itum est ad decantandum B. Ambrosij, & Augustini Hymnum; sic Deo sunt actæ gratiæ tymphonia cantorum, & festiue letitiæ, ut fieri consuevit, editis signis. Die secundo Decembris Reges, & Cardinalis Legatus cum omnibus penè totius Angliæ Proceribus ad Templum sancti Pauli se contulerunt, vbi Stephanus Vintoniensis Episcopus Cancellarius regni consensu celeberrimo totius gentis suggesto, quod est ad Crucem S. Pauli, post sacram adhortatoriam concionem, populo illius vrbs edixit, quanto studio omnes status, totius regni nomine se submiserint Apostolicæ sedis obedientiæ, quantaque vicissim pietate ab Illustrissimo Legato, vice sanctissimi Domini nostri sint accepti, & à prioribus peccatis, ac censuris absoluti, & vt pro tanta gratia Deo in primis, summo Pontifici, & Regibus piētissimis gratias agerent immortales, hortatus est.

Nec ita multo post ampla, & honorifica legatio ad Pontificem decreta est, adijtque munus, destinatus Eliensis Episcopus, Montisacuti Vicecomes, & Eduardus Carneus I. C. qui Regiæ Mariæ, & Philippi Regis eius mariti nomine obedientiam sedi Romanæ, & summo Pontifici præstarent. In Vrbe quoque Romæ propter lætissimæ rei nuncium supplicationes publicæ factæ, & Deo grates, Iulio ipso Pontifice sacra mysteria celebrante perfolutæ sunt; & Indulgentia admodum liberala per vniuersum Christianum orbem in gratiarum actionem publicata est. Hæc reconciliationis regni post vigesimum annum, in quo insaultum illud ab Henrico VIII. cœptum esset schismate; incidit in festum S. Andree; vnde Synodico postea decreto constituit Legatus Polus, non ita multo post factus Cantuariensis Archiepiscopus, vt ad tanti beneficii immortalẽ memoriam, festum S. Andree in perpetuum duplici Officio apud Anglos celebraretur; & vt totus Clerus, ac populus per vniuersum regnum, in sua quisque Parochiali Ecclesia infra certum tempus, absolutionis, ac reconciliationis gratiam in genua prouoluti humiliter postularent, atque susciperent, quod & factum est à populo vniuerso auidissimè. In hac tamen institutione religionis aliquæ graues interuenerunt difficultates, de quibus nisi Polus se ipsum, aliosque cum non magna prudentia, & nonnulla etiam indulgentia expediuisset, non ita promptè in reconciliationem hanc, & Pontificiæ auctoritatis agnitionem consensissent, nec in officio permanissent.

Timebant nimirum multi, ac ij in primis, qui ex spolijs Ecclesiarum, ac monasteriorum ad summos in republica honores, & diuitias euecti fuerant, ne summi Pontificis iussu huiusmodi bona, ac possessiones repeterentur. Hunc istorum metum auxit vehementer deuotissimæ Regiæ in rebus factis, quas pater, fraterque suus sibi eripuerant, retinendis tanta religio, vt omnium decimarum, primitiarum, beneficiorum, ac similibus prouentus, ærario regio ante applicatos, in Cardinalis Legati manus, ac dispositionem resignauerit; cuiusque summi conatus, vt ex antiquissimis illis monasterijs aliqua saltem ad Dei gloriam, & regni honorem, primo quoque tempore restituerentur; præsertim vt celebre illud Vuestmonasteriense Cœnobium Benedictinorum, progenitorum suorum commune sepulchrum, in pristinum vsum commodaretur. Occupabant illud, tum Presbyteri quidam seculares; conuerterat enim Henricus in Collegiatam Ecclesiam, qui nec ipsi impiè acquisito iure, ne rogati quidem à regia maiestate cedere volebant; quos tamen regia maiestas, & Legatus partim coactione, partim compensatione è monachorum antiquissima, & iustissima possessione abegerunt. His itaque rebus fundorum Ecclesiasticorum occupatores territi videbantur aliquid turbatum excitaturi, idque tempore importunissimo, nisi maturè toti rei prospectum fuisset. Eò ergo ventum est; ordinibus id postulanti, ac urgentibus, vt nono Kalendas Ianuarij edito publico instrumento Pontificis nomine, & auctoritate omnes de huiusmodi bonis, ac possessionibus

monasticis in schismate acquisitis quoad pœnas, & censuras Canonicas in perpetuum securos, & absolutos Legatus declaravit; at tamen admonitos esse voluerit, vt ante oculos habentes diuini iudicij seueritatem contra Balthasarem Regem Babylonis, qui vasa sacra nõ à se, sed à patre è Templo ablata in profanos vsus conuerterat, ea proprijs Ecclesijs, si extarent, vel alijs restituerent, & vt salutis suæ non omninò immemores hoc saltem efficerent, vt ex ipsidem bonis Ecclesiasticis, maximè ijs, quæ ratione personarum, & Vicariatuum ministrorum populi sustentationi fuerant specialiter destinata, seu alias Cathedralibus, & alijsque nunc extarent, inferioribus Ecclesijs curam animarum exercentibus ita prouideretur, vt earum Pastores, personæ, & Vicarij commodè, & honestè iuxta eorum qualitatem, & statum sustentari possent, & curam animarum laudabiliter exercere, & onera incumbentia supportare. Eodem Diplomate Polus Legatus omnes, & singularum Cathedralium Ecclesiarum erectionis ab Henrico VIII. tempore schismatis factas, Hospitalium, & Scholarum fundationes pro tempore præteriti schismatis, licet de facto, & nulliter attentatas, in eo statu, in quo nunc essent perpetuò firmas, & stabiles permanere voluit, illisq; Apostolicæ firmitatis robur adiecit; necnon ipsarum Cathedralium Episcopos nouos, qui sententia religionis essent Catholici, in priore licet schismate factos remanere iussit; ita tamen, vt non ea auctoritate, qua prius, sed ea quam nunc eis tribueret, illæ factæ, & institutæ esse censerentur ab omnibus. Præterea cum omnibus, & singulis personis regni prædicti, qui in aliquo consanguinitatis, vel affinitatis gradu etiam multiplici, vel cognationis spiritualis, seu publicæ honestatis, iustitiæ impedimentis de iure positio introductis, & in quibus summus Pontifex dispensare cõsuevit, matrimonium scienter, vel ignoranter de facto contraxerant, vel aliquo impedimento præmissorum non obitante in eorum matrimonijs sic contractis, liberè, & licitè remanere, seu illa de nouo contrahere possent, dispensauit, proleque susceptas, vel suscipiendas legitimas decreuit; ita tamen, vt qui scienter, & malitiosè contraxissent à sententia excommunicationis, & ab incæstus, seu sacrilegij reatu absolutionem à suo Ordinario, vel Curato, quibus id faciendi facultatem concedebat, obrinerent. Omnes quoque Ecclesiasticas, Seculares, seu quoruncumque ordinum Regulares personas, quæ aliquas impetrationes, dispensationes, concessionis, gratias, & indulgentias, tam ordines, quam beneficia Ecclesiastica, seu alias spirituales materias, præterita auctoritate, supremiatis Ecclesiæ Anglicanæ, licet nulliter, & de facto obtinissent, & ad cor reuerterentur Ecclesiæ vnitati restitutæ forent, in suis ordinibus, & beneficijs recipere promissit; se cumque super his opportunè in Domino dispensare, ac omnes processus in quibusuis instantijs, coram quibusuis Iudicibus tamen ordinarijs, quam delegatis, etiam laicis super materijs spiritualibus factos, & informatos, & sententias super eis latas licet nulliter, & de facto, quoad nullitatem ex defectu iurisdictionis tantum inurgentem, sanauit, illorumque, & illas auctoritate Apostolica confirmauit. Ceterum Episcopi illis iniquissimis temporibus extra Ecclesiam creati; quos iam schismatis sui ex animo poenituerat illa communi dispensatione, & confirmatione non contenti, singuli, vno tantum Landaffensi excepto, qui illud negligentia potius quam malitia prætermittens solus postea sub Elisabetha, Dei, vt interpretabantur, iudicio in schismate elapsus est, peculiariter à sede Apostolica petierunt veniam, prioris grauissimæ culpæ, & confirmationem in suo quisque Episcopatu, quam etiam singulari suæ Sanctitatis fauore inscripto consecuti sunt.

Iam insuper Legatus Polus ad Cleri, & maximè Academicarum reformationem animum adiecit, in eo paulò indulgentior, vt à multis obseruatum fuit, quod in sacerdotes, ac religiosos vxoratos non satis animaduertit; sed à præteritis vxoribus tantum separatos, ac beneficijs prioribus priuatos, mox ad alia, ac maiora sacerdotia nimis cito admiserit; sed vt illud fieret, Presbyterorum magnæ tum penuriæ indultum dicebatur. Ad Academijs autem in antiquum splendorem, & disciplinas restituendas, præter ceteros visitatores Anglos misit Nicolaum Ormanetum Patauinum, postea Episcopum, virum grauem, prudentem, & zelo domus Dei in primis præditum. Hic Oxonij, & Cantabrigiæ Collegia omnia ad normam prioris à fundatoribus institutæ gubernationis, quantum fieri potuit, reduxit; hæreticos suspectos abegit, Catholicosque tum Professores, tum Administratores vbique constituendos curauit. Id verò summum fuit Regum, & Legati Poli in vniuersitatem Oxoniensem beneficium, quod Petrus à Soto ordinis S. Dominici excellentissimum Theologum in Angliam accersitum, illic Professore constituerit, vt à Petro Martyre omnia paulò ante diruta, reedificaret.

Ad hunc autem modum restituto à Cardinale Polo antiquæ religionis cultu, ad sanctum Sacrificium, Confessionem, Communionem, publicas preces, & conciones plebs alacri studio concurabat; & ad Sacramentum quidem Confirmationis, quod in illa gente supra quam in vlla natione colebatur, & frequentabatur (antiquissima enim illic traditio, & lege tenebantur parètes, & patrini ad eum Episcopum, qui primus post suorum baptismum intra septè milliaria venisset, paruulos confirmandos deferre, & cõ-

muni

muni omnes Episcopi consensu ad huius Sacramenti administrationem, in quamcumque diocesim, vel locum diuertissent, sibi mutuo, & facultatem tribuebant, & operam præstabant) ad hoc, inquam, Sacramentum, quia per totum ferè sexennium, quo Eduardus regnavit legitime non administrabatur, tā innumerabilis parvulorum ex omnibus vrbibus, oppidis, pagis, agris turba deferebatur (nam infame ibi, irreligiosum, & legibus puniendum erat, nō fuisse factō Chrismate ab Episcopo delibutum ante septennium) ut Episcopi varijs locis penè opprimerentur, & nominatim Cicerstrensis, dum in agro Lancastrēsi subsidio in planitie maxima (quod nulla Ecclesia, nec Cæmeterium multitudini capiendæ factis esset) cum nec irruentium populorum vim ferre, nec omnibus satisfacere potuerit, vix, & non nisi cum magna superuenientis civilis Magistratus diligentia à concussione tumultuantis plebis liberatus fuit; atque ita quidem religionis Catholicæ studio omnia feruebant.

Et hoc ipso anno Legatus Cardinalis Polus iuxta decreta Synodi, quam ante coegerat, religionis restituendæ, ac reformandæ formulam à summo Pontifice prius visam, & approbatam publicavit, atque ab omnibus ordinibus servari iussit; studuitque præsertim emendationi Cleri, quod inde malum omne tanquam è fonte derivari sciret. Sed nimium Clericorum luxum, ac mensarum immoderatas expensas, quibus Deus in primis offenditur, & pauperes suo patrimonio fraudantur, vix cohibere, aut ambitioni, ac cupiditati congerendorum Sacerdotiorum, quam Poligamiam vocant, modum ponere illum potuisse, scribit illustris fidei confessor, idemque nobilis rerum Anglicarum scriptor Nicolaus Sanderus, indeque auguratos homines aliquot verè pios, & secundum Deum prudētes, iterum à Domino grauioribus, quàm ante flagellis Angliam esse vapulaturam, quod contigit Elisabetha regnante, post mortem Mariæ Reginæ, & Cardinalis Poli. Qui circa illud tempus factus Cantuariensis Archiepiscopus, hoc est anno Christi 1555. antequam in Episcopum inauguraretur, sacerdotio initiatus, rem sacram priuatim coram Regina consobrina sua primum celebravit, ad eumque demum potentia, & auctoritatis gradum in Angliam peruenit; ut simul fuerit Angliæ Primas, sanctæ sedis Apostolicæ Legatus, ac etiam totius regni absente Rege, coniunctim cum ipsa Regina summus Procurator, ac Regens.

Hæc tamen ad alia festinanti, prætermittendum, sicut beatissimus Romanus Pontifex tanquam communis Christianorum pater vehementer gauisus est cum Angelis Dei; non super vno peccatore penitentiam agente, sed super innumeris peccatorum, & à fide deuiorum millibus, Angliæ, & Hiberniæ regnis, atque dominijs ad fidem Catholicam reductis, omnesque ad sibi congratulandum inuitavit, quod inuenisset ouem, seu oves, quas perdidit; ita planè decuisse primogenitum Ecclesiæ filium, ac Regem Francorum Christianissimum Henricum II. tunc in Gallia regnantem, Papæ, & parenti suo congaudere, quod fecit vberim, datis ad omnes Galliarum Præfules litteris, quibus significauit, velle se in cunctis regni sui Ecclesijs publicas preces Deo fieri in gratiarum actionem tanti accepti beneficii, quo se nullum vnquam gratius nuncium accepisse testatur. Sed, & per Noallium equitem nobilissimum idem Rex, Mariæ Reginæ, adeoque toti Anglicano regno ob reuocacionem cum sancta Sede plurimum congratulatus est, per quem, & scripsit ad Cardinalem Polum, eius industria in promouendo pio hoc opere mirificè commendans; pollicitusque se maiore illum ob id in pretio deinceps habiturum, prout patet ex tenore ipsarum litterarum, quæ extant apud Hilarionem à Costata, & Auberium. Mortuo autem Iulio Papa huius nominis III. qui Cardinalem Polum, cuius virtutes optimè perspectas habebat ab eo tempore, quo nomine sedis Apostolicæ Concilio Tridentino simul præfuerant; vnicè amabat; successit ei in Apostolica sede Ioannes Petrus Cardinalis Carrafa, Theatinus dictus, sub nomine Pauli IV. non autem in amore, & propensione erga ipsum Polum, quamuis ei Cantuariensis Archiepiscopatus possessionem confirmari, palliumque concesserit. Hic magna omnium admiratione Polū à legatione Anglica, Romam reuocauit; subrogato ei in eodē Legationis munere Guilhelmo Peytoo Cardinale, ordinis Minorum, nobili Anglo; Petum quidam nominant; alijque obscuro loco natum volunt, quem, & Episcopum Sarisburiensem designauit; qui tamen morte præuentus, antequam Angliam intraret, hos sibi oblatos honores inire non potuit, quos nec nisi coactè ob reuerentiam Poli, quem summa obseruantia, ut par erat, prosequeretur, susceperat. Cur autem hæc in Polum Paulus statuisset, nonnullos reperimus hanc causam assignasse, quod cum Legatus esset Apostolicus, Pontifice inconsulto inducias inter duos Reges Galliarum, & Hispaniarum conciliasset. Sed cum mandatum à Iulio accepisset de pace, aut inducijs tractandis, quis ei iure luccensuisse potuit, si quod cuius Christiano cōpetere videtur, vir pius nulla de eo prohibitione accepta præstitit. Alij è contra quod Mariam Angliæ Reginam pro ea, qua apud illam valebat gratia, & auctoritate, à bello denunciando Galliæ Regi non inhiuisset. Additur, & tertia ratio, seu potius infirma coniectura, quod in Conclauo Polus, ne Paulus in Pontificem assumere, obstitisset; cum tamen longè certius sit, Paulum olim obstitisse; ne Polus post obi-

atum Pauli III. in Pontificem eligeretur. Vt sit, non parum hoc Pauli existimationi apud illos, qui Polum nouerant, officit; quorum aliqui fuere, qui non potius Paulum odio, & affectui, aut, ut mollius dicam, auferitati suæ indulgere credere maluerint, quàm Polum iultè alicuius eriminis, quod depositionem mereretur, reū constitutum esse. Sunt, qui scribunt, Polum, ut hæresi suspectum, Legatione Apostolica spoliatum: at quis uti reum damnabit virum illum, qui columnam fidei, religionisque Catholicæ clypeum non in Anglia solum, sed etiam vbique terrarum se præstitit? Quis, inquam, illum de graui aliquo delicto reum suspicetur, qui fuit in omni vitæ cursu tantopere irreprehensibilis; ut falsus sit sæpe numero Iulius III. Pontifex maximus, cum sibi contingeret eo prætere aliquid dicere, solito cautius locutum, ne aliquid verbum ex eius ore efflueret, quod non esset ad trutinam libratum, & summo Sacerdote dignum? Carolus quoque V. Cæsar nunquam Romanæ Curia meminerat, aut de ea sermonem habebat, quin Reginaldi Cardinalis Poli pietatem vsque ad sidera extolleret, eumque facti Senatus lumen, & ornamentum non prædicaret. Christophorus verò Madrutius Episcopus Tridentinus, ac Pauli III. Cardinalis, de hoc sæpe sibi gratulabatur, & gloriabatur, nimirum, quod ei Cardinalis Poli necessitudine, ac familiaritate frui licuisset.

Quæ autem qualisque fuisset summi Pontificis Polum à Legatione Anglica reuocandi voluntas; primum diligenter prouidit Regina, ut illum lateret, ne Polus Romam repetere velleret, illaque tam vtili consiliario, & Ecclesiæ Catholica fidei ministro priuaretur. Quamobrem non permisit nouo illi Legato regnum ingredi; quinimo litteras quoruncumque, quos suspicaretur mandata hac de re à Pontifice afferre, intercipi fecit, atque apud se retinuit. Insuper Oratori suo Romæ agenti mandauit, ut Papam admoneret, quantum periculum religioni vix dum in Anglia stabilitæ creaturus esset, si tanto viro eiusmodi contumeliam inferret, cuius auctoritas ad gentis conuersionem maximum pōdus attulisset. Ipse quoque Peytoys Cardinalis nuper Legatus à Pontifice designatus, aut creatus, qui valde inuitò susceperat hoc munus ob reuerentiam tanti Principis, & Cardinalis, cui fuerat subrogatus, interim fato functus est, antequam se ad iter accingeret. Verum dum Regina clam agit apud Pontificem de retinendo Polo, ipse rem nescio unde subodoratus, non modo nihil inde se commotum ostendit; verum etiam, ut se verum Ecclesiæ filium, & Pontifici perfectè obloquentem præstaret, ad omnesque illius nutus promptissimum; Crucem argenteam Legationis insignis vltro deposuit, omnique illius munere abstinuit. Tum misso Romam Nicolao Ormaneto Legationis Datario, posteaque Patauino Antistite, viro graui, ac prudente, cuius multa, ac præclara mentio est in actis Papæ Pij V. & S. Caroli Cardinalis Borromæi, per illum eius à se administratæ rationem reddidit. Non enim ut ipse iret, passa est Regina, ne tanto solatio careret, neue Anglicana Ecclesia in fide neophita, tam strenuo duce, & perito naua destituta ad scopulos allideret, naufragium faceret.

Polum autem Ormaneti opera restitutum plurimi tradunt; alij Paulum Papam in sua sententia perseuerasse, quod Poli nostri virtuti nihil officit, imò verò multum proficit, cuius exercendæ occasionem subministravit, dum intempestiuè loco motus de mandato Pontificio ne minimum quidè querimoniam verbum protulit, Romanoque Pontifici sine mora paruit. Sicque Polus iam cælo maturus, etsi non annis, at certè aduersis casibus, itinerum molestijs, alijque laboribus pro fide Catholica propaganda exantlatis fractus, nihil amplius nisi de futura vita capeienda cogitauit. Vnde cum quidam de villa, aut palatio, quod Romæ habebat imperfectum, cum eo in colloquium venisset, pluresque annos ipsi spopondisset, quibus Romam reuertii liceret, ac ades illas intueri perfectas subintulit. Non existimo te mihi adeo inimicum, ut tam diuturnum exoptes supplicium, ac exilium à cælo, quod sola nostra, ac vera patria est; & quidem Deus serui sui Poli pia vota exaudiuit.

Anno nanque Christi Saluatoris 1558. ætatis verò suæ duodeseptuagesimo, seu melius, ut alij referunt, duodelexagesimo, mense Nouembri quartana febre correptus, quæ plurimum eo anno grassata, multos è Sacerdotali potissimum ordine sustulit, & ad summam corporis estenuationē redactus, accedente insuper mortis Regiæ Mariæ nuncio, quo quasi telo mortifero confixus est, horis ab ipsa circiter sexdecim, seu, ut alij volunt, eodem die 15. vel decima septima Nouembris expirauit. Vitus est planè Deus Britannia iratus; nam vnum ei aduersus exitialia dogmata subsidium eodem die, vel saltem eodem næns, quo Maria Anglorum Regina, euauit. Decessere, scribit Petrus Iustinianus in Historia Veneta, per hos dies è vita vno eodemque ferè tempore Carolus Imperator, atque eius uxor Maria Philippi filij uxor Britannia Regina; nec multo post Reginaldus Cardinalis Polus, natione Anglus vir litterarum, ac sapientiæ studijs præstantissimus. Hinc ipsi hæretici Angli, pietate, doctrina, integritate, modestia, mansuetudine, & moribus placidissimis, prudentia, & in rebus gerendis dextertate insignem prædicant.

Fuit Reginaldus Polus statura mediocri, corpore tereti, atque exili, colore candido, rubore tamen permixto, ut ferè sunt Angli; vultu latiori, oculis lætis, & animi placabilitatem indicantibus; bar-

ba iuueni fuit colore flauo. Vixit in Archiepiscopatu Cantuariensi annos non plusquam duos, menses octo, quibus ob breuitatem temporis parum Ecclesie suae, quoad externa, ac temporalia profuit, nisi quod referente Goduino, solarium quoddam orientem versus Lamethae extruxit, nonnullaque vicina aedificia, & inspatronatus in vndeuginti Sacerdotia à Regina impetrauit eidem sedi. In animo tamen illi fuisse ferunt, magnam pecuniam in palatij Cantuariensis structura impendere, vita superstiti diutius; sed fato praeventus, reliquit tantummodo eidem Ecclesiae suae duo candelabra argentea deaurata magni ponderis; Crucem ex simili metallo deauratam itidem, thuribulum in nauis speciem efformatum argenteum quoque, & partim deauratum, mitram argenteam gemmis ornata, pedum pastoralis, & Crucem gestatoriam argenteam, aliqua ex parte deauratam, annulos duos Pontificales, quibus gemmae variae insertae fuerunt magni pretij, ac denique ad aqua lustralem capiendam, vas argenteum praegrande.

Testamento condito, quod illius pietatem omnino redolet, affatimque testatur, quodque mox rescribam, Aloysium Priulum patritium Venetum, amicum, ac familiarem suum; indiuiduum, luorum itinerum socium, & asseclam, bonorum sibi omnium adscripsit heredem, quo fidelis animi, constantisque in contracta semel amicitia ad extremum vsque spiritum retinenda documentum, reliquit, exemplumque clarissimum; vicissimque Priulus tali, tantoque amico dignissimus, Cardinalis Poli magnanimitati respondens, omnia sibi testamento legata, in pauperes, aut pios vsus erogauit, nihilque ex illis seruaui preter Breuiarium eius, & Diurnale.

Cardinalis Poli Testamentum.

In Nomine Sanctiss. Trinitatis. Ego Reginaldus, misericordiae Diuinae S. Mariae in Cosmedin S. R. E. Cardinalis, Archiepiscopus Cantuariensis, totius Angliae Primas, & Apostolicae Sedis Legatus, per gratiam Dei compos mentis, & memoriae, licet corporis infirmitate detentus, cogitans, me morbo praesenti de via vniuersae carnis amoueri, & idcirco volens domus mea disponere, habens testandi facultatem à fel. rec. Paulo Papa III. hoc testamentum meum, ultimam voluntatem in se continens, condo, &c. ... in hunc, qui sequitur modum.

In primis, per gratiam Dei, in eius fidei sinceritate, quam maiores mei acceperunt, & didicerunt à S. R. E. omnium Ecclesiarum magistra, integer, & indubius existens, cum omni humilitate, commendo animam meam omnipotenti Deo, qui me creauit, & redemit, per IESUM CHRISTUM Dominum nostrum, in eius vna sancta, Catholica Ecclesia, & in eius, qui in Apostolica Sede resedit, Romani Pontificis obedientia, profiteor, me semper vixisse, & mori velle; quod ut facere possim, utique per magnam Dei misericordiam, & per merita Iesu Christi in eadem fide, & obedientia vsque ad finem perseuerem, Beatissima Virginis MARIAE, & vniuersae Ecclesiae, tam Triumphantis, quam Militantis precibus adiunari maxime opto, & precor, cum timore, & tremore, me ipsum, & meam inspicere indignitatem; sed Dei misericordia, & gratia ita confusus, ut sperem, & expectem redemptionem corporis mei, & vitam aeternam, per Iesum Christum Dominum nostrum; qui cum Patre, & Spiritu sancto est Deus benedictus in secula. Amen.

A sanctissimo autem Patre, & D. N. Paulo Papa IV. quem ante Pontificatum, semper, ut patrem, colui, & cuius honori in eius Pontificatu, secundum Deum, semper fideliter inserui; & quoadmodum in omnibus actionibus, & legationibus, quas pro Sede Apostolica suscepi, mihi conscius non sum, quicquam me vnquam quaesisse, praeter Dei honorem, & eius Ecclesiae dignitatem, & utilitatem, post pedum oscula beatorum, paternam benedictionem, cum omni reuerentia, peto, pacem, & incolumnitatem, & omnem veram consolationem illi optans. Quoniam vero patrimonialia bona mihi non sunt, quorum causa consanguineorum meorum rationem habere debeam, idcirco volens, ea bona, quae habeo, in pias causas, & inter personas bene de me meritas distribui, magnificum, & reuerendum D. Aloysium Priulum patritium Venetum meum intimum amicum, & familiarem: cuius summans in Deum pietatem, & singularem erga me fidem, & amorem viginti, & eo amplius annos, quibus mecum coniunctissime vixit, perspectum, & probatum habeo, dignum iudicavi, & elegi; qui mihi in bonis meis succederet, & voluntatis meae de illis integerrimus executor existeret, confidens, pro eius charitate, & mutua nostra benevolentia, eum hoc onus non grauate suscepturum, Et post pauca. Heredem meum dictum D. Aloysium constituo, qui bona mea, iustis prius funeris mei, ac debitis, si quae erunt, necnon is, quae supra ordinavi, persoluitis, ac peractis, per se, vel per alios ab ipso sibi etiam in articulo mortis substituendos, in pias causas, & inter personas tam meorum pauperum consanguineorum, quam amicorum, & familiarium, seu seruatorum meorum, arbitrio suo distribuat, &c.

Condidit autem testamentum suum Cardinalis Polus anno 1558. die 4. Octobris Lamberchi, prope Londinum, Vintoniensis Diocesis in Mapeio suae solitae residentiae, in quo condendo, S. Theodorum Studitarum Praepositum, aliqua ex parte, imitatus videtur. is mortituum testamentum condens fidei professionem emisit, cuius ea prima verba. *Credo igitur in Patrem, Filium, Spiritum Sanctum, consubstantialem Trinitatem, sicut baptizatus fui &c. To-*

tum testamentum refertur à Cardinali Baronio tom 9. Annal. Fuit autem S. Theodorus Studita confessione saepius repetita illustri, doctrina insignis, vita admirabilis, miraculis celeberrimus.

Corpus autem defuncti per plures dies pro more Principum in lecto compositum, omnibus exhibendum, & capite plumbeo inclusum, Cantuariam delatum, in Sacello D. Thomae quondam Cantuariensis Archiepiscopi, cuius fuit non minus zeli, virtutisque successor, quam cathedrae (in quo Cardinalis Polus, dum viueret, redditus annuos binis Sacerdotibus constituerat, qui pro eius mortui animae refrigerio rem sacram alternis vicibus facerent) tumulatum est, hoc tantum breui, ac nudo adscripto titulo epitaphij vice.

DEPOSITVM CARDINALIS POLI.

Quo quantum à saeculi saltu abhorrerit, declarauit.

Eius autem ingenij monumenta adhuc supersunt plurima, quorum indicem texuere Antonius Posseuinus in Apparatu sacro, verbo: Reginaldus, vbi vocatur sanguine, doctrina, & pietate nobilissimus: plurima tamen interciderunt quae verò extant, sunt.

Pro Ecclesiasticae Vnitatis Defensione libri quatuor ad Henricum VIII. Angliae Regem.

De Officio summi Pontificis liber vnus. Alter de eiusdem Potestate. Vnitatis Ecclesiae Defensio ad Eduardum VI. Angliae Regem. Exhortatio in Concilio Tridentino.

De Concilio eodem liber vnus: & alter de Baptismo Constantini Magni: quos Paulus Manutius Aldi filius Pio IV. dedicauit, & editi sunt Venetijs anno nostrae salutis 1562. ipse tamen dedicauerat Ioanni Mariae Cardinali de Monte: & Marcello Ceruino Cardinali sanctae Crucis, Concilij Tridentini Legatis.

Scriptit etiam librum alium de Angliae Reformatione, qui liber editus est in lucem Venetijs anno 1562. cum sequenti titulo: Reformatio Angliae, ex decreto Cardinalis Poli sedis Apostolicae Legati: & Consilium de Reformatanda Ecclesia.

Edidit etiam adolescens Christophori Longolij Vitam breuem, ac Epistolas quinque; quae inter Clarorum Virorum litteras editae inueniuntur; circumfertur etiam eadem Vita sine Auctoris nomine cum eiusdem Epistolis.

Scriptit Exhortationem ad Carolum V. & Franciscum I. Galliarum Regem pro pace.

De Iustificatione libros duos Patrio idiomate, & Sessionem vj. Concilij Tridentini; atque ex Hebraica lingua in Latinam vertit Hieremias Prophetae Lamentationes.

Romae suis impensis extruxit Templum rotundum in via Appia non procul à porta S. Sebastiani, vulgo appellatum: Domine quo vadis: quod hodie adhuc extat, & est proximum alteri à Paulo III. superiori saeculo, & nostris temporibus à Francisco Cardinali Barberino restauratum. Pugnauit acriter, quando Legati Apostolici munere fungebatur, pro constituendo Collegio Louaniensi Societatis Iesu, tum apud Mariam sororem Caroli, quae Belgium administrabat; tum apud ipsos Louanienses; nihil tamen ab ijs preter verborum officia extortum est. Bene igitur in Societatem Iesu animatus Polus vbique locorum illam semper defendit; suaque prudentia, & auctoritate perfecit, ut Cameracensis Praesul in Societatis Patres promulgata, reuocaret.

Nec siluerunt ab eius laudibus praedicandis viri quique nominatissimi; quorum princeps est Thomas Morus Angliae Cancellarius, idemque Christi martyr inuictissimus, qui in epistola ad Margaritam filiam, Reginaldum Polum appellat, Iuuenem vt nobilissimum, ita in omni litterarum genere doctissimum, nec virtute minus, quam eruditione conspicuum. Et in alia epistola ad ipsum Reginaldum Polum, & Ioannem Clementem, de Margarita Sarisburiae Comitissa, Poli matre loquens, quam feminarum optimam, atque nobilissimam vocat; planeque tali dignam filio, paucis hisce verbis multa simul matris, ac filij encomia complectitur. Thomas quoque Stapletonus in Vita eiusdem Thomae Mori, Polum nobilissimae fidei confessoris titulo exornat: Ioannes Casa in Vita, quam scripsit Cardinalis Bembi, Reginaldum Cardinalem, Polum de caelo lapsum (si dictu fas est) eiusque diuinam virtutem de qua nemo vnquam satis digne loquetur, scribere non dubitauit; nescireque se dijudicare, plus ne Britannia multis vulneribus reipublicae Christianae infligendis nocuisset; quam tali, tantoque viro exhibito, ex quo vera, planeque Christianae pietatis, ac vitae exemplum peti potest, profuisset. Ioannes Pierius Valerianus, qui ei tanquam litteratorum patrono librum 53. Hieroglyphicorum inscripsit, illum à pietate integerrima, vitae moderatione conspicua, diuinorum rerum studio feruida, omnibusque probitatis numeris absoluta celebrauit. Dicitur verò à Nicolao Sanderò, Angliae spes, Ecclesiae Romanae decus, orbis Christiani lumen: à Ioanne Pitaeo in libro de claris Angliae Scriptoribus, Vir pietate, doctrina, omnique virtutis genere aequè, ac sanguine clarus (vtpote qui vt supra dictum est, ex Illustrissimis Clarentiae Ducibus in Anglia natus, à regali sanguine originem traxit) vitae puritate integerrimus, moribus grauis, & modestus, in vita temperans, omnibus affabilis, ingenij per excessum erga omnes mitissimi, sacrarum, & prophandarum litterarum scientia nobiliter instructus, diuinae gloriae zelo feruidus, & qui pro Catholicae religionis defensione, ac propagatione, multa fecit, & tulit. A Francisco Sacchino in Historia,

Societatis Iesu, vnicum aduersus exitia dogmata Britanniae sub-
sidium: ab Andrea Victorello in Notis ad Ciaconium, Polus regij
sanguinis sublimitate, ingenij, & iudicij praestantia, morum suauitate,
innocentia, eruditione, defensioneque religionis merito spectatissimus:
A Spondano denique ad annum 1542. & 1544. Qui supra regiae stirpis decus, & eximiam Latinae facundiae laudem,
egregium Christianae virtutis specimen praeserebat. Quibus ferè
similia repetit ad annum 1549. & 1553. Cardinalis Polus regij
sanguinis Princeps, morum grauitate, ac vitae sanctimoniam, cum
summa animi magnitudine, & prudentia coniuncta: quod totidem
ferè verbis expressit, ante eundem Spondanum Bzouius. Et ad
annum 1557. Cardinalis Polus Vir moribus integerrimus, fidei
Catholicae defensor feruentissimus, eiusdemque in Anglia restau-
rator clarissimus.

Sunt autem, & alij non inferioris notae, ac dignitatis Auctores,
quorum testimonia seorsim hic apponenda duximus, quia se in-
huius praestantissimi Cardinalis, ac Principis laudibus copiosius
exercuerunt; iugiterque Cardinales duo Polus, Sadoletus, & Bembus,
quorum vterque ad Reginaldum Polum plures dederunt Epistolas,
quae reperuntur in illarum collectione: illius quidem lib. viij.
epist. 2. 3. & 4. lib. x. epist. 21. & lib. xij. epist. 5. & 6. in qua-
rum priori Sadoletus eum à doctrina, humanitate, & elegantia
commendat, simul ingenij, ac sapientiae laude mirifice ornatum
scribit, dignumque, qui ab his ametur, & colatur, qui virtutem, &
comitatem, & optimum sibi morem esse colendum putent, suos
eloquendi, & exprimiendi conatus, Poli ornamentorum copia ob-
ruit, ac se eò usque aspectu, sermone, sanctissimisque illis, ac mode-
stissimis hominis moribus fuisse captum, vt nunquam postea sibi
ex animo illius congressus memoria exciderit, illiusque fidelis, ac
sapientis consilij, quo dubitanti Sadoletus, quod nam genus potis-
simum sequi deberet studij, fidenter, & promptè consuluit, vt ea
praecipue lectaretur, quorum fructus in hac vita non solum, sed in
omni aeternitate integri manere solent. Quo ergo responso, ait idè
Sadoletus, ad Polum, maximè adductus sum, vt me litteris sacris
totum dedendum putarem; ad quas eram iam quidem sponte mea
propensior, simulque integritatem, & virtutem, & religionem tuam
admiratus sum. Qui cum inter eos homines diu versatus esses, qui-
bus haec studia minus probantur, atque eis artibus ipse instructus
quarum videris lepos eruditio, elegantia ac his rudioribus (vt exis-
timatur) studijs abhorre, bonitate tamen naturae, & ingenij vi
ea ceteris anteponenda studia duceres, quae non praesentem mo-
dò suauitate, sed multo magis ratione perpetuae utilitatis habeant.

Eiusdem quoque Cardinalis Bembus mentione facit perthonorificam
lib. iij. Epistolam, epist. 27. 29. 31. 36. & lib. vj. epist. 34. ad
diuerfos; & nouem continuas, quas ad eum dat libro v. à decima
nona ad vigesimam septimam, & vltimam eiusdem libri, in qui-
bus eius nobilitatem praedicat, moreque sanè regios, nec non eun-
dem optimis deditum, pulcherrimisque artibus, & in ijs magnos
progressus facientem egregie commendat lib. v. epist. 17. quod
repetens alio libro nempe iij. epist. 29. *Polus*, inquit, *noster homo*
haud paulo plus bonis artibus clarus, quam nobilitate; sed à virtute
extollens, vno Reginaldo Polo Britanniam ait longè esse illa-
striorem. Ac denique praecipua epistola liber v. cum meminisset,
se ijs eum verbis compellasse scribendo, quibus monitoris perfo-
nam egisse videbatur. Tu verò longè ornatior, atque illustrior fa-
ctus, non Italiani modo, sed Britanniam etiam tuam, atque ipsam
caeli verticem tuarum virtutum laude fac impleas, sequi nihil
inceptius, aut etiam impudentius facere potuisse dixisset, quam si
Cardinalem Polum, quem virum maximum, atque amplissimum,
omnibus bonis artibus excoltum, omnibus virtutibus perornatum,
magna prudentia, magna; rerum experientia praeditum indigita-
tat, monuisset. Mox ista subiugit ipsum Polum alloquens: Hic pro-
fessio est non tam hortandi, aut monendi, quam laudandi, oratio-
nis color, huiusque, magna, atque praecleara de eo, ad quem
scribimus, sperantis, atque pollicentis; itaque laudauit te versus,
non motus, vt mihi sanè videor: volui quidem certe. Tum ubi se
Romam profecturum spondit, eoque libentius quod Polum, &
Sadoletum Cardinales idem facturos putauit, quos videri se il-
lic, atque complecti, & cogitationes suas cum ipsis conferre sperat,
& gaudet. Epistolam hanc, & librum eundem hac salutatione con-
cludit, ad charum illud amicorum par orationem conuertens: Va-
lete bina mea anima, optima omnium, & suauissima.

Fufius autem, & quidem concinnè, ac venustè admodum pro
more suo Paulus Manutius Aldi filius in librum Reginaldi Cardi-
nalis Poli de Concilio ad Pium IV. Pontificem ita praefatur. *Plu-*
rimum ponderis accedit huic operi ab eximia scriptoris innocen-
tiae, doctrinae, dignitate; quis enim, quibus animi bonis, quibus indu-
striae, ingenijque ornamentis abundauerit, qui denique vir, quan-
tusque fuerit Reginaldus Polus, aut ignorat, aut si quam modò ta-
tarum laudum partem habet cognitam, non earum memoria, &
desiderio vehementer commouetur. Potest ne quisquam tam inops
à iudicio, tam auersus ab humanitate, tam plane ferus esse, ac fer-
reus, qui non intus eum sensibus dilexerit, cuius non modò in-
studijs, in moribus, in sermonibus, sed in ipso plane aspectu omnis
probitas, omnis lucret humanitas? De religione verò, deq; Chri-

A *stiani nominis, quid senserit, & iudicauerit, non aut in vno altero ne-*
libro ita ostendit, vt in alijs vnquam dissenserit, aut ita scripserit,
vt alter viueret, aut ita vixit, vt interduum sibi non constaret:
sed omnia litteris ab illo prodita sine vlla exceptione semper lau-
darunt, hodieque laudantur boni, & sapientes viri, quorum directa
ad veritatem ipsam, id est ad vnam Dei gloriam sententia, nec
obstantis studio, aut inuidia stetit, nec malevolentia, aut am-
bitio mutatur: Vta verò totius instituta, & excellentem in-
omni actione, omnique fortuna pietatem, vtinam quam facile no-
uerunt, iam libenter imitarentur multi. Operum honores, clientelas,
Regum maximorum gratiam, & benevolentiam qui assequuntur,
proximè ad felicitatem putant accedere. At ille haec omnia apud
Henricum Britannia Regem, & iure propinquum, & multo etiam
magis sua virtute cum possideret, vltro contempsit, ne turpissimas
Regis actiones, & aduersantem Christi Vicario sententia probare,
aut etiam adiuuare cogere tur. Patavij diu vixit, quanquam erat
habitu naturae prope diuino, liberalibus tamen disciplinis vehe-
menter deditus, & cum eloquentia, atque Philosophiae pari studio
flagrauerit, in vtraque amen magis enituerit, non facile est existima-
re; illud certe constat, qui vel meliora, vel ornata scriberet, hac
hominum memoria extitisse neminem. Quanquam id ei propo-
situm fuit, eò direxerit cogitationes omnes, atque curas, vt Philosophia
scientiam non tam scriptis, quam vita ostenderet. Itaque maior
atque excelsior Patavij in tenui, & humili fortuna fuit, quam cum
in regno omnibus copis, & ipsius maxime Regis gratia floreret.

B *Hic hic nimirum verus est, ac praestantissimus optimorum studio-*
rum fructus, si quis à se ipso pendat, si temporum vicissitudines
non extimescat; si aduersus hominum iniquitates, fortunaeque in-
iurias ratione, & virtute pugnet, quam in Polo constantiam, &
sapientiam fuisse, quis ignoret? Metuenda erant à Rege potentis-
simo insidiae, metuenda vis, propterea quod suscepta Ecclesia causa
luculento illo de Pontificis Auctoritate libro, susceptum simul à se
grauissimum eius odium intelligebat. Deserebat etiam quoties die
magis, ac magis à re domestica fortunis exitus amplissimis.
Nemo tamen eum delecto, aut demisso sensit esse animo, nemo vi-
dit vnquam tristiore vultu: in sermonibus, in consuetudine, in con-
uictu, in tota denique vita ratione tranquillitatem mentis, quam
habuerat autem, perpetuo retinuit. Nec desuere, quae nunquam spe-
rauerat, ac ne cogitauerat quidem tantis debuit a virtutibus pre-
mia; nam cum ita viueret, vt in vno Deo omnia poneret, cetera,
qua mortales admirantur infirma, caduca, inania duceret; cumq;
in illa Patavini Gymnasij celebritate domesticae oculi sui finibus
contentus, paucorum admodum consuetudine uteretur; breuis ta-
men, vt sibi viam facile virtus aperit; ita manauit fama de
admirabili eius prudentia, temperantia, doctrina, vt ad aures

C *Pauli III. Pontificis Maximi perueniret. Qui cum esset ea mente*
praeditus, vt nemo vnquam magis de ornanda egregia Cardi-
nalibus Ecclesia cogitauerit, eo iudicio, vt nemo in delecto errare
rit nimis; commotus multorum non dubio sermone, Reginaldum
Polum disciplina renouande causa, cum praestantibus aliquot vi-
ris ad Urbem acciuit, eumque paulo post non petentem, non optan-
tem, propè etiam recusantem Cardinalem creauit. In hac digni-
tate, cum alios antea, se ipsum vicis omni genere laudis: omisso
singulari illam, cui par oratio reperiri nulla potest, in cade ma-
tris acerbissima fortitudinem, atque constantiam: vnicum illi con-
tra omnes iniurias, omnesque calamitates conscientia praesidium
fuit, & in aduersis rebus tam antea didicerat esse fortis. Grauida-
tem eximiam pari comitate condidit mansuetudinem, prudentiam,
benignitatem in subleuanda miserrorum inopia non attingo,
communis sunt haec, in quibus tamen praecipua quadam laude Po-
lus excellit. Venio ad id, quod à Cardinalis persona proprie

D *postulatur; nam ubi primo sacerdotio est ornatus amplissimo, non illo*
mentem, vt multi cum fortuna macauit, non sericam vestem, non
argentam suppellectilem, non denique illustrem aliquam, aut opi-
mam praesentis praefecturam appetiuit sed contempta prorsus re-
rum humanarum specie, diuina studia, quae antea non leuiter at-
tigerat, toto pectore complexus, de tuenda Pontificij iuris mai-
estate, de augenda inter homines Dei gloria, de illustranda veri-
tate, dies, noctesque cogitare cepit. Quantam enim in ea Philoso-
phia, quae à sensibus ducitur, erroris insit, atque obscuritas, cum
antea non ignorasset, tum vero totus ad eam Philosophiam trans-
actus, quae celestium bonorum cognitionem parit, clarissime persp-
xit. Iam illam, quae colligitur ex Rhetorum praecipuis, eloquentia,
in qua praeter ceteros antea florerat, neglexit penitus, inanemq;
duxit, cum sacrarum librorum voces non aurium voluptatis ser-
uientes, sed ad intimas animorum partes incredibili quadam

E *suauitate penetrantes exaudivit attentius. Nec vero quicquam*
habuit antiquius, quam vt à sanctissimis Ecclesia legibus disce-
dentes, quoquomodo ad sanitatem redirent; cum ipse multos co-
hortatione sua, consilio, doctrina, nonnullos etiam lenitate, quada-
ad meliora consilia conuerteret. Incidit tempus, cum de sufficien-
do post obitum Pauli III. Pontifice Cardinalibus habenda delibe-
ratio esset; affuit Polus ita sedato animo, ita cupiditatis, & ambi-
tionis expertus, vt maiore Collegij parte Pontificatum ad eum dese-
rente, non statim assenserit, differendamque rem tantam in poste-

F *rum*

rum diem censuerit; fore enim, si probaret Deus, eundem post aliquot horas Cardinalium consensum; si minus, omnino sibi, quod Deo displiceret, placere nihil posset. Scripsit etiam in eo Conclauis preclara quadam de Officio Pontificis; que cum alijs eius libris, quos Ioannes Moronus Cardinalis ob summa erga sedem Apostolicam merita, perpetuamque vitæ innocentiam clarissimus accuratè seruauit; propediem in lucem proferentur; quibus in libris cum spirare adhuc mens illa diuini hominis, & vigere videatur, afficimur nos tam præceptis, atque doctrina, quam recordatione tantarum virtutum, quas in illo vidimus.

Vita clausula fuit, in qua ostendit lumen animi, ingenijque sui, Britannica legatio; nam cum in illa insula per annos multos duorum Regum imperio Henrici primum, deinde Eduardi eius filij, legisimus Dei cultus intermissis optimis ritibus, obsoleuisset; interitus Eduardi, succedente eius sorore Maria, spem aliquam reuocanda pietatis, & religionis attulisset, visa est vniuersi maxime Polii sapientia relictam errantibus viam monstrare posse, adiuncta præsertim auctoritate tanta, quantum nec sine virtute dignitas vlla pareret, nec sine dignitate virtus. In ea legatione optimos Regine sensus confirmauit; Principibus viris, & multitudini persuasit, ut novam hæresim, Henrici nefaria libidine inductam abijcerent, veterem sacrorum disciplinam, rationemque susciperent, cum Ecclesia, si salui esse vellet, in gratiam redirent; vnum esse Rome potestate summa Christi Vicarium, in quo creando commota a Spiritu sancto Cardinalium mentes ex veteri multorum seculorum instituto, tradita per manus consuetudine, consentirent; quæcumque ille sanciret in terris, ea firma, & rata in celo esse; cetera communi saluti vehementer aduersari, hominum seditionum, vel satana potius inuenta, ut genus humanum, si possit, vniuersum perdat; suaque socios habeat plurimos infelicitatis, & culpe. Mansit in officio, & fide, quando Polus, & Regina vixerunt, Britannica natio, virisque innocentia, & sanctitate, alternis etiam sermonibus præceptisque commota. Postea cum utrunque; Deus, cuius abditæ consilia non assequitur humana mens, ad celestis vitæ præmia vocasset; lapsa est iterum, & concidit illa gens destituta consilijs, quibus antea utebatur.

Denique Cornelius à Lapide Societatis Iesu Theologus, & factorum Bibliorum interpres notissimus in Commentarijs ad verbum 10. cap. 16. Ezechielis, Reginaldum Cardinalem Polum tanquam Apostolicæ magnanimitatis formam, ac ideam orbi Christiano calcar addere ad audendum quæque pro Christo, & Ecclesia, etiã neglecto, si opus est, propriæ vitæ periculo, si purpurati Patres dici, & haberi velint; ad illa verba: Calceau te hyacintho, sic ait. Hoc calceo hyacintho, equè, ac pileo, de veste coccinea, egregie inter alios decoratus fuit Reginaldus Polus Cardinalis, qui mente in celo, Deoque defixus, non tantum opes, & honores omnes, sed, & terricula, tristiaque omnia, & mortem ipsam suspensit, & contempsit, adeoque martyrium longum, & quasi perpetuum generosè sustinuit. Cum enim Henricus VIII. Rex Angliæ factò schismate, male sibi confcius metueret Pontificem, & Polum ut pote Cardinalem, & è regio sanguine Anglorum oriundum, ei in Angliã, vti ipse metuebat, quandoque perreduro, continas vbique terendas insidias. Quocirca Polus missus à Paulo III. Legatus ad Franciscum Gallia Regem, cum Rex eum moneret, ut, si saluus esse vellet, statim abiret in eo tanto periculo, cum omnes viæ armatis militibus, & grassatoribus, & Anglis ipsis refertissima essent, nihil vnquam de sua remisit constantia, & gravitate; imò verò comitibus omnibus adeo exterritis, ut nemo esset, qui Crucem, ut mos est Pontificis Legatis, præferre auderet, ipsæmet Crucem sumpsit in manus, erectamque gestauit, donec famuli pudore impulsam repeterent. Deinde cum in Belgium euasisset, nec tamen cessaret; impius Rex ab insidijs, eiusque caput quinquaginta aureorum millibus proscriptisset, nec maius posset esse vitæ periculum, semper tamen sui similis, eademque virtus, ac mentis serenitate persistit, vno Deo nixus, qui sane ei non defuit. Leodisum enim, eum inuicem Episcopus, & Cardinalis Groisbeek, à quo humanissime exceptus, cum audiret ingentia, & vix credibilia promissa, que Anglus Belgis offerebat, si sibi Polum traderent, miratus hominis amentiam dixit: le quidem iam pridem vitæ huius tædio affectum, mortem, & transitum ad meliorem vitam optare: ac proinde cum Henricus tanta sua impensa, & cura hoc ipsius desiderium adiuuare conaretur: Nihil aliud facere, quam si quis dormitum ire cupienti vestes ipsas exuere velit. O voce Cardinale digna, vocem, inquam, non hominis sed Angelij, quam ore dedit; ita re ipsa præstitit. Neque enim ante ex Belgio, vbi à vicinis Anglis mille petebatur insidijs, discessit, quam à Pontifice reuocaretur; cum ita diceret, esse se in Pontificis potestate, & ad eius nuum omnia facturum.

Ertrauit tamen Cornelius in superiori narratione, dum loco Herardi de la Marck Cardinalis, Gerardum à Groisbeek posuit: Gerardus enim Gerardum pluraquam dimidij seculi interuallo præcessit; primus à Leone X. anno Christi 1521. renunciatus Cardinalis è vita migravit sub Clemente VII. anno 1528. alter verò nepè Gerardus non nisi à Gregorio XIII. in Senatū allectus est anno 1578. eius vitam idiomate italico conscripsit Ludouicus Becatellus Archiepiscopus Ragulinus, quam latinè reddidit Andreas

A Dudicius Sbardellatus, Episcopus Tininiensis in Hungaria, qui b orauit in Concilio Tridentino anno Christi 1562. quanquam e go illam eius Vitæ historiam non vidi, sed legi tantum apud Au berium, & Ludouicum Donium d' Artichy Episcopum Eduense m, qui eam ferè excipere; primus in 4. parte Historiæ Cardinalium, quam vernacula Gallica lingua nuper edidit, ac produxit vsque ad Gregorium XIII. alter in tertio tomo Florum historiæ Cardinalium, in lucem datæ anno 1660. Ipsi autem Polo elogia panxere Italicè Garimbertus, & Abbas Ghilinus; Latinè Ioannes Antonius Petramellarius, & Antonius Sanderus; Gallicè Andreas Thæuetus de viris illustribus, Hilarion à Costa Mimicæ familiæ S. Francis de Paula Historiographus non minimus, Henricus Albi è Societate Iesu, & Ioannes Imperialis in Musæo Historico. Agunt de eo pluribus præter Auctores à nobis ante commemoratos, Papius Mastonus de Episcopis Urbis; Onuphrius in Vitis posteriorum Pontificum; Laurentius Surius in Historia rerum memorabilium sui temporis; Nicolaus Sanderus de schismate Anglicano; & de visibili Monarchia; Ioannes Chappreauuillus de Episcopis Leodiensibus in Herardo de la Marck, & Georgio Austruaco; Andreas Duchesnius in Historia Anglicana, Scotiæ, & Hiberniæ; Nicolaus Orlandinus, & Franciscus Sacchinus in Historia Societatis Iesu; Ioseph Silos in Historia Clericorum Regularium; Ioannes Rho Societatis Iesu in exemplis Virtutum, & Vitiorum; Bernardinus Tomitanus in Clinico; Ludouicus Iacobus à S. Carolo in Bibliotheca Pontificia; omnesque vniuersim Historiæ Pontificiæ, Cardinaliæ, aut Anglicanæ Scriptores.

B

C


D

E

F



cere Tulliano renunciatus est. Ex m. ss. monumentis Vaticanis habemus teste Ferdinando Vghellio, die 15. Ianuarij anni 1537. Roderico Borgiæ datam esse Diaconiam S. Nicolai in Carcere Tulliano. Non diu vixit in purpura, nam post sex menses, mense scilicet Iunij anni 1537. in Hispania è vita migravit; eiusque obitus nunciatus est Romæ die 6. Augusti anni 1537. vti habemus ex ipsdem monumentis Vaticanis.



nec publicatus nisi decima tertia Martij anni 1538. Ciaconius locat hunc in quinta enunciatione Cardinalium facta à Paulo, in qua asserit, ipsum vnice fuisse renunciatum. Præfuit Diaconus primò Ecclesiæ S. Nicolai in Carcere Tulliano, postea S. Eustachij, quam Ecclesiam Presbyter etiam Cardinalis sub Pio IV. rexit. Administrauit Ecclesiam Capuanam, Compfanam, & Bisinianensem in regno Neapolitano, & Corozopotensem in Ducatu Britanno; Bisinianam administrandam suscepit anno 1537. eamque retinuit vsque ad annum 1548. deinde cum regressus, vt tunc mos erat, depoluit: Compfanam verò rexit ab anno 1538. vsque ad annum 1546. quo (cum ad Capuanam sit translatus) hanc liberam remisit. Legationis munere functus est apud Cæsarem Carolum V. & Franciscum Gallorum Regem ad sedandum bellum, quo tota Hetruria ardebat ob Senarum urbem. Regni Scotiæ patronus, cum Maria Scotiæ Regina iniusto carcere cruciaretur, & hæretica labes in Scotia grassaretur impunè, Catholicique Præsules ob Ca-

XIX. RODERICVS, seu Ludouicus Borgia, natione Hispanus, patria Valentinus, Ioannis Ducis Gandiæ, & Franciscæ de Castro, & de Pinos filius, Alexandri VI Romani Pontificis nepos; B. Francisæ Borgiæ Ducis, & Prepositi Generalis Societatis Iesu patruus, & Henrici item Cardinalis frater, Gandiæ natus, adhuc iuuenis, anno nostræ salutis 1536. ab sens à Paulo III. Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Car-

XX. NICOLAUS, seu Cola Caietanus nobilis Romanus, Camilli IV. Ducis Sermonetæ, & Flaminia Sabellæ filius, Bonifacij Papæ VIII. gentilis, atque ex fratre confobriño Pauli III. Pontificis nepos, Romæ natus die 24. Februarij nostræ salutis anno 1526. decimo suæ ætatis anno, ex Protonotario Apostolico, inter Diaconos Cardinales abiens cooptatus est die 22. Decembris anni 1536. referuatus tamen in pectore,

Ciaconius Cabera Aubery in Vita. Panuinius de Rom. Pontificib; Felix Con telor. in. in. Eleocho

Ciaconius Andr. Vighelli in Addit. ad Ciaconius. Panuinius de Rom. Pontificib; Petramell. Scipio Am mirat. in Historia. Florentina Aubery in Vita. Felix Con telor in Eleocho. Ferdin. Vghell. in Ital. sacra. Io Rubens in Vita Bonif. VIII.

Hieronimianos vocatos propè ciuitatem Placentinam, & alibi sibi constructa sepulchra hæc clarissima gens habet, adhuc apud me incertum. Cardinalis S. Pancratij, Compostellanus dictus à Iano Vitali, his versibus celebratur.

Te licet immodicis natalibus Hesperus Orbis

Et dederit claris nobislem imaginibus.

Et prisca ostentet quasita ab origine gentis

Raptaque vultibus barbara signa manu

Illaque quidem illustrem possunt te clara IOANNES

Ornare, & Patribus connumerare tuis.

Tu tamen in te ipso tanto es prestantior illis,

Et maiestatem gentis, is ante tua.

Vt tua tanta domus de se sibi lumina querat,

Splendoremque tua sedula lucis amet.

Cetera cum dederit tibi fors inuicta parentum

Hæc venit a genio gloria visua tuo.


Hic instituto sanctissimæ Inquisitionis tribunale ob emergentes hæreticæ pestes, si vnum Cardinalem Carrasam huius instituti auctorem excipias, primas tenuit: frater hic fuit magni Petri de Toledo Villæfranchæ Marchionis, ac Proregis Neapolitani. Orator Paulum IV. Pontificem, & Philippum II. Hispaniarum Regem bello, Albanum Ducem consobrinum suum Ioannes, ne vrbi signa inferret, breuissimis literis obtinuit, monens, non bene inter Turcarum, ac Maurorum vexilla, quibus Albæ Templum olim à maioribus fuisse exornatum, Romani Pontificis veluti victi de religione trophæa ad memoriam posteritatis posse suspendi. Avertit hæc vox imminenti vrbi cladem; tanti est nosse, qua quisque maximè ratione ducatur, vt persuadeas.

Dum inter sacri ordinis Prædicatorum religiosos viros viueret, à superioribus ad aliam ciuitatem missus, iter illud non nisi pedibus, pauperum religiosorum virorum instar conficere voluit: itineris lassitudine, & fatione defecisset proculdubio in via; nisi agrestis, sed pia mulier misericordia capta ad proximum tugurium lassum iuuenem inuitasset, in quo prostratus prorvs vires non tam cibo, quam quiete refecit, asinoque vulgari ab ipsa muliere commodato, reliquum itineris deinde confecit. Vt primùm dignitate Episcopali excelluit, beneficij memor, mulierem summo studio perquisiuit; at cum iam mortuam inuenisset, filiam vnicam relictam annuis redditibus illi attributis remunerauit; voluit enim per secula futura non solum maiorum suorum præclare gestis, sed suis præclari animi monumentis viueret; ambiguo apud omnem posteritatem iudicio, quæ nam gloriosior sit, maiorum ne, an Ioannis Cardinalis memoria.


Episcopus Cordubensis Cœnobio sanctorum Martyrum extructo, annuique redditibus dotato, religiosi viri, ordinis S. Dominici illud dono dedit: iam Cardinalis renunciatus Templum Salmanticense S. Stephano sacrum; & proximum Cœnobium, in quo vestem S. Dominici ipse puer induerat, restaurauit: ad ædificandum in Dei honorem erigendum scuta viginti duo millia, largam manu suppeditauit. Huic Ioanni Episcopo Dominicus de Soro librum inscriptum. De ratione tegendi, ac detegendi Secretum dicauit. Interfuit Comitij Pontificij, in quibus renunciati sunt Romani Pontifices Iulius III. Marcellus II. & Paulus IV. sub quo è vita migravit.

XXIII.

Petrus, quem alij Ennecum nominant, Manricus, natione Hispanus, Aloysij Fernandez Manriquez Marchionis de Anguillar, & Inicæ Pimentelle filius, ex Episcopo Cordubensi, non ad Margaritæ Austruacæ, vt scribit Ciaconius, sed Imperatoris preces absens, inter Presbyteros Cardinales tit. SS. Ioannis, & Pauli alias Pàmachiij coopatus est. In codice m. s. se legisse affirmat Andreas Victorellus, Petrum



Cardinalem Cordubensem anno reparatæ salutis 1540. die 26. Aprilis, cum paulò ante venisset ad Urbem, in Consistorio ad pedes, manus, & oris osculum publicè receptum, non tamen tubentigalero donatum; quia prius absens missum à Pontifice receperat. Pestilenti morbo correptus Romæ obiit die 7. Octobris anno 1540. ad Ecclesiam Aræceli depositus, inde in Hispaniam delatus est.



XXIV.

ROBERTVS de Lenocourt, natione Gallus, genitus è nobili prosapia Lenocourtiorum; patre Theodorico de Lenocourt Domino de Vignory ex Priore Charitatis D. Mariæ ad Ligerim, Abbas primò Barbellæ, seu Sacri-portus, deinde Episcopus Catalaunensis, demum ad preces Regis Gallo-rum, cuius erat Orator apud Carolu V. pro ducatu Gheldriæ, absens purpura ornatur à Paulo III. summo Ponti-

fice, ac titulo S. Anastasiæ; quo titulo relicto, illum S. Apollinaris primò, mox S. Cæciliæ obtinuit. Hunc S. Cæciliæ titulum ex permutatione suscepit: nam cum esset Presbyterorum primus, relicta Ecclesia Albanensis, quam optionis iure poterat consequi, consentit vt illi præesset Franciscus Pisanus Cardinalis. Rexit deinde Episcopus Ecclesiam Sabinensem in Italia, Metensem, Antisiodorensis; Archiepiscopus Ebrodunensem, Arelatensem, ac Tolosanam in Gallia. Nepoti Philippo de Lenocourt, postea Cardinali Catalaunensem Ecclesiam resignauit: In Metensi, anno 1552. mense Ianuario diem indixit omnibus ad generalia Comitia habenda: Hoc præfule fauente Galli vrbe Metensi eodem anno potiuntur. Interfuit creationi Iulij III. Marcelli II. Pauli IV. & Pij item IV. sub quo è viuis abiit. Nonas Februarij anno 1561. sepultus Metis in sacello Cathedralis Ecclesiæ à se constructo, & dotato: Alij dicunt, in Prioratu Charitatis sepultum, eiusque cineres ab Hæreticis dispersos anno 1562.

Sepulchrum D. Remigij in Cœnobio Rhemenfi ea forma, eo lapide, eaque pulchritudine extruxit, vt omnibus sit admirationi; in quo videre est duodecim Franciæ Pares, tum Ecclesiasticos, tum Seculares, tum Duces, tum Comites affabrè elaboratos. Metensem Ecclesiam à Iulio III. acceptam, tam benignè, prudenterque rexit; vt de ipso Metenses rectè tanquam de viro integerrimo, ac maximè pio Præsule vique nunc sentiant, & colloquantur. Malè Petramellarius inter Bellouacenses Episcopos hunc recenset, cum in tabulis eiusdem Ecclesiæ non numeretur illius Antistes: illum tamen commendat his verbis. *Robertus Luxemburgensis de Lenocourt Gallus, nobilissimo natus sanguine, vir litterarum cognitione, morum grauitate, vitæque sanctimoniam insignis, ex Priore, quem vocant Charitatis post Aegidium Luxemburgensem, Episcopus Catalaunensis electus est. Non dicam innumeras eius virtutes, pietatis, humanitatem, grauitatem, animi moderationem, & ceteras dotes, quas in bono Episcopo doctor ille gentium requirit; vt iure merito Iob patientia; humanitate Aegidium Abbatem; grauitate Agapium Pontificem; & postremò præ ceteris animi moderatione, atque doctrina Augustinum, Basilium, Hieronymum adque communi omnium confessione diceretur. Et paulò post: Metensem Episcopatum à Iulio III. moderandum accepit, in quo administrando, tam benignè, tam modestè, tamque prudenter se habuit, vt Boni Roberti nomen sit consecutus; & de ipso Metenses, vt de integerrimo, ac maximè pio Præsule vique nunc, & sentiant, & colloquantur. De eodem hæc Ianus Vitalis cecinit.*

Numam videre si quis optat alterum,

Et alterum si Romulum:

En Purpuratus hic ROBERTVS nobilis

Ille ille LENONCOURTIVS

Spirans vigorem mentis, & prudentiam,

Priscamque fortitudinem.

Vides desertis finxit, vt coloribus

Illum desertus Artifex.

Naturam, & arti, artemque natura obsequi

Vt imperauit inimicem.

Dices in illo subsilire spiritum,

Et palpitare musculos.

Congessit huc natura fecundissimas

Dotes superbe Gallie,

Locumque in vnum sanctitatis symbolum

Et gratiarum lumina.

Quod si videres pectoris reconditas,

Et mentis elegantias;

Non est imago vera LENONCOURTII,


Hæc, quam videmus, dices.

Huiusce Cardinalis numisma cum insignibus, ac litteris: IN LABORE QUIES: vidi in Musæo Caroli Antonij à Puteo.

Ciaconius Claud. Ro bertus in Gallia. Christiana P. Frizon in Gallia Purpurata Felix Con telor. in as Elencho. Io. Chenu de Episc. Galliz. Andr. Vi storell: in Addit. ad Ciaconiu. Paninius de Rom. Pontificib Aubery in Vita. Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciacon. & in Ital. fac Franc. Bel car. in Cœ. ment. rer. Galliaru. Sammar thani in as Gallia. Christiana

Ciaconius Andr. Vi storell. & Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciaconiu. Felix Con telorius in Elencho. Aubery in Vita. Paninius Cabreta.

Ciacanua Thō. Dē- pterus in Hist. Scot. Io: Leslau de Geit. Scotorū. Georgius Conq. de relig. apud Scotos. Jac. Aug. Thuan. in Historia. Florind. Remund. in Histor. Hæresum. Ludouic. Dopius de Attichy in hist. Cardd. Andr. Victorell. & Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciacanū. Camerac. de pietate Scotorum Andr. De- chesaius in Hist. getis Bethuniæ. Felix Con- telorius in Elencho.



XXV.

DAVID Betonius, natione Scotus sanguine, & cognatione ipsis Scotiæ Regibus, vt scribit Garimbertus, propinquus; Baronis de Balfurno filius, tum propria indole ad virtutem pronus, tum nobilissimorum parentum cura ad bonas artes, litterasque formatus, earum rudimenta breui perdidit, ac future, qua deinde polluit eruditionis fundamenta in Scotia iecit. Vbi primum adoleuit, hoc est anno æta-

tis decimo sexto, consilio, & suasu maiorum suorum ad florentissimam toto orbe Parisiensem Academiam missus est: difficile autem dictu est, quantum Dauid progressu temporis, accedente ad naturæ bonitatem optimorum præceptorum institutione prouentum reportarit in patriam, adeo, vt in illam regressus, Duci Albaniz bellica fortitudine clarissimo, qui apud Iacobum Regem plurimum gratia, & auctoritate valebat, ob eximias illius ingenij, ac doctrinæ dotes fuerit charissimus, qui cum de illo coram Rege, ac regni Proceribus multa prædicasset, admissus deinde ad ipsius Regis præsentiam, atque colloquium, iisdem artibus, ac dotibus, quibus Albanensis in gratiam se insinuarat, eisdem quoque Regis beneuolentiam sibi comparauit. Nam, & forma corporis præstanti, & ingenio supra ætatem maturo, & comitate in omnes, ingenuo viro digna; omnium in se amorem, admirationemque prouocauit, & Regis ipsius, qui eum statim consiliorum suorum comitem, & participem esse voluit, ac quibuscunque publicis muneribus iudicauit idoneum. Placuit id mirum in modum Iacobo Betonio Glasuensi Archiepiscopo, patruo, Dauidem fratris filium ijs virtutis, prudentiæ, ac litterarum ornamentis, Regi, totique eius curiæ innotuisse; quare Abbatiam magni census, ac præcipue dignitatis, quam tunc possidebat, annuente Rege in Dauidem nepotem transfudit. Quam is ita rexit, vt, & patruus ipsius, & Regis, omniumque conceptæ de ipso expectationi responderit, quod ex Archibaldi Hayo eius æqualis, & consanguinei panegyrico plenius demonstratur. *Hæbes, legitimus in illo, gregem Monachorum doctrina insignium, morum castimonia pollentium, qui vta integerrime acta exemplo plurimos ad pietatem alliciant, quisque sobrietatem in vultu, & somno, pietate in precibus diligentissime obseruent. Cuius boni causa est, quod nacti sunt te patrem omni virtutum genere affluentem, vt alium nolint, etiam si daretur optio deligendi aliquem ex multis milibus, & fieri sepius solet, vt in domo bene instituta tales sint liberi, qualis est paterfamilias. Et post multa: Non recensebo adficia omni ex parte augustiora esse facta, vt procul aspicientibus loci dignitas nescio quid diuinitatis habere videatur, & præstantium animos ad cultum Dei flectere. Non dicam censuum, quod supererat à necessarijs, impartitum vñsibus pauperibus, atque annonam subleuanda indigentia. Non exprimam charitatis præstita officia, quibus narrandis nulla pars sit oratio futura; ne dum mea; non iacent in tenebris omnia hæc; in lucem posita sunt: hæc ibi.*

A Iacobo Scotiæ Rege Orator in Galliam anno 1534. missus, negocia omnia pro sententia vtriusque Regis prosperè, feliciterque confecti; quare ab vtroque etiam præmijs, & honoribus affectus est; accepto à Rege Galliarum Francisco huius nominis Primo, Mirapicensi in Oritania Episcopatu; à Iacobo verò Metropolitana sede à S. Andreae Templo dicta, cui Primatus Ecclesiarum Scotiæ annexus est; ac præterea eundem Paulo III. Romano Pontifici plurimum vterque Rex commendauit, vt eum in facrorum purpuratorum Patrum Senatuum adscriberet, quod, & obtinuit anno Christi 1538. die 20. Decembris; quo Betonius Cardinalis dictus est, & Presbyterali titulo S. Stephani in Cælio monte donatus. Accepit autem pileum à Pontifice sibi missum Latini Iuuenalis ipsius Papæ intimi Cubicularij viri eruditissimi ministerio. Mirapicij Episcopatus annuente Paulo III. cuius extat Diploma, possessionem anno 1537. cepit; cuius *Regimini pastoralis* indicium illud est, quod cum Philippus de Lewis Dominus temporalis ciuitatis Mirapicensis, hæres patris Philippi Episcopi, Dauidis decessoris, Castrum, ac Toparchiam de Mazerettes ex dominio Episcopali inuasisset, Betonius Cardinalis ipsum, placito maioris consilij anno 1545. ad restitutionem impulerit.

Obseruant Andreas Victorellus, & Auberius, Iacobum V. Scotiæ Regem, qui zelo propagandæ fidei Catholicæ non mediocriter enituit, ob quam etiam magnam ab historiæ Ecclesiasticæ Scrip- toribus laudem tulit, cum animaduertisset Ioannem Fischerum Cardinalem, & Antistitem Roffensem, aliosque fortissimos Christianæ religionis athletas, Henrici VIII. Angliæ Regis in transfuerum acti læuitia necatos, & quasi extincta in miserando illo regno fidei Catholicæ lumina; sancto, ac prudenti consilio Paulo Pape III. suggestisse, vt Dauidi Betonio Præsuli Sanctandreaano Romanæ

A purpuræ decus, dignitatemque decerneret; ne sancta Christi religio, externis hisce signis, & ornamentis in Britannia carens, atque languescens, penitus interiret; quod consilium probauit, laudauitque Cardinalis Sadoletus apud Paulum his verbis. *De Scoto illo promouendo uehementer probavi consilium tuum; perspexi enim penitus cum altitudinem animi tui, tum vim singularis prudentiæ, per quam pati non vis impium Regem vacantem domesticis, finitimisque periculis suspicionibus, impune ac licenter in depopulanda Dei Ecclesia debacchari. Quod consilium simul, & factum, sanctitatis Tue Deum immortalem fortunaturum esse non dubito; idque vti eueniat Deum eundem precor.*

B Contraxerat Iacobus Rex Scotiæ post obitum Magdalenz Francisci I. Regis Galliarum filia, matrimonium cum Maria Guisiana Longouillari Ducis vidua; & lutheranissimi suspectos plures igni tradiderat, aliosque exilio multauerat. Iacobo Regi manifestè ob id offensus erat Henricus VIII. Angliæ Rex; pupugerat quoque Angli animum aduersus Scotum; quod ad congressum cum eo Eboracum venire detraxisset; vnde, & eius regnum inuadere cogitauit fauentibus ei vniuersis lutherani dogmatis toxico imbuitis, & alijs, qui rebus nouis in Scotia studebant; quorum nonnulli in Anglia ad ipsam Henricum confugerant, Cardinale interim Regi suo astante pro muro, & aggere aduersus omnes factiosorum impetus. Post primas pugnas vitro, citroque initas, in quibus victores initio fuere Scoti, tandem Anglus præualuit. Quapropter ex dolore acceptæ cladis Iacobus Rex in morbum incidit, è quo intra paucos dies mortuus est, relicta vnica prole Maria, octauo antedie nata.

C Iacobus Hamiltonius Araniæ Comes Regi propinquitate iunctus, regni Gubernator, Reginaque infantulæ tutor à regni Principibus est declaratus, reclamante Dauide Cardinale Betonio, quod is ex testamento defuncti Regis delatum sibi tribus assessoribus è numero primorum Procerum adiunctis, summum Magistratum, ac regni procuratorum contenderet. Henricus verò Anglus insperem erectus obtinendæ Scotiæ, non iam aperto Marte eam agredi decreuit, sed via matrimonij, qua Mariam puellam filio suo Eduardo quinquenni respondere petijt; Legatosque eo sine ad Hamiltonium misit, quibus auditis ad 3. Kalendas Maij anni 1543. Nobiles regni conuocauit, indicijque comitia, quibus postulata Regis Anglorum Henrici examinarentur. Sed qui à partibus illius stabant, non dubitantes, Cardinalem, qui Pontifici, & Gallis erat addictissimus, per amicos, & clientes, quos habebat plurimos, totis viribus impediturum, ne quod petebat Henricus Anglus, assequeretur; neue Scotia in Principis Catholicæ fidei desertoris, atque hostis truculentissimi potestatem veniret, domi repente comprehensum in Castrum Dalketum, indeque in suam fanam Andreae arcem conijciunt. Quo tempore violata Ecclesiæ immunitate in persona sui Præsulis, à sacris, diuinisque officijs in vniuersa Santandreaana diocesi cessatum est; & Paulus Romanus Pontifex pro eius liberatione Marcum Patriarcham Aquileiensem delegauit in Scotiam. Prorex autem, seu Gubernator Hamiltonius, quem depingit Buchananus, ingenio fuisse ad quietem prono, atque à turbis alieno, modo Regina, ac Gallis, & Pontificijs, modo Anglis Scotiæ perturbatoribus, ac in regno, & religione nouantibus adhaerens, quandam ordinis religiosissimi apostatam Guillelmum nomine, ab exilibus, qui nuper ex Anglia redierant; subintroductum permisit, impune Diplomata summi Pontificis, librosque Catholicis dogmatibus refertos palam pro concione lacerare, ac sua auctoritate indulisit, vt liceret cuique pro libito Biblia sacra vulgato idiomate legere, precesque ac ritum orandi, quem velle, tenere. Ex quibus infaustis signis, ac prænotionibus primum cœpisse visam scribit Ioannes Leslaus Roffensis Episcopus, veræ, & auitæ religionis in Scotia professionem in occasum inclinare; præcipue cum Henrico Angliæ Regi à Scotici regni ordinibus concessum fuisset filij sui Eduardi cum Maria regni herede coniugium; induciæque ob id ad decennium pactæ; statimque Cardinalis Betonius è carcere eductus, libertatque restitutus est. Quo tamen vt putatur, agente, cui nulla vnquam fuit cum hæreticis quies, aut societas; Scoti Mariam Reginam suam in Anglia educandam, Eduardo coniungendam tradere abnuerunt; vnde postmodum rupto fœdere, bellum in eos Henricus acrius, quam antea redintegrauit.

D At neque ob id, neque ob Regis Angli minas, aut carceris, que perpeffus est, incommoda, animo cecidit inuicissimus Cardinalis; potius enim se erigens contra omnes hæreticorum in illius caput coniuratorum machinas, atque insultus, Marino Cardinale Patriarcha Aquileiensi sedis Apostolicæ Legato è Scotia discedente, eisdem in eo officio subrogatus, sub initium mensis Martij an. 1543. omnes Scotiæ Præsules quasi in dicto Concilio coegit ad consultandum qua ratione, quoque remedio hæresis luis, que vniuersam Scotiam ex Angliæ proximæ contagio iam penetrauerat, lateque depopulabatur, occurrì posset; ac Georgium quendam Vulcherum, vt cognominat Leslaus, siue vt Buchananus, Sephocardium lutheranæ sectæ ministrum, & concionatorem præcipuum, hæresis conuictum, ac damnatum, nec respicere volentem publicè comburi iussit. Quæ res auxit ipsorum notatorum in Cardinalem Betonium inuidiam; etenim nonnulli Sephocardij exemplo sibi

E **F**

metuentes; alij quorundam e Scotia primoribus auctoritati Cardinalis inuidentium consilio, & suasu, vel priuatis odijs incitati, duce in primis Normanno Lesio Comitis Rothuzie filio in Cardinalis vitam conspirarunt.

Is igitur Lutheri heresi imbutus, & priuatis ex causis non leuiter Dauidi offensus, ac vindictam spirans, quinque tantum comitibus Andree fanum ingressus inconsumtum diuersorum se recepit, vt ea paucitate cardis consilium dissimularetur. Erant preterea in oppido decem ex coniurationis conscijs, qui alij alio in loco rei aggrediendae signum expectabant: cum hac manu tantum facinus obire est ausus Normannus in oppido pleno propinquorij, & clientium Cardinalis. Erant tum in illis regionibus dies longissimi, nempe circiter Maij nonas, & Cardinalis arcem suam in vsu belli ab Henrico Rege, qui iam Scotia littora infestabat, parati communiebat tanta festinatione, vt prope diei noctem in opere continuaret. Igitur cum diluculo ad operas immittendas aperiretur porta, Normannus e suis in domuncula propinqua duos praemissos in insidijs collocarat, vt ianitore ab ijs comprehenso, portae compotes, signum, quod conuenerat, ceteris daret. Hoc pacto sine tumultu omnes ingressi, quatuor e suis miserunt, qui Cardinalis ostium obseruarent, ne quis ad eum nuncius perferri posset: alij circa aliorum cubiculum missi, qui hominum, & locorum noticia freti militros nominatim excitent; eos cum semiformes sigillatim euocassent, mortem praesentem, si quisquam mutiret, comminari, extra arcem inuolatos, sine rumore eduxerunt. Ita ceteris eiectis cum soli arce potirentur, qui obsidebant Cardinalis ostium, tum demum pulsant, rogati quinam essent, cum sua nomina edidissent, intromissi, promissa, vt quidam sunt auctores, in eorum cubiculo irruentes, dum surgens e lecto vestiretur, multis vulneribus confossum crudelissime mactarunt; atq; ad omnis immanitatis, & impietatis cumulum, eius occisi cadaver sacris vestibus purpureis indutum in fenestrae cancellis spectaculo cunctis futurum; omni alio ludibrij genere addito, quod minutius explicare iuxta prohibemur verecundia, suspenderit. Confans igitur fidei Catholicae defensor, euolauit ad superos die 28. vel 29. Maij anni 1546. seu, vt vult Contelorius, Auberius, & alij 1547.


Cardinalis amici rumore captae arcis per totam urbem sparsae, ad auxilium, & arma vocantes protinus aduolarunt; sed, qui eos ex arce spectabant frustra tumultuari conclamarunt, & mortuo feram opem ferre. Prorex Hamiltonius, quod nec cognato suo sanguinis coniunctio, nec Cardinali dignitas, nec Cancellario regni maiestas, nec cui domus propria ad impiorum effugiendas insidias quicquam profuissent, grauissimè ferens, in tanti sceleris auctores capitis, proscriptioque sententiam tulit, arcemque, qua se includebant sicarij, expugnare tentauit, vt meritis de ijs poenas sumeret, sed irrito conatu, donec missa sequenti anno à Rege Francorum classe, Leo Strozzius eius ductor supra expugnatam disiecit, & captos reos in Galliam duxit, qui tandem omnes tanti sceleris poenas violenta morte breui tempore luerunt.

Quo magis fuit ab impijs, ac sacrilegis Dei, & Ecclesiae hostibus indigne habitus Dauid Cardinalis, eo quoque amplius non tantum ab ipso Romano Pontifice ad primarios honorum Ecclesiasticorum gradus euectus est; verum etiam à plerisque Scriptoribus mitis laudibus exaltatus. Ab Archibaldo namq; in huius Cardinalis Panegyrico à nobis supra laudato dicitur dignitate post Regem in regno Scotiae eminentissimus, opibus potentissimus, & consilio sagacissimus, omnium in se oculos, atque ora coniecta habuisse; nihil tam magnum esse, quod ab eo non expectetur; nihil tam arduum, quod modico negotio non putent cuncti superare illum posse; nihil honestum, quod nolit; nihil turpe, quod velit; nihil iustitiae coniunctum, quod forti animò, vt decet hominem, heroica virtute praestantem non faciendum suscipiat; nihil ab eo temotum, quod pari fortitudine non repellat, cum res omnino preclara sit, magni iuxta, ac boni viri personam agere. Item esse in eo ineffabilem comitatem, ab omni temotam agere, & summam in eorum vtriusque fortunae varietate constantiam.

A Ioanne Ferrerio Pedemontano in epistola nuncupatoria suae Appendicis ad Historiam Scotorum Hectoris Boetij; dicitur religionis antiquae vindex, ac patriae libertatis assertor, qui in ea religione tuenda, in qua natus, & sanctè educatus fuit, vsque ad sanguinis effusionem perstitit. A Paulo Iouio; Purpurei galeri dignitate, vitae splendore, ac ingenij grauitate illustris. Ab Andrea Viorello; Acerimus fidei Catholicae impugnator, praecipuusque illius custos, spectata nobilitate, doctrina, & integritate insignis. Ab Henrico Spondano; Zelo Catholicae religionis estuans, de custodienda fide Catholica vehementer sollicitus, quam per affinitatem Anglicam ingenti periculo cenebat expositam. Vnde Thomae Dempsterus in Historia gentis Scotorum honorifico illum, martyris titulo appellat, atque vt talem Martyrologio suo Scotico adscribit, quod fecerunt, & alij multi ab ipso; vt potè Andreas Viorello in Hist. anni Iubilaei: Ferd. Vghellius in Notis ad Ciaconium: Camerarius de Scotorum pietate: Spondanus in continuatione Annalium Baronij: Auberius, & alij. Estq; duplex huius honoris à Deo adepti coniectura, seu potius confirmatio, eaque validissima; prima quod certa assertione grauissimorum virorum, à

quibus Viorellus rem ipsam se accepisse testatur, habemus, sanguinem, quo parietis, aut fenestrae, è qua ille post mortem pependit, lapides tincti fuere, nunquam eradi, aut deleri potuisse quocumque conatu: altera Deum tam iniquam, & cruentam necem, in sicarios vltum fuisse.

Betonia familia Scotica eadem omnino cum Bethunia, quae in Gallia mirè floret, è qua prodijt Philippus Bethunius, multis pro Gallorum Rege legationibus, nostris huic temporibus clarus.



XXVI. HIPPOLYTUS Estensis, huius nominis secundus, senioris Hippolyti Cardinalis nepos, & Alphonsi Ferrariae Ducis, & Lucretiae Borgiae filius, Francisci Primi, & Henrici II. Galliae Regum affinis, natus est Ferrariae ix. Kalendas Septembris anno à partu Virginis 1509. hora tertia pomeridiana. Is praeter gentilitiam nobilitatem cum prudentia, consilio, fide, doctrina, veraque animi nobilitate polle-

ret, in aula Regum Galliae Francisci I. & Henrici II. cum quibus, vt diximus, affinitate coniungebatur, à prima aetate versatus, meruit ab eisdem non modo publicis, ac priuatis consilijs adhiberi, in quibus egregium se virum praebuit; verum in administratione Arelatenfis, Aurelianensis, vt nonnullis placet, Mediolanensis, Auxitanis, Aduensis, Lugdunensis, Trecorensis, ac Maurianensis Ecclesiarum, Monasteriorum item Praemonstratensium Aethanati, & Flaugeni, aliorumque Sacerdotiorum à praedictis Regibus, ceteris Praefulis praeferi. Quibus dignitatibus non contentus Rex Franciscus à Paulo III. illi purpuram impetrauit. Ferdinandus Vghellius scribit, Hippolytum hunc, nunquam Narbonensem, neq; Aurelianensem Ecclesias obtinuisse, cum Claudius Robertus in Gallia Christiana, neque Annales Ecclesiarum illarum inter Episcopos hunc recenseant. Dat tamen illi laudatus Vghellius Nouariae Praefulatum post Mediolanensem, quem anno decimo quinto aetatis obtinuit. At Sammarthani fratres in Gallia Christiana nuper edita Hippolytum inter Narbonenses Archiepiscopos recensent; illum tamen non numerant inter Aurelianenses Praefules; quare cum illis alioquin diligentissimis Scriptoribus dicendum, Hippolytum administrasse Narbonensem, non autem Aurelianensem Ecclesiam. Francisci igitur Regis Galliarum precibus die 20. Decembris, anni 1538. renunciatus est Diaconus Cardinalis, sed non publicatus, nisi die 5. non Maij, vt errore amanuentis legitur in Ciacone, sed Martij anno 1539. mandante Pontifice praefuit Diaconae S. Mariae in Aquiro; quam Ecclesiam etiam titulo Praebyterali postea retinuit, quousque transfijt ad Ecclesiam S. Mariae Nouae, nec amplius illam dimisit, vsque ad obitum enim eandem retinuit. Ciaconius scribit alij titulus insignitum Hippolytum, nempe S. Mariae in Via lata, S. Anastasiae, ac demum S. Mariae Nouae. Venetas deinde ab eodem Pontifice anno 1544. Republicam, togatum, vt secum, & cum eodem Francisco Rege foedus inire vellet, missus, & è Gallia postea Romam eidem Pontifici Regis nomine suaturus, vt Patmensi ciuitati Horatium Farnesium, qui Regis filiam in vxorem duxerat, praeficeret, reuersus est. A Iulio III. Episcopus Ferrariensis anno 1550. renunciatus, sequenti 1551. ob quosdam inter Iulium eundem Pauli III. successorem, & Henricum II. Gallorum Regem excitationes simultates, vix impetrata à Pontifice abeundi venia discedens, Ferrariam cum diuertisset, Brixelli castri Regiensis ditionis Hercule Duce fratre deferente, clauum tenuit. Senas praeterea sequenti anno pro Christianissimo Rege, quia ciuitas illi se dederat, biennio, donec Petrus Strozzius in Italiam venit, firmo praesidio munitam placatè moderatus est.

Sub Pio IV. legationis munere functus est in Patrimonio S. Petri; paulò post ad Romanorum Regem in Germaniam pro pace ineunda, mox in Galliam ab haereticis vexatam ab eodem Pro-mittitur, illiq; comites, & ministri dati inter alios Prosper Sanctacruscius Romanus, qui Prolegati munere fungebatur, & Matthaeus Contarellus, qui subnotandis Supplicibus libellis praefuit, quem Gregorius XIII. in Cardinalem postea promouit. In qua legatione obeunda quamuis sibi magnam laudem comparauerit, non defuerunt, qui huic crimini darent, quod damnatae sectae viri concioni interfuisset; at si quis Hippolyti Cardinalis epistolam hac de re è S. Germano iij. Nonas Februarij anno 1562. ad Casertanum Episcopum conscriptam, quae in tertio tomo Epistolarum Principum extat, legerit, id turbulentijs ijs temporibus iure factum fuisse vel dicit, vel consilij sui rationem Cardinalem reddidisse, omni aasseruatione affirmabit. Saltem nemo in postero Hippolytum damnare, nisi prius percurrat quae pro eo solidè, doctèq; scriptit Cardinalis Sfortia Pallaucinus in Historia Concilij Tridentini.

Ciaconius Andr. Viorelli: in Addit. ad Ciaconium. Samarth. in Gallia Christiana. Paouinus de Rom. Pontificib. Hier. Gaurimbertus Anton. Sader. in Elogijs Card. Aubery in Vita. Ferdinand. Vghell. in Ital. sacra. & in Addit. ad Ciacon. Petramell. Felix Contelorius in Hencho.

Sub

Sub eodem Pio Quarto Pontifice legationis iterum Patrimonij S. Petri munere, & monasterij S. Catharinæ de Rosa nuncupati in Vrbe patrocinio cohonestatur, cuius munificentiam, Stanislaus Relcius in Vita Cardinalis Varmiensis commendat; & meritò; nã sæpè sapius puellarum inopiam propria pecunia subleuauit.

Neq; solum Gallia, sed, & eximius, ac prope singularis honestarum artium omnium, & eruditorum hominum patronus, quos, & probos beneficentia assidue subleuabat. Paulum Manutium, hominis celebritate notū, & litteris non vulgariter expositum, in familiarium suorum ordinem vocauerat; cui Paulus idem, M. Antonius Muretus, & Caelius Calcagninus tanquam amplissimo doctorum virorum Mæcenati suos libros inscribere. Dum mensē assidebat, epulas suas nulla re magis, quàm honestissimis eruditorum hominum sermonibus condiendas curabat; & in perpetua grauium munerum ad publicam salutem pertinentium procuracione occupatus, quotidie aliquid temporis in liberalium artium tractatione collocabat.

Romæ in Quirinali, ac Tibure Hortos amœnissimos in summo montis extruxit cum permagnifico prætorio, statuis antiquis, picturis, & regia prorsus suppellectile pleno, ad imitationē prisici luxus, & splendoris, de quibus Franciscus Schotus, & Hieronymus Capugnanus in Itinerario Italiae.

Huius licet Villæ, prætorij, atque Hortorum elegantibus delicijs potissimaq; cultura maximo sumptu instructa; sæpe Hippolyti Cardinalis animus relaxatus, non satis tamen longum vitæ spatium peregit; nam cum nondum tertium, & sexagesimum ætatis annum attigisset, die Martis jv. Nonas Decembris anno salutis 1572. Gregorij XIII. Pontificatus primo, Romæ immaculatum Deo spiritum suum commendauit: corrigendus Cabrera, qui eum ex hac vita migrasse refert nondum trigessimū tertium annum attingentem. Corpus in Ecclesia S. Catharinæ de Rosa depositum, ad Tiburis ciuitatem translatum, in Ecclesia S. Francisci sacra humatum iacet, atque hoc commune cum Aloysio Atestino Cardinale habet epitaphium, quod Cæsar Atestinus Marchio, postea Regij, & Mutinæ Dux patruo, & patrueli bene de se meritis posuit.

D. O. M.
HIPPOLYTO ET ALOYSIO PRINCIPIBUS ATESTINIS
S. R. E. CARDINALIBVS
CAESAR ATESTINVS MARCHIO PATRVO ET
PATRVELI BENE DE SE MERITIS P. C.
M D X C V I I.

In eius funere M. Antonius Muretus Orationem habuit:

Ad hunc Cardinalem litteras dederunt Galeorus Comes Mirandula, & inueniuntur editæ in primo tomo Litterarum ad Principes; Iacobus Sadoletus, & Paulus nepos; Ioannes Matthæus, & Petrus Aretinus; ei quoque Paulus Manutius suum dicauit librum de Legibus Romanorum. Epistolam scripsit ad Arnoldum Sorbinum, Mureti epistolis insertam.

Pluries in Comitij Pontificij suffragium tulit, videlicet pro Iulio III. Marcello II. Paulo IV. Pio IV. & Vac Gregorio XIII. eius laudes attigit Io: Baptista Gyraldus in Alpho I. Duce Ferrariæ his verbis. *Hippolytus Cardinalis Franciscu Galliaru Regem summa prudentia inuit ea felicitate, ut eum mirum in modum amaris, Sacerdotijs amplissimis ornauit; & cum re ipsa Rex expertus esset, neminem unquam ad consilia ingenium prudentius Hippolyto deflexisse, eundem semper suorum omnium consiliorum participem habuerit. Henrico vero patria virtutis, & regni pariter herede, nõ defuit consilio, non prudentia, non opibus, non animi fortitudine.* Hic sua prudentia Ludouico Pico Mirandulæ arcē contra Iulij III. arma seruauit illæsam: quare meritò inter Heroum Estensium simulacra, Hippolyti effigies in Cænotaphio Francisci Ducis vila, est cum hoc Elogio.

Animo reputa Thetidis Virbij natale bustum,
Quisquis ESTENSEM conspicaris HIPPOLYTVM.
Posterorum memoria refingente, denuo viuit immortalis.
Qui semel iam vixerat fingente Natura.
Gloriæ nondum maturæ Phosphoro sublucente periturus
Parente, ac obstetrice prudentia.
Regali scilicet Amazone.
Masculos animos imbibens adoleuit ad Purpuras.
Quibus acceptum decus vbertim redderet, an sceneret?
Ipsi collatæ pretium dignitatis.
Magni nomina non impertuit, aut impressa iam reperit.
Addito quidem nitore tituli, qui minor celsitate meriti
Sublimi staturæ virtutis admouebatur
Quam nullus honor æquaret.
Gigas apparuit, impari suis humeris exceptus à trabea
Quæ prius abunde maximis aptabatur Heroibus.
Vix Togatum declarauit FARNESIA Thaumantias.
Cum gentis Orthodoxæ Regnator, PIVS fecit armatum.
Vt dibapha vestiretur, Hærelis ipsi mactanda committitur
Decorus est murex, qui vulneratæ superstitionis hauritur è vena.
Gallico sub Cælo Lutheri monstra impunè ferociebant;
Quare deligitur venator HIPPOLYTVS.
Qui legum laqueis eadem vel irretiret,


Vel nominis auctoritate conficeret.
Verè difficilem Prouinciam suscipit,
Qui docet ingenium mitius esse feris.
Circæus crater hominum vultus traducebat in beluas,
Sed beluina metalla quis recudere nouit in homines?
Si parcis iam securæ pertinaciæ rigor obduratur.
Dum silicem feris, abstrusos ignes exulcitas
A quibus Prouinciarum salus incensa labefactatur.
HIPPOLYTVS aulteri iudicij magisterio cicures reddidit,
Qui nimia humanitate recruduerant.
Quoties blanda fomenta obducti vulneris emarginant cicatrices?
Non semel capitis vnguentati conquisitæ rosæ
Regnorum corpus emaciant.
Quod asperæ cassidis immani pondere confirmatur.
Ille discordiarum zizania opportuno ferro depastus
Certè castigauit, si stirpitus non euertit.
Aciem falcis opperiebantur apud Regium Martem
A qua saltem felicius amputata, si minus extirpata inarescent.
Apud Tiburtina Tempe
Quæ apparatus magnificentiæ luminibus viuens ornauerat;
Extinctus HIPPOLYTVS habitauit.
In lace conditus, qui nunquam liberali à splendore discesserat.
Ita denuo Tibur Herculeum
Suo potitur Alcide.
Qui tunc maximè quando factus est Gallicus,
Intempestiæ comitatis auro abdicato
Et ferro instructus seueriori cum ferarum grege confligit,
Quæ non inter Sidera censerentur, sed detruderentur in Tartara.

De eius cum Caluiniano Beza de religionis controuersijs colloquio sic refert Muretus libro xvj. variarum Lectionum cap. 4. habito enim in prandio de summo, & potentissimo Rege impotenter tunc in insula grassante, sermone, à prandio hæc illi sine arbitris suggestit. *Nihil, inquit, prohibet esse aliquem, & optimum virum, & non optimum Principem; optandus est medicus, qui aliquando egrotarit: non satis aptus est ad regendum, qui ab hominibus ea, qua sunt supra hominem, exigit: miseros homines, si sola innocentiæ tales fecit. Cogitet, qui imperet, quando sibi olim alios imperare voluisset. Ad hæc in crudeles Tyrannos aiebat. Qui ad minora peccata commuere interdum non vult, sæpe ad maiora homines cogit; aliud vitio est, aliud correctio; qui vlcisci, iratus est: qui corrigere amicus. Ille eum, qui peccauit, non amplius esse vult; hic esse quidem, sed non amplius talem esse: non sunt ferenda vitia; sed qui nullum vitium fert, nullum hominem feret. Sic amplissimus ille, ac verè Cardinalis diserebat.*

Demum Hippolyti Cardinalis felix censendus est Pontificatus Mediolanensis, dum D. Pauli decollati Clericorum Regularium, ordo Mediolani bono ordine initium sumpsit, anno 1526. cuius fundamenta iecit trium illustrium virorum pietas, Antonij Mariae, nempe Zachariæ Cremonensis, Bartholomæi Ferrarij, & Iacobi Antonij Morigiæ Mediolanensium. Hic cum plerosque ad instituta innocentis vitæ Clericorum digna, verbo, & exemplo allexissent, domumque primam ad D. Barnabæ Adem formam perduxissent, Barnabita nuncupati fuere. Nobile institutum Pontifices maximi Clemens VII. & Paulus III. approbarunt, & sanctus Carolus Mediolanensis Antistes deinceps regulam, & constitutiones firmavit. Nec dissenfit ab illius laudibus Ianus Vitalis dum cecinit.

Hanc tibi Pyramidem ponunt tria Numina, fana,
Aeternitas, & Gloria.
HIPPOLYTE illa tibus affargit ad Aeterna summa
Sublimis artis angulis.
Hinc augusta domus numerantur facta vetusta
Originesque Regia
Gentis ATESTINÆ, mox nobilis Urbis honores
Ferrariensis inctyts;
Et monumenta antiqua tuorum, & mille trophaea
Quasita tot Victorijs
Tertius inde tuis inscriptus laudibus omnem
Vincit piorum gloriam.
Hinc populi assurgunt, Seruatoremque salutant
Seruata, & hinc Respublica
Illinc Purpureo pro casside tectus amictu
Sperare cunctos precipis
Bellorum extinctis facibus, trepidoque tumultu
Securitate maximam.
Hec plena est omnis facies Annalibus istis,
Tuisque factis fortibus.
Nam semper, semperque manus studiosa labori
Addunt vicissim Numina.
Eiusdem laudes cecinit Lælius Capilupus.

Claonius Hier. Gaimbertus Franc. San. fouinis in Vita Ital. Ing. script. Ioan. Casa n Vita. Andr. Vi. storell. in Addit. ad Ciaconiū. Anton. Si der. in Elo gis Card. Felix Con telorius in Eleacho. Paonius Aubery in Vita. Hēric Spō dan. in An nal. Eccl. Hēric. Al bi in Elog. Cardd. lac. Gad dius de Script. nō Ecclēsiast. Mutius Pā ta in Bibl. Vaticana. Hier. Ghil li in The atro litter. lo Imper. in Mulzo Laur. Sur. in Cōmēt. Jacob. Bo nus in hist Melitenf. Scipio Am miratus Boiffard. in Bibliot. Ferdinā. Vghell. in Addit. ad Ciacon. & in Ital. fac Petrus Iu stinianus in Histo r. Veneta.



XXVII.

PETRVS Bembus Vicētia, seu potius Venetijs natus, annis post Christum natum 1470. die 28. Maij, patrem habuit Bernardum Bēbum Senatorem, hominem cum vetere nobilitate, tum doctrina, tum etiam dignitate clarissimum: nam res omnes Venetorū publicæ à certis nominatim familijs administrantur, eæque claræ habentur; reliqui ciues quantum sint eorum multæ amplæ, honestæq; familiæ; neq;

genus suum magnopere extollunt, & in sua quisq; re gerenda occupati, ciuitatis procuracionem ferè non attingunt. Inter eas familias Bembi antiquissima stirpe orti, cum omni tempore in republica floruerint, ampli in primis, illustresq; numerantur. Erat præterea Bernardus suo etiam priuatim nomine propter viris scientiam, qua plurimum excellebat, apud ciuitatem admodum gratiofus; & propter suam prudentiam, multiplicemq; rerum vsum, propterq; vitæ grauitatem magna in homine erat auctoritas. Hic cum à sua ciuitate ad populum Florentinum legaretur, qua in legatione obeunda biennium, domo abesse Venetorum legibus cogere facendum sibi esse existimauit, vt Petrum filium iam Hierosolymitani ordinis militibus adscriptum, vt nonnulli referunt, quantum admodum iste puer erat, secum educeret; propterea quod Florentinorum instituta parum à Venetorum moribus illo tempore abessent; nondum enim sub vnius dominatione illorum erat republica, sed nobilitatis fere arbitrio regebatur; & quod ea ciuitas præstare ingenijs creditur, ac vi puerum, in quo iam tunc præclara indoles elucesceret, volebat: tum Italicam linguam, qua non elegantissimè Veneti illis præsertim temporibus vterentur, emendari in illo Florentinorum hominum consuetudine existimabat posse: nam omnium Italiae nationum commodissimè eam loqui ciuitatem autumant. Nec verò patris consilium filij fessellit industria; sic enim excitatum puerile Bembi ingenium Florentiæ eff, sic teneræ pueri aures, animusque puro, ac dulci Hetruscorum sermone imbutus, vt iam inde à prima adolescentia multa cum Latinè, tum verò Tuscè à se scripta ediderit; quibus nihil hominum auribus politius, nihil omnino elegantius, aut suauius accidere possit. Iacebat omnino temporibus illis eloquentia; inquinatè enim loquebatur, nullus erat verborum delectus, uellum scriptorum discrimen; nam, & ipse negligebatur Cicero, vel contemptui potius erat; & Cæsarem propter historiam modò cursim, & negligenter legebat; Terentium, Virgilium, bonos ceteros in ludo tantum, idque per pauci discabant; post puerilem illam disciplinam sumebat eos in manu nemo. Duros, obscuros, asperos scriptores ad amabant; confectabanturque abditas, abstrusasque historias, aut fabulas, qui ijs ineptijs referti essent auctores; ij eruditi numerabantur; itaque vnus Ouidius de veteribus in honore erat. Ergo si verum, quærimus, nihil ante Bembi ætatem Latinè scriptum octingentis ipsis annis, aut eo amplius est, quod Romam illam veterem redoleat; aut magnopere lectione dignum sit; solæcisum enim vitabant, quantum quidem ex arte Grammatica didicerant, idque ipsum haud quaquam semper; id vnum præstare qui poterant, Latinè loqui sese putabant, nulli qui purus ille, incorruptusque veterum Romanorum sermo esset, nouerant; ac ne suspicabantur quidem. Par erat, atque idem eorum error, qui Italicè scribebant, qui cum duos haberent scriptores, mea quidem sententia vel cum Latinis, vel cum Græcis conferendos; nam alterius versus, & suauitatis plurimum habent, & dignitatis, & varijs ingenij, aut etiam artis luminibus referti sunt, & animum sæpe permouent, atque impellunt, vt de amore ne Græcus quidem quisquam melius; alterius oratio dulcis, copiosa, polita, ornata, mollis, faceta, rem ante oculos ponens, vt geri ea, quæ legas, non narrari videantur. Hos cum haberent auctores duos vtrunq; in suo maximè genere excellentem, scribebant ipsi ineptè abiectionibus verbis, nullus erat orationis ornatus, nullæ homine erudito dignæ sententiæ, nulla compositio, aut numerorum ratio. Licet in manus sumere quæ tunc multi scriptitarunt, præter vnum Politianum, illumque vnum minus dulcem, minus omnino elegantem, quam vt legisse Petrarchæ dulcissimos versus videatur; ceteros ad vnum indignos dicas, qui in scriptorum numero habeantur; vnum scurrile vigeat genus: in eo sane ridiculi nonnulli, sed ipsi quoq; multis in locis inertes, ac languidi. Hanc igitur inter erroris, atque inscitæ caliginem Bembus ad veterum scriptorum tanquam lumen, ac lucem respexit primus, primusque ab omnibus, magnis quidem hortationibus, magno suo labore, multis reclamantibus, ac repugnantibus impetrauit, vt Ciceronis, vt Virgilij, vt Cæsaris similes sese in dicendo, quam Apulei, Macrobij, Statijque esse mallent; cum contenderet, oportere, qui scriberent, eam dicendi formam, quæ optima esset, habere animo, & cogitatione cōprehensam; ad eam tanquam ad exemplum aliquod

A orationem, scriptionemq; suam dirigere, Demosthene, aut Cicerone perfectius in dicendo aliquid promere se posse, qui profiterentur, sua quidem sententia nimium subire oneris, nimium suis fidere viribus, quorum etiam iam olim errore, ac temeritate factū esse existimabat, vt malos multos scriptores haberemus. Nam cum nonnulli à Cicerone discedere, sui que planè esse vellent; cum aliter atq; ille, dicere studerent, quoniam is perfectus, absolutusq; esset deterius dicere cogebantur. Hæc Bembus cum dicitaret, cumque etiam litteris mandaret, ægrè ille quidem, sed multis tandem persuasit; prepos, ac repudiatos antea scriptores optimos illos, repperent, propositosque sibi ad imitandum habent. Quo quidem Bembi labore, quibusque præceptis quantum eloquentia ad aucta sit, cui vis facile est noscere, si ea, quæ ante hanc illius disciplinam scripta sunt, cum huius ætatis scriptoribus conferantur.

B Ea obita legatione, domum Bembus cum patre redijt, iam bonarum artium studijs incensus, iam eloquentiæ, ac scribendi magno quodam amore flagrans. Itaque in Siciliam vsque ad Constantinum Lascarem litterarum Græcarum causa profectus trienniūq; ibi commoratus est, tantumque ingenio, labore, assiduitate profectus, vt Græcè non modò optimè sciret, sed etiam politè, luculenterque scriberet. Atque in Sicilia cum esset, Latinè de Æthnæ incendijs scripsit ad Angelum Gabrielem: qui liber ab eo editus, in manibus hominum eruditorum non sine aliqua laude versatur. Post eam peregrinationem celeriter Bembus assecutus est, vt maxima apud omnes Italiae ciuitates, tum apud exteras etiam nationes, eius esset ingenij admiratio: ita enim, vt res est, sic homines statuebant, perdifficile factū esse, vnum, atq; eundem duabus linguis tam scitè, tamq; ornate, copiosèq; vti posse, quodq; pauci vno in sermone vnquam præstiterunt, vt præclare scriberent; id ab adolescente Bembo, & in Latina, & in Italica oratione effici, omnibus qui de ijs studijs aliquid iudicare possent, permirum videri necesse erat; præsertim id ipsum in vtraque lingua, & prosa, & versibus, id quod Ciceronem ipsum expertū, sunt qui negent, assequi potuisse.

C Post Siciliensem illam peregrinationem, per paucis interiectis annis, Ferrariam Bembus pater Prodominus missus est; eum magistratum magnum in primis, atq; honorificum illis temporibus Veneti virtute belli partum, victoriæque tantum insigne gerebant in aliena ciuitate; eo quoque cum patre filius exijt; sicque eo in oppido perdidit fuit; vt cum ab omni iuuentute, ab omnique nobilitate plurimum coleretur; tum verò Herculi Estensi maximo, ac fortissimo viro, qui in ea ciuitate imperium obtineret, & Lucretiæ Borgiæ, quam in matrimonio Alphonfus habebat, gratus in primis acceptusque esset. Per idem tempus cum annos natus esset haud amplius 26. eos sermones, qui *Asulanis* ab eo inscripti sunt, confectis, opus omnium pigmentorum flore, atque colore distinctum. Fœminas omnino cum adolescentibus de amore loquentes amœnissimis quibusdam in hortis facit, ita lectissimis verbis festiuè, ac venustè, ita sententijs copiosè, atque ornate, nihil vt eius oratione cum vberius, tum verò suauius modulatusque esse possit. Eos libros tanta hominum, mulierumque etiam medijs fidijs approbatione, ac tanquam plausu excepto receptos esse meminimus, vt extemplo cuncta eos Italia cupidissimè lectitarit, atque didicerit; vt non satis vrbani, aut elegantes ij haberentur, quibus *Asulanæ* illæ disputationes essent incognitæ. Erat per id tempus Vrbini Dux Guidusubaldus Feltrius, vir maximè spectata, maximèque nobilitate virtute: is suæ ciuitatis tenebat imperium; atque cum eo Elisabetha Francisci Gonzagij, qui itidem ciuitati imperabat, soror nupta erat, cuius de mulieribus laudibus mira quædam litterarum monumentis cum ab alijs multis, tum etiam ab hoc ipso Bembo mandata fuerunt. Ac datum est profectò Vrbiniatum ciuitati, vt non suos domi modò Principes omni genere laudis claros, atque insignes haberet; sed etiam vt ex alienis ciuitatibus mulieres, quas illi in matrimonium duxerint, lectissimæ ferè, præstantissimæq; illi fœminarum omnium obtigerint. Cum igitur Vrbini quemadmodum dicere inceperam, Guidusubaldus, atque Elisabetha Gonzaga essent, hominum excellentium peramantes, perque hospitates conueniebant ad eos ex omni Italia, vt quisque præstanti aliqua in arte præcelleret: eo cum Bembus quoque sorte venisset, præcipuo præter ceteros in honore haberi cœptus est: multa enim habuit Bembus, quæ ad hominum animos conciliandos plurimum valere consueuerunt. Nam, & in forma quædam oris species, ac dignitas inerat, & in statura, ac proceritate decor; mira præterea in moribus suauitas quædam, lenitasque amabilis, dulcisque tum sermo, tum tota vitæ, victusque consuetudo mitis, & clemens. Ad ea cum præclara ingenij vis, ac natura accederet, expectabatur scilicet vnus omnium maximè ab illustri illo viro, fœminarumq; conuentu; quibus rebus efficiebatur, vt multum domo abesset, Vrbini quoque ferè viueret; quam rem multum etiam vicinitas adiuuabat, atque vltro, citroq; Pifarum quidem vsque perfacilis, atq; expedita nauigatio; ita factum est, vt minus domi honores assuesceret admirari, minusq; ambitionibus implicatum animum haberet. At verò id pater reprehendere primò, deinde grauius ferræ visus est; volebat enim, vt rempublicam capefferet, atque ex ordine magistratus gereret; ad eumq; cursum, quem tenuerat ipse Bembus pater, quemque summa cum laude, plausuque confecerat, filium in-

ducebat, atque compellebat. Ille contra cum alia spatia, cursusque alios animo agitaret, quamquam patri obsequi suadebat pietas, ciuium consuetudo hortabatur, propinqui, necessarii que efflagitabant, tamen sic animo cogitabat, cuius ipse gloriæ cupidus esset, eam ad se, non à suis modò ciuibus, sed ab omnibus etiam gentibus vitro deferri, prehensandum sibi eius rei causa neminem esse supplicandum nemini, nullius suscipiendas inimicitias; vnam enim esse ex omni laudum genere, ingenij gloriam, qua sine vlla cuiusquam querela perfrui, ad extremum vsque homines soleant.

Inter hæc Ioannes Medices Cardinalis, summus Pontifex Romæ renunciatur, & Leonis X. nomen selegit. Mos, consuetudoque Pontificum est, vt si quid publicæ, priuatæque rei incidat, quod secretò per litteras agi oporteat, si quando, aut Regibus, aut ciuitatibus respondendum, aut si quid postulandum ab ijs sit, si quid denique maioris negocij implicitum cum aliquo est, id quasi per familiares epistolas transigant, eas litteras cera obsignant; nam publicis decretis in plumbo signum est. Earum litterarum scribendarum negocium datur hominibus ob scribendi prudentiam, atque elegantiam eruditissimis, ob muneris, locique dignitatem grauissimis, atque honestissimis, ob autem rerum pondus, ac magnitudinem summa fide, summaque probitate præditis: ij magna cura, ac diligentia conquiruntur, magnis præmijs euocantur. Eum Leo morem cum vehementer probaret, cumque ad dignitatem pertinere arbitraretur diligentissimeque eum retinere vellet, sine vlla dubitatione Bembum accersiri, eique muneri, negotioque præponi iubet. Magnam in spem, magnam in dignitatem vocabatur Bembus; munificentissimus enim Leo, liberalissimusque, & habebatur, & erat; ipsi autem res erat familiaris pertenuis, vix vt necessarios sumptus suppeditaret; idque ipsum magno Caroli fratris, quem sui amantissimum, obseruantissimumque habebat, labore, atque industria. Confluebant præterea ad Leonis famam, ac bonitatem, vt quisquis in quaque excelleret arte, aut disciplina, aut prope modum homini erudito Roma abesse turpe esset. Huc accedebat reprehensores suos conuincendi studium quoddam; cum quanti suæ illæ artes fierent, quas illi nulli rei esse dicerent, quaque tanquam nugas, ac deliramenta sæpe Bembo obijcerent, ostendendi magna data est occasio. Nec verò à suo vetere instituto, aut à litteris abduci sese propterea arbitratur; quippe qui ad scribendum inuitaretur qua vna in re omnis sibi cura, atque opera posita semper fuisset. Proficitur Romam Bembus, cum annos natus esset tres, & quadraginta, prænoturque epistolis Pontificis maximi nomine scribendis; eoque in munere gerendo datur illi socius, ac tanquam collega Iacobus Sadoletus is, qui postea Cardinalis factus est. Scripsit eorum vterque eas epistolas cum planè Latinè, quod ante id tempus acciderat nulli, nec adeo fieri posse vilo modo homines existimabant, ac si verum querimus, ne cogitabant quidem. Nostri enim homines, sæpè etiam transalpinae nationes sic Latinè scribebant, vt suæ quisque ciuitatis tamen loquendi formam, consuetudinemque retineret, ac Latinis verbis, quamquam ne id quidam vsque quaque, Gallicè, nihilominus, aut Italicè nescio quo pacto loquerentur. Sed ex epistolæ cum planè Latinæ à Bembo, Sadoletoque scriptæ sunt, tum verò summa à doctissimis, exercitissimisque hominibus adhibita est elegantia, summaque dignitas; id quod ex ijs libris intelligere licet, qui à Bembo editi epistolas à se Leonis X. nomine scriptas continent. Cum itaque Pontifici Bembus homini nec natura hebeti, nec in scribendo rudi, cumulatissime satisfaceret, magno ab eo honore afficiebatur; tantum porò in illum suæ liberalitatis Leo contulit, vt qui Romam pauper tandem venisset, Pontificis planè beneficentia diues factus sit. Inter alia Prioratum Bononiensem, Militum Hierosolymitanorum, & Canonicatum Ecclesiæ Patauinae obtinuit, primum tamen alij non à Leone, sed à Iulio II. precibus Ducis Vrbinatis habuisse volunt. Fuit ætas, tempusque illud humanitatis suauitate nimia prope quadam perfusum, vt delectationum multarum studia sæculi illius licentia prope modum omnium permisso concessa essent; nec enim ne voluptatum quidem quarundam blandimenta nimium seuerè aspernabantur, sed multa ad oblectationem, multa ad ludum, data erant cuiusque ordinis, cuiusque ætatis hominibus. Nec verò religioni habebatur, honestos, graueque homines in hortis viuos esse, aut paulo liberiore in conuiuio symphonia cum caneret, & mulieres accumberent, interfuisse. Quam quidem sæculi illius nimium planè profusam hilaritatem eorum temporum, quæ secuta sunt, vehementer corripuit, magnoque opere castigauit; quo magis vereor, id quod dicturus sum, ne multus secus atque est, de Bembo existimandi aliquid det loci. Sed quoniam nobis susceptum, id est, vt de illius vita, non de laude dicamus, ne hoc quidem reticendum nobis esse arbitrati sumus. Ac fit fere, vt mores, consuetudinesque locorum, aut ætatum pro ratione sibi, proque disciplina homines habeant; denique quod fieri vident, licere putant; atque id, quod in præsentia reprehenditur, in posterum quoque tolerabile, concessumque fore arbitrantur, atque omnino apud omnes gentes, etiam quæ natura graua sunt, fieri consueuerunt moribus leuiora. In ea igitur morum, sæculique licentia, eximia forma mulier quædam perpulisse Bembum dicitur; neque diu resistentem continere eum se à lapsu potuisse, præsertim qui nullis dum sacris ini-

tiatus esset. Verum ea vt temporibus illis lapsio, vt hac ætate fortasse labes, eum habuit euentum, vt magno, si modò naturam audire volumus, fructu compensaretur: suscepit enim ex ea muliere liberos tres, Lucilium, scilicet Torquatium, & Helenam Bembam feminam lectissimam, quæ cum primario adolescente nupta est.

Nec verò in litteris modò scribendis Bembi fidem, atque eruditionem Leo periclitatus est; sed etiam in rebus agendis hominis prudentiam, solertiamque plurimum adamauit. Itaque cum conspirare aduersus Gallia Regem, cum Cesare Maximiliano, cumque Hispaniarum Rege Catholico, ita reipublicæ temporibus postulantibus cogitaret, misit de ea conspiratione Bembum ad Venetorum Senatam, qui eam magnopere ciuitatem hortaretur, vt à Gallorum, quibus cum consenserat, amicitia discederet, ac se se cum Pontifice, reliquisque conspirationis auctoribus, ducibusque fœdere, & societate coniungeret. Habita est à Bembo in Venetorum Senatu ea de re oratio pergrauis sanè perque vehemens, quam etiam scriptam reliquit, perlegant eam nostri homines apud Sansouinum in Historia Veneta, & nihil Italicè scriptum grauius, ornatiusque ea oratione dicent esse. Redijt ex illa legatione felicissimè peracta ad antiquum suum litterarum munus; sed cum tenui Bembus valetudine, atque imbecilla esset, cumque magnis lucubrationibus, magnis vigilijs scribere necesse haberet; nam interdiu, cum à Pontificis latere discedere vestigium vix liceret, cuique multi audiendi, salutandi, deducendi, honestandique, vt Romanus mos ferebat, essent, relinquebatur ocij nihil, grauem, diuturnumque in morbum incidit, ex quo cum ægrè, ac difficulter conualesceret; nec recreari, reficique videretur posse de medici consilio, ipsius Pontificis hortatu, cœli mutandi causa Patauium petijt, atque eo anno Leo moritur. Incredibile dictum est, quanta animi alacritate, quantaque lætitia Romanis laboribus, curisque liberatus, longa sanè annorum nouem ipsorum intermissione facta, optatum ad ocium; studiumque suum vetus sese Bembus receperit, nullum vt vrbis, vrbanaeque rerum, aut deliciarum desiderium in eo resedisse, liquidò appareret.

Vixerat diu in illo dulci litterarum ocio; cumque Patauij multos iam annos esset, in ciuitate quietis, ac tranquillitatis plenissima, ab omni contentione, ambitioneque longè, ac multum remota; cumque omnem curam, cogitationem, operam ad ea studia, quæ à puero adamasset, celebranda contulisset, vel in ijs iam consumplisset potius magno quodam casu clementem illam vitam quietam tranquillamque prope iam deorsum spatio, atque ætate iam fere exacta, licet reculans coactus esset mittere. Erat Romæ temporibus illis vir summus, atque clarissimus, singulari prudentia, admirabili animi magnitudine præditus Alexander Cardinalis Farnesius, qui Paulus III. appellatus est, qui simul, ac Pontifex maximus factus est, exemplo tanto impetio, ac potestate accepta, vt initium rerum, actionumque suarum ab illustri aliqua laude duceret, faciendum sibi esse existimauit, vt qui quaque in ciuitate, quibusque in terris homines essent illustri quadam, aut pietatis, aut prudentia, aut doctrinae laude celebrati, illos vitro ipse eam dignitatem, haud quaquam petentes, ac ne tale quidem quicquam suspicatos, amplissimum in Cardinalium Collegium cooptaret. Eare sperabat cum Pontificatus, Collegijque tot clarissimorum hominum accessione facta, auctum iri maiestatem, tum specimen se quoque suæ virtutis maximum cum dedisset magnam de se famam, opinionemque esse facturum. Itaque semel, atque iterum magna cura, magna adhibita diligentia summos viros peruestigauit, atque delegit, quibus grauissimam illam dignitatem vitro à plerisque opere sæpe frustra, ac nequicquam expetitum vitro mandaret; quo factò maiorem est gloriam consecutus. Sed, vt alij ea res euenit, Bembo quidem perincommodè cecidit, quod ex suo ocio, suaque ex solitudine dulci illa erutus, rursum in eam turbam, molestiamque senex raperetur, à qua vix dum inclinata ætate, sese tamen cupidissime vindicasset. Etenim cum præstante denuò gloria viros Paulus conquireret, atque indagaret, quos in Collegium legeret, occurrit in primis homini Bembo, qui fortè tunc temporis Venetijs erat. Quare illum inter alios seligit, & die 20. Decembris anni 1538. Cardinalibus spontè, seu, vt alij referunt ad preces Venetæ reipublicæ adscribit, illum tamen; vt etiam Hippolytum Estensem in mentis penetrati detinet, nec publicat, nisi die 24. Martij anni 1539. Volunt aliqui cum Ciaconio Petrum Bembum ex Episcopo Bergomeni renunciatum esse Cardinalem; at Ecclesiam illam post purpuram regendam suscepit, vt dicemus infra. Ad eum cum Carolus Gualterutius Farnesius, vir apprime bonus, nauusque, & industrius, seu potius Octavianus Zeno à cubiculo Pontificio venisset cum Diplomate, cumque eius dignitatis insignijs, ille enim verò reculare, ac deprecari, neque abduci nunc demum ætate confecta pati se posse dicere à quiete, ac solitudine illa, quam vnam rerum omnium iucundissimam, antiquissimamque iam inde à prima adolescentia habuisset; magnas tamen sese Pontifici, magnas Collegio gratias agere, atque habere, quod senectutem suam honorificentissimo de se iudicio, clarissimoque decreto tantopere honestatam voluissent. Cum in eo multos iam dies perseveraret, neque de sententia depelli posse videretur; nihil propius factum est, quam vt Romam Gualterutius, seu Zeno re infecta reuertere-

tur. Ab Octauiano Zeno purpureum biretum Pauli imperio delatum Bembo, litterasque humanissimas; non autem à Carolo Gualterutio, vt refert Ioannes Casa, ipse Bembo litteris, quibus Pontifici immortales gratias egit, testatus est. Præfuit primò Diaconus Cardinalis Diaconie S. Cyriaci in Thermis, postea Presbyter Ecclesie S. Crylogoni, tum S. Clementis: rexit Episcopus Ecclesiam Eugubinam primò, deinde Bergomensem. Nam Federico Fregosio Cardinale morte erepto, Bembo iam Cardinalis Eugubinam Ecclesiam regendam anno 1541. suscepit: ab hac ad Bergomensem eum translatus ex litteris eiusdem Italici ad Paulum III. die 23. Februarij anno 1544. Eugubij datis cognoscimus. Historie Bergomensis, quam *Vineam* dicunt, auctor, Bembo, illius Ecclesie possessionem procuratoris opera anno 1544. die 13. Maij inijsse testatus est: Cardinalis verò anno eodem iij. nonas Maij Canonice, & Societatis Ecclesie Bergomensis scripsit, & de sua ad eos protectione hæc habet. *De meo ad vos aduentu, quem optare magnopere, ostenditis, quid discam, non habeo, consilium enim de eo nihil possum homo, neque mei iuris, neque propter senectutem satis firmus; sed dabo operam, vt officium meum vobis præstem, etiam absens, haud minus diligenter, atq; amanter, quam si adesset.*

At redeamus ad purpuram Bembi, quam respuere, vt diximus, decreuerat; at tamen perinuidiosum futurum respici tantam dignitatem secum ipse considerabat, præsertimque non honoris modo splendorem, sed etiam muneris contineret officium. Eam enim ob causam Collegium dicitur Cardinalium à maioribus institutum, vt ij, & ad sint Pontifici, & ad omnia reipublicæ tempora præstet sint; ægerimèque eam rem Paulus laturus erat, quod minui Christianæ ciuitatis maiestas, cuius ipse Princeps constitutus esset, videbatur; atque eius præsertim, & consilium condemnari, & auctoritas contemni, qui non beneficium modo Bembo à se datum existimaret; sed etiam onus quoddam officij pro sua potestate impositum, vt si de suo ille honore putaret, sibi liberum esse recusare, dicto certè Pontificis audientem non esse; in eo verò, & Collegiū, quod sanctum esset, ac Pontificem violari. Itaq; accurrunt ad eum vndique amici, ac necessarii, agunt, hortantur, oblectant; si sua ipse gloria minus moueatur, gentis, ac posteritatis tamen memoriam, nomenq; respiciat, ac tantam dignitatem in domum suam illatam ne ipse se abiudicet. Parum primò Bembo eorum moueri oratione, vt potè, qui eadem sæpe numero audisset, iamque olim prope omnia refutasset; vbi verò ad eum Petrus Landus adiit, qui ciuitatis haud multò post Princeps fuit, qui vnus apud Venetos Magistratus amplissimus est; idemq; perpetuus; isque longa, atque accurata oratione cum eo agere cœpit, cum ostenderet, quantum ea re subiturus esset offensionis, atq; inuidiæ, quam indignè Pontificem maximum, quam grauius omnem Sacerdotum amplissimum ordinem eam ignominiam ferre necesse esset; cumque adderet, nunquam hæc sine nutu, atque consilio Dei immortalis accidere solere diligenter videret, ne diuino numini refragaretur; tum verò animo sanè suspensio, ac perturbato hominem Bembo dimittit in præsentia, rem in diem posterum differt; & quoniam religionem sibi inieisset, diligentius deliberaturum sese pollicetur. Post die eius diei cum res homini in religionem planè venisset; fuit enim non versuta hac, atque ad hominum opiniones captandas simulata, quam in multis videmus rugis, supercilioque horridam, tristitia; sed verè, atq; ex animo pietatis colentissimus, proximum in sanum manè ingressus est. Erat tum fortè Sacerdos ad aram, atque historiam de ijs, quæ à Christo dicta, aut gesta in terris sunt, quod Euangelium appellamus, clara voce, vt mos sacrificium offerentibus est, effari inceperat. Vix dum pedem in Templum intulerat Bembo, ac Sacerdos, *Petre, ait, sequere me*: ea verò illi vox, Dei prope ipsius ore miti visa; itaque cum omnem ex animo dubitationem sustulisset, quasi Dei accitu Romam proficisci statuit. Magnus fit domum eius omnium hominum, atque ordinum concursus, frequens gratulatio, maximus totius ciuitatis plausus; ille verò paucis post diebus siluas recessusque suos, in quibus pacatam, tranquillamque vitam prope omnem traduxisset, atque exegisset, crebrò appellans, atque identidem respectans, Romam ire perrexit. Verè hoc dicere possum, sic homini hoc discessu hilaritatem prorsus excussam, vt eius pristinam iucunditatem, suauitatemq; amici, familiareq; ex illa die desiderauerint, atq; in omne tempus amissam esse doluerint.

Cultus est Romæ Bembo cum à bonis plerisq; omnibus, Contareno, Sadoletto, Cortesio, Morono Cardinalibus amplissimis, hominibusque eruditissimis; tum verò præcipuè à Reginaldo Polo, homine Dei immortalis proculdubio beneficio ex vltima vsque Britannia ad nos uento, vel de cælo potius, si modo dictu fas est, lapsu, cuius de laudibus, quanquam de tam præclara, ac planè diuina virtute nemo satis dignè vnquam loquetur; alius mihi profecto dicendi locus fuit; hoc certè, haud facile in præsentia dijudicare audeam; plus ne eam insulam multis vulneribus Christianæ reipublicæ per summam impietatem insigendis, nocuisse dicam; an quod in illo solo talis, tantusque vir ortus, & procreatus sit, vnde verè, planeque Christianæ pietatis, vitæque exemplum petemus; profuisse. Is igitur cum Bembo familiarissimè vixit, cumque senis optimi multas, magnaque animi dotes maximi fecit; tum ve-

ro apertum, simplexq; hominis ingenium suè ipsius voluntati, atq; naturæ consimile, ac par plurimum semper adamauit. Sed cum diligentissimè coleretur à multis, summo etiam à Paulo honore afficiebatur, tantaque apud eum fuisse gratia dicitur, vt nullam vnquam rem ab eo postulauerit, quin perfecit, atque abstulerit. Sed enim hoc non solum auctoritatis gratiaque fuit, sed etiam moderationis, ac pudoris: tum ea erat Bembi in dicenda sententia libertas, ea simplicitas, eaque in omni vita clementia, atque ingenuitas inerat, vt si ante eum Paulus mortem obiisset, quod natura postulare videbatur, aliquot enim annos illum Paulus antecessit ætate, creatum iri eum Pontificem maximum pleriq; compertum haberet. Sed cum equo Bembo fortè veheretur, leuiter in ostio ad parietem latus offendit, qua ex plaga homo senex, ac debilis in febriculam incidit; atq; ex ea, cum sensim estenuari, cõficiq; se intelligeret, cumq; mortem multos dies quasi præstolatus esset, animo non modo forti, sed etiam æquo, vt de sua illa migratione cum amicis interdum etiam iocaretur, diem suum piè, sanctèque iam senex die 16. seu 18. Ianuarij anno Christi 1547. ætatis 77. obiit. Hominem, & funus quamplurimi celebrarunt, inter quos Speronius Speronius Venetijs mandante Senatu, funebri oratione. Funeratus iacet in Ecclesia S. Mariæ super Mineruam inter Leonis X. & Clementis VII. monumenta cum hoc epitaphio.

PETRO BEMBO PATRITIO VENETO
OB EIVS SINGVLARES VIRTUTES
A PAVLO III. P. M. IN SACRVM COLLEGIVM COOPTATVM
TORQVATVS BEMBO POSVIT.
OBIIT XV. KALEN. FEBR. MDXLVII.
VIXIT ANN. LXXVI. MENS. VII. DIES XVIII.

*Hic BEMBO iacet Aonidum laus maxima Phoebi
Cum Sole, & Luna vix persternis honos.*

*Hic, & fama iacet, spes, & suprema galeri
Quam non vlla queat restituisse dies.*

*Hic iacet exemplar vitæ omni fraude carentis,
Summa iacet, summa hic cum pietate fides.*

Alij eidem Bembo tumulum inscribere, inter quos Augustinus Beatianus sequenti carmine.

*BEMBO iacet, tecumque iacet, qua prima canendi est
Gloria, ad extremos non reticenda dies.*

*BEMBO iacet, tecumque iacent cælestibus apti
Mores, quos post hac secula nulla ferant.*

*BEMBO iacet, tecumque iacet sincera voluntas,
Et qui nos prohibet dicere falsa, pudor.*

*BEMBO iacet, animique iacet laudabile tecum
Quicquid habet Latium, Gratia quicquid habet.*

Tum Franciscus Suuertius eundem sequentibus ornavit inscriptionibus.

*Hic SITVS EST BEMBOVS, SATIS HOC, NAM COETERA CLARENT,
QVO SE CVMQVE DECVS PROTVLIT ELOQVII.*

Item.

*AVRATA, PARIQVE ALII CONDVTVR IN VRNA,
SVNT HOMINVM BEMBO PECTORA SARCOFACVS.*

Cultus erat iam pridem omni officio Bembo ab Hieronymo Quirino Ismaelis filio, homine partim genere, ac nobilitate, partim fide, munificentiâ, humanitate, morum suauitate, ac dulcedine clarissimo. Is illi statuum mortuo posuit nobili artificio factam ex marmore, atq; eam celeberrima in D. Antonij Aede Patauij locauit, inscripto in basi hoc elogio.

PETRI BEMBI CARDINALIS IMAGINEM
HIERONYMVS QVIRINVS ISMAELIS F. IN PVBLICVM PONDENDAM CVRAVIT VT CVIVS INGENII MONVMENTA
AETRNA SVNT EIVS CORPORIS QVOQVE MEMORIA
NE A POSTERITATE DESIDERETVR.
VIXIT ANN. LXXVII. DIES XVIII. OBIIT XV. KAL. FEBR.
M D X L V I I.

Quirinum hunc patritium Venetum Bembo ita dilexit, vt mortuus eum in secundis heredibus scripserit, ac testamenti sui executorem instituerit. Fuit autem Petrus frontis serenitate venerabilis, orisq; configuratione protensa valde, sed ingenua placiditate spectabilis; imò barba ipsa etiam procera, & ad pectus vsque grauius expansa. Eugubina ciuitas, & ipsa Bembi memoriam in ligni marmorea statua in Cathedrali exornauit; illam enim Ecclesiam, per aliquot annos sanctissimè rexerat, ac varijs donis ornauerat; ex qua ad Bergomensem translatus est, vt indicauimus.

Fuit omnino perpolitum Bembi ingenium, perque acce, maximeque perspicax, acutumque iudicium, plurima in alios, in se nimium penè multa inquirens, in seligendis, collocandisq; verbis multum ponebat operam, atque in ea re magnam cum prudentiam, tum verò etiam diligentiam adhibebat. Hoc enim vnum sibi persuaferat esse, quod in oratione nouitatem, & quasi patrijs moribus conseruatis, peregrinitatem quandam effingeret; quæ cum multum omnibus in rebus admirationis habeat ob id ipsum plurimè etiam non modo dignitatis, sed etiam iucunditatis afferre solet. Ac profecto, quantum intelligere nos possumus præclare hoc, quod difficillimum semper habitum est, Bembo præstitit, vt cum minus

ferè vſitatè loqueretur, hoſpitiſ ſpecimen tamen effugeret. Quod ſi qui ſunt, qui vulgi opinione ducti quotidianam hanc tritam, communem q; dictionem in hominum eruditorum, aut verſibus, aut proſa oratione, vel poſtulent, vel expectent; atque ob eam cauſam Bembi oratione, quæ à plebeio, ac peruagato hoc tabernariorum, atque opificum ſermone longè diſſonat, minus delectentur: ij erunt ex eorum numero, qui de ijs ſtudijs exiſtimare, aut leuiter aut nihil poſſint. Iure igitur Bembus maiore quadam cura in verbis eligendis torquebatur præſertim cum hetruſcè ſcriberet; itaq; noua, ſplendida, decoraque in primis eius oratio eſt. Parum enim fidei conſuetudini ſemper habuit; quod ea partim varia, atque inconſtans, partim etiam vitioſa, atque corrupta eſſet; & quoniam ne Romam quidem, nec adeò Athenas illas ipſas Atticas, qui quibus temporibus loquentia maximè floruit, diutius tenere illud poſuiſſe ſcriptum legerat, vt ne barbarie earum inſulcarentur, atque inquinarentur oratio; repudiandum ſibi hunc ſermonem, qui nunc eſt, ſtatuebat eſſe, atque eum, qui fuerat in Hetruſcis olim hominibus purus, atq; emendatus, cum minus dum exterarum nationum in Italiam confluxerat, ad ſciſcendum; qui cura illi non de populo, futili inanique doctore diſcendus eſſet; ſed è veterum libris, grauiffimis auctoriſ percipiendus; illud etiam eadem opera allequebatur, vt eius dignitatem, grauitatemque haberet oratio; nam quotidianus quidem, vulgariſque hic hominum ſermo è ſordidis artibus maximam partem ductus, multum ex officina, multum è taberna, è ſellaque redolet, neceſſe eſt.

Scriptit igitur Latina lingua Hiſtoriam Venetam libris duodecim digeſtam, quæ ſeuere, & acriter ab Ammirato iudicatur; incidit certè, dum illam ſcripſit, in aliquas reprehentiones minutulas, quas conſultò prætereo, vt maximè notas, & minimè neceſſarias; eſt tamen cum patriæ, tum argumenti amplitudine ſpectabilis.

De Imitatione Sermonis librum vnum ad Ioannem Picum.

Poëma Heroicum, quod *Benacus* dixit.

Epitolarum Leonis X. Pontificis Maximi nomine ſcriptarum libros ſexdecim, quos in prima editione Paulo III. dicauit.

Epitolarum Familiarium libros ſex. De *Æthna* Dialogum.

De *Culice* Virgilij. De *Guido Vbaldo Feretrio*, & *Elisabetha Gonzaga* Urbini Ducibus librum vnum.

Caſtigations in aliquot loca *Terentij*.

Epitolas Selectas ad *Longæuum*.

Hymnum ad *S. Stephanum*.

Pro *Goritio* votum ad Sanctos, quibus ædiculâ ex ædificauerat.

Iulij quoq; *I. Pontificis* Pontificatum carminibus deſcripſit.

Carmen aliud edidit, cui nomen *Galathea*.

Item aliud ad *Melinum*.

Item aliud ad *Nymphas*; & aliud ad *Faunum*.

Longolij, *Leonici*, & *Sannazarij* Epitaphia.

Quæ Bembi Carmina *Scaliger* ſeuerior Iudex carpit.

Patrio idiomate ſcripſit *Aſolanos*, opus amœniſſimum.

Tres de ratione hetruſcè loquendi libros in Dialogo mirabiliter ſcriptos.

Litterarum volumina plura; quorum primum continet litteras ſummis Pontificibus, Cardinalibus, aliſq; Eccleſiaſticis Viris datas; ſecundum litteras primarijs Mulieribus, tertium verò Principibus, aliſq; ſcriptas habent.

Sunt etiam Epitolarum familiares ad *Matthæum Bembum* nepotem ſuum miſſæ.

Litteras Bembo dederunt plures, videlicet: *Iacobus Sadoletus*, *Ioannes Matthæus Bembus*, *Hieronymus Fracaſtorius*, *Franciſcus dela Torre*, *Trifon Gabrielis*, *Paulus Iouius*, *Gregorius Cortefius*, *Petrus Aretinus*, aliſque quamplurimi, quos percurrere quis poterit in libro Venetijs anno 1560. edito, cum hac inſcriptione. *Litteræ Regum, Principum, Cardinalium, aliorumque Virorum Doctorem Petro Bembo datae. At memoralle ſufficiat Ioannem Planerium, qui de excidio patriæ ſuz Brixienſis (eidem Petro Bembo Hiſtorias Venetas compilanti) tranſcripſit compendium; eundemq; inuitat vt in ſua veluti appendicem contexit memoriam.*

Bibliothecæ inſigni Reipublicæ Venetæ præfuit aliquando Bembus, vt ipſe litteris *Benedicto Accolto* Cardinali iij. Idus Septembris anni 1531. Patauo ſcriptis fatetur. Nobile Muſæum Bembus habuit; in quo inter alia aenea tabula *Ægyptiorum* notis ab erudito, & perhumano viro *Laurentio Pignorio* ſcitè explicatis inſignis extabat. *Hieronymus Fracaſtorius*, *Iacobus Sannazarius*, & aliſ viri celebres miro eruditi Bembi iudicio ingeniorum tuorum, partus ſubijciebant; *Fracaſtorius* tres miros *Siphudis* libros ei inſcripſit, & initio libri primi iſ vſus eſt verbis.

BEMBE decus clarum *Auſonia* ſi forte vacare
Conſultis *LEO* te à magnis pauliſper, & alta
Rerum mole ſinit, totum qua ſuſtinet Orbem,
Et iuuat ad dulces paulum ſecedere Muſas
Ne noſtros contemne orſus, &c.

Qui duodecim clariffimorum Cardinalium Imagines, & Elogia ſoluta, & numeris aſtricta oratione conſcripta Antuerpiæ edidit, à *Fracaſtorio* prima Epigrammatis verba mutuatus eſt.

BEMBE decus clarum *Auſonia*, te *Roma* deſertum eſt
Mſrata antiquis, eximusque parem.

Hippolytus, & *Camillus Capilupi* præſtantis viri laudes iſ verſibus inde extulerunt; *Hippolytus* primò.

Adria BEMBE tibi Patria eſt, & Roma Sepulchrum,
Imperat hac Terris, imperat illa Mari.

Egreſſe, & lingua Tuſca, Latinaque locutus;
Non hac, non illa dulcius vlla ſonat.

Sunt teſtes Muſe Tuſca, Muſaque Latina
Magnanimum Venetum, teſtis eſt Hiſtoria.

Nobiliore ſolo, haud poteris naſci, nec obire
Nec poteris lingua candidiore loqui.

Tum *Camillus*.

Morte tua fluxit lachrymis, & *Tibris*, & *Arms*,

BEMBE ſed *Aonijs* aruit vnda vadis.

BEMBE ſaces, Muſe ſecum periere Latina,
Et Tuſca, & Venetum concidit Hiſtoria.

Iure quidem BEMBUS tumulatur in *Aede Minervæ*.

Docti loquo natus *Pſeridum* in gremio.

Ioannes Matthæus Toſcanus Poëtarum Bembi motem lugentium carmina collegit: eo tumulo quidam delectatus.

OTuſca, o *Latiæ Muſe* decus optime *Vates*

Et *Venetæ* *Scriptor nobilis Hiſtoria*.

Flens tibi purpureos flores, ſpargitque recentem

Adriacum Pelagus *Tibris*, & *Arms* aquam.

Et *Nympha* inſcribunt tumulo hoc miſerabile carmen:

MORS RAPVIT BEMBUM DELICIAS HOMINVM.

In libro inſcripto: Carmina quinque Poëtarum, Venetijs edito anno 1548. hoc extat de Bembo Epigramma.

Tu quoque *Virgilio* certabis BEMBE Latino,

Magnanimum *Heroum* carmine facta canens:

Audij, & Muſa captus dulcedine Tuſcos

Ad *Cytharam* verſus condere ſuffit amor.

Celebratur ab *Areoſto*, aliſque *Scriptoribus* primi nominis; & meritò quidem; nam meretur magnas laudes ob multiplex eloquentiæ genus; ob varia, & complura Opera, ob litteraturam politiorè; quibus ornamentis ita excellit; vt pares vtiſſimam ſemper haberet multos *Senatus Purpuratorum*. A *Taffono* par *Boccaccio* hetruſca lingua iudicatur; à *Gyrardo* optimus imitator optimorum Auctorum, & ſummus habetur in carminibus latinis: quare à præcipuis ſui æui *Scriptoribus*, ſummis laudibus celebratur. *Cynthius Gyrardus*, *Ioannes Ambroſius Perſona*, *Hieronymus Burgus*, *Iulius Ceſar Scaliger*, *Germani Audeberti Aurelij*, *Io. Aurelij Mutij*, ac *Reſtaureus Antonereus* apud *Gaddum*, aliſq; eiusdem *Cardinalis* laudes cecinerunt.

Petri Bembi vitâ ſcripſit, vt reſert *Victorellus*, *Ludouicus Becatellus* quam *M. S.* ſe vidiffe aſſeruit in *Bibliotheca Vaticana*; in qua etiam extat volumen *Epitolarum Eccleſiaſticarum*. pariter *M. S.*


SEXTA CREATIO CARDINALIVM.

Hanc Cardinalium enunciationem *Ciaconius* nonam vocat, cū reuera ſexta fuerit; nam die 12. *Decembris* anno 1539. Pontificatus ſexto, in ſecreto *Conſiſtorio* producto vſque ad ſecundam horam noctis, non ſine magna *Patrum* controuerſia *Paulus Pontifex*, non vndecim, vt ſcribit *Ciaconius*, ſed duodecim renunciauit *Cardinales*, quorum vndecim tantum publicauit: hi autem ſunt.

XXVIII.

FEDERICVS *Fregoſius*, ſeu de *Campo Fregoſo*, vel *Fulgoſius*, natione *Italius*, patria *Genueſis*, *Auguſtini Fregoſij* ex *Gentili Moteſeltria Guidubaldi Urbini Ducis* ſore ſilij, frater *Octavianus Genueſ* Principis ex *Archiepiſcopo Salernitano*, & *Epilcopo Eugubino*, rennuciatus eſt *Presbyter Cardinalis* *SS. Ioannis, & Pauli*, aliàs *Pammachij. Salernitanam* primò, deinde *Eugubina Eccleſiam* in adminiſtrationem acceperat à *Iulio Secundo Romano Pontifice* anno 1508.

die 28. menſis *Iulij*, donec *Archiepiſcopatus* ſui annuos cenſus pacificè exigere poſſet; ſi quidem cum *Gallicarum* partium eſſet, legitima illa exactione à *Cæſarianis* prohibebatur. Cum autem *Octavianus* frater *Franciſco Primo Regi Chriſtianiffimo* ad hæſiſſet quibusdam honeſtis conditionibus, quarum è potiores fue- re, vt perpetuus eſſet *Genueſis* dominiſ pro ipſo *Franciſco* *Prorex*, ac ordinis *S. Michaelis* torq; donaretur; & vbi caſu belli, dominatu excederet, vel à patria extorris fieret, totidem caſtra, & poſſeſſiones in *provincia* à *Rege* potiretur; *Federicus* verò quædam-



Ciaconius
Fauninus
Ferdinandus
Vghell. in
Addit. ad
Ciacon. &
in *Ital. fac*
Laur. Sur.
Comment
P. Iouius
in *Ferdin.*
Daualos.
Ludouic.
Donius de
Artichy in
hiſt Cardd
Aubery in
Vita.
Guicciard
in *Hiſtor.*
Italiz.
Felix *Coa*
telor. in
Eleacho.

in Gallia beneficia Ecclesiastica viceversa acciperet. Relicta Romana Curia Federicus, vt Octauiano fratri in reipublica vicaria administratione opem ferret, Genuam se contulit; vbi vrbis illius quieti, ac tutelę inuigilans, piratas oram Ligurię maritimam deuastantes, & pecunia, segetum, ac hominum prædam agentes, viginti nauium classe adortus Barbaros illos profligauit, ac pro religione, & patria fortiter pugnans, ductor maritimi exercitus à Pontifice constitutus, egregiam reportauit victoriam. Oblesus aliquando vnâ cum fratre Octauiano à Casariensis nunquam se ipsis dedere voluit, nisi postquam Gallorum auxilium desperatum cognouit. Vrbe Genuensis ab Hispanis repente capta, militibusque ferro, ac cæde cuncta replentibus, & per vrbis compita hostili more vagantibus, ac bacchantibus, Federicus fuga salutem quærens, dum ad portum, in quo erant Gallicę naues, confugit, vt hostium manus effugeret: ac lembo turrem amicam ascendere parat, pede lapsus in mare decidit; è quo semianimis extractus est, ac deorsum suspensus, vt omnem, quam hauserat aquam egeret. Vbi conualuit, in Galliam concedens, magno apud Christianissimum Regem in honore fuit; à quo in præmium seruata fidei, S. Benigni Burgundiorum Apostoli Cœnobium, quod est Diuionæ, inter alia Gallię monasteria antiquitate, censu, amplitudine, ac religione præcipuè, sibi commendatum primus accepit, cum ante per Abbates in titulum regeretur.

At seculo nuncium, vt ita dicam, remittens ad Eugubinam Ecclesiam se contulit; vbi litterarum studijs, diuinarumque rerum commentationi, & subleuandę pauperum inopię totum se addixit; omnesq; optimi Pastoris, ac vigilantissimi Præsulis partes impleuit. Quibus per mortuus Paulus III. qui viros singulari virtute præditos toto Orbe venabatur, quos in sacrum Collegium cooptaret, ipsum absentem, non modò nescientem, sed nec oprantem, aut cogitantem Presbyteris Cardinalibus adscripsit. Ille verò iam mundo mortuus, ac crucifixus, res humanas omnes fastidians, ad sacram purpuram recipendam adigi minimè potuit, nisi summi Ecclesię Præsidis mandato, ac facti fulminis minarum intentione; iubenti itaque morem gerens, humeros oneri supposuit, honoremque admisit. Romam ad Pontificem se contulit, à quo expeditus, ad Ecclesiam Eugubinam redijt; vbi die 22. Iulij anni 1541. diem clausit extremum, tumulumque habuit in Ecclesia principe. Grata deinde Eugubina ciuitas acceptorum ab eo beneficiorum, ac tantę nobilitatis, & pietatis Præsule triumphans, mausoleum eidem erexit è marmore, cum superposita illius effigie, quę spirantis ore vultum referret.

Interna verò illius lineamenta Vbertus Folieta in Elogijs clarorum Ligurum expræsit his verbis. Federicus Fregosius Octauiano haud quaquam pudens frater fuit, quamquam ingenio longè diuerso, quod in Octauiano mite, & clemens fuit; ac in Federico vehemens, & impotens; atque ideo à moderatione Octauiani sepe recedens; peracrè tamen, & prestans, in magnisque rebus tractandis perpetuò versatum, in quibus magnum usum, & intelligentiam consecutus est. Accessit ad hominem commendandum multiplex eruditio, sacrarumque rerum haud mediocris cognitio, vt nobile hoc fratrum par illud extiterit; quo nullius nomen ab egregijs nostra ætatis grauisimisque Scriptoribus magis celebratum sit. Illud verò solida, neq; fucata, aut adumbrata virtutis rarum specimen fuit, quod humanos casus fallacesque huius vitę fluxæ, & caducę spes secum reptans, mente diuinitus monita, rationeque vitę conuersa, fastus, & ambitioni sese subtraxit, à ciuilibusque muneribus, & contentionibus procul abcessit, ac diuino cultus se totum dedit, negotijsque aulicis plurima salute dicta, ad gregem sibi commissum pascendum Eugubium concessit: in quo regendo ita omnes diligentia, continentia, pietatis, liberalitatis in egentium inopia subleuanda partes impleuit, itaque eius virtus, & religio eluxit, vt non Italia finibus contineretur, sed totum orbem peruagata sit, aduersarijque ipsi nostrum hunc virum in perpauca illis numerarent, quos solos Episcoporum nomine dignos ducerent. Quę laus ab imitis præsertim, & sacerdotalis ordinis perpetuis obtrektoribus, & insectatoribus expressa, quanta sit, facile intelliget, si quis cogitauerit, quantum sit Episcopis impositum onus, cuiusque muneris colendi causa sit institutus Episcopus. Nec minus continentia animique omnem fastum contemnens signum expressit in Cardinalatus honore vitro delato recusando, quem retractans, ac gemens accepit, Paulo III. pro imperso, ac pro iure sacrosanctę potestatis cum illo agente, pœnasque in contumaces, & dicto non audientes status comminante. Verum cum multa Roma offendisset, quę minus illum delectarent, ipseque libertatem suam in sententiã dicenda cum officio, ac pietate coniunctam non satis placere intelligeret, iterum relicta aula ad priuatam Ecclesiam regendam reuersus antea vitę cursum digno exitu conclusit. Laudatus in funere à Iacobo Sadoletto Episcopo Carpentoracis, ac S. R. E. Cardinali hac oratione.

Audita vobis sunt, fratres charissimi, ea, quę is recentibus nuntijs, ipso rumore fama luctum, atque maestitiam omnibus bonis denuntians, de morte Federici Fregosij Eugubinorum ciuitatis Episcopi, S. R. E. Cardinalis, hoc quidem etiam ipso honore Collegij, sed alijs maioribus, & iustioribus de causis mihi coniunctissimis,

A huc allata sunt: & quemadmodum ille vir, cuius in omni præstantissimarum virtutum genere, atq; laude, paucos omnino similes nostra aspexit ætas, vi, & vehementia morbi celeriter ablati, spem omnium honorum, quę ob summam eius virtutem, & sapientiam excitata erat, vt magnum in eo presidium rebus Christianis constitutum esse putaretur, subito fractam, debilitatamque reliquit. Audistis, inquam, hæc omnia, & dolore animi (sic enim oculis vultuque præ vobis fertis) persecuti ea estis. Ac nimirum in tantis Christiani nominis detrimento, tantaque reipublice iactura omnes, qui sensum humanitatis habeant, Christianęque religionis aliquo amore tangantur, angere, & dolere non mediocriter necesse est.

B Federicus nihil omnino sui, præter corpus amisit, quod, & suapte natura mortale est, & fragile, & in illo morbo, & articulorum doloribus valde erat infestum: præclara quidem illa, atq; diuina, quę splendebant in eo, virtutis, doctrinæ, iustitię, religionis, misericordię in pauperes, in Deum summe, & singularis pietatis ornamenta, in quibus ipse totum sese collocauerat, ex quibus semetipsum censebat, atque expendebat, & ab omnibus nobis pendebatur, neq; mortua sunt, illo ex hac vitã abeunte, neq; possunt mori. Quicquid enim Deo acceptum est, & gratum, nihil in eo iuris habere mors potest. Ille vero cum in hac vitã viueret, tanquam celestis in terra ciuis, cum in omnibus suis consilijs atq; factis nihil meditaretur, nihil præ oculis mentis haberet, nisi celum, atque Deum, non mortuus esse, cum ad eum ipsum quem cupiebat accesserit, sed nunc demum viuere verè cœpisse est existimandus: neque verò vos sentire aliter potestis. Quid enim est ex eo, quod mortuum possit dici? num virtus, pietas, sapientia, religio? At ista sunt maxime, quę immortalẽ vitam faciunt, quę si mori ipsa possent, nihil omnino esset in omni natura rerum non caducum, & mortale.

C An mens eius, & sermo, & incredibilis in eo Græcarum, Latinarum, Hebræarumque litterarum scientia, quę viuit in scriptis, & victura est? plura enim ille confecit sui quidem præstantis ingenij, sed multo magis pietatis, & religionis monumenta, ex quibus nos aliqua legimus: cum is ortus familia nobilissima, magnis auctus honoribus, versatus in rebus maximis cum auctoritate, & laude, cupidus vitę quietioris in Gallicanum Cœnobium, quod Christianissimi Regis dono regendum, tuendumque susceperat, se contulisset, atq; inibi cum religiosis Fratribus nonnullis nocturnam diurnamque operam sacris litteris impendens, conciones sæpe ad Fratres hortandi, docendi, monendi, consolandi que causa, more maiorum, sanctissimorum quidem Patrum, & eruditissimorum, haberet. Quid amor, & beneuolentię studium admirabile, quo cuncti ubique homines illum prosequerentur, num mortuum est? imò verò exarsit acrius, quam unquam antea, nec patitur ferri sine lachrymis tanti viri desiderium. Quid honestissimorum, modestissimorum, humanissimorumque morum, vel corporis eius tanquam domus, vel mentis, atque animi tanquam domini, quasi quedam lauta pretiosaque suppellex, non ad usum, & ornatum huius mortalis vitę, (quamquam, & hanc illa vitã insigniter ornabat) sed ad fructum illius sempiternæ ab ipso comparata, potest ne dici in eo interisse? Nominis verò laus atque fama, tantarumque in eo, & tot virtutum admiratio, moriturane unquam in commemoratione hominum est? Vosmetipsi videtis quanta celebritate sermonis, quanta commemoratione omnium, quantis cunctorum præconijs, & laudibus in cælum efferatur? Quę igitur in sceleratis, & improbis hominibus nunquam vixerant, integritas, equitas, continentia, bona fama, religio, hæc eadem in sanctis, & pijs mori non possunt.

E Atque hæc quę diximus priuatim ad ipsum pertinebant: quid quę ex eodem ipso ad utilitatem publicam? Rexit olim Genuam patriam suam, urbem opulentam, & nobilem, pollentem in Ligurijs terrestri imperio, dominantem maritimo, vnâ cum fratre suo Octauiano Fregoso, magno quidem homine militaribus factis, & honoribus, sed in primis omnium quos nos unquam nouimus, humanitatis, iustitię, integritatisq; obseruantissimo, quo unquam Genua statu rerum, dum illa ciuitas illo modo, hoc est per factiones, & partes gubernabatur, florentior fuit, cum nihil præter æquum, & bonum permitteretur cuiquam, nec in studijs, & dissensionibus partium quę in illa reipublica assidue vigeant, qui particeps erat dominatus quicquam plus posset per vim, & iniuriam, quam aduersarius eius per sus, & iudicium. Eo tempore noster Federicus piratas classe insequens traiecit in Africam, oppida aliquot vcepit, hostium manus fugauit, redijt in patriam victor: post commutatione rerum in Italia facta, concessit in Galliam, maximoque ibi apud Regem in honore fuit, reuertit in Italiam, & in Eugubinorum ciuitate quam habebat sedem Sacerdotij sui, domicilium, omnium suarum curarum, rationumque constituit, quã ille in cælo omnes, non in terra, fixerat: ibi ter intra aliquot annos magna charitate frumenti, & grauis fame exorta, fructus suos omnes Ecclesiasticos in subueniendo egenis, & pauperibus effudit: quorum tamen pauperum omni tempore maximam curam sustinebat.

F Cumque domi humilis, & compositus, foris gloria, famęque in dies cresceret, à Paulo III. Pontifice Max. qui talibus viris Ecclesiasticos honores libenter solet demandare, ignarus, & absens in

amplissimum ordinem S. R. E. Cardinalium est cooptatus: in- quem ego quoque paulo ante eiusdem beneficio Pontificis perhene- ram. Ita ad nostras veteres, plurimasque amoris, & necessitudinis causas cum accessisset Collegij consuetudo, effem autem absens quo tempore ille Romam se contulit, sperabam fore in reditu illuc meo, ut instauraretur inter nos, & renouaretur pristina illa duorum, & triginta annorum consuetudinis colloquiorum, familiaritatisque suavitatis, & communicationem omnium actionum, consiliorumque haberet, praesertim cum idem ambo de republica, & sentiremus, & vellemus, ac mihi in hac spe, & letitia animi consistenti, nuntiat a eius mors, acerba mihi illa quidem, ipsi profecto prospera, & salu- taria, omnia in laetum, & maiorem commutauit. Mihi enim, & reipublice occidit ille, non sibi. Et quanquam eius noua vita cele- stis, & sempiterna, ab ijs, qui illum amarunt, non gemitu, neque la- mentis, sed gratulatione potius prosequenda sit; amen omni mea perempta letiore animi spe, ex charissimis hominis obitu non mor- vere non possum.

Haueram equidem alias dolores huiusmodi ex amicissimorum mortibus, collegiarumque praesertim, (quando ego ita natus, ita fa- ctus sum ut quibuscumque honoris, & Collegij societate sum iunctus, eos non modo hac specie publici cultus, atque officii, sed vera cha- ritate, beneuolentiaque complectar.) Acceperam, inquam, graues alias dolores, ut ex morte Nicolai Germani Archiepiscopi Capuae hominis excellenter, & integri, & prudentis, qui multarum veru- vrsu, & ingenij, ac virtutis laude in hunc honorem ascenderat fue- ratque mihi triginta annorum amicitia, & familiaritate suavis- sime coniunctus, ut ex Laurentij Campegi, qui cum ingenio, gratia, auctoritate, iuris scientia permultum in Curia, & in Senatu nostro posset, tam sapientiam, eaq; virtutum, & fortunae opes, quibus in- signiter erat instructus, in consilijs pro reipublica capiendis, & in- uisitatis amicorum, clientumque procurandis libentissime ero- gabat, vir cum commodus omnibus, tum praecipuum erga me be- neuolentiam semper conseruans. Quid de te dicam, Iacobe Simon- netta? quem clarissimum Iuris Civilis, Pontificijque consultum, mea- ximarum, & plurimarum rerum integerrimum iudicem, grauis- simum, praestantissimumque; Cardinalem nostram peripexis atas non- ne tu tibi me metipsum proposueras, quae eximio praeceteris amore quodam complecterere? In quo ego tibi non eram ingratus: pari enim beneuolentia, & dignitatem obseruabam tuam, & voluntati erga me non respondebam: quod vinculum amoris mors certe tua apud me non interrupit, cuius acerbitate, & iniuria caetera nostrae amicitiae officia sublata sunt.

Sed ut in corpore male affecto posterior morbus antecedenti semper grauior esse solet: sic hoc postremo vulnere periculis obiecti sumus. Ereptus enim est nobis is, & amicus, & vir in quo omnia, qua singularis in ceteris habebamus, in unum nobis collecta erat, non solum officia verissima amicitiae, sed vita etiam nostra & solatia. Viximus aliquando vna, operam simul philosophiae dedimus, sum- mus in eodem aliquando contubernio, cum ego ipsius domo, & for- tunis tanquam meis vterer, ille me sibi omnibus in rebus, qua maxime vellet esse coniuictum: nec tamen hunc dolorem meum, quae ex obitu illius grauisimum cepi, palam profiteri audeo, ne videar mortui felicitatis, & gloriae inuidere: cum ille etsi nobis interire, sibi tamen beatius viuat. Habet enim ille iam Deum omnipotentem ante oculos, quem semper concupiscit: habet Iesum Christum Dominum nostrum, quem amat: habet Spiritum sanctum, cuius antea motus, & intestinis animi illuminationibus dirigi erat solitus. Atque haec habet, consecutusque est sua quidem fidelitate, in Deum, & obedientia: sed multo magis eiusdem Dei benignitate, & misericordia.

Quapropter quod agere soliti sumus, fratres, quodque Catholi- ca Ecclesia discipula semper Spiritus sancti optimo more sanctis- simaque lege faciendum nobis praecipit, ut oremus pro fratribus, qui in Domino diem suum obierunt, pro hoc summo viro, & pra- stantissimo Cardinale cum illis faciamus. Sive enim ille iam in glo- ria est, seu proximus ad gloriam, sine dubio nostra illum, aut inua- bit, aut delectabit oratio.

Scripsit Nomenclatore teste, De modo Orandi.

Meditationes in Psalmos trigessimum, & quadragessimum quin- tum supra centesimum. Orationem ad lanuentis, & Epistolas aliquot ad Cortesem, Sadoletum, & alios.

Sunt quoque ad eum Epistolae Leonis X. apud Bembum, & ip- sius Bembae, ac Sadoleti, tum Ioannis Matthaei, & Gregorij Cortesij, plures. Extat praeterea carmen eiusdem Sadoleti ad Federicum, & Octavianum Fregosios fratres.


Scimus ex Diplomate Pauli III. per ipsius obitum vacasse Ec- clesiam S. Mariae in Porticu: quare fatendum est, post SS. Ioannis, & Pauli S. Mariae in Porticu titulum obtinuisse. Hoc Praefule, Ca- nonicatus Ecclesiae Cathedralis Eugubinae huc vsque regularis, pre- uia illius secularizatione, à Leone X. in gratiam Francisci Mariae de Ruere Urbini Ducis, eiusdem ciuitatis Domini in temporalibus, erecti fuerunt pro vndecim Canonis, & vno Praeposito. Pref- byteris tamen secularibus, cum vacauerint, de caetero conferendi. Ut liquet speciali Diplomate eiusdem Pontificis dat. x. Maij 1534. Pontificatus sui anno tertio, ad litteram in Italia sacra Vghellij

exemplato tom. I. dum de Eugubinis Episcopis scriberet.

Fuit Cardinalis Fregosij symbolum: Puellae virtutis imago, ma- nu sanguine tincta Rosas tenentis, hac sententia adscripta Italica- lingua. Senza spine non si cogono Rose: id est, sine spinis Rosas le- gere, haud possumus.

XXIX.

Petrus de la Baume, quae alij Ioanem Petrum no- minant, natione Gallus, Gui- donis de la Baume, & Héri- co, seu Ioannē de Lōgouico Comitum de Montreud filius fuit, & frater Claudij E- quitis Velleris laurei, & Bur- gundiae Polemarchi, quae pri- maria dignitas non tunc tantum nobilitatem in eum gentem nobilitatem non tunc tantummodum est inuecta, cum à ducibus, & amplius annis, regnante nimirum Carolo huius nominis Sexto, quo



tempore paucis illa, ijsque solummodo meritissimis concedebatur, Ioannem de la Baume Franciae Marecallum virtute bellica claruisse legamus. At Petrus à puero Clericali militiae adscriptus, primum Canonicus, & Comes Lugdunensis, & monasterij Iurenensis, vulgo S. Claudij, B. Mariae Pinerolij, S. Iusti Secusienfis, & monasterij Reomenfis Abbas factus, tū Tarlensem, ac Gebennensem ascen- dit cathedram, & anno nostrae salutis 1529. Antonij de Vergoy in Metropolitanam Bisuntina Ecclesia Coarchiepiscopus est renun- ciatus, cui, & in eiusdem regimine successit.

Fuit verò Geneua ciuitas praecipuum vitae Petri theatrum, cum enim illa ab auita fide, & religione Catholica defecisset, Petrus Episcopus urbem illam silentio noctis clam elapsus, scapha per La- cum Lemanum in sua S. Claudij Abbatiam se recepit; vnde per in- terpositas personas curauit, quomodo tantum rebellionis incen- dium posset extingui, nutantes in fide confirmauit, stantes moni- tis, & hortationibus erexit; ac roborauit. Elapso deinde quinquen- nio, suorum memoriam obliuioni mandare non valens, tentauit ad eos rediens, an illos è luporum faucibus posset eripere; ac etiam non sine vitae discrimine ciuitatem suam Gebennensem adire cō- stituit, boni Pastoris exemplo; *Qui animam suam dat pro ouibus suis.* Ingressus igitur intrepidè ouile suum postliminio Petrus Ka- lendis Iulij anni 1533. postmodum iudicta est supplicio Cleri, & Populi, quae, & frequens admodum fuit, & quod pro eo tempore vix credas, satis religiosa, secundum quam dato signo, de ipsius Praefulis mandato, pro foribus maioris Basilicae, quae est S. Petri, omnes conuenere, illeque partim per se, partim per Vicarium di- fertissimam, ac vehementissimam habuit orationem, quam vt ab- soluit, è medio Cleri numerosissimi, nobilium, confertaque plebis coetu dicere aggressus, num se pastorem agnoscerent. Quibus vna voce se verè agnoscere respondentibus, & profitentibus Petrus ex aduerso subiunxit: Viuite igitur concorditer, & itate in antiqua fide in vos ab Apostolis, & eorum successores deriuata, pluraq; illo in eodem argumento loquente, tantopere commoti sunt cir- cumstantes, vt è vestigio praecipui quidam è factiosis haereticis in ergastulum coniecti sint. Verum inualecente potentiorum ex ijs quorundam impietate, cogitari coeptum est de Episcopi neceno- cte intercepta tentata; non felum eius hospitij fores, ac penè per- trus aditus à sicarijs; adeo vt cum illi propius abesse sentiret Petrus, quam vt in suo ipse iugularetur palatio; nec vlla ei reliqua- spes esset curandae praesentia sui rei Catholicae, furoris aperitque infidij cedendum putauerit, & ciuitate denuo excedendum, quod & celi quamprimum Tunc Geneuenses abiecit orthodoxa fide, & Galuinianam superstitionem publice professi sunt. In cuius infeli- cissimi consilij triste monumentum; laminam aream suo hocce, de reformata religione decreto inscriptam, in perpetuum infamiae, ac luxu perduellionis testimonium ad ianuam sui ciuiliis praetorij fu- turis saeculis posuerunt.

Quod anno Domini m. d. xxxv. profligata Romani Anti- christi tyrannide, abrogatisque eius superstitionibus, sacro- sancta religio hic in suam puritatem, Ecclesia in meliorem ordinem singulari Dei beneficio reposita, & simul pulsus, su- gatissq; hostibus, urbs ipsa in suam libertatem non sine insi- gni miraculo restituta fuerit.

Senatus, Populusque Geneuensis monumentum hoc perpetua memoria causa fieri, atque hoc loco erigi curauit, quod erga Deum gratitudinem, ad posteros testatam faceret.

Episcopo igitur vna cum vniuerso suo Clero propria sede pulso, nequissimus Haereticus Caluinus urbem ingressus, ibi, nidum, ac solum suum erexit, sicq; verax, & castae religioni, successit adul- terina. Quare Dominica prima Augusti anni 1535. Petri Episcopi auctoritate per omnes Dioecesis Ecclesias proclamatum est ana- thema, simul, ac prohibitum, ne cum Gebennensibus à sacris inter- dictis commune quicquam haberetur, vt potè qui essent à fidelium

Ciacomus Ludovicus Dominus de Atichy in hinc Cardo S. Mariae in Gallia. Chriftiana Aubery in Italia. Iacobus Sa- doletus in Epistolis. Clifitius. Ferdinad. Vghell. in Addi. ad Ciacomus. Felix Con- rector. in Elencho. P. Panonius. P. P. in Gallia Purpurata.

communione seiuñti, tanquam Deo, & Principi suo peruelles. Quidam nomine Perrinus vir a pud suos auctoritatis, hostem se Petri Episcopi profitebatur: hoc hoste vsus Farellus hæreticus ad sectarios introducendos: verum iusto Dei iudicio Perrinus primus extremo capitis supplicio affectus in ara lapidea Ecclesiæ Cathedralis S. Petri, vbi Christi corpus sæpius immolatum, quam transferri curauerat in locum reis puniendis destinatum; & quidem Caluino mortis poenam sollicitante ob priuatas simulates, & crimen impositum faciendarum vesperarum Geneuensium contra Francos illic habitantes.

Audito autem Romæ tantæ defectionis ab Ecclesiæ fide populosisimæ ciuitatis nuncio; & quas ibi strages, aut tragædias excitalent in Petrum Gebennensem Antistitem Caluiniani carnificis; itaut tuendæ dignitatis, & auctoritatis Ecclesiæ causa, in vltimum vitæ discrimen, non semel adductus fuisset, eum Paulus III. Pontifex maximus nihil cogitantem, tanquã generosisimum fidei athletam coccineo galero exornare, ac remunerare statuit, vt potè illi verè debito, qui periculum illud adijisset, ad quod sanguineus vestis, & capitis integumentum color S. R. E. Cardinalibus ab Innocentio IV. & Paulo II. Romanis Pontificibus concessus, & attributus est. Adscriptus est absens Presbyteris Cardinalibus, & in titulum postea habuit Ecclesiam S. S. Ioannis, & Pauli, aliàs Pam-machij. Scribunt aliqui, Petrum in Cardinalium Collegium adlectum instante Rege Galliarum; quicquid sit immeritò Florimundus libro. 7. Historiæ Hæreleon huius seculi hunc inertia, & somnolentia notat; quem ob Pastoris optimi munus in misera illa sacrorum apud Gebennenses euerfione ritè obitum, & egregiam Catholicæ Ecclesiæ operam præstitam Paulus III. Cardinalem renunciauit.

Romam venit ad recipiendum pileum Cardinalitium; sed paulò post in Galliam redijt, vbi è viuis ereptus est die 4. Maij anno Christianæ salutis 1544. iacet Arbofij in superiore Burgundia, quam Comitatum vocant, conditusque in æde sacra S. Iustij, in sacello Igniacensi dicto, iuxta fratrem Claudium Equitem Vellerif-aurei, de quo supra diximus.

XXX.

ANTONIUS Sanguin, seu de Sanguine, natione Gallus, Antonij de Meudon, magni Aquarum, & Siluarum Franciæ Præfetti filius, Regibus Gallia apprimè charus, in forensibus causis exercitissimus, ingenio acer, præclarus reipublicæ gubernandæ artibus clarus, ex Abbate Floriacensi, Aurelianensis Episcopus renunciatus à Clemente VII. anno 1533. summa Cleri, populiq; illius ciuitatis alacritate, & die Dominica 24. Octobris anno 1535. Aurelias ingressus, ducentos septuaginta criminis reos absoluit, liberosque effecit. A Paulo III. in Francisci I. Regis gratiam, in numerum Cardinalium Presbyterorum adlectus, titulum S. Mariæ in Porticu obtinuit, sed postea annuente Iulio III. ad S. Chrylogoni titulum translatus est. Parisiorum Gubernator, & Insulæ Franciæ, cum Carolus V. Imperator Galliam magno vellet inuadere exercitu, Lutetiam ab hostibus sartam conseruauit; pace postea inuita ipse, & Carolus Cardinalis à Lotharingia, alijq; Proceres dati obsides. Meudoniam castrum ad Lutetiam magnis condidit impensis. Magnus Franciæ Eleemosynarius, palatium Lutetia exædificari curauit non distitum à S. Catharina Vallis-Scholarium; in cuius ædificij fronte nostris etiam hisce temporibus Cardinalis insignia conspiciuntur. Romam se contulit, & à Paulo IV. Archiepiscopatum Tolosanum habuit; cum Odetus de Coligny Cardinalis de Chastillon hæresis nota infamis in Angliam aufugisset. In Galliam reuersus fatis concessit die 25. Nouembris feria sexta ipsi D. Catharinæ virgini sacra, anno 1559. dum Romæ Comitia haberentur pro noui Pontificis electione, qui fuit Pius IV. defuncto Paulo huius nominis IV. Alij scribunt, obiisse die 19. alij 22. Decembris; sed à veritate profus aberrant, cum certò sciamus, mortem subiisse die 25. Nouembris S. Catharinæ sacro. Iacet Parisijs in Ecclesia eiusdem D. Catharinæ Vallis-Scholarium in Virginis Deiparæ sacello.

Parmam gessit Antonius argenteam cruce nigra denticulata, quatuor merulis item nigris ad angulos positis expunctam; aliam ab hac eidem tribuerant, qui Ciaconium ediderunt; nos tamen propriam illi ex Gallia Purpurata reddidimus.

Cardinalis de Meudon à Iano Vitali his verbis celebratur.
*Hoc MEVDONA Domus titulis insignis opimis
 Delegit Sidus Gallia clara sibi.
 Quo pater ante alios radijs ANTONIUS almis
 Emicat, & mentis dat documenta sua.*

*Et quamuis celebri Romanum laude Senatum
 Exornet meritis, nobilissetque suis.
 Plurima laus illi tamen est, quod Gallia mater
 Patrem illum appellat, præsidiumque suum.*
 Affuit Comitijs Pontificijs, cum post obitum Pauli III. electus est Romanus Pontifex Iulius item III.



XXXI.
VBERTVS Gambara, natione Italus, patria Brixienfis, ex primaria suæ ciuitatis nobilitate, à primis annis, ingenuis imbutus moribus, præstans ingenium liberalibus disciplinis excoluit; & in Romana Vrbe singularis prudentiæ specimen dedit. Adolescens bonis literis institutus, primò sub patris sui disciplina militiam secutus, strenuus miles, ac fortissimus Dux breui tempore euasit; mutata inde sententia, ad Ecclesiasticum statum animum adiecit. Cum itaque in Aulam Romanam se recepisset, cognita à Leone X. Pontifice maximo nobilissimi viri præstantia, & in rebus agendis prudentia, ab ipso Protonotarius Apostolicus, & inter intimos Consiliarios annumeratus, paulò post Apostolicæ sedis Nuncius ad Lusitaniam Regem missus est. Quem magistratum ita gessit, vt defuncto Leone X. & Hadriano VI. summis Pontificibus, à Clemente VII. in Galliam primùm apud Franciscum I. Regem, mox in Angliam ad Henricum VIII. difficillimis temporibus eodem munere sit functus. Cum Clemens à Cæsariensis in Mole Hadriani obsessus merneret, ille ex Gallia in Angliam, iterumque ex Anglia in Galliam transfretans, auctoritate sua, & feruenti oratione Reges impulit, vt scripto milite in Italiam Lautrecho Duce validissimus exercitus ad Pontificis libertatem vindicandam mitteretur. Peracta legatione ad Curiam reuersus, Bononiæ statim Gubernator, ac Moderator delectus, Carolus V. Cæsarem Imperiali diademate à Clemente redimitum vidit. Apostolicæ deinde Cameræ Clericus, & Dentonenfis Ecclesiæ Episcopus ab eodem Pontifice electus popululum sibi commissum verbo, & opere multis optimè annis rexit; hanc Ecclesiam anno 1548. Cæsari nepoti resignauit. Demum à Paulo III. purpura decoratus, Presbyter Cardinalis S. Syluestri, & Martini in montibus titulo Equitij renunciatus est: Cabrera S. Apollinaris; Ferdinandus Vghellius S. Syluestri titulum; nos ex monumentis Vaticanis primùm S. Syluestri, & Martini in montibus, deinde S. Apollinaris, demum S. Chrylogoni titulum Vbertum obtinuisse certò scimus. Papæ in Vrbe Vicarius, Policastrenfis Ecclesiæ Administrator, Parmæ, ac Placentiæ, & Gallia Cispadanæ Legatus creatus est.

Post annum sexagesimum, Romæ supremo defungitur die Iouis 14. Februarij anno 1549. corpus in patriam relatum in Ecclesia S. Mariæ de Gratijs hoc epitaphio ad eius sepulchrum inciso conditum fuit.

D. O. M.
VBERTO GAMBARÆ CARD. OB SVMMVM INGENIVM SINGVLAREM HVMANITATEM ALIASQVE ANIMI DOTES LEONI X. CLEMENTI VII. PONTIFICIBVS MAXX. CARO MVLTISQVE LEGATIONIBVS MAGNA CVM LAVDE PER-FVNCTO A PAVLO TERTIO IN AMPLISSIMVM ORDINEM COOPTATO.

BRVNORVS FRAT. OPT. EX TEST. POSVIT.
VIXIT ANNOS LX. DIES XIII.
OBIIT ROMÆ ANNO SAL. MDXLIX. XVI. KAL. MARTII.

Verùm ad reparationem eiusdem sanctissimæ Dei Genitricis Templi cum anno 1624. monumentum hoc dirutum fuisset; Io: Baptista Gambara spectatè virtutis vir, ne tanta maioris sui memoria periret, instructo marmore, ac nobilissimo ad læuam eiusdem Ecclesiæ sepulchro sequentem inscriptionem posuit.

D. O. M.
VBERTO GAMBARÆ S. R. E. CARD. MVLTIS AC MAGNIS LEGATIONIBVS LEONIS X. CLEMENTIS VII. ET PAVLI III. ARDVIS TEMPORIBVS OBITIS DE REPUBLICA CHRISTIANA OPTIME MERITO SANCTÆ SEDIS VICARIO QVOD BRVNORVS FRATER EX TESTAMENTO POSVERAT AD REPARATIONEM TEMPLI DIRVTVM MONVMENTVM IO: BAPTISTA GAMBARA PERENNI TANTI SVI MAIORIS MEMORIÆ ORNATIVS RESTITVIT.


ANN. DOM. MDCXXIV.
VIXIT ANN. LX. DIES XIII. OBIIT ROMÆ MDXLIX.
XVI. KAL. MARTII.

Litteras Ioannis Matthei Giberti Datarij, & Io: Baptista Sangè à secretis Clementis VII. ad illum in Anglia degentem datas habes libro primo, & secundo Epistolarum Principum.

Ciaconius Cabrera, Felix Con- telor. inas Elecho. Panuinus Aubery in Vita. Andr. Vitorrell. & Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciacon. & in Ital. sac

Ciaconius Petramell. in March. Christiana Felix Con- telor. in Elecho. Ferdinad. Vghell. & Andr. Vitorrell. in Addit. ad Ciacon. Aubery in Vita. Panuinus P. F. in Gallia Purpurata Io. Chenu de Episc. Ga. Aliz.

Ciaconus Ferdin. Vghellius in Ital. sacra, & in Adit. ad Ciacon Archang. Gianibus Seruorum Aubery in Vita. Felix Con telor. in as Eleacho.




XXXII. A SCANIUS Parisianus natione Italus, patria Tolentinas, rebus magnis agendis idoneus, prudens, iustus, ac liberalis, Caiacenſis Episcopus à Clemente VII. renunciatus, ab eodẽ ad Prefulatum Ariminensem cedente Antonio Cardinali de Monte translatus, ex Pontificis Datario, à Paulo Tertio Presbyteris Cardinalibus titulo S. Pudencianæ, aliàs Pastoris adſcriptus, Cardinalis Ariminensis dictus est. Anno 1542. Perusæ, & Umbriæ legatione, ac Muranis Sacerdotio in Lucanis adactus, alia postea legatione Campaniæ, ac Maritimæ, ac Terræ Põiscurui, & Caltris spectantibus ad Alcaniũ de Columna functus est. Ferd. Vghellius in Adit. ad Ciaconium scribit, legationis munus gessisse Marcello Ceruino Cardin. S. Crucis apud Cæsarem; sed ex monumento Vaticano non Arcanum Parisianus, sed Petrus Paulus Parisius is fuit, de quo inferius.

Romæ è vita excessit die Mercurij 3. Aprilis anno 1549. sepultus ad S. Marcellum in sacello à se constructo: Eius annuetaſarium à Patribus ordinis Seruorum B. Virginis, cuius Protector fuerat, vt mox dicemus, in eadem Ecclesia singulis annis celebratur die 13. Augusti. Defuncto enim Antonio Cardinali Sanſeuerina datus est in Patronum ordini Seruorum à Romano Pontifice Cardinalis Ariminensis, quem magister Nicolaus de Cæsena ordinis Procurator consulto à summo Pontifice Protectorem efflagitauerat propter tot, ac tanta beneficia, quæ ante, & post Cardinalatum in Ecclesiam S. Marcelli contulerat. Magnas enim pecunie summas post combustam, & dirutam Ecclesiam, vt restauraretur, obtulerat, qui, & sacellum sub titulo sanctissimæ Pietatis in eadẽ Ecclesia sibi, suisq; posteris erexit cum sepulchro, in quo denique moris conditus fuit, quorum serie extincta, vt ad Cœnobium sancti Marcelli deuolueretur testamento legauit.

XXXIII.

PETRVS Paulus Parisius, natione Italus, patria Colentinus, vtriusq; Iuris interpres celeberrimus, publicè enim cum applausu, tum Patauij, tum Bononiæ vtrunq; Ius interpretatus est; ex Auditore Camere Apostolicæ renunciatur Presbyter Cardinalis titulo S. Balbinæ. Rexit Episcopum Nulcanam, & Anglonensem Ecclesias in regno Neapolitano; licet inter Anglonenses Episcopos hunc non recenseat Ferdinandus Vghellius: legationis munere functus est vnà cum Marcelllo Ceruino Cardinali sanctæ Crucis apud Cæsarem Genuæ commorantem; & in Concilio Tridentino vnà cum Cardinalibus Morono, & Polo. Post legationem, signandis Gratiæ libellis prepositus; Romæ è vita excessit die Sabbati 9. Maij anno 1545. & sepultus ad S. M. Angelorũ; cuius virtutes, & amplissimas animi dotas recenset hæc ad eius marmoreum tumulum posita inscriptio.



Ciaconus Hier. Marafiotus in descr. Calabria. Felix Con telorius in Eleacho. Anton. Sider in Erod. Ioã. Bapt. Adrian. in Historia. Panuinius Aubery in Vita. Sfortia. Card. Palauiccia. in Historia. Cœ. Trid. Ferdinãd. Vghell. in Italia sacra.

D. O. M. Petro Paulo Parisio Cosentino S. R. E. Presb. Card. Qui ob celebrem Iuris præd. famã in nobiliss. Italia Cathed. spectatam A PAVLO III. P. M. Bononiam Romam accitus Apost. primus Cam. Aud. creatus; mox in ampliss. Ord. adſcriptus, signandisq; Gratiæ libellis præpos. sacri tandem Concil. Trident. Legatus; & Præses electus; vt viuens etati suæ Christianæq; Respub. præsentis cõsilio, atq; virtute, ita post mortem, præclariss. editis ingenij, atq; doctrinæ monumentis plurimum posteritati profuit.

Obijt 5. Idus Maij Anno Salutis 1545. Aetatis suæ 72. Flaminius Parisius Episcop. Bituntinus Gentilis sui studioſum, & gloria emulus, Patriæ, & Familia ornamento fieri Testamento mandauit; qui vixit annos 40. Fabricius Gaieta, & Prosper Parisius Exec. cur. An. 1604. Corpus humo tegitur, Fama per ora volat, Spiritus Astra tenet.

Scripsit Consiliorum volumina quatuor, quibus largas sibi comparauit opes. In secundum Decretalium lecturas, Commentaria. In quatuor Iuris Ciuilis post meridiana lectiones.

XXXIV.

MARCELLVS Ceruinus de Spannochijs, nobilis Politianus an. Christi 1501. pridie nonas Maij in oppido Montisfani Ceruine genti proprio, & est in Piceno agro, Richardo Marchiæ Anconitanæ Thesaurario, & Caſandra Bencia, nobilibus, & claris parentibus genitus, postquam Senarũ in vrbe, industria paratũ, liberalibus disciplinis, & bonis artibus incubuit, Clementis VII. ætate Romam se cõtulit comitatu Oratorum Florentinæ reipublicæ, qui Clementem VII. ciuem suum nuper ad B. Petri sedem euectum, more maiorum adiebant. Vbi, & Pontifici innotuit, qui cum Richardo Ceruino Marcelli parente, dum in minoribus ageret, amicitiam coluerat; vnde, & quædam ei suo nomine nunciata commisit, quorum postea, Marcello Clementi non reddidit, ad ipsum redijt, à quo benignè acceptus, eius iussu in Datarij Apostolici contubernio aliquandiu permanſit; donec in clade almæ Vrbs à Cæſarianis facta patriam repetere coactus, rebus Romæ vt unque compositis, eam demum repetijt. Vbi Scriptor Apostolicus factus, Alexandrum Farnesium, postea Pontificem maximum Paulum III. diligentissimè coluit; quo tempore in Angeli Colotij, Constantini Laſcaris, & aliorum eius ætatis litteratorum hominum sese insinuauit amicitiam, & miro veterum codicum colligendorum studio flagrans, refertissimam optimorum voluminum bibliothecam confecit, quam postea ad purpuram vocatus, maximè auxit. Tum patris, vt re familiari operam daret, sororesq; honestis viris nuprui traderet, in quibus Cynthia antiqui exempli femina, maternæ pietatis æmulatrix Robertum Bellarminum è Societate Iesu primò, postea S. R. E. Cardium ad prætorũ summam Magistratum feliciter pepedit.



At Paulo ad supremum Ecclesiæ magistram assumpto, statim ad eum occurrit oblequij causa gratulabundus, ac venerabundus Marcellus, à quo pro merito, ac dignitate benignè susceptus est. Ab epistolis Alexandro Farnesio eiusdem nepoti initio fuit, atque eius consilio, ita iubente Pontifice, omnia reipublicæ negotia Farnesius adhuc adolescens moderabatur. Fuit enim Marcellus ingenij prompti, & expediti, naturæ grauis, atque seueræ, & excellit mira grauitate, & honestate morum; quibus artibus fidelem industriam, & laborem assiduum adiunxit. Post hæc ab eodẽ Paulo III. Protonotarius Apostolicus, Neocæsarenſis primò, deinde Regij Lepidi, demum Eugubini Episcopus, seu Administrator, & Pontificis Secretarius, & apud Carolum V. Imperatorem, ac Franciscum I. Francorum Regem Nuncius, prudentiæ suæ, ac inuſitata dexteritatis ergo Presbyter Cardinalis titulo S. Crucis in Hierusalem abſens legationis, est. Alexander tunc Cardinalis Marcellus in Belgio causa legationis, in qua Alexandro Cordinali Farnesio suffragabatur, & cui Romam reuocato in tanto munere substitutus est. Præfuit post purpuram Episcopus Ecclesiæ Regiensis, eaque dimissa, Ecclesiæ Eugubinæ: legationis munere functus est apud Cæsarem Genuæ commorantem; & in Concilio Tridentino: in quo Marcelli virtus in Pontificia potestate, & Ecclesiastica libertate, & auctoritate tuenda enituit. Nam cum Carolus Cæſar priuatarum rationum causa, eiusdem Concilij translationem, quæ ex Pontificis mente, ac precepto legati vrgebant, ægrè ferret; & Cardinalis Ceruinus, quod Cæſaris voluntatem Romanæ sedis dignitati aduersari videret, ab eo hac in re vehementer dissentiret, à Cæſarianis ministris interpellatus, nec minis, nec precibus à sententia dimoueri vnquam potuit. Qua de causa Cæſari inuisus redditus, cum grauiora verba in motu iracundiæ ab illo aduersus se prolata audisset, intrepidè respondit: Cæsarem quidem in corpus suum occasione data scire posse; in animam verò suam nihil es iuris esse, nec se vnquam eius, aut cuiusvis alterius mortalis metu à proposito, aut officio recessurum: ceterum facta Principum Dei iudicio reseruari, qui unicuique iuxta meritum sua esse retributurus. Tridentini itaque Concilij Bononiam translationem operam suam præstitit, mansitque aliquandiu Bononiæ in ea Synodo: inde suspenſo Concilio, cum Romam reuerti constitisset, & in itinere accepisset Diploma Pontificium, quo eum Paulus Bononiensis legatione honestabat, & Bononiam ad id redire iubebat, rogatus à Ioanne Maria Cardinale à Monte, qui postea fuit Iulius Papa III. vt sibi potius legationem illã impetraret, summis precibus à Paulo III. obtinuit, vt eam in Cardinalem transferret.

Grauiſſimis licet negocijs districtus, à Philosophiæ tamen studio diuelli vnquam potuit; Virginem Lauretanam ita colebat impensè; vt in oppido Montisfani Lauretanæ Aedi vicino, sibi domicilio delecto, ad illud rem diuinam in augusto Sacello facturus frequenter accederet. Ingenuam tanti viri naturam, liberalem doctrinam, temperandam

Ciaconus Panuinius in Vita. Vghell. in Adit. ad Ciacon. Aubery in Vita. Ludouic. Antich. in Hist. Card. Felix Con telorius in as Eleacho.

tiam singularem, & bonitatem Sadoletus suspexit: eximiam eiusdem probitatem, ingenij præstantiam, vitæ constantiam, iudicium, maximas, & plurimas virtutes Christianæ reipublicæ, & Apostolicæ sedi magno vsui, & ornamento futuras coniecit Bembus epistola suo nomine, ad ipsum data, & libro 6. impressa.


Post Pauli obitum interfuit Comitij Pontificij, & suffragium pro Iulio III. tulit. Initio Pontificatus à Iulij consanguineis pulsatus, vt Balduinum à Monte Camertium Principem à Iulio impetraret, eosque populos ab Ecclesiastica ditione exemptos in Principatus formam redigeret, negavit Marcellus, & Iulij constantiam laudauit; optimique propositi firmam, & immutabilem sententiam summo verborum honore extollere, & vt in ea opinione perseveraret, modestè, ac reuerenter hortari non desijt. Cogente corporis infirmitate Roma discedens Marcellus Eugubium primò perrexit, indeque Montefanum ad natiui cœli beneficio afflictam suam valetudinem recreandam, ac reparandam. Lauretum tamen incenso studio sapissimè inde se conferbat, in augustissimo Orbis terræ Sacello sacris operaturus. Itaque sub Iulij III. Pontificis decessum Marcellus rem diuinam inibi de more facienti res euenit visu, euentuque mirabilis; eximio candore, ac specie columba multis inspeçantibus supra eius caput placidè cum volitasset, nunc in sacrificantis manibus, nunc in ipso Missali libro requiescebat, ea res obiecta oculis adstantium, plerosque animis immobiles stupore defixit. Sacerdos qui de more Cardinali sacrificanti præsto erat, vulgarem columbam aliquam eò forte delapsam ratus abigere eam conabatur; at Cardinalis, haud immemor candidæ columbæ inditio, diuinitus olim designatos nonnunquam esse Pontifices, inhihet abigentem; ipse cœlestem columbam quiescere sinit, quoad sacrificio peracto sua sponte auolauit.

Nuncio verò paulò post de Iulij Pontificis morte, Romam reuocatus non sustinuit sese viæ prius, & Pontificij Comitij committere, quam veteri suo instituto Lauretanam Virginem salutasset. Aderat dies Annuntiatæ Virgini sacer, qui cæteroqui, pium eius animum inuitabat: festo ipso die exclusa incondita turba, sacrum in augustissima Cella facere attentissimè cepit. Inter sacrificandum post initium Canonis Ecclesiæ, Pontifice orbatam memorans, Deo, ac B. Virgini enixius commendabat: effusè precanti B. Mariæ cœlesti specie cœlitum septa comitatu se offert, animoq; eius diuina luce, ac dulcedine delibuto, ipsum fore Pontificem denunciat; extemplo attonitè mentis oculis subducit se. Marcellus tamen nouæ rei, ac subitæ admiratio tantum repente animi corporisque totius incussit horrorem, vt ad aram trepidans pedibus agrè subsisteret. Sensit sacerdos eius administer aliquid profectò Cardinali obiectum diuinitus, vtique cum eius conspiceret faciem insolito quodam splendore fulgentem; mox etiam notaret totum eius corpus noua circumdatum luce. Ergo quod ipsemet viderat, deinde cum alijs multis, tum Raphaëli Rietæ, qui rem litteris prodidit, pro familiaritate narrauit; quin etiam Cardinalis ipse necessariorum qui spectaculo affuerant, precibus fatigatus enūciauit rem totam, vt gesta erat: Ac simul adiecit, tantum vtique Pontificis munus longè altius esse fastigio suo: ac propterea Deum fortasse alium sibi Vicarium quaesiturum. Cæterum si Deo cordi esset talem in terris habere Vicarium; enim verò sibi antiquissimum fore Christianam rempublicam conseruare sartam, tectamque; atque Ædis Lauretanæ cultum longè, ac latè propagare. Itaq; Montefanum regressus, accersito tabellone, publicis consignari literis iussit, quæ in B. Mariæ Lauretanæ gratiam destinaret animo, nimirum, vt suam Deiparæ obstringeret fidem, eademq; si fortè, quod accidit, mors interueniret, testes forent suæ erga illam egregiæ voluntatis. Extât hodie in eo quod dixi, oppido, tabulæ Marcelli Certuini Cardinalis, ex quibus apparet, ei in animo fuisse, Canonorum, Cantorū, Ministrorum, Sacerdotum etiam Societatis Iesu augere numerum vt sancta Domus aduenarum frequentia, pietateq; auctior foret.

Cum Romam ad Pontificia Comitia proficisceretur, in via, qua Perusium itur in monasterio quodâ Calinenfis congregat. S. Petri pernoctanti, honoris causa occurrisset Michaël Turrianus Episc. Cenetenfis, vir probitate insignis, ab eo, in sermonem de noui Pontificis electione descendens, inter plura eiusmodi verba in familiaris colloquio hæc se audisse narrauit. *Fieri ne tunc posse, vt suis diebus is Pontifex maximus Dei benignitate afflictæ Ecclesiæ concederetur, qui veteres illos sanctos Pontifices martyrij, doctrine, & sanctitatis gloria illustres imitaretur, ea ex officio suo agens, quæ Christi in terris Vicario conuenirent.* Multa in eam sententiam addens, quæ bene affectum eius in Deum, & Ecclesiam animum aperirent. Porro conclaui instituto, non diu Patribus de nouo Pontifice deligendo cunctatis, Marcellus omnium ferè votis Romanus Pontifex renunciatus, dictus est Marcellus II. de quo plura suo loco, & tempore dicemus. Ad tantū Cardinalem Faustus Sabæus carmina dedit, suæq; deuotionis monumentum testatus est.

*Que nam dona tuo referam condigna labore,
Nescio, cum vires straueris ipse meas.
Netamen ingratus videar dignissime Princeps,
Offero parua tibi, maxima cum nequeam:
Scilicet hanc animam, & corpus, tenuem quoque sortem;
Et si quid maus corpore, forte, anima.*

Ciacon. Vit. Pontiff. & Cardd. Tom. III.



XXXV.

BARTHOLOMÆVS Guidiccionus, natione Italus, patria Lucësis, anno sal. 1469. antiqua, ac nobilissime gente Guidiccione, Lucæ, quæ est Hetruriæ ciuitas clarissima natus; generis sui splendorè virtutibus æquauit, & auxit. A pueritia naq; ad ætatem vsque adultam, parentum cura, liberalibus disciplinis, ac pietatis studijs excultus, ameniq; Philosophiæ, ac Theologiæ curriculum, aliquot deinde annis

in Iuris, legumque scientia collocatis, Romam se contulit, vbi eius doctrina, ac integritate, à summis viris cognita, præsertim ab Alexandro Cardinale Farnesio, qui postea euectus ad Petri sedem Pauli III. nomen assumpsit; ab eodem in familiam suam adscriptus est; in qua cum diu sanctissimè vixisset, ab ipso Piceni generalis Auditor, Farnensis Abbatæ Gubernator; mox, & Parmensis Episcopus Vicarius generalis pro eodem Alexandro Cardinali illius tunc Præsule declaratus est. Quæ munera cum singulari iustitiæ, videntæ, & incorruptæ mentis laude impleset, tranquillioris vitæ studio cum bona venia ipsius Alexandri in patriam se recepit, vt ibi abditus in paterna villa procul negocijs, & fori, aulæque tumultibus, ocio suauissimo Musas excoleret, ac obsequijs diuinis, & cœlestium rerum contemplationi totus incumberet, quo in secessu, ac solitudine, quam fructiferam Annibal Carus appellat, permulta doctissimè commentatus est.

Interea Farnesius renunciatus Romanus Pontifex, Guidiccionum per litteras, vt ad se veniret, illico inuitauit: renuit ille, nisi id omnino iuberet Pontifex, Paulus semel, ac iterum exultantem se ne Romam peteret, summo imperio coëgit. Summo Pontifici consistens, ab eo Romanæ Curiæ Datarius declaratus est; paulò post Episc. Aprutinus, ac anno 1539. tit. S. Cæsarij in Palatio, mox S. Priscæ Presbyter Cardinalis, ac Papæ in Episcopali officio Vicarius; Signaturæ Gratiæ, & Iustitiæ Præsfectus, Clusinae Ecclesiæ Administrator, Maior Pœnitentiarius, Romanæ Rotæ Reformator, ac demum patriæ Lucensis Antistes. Quæ quidem omnia vnus ferè anni circulo consecutus est; Nec fuit vllum alicuius momenti negocium hoc tempore in Romana Curia, quod eius consilio confectum non fuerit. Nam, & cum de celebranda Oecumenica Synodo, Romæ tunc ageretur, peculiarisque ad id congregatio selectorum quinque Cardinalium à Pontifice decreta fuisset, inter quos Guidiccionus Cardinalis præcipuæ auctoritatis erat: Is Tridenti indicendum omnino sua iussu, quo facilius Germanis Protestantibus alijq; Transalpinis nationibus hæresis lue infectis pateret accessus; eiusdemq; Concilij decreta expendit, quæ in hodiernum vsq; diè apud Guidiccionem ipsius manu descripta religiosè seruantur.

Agebatur tunc Romæ apud Paulum Papam III. de Societate Iesu ab Apostolica sede, recipienda, toleranda, vel reiicienda; inquam quidem Pontifex satis propensus erat, oblataq; ipsi suppliciter Tibure à Cardinale Contareno S. Ignatij eiusdem Societatis conditoris nomine, illius regula à sacri Palatii Magistro Thoma Badia postea Cardinali, Pontificis iussu cognita, & probata: lecta quoq; ab eodem Pontifice, *Digitum Dei hic esse*, pronunciauerat; ac tamen cum eam Diplomate Apostolico roborari petijset B. Ignatius; sapientissimus Pontifex, ne in re perpetua, ac tanti momenti quicquam præcipiti consilio statuisse videretur; eam totam tribus Cardinalibus examinandam commisit; inter quos ætate, ac rerum experientia eminebat Guidiccionus; quem præterea sciebat introductioni nouorū ordinum religiosorum, non modò non fauentem, verum etiam ita insensum, vt aduersus earum, quæ iam essent in Ecclesia, varietatem, & copiam, quæ ad quatuor tantum reuocandas arbitrabatur, commentarium scripsisse diceretur. Vnde non dubitabat, quin si à Guidiccione noua hæc esset probata religio, ea quoque ceteris delegatis Iudicibus probaretur, hacque ratione maleuolorum, ac maledicorum subtraheretur inuidia. Is igitur postquam annum ipsum deliberandi cunctatione, nouis in dies difficultatibus ingerendis extraxisset, tandem siue superiore quadam oculata vi, vt habet Spondanus, siue, vt scribit Vghellius à S. Ignatio in somnis admonitus, adeo immutatus est animo, vt qui præ ceteris ardentius propugnauerat, & illam gratijs, ac fauoribus exornandam decretisque Pontificijs muniendam censuerat, ac se à nemine quàm à Numine ipso ad id motum palam passus fuerit.

Vniuersæ Ecclesiæ negocijs detentus, annuente Pontifice, Lucensis sponsæ suæ curam in Alexandrum Guidiccionum fratris filium transfudit, cum illam sanctissimè annorum quatuor spatio administrasset: Clusinam verò, & Aprutinam Ecclesiæ, quod mirum fuisse scribit Petrus Paulus de Precibus in Diarijs, liberè resignauit. At paulò post paucorū scilicet mensium spatio elapso Bartholomæus decessit octogenarius v. Kalendas Septembris, seu ex Cabrera, ex monumentis Vaticanis, & ex Diario Angeli Marsarel-

Ciacconius Ferdinand. Vghell. in Addit. ad Ciac. & in Ital. sacra. Cabrera. Panuinius Felix Con telor. in. in. Eleacho. Aubery in Vita. Ludovic. Donius de Atichy in hist Cardd Nicol. Or. Landin. in Historia. Soc. Iesu. Panuinius Pet. Ribadencia in V. S. Igaat

li præsentis, in Vrbe Prædie nonas Nouembris die Martis nocte antecedenti: in tumulto tamen legitur, decessisse die 28. Augusti anno 1549. ex inlueto, & inopinato lapsu, cum scilicet prospera vtens valetudine, veniens ad salutandum, ac venerandum pro more summum Pontificem, talari symmate purpureo Cardinalis sancti Angeli præpeditus, ac implicatus, & inclinatus, ac fatiscens præsenio corporis mole, ac pondere grauatus corruisset. Optimi senis casum vniuersa defleuit Romana Curia, cui erat gratissimus, & ipse præsertim Pontifex conquerens, amicum se, & successorem dignissimum amisisse. Eius cadaver Lucam relatum, in Cathedrali Basilica conditum est cum sequenti epitaphio.

BARTHOLOMÆO GUIDICCIONO CARDINALI,
Præfati Luconsi, Iuris vtriusque Consulto, & Theologiae Perito: PAVLO III. Pontifici Maximo, vti gratissimo. Ita multis, magnisque rebus, & signandis libellis Iustitiæ, & Gratiæ exercitio; & cum quæstæ studium vite, ociumque appeteret, inuicte euecto: graui totius Curie damno, & marore e medio sublato:

*Nicolaus Guidiccionus Nepos Patruo amantissimo.
 Vixit ann. LXXX. V. Kalend. Septembris
 MDXLIX. inter nos esse desiit.*

Alexander Guidiccionus iunior Episcopus Lucensis patruo Cardinali Lucæ aliam posuit sepulchralem inscriptionem; hanc videlicet.

D. O. M.

BARTHOLOMÆO CARDINALI GUIDICCIONO
Lucensi Episcopo,

probitatis antiqua, & virtutis Viro; Diuini, humaniq; Iuris scientis. qui post probatam ciuilibus negocijs fidem, miti ingenio, ad sacra oia traductus, à PAVLO III. Pontifice Maximo ad Purpuram euocatus, Datarius, Signatura Præfatus, Maior Penitentiarius, Urbis Vicarius; eo non sublatus Pontifici, quod nec superstes: relictis doctrina insignibus monumentis, obiit paulo ante ipsum, tanquam morte suo Principi prægustata.

Ann. ætatis LXXX. salutis MDXLIX.

Laudarunt Cardinalem nostrum Castaldus, Annibal Carus, alijq; illius sæculi homines litterati: à quibus dicitur. *Vir honestate morum, ac integritate clarissimus; & in omni scientiarum genere versatissimus. A Vestrio vero in Praxi: Pontificij Iuris peritissimus, rerum usu, ac experientia præstans; & adeo pura, sinceraque mentis, ut cunctis facile summa probitatis simulacrum esse videretur. Incertum fuerit ne sanctior, an eruditior, bonisq; litteris excultior: cum præter Opuscula innumera, & Epistolas aliquot multiplici doctrina genere referatissimas, scripserit prægrandia viginti volumina de vtroque Iure. In quibus adeo inanis aura fumum non est aucupatus, ut sibi vni, & Musis canens ea nusquam ediderit: unde quadam ex illis periere: alia nuper reperta sunt in abstruso loco nulli prius animaduerso. Neque aliud opum genus, potioresque thesauros propinquis suis testamento reliquit, præter illos ingenij sui partus, & virtutum præstantissimarum exempla, quibus genus suum illustrauit, nomenq; immortalitati consecrauit.*

Iustitiam enim, integritatem, & animi candorem adeo dilexit, ut à primo instituto nunquam diuelli potuerit; & quod olim nonnullas Curie Romanæ consuetudines, quæ minus iuri consonæ videbantur, præsertim in munere Dataribus scripto improbauerat, nulla vi, aut gratia permotus ad ius violandum adduci se passus est; nam quotiescunque in ijs rebus se officij postulari contingeret, & placidè reuebat, & innocentiam suam constantissimè tuebatur.


Scriptit Bartholomæus præter Opuscula innumera, viginti, ut supra refert Veltius; in vtroque Iure volumina, valde pingua, & vastæ molis, quæ modo Romæ in Bibliotheca Vaticana seruantur: Epistolas quoque aliquot doctissimas quæ M. S. olim à Lælio Guidiccione alleruabantur: & elegiacum Carmen de Laudibus Villæ, ad Ioannem nepotem Forolempnoniensem Episcopum; quod in secundo tomo Italiæ sacræ rescripsit Ferdinandus Vghellius.

Petrus Aretinus Cardinali Guidiccione litteras dedit, quæ inueniuntur inter Epistolas eiusdem editas Italico sermone.

Iisdem temporibus ex eadem Guidiccione profapia Episcopi duo omnium scientiarum laude florentes in Romana Curia vixerunt, qui huius Cardinalis gloriam, ac familiæ splendorem amplificarunt; Alexander alter Adiacensis Pauli III. domus Præfatus, & Ioannes Forolempnoniensis, Episcopi, magni animi Vir, & ad ardua quæque negocia natus, qui vel ipsi patruo venerandus, suis litteris, & natale solum, & rem litterariam mirificè illustrauit. Hic Bartholomæo nondum Cardinali litteras misit, quibus gratulatur de Datarij munere, sponte illi à Pontifice commisso.

XXXVI.

FR. Dionysius Laurenius natione Italus, Beneuenti vir obfcuri generis, à puero inter Seruitas coopatus adeo profecit in litteris, iludq; de se specimen dedit, ut progressu temporis Perusiæ, Bononiæ, ac demum Romæ Philosophiam, Mathematicam, ac Theologiam multis annis summa omnium admiratione publicè sit interpretatus; atque in primarijs Italiæ urbibus, & Romæ quoq; disertè, & cultè Eu-



gelici Concionatoris munere cum laude functus sit, vir prudens in agendo, eloquens in dicendo, sapiens in disserendo. Ordinis sui Procurator generalis; Regis Angliæ apud Clementem VII. Oratoris munus gessit; cum enim anno 1534. summus Pontifex Clemens in gratiam Anglici Regis Thomam Cramer sacræ Theologiæ Professore, & eiusdem Regis Sacerdotem, atq; in vrbe Curatorem, in generalem Penitentiarium totius Angliæ elegisset, ac proinde Cramer in Angliam reuersus esset; multaq; de Dionysio Henrico retulisset; Rex viri probitate, & virtute cognita, ipsum Dionysium in locum Cramer Curatorem suum apud Pontificem designauit, & Clementi VII. per litteras suas Londini die 14. Maij datas valdè commendat his præcipue verbis. *Cum istic adsit venerabilis, ac religiosus vir P. Dionysius ord. S. M. Seruorum Italus, vir certè, ut ex nonnullis indicijs perspeximus, multa probitate, ac virtutibus ornatus, & eximius sacræ Theologiæ Professor; in primisque de nobis benemerendi cupidus; Vestram Sanctitatem impensè rogamus, ut præfatum officium vel in subrogationis modum, vel alio quopiam nomine, præfato Fr. Dionysio in nostram gratiam conferre velis: qua in re Vestra Sanctitas hominem multis virtutibus decoratum exornabit, & nobis rem gratam faciet.* Quare idem Clemens in celebri illa religionis causa ad Henricum Octauum Angliæ Regem, illum legauit.

Romam reuersus Vicarius ordinis renunciatu comitia indixit; cumque à Pontifice totius ordinis sui supremus Præses declaratus esset, Diplomate haud quaquam vti voluit; quare in comitijs Patrum omnium suffragijs reluctans, & plorans ad eam dignitatem fuit euectus. Paulus III. Oecumenicam Synodum celebraturus ad Europæ Principes Internuncios misit. Dionysium verò ordinis Seruorum magistrum (quem ante Pontificatum bene perspectum, sibi que à factis inferuissè; hoc in loco rememorasse sufficiat) ad Iacobum Scotiæ Regem direxit; ac amplissimis cohortauit priuilegijs, & facultatibus in vniuersam Scotiæ prouinciam obeundis, veluti ceteri Legati à Latere S. R. E. Cardinales per antea missi de iure, vsu, & consuetudine experti sunt soliti; ut liquet ex toto litterarum contextu sub data pridie Idus Nouembris 1536. & ad verbum relatum per Arcangelum Gianium ordinis Seruorum Cronitam, in prima sui Annalium parte.

Cum in Scotiam Dionysius peruenisset, Rex in aula Edimburgi illum perhonorificè excepit, eundemque commissa sibi à Pontifice referentem in publico conuentu regni cum Proceribus audiuit, cunctisque Pontificis mandatis promptam se exhibiturum obedientiam pollicitus fuit. Peruenierat rursus ad Dionysium recentiores Pontificis litteræ datæ Romæ die 23. Nouembris anni 1536. quibus specialis, & amplissima sibi dabatur facultas visitandi, corrigendi, & reformandi monasteria quæcunque, & Ecclesias tam sceminarum, quam virorum, tam claustralium, quam scularium clericorum; quæ res eo magis Iacobo Regi grata fuit, quam opportunè delata. Cum enim Henricus Angliæ Rex Catholicam fidem, & Romani Pontificis obedientiam penitus abrogasset in suo regno, pius, & religiosus Rex Iacobus finitimorum errores declinare, & suum regnum in consueta Pontificis obedientia confirmare cupiens, ab Ecclesiasticorum reformatione futura mala per Dionysium Nuncium Apostolicum præcauenda esse curauit.

A legatione in Italiam reuersus Dionysius Presbyteris Cardinalibus titulo S. Marcelli est adscriptus. Ferunt enim Paulum in minoribus plurimum in Mathematicis oblectatum, atq; ob hanc causam Dionysij rerum Mathematicarum studiosissimi necessitudine, & conuersione per subsecuias horas delectatum. Cumque Dionysius aliquando ei futurum Pontificatum prædixisset, Alexander hominem blandè complectens rubeo bireto sibi detracto exornauit: creatus deinde Pontifex inter Cardinales eum cooprauit. Petrum Aloysium Parmæ, & Placentiæ Ducem purpureum biretum à Pontifice missum Dionysio xjv. Kalendas Ianuarij post quartam noctis horam attulisse testatur Archangelus Gianius in Annal. Seru. at eo tempore religiosorum ordinum Viri Romani Cardinis honore decorati, purpurei coloris biretū non deferebant.

Cardinalis S. Marcelli nuncupatus, Vrbaniatum Ecclesiæ infulis ornatus, supremum ordinis fastigium non dimisit; Archidiaconatum Beneuentanum obtinuit, eamque dignitatem, quoad vixit, re-

tinuit.

Ciacontus Archang. Gianius in Annalibus Seruorum Felix Cotelor. inas Eleacho. Aubery in Vita. Andr. Vitorrell. in Addit. ad Ciacontii. Mar. Vip. de Archiepiscopi Beneuent. Ferdin. Vghell. in Ital. sacra. Elog. m. s. Panu. tuis

tinuit. Campaniæ etiam legatione oneratus, cum diutius regendi ordinis munus obire non posset, comitia anno 1542. Fauentia haberi iussit; in ijs autem Augustinus Bonuccius in eius locum susceptus est. Ab eodem Paulo, & a Carolo V. Lucæ in Hetruria commorantibus, Florentiam missus Dionysius Cardinalis, ut utriusque nomine Cosmum Ducem hortaretur ad Concilium. Mansit menses tres apud Patres sui ordinis partim in Cœnobio Florentino, partim in Senario releuandæ valetudinis gratia; tandem profecturus ad urbem cum eodem Cosmo Duce, egit de reparandis balneis S. Philippi, quorum aquæ ex fœculento cœno, quod secum trahunt, vndequaque diffudere, dispergi, & dissipari cœperant, ut in pristinum alueum pro ægotantium salute reducerentur, quod, & facile impetrare potuit.


Romæ cessit è vita die 17. Septembris anno 1542. solemnique pompa, & P. Dominico de Verona Seruita publica laudatione comendatus, in Ecclesia S. Marcelli honorificè tumulatus; in cuius postea memoriam Augustinus Aretinus Generalis, ut mœrorem suum leniret, grati animi ergo marmoreum ei posuit monumentum, cum hoc epitaphio.

DIONYSIO LAVRERIO BENEVENTANO TT. S. MARCELLI S. R. E. PRESB. CARD. VRBINATENSIS EPISCOPO RELIGIONIS SERVORVM GENERALI GRAVISSIMO AC LEGATO CAMPANIÆ A PAVLO III. P. M. ORDINATO VIRO ETIAM OMNI FERE SCIENTIAR. GENERE ORNATO R. P. M. AVGVSTINVS ARETINVS EIVS ALVMNVS GEN. POSVIT MDXLII. VIXIT AN. XLV. OBIT DIE XVII. SEPTEMBRIS M D XLII.

Rarissimi sanè vir exempli, selectarumque virtutum; in hoc tamen scriptorum illius aui nonnulli illum malè accipiunt, quod à Carolo V. obfirmatè contra Franciscum I. Galliarum Regem steterit. Eundemq; tum maximè damnant, quando in publico totius orbis Christiani congressu contra Gallorum Regem vehementissimè, ut refert in sua Historia Iouius, perorauit. Quare ab illis verus Seruita dictus est, cum plusquam seruili adulatione erga Carolum laborauerit. Ad Dionysium Card. plures litteras dedit Iacobus Card. Sadoleus.

XXXVII.

HENRICVS Borgia, natione Hispanus, patria Valentinus, Alexandri Papæ VI. nepos, Ioannis II. Ducis Gandiæ, & Franciscæ de Castro, & de Pinos filius B. Francisci Borgia Præpositi generalis Societatis Iesu patruus; ac Roderici Cardinalis frater; post cuius obitum ab eodem Paulo Cardinalibus adscriptus, in memoriam beneficiorum ab Alexandro VI. receptorum Episcopus Squillacensis renunciatur, & die sequenti inter Diaconos Cardinales ab eodem Paulo absens annumeratur cum Diaconia SS. Nerei, & Achillei; sed paulò post, dum Romam peteret ad Cardinalis insignia recipiendum, die 16. Septembris anni 1540. Viterbij ex violento, & incognito morbo animam efflauit. Corpus 18. die eiusdem mensis Romam delatum, in Basilica S. Petri ad Vaticanum, seu, ut alij volunt, in sacrio eiusdem Basilicæ sepulchro; vbi ad eius sepulchrum hæc olim legebatur inscriptio, uti nos monet Franciscus Turrigius.



Ciaconius Paulus de Precib. in Darius. Panninius Ferdinand. Vghell. in Addit. ad Ciaconiu. Aubery in Vita. Felix Con telonius in Elecho.

HENRICVS GENTE BORGIA NATIONE HISPANVS PATRIA VALENTINVS ALEXANDRI VI. PRONEPOS DVCIS GANDIÆ F. DVM IN MAXIMAM SPEM ASSVRGERET IMMATVRA MORTE HEV NIMIVM RAPTVS EST. SPIRITVS IN COELO. CORPVS HIC QVIESCIT.

XXXVIII.

IACOVS Sabellus nobilis Romanus, patre Io: Baptista, & matre Constantia Bentiuola v. Kal. Notèbris anno 1523. natus, Pauli Papæ III. consanguineus, & Cubicularius, dum Patavij Iurisprudentiæ, Latinis, & Græcis litteris operam nauabat, Diaconus Cardinalis S. Lucie in Septemzonis primò, mox SS. Cosmæ, & Damiani, Ecclesiæque Neocastrensis Administrator renunciatur. Sub Iulio III. Piceni Legatus, & Diaconus S. Nicolai in Carcere Tulliano; sub Paulo IV. Diaconus primò, deinde Præ-



Ciaconius Petramell. Andr. Vi dorelli in Addit. ad Ciaconiu. Panninius Palluce. in Elog. m. s. Cabrera. Sacchin in Historia. Soc. Iesu. Felix Con telonius in Elecho. Aubery in Vita. Cepi. Raspi. de Basilica Lateranena

byter Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin, & Episcopus Eugubinus, & Apruntinus, ac Neocastrensis. Sub Pio IV. Archiepiscopus Beneuentanus, & Papæ in Vrbe Vicarius, quo munere, quoadvixit, sub alijs summis Pontificibus donatus est. Sub Gregorio XIII. Presbyter Cardinalis S. Mariæ Translyberim, Episcopus Sabinus, Albanus, Tusculanus, Prænestinus, ac Portuensis, & S. Rufinæ; ac tandem maior Inquisitor declaratus est. An tamen fuerit Diaconus S. Lucie in Silice, & Episcopus Albanus, ut asseritur in Hist. Cardd. sub Ciaconij nomine edita, incertum apud Contelorium: & Ferdinandus Vghellius inter Episcopos Albanenses, & Prænestinos illum non recenset. Apruntinam Ecclesiam administrandam suscepit anno 1543. die 13. Aprilis, sed antequam conuolueretur annus, oneri se libens subduxit: Eugubinam verò recepit die 20. Maij anni 1555. cumque deinde ad Archiepiscopatum Beneuentanum anno 1561. transfisset, Eugubinam Ecclesiam Mariano fratri cessit. In vrbe Beneuentana iuxta sacrosancti Concilij Tridentini sanctionem, Clericorum Seminarium erexit, & anno 1567. prouincialem Synodum celebravit, in qua interfuerunt duodecim Episcopi suffraganei.

Sedis Apoltolicæ de Latere Legatus in Piceno eam ditionem ab intestinis simultatibus, quibus tumultuabatur, semel, atque iterum ab insidijs Draguti archipiratæ ducis classis Solymani Turcarum Tyranni liberauit, non minori laude, quàm quod eandem per quadriennium sanctissimè rexit. Patronus Collegij Græcorum à Gregorio XIII. instituti, cum Gulielmo Sirleto, Iulio Antonio S. Seuerinæ, & Antonio Carrafa Cardinalibus electus, non solum à familiaribus, sed à tota aula Romana vnicè ob morum, vitæ, & doctrinæ præstantiam; & quia erat vir grauis, Ecclesiasticorum rituum diligentissimus conseruator, & accuratissimus Cardinalitæ dignitatis obseruator, diligebatur.


Amavit vnicè Societatem Iesu; quare vbi à Pio IV. eius in Vrbe Vicarius cõstitutus est, accessit Lainio Præposito generali ait, id se oneris subijsse minimè inuitum, sperantem ea via in diuini ornatum, & incrementum nonnihil collaturum: idque adiumento in primis Societatis. Et quoniam recta populi institutio, emendatioque à Sacerdotibus idoneis pendeat, decretum sibi, deliberatumque esse, neminem ad Sacerdotalem gradum efferre, qui ab hominibus Societatis non probaretur. Proinde duos legeret à pietate, prudentiaq; ac doctrina idoneos viros, qui de initiandorum doctrina, & facultate periculum facerent, quorum iudicio staretur. Vidit Lainius, prouinciam esse inuidiosam, tamen tali viro ita præcisè, piaque adeo mente postulanti repugnandum non censuit, cum præsertim vtilitate publica inuidiam, si qua existeret, compensatum iri spes esset: quod planè è sententia euenit. Quippe Patres quo consideratius tam graue negocium gereretur, formula sibi periculationis totius accuratè confecta, Cardinalique ostensa, cum is summè probasset, commodum inde multiplex Ecclesiæ peperere. Non enim ij modo, qui accessere indigni, repulsi sunt; sed etiam quanta res integritate administraretur, cum fama vulgasset, multos, ne accederent, conscientia, & pudor absterruit: Multi ad pietatis, ac litterarum studia, quo idonei fierent, iterum animum retulere. Ac demum vrbibus alijs optimo præritum exemplo est, in quarum multis Antistites Iacobi Vicarij Pontificij æmulati, sed vtilitatem in exploranda sacrorum candidatorum facultate curam, multo acrius intendere. Neque hac tantum in re Societatis operavus est Iacobus Cardinalis Vicarius, sed eandem ad inspectionem rectionemque Ecclesiarum, eandem ad virginum sibi commissarum iuuanda monasteria adhibebat, & in Urbis totius salutem intentus voluit à socijs, adnotariq; conferent ad benè, Christianèq; viuendum in commune salutaria fore; quod cum fecissent earum rerum, quas adnotauerant, initio præcipuam, quanq; tum deinceps reliquas promulgari, obseruarique iussit.

Interfuit electionibus septem Romanorum Pontificum, Iulij scilicet III. Marcelli II. Pauli IV. Pij IV. & V. Gregorij XIII. & Sixti V. sub quo obiit die Sabbati nonis Decembris anno salutis 1587. eius corpus apud Patres Societatis Iesu in Farnesiano Templo sepultum est, vbi pietatis, ac religionis eius monumeta extant. Aram enim eiusdem Templi, in qua sancti Patris Ignatij ossa iacet, eo viuente inchoatam augeri; ut etiam Albanum Templum Petro Apoltolo dicatum, quod de iure patronatus familiæ Sabellæ est, ad perfectionem adduci scripto testamento mandauit. Funus splendè actum est in eodem Templo Farnesiano, orante x. Kalendas Ianuarij celebri Oratore Pompeo Vgonio Romano triginta nouem Purpuratis Patribus præsentibus.

Ianus Vitalis de illo Piceni Legato hæc edidit carmina.

*Non capiunt angusta tuas hæc carmina laudes
SABELLÆ, nec vim gloria.
Tu nondum tenera comptus lanugine malas
Fulsisti honore Purpura.
Nunc populos regis, & præclaras legibus Vrbes,
Et corrigis Prouincias.
Ante diem hausisti arguta tibi robora mentis,
Senilis, & prudentia.
O quales præ te fers maiestatis honores,
Quales, & ingens gloria.*

Ciaconius
Cabrera
Paulus de
Angel. in
deicrip. B.
Liberianæ
Ferdinad.
Vghell. in
Addit. ad
Ciacon. &
in Ital. &
Heric Spö
dan. in An
tal. Eccl.
Felix Con
telonus in
Elenoio .
Stortia .
Card. Pal
lucien. in
Historia .
Coc. Trid.
Andr. Vi
strell. in
Addit. ad
Ciaconiu.
Paouinius.
Aubery in
Vita .



X L.
MARCELLVS Crescentius Marij, & Pantaleon filius, nobilis Romanus, cuius stirpis Romanae antiqui monumenti notæ memoriam retulerunt. Marcellus, inquam, ob singularem doctrinam, & animi doctes ex Canonico Basilicæ Librianæ, viginti quinq; tantum annos natus, Romanæ Rotæ Auditor primò, deinde Mariscanæ Ecclesiæ Episcopus à Clemente VII. anno

1533 renūciatus, Presbyteris Cardinalibus à Paulo III. additus est cum tit. non S. Marcelli, vt refert Cabrera, sed S. S. Io. & Pauli, alias Pammachij: tit. autem S. Marcelli, non nisi die 11. Octob. eiusdem anni post obitum Dionysij Cardinalis Laurerij obtinuit. Signaturæ Breuium Præfectus, Bononiæ, & Rauennæ perpetuus Legatus, atque Concilio Bononia Tridentum reuocato cum duobus clari nominis Præfulibus Sebastiano Pighino Archiepiscopo Sipontino Iuris scientia illustri, & Aloysio Lippomano Episcopo Veronenis pietate, scientia, ac probitate clarissimo, Legatus Apostolicæ sedis illuc, vt illi præflet missus est. Hi Kalendis Maij anni 1551. solitis ritibus Sessionem vndecimam, quæ prima fuit sub Iulio III. celebrarunt, sacro peractò ab Archiepiscopo Turritano, & Pontificis Diplomate conuocationis Concilij à Massarello Secretario lecto. Decretum de resumptione Concilij promulgatum est: admissi Oratores Caroli Imperatoris, lectaque exhortatoria. Oratio Legatorum ad Patres. Præfuit Marcellus Cardinalis Concilio vsque ad Sessionem xvj. quæ die 28. Aprilis anni 1552. habita est, cui tamen ob grauissimum morbum non interfuit; in qua Sessione cum Germaniam armis, & discordijs ardere Patres viderent, & omnes ferè Episcopos Germanos, præsertim Principes Electores suis Ecclesijs consultum abijisse, Concilij progressum per biennium suspendendum decreuere, ea tamen lege, vt si citius tranquillitas restituta foret, Concilium eodem tempore firmitatem suam habere censeretur; sin autem perfectò biennio prædicta impedimenta non forent, submota quamprimum cessarent, suspensio eo ipso sublata esse intelligeretur; ac suis vigor Concilio sine alia conuocatione restitutus. Interim ne inutili ocio diutius detineretur Marcellus Cardinalis Crescentius Legatus inde abire decreuit, & cum Romam repeteret, Veronæ obiit; cuius morbum, Sleidanus ait, inde cœpisse, quod cum Martij die 25. scribendis litteris ad Pontificem valde fuisset occupatus, & laborem vsque ad noctem continuasset, tunc surgens, vt se reficeret visus sit canis quidam ater inuisitata magnitudine, flammantibus oculis, auribus ad terram prope dimissis, ingredi, & ad ipsum recta contendere, deinde sub mensam dilabi; vnde grauem suscipiens cogitationem, in morbum incidit: delatum Veronam, moribundum, subinde suis acclamasse, vt canem, ne lectum conscenderet, arcerent. Cuius rei cum nullum apud aliquem alium auctorem, nisi qui apertè ex Sleidano cœperit, testimoniū se inuenisse fateatur Spondanus; cum nulla fides habenda sit homini à fide, & Concilio alieno, cum de viro Catholico, & Concilij Præside, à quo parum sibi satisfactum fuisse agitur, factum negat, additque, nec illi credidisse Polanum alioqui eius quæque assera veluti diuina recipere solitum, cum mortem Crescentij Cardinalis simpliciter ille ponat, nisi quod ait, ingrauescente morbo sæpe delirasse, nec animo constitisse. Historiam non rejicit Cardinalis Pallaucinus in Historia Concilij: at id frequentissimè ægrotantibus contingere, quotidianus vsus docet.

Mortuus est autem Kalendis non Iulij, vt scripsit Vghellius in Italia sacra, sed ex monumentis Vaticanis, atque ex sepulchrali Inscriptione, Iunij anno 1552. Veronæ in Cœnobio Oliuetanorum Patrum; quorum erat apud Pontificem Protector. Corpus Romanam delatum, conditum fuit in sepulchro maiorum, in Ecclesia S. Mariæ ad Martyres; indeq; ad Basilicam S. Mariæ Maioris translatum appposito sequenti nobili epitaphio dignitatum eius indice.

D. O. M.
MARCELLO CARDINALI CRESCENTIO
Qui, ob insignem præstantis ingenij laudem
XXV. natus annos à CLEMENTE VII. Rotæ Auditor,
Deinde Episc. factus, à PAVLO III. S. R. E. Presb.
Cardinalis creatus, Principum Virorum,
Regumque in primis gratia, & benevolentia floruit.
Sub IULIO III. Bononiæ perpetuus,
Tridentini Concilij solus Apostolica Sedis Legatus,
In Orthodoxæ fidei causam
Cum totus incumberet, graui morbo
Consumptus, Veronæ decessit, Anno
Aetat. suæ LII. Sal. Hum. MDLII. V. Kal. Iun.

Alexander Crescentius, Fratri B. M. &
Sibi posterisque suis T. F. I.
Marius Crescentius
Hippolyti Filius, Alexandri Nepos,
Marij Pronepos fecit.
M. D. LXXXVII.

Funerem orationem Veronæ in eius exequijs habuit R. P. D. Franciscus Salazar Episcopus Salaminensis Ord. Minor. cuius, (maiori parte omissa, quæ vitæ nostræ humanæ fragilitatem, & miseriam recenser,) particulam, quæ ad vitam, & laudes Crescentij spectat, opportunum hic apponere visum est.

COETERVM Cùm in latissimo campo nostri Amplissimi Cardinalis laudum: mecum oberret, deperdaturque ingenium: ipsum laudibus omnibus efferre vix possumus. Quare neque volumus nihil dicere, neque equidem omnia colligere. Nihil autem de nobilitate, & antiqua Crescentiorum Romana Familia (vnde sibi origo fuit) in presentia dicturus sum: non quòd illa laudem mereatur nullam, cum strenui, & maximi in ea claruerint viri: sed quòd nihil in eo laudandum suscepimus, nisi quòd ei fuit sua virtute, & animi magnitudine natum, & acquisitum, & nec id quidem omnino, sed, & infantiam eius, ac iuuentutem præterimus: in quibus modestissime in bonarum artium studijs animum diligentissime excoluit: & utriusque iuri operam nauans, haud sine gloria, insignia doctoræ adeptus est. Neque verò ad vniuersam narrabimus, quanto in honore habitus fuerit, nedum à felicis recordationis Paulo Papa III. Pont. Max. acerrimi iudicij viro, qui eum ad fastigium Cardinalatus ascieuit, verum etiam à S. D. N. Iulio III. qui eum exploratum haberet nostri Cardinalis laborem in negotijs, fortitudinem in periculis, in agendo industriam, in conficiendo celeritatem, consilium in prouidendo, ad omnia graua negotia subeunda, & natura, & virtute sua, idoneum esse iudicauit, ac Sacri Concilij Legatum elegit. Quanto verò ingenij acuminis, quantæ patientia, tam in publicis, quam in priuatis congregationibus; in quibus semper interfuit; quantæ animi magnanimitate, quantæ dicendi acrimonia, Concilij sacra negotia tractauerit, norunt omnes, qui Sacro Concilio interfuerunt. Mirabantur Reuerendissimi Presidentes, Amplissimi, simulatq; Illustrissimi, Cardinalis, ac Princeps Tridentinus, (qui summo amore nostrum Cardinalem prosequeretur) sepius non humanum, sed potius diuinum habuisse ingenium prædicabat, admirabantur denique, & Sacri Imperij Principes Electores Reuerendissimi, reliquique diuersarum nationum Pastores vigilantissimi nostri Cardinalis ingenij felicitatē, & vberitatem eloquentiam eximiam, copiam admirabilem, eruditionem variam, studium indefessum, doctrinam multigenam. Mira res dictu, centum ferè Prælatorum sententias memoria retinebat; & extemplo admissim coram magna corona, mirabili eloquentia vniuersisque votum referebat. Quid diltari sumus de verborum facundia, & comuendæ affabilitate? profecto neque aliorum mores ita fastidierat, neque tam grauis, & difficilis erat, vt Principes, mutis statuis similis, aliquando facere solent. Sed tanta veritas est in Sacro Concilio aequalitate, vt neq; familiaritas contemptum pareret, neque dignitas affabilitatem pessundaret, & diuites, & pauperes magna animi benignitate quotidie in mensa sua recipiebat, vt sanctissimi Domini Nostri Legatum decebat. Longum esset, & penè immensum per omnia discurrere: quoniam

Definet ante dies, & in alto Phœbus anhelos


Equore tinget equos: quàm consequar omnia dictis.

E Verum quoniam hoc acerbum orandi genus ad saluberrimam vitæ nostræ institutionem à Solone primùm, deinde à sanctis Patribus, & alijs quàm pluribus emanasse arbitror: Attendite, quæso, quid Amos Propheta dixerit: Percute cardinem, & moueantur superliminaria, percusso in prelio Rege, ceterisque fortioribus, alij debiliores facile terrentur, vnde audientes Philistæi, quòd mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt. Post Christi Vicarium, Cardinales sequuntur, eam ob rem, si quem eorum mortem oppetere contigerit, ceteri inferiores terreri, commoueriq; debent, ad mundi contemptum, & perfectam sui præparationem. Sed iam, & nos ipsi extemplo consternati animo frigesimus, demuramur, compatiuntur, lugemus, cum hunc Amplissimum Cardinalem corpore vegetem, mente integerrimum, suæ Patriæ ornamentū, propriæ Familie rarissimum decus, exemplar, speculum, subaque præfulgidum, è nostris manibus elapsū videmus.

F Scripsit multa, quare meritò in catalogo Cardd. proprijs scriptis illustrium locum inuenit; posteris enim Decisiones Rotæ, & Epistolas multas reliquit. Huic Cardinali literas dedit Gregorius Cortesius Card. quæ inter eiusdem litteras in lucem datas inueniuntur. Coram illo Legato Conc. Trid. orationem habuit Paulus Passota.

Rexit Episcopus Ecclesiam Compfanam; & Abbas ditissimum Cœnobium S. Bartholomæi in Ferrariensi diocesi: ordinis Cisterciensis Protector, Romanam Curiam sub Iulio III. cum alijs nouem Cardinalibus correxerat. In Concilio multum illi cum inuidis negotium fuit, licet nemini de probitate concederet, apud multos, tum maximè apud Cæsarianos suspectus, in primis imprudentiæ nomine fuit. Interfuit Comitij Pontificij, in quibus Iulius III. renūciatus est Romanus Pontifex, sub quo è vita migravit.

Ciaconius Cabrera. Vghellius in Addit. ad Ciacon. & in Ital. fac Felix Con telorius in Elencho. Aubery in Vita. Carafin. in Catal. Ep. Melphien. Paninius.




XLII. IOANNES Vincetius Aequauiua de Aragonia Neapolitanus, Andreæ Matthæi Ducis Arrienfis, & Isabella Picolominæ de Aragonia filius, Ioannis Francisci Marchionis Bituntini, Ioannis Antonij Gioiaz Comitum, & Ioannis Baptiste frater vitimus, ex Episcopo nō Melphitensi, vt scripsit Ciaconius, sed Melphienfis, & Rapollano, arcitque S. Angeli Præfecto inter Presbyteros Cardinales titulo S. Syluestri, & Martini in montibus, alias Equitij coopatus à Paulo est.

Post obitum Ioannotij Puccij Florentini, per resignationem Antonij Puccij Cardinalis, Melphiensem Ecclesiam, & Rapollanam in saltu Sipontino positam regendam anno 1537. suscepit, illudq; Templum insigni organo exornauit, cui Ecclesie vsq; ad obitum præfuit. E viuis abiit die 2. Augusti anni 1556. apud Iurum.

XLII.

POMPONIVS Cæcius Romanus, ingenio acutus, ad magna peragenda negocia natus, Vir doctissimus, Philolophicæ, & Astrologiæ laude præclarus ex Canonico Basilicæ Lateranensis, Episcopo non Tiphernas, sed ciuitatis Castellanz primò anno 1538. deinde anno 1539. Nepesinus, ac Sutrinus, ac Põsificus in Vrbe Vicarius, demum Presbyter Cardinalis S. Cyriaci in Thermis à Paulo renun-




Ciaconius Paninius Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciacon. & in Ital. fac Felix Con telorius in Elencho. Aubery in Vita.

ciatur. At mense vix elapso post adeptam purpuram, die scilicet xij. vel iij. Augusti anni 1542. ex hac vita migravit, & in Laterano sepultus, quem Virum laudatissimum non semel monumenta illustrius Basilicæ appellant. Ferdinandus Vghellius Pomponium hunc cui Cæsi agnomen tribuit, inter Hortanos Episcopos numerat: Hortia antiqua Hetruriz ciuitas est propè fluuium Tyberim in antiquis Faliscis posita: illum tamen Cæcium nominat in serie Episcoporum tum Nepis, tum ciuitatis Castellanz. Floruit enim aliquando Romæ Cæciorum familia; & in Laterano in sacello huius scæ familiz, hæc sunt notæ.

IVLIANVS CÆCIVS CAN. LAT. HIPPOLYTA CÆCIA TRANQVILLVS CÆCIVS AVRELIVS CÆCIVS CAN. LAT. FAVSTINA CÆCIA POMPONIVS CÆCIVS CAN. LAT. S. R. E. PRESB. CARD. PAVLI III. VICAR. FRATRES ATTILIO MATTHIÆ FILIO CAN. LAT. AMANER ET PIE CVRANTE DIVERSIS LOCIS DISSITIS QUI EX VNO MATERNO VTERO PRODIISSENT VT IN VNUM TERRÆ MATRIS LOCVM REGIPERENTVR H. S. S.

XLIII.

ROBERTVS Puccius Florentinus, Antonij filius, Lauricij Cardinalis amplissimi frater; Antonij S. S. IV. Coronatorum Cardinatis, patruus; Florentiz natus anno nostræ salutis 1463. in republica Florentina, prudētia, pietate, singularique doctrina insigniter floruit, & eaque summa integritate, & iustitia suprema functus est magistratu; eo fungentē, Iustitiæ Vexilliferum appellabāt, ac semel iterumq; Prior



Ciaconius Cabrera. Aubery in Vita. Paninius Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciac. & in Ital. fac Felix Con telorius in Elencho.

republicam moderatus est. Ab Alexandro Mediceo primo Florentiz Duce inter octo supra quadraginta Senatores, quos optimè ad imperandum ex primaria nobilitate sibi delegerat, accitus,

prudentiæ, & fidei suæ non pauca documenta dedit. Eleonora Lenesia nobili, ac spectatissima femina vxore, ex qua filios procreauerat, è viuis sublata, ad Ecclesiasticam Hierarchiam animum adiecit; quare Romam se contulit, vbi à Paulo III. eius senilis prudentia maximè venerata est, ab eoque primum Pistorienfi Sacerdotio, Antonio Cardinale nepote resignate ornatus; & paulò post in eiusdem Antonij gratiam Presbyteris Cardinalibus tit. SS. Nerei, & Achillei, alias Fasciolæ adscriptus est. Malè Cabrera titulu S. S. IV. Coronatorum illi primò assignat; nam titulum hunc non nisi post Antonij Cardinalis nepotis obitum obtinuit. Melphienfis, & Rapollano Episcopatu in regno Neapolitano donatus, maior etiam Pœnitentiarius renunciatus est. Quinquennio in purpura felicitè perpetua animi innocentia, & fide exacto. Romæ mortaliu orbi die 16. fe. ut alis 17. lanuarij hora circiter duodecima, anno Christi 1547. ætatis 83. expletus est. Sepultus in choro S. M. super Mineruam ad pedes sepulchri Laurentij fratris Cardinalis hac sepulchrali inscriptione à Pandulpho legitimo filio ornatus.

D. O. M.

ROBERTO Puccio Tit. SS. Quatuor Presb. Card. Maiori Pœnitentiario, summa fide, atque constantia prædito Pandulphus Puccius Patri charissimo, atque optimè merenti posuit, Qui vixit Annos LXXXII. Menses VII. Dies XIX. Decessit XVI. Kal. Februarij MDXLVII.


Florentiz verò in sacello Pucciz familiz ad Templum Diuz Annunciatę pulcherrimum, ac honorificum sepulchrum Roberti Cardinalis memoriæ positum visitur, vbi hæc inscriptio legitur.

ROBERTO Puccio Antonij F. Tit. SS. Quatuor Presb. Card. Maiori Pœnit. Episc. Pistor. præfate, atq; integritate insigni A PAVLO III. P. M. creato. Robertus Puccius ex Pand. eius legitimo, ac naturali Filio Nepos Tanto Auo P. Anno Domini MDCVII. Vixit annos LXXXIII. Obijt Romæ XVI. Kalend. Februarij MDXLVII.

Claudius Robertus in Descriptione Venetensium Præfulum, & Ferdinandus Vghellius in serie Episcoporum Pistorienfium, Robertum hunc Cardinalem Puccium patrinum Roberti Cardinalis Bellarmini, qui vltimis hinc temporibus, & vita innocentissimæ, & singulari doctrina Romanam Ecclesiam maximè illustravit, fuisse affirmant: illum enim die 5. Octobris anni 1542. in sacro fonte progenit.

XLIV.

IOANNES Moronus, quem alij Ioannem Hieronymum vocant, natione Italus, patria Mediolanensis, Hieronymi Comitis ob reru vsu, & inter Mediolanenses summo loco nati, & in aula Caroli Cæsaris, conspicui viri, & Amabilis Filiragæ filius, anno 1509. viij. Kalendas Februarij natus est hora decimano. Hic adulescētis in patria humanioribus litteris, & Patauij legibus intentus, ita



Ciaconius Petrus in Elog. m. s. Lud. iacob. bill. in vita Aubery in Vita. Cat. à Ba. Sil. Petri in Nouar. Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciac. & in Ital. fac. Paninius Henric Spö dan. in An. nat. Ecl. sforma. Card. Pal. laudin. in Historia. Cœ. Tid. Hippolyt. Martac. in Purpura. Mariana. Hot. Tur. Heli. in Histona. Laureana. Loz. Bapt. Adrian. in Histona. Nicol. Orlandin. & Franc. Sacchin. in Histona. Soc. Ieff. Per. Mat. S. Ignati. And. Vi. Groll. in Addit. ad Ciacon. Felix Con telorius in Elencho.

in ijs profecit, vt inter primos eiusdem Gymnasilij Iuriconsultos fuerit citissimè connumeratus, & à Clemente VII. Romano Pontifice iuuenis adhuc Episcopatu Mutinensi donatus; à Paulo III. ad Ferdinandum Romanorum Regem, Petri Pauli Vergerij loco, sedis Apostolicæ Internuncius missus, omnibus Germaniæ Conuentibus, præsertim verò Ratisponensis; tum Turcis resistendi, Religionis causa coacto affuit; quo in munere declarato illi successore Hieronymo Verallo Episcopo Bertinoriensi, cum in Italiam iter arripuisset, ab eodem Paulo III. Presb. Cardinalis S. Vitalis titulo Vestinæ Cardineum silem à Gaspare Cardinali Contareno ciuitatis eiusdem Legato accepit anno 1542. 13. Kalendis Nouembris eiusdem anni cum Petro Paulo Parisio, & Reginaldo Polo Cardinalibus, vt Conuentum Tridanti inchoarent, Legatus Apostolicæ sedis missus, ea in vrbe permansit vsq; ad annum 1544. quo suspensa Synodo, Legatitq; reuocatus, Bononiensem legationem iubente Pontifice accepit. Prolegatum ea in vrbe præter ceteros habuit Ioannem Angelum Medicum Archiepiscopu Summaginum, postea Cardinalem, ac tandem sub Pij IV. nomine summum Pontificem. Iacobus Sadoletus pro noua dignitate legationis adepta, singulari læticia affectus ad Ioannem litteras dedit.

Anno 1548. à legatione semotus, dimissa Mutinensi Ecclesia, ad fauorem Fr. Ægidij Fufcarij nobilis Bononienfis, Nouariensis

Epilco-

Marianus Victorius in Epistol. occupat. Op. S. Hieronymi.

Episcopus quadriennio post renunciatus est. Eo proponente, & Beato Patre Ignatio apud summum Pontificem Iulium III. Cardinalis mentem approbante, Romæ Collegium Germanicum pro adolescentibus pietate, & litteris iustruendis edificatum est. Quod opus, & Ecclesiæ Romanæ ornamento, & Germaniæ magno adiumento fuisse, & esse hodie, vel maximè constat, cum in eius penè collapsi instauratiōe, & amplificatiōe Gregorius XIII. pro sua præcipua in eas nationes clemētia, & volūtate vehemēter incubuit

Hic porrò ad titulum S. Laurentij in Lucina translatus in Germaniam anno 1555. Legatus, cum Augustano Conuentui, præsentate Ferdinando Romanorum Rege Caroli Cæsaris fratris Vicariū agente, interfuisset, accepto de Pontificis morte nuncio Italiam, versus iter arripens, Comitijs, quibus Marcellus II. Pontifex maximus declaratus est, adesse non potuit; quo breui vita functo, & Ioanne Petro Cardinali Carrafa sub Pauli IV. nomine in Pontificatu succedente; Ioannes relicto S. Laurentij in Lucina titulo, & S. Mariæ Transtiberim assumpto, cum palatium suum vetustate collapsum erexit, à Pontifice Paulo, qui de eo malè audierat, in Hadriani Molem conijcitur, & longo carcere affligitur. Suspicius enim Paulus ex quibusdam indicijs fuerat, Ioannem commercij quippiam habere cum Germanis Protestantibus, cum quibus varijs legationibus in Germania pro Sede Apostolica integerrimè fungens, versatus fuerat, in Molè Hadriani conclusum, à quatuor Cardinalibus seuera admodum inquisitione examinandum curauit. Sed Pius IV. successor cognita Cardinalis innocentia, eum non modò ab omni iniuria, & suspitione vindicat, sed etià ex Presbytero factum Episcopum Albanensem, mox Sabinensem, tandem Prænestinum, dignum iudicat, quem anno 1563. in Herculis Gonzagæ Cardinalis Mantuani locum, primùm Legatorum, & Præsidentem ad generalem Tridentinam Synodum iterum à se conuocatam mitteret, & paulò post ad Imperatorem. Cui etiam eiusdem Concilij confecti Decreta, cum alijs Cardinalibus examinanda, onusq; Canonizationis B. Didaci ordinis S. Francisci imposuit.

Imò cum ad Cæsarem Pius IV. illum designasset, hortatus est in publico Consistorio, vt ad Dei gloriã laborem susciperet; respondit Moronus, *suas partes esse silere, & obsequi.* Io. Franciscus Cardinalis Gambarà in eodem Consistorio censuit, neminem ei legationi Cardinali Morono aptiorem esse, tum ob insignem prudentiam, qua præditus erat; tum quia apud Cæsarem, & Germaniæ Proceres maxima pollebat auctoritate. Sabbato sancto 10. die Aprilis anni 1563. Tridenti vrbe ingressus est Moronus Legatus solenni pompa sub umbella, ac generali processione susceptus; triduoque post nempe 13. Aprilis in generali congregatione habuit orationem de sua missione cum excusatione imbecillitatis suæ in tanto munere dignè administrando, & exhortatione ad ea tractanda, quæ maximè necessaria essent, remotis quæstionibus inutilibus, & contentionibus omnibus, atque discordijs. Sed antequam quicquid aggredere in rebus Concilij, Ferdinandum Cæsarem Oenipontem adiens specie, vt tantummodo Pontificis propensam voluntatem erga progressum Concilij, & integram Ecclesiæ reformationē sine vlla exceptione Cæsar approbaret; re præcipuè, vt Cæsarem dimoueret à cogitatione proficiendi Tridentum; oraret finem eius accelerari, & causas obstantes tolli, ac Sedis Apostolicæ auctoritatem sartam, ac rectam seruari contra tot machinationes aduersus eam comparatas; & vt reformatio Curie Romanæ non institueretur Tridenti à Concilio, sed Romæ ab ipso Pontifice. Denique proponeret Concilij translationem Bononiam, vbi posset Cæsar cum Pontifice interuenire, atque in eo celebri Conuentu Imperij coronam accipere, quod nemini vnquam Imperatorū contigisset. Reuersus Oeniponte Tridentum Cardinalis Moronus ad Concilij res summa integritate tractandas sua studia contulit.

Perfecto Concilio Romam reuersus, ex Prænestino, Episc. Tullulanus renunciatus, mox Portuensis, & S. Rufinæ electus, tandem Francisco Cardinali Pisano mortuo, in Episcopatu Ostiensi, & facti Collegij Decanatu, successit. A Pio IV. pro fœdere contra Turcas deputatus, à Gregorio XIII. Genuam Legatus anno 1575. eius reipublicæ tumultus, vnà cum Maximiliani Cæsaris, & Philippi Regis Oratoribus, gubernio nouis legibus commutato, ad pacem, ac tranquillitatem redegit. Et iterum anno 1576. in Germaniam, vt Conuentui Ratisponæ celebrando adesset, Legatus missus, Maximilianum contra Poloniæ Proceres, quod eo neglecto, quem prius nominarant, Stephano Bathorio Poloniæ regnū dedissent iratum placauit. Regnorum Angliæ, Hungariæ, & Archiducatus Austriæ; sacræ item Domus Lauretanæ; monachorū congregationis Casinensis; monachorum Cisterciensium; ordinis Prædicatorum; monialium Conuertitarum Urbis; Collegiorum Germanici, & Angli protectiones summa cum vigilantia exercuit. Hoc Patrono Lauretanum Templum haud parua incrementa cepit: Canonici Lauretani auctis stipendijs ad amplificandum Templi cultum incitati. Poenitentiarij linteis vestibus superinduti, sericis infulis, stolas vocamus, ad ipsorum, ac Templi decorem ornati: duodecim pueris sacrorum ministris rubræ vestis insigne datum: nouum Odæum, quia vetus aucto Sacerdotum, Symphonicorum numero erat angustius, multo amplius, multoque commodius institutum, ac ornatum: ad solemnem Aræ orna-

atum duodecim Apostolorum simulacra, ex argento selquicubitalia ex regio opere facta, pondo septingentarum, ac viginti librarum Lauretanæ Historiæ summa à Teremano Præsidente olim edita, in octo præcipuè linguas, Græcam, Arabicam, Hispanam, Gallicam, Germanam, Illyricam, Latinam, & Italicam versa, eademq; in totidem ingētibus tabulis descripta, medio proposita Templo, vt omnium nationum aduenis ipsius historiæ cogitandæ copia foret. Quare periculoso implicitus morbo, Lauretana Virgine implorata, repente conualuit; itaque damnatus voti Lauretum protinus se contulit, & B. Mariæ gratijs peractis extare voluit diuini muneris monumentum; proinde votiuam inibi tabellam suspendit hoc maximo titulo insignem.

IOANNES CARD. MORONVS EPISCOPVS PORTVENSIS GRAVISSIMA INFIRMITATE OPPRESSVS A DEO INTERCESSIONE B. M. SEMPER VIRG. LIBERATVS VOTI COMPOS VOTVM PERSOLVIT ANNO DOMINI MDLXV.

Tanti beneficij memor grati animi ergo Deiparam Virginem sibi cordi esse semper demonstrauit: quare anno salutis 1579. ex concessione Gregorij XIII. aggregauit Archiconfraternitati Charitatis de Vrbe sodalitiū Conceptionis erectū in Cœnobio S. Francisci Valentino, vt patet ex aggregationis Diplomate, quod extat apud Armamentarium Seraphicum.

Tandem annum natus vnum supra septuaginta, die Iouis Kalendis Decembris hora decima, anno reparatæ salutis 1580. Gregorij XIII. Pontificatus nono, Romæ in Domino quieuit; cuius corpus pallio ornatum, sibi in Templo S. Mariæ super Mineruam sepulturæ traditum, ad gradus maioris Aræ lapide in pavimento, elogio sequenti inciso, cooperitur.

HIC IACET CORPVS IOANNIS CARDINALIS MORONI PATRII MEDIOLANENSIS ET EPISCOPI OSTIENSIS QVI FVIT LEGATVS APOSTOLICVS IN SACRO CONCILIO TRIDENTINO ET PRÆSES. VIXIT ANNOS LXXI. MENSES X. DIES V. OBIT I. DECEMBRIS MDLXXX. ORATE DEVM PRO EO.

HIERON. MORONVS COMES PONTISCORONI HÆRES HORATIVS MORONVS EPISC. SVTRINVS ET NEPESINVS FRATRIS FILII DOMINO AC PATRONO OPTIMO EX TESTAMENTO MOERENTES P. P.

In Comitijs, in quibus Cardinalis Alexandrinus Pontifex adlectus, dictus est Pius V, Caroli Cardinalis Borromæi sanctitate clarissimi, cuius iudicium plures Cardinales sequebantur, studium in Moronum, vt in Romanum Pontificem deligeretur, versum erat, & certè sapientissimo iudicatu, vt suprema insula dignus putaretur ille, quem Pater ad publicorum numerum administrationem erudiuerat, quemque Paulus III. magnis negocijs sæpe præfecerat; & ipse acri vir iudicio pluribus legationibus egregiè functus, singularem publicarum rerum administrandarum peritiã sibi comparauerat, Concilium Tridentinum prudenter, feliciterq; absoluerat, bene actæ vitæ laude celebris, quemque Pius V. insigni prudentia, & magnarum rerum vsu præstantem diligebat, faciebat maximi, sapientique eius consilio ad grauiora negocia conficienda vti consueuerat. Agnouerant enim illum integerrimum, in rebus omnibus ministrum. Narrauit olim Marcus Antonius Columna, qui rei præfens interfuit; cum Cardinalis Moronus quædam Pio IV. iam morti proximo, statuenda suggestisset; eaq; Pontifex differret in crastinum; Cardinalem apertè denunciafle, medicorū sententia ei non vltra quartam vitæ horam superesse; ad eamque vocem nihil conterritum Pontificem id modò dixisse: *Fiat voluntas Domini.*

Societatem IESV vnice amauit; Petro Fabro religiosissimo viro ad animi noxas expiandas aliquando vsus; Alfonso Salmerone Mutinam, aliosque Patres eiusdem ordinis ad eandem ciuitatem, ad Collegij initia capienda, illius Ecclesiæ commoda promouendi cupidus direxit. A veterno vitiorum conuersis mulierculis Monasterium construendum in eadem vrbe curauit; Capuccinos Mutinam introduxit; tribusq; Synodis celebratis instituit optimis legibus Clerum ad præscriptum Concilij Tridentini; Seminarium erexit; nihilq; omisisse videtur, quod curam pastorem requireret. Bis Mutinensem Ecclesiam renunciauit, sed cum regressu quippequi publicis negocijs distentus, propiorem gregi curam non posset impendere. Huiusce Cardinalis imaginem non vno titulo celebrem Ianus Vitalis paucis hisce carminibus delineauit.

*Si quis ambitur rads MORONVS honesti,
Et qualis honoris gloria
Hæc angusta foris vulgo monstraret inani
Tabella scripta Carmine.
Nullus Sol fului cum verberat ora Pyropi,
Splendore tanto fulgurat.
Quis masestatem sincera mentis, & oris
Modestiam, quis gratiam?
Eloquio ille adeo facundus dixerit aptè
Confusus, aut clementiam?
Ardentes vincit pietatis viribus ille
Qua flagrat, omnes lampadas:*

At

*At mens candidior minibus, minusque ligustris
Sinceriorque lilijs.
Regales contenta suis supereminet ingens
Omnes honores dotibus
Tollite crudeles bacchara incendia Erymes
Tumultuantis ambitus,
Tollite, & hinc vilis ardorem funditus auri,
MORONVS hac non appetit.
Cui finis Divinus Amor, cui summa cupido est
Sinceritas pulcherrima.
Felix Roma opibus tantis, Ecclesia felix.
Felix, & Orbis ambitus.*

Antonius Vexca ad Ioannem Card. quo die Apostolica functione legatione Genuensium rebus compositis Romam rediens Consistorio publico, exceptus est, carmine, & Musis ludit. Scripsit Moronus (Carolo à Basilica Petri Episcopo Nouariensis teste) Constitutiones Episcopatus Nouariensis ad diuinitum cultum, curam animarum, & vitam Clericorum pertinentes.

Item Mutinensis Synodi Acta.
Orationem in Concilio Tridentino habitam.
Epistolas plures ad Polum, & Cortesium Cardinales: ad Iouiu, & Federicum Naufram, claros illius saeculi doctriam viros.

A Gregorio XIII. Legatus Genuam ad componendam rempublicam, & ad sedandos tumultus, ut dictum est supra; scripsit Leges & Genuæ publicauit die 17. Maij anni 1576. quæ anno sequenti editæ sunt Neapoli; ad eundem finem à Cælare missus Orator Petrus Faunus Costachiarus Comes, & Princeps Imperij Episcopus Aquensis; & à Rege Catholico Carolus Borgia Dux Gandiæ, & Ioannes Diliaquez.


Curauit, ut S. Hieronymi scripta ab Erasmi Roterodami erroribus emendata in lucem ederentur; Marianus enim Victorius in Epistola nuncupatoria ad Pium IV. hæc habet. *Quicquid autem utilitatis ex hoc opere ad Ecclesiam exurgat, quod quidem aris plurimum, Ioanni Morono Amplissimo, & absolutissimo Cardinali magna ex parte adscribant; qui vir ex prudentia, religione, alijsque rebus præclarè gestis innumeris, Tibi notissimus, quantum sit faciendus, ex una tantum Tridentini Concilij absolutioe totus iam puto, Orbis agnouit. Is enim primum per monachos suæ protectioni commendatos conferris Hieronymi exemplaria cum Erasmiis voluit; collata deinde mihi examinanda tradidit, & ut perducere ad finem opus possem omni commoditate in domo sua, ubi multis ab hinc annis honorifice diuersor fouit, & iuuat.*

Ioannis Card. Moroni numismata duo inuenies in Museo Caroli Antonij à Puteo cum effigie Cardinalis, & litteris: IO CARD. MORONVS FIDEI CATHOLICÆ PROPVGNATOR: in prima facie; in secunda verò nubes expressa est cum splendore, ac litteris: VOX DE COELO, ET TENEBRÆ EVM NON COMPREHENDERENT.

Presbyter S. Stephani in Cœlio monte post obitum Pauli interfuit Comitij Pontificij, in quibus renunciatus est summus Pontifex Iulius III. S. Laurentij in Lucina Pauli IV. S. Mariæ Transtiberim Pij IV. Episcopus Portuensis Pij V. & Ostiensis Gregorij XIII. sub quo, ut diximus, è viuis abiit. Eius vitam accuratè icripit Ludouicus Iacobillus Fulginatensis.

XLV.

GREGORIVS Cortesius nobilis adolescentiæ suæ annis in studijs virtutum, ac bonarum litterarum, Græcis præcipue, & Latinis sub Seuerio Cisterciensis Monacho Placentino, ut ipsemet suis in litteris testatur, disciplina optimè eruditus. Ciuili, Canonicoque iuri deinde operam dedit Bononiæ primò, postea Patavij, multumque in omni doctrinæ genere profecit. Vir factus in clientelam à Ioanne Cardinale Mediceo, qui summus Pontifex renunciatus, Leo X. dictus est, receptus, apud quem audiendarum causarum munus exerceat. At cum huiusmodi laboris onere premeretur, & ad diuinarum litterarum studium, quietamque transigendam vitam diuino quodam instinctu pertraheretur, ad Cœnobij D. Benedicti in agro Mantuano congregationis S. Iustinae conuolauit, ac Monachi indutus habitum, in eo viuendi genere ita profecit, ut omnibus muneribus, quibus apud Cœnobitas illos potiri consuerum est, mira fuerit prudentia functus. Creuit Gregorij fama apud Principes, & præsertim apud Paulum III. Pontificem maximum, qui tanti viri virtute, probitate, religione, ac scientia indutus, ex Abbate Mantuano in Collegium Cardinalium illum, incredibili totius Senatus consensu asciuit anno sui Pontificatus



Ciaconius Fauuinius Andr. Vi-storell. in Addit. ad Ciaconij. Anton. Sæder in Elo-gijs. Aubery in Vita. Hæric Spôdan. in Annal. Eccl. Felix Cœtelor. in Cœlencho. Nomenel. Cardd. Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciac. & in Ital. sacra. Jac. Gad-dus de Scriptor. Nic. Bacc

octauo Domini verò 1542. die vltima Maij, & non ut aliqui volunt die 2. Iunij, vel Iulij. Et paulò post Romam accitum titulo S. Cyriaci in Thermis die 16. Octobris, defuncto Pomponio Cardinali Cæcio insigniuit, & in rebus ad Concilium spectantibus cum alijs Cardinalibus deputauit, ac Urbini Præsulem nominauit.

Miris eum laudibus cohonestauit Paulus in litteris ad eum datis tenoris sequentis. *Hodie in his sacris seunus atque in Consistorio Nostro secreto inducti, singulari tua probitate, religione, integritate, ac doctrina Te S. R. E. Presbyterum Cardinalem, cum Dei nomine de Venerab. fratrum Nostrorum, eiusdem S. R. E. Cardinalium consilio, creauimus: firmiter sperantes, quod his difficilissimis temporibus, tua opera, & consilio Nobis, & ornamento futuris sis, & adiumento. (Cui Nostra spes, ut quemadmodum Te dignum est) respondeas, usque à Nobis pileum rubrum Cardinalatus insignis iuxta veterem, & probabiliorem morem presens accipias, Te hortamur, Tibique iniungimus, ut primo quoque tempore venire matres ad Nos, qui Te libentissimè videbimus. Interea, has Nostras litteras testes, ac nuncios Tua dignitatis, una cum bireto rubro de more à Nobis benedicto, per dilectum filium Cornelium Bel-lenzum nepotem tuum, ad Te mittimus, quas tu debita cum reuerentia recipies: Dat. Roma apud Sanctum Petrum sub anno piscatoris die 11. Iunij 1542. Pontificatus Nostri, anno octauo.*

Ad has Pauli litteras tale responsum illico dedit Gregorius. *Vix fieri posse credidissimè, ut oculis S. Vestra in supremo verum, vertice constitutis, inter tot graues, tamque multiplices, curas quibus in Christiana reip. gubernatione animum eius necesse est distrahis, ego in infimis positus, & velut in abdito quodam delitescens, atquando possem occurrere: Præsertim cum memetipsum penitus inueniens, nihil cognoscerem, quod à longe quasi lumen aliquot elucere posset. Enimvero cum fama primum, deinceps compluribus nuncijs, postremo honorificis S. Vestra litteris factus sum certior, me in Sacrosanctum Cardinalium Collegium cooptatum, equidem sic exhorruis, ut vix longo demum intervallo potuerim recolligere. Ab eius enim rei expectatione adeo longe aberam, ut nec mihi aliquando in mentem venerit, tale quippiam suspicari. Præclareque mecum agi putabam, si in inferiori ordine, & gradu constitutus, ea que mei muneris essent præstissem. Cum vero intellexi id etiam ea ratione factum, quod spes aliqua esset in S. V. opera, & consilio istis difficilissimis temporibus, & ornamento, & adiumento futurum, grauem mihi aduersariam constitutam esse, perperam, concitatam de me expectatione: quam decipere quodammodo nefarium sustinere autem longe difficilissimum esset. Ego certe P. S. cum me ob istud vestrum de me iudicium obstructum videam memora beneficij sempiterna, & non modo ad referendam gratiam, sed nec ad habendam quidem aut prædicandam satisfacere possim, quod unum possum polliceor, eximium, scilicet, ac singulare studium, fidemque erga S. Sedem Apostolicam, vniuersaq; S. Vestra cognationem. Quæ in re, & si fortasse cæteris ordinis nostri ingenio, eruditione, & vsererum, amore tamen, diligentia, atque fide nemini cerè sum concessurus. Quod vero ad profectio-nem meam ad Urbem attinet, quam ve amplissima huius dignitatis insignia presens accipere possim, primo quoque tempore S. V. aggredis suber, & si optabiliter nobis iter illud est inueniendum, quo ad beatorum pedum oscula, ad agendas gratias, & ad munus nostrum exequendum occurrere aduolem, at amen si S. Vestra à se impetrari permittet, ut isthæc nostra profectio in Kalendas Septemb. reici possit, istud profectio multis de causis rationibus nostris conducere videretur. Primum quidem, quod celeberrimis huius Cœnobij, cui præfui quinquennio rebus constitutis, rationes omnes confectas solidatasque relinquam. Deinde quod cum proxima hieme, & vere tot o satis vehementer egrotarim, tum demum valetudine melius confirmata, iactationem, cæteraque itinere molestias, abq; omni periculo sustinebo. Postremo, quod estus caloribus misgatis, quibus imbecillia corpora maxime tentari solent, expeditus, & maiori cum securitate iter conficiam: Quæ in re, ita demum consilium nostrum S. V. probatum esse cupio, si nulla ex parte ab eius animo, & voluntate discreparit. Cum enim ad hanc aetatem, omne vita meæ curriculum, ita semper dirigendam esse duxerim, ut quasi signum mihi esset propositum, ad quod omnes actiones meas intenderem, superiorum meorum in primisq; Beatitudinis Vestrae voluntas, nunc eo magis emisar, ut omnes obediens numeros, parteq; implerem, quo quasi tanquam proxime capti adsumtum, totam viuendi rationem, tanquam vitalem spiritum potissimum à S. Vestra petere, haurireque debeam. Incolumen S. V. Deus Opt. Max. seruet. Ex Cœnobio S. Benedicti Mantuani ij. Id. Iunij 1542.*


Petrus Bembus, Rodolphus Pius, Guido Ascanius Sfortia, Ioannes de Saluiaris, Dionysius Laurerius S. R. E. Cardd. Collegij, Ioannes Mutinensis sum suis litteris de noua dignitate maximè gratulati sunt. Nihil tamen ob nouam dignitatem candoris, nihil probitatis, nihilq; antiquæ comitatis amisit; sed omnibus gratis in sacrarum litterarum studijs innocenter, ac piè noctes, diesq; tranlegit. Cum doctissimis viris per totam ferè Europam familiaritatem habuit, & frequens per epistolas colloquiū, & à Bembo, & Sadoleto Cardinalibus celebratur ob ingenium propè diuinum, atque doctrinam excellentem. Tandem Romæ omnium, & maxime suorum lu-

Quæ viuis excellit. Kalendas Octobris anno salutis 1548. Pontificatus Pauli xiv. & in Basilica SS. XII. Apostolorum ante altare S. Eugenæ humatus fuit. Morti proximus domestico dixit. *En sum mortis proximus; melius mihi proculdubio esset e vita migrare in paupere religiosorum virorum veste, quam in purpura.*

Plurima huius clarissimi viri monumenta relicta sunt ingenii eius, ac doctrinam testantia: scripsit enim Arnaldo Vuione teste. De Peccato Originali Commentarium. Lerinensis Insulæ, & Cænobij Laudes. De Theologica Institutione. In quatuor libros Sententiarum. Quod S. Petrus Romæ fuerit, ad Hadrianum VI. De Potestate Ecclesiastica. Epistolarum Latinarum librum: & alterum Hetrusco sermone. Hymnorum diuerso metro librum vnum. De Vitis Illustrib. Ord. Monastici. De Direptione vrbis Genuens. Poëmata quædam ad imitationem C. Catulli; quæ Cælicolum Regi dicata prodierunt ex Aldi officina, cum Sannazari de Partu Virginis libro: & Io: Matthæus Toscanus in Peplo Italiæ posteris tradidit: eumq; epigrammate adiecto Catulli imitatore exhibuit.

Gregorius Cortesius Cardinalis.
*Quis neget hoc magnum, tot ubi post secula primus
Tractas Catulli barbiton?
Sed nimium lasciuia tui quod pleetra Catulli
Ad digniorem usum vocas.
Cælicolumque dicas Regi, debere fatetur
Tibi Catulli barbistos.*

Nonnulla ad Philosophicam, ac Theologicam facultatem spectantia. Tractatus D. Cypriani de Virginitate, à Latinis eius opera legitur. Eidem litteras dedere, præter supra laudatos Cardinales; Iacobus Sadoletus, Ioannes Medices, Ioannes Moronus Cardd. Christophorus Longolius, Benedictus Theocrenius, Federicus Fregosius Archiepiscopus Salernitanus; Stephanus Saulius, Seuerus monachus Cisterciensis, Pamphilus Saxes; Dionysius monachus, Franciscus de S. Venerio, Vitalis monachus; alijque plures, sui æui viri doctrina illustres. M. Antonius Flaminius illi pariter carmen dedit. Robertus Geronda in huius Cardinalis morte litteras Italico sermone scripsit Paulo Manutio; quæ editæ inueniuntur inter alias Virorum illustrium. Fuit qui existimaret, Cardinalem Cortesium, ex eadem, qua Ferdinandus Cortesius Mexicanæ prouinciæ Dominator, simul, & nouæ Hispaniæ Fundator, qui anno 1547. die 2. Decembris e vita migravit, familia fuisse, grandi allucinatione; cū ille Medellini in Hispania Bætica ortus; Cardinalis autem Mutinæ in Italia, vt supra diximus.



XLVI.
MAG. FR. THOMAS BADIA Mutinensis, Ordinis Prædicatorum, ne dum litterarum scientia illustris, verum, & vitæ sanctitate, fide, & animi candore insignis, Magister sacri Palatii, clarus Theologus, supremorum Inquisitorum vnus, Presbyter Cardinalis S. Syluestri in Campo Martio à Paulo Rom. Pontifice, non autem à Clemente VII. vt scribit Antonius Senensis in Bibliotheca Prædicatorum, renunciatus est anno 1542. Ad Cardinalatum promotus eandem, quam antea, vitæ rationem seruauit; tempus enim in percurrendis sacris libris, seu in contemplandis diuinis misterijs terebat totum. Quare sanctitate, & doctrina clarior, quàm dignitate, anno salutis 1547. sui Cardinalatus sexto; ætatis sexagesimo quarto; hora noctis nona ante diem Martis, sexta Septembris, Romæ e vita excessit, & sepultus ad limina S. Mariæ super Mineruam apud alterius Thomæ de Vio Cardinalis Caietani cineres, cum hoc epigraphio in pariete Ecclesiæ affixo.

DEO. OPT. MAX.
THOMAE BADIAE MUTINENSI,
Eruditione, continentia, ac sanctitate clarissimo, Card. Diui Syluestri, qui, & amplissimo Ordini Senatorio, & cunctis mortalibus mixta cuiusdam frugalitatis, religionis, atq; omnis vitæ incredibile exemplum reliquit, alijs vero quibuscunq; honoribus, non tam vti voluit; quam dignus videri, quos tamen sola morte existimatus est fugere potuisse.
Franciscus Badia Fratris opt. posuit.
Vixit annos LXIII. Menses IX. Dies XXVII.

Thomas Badia Cardinalis S. Syluestri, Ordinis Prædicatorum decessit e vita An. 1547. Octauo Id. Septemb.

Scripsit Commentaria in octo libros Physicorum. In libros de Anima. In libros Metaphysicorum. De Prouidentia Dei. Quæstionum Physicalium, & Metaphysicalium librum vnicum.

Ciacon. Vit. Pontiff. & Cardd. Tom. III.



XLVII.

CHRISTOPHORVS Liber, Ioannis Gaudentij Liberi Madrucci Principis, & Veronicæ Fugger filius, Tridenti natus iij. nonas Iulij an. 1512. & Christophorus Madrucius, vulgò dictus, Bononiæ adolefcens in litteras incumbens, habuit studiorum socios Hugonem Boncompagnum, Alexandrum Farnesium, Othonem Truchesium, & Stanillaum Hosium, qui omnes postea ad Cardinalatū

euecti sunt. Vnde reuersus in patriam Canonicus, mox Decanus, vltimo annos natus octodecim ipsius ciuitatis Episcopus, & Princeps eligitur: quæ ciuitatem, & Ecclesiam summa cum laude multos annos cum Brixienti, quæ paulò post eidem commissa est, administravit; vbi pietatis, doctrinæ, & munificentia non pauca reliquit monumenta. Quæ cum Paulo Tertio Romano Pontifici innotescerent, die vltima Maij anni 1542. in Presbyterum Cardinalem promouit, sed intra pectoris penetralia abditus, alio deinde tempore, 5. scilicet nonas Iulij anni 1544. Pontificio Diplomate abiens declaratus est. At cum Romam venisset die Mercurij 7. Ianuarij anni 1545. in publico Consistorio, rubenti galero à Pontifice ornatus est, cui mox ab Vrbe discessuro præter more os clausit, & aperuit, anulum dedit, titulumque S. Cæsarij in Palatio creuit. Anno eodem 1545. primæ Sessioni Concilij Tridentini in propria Ecclesia cum alijs Patribus celebratæ interfuit. Anno postea 1546. Romam à Carolo Cæsare missus, eundem Paulum Pontificem religionis, & amicitia nomine, vt opem sibi ferret pro bello Protestantibus, qui Germaniam pessimorum dogmatum falsa doctrina inficiebant, inferendo, rogatum, tres Italas fortissimas legiones, & mille cataphractos milites; & vt Alexander Cardinalis nepos maxima Procerum caterua comitante in Germaniam ipsius exercitus Legatus mitteretur obtinuit. Idem anno 1548. in Hispaniam Maximilianum Caroli Cæsaris ex fratre nepotem missus, vt Mariam vxorem duceret, & clauum regni teneret, comitatus, eius sponsalia Caroli nomine confirmauit, & Philippum II. in Italiam venientem Tridenti excepit, atq; cum eo in Belgas venit.

Sub Iulio III. iterum Concilio interfuit, & magni habitus ab ipsis Cardinalibus Legatis, qui mira de illo Carolo Cardinali Borromæo Pij IV. nepoti scripserunt. Cumque, & doctrina, & auctoritate polleret, Marcelli II. nomine anno 1555. Senas se contulit, vt præsentia, & auctoritate sua daret operam, ne ciuitas à Cosmi Florentiæ Ducis militibus, qui ipsam muniendam Imperatoris nomine erant ingressuri, depopularetur. Insuper pro Philippo Catholico Rege Mediolanensis ciuitatis, loco Albani Ducis, regius Vicarius fuit, & arcem ab Antonio de Luna proprio filio, cum ipse ad Gallos confugisset, relictam, ab eodem filio ablatam, res quidem magni momenti, bello tunc eidem ditioni à Gallis imminente Regi Catholico recuperauit. Cremonam amplificandam, muniendâq; mœnibus, & propugnaculis cingendâ curauit, discordias inter Sfortiam, & Hieronymum Pallaucinos vertentes, summa, atque admirabili prudentia diremit: Placentiam Regis nomine Octauius Farnesio Parmæ Duci sarce retenta reliquit.

Sub Pio IV. ad titulum S. Chrysogoni, & ex eo ad S. M. Transyberim translatus, Episcopatum Albanensem primò, postea Sabinensem, mox Prænestinum, præter Picenam legationem prudentissimè moderatus est. In vrbe Asculana hæc est de illius legatione memoria extra Ciuitatis portam, quæ dicitur Romana in arcubus fontis.

**CHRISTOPHORO MADRUCIO PRINCIPE
AC CARD. TRIDENTINO
GVBERNANTE SVB PIO QVARTO
PONTIFICE MAXIMO
DOMINIC. NELIVS LOCVM TENENS.
AC RESP. ASCVLANA. HÆC QVÆ
VIDES VNA CVM FONTIBVS AD PVB.
COMMODITATEM PRÆPARAVNT.
ANNO MDLXII.**

Conuentui Augustæ Vindelicorum Maximiliani electi Imperatoris causa celebrato, vt sacri Imperij Princeps interfuit; & controuerfiam inter Pium Pontificem maximū, & eiusdem Romanorum, electi Cæsaris Oratorem Georgium Elphestanium Comitem de tolemni iuramento præstando ortam, vnâ cum nonnullis alijs Cardinalibus, ad id à summo Pontifice deputatis composuit, ac sedauit. Anno 1570. ex Prænestino factus Episcopus Portuenfis, & S. Rufinæ per multa alia egregiè egit sub Pontificibus Pio V. & Gregorio XIII. quibus non modo propter virtutes illas, consilium scilicet, ingenium, sapientiam, sed etiam propter sales, ac facetos iocos, quibus identidem inter sermones utebatur, clarissimus exitit; per multa, inquam, egregia egit. In ipso summopere excelluit

Ciaconius Petramell Aubery in Vita. Filuce. in Elog. ms. Felix Con telor. imas Elencho. Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciac. & Ital. sacra. tanus Pyrrhus de E. pte. Trid. Hæric. Albi in Elog. gis Card. Panunius Io: Baptis Adrian. in Historia. Thuan. in Historia. And. Vi. Groll. in Addit. ad Ciaconiu. Hippolyt. Marrac. in Purpura. Mariana. Franc. Sac chia. in Hist. Soc. Iesu. Sfortia. Card. Pallaucia. in Historia. Cœc. Tnd. Petrus Tu. stianus in Hist. Veneta.

Ciaconius Andr. Vi. Groll. in Addit. ad Ciaconiu. Ferdin. V. Ghell. ibid. Aubery in Vita. Ga. sp. Ser. p. d. in. Ciac. M. ti. tum. Præ. sulum. Pa. unius. Act. Post. in Ap. p. r. tu. N. omnecl. Cæ. rdd. Fe. ix. Con. tel. onus in Elencho.

liberalitas, quæ tanta in eo fuit, vt præter pauperes, quibus summam auri vim dabat, Stanislaio Hofio Cardinali Varmienfis, viro litterarum cognitione, ac sanctitate vitæ, ea tempestate conspicuo, quem omnes suas facultates in pauperum cibos dispensare solitum sciebat, multa aureorum millia elargitus sit.

Tandem cum iam in summa rei gerendæ experientia, & actæ vitæ gloria, cum alios longè plurimos superasset, Roma aëris mutandi causa, & vt consuetudine Aloysij Cardinalis Estensis, quæ summopere delectabatur, Tibur ad leuandum morbum, quo laborabat, profectus, ibi ætatis agens annum 66. die Lunæ, nonis Iulij eius natalitio, anno à partu Virginis 1578. moritur. Cuius corpus, quod integrum inuentum est triennio post, forma ad maiestatem composita, Romam defertur; & in Ecclesia S. Onuphrij in sacello Madrucie familiaræ, quod *Defunctorum* dicitur, sine vlla inscriptione sepelitur; dum in ciuitate Tiburtina quieuit, lapide hoc epitaphio insculpto contegebatur.

CHRISTO RESVSCITATORI.

CHRISTOPHORI MADRVTII EPISCOPI PORTVEN. CARDINALIS TRIDENTINI OSSA HIC REQVIESCVNT. OBIIIT V. IVLII MDLXXVIII. ÆTATIS SVÆ LXVI EODEM QVO NATVS EST DIE RECVRRENTE.

Ad ianuam Cœnobij S. Onuphrij de Vrbe, hæc de familia Madrucia extat memoria.

EREMITIS S. HIERONYMI CONGREGAT. B. PETRI GAMBACVRTÆ DE PISIS FAMILIA DE MADRVCIIS F. F. ANNO DOMINI MDCII.

Ioseph Malatesta, & Valerianus Flaffus funebri laudatione virum hunc amplissimum cohonestarunt; in eoque ingenium, iudicium, consilium, prudentiam, doctrinam, humanitatem, probitatem, religionem, magnanimitatem laudarunt. Virtutes namq; omnes ipse summo colebat studio; in alijs non exiguis præmijs afficiebat: liberales disciplinas prope exulantes excipiebat, fouebatque inania spernens, in solidam gloriam animû intendebat. A nonnullis acerrimus Christianæ reipublicæ propugnator; Italiæ, & Germaniæ lumen; Senatus amplissimi dux, & Romanæ aulæ decus appellatur. Sanctissimam Dei matrem impensè coluit, eique continuum ferè ieiunium, ac perpetuam abstinentiam dedicauit: inter alia suæ religionis erga augustissimam cœli Reginam testimonia, in sacrosancto Templo Lauretano sacellum B. Virginis de Rosario laudatissimorum, quâ pictorum, quâ platarum operibus exornauit. Idem auream fibulam ingentem, quali Cardinales Episcopi vt in Pontificali amiculo solent, tribus margaritarum acervis instar nodorum nobilem Lauretanæ Virgini obtulit. Ex legatione, qua apud Cæsarem functus fuerat, reuersus, crucem argenteam calium legatorum in signe eidem Lauretanæ Virgini donum tulit; legationis scilicet obitæ illius præsidio, atque ope monumentum. Sed, & Ecclesiæ B. Virginis Lauretanæ extra urbem Spoletinam solemnî ritu primum lapidem inposuit; ipsius fabricam suo ære non parum iuuit; ac bina candelabra argentea eidem liberaliter donauit; ad cultum, atq; ornamentum miraculosæ imaginis Dei genitricis; quæ ibidem sub patrum Bernabitarum cura religiosè seruatur.

Interfuit sæpius Comitij Pontificij, illis scilicet, in quibus renunciati summi Pontifices, Iulius III. Marcellus II. Paulus IV. Pius IV. & V. ac Gregorius XIII. in quibus semper Regis Catholici partes sustinuit.

Præter domesticum superiùs expressum, pro insigni Phœnicæ habuit à sole combustum, cum hac inscriptione. **PERIT VT ÆTERNVM VIVAT.** Quibus verò laudibus tantum Cardinalem Ianus Vitalis extulerit, adiectum carmen indicat.

Omnibus in rebus, quos hic imitetur, in Orbe Nullus habet mortalium.
Arbiter ipse sibi est vitæ, rerumque Magister,
O gloriosum Principem,
Quem etiam secum certus splendoris honore,
Nec se ipse vincens vincitur.
Inde triumphato ducens splendore triumphum,
Et victa honore gloria,
Ipsè sibi exemplum ponit splendoris opimi,
Et liberalis copia.
Grandsa inexhaustis non solum flumina lymphis,
Pontisque fluctus maximos,
Verùm etiam natura ingens, quæ gignit, alisque
Mundi impotentis femina,
Te nimis angustis vallauit sinibus ex lex
Fortuna, Princeps nobilis.
Isti animo, imperium, ingentis, terraque, marisque
Effet pusilla portio.
Salus, qui humani superas splendoris honores,
Cælumque pulsas gloria.

Societatem Iesu vnice amauit; & in legatione sua Marchiæ Anconitanæ, vt aliquid certi Collegio Maceratenfi assignaretur, curauit; cumque aliquando ab Oliuero Manereo, & Collegij Maceratenfis Rectore inuiferetur, magna voce, & aderant plurimi, veluti concionabundus extollere miris laudibus Societatem eadem aggressus, præter cetera gratias dixit, ab omnibus Deo agendas,

quod tali tempore talem orbi terrarum hominum cœtum dedisset; ac bonam deinde de pecunia sua stipem ad Collegium misisset; sum mittentis nomen quanquam frustra, cupiens ignorari.


Alter ex duobus Cardinalibus in pectore reseruatîs declarandus, incertum an fuerit declaratus, & quatenus fuerit declaratus, quis ille fuerit, nescimus.

OCTAVA CREATIO CARDINALIVM
Quam Ciaconius decimamortiam nominat.

Die 19. Decembris anno Dominica Incarnationis 1544. in sacris Ieiunijs Romæ Paulus Tertius Pontifex maximus tredecim Cardinalibus adscriptis, decem videlicet Presbyteris, ac tres Diaconis.

XLVIII.

GASPAR de Auolos, natione Hispanus, patria Murcienfis, Petri de Auolos, & Annæ de Agueros filius, Philosophiæ, ac Theologiæ Parisijs operam dedit, cum humanioribus literis in patria studuisset, publicè Theologiæ docuit: Ecclesiæ Murcienfis primò, deinde Episcopus Gerundensis, & Archiepiscopus Granatenfis, & Compostellanus renunciatus, ad preces Caroli V. Imperatoris



inter Cardinales Presbyteros absens cooptatus est; ad quem Paulus die 8. Augusti 1545. pileum rubrum transmisit sine titulo. Eodem anno 1545. in Hispania, die scilicet secunda Nouembris obiit, & Compostellæ in Æde S. Iacobi sepultus cum hoc epitaphio.

ILLVSTRISS. DOM. GASP AR DE AVOLOS
S. R. E. Cardinalis:

Compostellana verò Archiepiscopus. Ecclesiæ Gerundensis, & Granatenfis presuit. Qui cum illas sanctissimè gubernasset, Ad Compostellanam exarsitatus.

Ibique Cardinalis dignitate subscriptus, Orationi, & sacrarum literarum predicatoni assidue vacans Suoque probatissimo Vita exemplo confirmans Feliciter migravit ad Dominum, Anno salutis MDXLV.

Ecclesiæ Compostellanæ septem sanctarum Virginum, ac martyrum S. Ursule sociarum capita, ac brachium S. Christophori, quæ Coloniz receperat, dono dedit. Annuus redditus ad sanctissimi altaris Sacramenti cultum in Ecclesia principe Compostellana reliquit, in quo Templo singulis annis Canonici, vt benefactori munificentissimo anniuersarium celebrant. Granatenfis quoque Ecclesiæ præfuit duodecim annorum spatio; qua in vrbe Academiæ fundauit; pro cuius ædificio scuta quadraginta millia effudit; Pro eadem iubente Clemente VII. Romano Pontifice constitutiones scripsit. Collegium quoque S. Catharinæ in eadem vrbe, ac Coenobium monialium S. Francisci erexit, annuisque ditissimis pensionibus dotauit, & ad religiosam vitam in eis ducendam regulas edidit.

XLIX.

GEORGIVS Armenia, & illustrissima familia Comitum eius nominis Vasco, Petri d' Armagnac, Insulæ Iordanis Comitum, Gimoesij Vicecomitis, & Causadæ Reguli, ac Iolandæ de la Haye filius, Galliæ Regibus agnitione propinquus, anno salutis 1500. natus, & educatus sub disciplina Francisci Ambrosiani Cardinalis affinis sui, bonis moribus



ac litteris imbutus, in Regum Gallorum aula diu versatus, ea probitatis, & reipublicæ rectè administrandæ signa dedit, vt à Francisco Primo Gallorum Rege serijs negocijs præpositus, maioribus in dies honoribus aucti meruerit. Episcopus enim primò Ruthemensis,

Ciaconius Felix Conzelor. inus Elecho. Aubery in Vita.

Ciaconius Petramell Amos. 81 derin Blo gij Card. Franciscus Sacchin in Hill. Soel. Henric Spé dan in An nal. Eccl. Felix Coenobium Elecho. Aubery in Vita. Andr. V. Petramell in Adit. ad Ciaconius P. Franciscus Petramell in Adit. ad Ciaconius in Vita.

nenlis, & Administrator Ecclesiarum Lescariensis, & Vabrensis, Regis Francorum primò ad Venetos, deinde apud Romanum Pontificem Orator, mox in ipsius Regis gratiam à Paulo III. Presbyter Cardinalis S. S. Ioannis, & Pauli, aliàs Pammachij declaratus, anno 1538. Romana curia adita, in còsilio dando apud omnes optimi Cardinalis, & Principis nomen est consecutus. At è titulo Pammachij à Paulo IV. ad S. Laurentij in Lucina, mox à Pio IV. ad S. Nicolai in Carcere translatus, ac factus S. R. E. Cardinalium Presbyterorum primus. Mortuo Henrico Rege in Galliam concessit, quando Franciscus II. Henrici filius, à quo Archiepiscopatum Tolosanum mortuo Roberto Cardinali de Lenoncourt, consecutus meruit, successor regni declaratus est. Ibi arcani consilij participatus, & in expeditione Germanica Gubernator totius Occidentis summo cum imperio praefectus est. At vt erat fidei, & religionis Catholicæ acerrimus defensor, non solum Ludouicum Borbonium Principem Condensem consanguineum suum de Catholica religione malè sentientem, cù alijs deprauatæ heresis Principibus erroribus ablati, sapè litteris, ac praesentia, vt ad fidem orthodoxam, Regiamque submissionem redirent, adhortatus est: verùm etiam Colinio Principe, ceterisque haereticis saepe inuadere conantibus Auenionensem ditionem; cui ipse pro Carolo Cardinali Borbonio affine suo, ditionisque legato praerant, eidem armis se opponens, ac statim Apostolicè sedi conseruauit, & magno militum à Pio V. missorum subsidio fretus, nonnulla ipsorum castra armorum vi acquisita Ecclesiae Romanæ sub legatione Auenionensi constituta addidit. Ecclesia postea Tolosana relicta, Auenionensi administranda suscepta, dum eiusdem Cleri reformationi, locorum restorationi, morum castigationi intendit, optimiq; Praefulus muneribus fungitur, ætatis annorum 85. salutis 1585. v. nonas Iulij, ex alijs jx. seu vt alij referunt, v. nonas Iunij die Iouis ad tantorum laborum praemium à coelesti illo rerum omnium moderatore Deo accipiendum, è vinculis huius humanitatis liber proficiscitur. Eius verò corpus in maiori Ecclesia, quæ S. Mariæ de Donis dicitur, in sacello Archiepiscoporum vbi sibi viuens monumentum extruxerat, sine pompa, & absq; epitaphio tumulatur. Seni huic iam annis effecto, sed adhuc naturali robore vigèti mortem accelerasse Thuanus dicit, quod Guilielmum Episcopum Tolonensem, cuius fidei summam legationis commiserat, ad Pontificem delatum, quod in Nauarri, & Protestantium partes inclinaret, à sicarijs quasi ante oculos iniuriosè peremptum viderit. Quæ tamen à Thuano malè in Romanum Pontificem affecto gratis asferantur, cum nulla huiusce facti memoria inueniatur apud alios eiusdem æui Scriptores. Ianus Vitalis carmine sequenti Georgium hunc Card. celebrauit.

*Dum pietate grauem, ac meritis te magnè GEORGI
Cantore exilis nostra Thalia parat;
Obstruit os dextra mihi sancta modestia, & inquit
Desine, sunt partes haec decora alta meae,
Noster hic est, illum à teneris assueuimus annis
Ingenus celebres nosse pudoris opes.
Illius à leui impacata superbia corde
Exulat, & vires secum habet omne suum.
Non animi florentis opes, non qualibus illi
Assistat, nostri, sedulus officijs.
Pingere vis certis quacunq; coloribus illi
Conueniant, mores pingere disce meos.*

Cardinalis hic Armaniaco, interfuit conuentui Poissico in Gallia, teste Francisco Sacchino in Historia Societatis Iesu: Ludouico Cardinali Ambosiano affini temporarium tumulù erexit; eidemq; epitaphium posuit Laureti in Æde Virginis iuxta Cardinalis Augustani sacellum, heraclium lapidem litteris incisum, grati animi monumentum erigens post sextum, & trigésimum ab eius obitu annum. Doctorum, & hic fautor, & Mæcenas eximius extitit; fuit inter alios domi qua erat liberalitate, ac beneuolentia erga eruditos, Guilielmum Blancum Albiensem, qui Xiphilini Epitomen Historiæ Augustæ è Dione Latinam de Græca factam, eius auspicijs euulgauit anno 1551. praefaturque, vt domesticus testis, atq; oculatus sic. *Studijs doctrinae, non solum à pueritia dedissus fuisti, sed etiam ad ea diligenter exercenda ita reliquos omnes inflamasisti, vt apud Ruthenos, cum factus esses eius gentis Episcopus, multos tuo exemplo, maximisq; beneficijs ad hæc studia litterarum, atque humanitatis excitares. Quæ cum statuisses nunquam intermittere in maximis occupationibus tuis, essesque postea à Francisco Rege Gallorum optimo, ac tui amantissimo missus ad Venetos Legatus, atque inde huc Romam ad Paulum III. Pontificem maximum nactus occasionem, magnam operam posuisti in restituendis optimis Auctoribus, & ab obliuione vindicandis. Quorum magnum numerum non solum undique perquiri, ac describi iussisti tuis sumptibus: sed etiam Regi omnium bonarum artium studiosissimo, vt idem faceret, missis in omnes partes Europæ doctissimis hominibus, facile persuasisti. Deinde cum esses propter has legationes obitas liberè cooptatus in ordinem Cardinalium, ad illustrandam nobilitatem tuam, & ad memoriam laudum domesticarum, nempe vt tu vnus memoriam maiorum tuorum Arma-*


niacorum Principum, quos viros clarissimos fuisse constat, & potentissimos in Aquitania, dignitate simul, & virtute renouares, existimasti manendum tibi esse semper in proposito suscepto consilio, vt abs te veteres libri ab obliuione hominum, atq; silentio vindicarentur. In quibus fuit Epitome Dionis, quæ cum fortè domi tuae in meas peruenisset manus, cuperemque, vt tu meam erga te voluntatem cognosceres, capi tua causa ipsam è Græco in Latinum conuertere.

Georgio Francisci Regis Oratori anno 1541. dicauit Philander Commentaria in Vitruuium; cui Philandro ipse Georgius postea tumulum posuit. Auenione praefuit comitijs patrum Minimorum ordinis S. Francisci de Paula, vt potè ipsorum Protector; & quorum Cœnobium in vrbe Auenionensi fundauerat: Rotam Auenionensem instituit: Cœlestinos auxilii: Pœnitentes S. Georgij, quos vocant, dotauit. Auctor ipse quoque praecipuus Collegiorum Societatis Iesu erectorum in vrbe Tolosana, ac Ruthenensi, quas vrbes, vt supra diximus Praeful rexerat. Interfuit Romæ Conclauibus, & creationibus Iulij III. Marcelli II. & Pauli IV. à reliquis abiens semper fuit. Hoc Cardinale defuncto macula soboles Armeniacæ familiae extincta fuit.

Symbolum, seu Emblema habuit, abietem scilicet ramos in coelum tollentem cum hoc lemmate: *Altiora peto.* Numisma etiam vidi in Museo Caroli Antonij à Puteo cum effigie huius Cardinalis, & litteris: GEORGIVS CARD. ARMENIACVS. Ex ipsius nominis litteris Anagramma confecere, quod eiusdem virtutes exprimit, sic. GEORGIVS CARDINALIS ARMENIACVS: DIVINO MISSA SACRA LVCERNA GREGI.

Petrus Gyllius libros inscriptos Topographia Constantinopolis, ac de Bosphoro Thracio, Georgio Cardinali Armeniaco dedicauit. Ino ipse Georgius, Gyllio iam defuncto sepulchrum in Æde Diuo Marcello Pontifici Romæ sacra, posuit cum sequenti sepulchrali inscriptione.

D. O. M.
*Petro Gyllio Viro probo, vtriusque lingua
Doctissimo,
Ex agro Albiensi apud Gallos nato,
Ob singulares animi dotes, & indefatigabilem
In inuestigandis Antiquorum monumentis,
Compendendis, interpretandisq; omnium
Disciplinarum libris, totius Orbis lustrandis
Indagandisque locis
Naturam, solertiam, ac diligentiam publicè
Priuatimque laudatissimo;
Post longas annorum plus XL. peregrinationes, Terra,
Marique peragratas
Galliam, Italiam, Græciam, Asiam vtramque,
Et Africa partem,
Ac miraculosam è manibus, & carcere Pyratarum
Gerbeorum liberationem,
Romam quasi post lumen reuerso, & in recolligendis
Ordinandisque rerum celeberrimæ narrationibus,
Dies, noctesque occupato,
Febre violentissima per dies xi. vexato,
Diem suum in CHRISTO IESU obeunti
GEORGIVS Cardinalis ARMENIACVS Patronus
Pientissimus, clienti gratissimus,
In spem resurrectionis mortuorum
Bene merenti maestissimus
Non. Ian. M D LV.
Po. Cu.
Vixit annos lxx. menses... dies v. hor. xv.*



L.
FRANCISCVS de Mèdoça, & Bobadilla, natione Hispanus, patria Conchenfis, Didaci Marchionis de Cañete, ac Isabellæ Bobadillæ filius fuit; at non contentus mendaci, sic eam vocabat, maiorum suorum nobilitate, veram virtutum nobilitatem sibi comparare toto suæ vitæ cursu studuit. Is Ferdinandi Pinciani optimis institutis formatus, eo in studijs gradum protulit, vt decimum sextum ætatis

annum agens, non modò in bonos auctores praceptoris exemplo commentaretur; verùm etiam absentis eius vices summa cum gratia de superiori loco in Academia Salmaticensi expleret. Hic ex Archidiacono Toletano Episcopus primò Cauriensis, deinde ad preces Caroli V. Imperatoris Presbyter Cardinalis S. Mariæ de Araceli renunciatus est; sed cum titulus S. Mariæ de Araceli sup-

Ciaconus
Filtucc. in
Elog. m. s.
Historia.
Soc. Iesu.
Pet. Ribadencia in
V. S. Ignat
Gósalus
de Auil. in
theat. Eccl.
Aubery in
Vita.
Fauuinius
Andr. Vi
storell. in
Addit. ad
Ciaconij.
Felix Con
telor. in se
Eleacho.
Historia.
Cöchenfis
Anton. Sæ
der. in Elo
gij Card.
Nomencl.
Cardin.

pressus à Clemente VII. inuentus sit; illico Paulus III. titulum S. Iohannis ante portam Latinam eidem concessit: quo titulo postea relicto, alium S. Eusebii suscepit. Rexit etiam Episcopus Burgensem; & Archiepiscopus Valentiam Ecclesiam Burgenfis iura descendit: auxitque, & longam super hoc cum Capitulo quæstionem habuit: de qua in Decisionibus Romanæ Rotæ prima parte Decisione 777. vbi etiam ob litem super pensionem Cauriensem, quæ cum Ioanne Quignonio habuit: tertia parte Decisionibus 149. & 244. multa videre est.

Anno 1555. vita functo Francisco Toletano Senarum in Italia Gubernatore, ipsius ciuitatis ab eodem Philippo Rege clauum suscepit, ac retinuit, donec ipsa vrbs Cosmo Mediceo Duci Florentiæ addicta est. Eidem Philippo, Hispaniæ tunc Principi, Italiæ petenti occurrit, ac per eandem prouinciam iter agentem comitatus est. Etate confectus obiit in Burgenfi ciuitate tertio nonas Decembris anno 1566. cuius corpus Concham delatum in nobilissimo familiae Mendozæ sacello, quod in Cathedrali erectum fuerat antea, sepelitur cum sequenti epitaphio.

Franciscus MENDOÇA primùm Cauriensis Episcopus, Postmodum Cardinalis in Burgenfi tandem Episcopatum Annos sexdecim sedit.

Vbi præter alia multa pietatis opera Quæ in pauperes erogauit:

Huius Ecclesiæ fabricæ Casus Episcopales, Qui undecim milliam ducatorum fuerunt

Largitus est, ac Mensa Capisulari Prestimonia alique

Sex dimidias portiones Cantoribus Et integram.....

Vniuers curauit.

Alia ipse præclara multa meditatus Morte præceptus non potuit.

Vixit annos tantum quinquaginta octo Vt a longiore dignissimus.

Aliam sepulchralem inscriptionem huius Cardinalis lingua Hispanica exaratam inuenio apud Hispanicos scriptores videlicet.


A Q V I T A Z E

El Illustrissimo Cardenal DON FRANCISCO DE MENDOÇA Obispo de Burgos, Hyco del Marques de Cañete Diego Hurtado de Mendoza; fue de gran virtud, y muchas letras. Seruio en muchas cosas de importancia al Emperador CARLOS QUINTO. Fue Governador, y Capitan general de Sena en Italia, y truxo con grande auitoria y costa à la Reyna DOÑA ISABEL des de Francia à Guadaluara y la caso alli con el Rey DON FELIPE SECVNDO Fallecio año de mil y quinientos y sesenta y seis.

S. Ignatium Societatis Iesu Institutorem, & Socios cum amore non vulgari prosequeretur, de Collegio eiusdem Societatis Salmanticiæ fundando Cauriensis Episcopus sedulam suscepit cogitationem, eiusque primordia Michaëli Turriano graui, pioque viro ex animo commendauit. Burgenfis deinde renunciatus Episcopus, ab eodem S. Ignatio Patriarcha duos è Societate, qui sui Episcopatus diocesim in ouium creditarum bonum lustrarent, petijt: cū Ferdinandus Aluarius, & Ioannes Ferdinandus missi eam ditionem non sine animarum fructu inspexissent; Burgis Mendozæ nutu subliterunt; vbi ille de ciuium salute sollicitus Collegium instituit: dudum cogitauit, transulitque curam ad nouum hoc opus inchoandum. Ianus Vitalis, Solis Hispaniæ titulo Mendozæ nostrum cohonestauit his versibus.

Sol qui dimensus spatiosa uolumina Cæli Hesperias caderet noctifer inter aquas. Vnus erat, surgens lumen, qui proderet Orbi; Conderet, & rutila luce cadente diem. At postquam illuxit MENDOÇVS alter Eous Immensumque suo lumen ab axe dedit, Hesperium qui se Sol præcipitabat in aquor, Surgit ab Hesperijs nunc radiosus aquis. Ergo tibi gemini fulgent Hispania Soles; Te uidet hic surgens, te uidet ille cadens.


Iouius in calce Elogiorum hominum Doctorum, hæc d: Francisco Cardinali de Mendoza scripsit. *Hic supra generis antiquum decus, amplissimam ex optimis litteris laudem spectat, potiturque iam parta ex his studijs insoni gloria, que nix à uera uirtutis radicibus nunquam deflorescet. Maximam in Græcis codicibus undique conquirendis operam nauauit; atque ut auctor est Bibliothecæ Hispaniæ Scriptor, Genealogias Illustrum Hispaniæ Familiarum conscripsit.*



L I.
IACOVS d'Annebaud, seu, vt alij volunt, Denebault, vel Arnebaud, aut d' Annebault, Neustrius Gallus, quem aliqui Lugdunensem faciunt; Ioannis Domini de Annebaud, & Margaretae de Blosset filius, frater Thalassiarchi Franciæ Claudij d' Annebaud, Domini à sancto Petro, Torquati Equitis S. Michaelis, Iohani le Veneur Cardinali affinitate coniunctus, & in Episcopatu Lexouienfi, non minor pietate successor, vir pius, & eruditus, atque in sacrarum litterarum studio exercitatus, præfuit Abbas Cenobio Beccensi, & Episcopus Ecclesiæ Lexouienfi concedente Paulo III. & ad preces Regis Francorum inter Presbyteros Cardinales cooptatus, non titulo S. Sulannæ, vt omnes scribunt; sed ex monumentis Vaticanis, S. Bartholomæi in Insula primò, deinde S. Sulannæ; Romæ in foro Rotæ litem mouit contra Rodolphum Pium Cardinalem Carpensensem pro annua pensione Abricensis, quam soluere Rodolphus reculabat, quod à prædecesore sine consensu Regis stantibus concordatis fuisset reseruata. Abijt è vita Rothomagi die Veneris 7. vel 8. Idus Iunij anni 1557. seu 1558. Iacet Lexouij ante Cathedram Episcopalem: licet vitam produxerit suam ad annum 1557. vt diximus, nunquam tamen interfuit Comitij Pontificijs, vixit enim semper in Gallia: laudatorem habuit Ianum Vitalem ita canentem.

Æquis nouellus Annibal Cum Purpuratis Patribus Hic Roma, spectator tuus? Honor, decusque; Purpure, Cunctæque lumen Gallia: Quantum instare est in Principe Virtutis ornatissimo, Quæ comitatis lumina

Pictura monstrat nobilis, Qualesque mores Regia Exuberantes gloria? Ille est benignus Annibal, Lexouienfis Pontifex, Ille est suo simillima Imago Heroique maximi.



LII.
OTHO Trucheseus, seu Trucheseus, vel Trucheseus, Germanus natione, patria Augustanus, Guilielmum Baronum de Vualtburgh, & Ioannam Friderici Comitissæ Frustembergici filiam in parentes habuit. De Othone puero hæc accepta à Thoma Seldio Iuris vtriusque doctore, eiusdemque Cancellario, qui res Principis sui inde vix à puero notissimas habebat, vt refert

Iacobus Pontanus Societatis Iesu in Atticis bellarijs. Igitur cum adhuc pulso in vlnis portaretur, si quando, vt fit, Clericus quispiam siue Sacerdos ad getulam accedens ei cum blanditijs arderet, solebat ille blandientis de capite pileum quadratum auferre, ac suo capitulo imponere, & effusus in cachinnulos mirificum præferre gaudium. Parentum cura suffragante quoque ipsius Othonis indole, ab ineunte ætate Tubingæ litterarum fundamenta posuit. Luca Lundaastro præceptore, tum eodem duce progressu in litteris factò, Academiæ Dolanæ in Burgundia, Papiensem, & Patavinam in Italia lustrauit, vbi adhuc adolescens, tam stricta, quam soluta oratione, cum doctissimis quibusque certans, vtriusque palmarum retulit; ideoque Rectoris Academiæ gradum consecutus est. Inde Bononiam se conferens Iuris scientiæ operam dedit, Hugone Boncompagno professore publico perlegere, qui postea fuit Gregorius XIII. habuitque illic studiorum sodales viros eximios Alexandrum Farnesium, Christophorum Madrucium, ac Stanislauum Hosium, postea S. R. E. Cardinales; quibus cum magna Othoni nostro intercessit familiaritas, & necessitudo. In Germaniam reuersus in numerum maioris Ecclesiæ Augustanæ Canonicorum adscriptus est. Referunt nonnulli, Othonem iam adolescentulum, & Canonicum Augustanum patritios pueros collufos in sacellum S. Georgij, quod adibus è regione Templi Cathedralis inedicatum vistrat, quas ædes per id tempus ipse sibi attributas incolebat, nonnunquam introducere fuisse solitum; primaque eisdem tonfura afficere, adhibitis quas norat, & poterat, cœremonijs. Mirari, & ægrè pati matres, & obiurgare filios, cum domum redeuntes ita capillis multatos apicerent; illi se à Trucheseio ad hoc inductos respondere; prudentes tamen viri hoc signo adolescentem

Ciacontus
P. Iouius
Petramell
Anton. 55
det in Eo
Epi Card.
Eliuuc. in
Elog. m. s.
Nicol. Or.
landin. &
Franciscus
Saccus in
Hilona.
Soc. Iesu.
Andr. Vi.
ctorell. in
Addit. ad
Ciacont.
Alciat. in
Orat. hui.
Stamill. Re.
scius in V.
Card Hof.
Stanislauus
Hoinus de
Hæretibus
Iac. Grett.
Hætic Sp.
dan. in An.
nal. Ecc.
Ios. Astorg.
Gabut. in
Vita Pij V.
Ludouic.
Donius de
Auchy in
hist Card.
Aubery in
Vita.
Hippolyt.
Marrac. in
Purpura.
Mariana.
Felix Cœ.
telor. in
Elencho.
Io. Rho in
exepi. Vir.
& Vinor.
Iac. Pont.
in Atticis
bellarijs.
Math. Ru.
det. in V.
Pet. Can.
Ios. Mar.
Suarez de
Ep. Præf.

illum,

illum, magnum Dei Sacerdotem aliquando fore conieciabant. Tridentinus postea Decanus electus est, mox Romam veniens inter intimos Pauli III. Cubicularios adsciscitur; atque ab eodem anno 1543. in Germaniam sedis Apostolicæ Internuncius ad Conuentum Norimbergensem pro indictione Concilij Tridentini, cogendique ad illud patribus mittitur; quo tempore unanimi omnium consensu Episcopus Augustæ Vindelicorum, & sacri Romani Imperij Princeps, ac Dapifer anno à partu Virginis 1543. eligitur. Proximè verò sequenti à Paulo Presbyteris Cardinalibus titulo S. Balbinæ absens adscribitur. Deinde misso ad Tridentinam Synodum Claudio laio, vno ex decem primis Societatis Iesu patribus, qui locum, ac personam suam cum pari doctrinâ, virtutisque, ac sapientiæ laude sustineret, è Belgio ipse ad Boiorum Ducem profectus, cum illo de bello Saxonie Duci, & Langraui hæreticis inferendo egit: quo in bello, & ipse magna gentiliū suorum ex primaria ordinis nobilitate, caterua stipatus, quæstoribus exercitus præfuit Imperatoris nomine, & omnem auctoritatem in eis ciuitatibus, quæ in ipsius Imperatoris potestate venturæ erant, præsidio muniendis accepit. Synodum Augustanam diceclanam anno 1548. pro reformatione Cleri, & populi morum, & Ecclesiarum celebravit, in qua præter alia Decreta Catholica Laurentij Cardinalis Campegi, sedis Apostolicæ olim Legati Constitutiones Ratisponæ indictas renouauit. Victoria deinde de Saxonæ, & Langrauio parta, diceclanæ, & Clerum Augustanum, horum enim potior pars ab ipsis detinebatur, recuperauit.

Julio III. Pontifice ex Presbytero S. Balbinæ ad titulum S. Sabinae translatus ipsius Ecclesiæ apud veterem collapsam restaurauit; Ecclesiam ipsam picturis pulcherrimis exornauit; in fornice etenim superioris sacelli hæc nostris etiam hæc temporibus legitimus.

OTHO TRUCHSES DE VVALTBVRG S. R. E. PRESBYTER CARDINALIS AVGVSTANVS VETVSTATE COLLAPSVM RESTITVIT ET EXORNAVIT MDLX.

Eiusdem Pontificis auctoritate Dilinganum Gymnasium Societatis Iesu Professoribus, & Alumnis fundauit pro Cleri nuper à se reformati eruditione, ac emendatione, & iuuentutis Germanicæ contra hæresis virus antidoto; Quoue ipsa aduersus omnes hæreticorum insultus, sacræ Theologiæ veluti armis, & propugnaculis munitur, pro eius Collegij exedificatione quinquaginta millia aureorum ipsum expendisse fertur, in quo postea trecenti, & amplius iuuenes educabantur. Augustæ quoque pro eisdem Societatis patribus domus ab eodem constructa: Collegij Germanici Romæ à Julio erecti singularis semper Patronus vixit.

Sanè quanto Cardinalis Truchseus Societatis Iesu sodales in pretio habuerit, colligitur ex multis eiusdem Soc. historiæ locis: & primum quod in teste omni exceptione maiorè affertur à Nicolao Orlandino summa illius existimationis, ac auctoritatis, qua S. Ignatius Societatis Iesu parens pollebat viuens apud sui temporis Romanos Pontifices, quoue mortuus meriti, ac sanctitatis gradu fuerit apud Deum declarat luculentissima epistola ipsius Othonis Cardinalis, quam refert idem Orlandinus Herbipoli data, in qua sic ait ad socios. *Haud facile dictu est Venerandi in Christo, ac religiosissimi fratres, sanctissimi nostri Patris ad vitam meliorem excessu, vtrum nobis maior, an latius maior exciderit. Nam si huius vite calamitatibus ad premia, quæ promeritus est, euocatum Des bonitate consideramus, impium esset, id ei bonum comodi nostri causa inuidere: ex altera parte est cur merito doleamus, ubi relictos nos orbos aspiciamus, eoque parente destitutos, qui quavis in difficultate portus nobis tutissimus erat. Tamen quia caduca cum æternis conferenda non sunt, id solati, quod item capiendum vobis est, capimus certi, eam benedictam animam pro nobis, qui in tenebris hæc mansimus, supplicem apud Deum esse, ac precari, ut ea felicitate articulum supremum exigamus, quæ exegisse illum cognouimus. Gratia sint diuina Mæstatis æternæ, cui nos, ne graue ducite vestris precibus commendari.*

Est etiam huius summa pietatis in Societatem Iesu, & amoris, quo illum Otho Cardinalis amplexus est, argumentum non vulgare, quod exorto inter ipsam, & Canonicos Augustanos dissidio ex praua nonnullorum æmulatione ut sunt in omni cœtu homines pacis, ac pietatis inimici, Cardinalis pro æquitate iudicium ferens, causam Societatis suscepit, & concordiam eius auctoritate, ac interuentu inuitam, scripto etiam suo firmare dignatus est, quodque extructo à fundamentis, ut diximus, Dilingæ summa liberalitate Collegio, ipsique Societati attributo, in quo trecenti, & amplius iuuenes pietatis, & doctrinæ rudimentis imbuerentur, Petrum Soto, & Martinum Olaium Theologos præstantissimos à se ad id accersitos illi præfecit, quodque totam Dilinganam Academiam eisdem Societati permisit, ac tradidit eo apparatu, ac caeremonia, quam Franciscus Sacchinus in Lainio recensuit his verbis. *Dislingo e Otho Cardinalis Augustanus, qui anno priore partem excitatæ ab se Academia Societati tradiderat, perpetuitatis eius, commoditatisque consulturus, totam xvi. Kalendas Septembris, quam optimo iure habendam transmisit; cum iam sat ingens bonorum magistrorum numerus, & Henricus Dionysius eò Rector accessisset, nulla super laionis formula exprimi abundè potest Principis eius*

A erga hunc cœtum benignitas. Mense Junio ex Hispanica, & Austriaca profectio Maximaliani filios in Hispaniam deduxerat, Dilingam rediens, cum à cuncta ciuitate; pompa magnifica, & gratulatione latissima exciperetur; ubi sociorum globum, qui pariter certo loco vententem, veneraturi consisterant, vidit, ad eos se totum illico vertit, sibi demque fratrum nomine amantissime compellatis, manus exosculandas spectante interim, ac mirante plurimum nobilitate præbuit; deinde Collegium visens non solum familiariter conuuiuium se dedit, verum etiam cuncta sigillatim cubacula circumiens diligenter spectauit, num satis haberent comodi, multisque; repertis, haud qualia pius Patronus optasset, extructurum se nouum Collegium ultro est professus; demum, eo quo dixi Augusti die, magna caeremonia totam Academiam Societati permisit.

B Post sacrum solemne in Gymnasij Templo factum cum Ecclesiarum Præpositi, ac virorum nobilissimos quisque; una cum Academicis, ac familiaribus Cardinalis adessent, ipsemet Cardinalis graui oratione causas explicauit, quibus permoti Roma socios euocasset, ac potestatem eis Academia regenda omnem permitteret. Statim Secretarius tabulas ritè confectas recitat, quibus cum laudatione instituti Societatis translatum in eam Academia ius explicabatur: tum Cardinalis è sella Episcopi surgens, hymnum solemnem ad invocandam sancti Spiritus opem exorditur, quem phonnas modulatis vocibus prosequuntur. Inde Orator è Societate in suggestum euadit, & orationem in Cornelij Harlemij decedentis Rectoris laudem habet, simul eius decora, & quidem vera persequens, quandoquidem annos fere quatuordecim ei muneri cum egregia fide, & cura præserat, simul ei nomine Academicorum omnium gratias agens. Secundum eam orationem Rector ipse Harlemius assurgens, Cardinalique gratias agit, quod missione tandem bona se dignaretur, facultatemque præberet viuendi sibi, discentium inuentum plurimum adhortatur, ut aduersus successores patres obseruantiam debitam præstent. Deinde propius ad Cardinalem accedit, insignia Rectoris exiit, vnaque cum sceptris, signis, & clauibus reddidit; Cardinalis, ubi ea accepit, continuo ipsum in laborum antea actorum præmium Apostolici Protonotarij dignitate, & ornamentis donat.

C Professores è Societate Iesu cuncti ordine considerant, primoque loco Petrus Canisius: ad eos Cardinalis post dismissum Protonotarium, oratione conuersa Academiam tradidit, impenseque eam, ac nominatim munus Rectoris commendat. Canisius ad ea respondit, eam se rem, atque procuratorem pro potestate, qua prædictus erat, loco, ac vice Præpositi generalis Jacobi Lami excipere, & Rectorem Henricum Dionysium nominare, quem protinus productum, in medium, insignibus Rectoris induit cum admonitione, demadatum ut sibi prouinciam ritè, ac sedulo administraret. Probatum lectio-nem Cardinalis, & læta, ac benigna fronte P. Henricum exceptum gratulatione publica in sedem Rectoris perducere iubet: inde nouus Rector apposite verba fecit, Cardinali, ac ceteris fidem suam, & studium, & operam modesta cum fiducia promittens. Orationem eam plausus, ac suavis Musicorum concentus, Te Deum, alternis concinentium choris excepit: cantus ubi siluit, solemniter Cardinalis cum bona cœtum omnem oris, ac manus precatone dimisit. Cohonestant ad id loci Academia huius exordia grauissimi virtute viri, sapientiæque; præstites doctores, Petrus in primis Sotus Prædicatorum ex ordine, cuius opera, consilio, & auctoritatis prima deberi fundamenta operis, & incrementa usque Cardinalis profitebatur, ut aliter neuiquam processurum in eum locum fuerit. Tum Martinus Olaius noster; ad hæc doctores Louanienses Martinus Rithouius, & Vuilhelmus Damasus Lindanus, ille postea Iprensis, hic Ruremundensis Episcopus. Nec postea siue cognitione rerum sanctissimarum, siue actione minus clari habuere è nostra sodalitate patres. Denique ut nouum semper Cardinalis è suo facto fructum voluptatis cepit; ita nunquam destitit Academiam, atque Collegium ornamentis nouis pro facultatibus augere.

D Quid quod Christianam humilitatem in S. Ignatij schola, cuius se discipulum profitebatur, & filium, ut vidimus, edoctus, eamque Ecclesiasticæ sublimitati coniungens, nec minus modestia dimissus, quam dignitate excellit Petro Canisio Societatis Iesu Theologo clarissimo fortè occurrenti pedes lauisse scribitur: de quo ita Franciscus Sacchinus Historiæ Societatis Iesu parte secunda. *Nec omittis fas duxerim insignem Cardinalis Augustani aduersus virum Dei pietatem, ex Alsatia redeuntem exceptum Dilingæ, non modo omni honore, ac benignitate tractauit; sed etiam voluit, vel inuito manibus suis lauare pedes. Meminerat nimirum vocè Domini discipulos suos vniuersitati gentium commendantis, qui vos recipit, me recipit; meminerat euangelizantium pacem tantopere laudatæ vestigia; mercedemque optabat Propheta in nomine. Prophetæ conuictissimum sibi amicum recipiendo. Et Canisius quoad verecundiam non obstinata, sed modesta tulit, acriter reluctatus, tandem instar cognominis sui Apostolorum Principis, ne opus Domini impediret, cessit; ac veritus deinde rem euulgare, ille quidem ne, & se commendare videretur, obtulit, sed tantam virtutem alij eius consilij obruendam silentio non putarunt.*

E Res Societatis Iesu, ac suas tractabat, eademque cura, sollicitudine, lætitia, merore nihilo fecius, atque sua in re, in prospero, ad-

uerfoue ftatu noftro commouebatur: exemplum in re non magna licet capere. Anno 1559. vnus tyronum tedio victus Ingolftadio fugerat; dū Augufta iter facit, ex veftium genere agnitus ad Cardinalem perducitur: is hominem emollire, & reuocare ad fanitatem aggreffus, monita fancta primò, & adhortationes ingeminat, quæ vbi non proficiunt, tanquã fuæ perfonæ oblitus ad oblectandum, & obftandam vertitur: blandè fugitiuum, atque humiliter amplexatur; nullum prætermittit precum, ac blanditiarum genus; nec tamen cor durum cedebat. Tum dextera apprehenſum in facellum deducit; ibi ante altare genibus flexis ad gratiam Dei implorandam inuitat, Pfalmos aliquot alternatim pronunciant; quibus pias, & accommodatas orationes adiungit. His demum, ac clementia Numinis conciliata? an tyronis veternum excuſum, totum fe arbitrio Cardinalis permittit; atque Ingolftadium reuerſus, delectam militiam conſtantia maiore, animoque repetijt. Quæ curatio ſi periclitanti corpori effectu pari fuiſſet adhibita, miraculũ, & quidem meritò dicetur.

Idem Iacobi Lainij Societatis Ieſu Prepoſiti generalis à S. Ignatio primi morte audita, Dilingæ exequias illi inſigni pompa, & apparatu magnifico celebrauit, eiufque cenotaphium non pulla veſte, vt mos eſt, ſed purpurea inſterni iuſſit, quod tãti viri memoriam non luctu, ſed gaudio proſequi equum eſſe diceret. Cumque Orator laudationem funebrem abſoluiffet, protinus Cardinalis è folio ſuo ſari exorſus in magna auditorum frequentia, non tantum quæ ille commemorauerat, vera eſſe confirmauit; ſed etiam alia ab ipſo prætermiſſa ſuppleuit. Ad nunciũ verò electionis Franciſci Borgiæ in Societatis Prepoſitum generalem Dilingæ in Templo, ſolemni ritu, muſicoque concentu Deo grates egit. Sunt, & alia innumera Othonis in Societatem Ieſu, atque adeo in vniuerſam Eccleſiam beneficia, æternaque pietatis eius monumenta. In ciuitate ſua Auguſtana propriam ſedem, ac domicilium Societatis Alumnis conſtituit. Templo domus profeſſæ Romanæ ab Alexandro Cardinale Farnefio ædificari cœpto primarium in illius fundamenta lapidem ſolemni ritu ipſe Otho vltro ſibi mittendum ſumpſit. In ſacra Æde Lauretana proprium ſacellum erexit, laudatiſſimorum quã pictorum, quã plaſtarum operibus conſpiciendũ: veſtem item auream opere præclaro; monile ex vnionibus centum quinquaginta certa per interualla aureis diſtinctum globis: ad hæc aureum numiſma pendulum, gemmis, & margaritis inſigne eidẽ Lauretanæ Virgini donũ tulit. Roma Auguſtam deluit, & in Æde ſumma Virginis collocauit hierothecam nobilem Græcis litteris inſcriptam; in qua præter aliorũ ſanctorum pignora erat pars zonæ B. Virginis, nec non pars ſciliarum, quibus eadem B. Virgo corpus Chriſti infantis obtexit. Denique præclarum religionis ſuæ ſpecimen erga ſacroſanctam Euchariftiam reliquit; cum Romæ aliquando in Germaniam iter arripens, & Bononia tranſiens in Sacerdotem quandam incidiffet, qui ad inſitum quempiam ex infima plebe corpus Chriſti pro viatico deferbat. Ille enim conſteſtim ex equo deſiliit, ſummaque animi demiffione Dominum in Sacramento veneratus; illum ad ægri domum, cui, & aureos nummos aliquot pro ſubleuanda inopia largitus eſt; atque inde ad Eccleſiam continuò comitatus eſt.

His ergo virtutum gradibus Otho noſter ad ſummas in Eccleſia dignitates aſcendit: nam præter Cardinalatum, anno 1553. Prepoſituram, & dominium Eccleſiæ ſancti Viti oppidi Eluagenſis, ac deinde Eccleſiæ Herbipolenſis, quam Paulus III. Alexandro Cardinali Farnefio paulò ante commendarat, conſecutus; ac biennio poſt ſupremus Caroli Quinti Cæſaris inter Sicambros Quæſtor designatus: anno 1558. Cæſare annuente ſacri Romani Imperij Protektor declaratus eſt; ſequenti in conuentu Auguſtæ iterum habitò, reliquis Pontificijs Miniſtris abſentibus onus totum religionis Catholice ipſe ſuſtinuit. Pio IV. Romano Pontifice Romanam veniens à titulo S. Sabinæ ad S. Mariæ Tranſtyberim tranſlatus, poſtea Epicoſopus Albanenſis anno 1562. factus, inter eos Senatores relatus eſt, qui ſanctiſſimæ Inquiſitionis tribunali præeſſent; & controuerſiæ ſedandæ in ſolemni iuramento ſummo Pontifici ab electi Imperatoris Maximiliani Legato præſtando natę ab eodem Pio IV. præficitur.

Anno 1563. in Hiſpanias cum Sereniſſimis Principibus Rodolpho, & Erneſto Auriæ Archiducibus, eiufdem Maximiliani Cæſaris filijs è Germania profeſtus, Tridentum dum Concilio finis impoſitus eſſet, ſe contulit, atque Vlricum Cognitem ab Helfenſtein magnæ apud Germaniæ Principes auctoritatis, in Catholice Eccleſiæ gremium ſua cura reductum, per tres ipſas hebdomadas vnà cum altero eius fratre domi apud ſe tenuit, vt in luſcepta fide orthodoxa eum confirmaret; ne tenera hæc arbor, & nouella planta, ſeu Neophitus hic aliquo tentationis, ſeu malignæ ſuggeſtionis vento, qui accedentes ad ſeruitutem Dei ſolet agitare, à radice ſua auelleretur.

Sub Pio V. anno 1570. die 2. menſis Aprilis, ex Albanenſi Epicoſo Sabinenſis factus Archidotalitatis ſanctiſſimæ Trinitatis Cõualeſcentium de Vrbe patrociniũ geſiſit: ac deniq; non à Gregorio XIII. vt aliqui ſcribunt; ſed ab ipſo Pio V. anno eodẽ 1570. menſe Iulij ad Præneſtinam cathedram tranſlatus, vir ampliſſimus omni virtutum genere excellens, atque conſpicuus Romæ anno

A redempti Orbis 1573. iij. nonas Aprilis, hora decima quinta feliciter migravit ad Dominum: cuius corpus in S. Mariæ de Anima Theutonicæ nationis humatum eſt cum hoc epitaphio.

DEO. OPT. MAX.

OTHONI CARDINALI TRUCHESIO EPISC. AVGVSTANO SACRI ROMANI IMPERII PRINCIPI INTEGERRIMO ET AB OMNIBVS PROPTER EXCELSAS ANIMI DOTES VIRTUTEM CLEMENTIAM AFFABILITATEM INGENIQQVE ET MORVM PRÆSTANTIAM AMABILI.

OBIIT ANNO MDLXXXIII. DE MENSE APRILIS.

LAVRENTIVS SIRAEVS DONEC DIGNVM ERIGATVR MONVMENTVM GRATITVDINIS ERGO ADSCRIPSIT.

Oſſa eius ex Vrbe Roma teſte Iacobo Pontano S. I. Dilingam transferri curauit Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Henricus Epicoſopus Auguſtanus, condenda in Templo, quod iuxta Academiam ſanè magnificum exædificauit, vt quam abiens, & peregre moriens in cœſtam reliquit filiam, eandem deinceps ſaltem ſui corporis reliquijs ceũ optatiſſimo theſauro conſolaretur, eiſdemque ſequentem tumultum inſcripſerunt.

VIATOR, ET MVSA.

V. *Ecquis in hoc Mauſoleo Dea clauditur Heros?*

M. *Delicium heũ Superum; deliciumque Hominum.*

OTHO decus Patrie fama ſuper Aethera notus:

OTHO Theutonice gloria, lauſque ſoli.

V. *Cur tumulus tantũ madidus? M. Quia mortuus OTHO eſt.*

Orbis ſingultu totius, & lachrymis.

V. *Anſe alios quare hunc tanto dilexiſt amore?*

M. *Quod pius ante alios, integer ante alios,*

C Huius Cardinalis Elogia ſcripſere Paulus Iouius, Ioannes Antonius Petramellarius, Antonius Sanderus, Filiuccius, Aubery, & alij illiuſque laudes alij viri grauiffimi non tacuerunt. Inter quos Stanislauſ Reſcius in Vita Cardinalis Hoſij hæc habet: *Magnus ille Otho Truchſeſius Cardinalis Auguſtanus, vir conſeruande religionis Catholice cupidiffimus; pietas, & pauperum non ſolum amicis, ſed etiam amator. Ipſe Cardinalis Hoſius in Epitola nuncupatoria ad Henricum III. Franciæ, & Poloniæ Regem de tanto viro ſic loquitur: Cuius inſignis pietas, & in Eccleſiæ ſanè doctrina tuenda, & conſeruanda zelus quidem Orbis reſtans eſt vniverſo. Et libro primo de Hæreſibus noſtri temporis: Cardinalis Auguſtanus vir cum præclaris à Deo multis doctibus ornatus, tum Catholice, & orthodoxæ fidei defenſor acerrimus. Nicolaus Orlandinus in Hiſtoria Societatis Ieſu de illo inter alia hæc habet:*

D *Otho Truchſes Cardinalis Auguſtanus ſtrenuiſſimus Catholice fidei propugnator, & ſingularis Societatis Ieſu Patronus. Matthæus Raderus in Vita Petri Caſij: Vir conſilio magnus, nec minor pietate, idemque maxima apud Pontificem maximum, & Cæſares auctoritate; inclitum ſacri purpuratiq; Senatus Cardinalium ornamentum; exemplum Præfulum; Catholici nominis in Germania reſtuſor, & conſeruator: quoque maior Epicoſopatus, & Principatus gradu, tanto modeſtor in communis domeſticæque vita. Nemo tam humilis erat fortuna, quæ ipſe vel aditu, vel colloquio probiberet; imò ſepè vltro inuſtaba, ægreque ſerebat, ſi qui in publicum prodeunt occurrentes maieſtate viri territi logius de via decederent, quos ipſe accerſitos vltro compellabat, quam obrem ſily patrem fugerent, quos ipſe queritarer. Idem inuentus in Germania, cuius pietate, nobilitate, & frequentia plurimum delectabatur, Academiam condidit Societati Ieſu, qua illam regeſt, & ad*

E *optimos mores, ac diſciplinam erudiſet, contubernium conſtituit; periffet Catholica Rhetia, & Vindelicia, niſi mature bis provinciis caeleſtis Atlas humeros ſubiſciſſet. Iacobus verò Greſlerus: Otho Cardinalis ſempuerna memoria Princeps, qui ſua etate verè ſpeculum Præfulum appellari poſuit; cuique in primis cura fuit, vt boni Præfuli officium bene intelligeret, intellectumque re ipſa obiret. Ab Henrico Spondano dicitur: Cardinalis laudatiſſimus, & fide Catholica, ac prudentia civilis inſignis. Ab ipſo Iouio: Generoſus Muſarum hoſpes, Germaniæ decus, ſacri Senatus ornamentum; cuius inſignis liberalitas uſu non interijt, nec conſenſit; & in cuius animo ſingulari ſanctæ Catholice fidei defendendæ ardor flagrauit; cui purpure decus viri clariffimi virtutibus debitum illius ſplendorè multis importunè oculis non perſtrinxiſt, memoria nervos non eluſit, nec aliſquid de ſincero, nobiliq; pudore adumbravit.*

F *A Hieronymo Torrenſi in Præfatione ad Confeſſionem Auguſtinianam: Otho Truchſes de Vualzburg S. R. E. Cardinalis Albanenſis, & Auguſtanus, Prepoſitus, ac Dominus Elunagēſis, Germaniæ Protektor, religionem Catholicam ſtudioſè coluit, & ardētis ſtudio defendit, & illius nomine varios labores, & grauiſſima ſuſtinuit pericula, Sectariorum odium, minas, vim, tela, & iniurias, religionis gratia miniſime formidauit; pijs homines, & doctos, qua ſumma pollebat humanitate, clementia, & liberalitate proſequi, & ornare contendebat. Et quod illi oratione ſoluta; hæc Ianus Vitalis Panormitanus illius ætatis poëta non ignobilis numeris aſtricta cecinit.*

Ecce tui Augustum Vindelicæ Principis instar
 Augusta flos Germaniæ,
 En Pater ut mitis, Pastorque ut mitior omnem
 Oblitus iracundiam,
 Pacato aures a lenissimum annuat ore,
 Dextraque pacem porrigat.
 O scelus! o facinus! mitte hoc lethale venenum
 Dissensionis publicæ.
 Junge cicatrices, tibi vulnera religionis
 Sananda sunt hoc pharmaco.
 Heu corrupta tui mores imitare pueros,
 Riuseque sanctis Principis;
 Ah pudeat celebrem portenti ignobilis urbem,
 Fœdæque conscientie?
 Vos hac absimet crudelis, & impia labe,
 Omnes ad unum funditus.
 Ah miseri ergo DEVM tam segniter amisistis,
 Humanitatis exules?
 Aspiciete ad vestrum studijs concordibus astrum,
 Qua luce fulgens splendeat?
 Hoc duce pacatum tandem perquisite portum
 Securitatis aurea:
 Et vulgi oblitus tæterrima monstra profani,
 Et efferas libidines,
 Pyramidem ingentem Pastori ponite vestro,
 Et vestro OTHONI PRINCIPI.

Porro Cardinalis Augustani nomini Claudius Iaius è Societate Iesu Angelus Dei, & alter Germaniæ Apostolus, à Petro Canisio dictus, inscripsit libellum exiguum quidem quantitate molis, at nõ itidem virtutis, quem hoc titulo prænotauit: *Speculum Præfuls*: in quo multa cõnebantur pro illa ætate haud vulgaria. Eius iussu Petrus de Soto clarus ordinis Prædicatorum Theologus scripsit Compendium doctrinæ Christianæ, & Explicationem Ecclesiasticæ cultus, & præcipue sacre Missæ: quæ omnia in lucem edita sunt Ingolstadtij anno nostræ salutis 1530. Othoni huic Cardinali Franciscus Mucantius inscripsit librum Paridis Crassi de Cæremonijs Cardinalium, & Episcoporum in suis diocæsis; & in nuncupatoria Epistola hæc de illo habet. *Status autem illud sub tuo potissimum nomine emittere; tũ quod ille ipse Episcopus Reatinus, idem ut opinor facturus erat, cum plurimum tibi semper inter tui ordinis viros tribueret, effectq; tibi addictissimus; tum quod cum ego te unum in primis inter Principes, & Cardinales elegerim, quem omni studio, atque industria obseruem, nihil à me proficisci queat, quod non tue Amplitudinis quasi debitum persolendum sit. Accedit etiam quod liber eiusmodi est, ut nullum magis deceat, quam te, nempe qui cæremonias tanquam Deo gratas, atq; ad animos hominum in religione confirmandos augendosque apprimè vtilis, & perfectio teneas, & lapsas magna ex parte, exinanitasque vitio temporum, quantum in te est, erigis, atque ut in sua dignitate seruentur, sedulo operam das. Unde domus ipsa tua omnibus exemplo est; in qua tu egregio tua erga Deum pietatis documento diuina officia, sacrificiaque solemniter, ac ritè quotidie celebrari, sua ussimoq; Phœnaxorum, & omnis generis Symphoniæ concentu, aliisque ornamentis decorari iubes; præclare. Nunquam enim aut superuacua, aut nimia ea impensa esse potest, quæ ad Dei Optimi Maximi gloriam fit: quæq; ad excitandos, confortandosq; in religione honorum animos pertinet. Hæc quidem Otho præstantissimè talia sunt, ut quanquã alioquin eximij virtutibus undique circumfluas generis scilicet, & familiaris splendore clarissimus, multisplaci rerum humanarum, ac diuinarum scientia peritissimus, humanitate amabilissimus, idem granitate insignis, altitudine animi, munificentia, liberalitate nemini secundus; quanquam ista, inquam, eiusmodi sunt, atque ita vbius gentium nota, ut nemo possit in his laudandis, præædudandisque non parcus esse; illa tamen longè te alijs extollunt, diuinumque prope hominem reddunt; ac quasi splendidissimæ lucis inter, minor a lumina conspiciuntur.*

Eidem Othoni Episcopo Cardinali Albanensi, Franciscus Maria Picolomineus Senensis, Episcopus Ilcinenfis Pij Papæ Secundi ad Vniuersitatem scholæ Colonienfis Diploma dedicauit, hæc præmissa epistola.

Tridentis nuper cum Oecumenicum Concilium haberetur significatum mihi est, Theologum quendam Louaniensem, virum doctũ, & integri nominis apud se Pij II. Pontificis maximi Diploma bona fide ex autographo descriptum habere; cuius emittendi hoc sanctissimo Pontifici consilium nimirum fuit, ne quæ ipse inuenis, ac prope laicus de actis Concilij Basileensis scripseras, vllam posteris offensionem gignerent. Hoc verò Diploma, quo D. Augustini secutus exemplum disertè sua illa non fortasse satis excõcta retractat: cum, & vidissem ipse, & plures Patres doctissimi legissent, horum iudicio dignum existimaui, quod in lucem veniret; cõ ob historiae fidem, quæ illius Concilij tota propemodum eo Diplomate continetur; tum, ut hominem, & re, & nomine Pium omni apud bonos, cordatoque viros suspitione liberarem. Eius autem

*A*negocij curam mortalium nemini magis, quam mihi conuenire putauis non modo quod ipsi mecum commune cognomen est, quodque eum gentis, stirpisque meæ ornamentum coluerim semper vnicè, sed maxime quod eius Ecclesiæ geram Episcopatum, quam cum Pientina, & erexit, & vniuit. Existimaui itaque ad officium pietatis meæ pertinere, ut id Diploma quam primum typis excudis curarem, dignumque duxi, ut tua vnius Amplitudinis auspicijs in publicum prodiret. Nam cum cum tu Pontificem summum, atq; doctissimum virtute, & eruditione, ac pietate pulcherrimè referas, accessit facile unum aliquid inter ambos minimè quidem vulgare, ut idem tibi, quod ipsi esset Pellicani insigne; idem utriusque fuerit S. Sabina titulus; idem Præpositura Herispolensis magistratus; idemque sit profusus amor erga gentem Picolomineam; tuus autem maximus, & in me præsertim; quod quidem omnibus benevolentia argumentis ostendisti. Si id tibi incundum accidisse cognouero, alia quadam eiusdem Pontificis in hunc diem pressa, digna tamen, quæ legantur a doctis, & pijs, lubentius expromeraro. Interim seruitutem meam ex animo Amplitudinis tue defero, atque commendo. Venetijs 4. Idus Decembris 1563.

B Iulius Pogianus, qui ex Græco idiomate in Latinum vertit S. Io: Chryostomi tractatum de Virginitate, Othoni Truchses de Vualtburg Augustanorum Vindelicorum Episcopo, Presbytero Cardinali illi inscripsit. Sunt litteræ eiusdem nuncupatoriæ in tomo 5. Operum S. Io: Chryostomi ante de Virginitate tractatum.

Eidem dedicauit Confessionem Augustinianam ex Diui Augustini Operibus compilatam Hieronymus Torrensianus è Societate, Iesus; & Gabriel Frascatus Serenissimæ Reginæ Daniæ à Consilijs, & Medicus Cantica italica lingua exarata in nuptijs Guillelmi Ducis Bauariæ filij, cum Renata Ducis Lotharingiæ sorore, eidem Cardinali inscripsit.

C Misit Otho Cardinalis litteras Gabrieli Flammar, quæ inueniuntur inter Virorum illustrium Epistolas in lucem editas.

Hic præter domestica insignia superius expressa, aliud propriũ habuit, Pellicanum scilicet pectus rostro pro filiorum vita percutientem, cum hac inscriptione: *SIC HIS QVOS DILIGO*: quod in numismate apud Carolum Antonium à Puteo sic expressum, vidi. In vna enim illius facie nomen ipsius Cardinalis incisum est; *OTHO CARDINALIS AVGVSTANVS*: in altera verò imago Christi Crucifixi, cum Aquila, ac Pelicano, atque his litteris: *SIC HIS QVI DILIGVNT*.

D Vna re infelix Otho extitit, quod cum patrualem reliquisset bene, piequè educatum, quamque ad Archiepiscopatum Coloniensem euegit; hic amore mulierculæ in hæresim prolapsus, armamouens, Colonia Agrippina à Catholicis est pulsus, & Argentorati inglorius consenuit. Interfuit Otho Comitij Pontificis, in quibus renunciati Romani Pontifices Iulius III. Paulus IV. Pius IV. & Gregorius XIII. absens fuit ab electione Marcelli II. & Pij V



LIII.
BARTHOLOMÆVS de la Cueva Hispanus, Frãncisci Fernãdez Illustrissimi Ducis Alburquerque, primariæ inter Hispanos nobilitatis viti, & Franciscæ de Toledo filius, natus ix. Kalendas Septembris anni 1499. cum multorum patrũ laudes, quorum pietas, & prudentia in Christiana republica enituit emulatus, virtute, & ingenio sedî Apostolicæ summo viui, ac decori in patria fuisse, a Paulo III. Romano Pontifice Presbyter Cardinalis tituli S. Matthæi in Merulana pronunciat, Cordubentem Ecclesiã Cathedralẽ regendam suscepit, in qua administratione diocesi iustrata, moribus emendatis, collapsa Ecclesiæ disciplina erecta, pijs locis ædificatis, egentium inopia subleuata in omnibus, quæ sunt Pastoralis muneris explicandis ita ipse religio, pietas, liberalitas, prudentia, industria enituit, ut Philippus Hispaniarum Rex, cuius ingenij opera ipse, ut Carolus V. pater in maximis rebus ad regnorum gubernationem vsi fuerant antea, eundem post Ferdinandum Toletanum Albæ Ducem, qui Neapolitanam ciuitatem, ditionemque Prorex summa cum omnium rerum potestate gubernaret, elegerit: ibi Caroli V. Imperatoris vita functi funus amplum ipse faciendum curauit, Fr. Hieronymo Seriphanõ ordinis Eremitani S. Augustini Archiepiscopo Salernitano, qui postea à Pio IV. Cardinalicia dignitate donatus fuit, in Cæsaris laudem orante. Cum Archihospitalis Incurabiliũ S. Iacobi in Augusta de Vrbe Protector esset, viuus multum illi profuit, moriturus verò maximam pecuniæ summam legauit eidem, ut constat ex tabula marmorea parieti eiusdem Ecclesiæ tenoris sequentis affixa.

Claualtus Panuinius Hæric Spõdan. in Anal. Eccl. Anton. Sãder in Eloqis. Card. Io: Ant. Pe tramellar. Aubery in Vita. Nicol. Orlandin. in Historia. Soc. Iesu. Andr. Viãdrell. in Addit. ad Ciaconii. Felix Conzelonius in Elencho. Sfortia. Card. Palauicin. in Historia. Cõc. Tuid.

D. O. M.
D. BARTHOLOMAEVS DE LA CUEVA
 Presbyter Cardinalis Tit. sanctae Crucis in Hierusalem Archiepiscopatus sancti Iacobi quod in eius tutela vno adhuc erat annuos aureos lxxx. Testamento legauit eandemq; sumam in mensa montis Fidei numerari et voluit ita tamen ut in Ara huius Templi Sacrum bis quotidie in singulos dies fiat quod in Sacro preceatione pro Eo & eius Agnatis Gentilibusque qui mortui erunt Deo immortalis adhibeantur. Hoc amplius ut diebus Dominicis Festisque eorum dierum solennia ritusq; seruentur quam eius voluntatem
 Ranueius Farnesius Card. S. Angeli ceterisque Curatores Testamenti in marmorea tabula incidi, notarique fecerunt Anno a die Natali Christi 1563.

In Vrbe etiam, vt opus insigne, Stultorum scilicet Xenodochium erigeretur auctor fuit. Reicto S. Matthaei titulo, primo S. Bartholomaei in Insula, deinde S. Crucis in Hierusalem titulum optauit; in qua Ecclesia, multa ipsius pietatis monumenta extant. Non Arelatensis per obitum Cardinalis de Lenoncourt vacantis, vt refert Petramellarius, sed Auellinensis primo, mox Sipontini Archiepiscopatus Administrator electus est: non enim inter Arelatenses Archipraefules recensetur a Ioanne Chenu, a Claudio Roberto, neq; a Sammarthanis fratribus. Cardinalis hic vnus ex eorum numero fuit, qui examini Cardinalium, qui in arce S. Angeli detinebantur, Pij IV. iussu praerant. Idem Pius Temporum Urbis ac titulorum praecipue restorationi nonnullos Cardinales, inter quos Cueua fuit, praefecit.

Subita vi morbi oppressus Romae pridie Kalendas Iulij in ortu Solis anno salutis 1562, aetatis 63. vitam cum morte, quinimo mortem cum vera vita commutauit. Eius corpus in Ecclesia S. Iacobi nationis Hispanae sepultum est; vbi in ipsius Templi aditu extat lapis aeneis litteris inculptus cum hoc epitaphio.

D. O. M.
BARTHOLOMAEVS CUEVA AB ILLVSTRISSIMIS DVCIBVS DE ALBVRQVERQVE ORTV SANCTAE CRVCIS IN HIERVSALEM PRESBYTER CARDINALIS HVNC LOCVM SIBI AD IPSA TEMPLI LIMINA OPTAVIT.

DOMINE PROPITIVS ESTO MIHI PECCATORI.
VIXIT ANNOS LXII. MENSES X. DIES VII.
OBIIT ANNO SALVTIS MDLXII. PRIDIE KAL. IVLII.

Ossa tamen illius in Hispaniam translata Auberius ex Auctore Nobiliarij Hispanici scribit: & condita in pernobilis sacello monasterij S. Francisci de Cuellar in sepulchro maiorum suorum.

De illo hoc scripsit elogium Henricus Spondanus in Annualibus Ecclesiasticis: *Mortuus est pridie Kalendas Iulij Romae anno aetatis sexagesimo tertio Bartholomaeus de la Cueua Hispanus, ex nobilissima familia Ducum Aiburquerqui, & ipse de religione, pietate, & prudentia valde laudatus, qui pra aetate demissione voluit in Ecclesia S. Iacobi nationis Hispanica in ipso aditu, vt ab ingreditibus calcaretur collocari.*

S. Ignatio Societatis Iesu fundatori, quem amicum, & parentem dicebat suum in luis necessitatibus penitus confidebat; in eo enim in signe consilium, prudentiam, modestiam, & mansuetudinem experiebat; vt ex illius de sancti Patris obitu his litteris Neapoli datis conitat. *Paranti mihi ad epistolam recordationis optimae Patris nostri Ignatii respondere, nunciatum est, illum a Deo euocatum ad suam gloriam, & quamuis hac in re certa illa consolatio praesto sit, quam nostra fides habet, animaeque eius negotium tantum agatur; non idcirco sensus in me non multum potuit; quippe cum tam singulari amico, & parente orbatus sum. Cui ego penitus confidebam in meis necessitatibus; tantum in eo consilium, ac prudentiam inueniens; tantamque modestiam, ac mansuetudinem, quanta sane reliqua eius sanctae vitae congruebat. Profecto Christiana res publica vnum praestantissimorum caputum, quae habebat, amisit.*


Inuitauerat vir sanctus Cardinalem ad primum Templi Romani Societatis Iesu lapidem fundendum; Cardinalis hominem caelesti disciplina, & sanctitate inclitum reueritus, munus praclarum in eum, a quo praestantissima molis Societatis fundamenta iacta erant, quadrare dicens, reculauit, humilitatis concertatione non absoluta, Sanctum virum prehensens, lapidem primum cum eo in extruenda molis fundamenta coniecit; dualque magni pretij gemmas, quae ad perennem suae in Societatem voluntatis, & amoris memoriam coniecto lapidi conijcerentur, sua manu tradidit Architecto.

Non modo Hispania, sed, & Roma tantum virum celebrauit: Iusu poetico Ianus Vitalis rem terigit.

*Huc vni multum debet HISPANIA, multum
 ROMA opibus diues tu quoque facta suis.
 Illa dedit patrias cunas, tu sungss honores
 Vnde sibi matres gaudet habere duas.
 Dumque sibi tribuit totum hinc Hispania, & illinc
 Addidit totum maxima Roma sibi.
 Parcite, ait Genus, vixis, nam BARTHOLOMAEO*

*Altera nec cunas, nec dedit altera opes.
 Debeat ille Deo quaequid Natura creauit
 Quae Fortuna dedit, debeat ille sibi.*

Affuit in Comitij Pontificij electionibus Romanorum Pontificum, Iulij scilicet III. Marcelli II. Pauli IV. & Pij IV. sub quo anno tertio Pontificatus e vita migravit, vt supra dictum est. Post Pauli IV. obitum parum abfuit, quin Ferrantis de Torres industria summus Pontifex renunciaretur: aderat Ferrantes in Conclauio eiusdem Bartholomaei Cardinalis Conclauista, hic secretò a singulis Cardinalibus suffragium pro Domino suo petierat, ad honorandam illius virtutem: triginta duo Cardinales promiserant, & proculdubio dedissent suffragium, nisi casu detecta fuisset Ferrantis fraus.



LIV.
FRANCISCVS Spondanus alij Ioannem Franciscum nominat, Cremonae, quae est Italiae vrbis nobilis, natus an. 1494 patre Ioanne Baptista Senatore, & Consiliario Mediolanensium Ducis Ludouici genitus, ab ipsis adolescentiae primis annis in studijs liberalium artium in patria enutritus, ad summam eruditionem fatis felicitate peruenit. Philolophicis inde scientijs tum Pisis,

tum alibi perceptis Iuris prudentiam addidit, eademque in facultate cumulatissimus sui temporis doctor, ac versatissimus euasit, perspicacis enim, & acuti ingenij, acerrimique iudicij vir, cui accessit prudentia summa, singularis in agendis dextertitas, & incredibilis diuinae gloriae zelus, & pietas inter Principes clarescere coepit. Et primo apud Carolum Allobrogum Ducem, a quo ex Comitite Littoris, Lanque inter Consiliarios primum, deinde inter Senatores annumeratur, eiusq; opera in arduis vsus est negocijs. Increbescete viri fama Franciscus II. Insuabrum Dux illum euocauit, & in ordinem Senatorum admisit, ac in legationibus eius prudentiam, non semel adhibuit, apud quem tanta auctoritate valuit, vt nutu ipsius tota Mediolanensis respublica aequè ab ipso, atque a Duce moderaretur. Duce defuncto ad Carolum V. Imperatorem cum Mediolanensis Ducatus deuolutus esset, Franciscus iterum ab eodem Imperatore eundem in Senatum accitus, & Caesareus Consiliarius declaratus est.

Inter ceteros liberos ex Anna Vicecomite vxore sua suscepit Nicolaum, quem ad Philippum Meliorum nobilem Florentinum amicum optimum, Gymnasij Pisani moderatorem Florentiam, transmisit, vt sub eius cura humanioribus litteris a doctissimis preceptoribus imbueretur; auspiciatus pater illum sub tanti viri disciplina, & doctissimo, & summo in Ecclesia Catholica virum, euaturum. Nec tetellit de filio perspicacissimi patris vaticinium; cum Nicolaus ob vitae sanctitatem, ac rerum omnium cognitionem perfectam ad summum Apollolatus apicem, deinde sub Gregorij XIV. nomine ascenderit. Ceterum Franciscus vxore demortua, a Carolo V. Senas missus, vt Senenses difficillimis temporibus inter se ciuilibus discordijs dissidentes, suo consilio, & sapientia regeret; a quibus ob egregiam nauatam operam ciuitate donatus est. Cumque propter eximias virtutes eius fama vbique diffusa esset, Paulus III. Pontifex maximus eum accersit, & Romam cum venisset, humaniter excepit, Referendarum Apostolicum, & Episcopum Sarnensem, inde Amalphitanum Archiepiscopum renunciauit: Nunciumque direxit in Germaniam primo ad Conuentum Spirensis, deinde ad Carolum V. vt nomine Pontificis de pace cum Francisco Galliarum Rege peracta gratularetur. Ibidem dum moraretur, Presbyterum Cardinalem titulo SS. Nerei, & Achillei alias Fasciolae primo, deinde S. Anastasiae adlegit, ac de Abbazia S. Mauri ad Padripam prouidit; acceptisque Romae Cardinalatus insignibus ad Carolum Imperatorem, ad Angliam ad sedem Apostolicam reducendam iterum Legatus, summo studio ne Caroli scriptum *Interim* dictum, promulgaretur curauit: & aduersus Lutheranae sectae defensores fecit mirabiles progressus. Perusij postea legationis munere, ac in dioecesi Cremonensi, & locis eius temporali dominio subiectis functus est: Laquedonensi, Caputaquensi, & Cremonensi Sacerdotio ab ipso Paulo munificentissimo Pontifice donatus; Paulo e viuis interim sublato parum abfuit, quin in proximis Comitij, quibus interfuit, summus Ecclesiae Pontifex renunciaretur.

Ad Ecclesiam suam Cremonensem post Iulij III. creationem, secessit; eamque cum optimè regeret, vale dixit huic seculo, pridie Kalendas Augusti anno salutis 1550. aetatis quinquagesimo septimo, in Cathedrali eiusdem vrbis humatus, sequenti sepulchrali inscriptione a filijs insignitus.

Ciacopius Ferdin. Vghell. in Addit. ad Ciac. & in Ital. sacra. Lud. Cacc. tell. in Annal. Cremonens. Ant. M. r. Campi in Hist. Cremonens. Panunius Anton. Sider. in Elogijs Card. Felix Cotelor. in Elencho. Io. Bapt. Adrian. in Hist. Aubery in Vita. Sforza. Card. Pallavicin. in Hist. Coc. Trid. Nomencl. Cardin. Franc. Augustin. ab Eccles. in Hist. Pedemontana.


D. O. M.

Franciscus Sfondratus hic acquiescit, Baptista illius Filius, qui Senator, & Consiliarius Ludonico Sfortia valde charus fuit: ob multas Legationes, quas iussu ipsius obiit ad omnes, & Reges, & Illustres Respublicas. Hic Comes Litoris Larij ad Orientem vergentis, Baroque Assinae vallis ob egregiam fidem, prudentiamque in Republica administranda, & admirabilem intelligentiam Iuris, à Carolo Allobrogum Duce Senator illic creatus est. Posteaque à Francisco II. Insubrum Duce in Ordinem Senatorum Mediolans adscriptus, in ea dignitate à Carolo V. Imperatore, cum in ipsius ditionem Civitas redisset, retentus fuit, auctusque Consiliarij gradu; mortua vero uxore Anna Vicecomite lectissima femina, ab eodem summa cum potestate Senas missus est, ut eorū Rempublicam discordijs vexatam, consilio suo regeret: à quibus ob egregia ipsius merita, & Civitate donatus est, & Pater Patria appellatus. Postea Romam à Paulo III. Pontifice Maximo euocatus, in Germania paulopost missus est; ab eodemque in amplissimum Cardinalium Ordinem cooptatus, ad Carolum Imperatorem magnis de rebus Legatus est. Ornatus demum à sapientissimo, acerrimisque iudicij Sene omnibus honoribus, quibus summi Antistitis persona decorari potest. Mortem obiit Anno MDL. Cremona Patria Episcopus: Nicolaus, & Paulus eximia pietate pradii Filij, Hoc monumentum posuerunt: Vixit Annos lvi. Menses ix. Dies vij.

Scriptit Franciscus Cardinalis, ut refert Nomenclatoris Cardinalium Auctor, non ignobili carmine de Raptu Helenae Poema Heroicum, Venetijs anno 1559. euulgatum: Epistolae insuper aliquot ad Federicum Nauazam virum illius aui doctrina praestantem; & ad alios;

LV.

FEDERICVS Cæsivus ex familia Cæsia inter Romanas primaria, Angelo Cæsio, & Francischina Cardula parentibus natus, Anno 1500. Kalendis Iulij, adolescens post humaniores literas legum studijs operam nauavit. Huius frater fuit Paulus Cæsivus ipse etiam S. Eustachij Leonis Papæ X. Cardinalis, ob cuius singularia, ac illustrissima suæ familiae in sedem Apostolicam merita Federicus ex Episcopo



po Tudertino, quod Sacerdotiū adhuc iuuenis ex celsione fratris à Clemente VII. obtinuerat, quodque decem annorum spatio reuerat, atque ex Apostolicæ Camerae Clerico à Paulo III. sacra purpura cohonestatus, Presbyteris Cardinalibus titulo S. Pancratij adscriptus, sub Iulio III. illo relicto, S. Priscæ titulum, & Cremonensem Episcopatum, Franciscò Cardinale Sfondrato cedente, vel decedente administrandum suscepit anno 1551. quem decem omnino annos administravit; indeque anno 1560. in fauorem Nicolai Sfondrati illum renunciauit; praefuit etiam Episcopus Ecclesiae Vulturariensis. A Paulo deinde IV. ex Presbytero renunciatus anno 1557. Episcopus Cardinalis Prænestinus; à Pio IV. ex Prænestino Albanensis; mox anno 1562. Tusculanus, postremo anno 1564. Portuenfis, & S. Rufinae. Dubitabat Contelorius, an Federicus hic vnquam praefuerit Ecclesiae Albanensis; scribit ille, *Incertum mihi est; an fuerit Albanus Episcopus*; illum Ferdinandus Vghellius inter Episcopos Albanenses non censet. Primus inter octo purpuratos Patres, qui causae Caroli Cardinalis Carrarae iudicijs assisterent, electus est: pluries interfuit Comitij Pontificij, & suffragium tulit pro Iulio III. Marcello II. & Pio IV. Ab electione Pauli IV. absentem illum facit Ciaconius; at si affuit ex ipso Ciaconio electioni Marcelli II. non videtur quomodo abesse ab illa Pauli, quæ post nonnullos tantum dies à Marcelli morte secuta est, potuerit. Quicquid sit; huiusmodi Cardinalis virtutes, singularem scilicet munificentiam, benignitatem in pauperes, & pietatem in Deum non tantum Scriptorum omnes suis scriptis, sed opera ipsa, quæ extant, commendant.

Templum Diuæ Catharinae virginis, & martyri sacrum in alma Vrbe virginibus miserabilibus, quas vocant, incolendum ab eo, suadente S. Ignatio instructum est, ac dotatum annuis redditibus, & sericis vestibus ornatum. In ipsius Ecclesiae fronte sunt hæc litteræ auctorem indicantes.

FEDERIC. CAESIVS EPISC. CARD. PORTVENSIS FECIT MDLXIV. Intus verò supra ianuam.

Ciacon. Vit. Pontiff. & Cardd. Tom. III.

A D. CATHARINAE VIRG. ET MART.

In Sacratio verò in lapide annotatae sunt omnia, quæ ex Testamento eidem Ecclesiae legauit, his verbis.

Ex Testamento bonae memoriae Federici Card. Cæsij, Die 26. Ianuarij 1565. Roma condito.

Reliquit Ecclesiae S. CATHARINAE della Rola de Vrbe, nouiter ab eodem Cardinale erecta, & fabricata de proprijs pecunijs, Crucem, Candelabra, Pacem, Ampollettas, Pateram, Argenteas ipsius, & Calicem, & Patenam, & Piuiale album, quo utebatur in Cappella sancti. Domini Nostri, con il suo bottone di perle: ultra tria Pallia broccati, & tres Stolas eidem Ecclesiae donata, ad effectum ut omnia praedicta perpetuo remaneant pro ornamento Altaris maioris ipsius Ecclesiae, & nullo vnquam tempore alienari, aut vendi possint. Item reliquit eidem Ecclesiae pro dote Altaris maioris, loca quadraginta montis della Farina de Vrbe, ad effectum, ut perpetuis futuris temporibus adsint in eadem Ecclesia duo Cappellani; & ex redditibus ipsius montis soluantur eidem salaria: quæ Cappellani sint ad nutum amouibiles Deputatorum, & Confratrum Societatis eiusdem Ecclesiae; & residuum prouentuum dicti montis expendantur pro Cera, Oleo, Candelis, & alijs necessarijs pro diuinis officijs celebrandis in dicto Altari, & taliter, quod perpetuo die, ac noctu adsint ad minus duo lampadae accensa ante dictum Altare, & pro reparatione, & reuisione sectorum dictae Ecclesiae quolibet anno fienda sita, quod omnes prouentus dicti montis expendantur in solutione mercedis dictorum Cappellanorum, & seruitio Altaris, & reparatione Ecclesiae: & quolibet anno, in die qua creantur Officiales, debeat dari fideliter computum Illustrissimo Protectori dictae Societatis omnium introituum, & expensarum; nec ullo vnquam tempore dicta loca xl. montis possint aliquo modo alienari, sed perpetuo remaneant pro dote dictae Ecclesiae, & Altaris, ac cum conditione, & onere quod quolibet anno in dicta Ecclesia debeant celebrari duo Anniversaria, vnum infra Octauam commemorationis Defunctorum, & aliud infra Octauam B. Catharinae pro anima ipsius Cardinalis, & suorum praedecessorum, & haeredum, & successorum in perpetuum, &c.

Sacellum vnum ad S. Mariam Maiorem, vbi Paulo Emilio Cardinali fratri matremoreum cum aenea effigie posuit monumentum; atque in illo Sacerdotibus sex à primogenito Cæsiae familiae praesentandis, ut dicunt, amplos annuos redditus, praedio praesertim Petrae Latæ attributo, constituit. Alterum in S. Mariae Annunciatæ de Pace Itaruis, parijs columnis, necnon pulcherrimis ab excellentissimis artificibus pictis imaginibus extruxit, & dotauit; in quo duo lateralia extant eiusdem structura marmorea sepulchra, Angeli videlicet patris vnum, & alterum Francischinae matris, in quorum marmoreo basi tulpta leguntur epitaphia supra rescripta in Vita Cardinalis Pauli Emilij sub Leone X.

Sacellum hoc bini quotidiani sacrificij oneri ex Angeli dispositione subiacet. Arae insuper ornatum argenteum B. Virgini Laurentinae dono dedit Federicus, qui obiit Romae v. Kalendas Febr. hora noctis octaua, anno salutis 1565. Pontificatus Pij IV. sexto, aetatis 65. & in Templo S. Catharinae de Funarijs, quod viuens, ut supra diximus excitauerat; honestisque, ac miserabilibus puellis donauerat, sepultus: inde ad Templum S. Mariae Maioris translatus, in sepulchro ex marmore confecto, cum aenea ipsius effigie quiescit; atque hoc elogio ab Angelo Cæsio nepote donatus.

D. O. M.

FEDERICO CAESIO S. R. E. EPISC. CARD. PORTVEN. QUI HOC SACELLVM ET ALTERVM IN AEDE BEATAE MARIAE PACIS AC TEMPLVM DIVAE CATHARINAE VIRGINVM MISERABILIVM FVNDAVIT ET DOTAVIT. ANGELVS CAESIVS PATRVO OPTIMO POSVIT: VIXIT ANN. LXIV. MENS. VI. DIEB. XXVII. OBIT. V. KAL. FEBR. ANN. SAL MDLXV.

Et in Tabulario eiusdem Basilicæ ad posterorum memoriã scriptum legimus. *Federicus Cæsivus Romanus, Episcopus Portuenfis, à Paulo III. creatus, iacet propè sacellum suum in arca marmorea cum statua aenea.*

Ad eius virtutes alludit huiusmodi epigrammate Hieronymus Borgius Episcopus Massæ Lubrentis.

Natus ego ad summa specimen virtutis amandum
Te sancto Antistes cogor amore sequi:
Prosequor innumeris cum Civibus ore per Orbem
Qui pleno mores, & tua facta canunt.
Hinc tum Carmen erit mihi, quem sua plurima reddit
Felicem Virtus, publicus ornat amor.
Felix se, cuius virtuti adiunxit amicam
Fortunam, & maius cui decus astra parant.
Felicis qui te Patrem meruere Tudertes,
Ac fidum ad Cali regna beata ducem.

De Federico Cæsio plura etiã Ianus Vitalis, inter quæ hæc cecinit.

Ciaconius
Fetramell
Andr. Vi
tozell: in
Aidit. ad
Ciaconiu.
Cabrera
Nicol. Or
landin. in
Hist. Soc. I
Hippolyt.
Marrac. in
Purpura
Mariana.
Hor. Tur
cellin. in
Historia
Lauretana
Aubery in
Vita
Pauiniur.
Felix Con
telor. in
Eiecho.
Ferdinad.
Vghell. in
Ital. sacra.
Paul. de
Angel. in
deser Basil
Liberianæ
Io. Petrus
Giuffan. in
V. S. Car.
Borromæi

*Si genitorem humeris quod post euerfa tulisset
Pergama Trois Heros dicitur esse pius:
Que tibi spes Patria, lux et clarissima CÆSI
Debenitur meritis nomina digna tuis.
Tu leges euerfa lachrymosa cadauera ROMÆ,
Et facis æterna posteritate frui.
Tu reparas quicquid caries absumit, & ignis,
Et quicquid duro tempora dente terunt.
Visa tibi spirant ROMANÆ robora molis,
Imperijs quorum vix satis Orbis erat
Macte animo illustri, qui mortis ore reuulsa
Istæ tue Patrie non sinis ossa mori.*

Nobilissimæ gentis Cæsiæ domi, foritque ea præstantia ex Cabrera fuit, vt præter ipsum Illustrissimorum Ducum titulum, claris belli, pacisque facinoribus, quatuor à Leonis X. Pontificatu ad annum 1600. amplissimis auctoritate nominis, & opulentia Cardinalibus creatus, summo rerum sacrarum magistratu se dignant ostentet. De qua re in creatione Cardinalis Bartholomei Cæli hoc epigramma Franciscus Cabrera scripsit.

*Te celebrent alij gens CÆSIA bella gerentem,
Armigerumque Ducem te Leuiane canant.
Dum Maris, & Terra Venetis Dux inclitus armis
Hostibus inuictus rapta trophæa refers.
Nos canimus pacis titulos, gentemque togatam
Ad Petri solum qua sibi pandit iter.
Primus adest PAVLVS, Decimi cui summa LEONIS,
Ornant dignas murice dextra comas.
FEDERICVS erit summa pietate secundus,
Qui tibi Diua piam dat Catharina domum.
Post DONATE tua veniunt virtutis honores
Purpurei, Quinti munera iuxta PII:
BARTHOLOMÆVS ouans CLEMENTIS murice quartus
At meritis foras pondere primus erit.
Nam si cepta viri Superi, virtusque secundent,
Post Ostrum cinget trina Corona caput.*

Scriptit Federicus Epistolas plures, quarum vnâ congratulatoria de noua dignitate ad Donatum Ducem Venetum Italica lingua scripta, inuenitur inter epistolas Virorum Illustrium.

Numismata duo huiusce Cardinalis vidi apud sepius laudatum Carolum Antonium à Puteo, quorum vnum in prima facie effigiè ipsius Cardinalis cū litteris: FEDERICVS EPIS. PRÆNESTIN. S. R. E. CARDIN. CÆSIVS cōtinet: in secunda Ecclesiæ à se constructæ speciem vna littere DIVÆ CATHARINÆ TEMPLVM. Alterū verò in cū facie est omnino satharico; exprimit enim eiusdem S. Catharinæ Templi speciem; in secunda expressa apparet quercus vento agitata cum lemmate: ILLA IMMOTA MANET. Fedetici, & Petri Donati Cæsiarum Cardd. vitam scripsit Io: Baptista Fonteius, & extant m. s. apud Principem S. Angeli.

LVI.

DV RANTES de Durante, natione Italicus, patria Brixienis natus anno nostræ salutis 1487. iij. nonas Octobris, cum ex studio humaniorum litterarum Iuris prudentiæ animū appulisset, factus est secreti cubiculi Pauli III. assistens, seu Præfectus; deinde ob morum candorem, litterarum, & iuris peritiam, Algerensis primò, teste Ciaconio, mox ex Contelorio, ac Vghellio



Cassanus Episcopus electus, ac paulò post ab eodè, à quo summo- perere diligebatur, Presb. Cardinalis S. S. XII. Apostolorum renun- ciatur; & anno sequenti 1545. Vmbriæ, Cameriniq; de Latere Le- gatus designatur. In qua legatione obeunda ac negocijs eorum po- pulorum pertractandis tantam adhibuit moderationem, vt magnā sibi apud illos populos benevolentiam conciliauerit. Huic eidem Ecclesiam Brixiensem ob mortem Andreæ Cardinalis Cornelij Iulius Papa III. commisit. Petrus Paulus Vergerius iunior plura in Durante iurgia intulit; nil tamen de illius laudibus detraxit, sed potius auxit; nam licet paulò post Vergerius à fide defecisset nunquā tamen Durantes illum iniuriolo verbo afficere auditus est. Cum interfuisset bis Comitjs Pontificijs, illis scilicet, in quibus ad summum Pontificatum Cardinalium suffragijs euecti sunt Iu- lius III. & Paulus IV. mortuus est Brixia, maximo patriæ dolore 24. Decembris anno Christi 1557. ætatis 71. malè Cabrera, & Pe- tramellarius ponunt, Idibus Maij anni 1558. ibidemq; in Cathedra ante gradus aræ principis humatus fuit: eius verò cadauer anno 1604. repertum, in cappella Corporis Christi depositum, cum sequenti sepulchrali inscriptione.

Ciaconius Petramell Cabrera. Fillucc. in Elog. m. s. Andr. Vi- storelli: in Addit. ad Ciaconij. Io: Franc. Florent. in Catal. An- tist. Brixie Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciacon. & in Ital. sac. Panouius Octau. Ru- bes in E- log. Clar. Viror Brix- ienium. Aubery in Vita. Felix Con- telorius in Meacho.


HIC SVNT OSSA
ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISSIMI D. D.
DVRANTIS DE DV RANTIBVS S. R. E. CARDINALIS
ET EPISCOPI BRIXIENSIS
QVI OBIIT ANNO MDLVII. DIE XXIV. DECEMBRIS.
HIC EX ALIO LOCO TRANSLATA DIE XIX. FEBR. MDCIV.

Iani Vitalis Musa de Durante Cardinali non siluit.
Tu quoque Romanum fulcis fecunda Senatum
Columna honoris Brixia:
Illa quidem duro durissima marmore pondus
Preruptum, & ingens sustinet.
Nulla ruina dehinc, nullusque timendus hiatus
Cælestis huius machina.
Felix prole tua latissima Brixia, felix
Fecunditatis ubere.
Nam licet, & mesuis Pomorum, & munere largo
Bacchiq; abundes copia,
Plus valet ingenijs cælum istud nobile alendis
Vberimumque regijs
Quam si continuis educas mensibus vvas
Et quicquid annus fert semel.
Gaude leta tuo iam Præfule; nanque luporum
Euertit ille machinas.

Ad hunc Cardinalem sunt Petri Aretini litteræ plures; quæ in lucem editæ inueniuntur inter huius auctoris epistolas Italico ser- mone, sed erudito scriptas.

LVII.

NICOLAVS Ardinghel- lus, natione Italicus, pa- tria Florentinus, Petri pri- marie nobilitatis viri, & N. ex Segnia familia filius, na- tus nõ anno reparatę saluris 1500. vt volunt aliqui, sed 1503. nobilitatem suam vit- tutibus, ac pietatis studijs plurimum auxit. Acerrimi iudicij vir materna, Latina, & Græca lingua absolute excultus, iuris vtriusq; con- sultissimus, ad optima queq; studia proclius; in rebus ar-



dus prudentia prope incredibili ornatus; cū viris doctissimis Ro- mæ sub auspicijs Alexandri Cardinalis Farnesij diu versatus, qui statim, ac Pontifex maximus renunciatus est, Ardinghellum, Ale- xandri nepotis Cardinalis Farnesij à secretis esse voluit; paulò post Canonicum Florentinum, Piceni Vicarium, Foro semproniensem Episcopum nominavit; atque à priuatis consilijs in Galliam ad Re- gem pro pace ineunda Nuncium direxit. Cum Farnesio Cardinali Legato Hispaniam, & Galliam peragraret; cuius consilio in ar- dui negocijs semper est vltus: ad Urbem reuersus, ob egregiam pro Romana Ecclesia nauatam operam, Supplicum libellis Præfe- ctus; mox propter multiplicem doctrinam, & singularem lingua- rum peritiam S. R. E. Cardinalis tit. S. Apollinaris renunciatur. Tres tantum annos purpuram virtutibus suis illustravit; & in- medio honorum curriculo, Romæ ereptus est die Martis 23. Au- gusti anni 1547. anno natus quarto supra quadragesimū: Vghel- lius in Italia sacra scribit, Nicolaum iam senem communi fato con- cessisse. Corpus in Ecclesia S. M. ad Mineruam sepultum, atq; hoc elogio à posteris exornatum.

D. O. M.

NICOLAO ARDINGHELLO FLORENTINO,
Primaria Nobilitatis Viro.

Quem Iuris vtriusque consultissimum,
Omniq; virtute, ac sapientia laude præstantem,
Ad Episcopatum Forosomproniensem promotum
Cum PAVLVS III. Pont. Max.

Piceno primum,
Cum honore vicariæ Legationis imponeret,
Deinde Supplicum Libellis Præficeret;
Demum in sacrum Cardinalem Collegium adoptaret,
Tituloque S. Apollinaris insigniret;
Non tam hominem, quam honorem cohonestasse visus est.
Annos natus quatuor, & quadragesimæ
In medio virtutum, & honorum curriculo ereptus,
Acerbum sui desiderium reliquit omnibus.
Decimo Kalend. Septembris MDXLVII.
Alexander Ruspolus Bartholomæi,
Et Mariæ Ardinghelle Filius
Ob memorem

Erga Consanguineum optimum voluntatem
Pofust Anno post conditam Salutem MDCI.


Ciaconius Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciacon. & in Ital. sacra. Aubery in Vita. Io: Bapt. Adrian. in Historia. Panouius Pet. Victor in Epistol Lud. Jacob a S. Carol. in Bibliot. Pontif. Felix Co- telorius in Meacho.

Quædam

Quaedam politionibus litteris admodum vtilia, quæ hinc inde circumferuntur, dictæ refert Michaël Pocciantius de Scripto-ribus Florentinis: scripsit etiam Italico sermone Epistolas pluri-
mas Cardinalis Farnesij nomine, quæ in lucem datæ à doctis viris sæpe leguntur. Reliquit etiam librum de Negociatione sua pro pace ineunda inter Franciscum Primum Regem Christianissimum & Carolum Quintum Imperatorem summo Pontifice Paulo III. mediante; qui incipit *Sire: la Santità di Nostro Signore, &c.* quem se legit Romæ m. s. in Bibliotheca Monachorū Vallisumbrosæ S. Prædix restatur Ludouicus Iacobus à S. Carolo in sua Bibliotheca Pontificia. De illo aliqua in monumentis clarissimi viri Neri Alberti patritij Florentini habentur.

Ad Nicolaum Ardinghellum sunt plures Petri Victorij litteræ, cui Ciceronis Epistolarum volumina, quæ emendata à se, in lucem edidit; dedicauit: atque in nuncupatoria epistola hæc de illo scripsit. *Cum cogitarem sub cuius potissimum nomine, & tutela vellem hoc Epistolariū volumen exire, tu solus occurristi Ardinghelle humanissime, quem ego sine scelere præterire vix possem; & quæ libenter putarem horum meorum laborum patrocinium suscepturum. Te enim sunt egregia tua erga me merita, ut cum referenda gratia par nullo modo esse possim, debeam saltem, nisi ingratus haberi velim, quacunque ratione possim, optimam meam voluntatem tibi, ceterisque, qui tuorum in me beneficiorum conscij sunt, ostendere. Nam quoniam tu vnus præcipue possis magno illis præsidio esse, si quis in eos conetur inuadere, neminem dubitaturum credo, nisi qui te cognitum non habuerit. Sed quis nescit mirificam tuam omnium ingeniarum artium eruditionem, summum ingenium, acerrimumque iudicium; quantoque studio, & ardore animi soleas negocia, & famam amicorum tuere? Non dico hoc temere, de quo loquar; video cum omni semper culpa vacare conatus sim, nihil vnquam magis cari, quam in assentatoris vitium delabi, nullamque infamiam tantopere reformidari. Quare nisi ita esse plane scirem non audeo stultus essem, ut vellem hoc quasi publico testimonio mendacij nulla necessitate coargui: sed nihil est, quod minus in tuis laudibus persequendis vereri debeam; cum sciam omnium nostrorum ciuium de tuis præstantibus virtutibus consensum. Qui cum de te iam puero ex certissimis quibusdam signis cuncta sibi ingentia propofuissent, in ea spe quotidie magis perspecta vita tua ratione confirmantur.*

A



LIX.

HIERONYMVS de Capiteferreo Romanus Recanatis filius, natus est x. Kalendas Iulij anno sal. 1502. seu, vt vult Aubery, anno 1504. ab ipsius ætatis suæ primordijs à parente seruituti Alexandri Cardinalis Farnesij senioris commissus, ingenio perspicaci, & disciplinis litterarum per quam eruditus, sub eodè Farnesio postea summo Pontifice renunciat, vt antea etiam

B

sedente Clemente VII. in varijs Curia Romanæ muneribus, necnon in diuersis ad Principes grauissimis de rebus legationibus vitam egit. Pauli enim iussu primò apud Lusitanæ Regem, ad indicendum Concilium, deinde anno 1541. apud Regem Galliarum Nuncij Apostolici munere functus est; cumque ex votis, & ipsius Pontificis, & Principum, ad quos Legatus fuerat, se gessisset, ab eodem Pontifice Paulo Thesaurarius Apostolicus declaratus, vnà cum Guidone Alcanio Cardinale Sfortia Pontificis nepote ad sustinendum bellum, quo Turcæ in Pannoniam Germaniæ fines, atque Italiam inuadendam sese accingebant, deputatus est cum facultate extinguendi canones, census, & alia huiusmodi Camera Apostolicæ, Ecclesiæ Romanæ, & alijs Ecclesijs, & pijs locis in statu, & dominio S. R. E. existentibus debita, atque etiam de nouo locandi, & infeudandi bona Ecclesiastica; eligitur postea Niciensiu Episcopus, & Paçe Datarius. Tum Hieronymum hunc, tum Thomam Campesium Episcopum Feltrensem suis hisce litteris ad Paulum Pontificem, ex Feliciano Carpentoraçensis diocesis datis Iacobus Sadolerus comendat, ac sacra eos purpura dignos demonstrat.

C

His nanq; litteris, & Hieronymi proprijs virtutibus motus Paulus in octaua Cardinalium Ordinatione anno 1544. die 19. Decembris habita, Diaconum Cardinalem S. Georgij ad Velum aureum illum renunciauit; ac paulò post legauit in Galliam, vt Franciscum I. Gallorum Regem Pontificis nomine rogatum vellet suæ conditionis Episcopos Bononiam ad Concilium eo è Tridento translatum mitteret; quo etiam mandante Iulio III. iterum se contulit ad Henricum Regem, Francisci filium pro rebus Senensium, & pace inter ipsum, & Cæsarem componenda. Sub Paulo III. & Iulio successore, ac sub Marcello II. honestissimam Romandiola legationem plures annos prudenter egit; extantq; adhuc Constitutiones pro bono eiusdem prouinciæ regimine ab ipso editæ; quæ passim ab omnibus obseruantur, & commendantur. Ad Morinensem postea Episcopatum translatus; alij Mutinensi Ecclesiæ Hieronymum Cardinalem præfuisse volunt, sed non bene; Mutinensem enim Ecclesiam moderatus est Ioannes Cardinalis Moronus, eodemque cedente Ægidius Focharius Bononiensis ordinis Prædicatorum, qui Romæ obiit anno 1564. & Hieronymus hic noster diem suum clausit extremū Romæ in Conclau, dum Comititia pro nouo eligendo Pontifice haberentur, die Veneris Kal. Octob. ex monumentis Vaticanis, & Ciaconio; ex Petramellario verò Decembris, anno 1559. hora noctis x. dum ætatis annum ageret septimum supra quinquagesimū; sepultus in Templo S. M. de Pace.


D

Extat nunc etiam Romæ regio sumptu fabricatum ab eodem Cardinale palatium de nomine huius dictum: *Capo di ferro*. præclaris certè lapidibus, ac imaginibus, quod Spada familia (ex Brixigella in Æmilia oriunda) nostra ætate valde ampliatur; exornatumque possidet.

E

Dum vixit in purpura, tribus vicibus pro nouis Pontificibus suffragium tulit: affuit enim electioni Iulij III. Marcelli II. ac Pauli IV. & dum Pij IV. Comititia haberentur, è vita migrauit, vt dictum est supra.

F




LX.

TIBERIVS Crispus Romanus, Pauli III. ante Pontificatū familiaris, Constantia Farnesia frater naturalis, natus anno à partu Virginis 1498. pridie Kalendas Februarij hora xv. in quo tam celeres animi, atque ingenij motus ad excogitandum acuti, ad explicandum ornandumq; vberes, & ad memoriam firmi, ac diuturni extiterunt. Hunc Paulus Tertius arcis Perusinae à fun-

damentis erectæ præfectum, & paulò post ciuitatis Gubernatorem suffecit; cuius præfecturæ monumentum præter arcem, cetera opera

Ciaconius Paninius Petramell Filucc. in Elog. m. s. Iacob. Sadolerus in Epistolis. Aubery in Vita. Andr. Victor. in Addit. ad Ciaconiū. Ioā. Bapt. Adrian. in Historiā. Felix Con telor. in s. Elencho. Ferdinād. Vghell. in Addit. ad Ciac. & in Ital. sacra. Sfortia. Card. Pallaucin. in Historiā. Cōc. Trid. Scipio Am mizatus in Hist. Flor.

Ciaconius Paninius Aubery in Vita. Petrus Iul. in Histor. Veneta. Andr. Victor. in Addit. ad Ciaconiū. Felix Con telor. in s. Elencho. Ferdinād. Vghell. in Addit. ad Ciac. & in Ital. sac.



LVIII.

ANDREAS Cornelius iunior, ex patritia Corneliorum stirpe Venetij clarissima, Francisci Cardinalis ex fratre nepos excelluit ingenio, prudentia in rebus agendis, & liberalitate; Archiepiscopus Spalatenensis Lateranensis Synodo sub Leone X. celebratæ, & Congregationi Cardinalium, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Sacello Palatij Apostolici ad excutienda quæ in vndecima

Sessione pertractata erant ex Andrea Victorello interfuit. At Andreas ille alter ab hoc nostro pace sua dixerim, fuit; nam ille Marci Cornelij frater, hic nepos; ille Leonis X. temporibus Archiepiscopus Spalatenis; hic Ecclesiam illam iam purpura donatus defuncto Andrea patruo à Iulio III. obtinuit, & Concilij Tridentini Sessionibus sextæ, septimæ, & octauæ Præsul Spalatensis, & Cardinalis affuit. Ex Camera Apostolicæ Clerico annos tantum viginti tres natus, Brixienfis Episcopus primò, deinde Diaconus Cardinalis S. Theodori à Paulo, postea S. Mariæ in Dominica à Iulio successore, & Archiepiscopus Spalatenfis, sub quo etiam legationis munere functus est in prouincia Patrimonij.

Dum adhuc virili ætate floreret, è vita migrauit Romæ sub eodem Iulio III. cuius Comitij interfuerat, die 30. Ianuarij anni 1551 corpus ad S. Augustini delatum, postea Venetias translatum in maiorum suorum tumulo in Ecclesia S. Georgio sacra reconditum fuit prope patrum. Ex Ciaconio habemus Andream Cornelium S. Theodori; ex monumentis verò Vaticanis S. Mariæ in Dominica Diaconum.

Cardinalem obijisse.
Andræ Cornelij Cardinalis litteras Italico sermone dedit Claudius Tolomeius.

*

à ciuibus præstita, per breui temporis spatio extremam manum imposuit, Templum dicatum Virgini, quod de *Populo* vocant, ipso mandante, in eadem ciuitate Perusie constructum, satis superque attestatur. Cum verò maiori cohonestandus dignitate videretur, Romam à Pontifice accersitur, & Hadriani moli præficitur; in quo officio cum dignè, & laudabiliter se gessisset: propter rarum, ac sublimè ingenium, disertam eloquentiam, & admirabilem Philosophiæ cognitionem ab eodem Paulo Canonicus primò Basilicæ Vaticanæ, mox Diaconus S. Agathæ renunciatus, in ciuitate Perusina, & in Vmbria legationis munere functus est. Ex Diacono sub Iulio III. electus Presbyter Cardinalis Ecclesiæ S. Agathæ primò, deinde sub Pio IV. S. Mariæ Transyberin præfuit: Archiepiscopus rexit Ecclesiam Amalphitanam in regno Neapolitano; & Episcopus Sueslanensem in eodem regno; Nepefinam, ac Sutrinam in Hetruria, & anno 1565. Sabinensem. Sueslanus Episcopus adlectus fuerat die 29. Iunij anno 1543. quam Ecclesiam tres annos adminittrauit: factusque Amalphitanus Archiepiscopus eam liberè resignauit; ad cathedram Amalphitanam ascendit die prima Aprilis anno 1547. quam postea dimisit anno 1561.

Obijt Sutri die Dominico 14. Octobris anno Christi 1566. ætatis 69. & ibidem in Cathedrali Ecclesia sepultus; inde Capranicam deductus iacet in Ecclesia principe sine vlla inscriptione sepulchrali: Sunt qui volunt, Tiberium è vitamigrasse Capranicæ in palatio Præfectorum pro tempore.

Ianus Vitalis huiusce Cardinalis imaginem in hunc modum adumbravit.


*Non tibi quod Patria est rerum pulcherrima Roma,
Quodque nites præcis clarus imaginibus,
Quodque sacrosanctum cen fax accensa Senatum
Illustras meritis officijque tuis.
Te colimus; verum quod de te linida amare
Nulla unquam poterit pagina CRISPE loqui.
Si sincera fides in te, si prona voluntas,
Si tua querantur dedala, sedulitas.
Te locus ostentat, te buccinat inclytus ordo
Te probat amplorum plena corona Patrum.
Maxima testatur de te clarissima Roma
Qualis de Fabijs, Cesaribusque suis.
Laus magna est Urbem testem virtutis habere,
Maior at est Orbem laudis habere sua.*

Tiberij Crispi Cardinalis, ac Legati Pegusini numisma extat in Museo Caroli Antonij à Puteo; in cuius prima facie sunt tantum characteres sequentes: TIBERIVS CARD. CRISPVSPERVSIAE LEGATVS. In altera verò est Tempus in curru tribus diuersis animalibus rapto cum Monocerote, qui cornu in aquas immergit, & litteris: HAVRIRE SECVRITAS.

In Comitij Pontificij suffragium pro Iulio III. Marcello II. Paulo IV. Pio IV. & Pio V. tulit; sub quo ad superos euolauit anno 1566. vt dictum est supra. Tiberij Crispi Cardinalis effigies à Georgio Vafario Aretino Pictore celeberrimo seruabatur Neapoli; vt idem Georgius refert in secundo volumine Vitarum Pictorū

NONA CREATIO CARDINALIVM.

Die Mercurij 16. Decembris anno 1545. vt ex litteris Apostolicis datis hac die, mente, & anno Paulus III. Pontifex quatuor inter Cardinales cooptauit; quorum tres Presbyteris, & vnū Diaconis adscripsit. Hanc Cardinalium enunciationem Ciaconius decimam quartam nominat, & anno 1546. factam affirmat; contra id, quod ipsius Pauli litteræ referunt; quos autem Paulus purpura ornauit, hi sunt.



Ciaconius Claud. Robertus in Gallia Christiana Cabrera Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciaconiū. Aubery in Vita. Io: de S. lu. P. Enzon. in Gallia Purpurata Felix Cotelor. in Elencho. Samarth. in Gallia Christiana


LXI.

GEORGIVS Cardinalis de Amboise, natione Gallus, nepos Georgij de Amboise Cardinalis senioris Archiepiscopi Rothomagensis, in parètes habuit Ioannem de Amboise Dominum de Bussy Neustriæ Præregem, & Catharinam de saint Belin; & in fratres Godefredum Abbatē Cluniacensem, Iacobum Amboisianum Dynastam, & Io: Episcopus, & Ducem Lingonensem, ac Franciæ Parem; post patrū Ioannem, qui sepultus in choro è regione sedis Episcopalis sequenti epitaphio donatus. *Cus dedit ingenuum felix AMBOSIA nomen IOANNES isto conditur in tumulo.*

A Præceptore vltus Georgius Philippo Decio Iuris consulto singulari; cuius Commentarij de Rescriptis ipsi Georgio adhuc Archidiacono dicantur. Primum fuit Ecclesiæ Rothomagensis Canonicus, Thesaurarius, & Archidiaconus, Abbas Dolensis, postea Archipræsul Rothomagi, & Primas Normanniæ. Defuncto patruo postulatus à Capitulo anno 1510. ex dispensatione legati sedis Apostolicæ in Presbyteratu tunc constitutus, ætatis, in cuius anno 23. erat, defectum patiens; cuius postulatio confirmata fuit Romæ in Cōsistorio; admittus anno 1511. vj. Idus Augusti, & possessionem per procuratorem nanciscitur eodem anno x. Kalendas Decembris: consecratus Gallione anno 1513. iij. Idus Decembris, & octauo post die in Basilica Metropolitana solemnè pompa excipitur 18. eiusdem mensis. Tandem ad preces Regis Galliarū Cardinalitiam à Paulo III. dignitatem tituli S. Marcellini, & Petri obtinuit anno 1545. & anno sequenti 1546. oblatu est ei Cardinalitius pileus in Bituricensi Templo S. Stephano Protomartyri sacro. Romam venit sub eodem Paulo; & post eius obitum Comitij Pontificij interfuit, & pro Iulio III. suffragium tulit. Archiepiscopus Rothomagi Synodum habuit Prouincialem anno 1514. Ecclesiæ Rothomagensis pyramidem, seu turrim campanilem, vna cum Odei tecto, fortuito incendio absumpto in augustiore pyramidis formam restituit. A Rege deligitur, vt vniuersæ Neustriæ sua auctoritate, & industria præficeret, sacri, & prophani regiminis Gubernator constitutus. Animam efflauit Vigniæ non anno 1552. vt refert Cabrera; sed ex monumentis Vaticanis, & Scriptoribus Gallicis, anno 1550. die 22. seu ex Testamento die 25. Augusti, hora prima post mediam noctem. Mortui intestina ibidem iacent in æde Parochiali; cor Pontifex in Franciscanorum cœnobio; corpus autem in vrbe Rothomagensi in Georgij patrui tumulo marmoreo conditum est in Ecclesiæ Rothomagensis sacello Deiparæ sacro ponè maius altare.

LXII.

HENRICVS felicissimus Regis Emmanuelis ex Regina Maria Castellana optimarum virtutum laude inclyta filius, Olyssipone in lucem editus vltimo Ianuarij die; non anno 1502. vt scribit Petramellarius, sed 1512. vt referunt omnes illius æui scriptores; in fratres Michaëlem, Ferdinandum, Aloysium, Odoardum, Carolum, & Ioannem, qui Emmanueli patri vita functo in regno successit; & Alphon-



sum, qui à Leone X. adhuc puer ad Cardinalatus fastigiū euectus, breui vitam finijt, habuit. Nec abfuerit ab admirando illo eximij Principis ortu cœlestia prodigia, & auguria, quibus Deus optimus maximus quanta futura esset eius vitæ sanctitas, & innocentia orbi Christiano testari, & significare visus est. Tradunt siquidem Hieronymus Osorius Siluensis Episcopus, & alij rerum Lusitanarum historici, eodem die, quo hic primam lucem apexit, ciuitatem Olyssiponensem, in qua propter summam cœli temperiem monstri simile est, partem aliquam niuis intueri, plurima niue conspersam fuisse. Quod multi sic interpretati sunt, vt insueto hoc quasi portento mentis candor, vitæ puritas, & continentia, virtutisque eximij fecunditas, quæ in eodem Principe mirabiliter eluxit, cœlestis præmonstraretur. Puer Latinis, Grecis, Hebraicis litteris est imbutus; adolescens Mathematicæ, Philosophiæ, ac Theologiæ operam dedit; ad maturiorem verò progressus ætatem, sanctorum Patrum lectioni impensius vacauit. Annos agens quatuordecim, assumpto Clerici habitu, Ecclesiæ castra Deo militaturus adiit: primum sanctæ Crucis Conimbricensis maximus Prior renunciatus, fratre Alphonso Cardinale, qui Prioratum gerebat, vltro cedente; moxque graue illud monasterium, Henrico ineunte Prioratum, quasi nouo sibi ex Oriente Sole collustratum, prolapsam decursu temporis disciplinam restaurauit, exactèque deterfam hodie seruat in illis recessibus. In Templo, & in communi domo magnis expensis, vel diruta restituit, vel noua erexit opera quibus ad veterem magnificentiam plurimum accessit decoris, ac ornamenti regij. Quin, & ab ipso Prioratu suo magna liberalitatis significatione non leuem reddituū partem detrahi iussit, quam Cœnobio addidit, de suo potiùs gregem, quam de gregis vellere se cõmuniens. Abbas deinde fit plurium Cœnobiorum ordinis D. Benedicti, maximè verò Alcobatæ, ac totius S. Bernardi familiæ præcipuus Superior per Lusitaniam; Eam ad genuini spiritus vigorem, magno, & ipse vigens spiritu reuocauit. Sed, & militaribus ordinibus Christi, Diui Iacobi, & Auisiano præficitur, magnoque eorundem ordinum profectu, suam optimus Princeps commendauit præfecturam. Ita quasi proludens altiora dignitatum decora, primum Bracaræ Augustæ Archipræsul, ac Primas Hispaniarum constituitur;

Ciaconius Panuinius Iacob. Sadoletus in Epitolis. Hier. Olor. Pet. Ribadencira in V. S. Iguat. Petr. Mat. in Hist. Indica. Franc. Sacchin. in Hist. Soc. Iesu. Ant. Valconcell. in Hist. Regū Luit. Anton. Sider. in Elo. gij Card. Stanislaus Rescius in Epitolis. Io: Petrus Giusian in V. S. Carol. Andr. Vi. Storell. in Addit. ad Ciaconiū. Ludouic. Donius de Artychy in Hist. Card. Thuan. in Hist. Gasp. Ion. gelia in purpura D. Bernardi. Ant. Viperan. de Ob. ten. Foru gall. à Re. ge Philip. Nomencl. Cardin. Hier. Co. nestag. in Hist. Lusitanæ. Pappyrus Massonus Car. à Ba. sil. S. Petri in Vita S. Caroli. Petramell. Aubery in Vita. Lat. Latia. in Epit. Hippolyt. Marrac. in Purpura. & in Bibl. Mariam. Felix Cotelor. in Elencho.

vbi prima cura fuit, prædecessoris sui Didaci de Soufa famulos, quali proprios fouere, ac beneficijs congruenter afficere: deinde omnem animi conatum in munus pastorale intendere, quod summa vigilantia, ac prudentia laude obiit, totam ipse per se prouinciam lustrando, ac in subditorum maximè Ecclesiasticorum errata diligenter inquirendo, quibus vel supplicio si opus erat, vel lenitate medebatur. Pastoris optimi nullum detrectauit munus: propria manu cœleste pabulum in Templo diuidebat, ac deterebat vicatim ad ægrotos: lustralibus aquis fidelium ritè expiabat infantes, & quorumlibet vndeque venientium confessionibus audiendis semetipsum publicè exponebat. Archiepiscopus renunciatum nihil antiquius duxit, quam vt Iudeos omnes, ac Sarracenos aut ad professionem Catholicæ fidei perduceret, aut pertinaces regni Lusitanici finibus exterminaret. Idque tanta prudentia, vt omnes impiorum hominum versutissimos conatus eluderet, tanta integritate, vt nemo quod cauilletur, haberet, tanta seueritate, vt malos exterreret, tanta rursus clementia, ac mansuetudine, vt non paucos ad resipiscenciam pelliceret. Atque hos quidem quanta beneuolentia complecteretur, quibusue beneficijs prosequeretur, quod sequitur, illustre facinus demonstrat. Cum duo Mauri iam adulta ætate ad fidem nostram conuersi; baptisimi beneficium poltularent, non solum eos obuijs ualnis recepit, sed ipse Põtificalibus ornatus infulis, die festo Pentecostes Eboræ in Ecclesia sua Cathedrali salutaris aqua lauacri tinxit tãta celebritate, vt si filij fuissent fratris sui Regis, fieri non posset honorificentius: præterea alterum in familiam suam honesta conditione adoptauit; alterum Regi in clientelam dedit.

Coacta Synodo reformationi Ecclesiasticæ disciplinæ serio incubuit, eiq; nouis constitutionibus in posterum cauit: Synodalem verò pecuniam tum ad puellas parentibus orbatas, honestis uiris collocandas; tum ad scholas publicas extruendas contulit, quibus probatos ad humaniores litteras pueris tradendas magistrõs consultò præfecit. In electione Visitatorum, ac ceterorum ministrorũ, quorum opera in administratione sui muneris utebatur, uirtutem præcipuè, doctrinam, dotes spectabat animi: atque vt hæc de singulis certò cõstarent; parui faciebat, si magno id sibi, vel sumptuũ, vel beneficiorum pondere staret. Nobile illud Augustè sedis Templum preciosis, tum uestium, tum uasorum ornamentis nobilius reddidit, ac ceteram urbem varijs operum structioibus illustrauit. Postea generalis fidei Inquisitor fit fratre Ioanne III. Lusitanicæ Rege apud Pontificem procurante: quo in munere ita se uigilantem, ac strenuum præstitit, vt integram, sinceramque fidem, quæ potuuntur hodie Lusitani, illi vni post Deum acceptam omnino referre debeant: eo namq; satagente pestilens malum hæresis, quod uicina regna vel oppugnauerat, vel infecerat, nescio qua vi numinis pulsum Lusitanicæ fines horruit. In eo verò præcipua ipsius desudabat industria, vt noxijs tum libris, tum hominibus in hæc regna aditum terra, marique præcluderet; actumque sapius, vt per itrenuos ministros suspectarum nauium etiam præueniret appulsum, totque in eas quæstionibus agebatur, tam exacta de libris, de personis pericula fiebant, vt apud nationes hæresis labe notatas, præconis uoce ad tubarum clangores uetaretur; ne quis in Lusitaniam libros, aut res quaslibet ad hæresim spectantes importaret. Sacrum Inquisitionis munus auctoritate præcipua fulciebat, eiusq; ministros, quos non nisi maturo consilio, ac tuta probabat experientia, non modò honorificè tractabat, sed beneficijs, & fauoribus à summis etiam Pontificibus impetratis prosequeretur: hos præcipuè, qui factro munere vacabant, suis alebat expensis, & priuata in eisdem cura, ad honorum dignitates, ac præfecturas sedulo promouebat.

Hunc uirũ uirtutibus non minus, quam genere illustrè Cardinaliũ Collegio adscribere Paulus III. Romanus Pontifex anno 1545 decreuerat; quidam ex Cardinalibus huius in Vaticanum Senatũ cooptationem in aliud tempus reiiciendam putabant. At Sadoletus non differendam censuit; tum quia de plurimis, magnisque eius uirtutibus ad doctrinam, religionemque spectantibus multa sæpè intellexerat, tum quia illius Regis frater erat; qui uerè Christianus Rex nuncupari poterat, ab omnique Christiani sanguinis labe purus Christianam fidem longè, latèque propagandam curabat. His permotus rationibus Paulus die Mercurij 16. Decembris anno Christi 1545. ætatis 33. Presbyterum Cardinalem titulo SS. Quatuor Coronatorum nominauit. Cumque Eboræ Episcopalis tantum uigeret sedes, placuit Ioanni Regi ob honestas rationes, vt in Archiepiscopalem Apõstolica auctoritate mutaretur, eique primum Henricum fratrem præponi curauit. Primus ergo Eboræ Archiepiscopus factus Henricus, vt plus temporis ad residendum, opum etiam plus ad benefaciendum nactus est; ita plus animi, ac facultatum ad officia pastoralia conferens, excellentissimi Prælati uium mundo exhibuit specimen. In primis lectissimos vndeque coëgit ministros, quorum, & litteris, & uirtute Ecclesiam Eboresensem condecorauit: in eoque enituit optimi Præfulis opera, vt splendor diuini cultus augetur amplius, & celebriori quam unquam antea ritu diuina quæque munia peragerentur. Communis Xenodochij curam ultro assumpsit; domum, quam uocant Misericordiaz statis temporibus largis fouebat elemosynis; idque

A non modo Eboræ, sed, & alijs per totam diocesim oppidis medicamenta iubebat ex communi apotheca sua in pauperes ægrotos distribui. Maioribus solemnij Natiuitatis, Paschæ, Pentecostes, ac Virginis Assumptæ: in uiduas urbis largas effundebat pecunias, aduersus hyemis inclementiam commodis uestibus operiebat pauperes: zelo etiam seruens spiritualis boni, litteris, ac uirtute præstantes destinauit viros, qui per totam diocesim concionabundi discurrerent; eisque modum tractandarum animarum præscriberet, & ius dabat experiundi, ac examinandi communes Parochos, essent ne litteris sufficienter instructi ad rationem sui muneris obeundam; ac si opus esset, substituendi alios in eorum locum: lacebat enim tunc Translagana regio in summa rerum inscitia, pauciq; erant, qui quæstionum moralium sufficientè haberent peritiã.

B Cæperat per id tempus in regno Lusitanico primas sedes ponere Societatis Iesu; cuius homines audierat optimus Præful, ex propria instituti sui ratione ad iuuandos proximos esse formatos. Nihil ergo moratus, accersitos ad se spargit illicò per oppida sua ditionis, ac illa eadem, quæ diximus, erga proximos commendat officia: qua in re ita fructuosè desudarunt luce doctrinæ, & exemplo uitæ, vt intra paucos menses alia rerum iam apparuerat facies, morumque deprauatorum expulsi tenebris, noua lux exoriri cœperit ijs populis. Qua re permotus Henricus, ulteriusq; institutum Societatis Iesu, & alijs perpendens, ac modum procedendi tum domi erga Deum, tum foris erga proximos ratum habens, cogitata sua (quæ nuper quasi augurans Eboræ præfecerat, erecto Collegio ad alendos Clericos, qui postquam moribus, ac litteris profecissent, diocesim iuuare possent) huc tendere numine impollente statuit; hosque quasi fatis signatos clericos planè agnoscens, ijs actum Collegium tradidit, exiguis quidem adhuc numero, sed ministerio, quod agitabant, uiuidam uirtutem præferentibus. Creuit ergo opus Dei: nam anno 1559. Collegium ampliuit ad sumptuosam usque molem; iunctumque Collegio Lyceum Academicum extruxit; in quo cum maiestate operis pulchritudo certat. Atque vt communia hominum inuicaret studia, magistrõs in primis è Societate Iesu esse uoluit; deinde annuos redditus, & ex illis annuas portiones tum Theologis, tum Philosophis assignauit: itaq; eo breui uentum, Deo bene iuuante, vt Collegium centũ uiginti religiosos homines congruis redditibus aleret, & Academiæ diuinæ in primis, ac moralis Theologiæ, deinde Philosophiæ, & humaniorum facultatum uocibus, magno cum bonorum applausu personaret. Prodiere hinc Doctores quã plurimi, litteris, ac uirtute præstantes, quos hodie fama toto orbe celebrat; & quam plurimi spectata uirtutis, ac scientiæ Præfules, & Parochi, qui magno cum animarum fructu uarias Ecclesias administrarunt.

D Vidit optimus Antistes prouentus felicissimos, & ingenti gaudio perfusus ad alia progressus est opera, quæ Academiã suam, nouis splendoribus illustrant. Nobile Collegium ædificauit Purificatæ Virgini ritè dedicatum, vt in eo quinquaginta Theologi ad iustam examinis trutinam probati alerentur; qui tamen post eius mortem, quod nec redditus sufficerent, nec facile tot numeris ut par erat, absoluti reperiri possent, ad minorem dimidio numerum summi Pontificis auctoritate redacti sunt; è quibus uiginti qui studio Theologo decurrendo vacant, quinque annis in Collegio uiuere permitti, ea tamen lege, vt ad finem statuti temporis ad gradum Baccalaureatus promouerentur; quinque reliquis Theologiæ iam emensis curricula, quatuor annis agendo in Collegio copiosum, vt reliquos Theologiæ gradus usque ad Doctoratum conscendere liceat. Clauum eius Collegij iuxta leges ab Henrico conditas, Societas tenet cum obligatione numerandi in annua subsidia Collegiarum aureorum duo millia, & quingentos, datis quaternis per annum portionibus in singula capita centum aureis. Præterea domum extruxit amplam excipiendis, curandisque pauperibus scholasticis, Christianæ pietatis insigne opus, & regia liberalitate in uetigal annuum constituit septingentos quinquaginta aureos, plenamque administrationem Societatis Iesu commisit.

E Attexam, & hic similia beneficentiæ monumenta in præclaro Principe; nullum enim de Societate Iesu benemerendi finè facienti placuit, non multo ante obitum tempore, Collegia fere omnia, amplissimis augere beneficijs, ac donis. Nam Collegium D. Antonij Olyssipponensis fundatorem se præstitit, assignatis quadraginta aureorũ millibus è sua annua pensione in Olyssipponensi Ecclesia per aliquot annos soluendis, vt inde res familiaris, quæ tenuior erat antea cõemptis prædijs augetetur: Quin, & illud non leuè subsidium Collegio addidit, peculiare uidelicet in pia opera uetigal ex Indiæ mercibus solitum exigi. Sed, & Bracarensi Collegio monasterium Rotisium, annuente summo Pontificè dono dedit, ad illudque, & simul ad Portuense Collegium eiusdem summi Põtificis consensu transtulit per annos uiginti pensionem annuam duorum millium, & quingentorum aureorum, quam illi soluebat Bracarensis Ecclesia, vt inde stabiles sibi redditus cõmerent; quod tamen reuuentibus Prælati Ecclesiæ Bracarensis ex parte tantum executioni datum. Simili beneficio, sed meliori euentu Conimbricense Collegium profecutus est; nam æqualem superiori pensionem suam in ea Ecclesia per totidem annos assignauit, quo iustæ dotis pondus ab Ioanne Rege decretum, & ex regijs ante

uetti-

veſtigalibus exigi ſolitur non ſine difficultate omnino abſoluit. Quæ omnia Henrici Cardin. ac poſtmodum Regis, in Societate Ieſu beneficia, copioſius à Nicolao Orlandino, & Franciſco Sacchino in Hiſtorijs eiufdem Societatis enumerata, Andreas Viſtorijs paucis hiſce verbis complexus eſt. *Erat Henricus Cardinalis, Eboꝛenſis Antifites, creditique populi ſalutem enixe quaerens, ut Societatis Ieſu ſchola Eboꝛæ ocyns inchoarentur, operam dedit: Collegium ſuum ad id contulit, & mille aureos, reddatum nomine, inſignemque præterea ſuam bibliothecam: reliqua autem illius urbis Gymnaſia, ut plures auditoꝛes ad nouum Collegium conſuenerent, ſuſtulit: ut Patres Philoſophiam auditoꝛes docerent, à Ioanne Rege fratre obtinuit.*

Alijs item donis, & gratijs idem Collegium affecit Princeps munificentiffimus, hoc quippe amœnos adiunxit, fontem extruxit, vniuerſamque domus habitationem nobili ſupelleſtile inſtruxit, ut eam hac magnificentia, ceterifque ornamentis redderet gratiore, & expetendam, cum alijs Eboꝛenſe cœlum deceret eſſent libere, ac Patribus quid religioſam moeſtiam deceret adnotentibus, reſpondit, id quoque conſiderandum, quid ſe Principem naturaſ deceret. Cumque B. Franciſcus Borgia ſingulis diebus Dominicis Quadageſimæ anni 1560. in principe Eboꝛæ Templo verba faceret ad populum, Cardinalis ad extremam Quadageſimam veniens audiendi viri Dei cupidus, rogari eũ iuſſit, ut certo die cœcionem haberet, quo deprecante, ac valetudinem ſolito grauiore exulante, reſpondit Henricus: *Noliſ loquatur: ſat mihi fuerit, & ſuperiori loco hominem aſpici; qui quicquid, & cum tantum haberet, Dei cauſa totum deſeruit.* Venerat autem Eboꝛam, ut Academiam à ſe inſtitutam aſpiciens, Deo gratias ageret, eamque legibus, inſtitutiſque muniret. Tum Sacchinus modum, & ordinem fuſe deſcribit, quo tantus Cardinalis eiufdem Collegij, & Academiæ patrens, atque fundator à B. Franciſco Borgia, ipſiusque Academiæ Doctõribus, ac diſcipulis exceptus ſit; vbi, & Borgiæ congreſſum, atque colloquium cum Cardinale refert. Narrat quoque Orlandinus, Andreæ Ouiedum ex eadem Societate Hieropolitana Episcopum, ac Ioannis Nunniij Abyſſinorum Patriarchæ ſucceſſorem deſignatum, & comitem datum, antequam nauigaret in Indiã virtutum ſuarum, paupertatis præſertim, ſubmiſſionis, & charitatis ſuauiſſima fama diocœſim Eboꝛenſem cõpleſſe, poſtulatũ Cardinalis ſacrum Chriſma ad populos per oppida, pagosque circumtuliffe, in viam dediffe ſe præſco ritu peditem, vno tantum ſocio ipſum ſibi miniſtrum, ac famulum. Quod Cardinalis antiqua videns exempla ſuo ſeculo repræſentans ſummopere eſt admiratus, atque gauuiſus, quemadmodum, & cum eandem diocœſim perluſtrans, ac publicam hoſpitalem domum inueniens, perluſtrans, ac puincialem hoſpitem, quem febris læto affixerat, in turba pauperum decumbentem, cõmotus, atque lætatus eſt tantæ humilitatis exẽplo.

Nec verò in Societatem Ieſu tantummodo beneficus fuit Henricus Præſul, ſed in alios ſe latè effudit religioſorum ordines: Alcobatæ in primis largo munere ædificauit amplificaui, nouis ad cõmorandum extructis dormitorijs, clauſtriſque magnifico ſumptu perfectis; alijs deniq; monaſterij vſibus additis operibus, quæ omnia vt ferè communia; & largè adornabantur, ita totos penè Abbatiz prouentus abſorbent. Cœnobium Cozenſe Monialium, D. Bernardi ferè denuò erexit: Collegij eiufdem S. Bernardi Conimbricenſis auctor fuit. Egit acriter, vt plura eidem ordini ſubſtituta monaſteria reſtituerentur. Eboꝛæ monaſterium, ac Templum Diui Antonij, in publico ciuitatis foro, loco conſpicio, & inſignifruſturaq; operis magnifica, à fundamentis erexit, cuius fronti ſpicio lapidi incifa inſcriptio, atque ab Andrea Refendio poſita conſpicitur hæiuſmodi.

D. ANTONIO ÆGYPTIO SANCTISSIMO

Monachorum Archimandrite ſacrum.

Henricus, Dius Emmanuelis Luſitania Regis, pijs, felicis, ſimiliſi F.

S. R. E. Præſbyter Cardinalis,

Primus Eboꝛenſis Archiepiſcopus, priore diruto,

Nouum hoc ſtruſtura formaque anguſtiore,

Religionis ergo erexit.

Cum autem moriens perficere Templum à ſe inceptum non poſſet, teſtamento ad deſideratam perfectionem deducendum reliquit. Nec procul ab eadem vrbe aliud prius conſiderat Bono Ieſu, quod vocat Valliſuiridis, vtrumque pertinens ad eam ordinis Franciſcani partem, quam à pietate vocant. At verò prope Alcobatiam, Franciſcanum aliud ædificauit Cœnobium, quod D. Martiæ Magdalena dicatum voluit. Eiufmodi quidem ordinis præcipue, ſed pleroſque etiam religioſorum hominum benignè complexus eſt, quod eorum maxime colloquijs, & conſuetudine delectabatur.

Dum autem Henricus Eboꝛæ optimi Præſulis officio fungitur, moritur Olyſipponæ Ferdinandus Vaſconcellus, qui ſedi illi præſuerat Metropolitanæ; oportebat verò eum Olyſipponæ ad gubernacula regni (cui adhuc Sebaſtianus Rex immaturus erat) aſſidere. Idcirco ſummi Pontificis auctoritate ab Eboꝛenſi Eccleſia trãſiit ad Olyſipponenſem; hoc eſt ab opulentiore ad minus opulentam, vt quia Olyſipponæ reipublicæ bene adminiſtranda occu-

ſio frequentior erat, gregem ſuum inde melius paſceretur, que ſacram opportunijs prouehere poſſet. Euocauerat ſiquidem eum Regina Catharina, quæ pro demortuo Ioanne Rege marito ſuo regnum adminiſtrabat. Tẽdio namque rerum humanarum, ac pondere annorum religioſiſſima Princeps preſtauerat ſe ipſam colligere, ac nuncium profanis mandare negocijs. Igitur in publico regni contentu rerum vltro reliquit habenas.

Porrò non fuit perplexa, aut difficilis regni Proceribus de ſucceſſore deliberatio, cum haberent præ oculis Henricum Principẽ, in quem ob id communibus ſuffragijs tota regni gubernatio, dum puer Sebaſtianus adoleſcebat, collata eſt. Gratulatus eſt orbis terrarum per publicos Legatos tanto gubernatori; iſque ſuo muneri magna cum populorum gratia pleniffimè ſatiſfecit. Nam ſemetipſum exponebat publicè ad communia expedienda negocia, magiſtratusque, vt idem facerent, ſuo cogebat exemplo, actumque per id tempus, vt nullus etiam tenuiffimi de plebe cauſa periret. Quin, & illud memoria æterna dignum ſtatuit (quod ſanctiſſimus Franciæ Rex Ludouicus præſtare conſueuerat) vt ſi de Regis, ac priuati hominis bonis æqua iuris controuerſia incidere, potiùs de iure regio, quàm de priuato detraheretur. Egit nihilominus ita prudenter, ac nauiter rem ipſam publicam, vt cum magno antea ære alieno præmeretur, ipſe lex annorum ſpatio, quibus ad clauum ſtetit, omnino liberam à communi illo onere, atque adeo florentem conſtituerit. Igitur, vt fuit regno habilis Sebaſtianus, regnum illi felici pace gaudens, opulentumque ſolemni ritu tradidit, ac ſe ad Eccleſiaſtica munia liberiùs curanda conuertit Henricus. In vrbe Olyſipponenſi Xenodochium erexit pro inſimis obſeruantibus; & Romæ in titulo ſuo ſtratum auro contectum, cœlatum, & aſſabre elaboratum propria impenſa ædificari curauit.

Iam tunc ſucceſſor eius Eboꝛæ Mellius ſatis ceſſerat, iſque ad ſedem iterum redijt Eboꝛenſem, certa quippe diuini Numinis prouidentia, plura obibat munera, plures luſtrabat diocœſes, vt eas ſua præſentia, eximioque vitæ ſanctificaret, reformaret, condecoraret. Verum in hoc ſuo ad Eboꝛenſem Eccleſiam reditu, id vnum præcipue auebat animo, ſe vt impenſus Deo traderet, idcirco exceptus ritè, & iterum euectus à Clero in ſedem Eboꝛenſis Eccleſiæ, Collegium Societatis elegit in domicilio, in quo parua cella contentus, cum religioſis hominibus colloqui, ac familiariter agere in delicijs habebat. Itaque ſacrum quotidie peragebat publico in Templo, vbi non ſemel Euchariſticum populo diuifit epulum, ac ſecedens ad agendas Deo gratias in ſublimi Odæo, nondifcedebat inde, dum ſacra continuo decurſu perdurabat: videlicet reputabat inde, dum ſacra continuo decurſu perdurabat: videlicet abiret in cubiculum. Itaque neceſſarium duxere Patres poſt vnum finitum ſacrum, aliquid moræ interponere; quo bonus Princeps liberè diſcederet. Exercebat ſpiritum ſtatis horis per commentationes pijs; bis diebus ſingulis examen ſubibat conſcientijs, lectio- ni ſanctorum Patrum maxime eorum qui ſpiritum fouent, ſtudebat ſedulò. Non ſemel illum cubicularij famuli ante ſacram Crucifixi imaginem prouolutum in genua, ac flagris ſe inter ſuſpiria, & lachrymas durè verberantem deprehenderunt. Quo tempore verò religioſi homines ad flagellaciones communes in Templum conueniebant, is erat è ſuperiori loco ſocius tam piæ exercitationis; nihil æquè ſibi gratum, quàm noſſe, quo fructu concionatores à ſe miſſi per vineam Domini excurrerent ad ſalutem animarum, eademque ſignificatione voluptatis excipiebant, redeuntes, ac manibus collectis inter plurimas à Deo effuſas gratias applaudebat.

Eſt verò illud in tam præclaro Principe Chriſtianæ pietatis inſigne monumentum, quod, cum domum aliquando ſuam repentinus ignis corripere, tamque cubiculum ipſum, in quo dormiebat, importuna flamma depaſcetet; recordatus tantummodo eius intra cubiculum reſceſſus, in quo Deum ante Crucifixi imaginem precabatur, nihil omnino curans, ceteram domus, etſi pretioſiffimam ſupelleſtilem, ad tollendam ſolam Chriſti imaginem per medios ignes intrepidus penetrauit, nec ſine magno miraculo remeavit illæſus; eo nimirum theſauro locupletior, quàm reliquis omnibus, quos igni lubens reliquerat deuorandos. Extat hodie mira hæc effigies pendens in Chriſti in Collegio Eboꝛenſi, vbi præcipua religione colitur, rarum pietatis exemplum, viuetq; diu celebre in memoria poſteriorum: de quo ſunt hi verſus Emmanuelis Pimentæ Luſitani Societatis Ieſu poëtæ præſtantiffimi.

Ad Henricum Regem, & Cardinalem, ob ereptam ex incendio Regij Palatii, CRUCIFIXI imaginem.

Suſtulit ÆNEAS flamma ex ardente parentem,

Iliacas flammæ dum populantur opes.

Suſtulit HENRICVS pietate inſignis IESVM,

Corripit anguſtas dum vaga flamma domos.

Iuuis, & illius magnum diſcrimen: ab igne

Suſtulit hic hominem, ſuſtulit ille DEVM.

Id verò in Henrico Principe omnem ſuperat admirationem, quod in ijs quoque ſe virtutibus illuſtram præbuit, quæ ſturus religioſi naturam per ſe conſtituunt, à regioque magis abhorere videbuntur. Amabat ergo paupertatè, ac pro diuitijs habebat ſuis; itaque veſtibus gaudebat attritis, ac ſi opus erat, eas etiam ſarciri

curabat:

curabat: sed neque in regni fastigio positus meliores assumpfit: aiebat enim religione se teneri, sumptus etiam leues in se ornando facere, cum tot Lusitanorum pauperum greges in captiuitate iacerent. Igitur sola sua frugalitate contentus, amplios redditus, & regales opes, quibus affluerebat, eo tantum curabat, vt, & publicis, & priuatis necessitatibus pauperum essent frugiferæ. Idcirco tum in Henrico Principe mirabatur Lusitania, quod in sanctæ memoriæ Pontifice Pio eius nominis Quinto Roma suspiciebat. Accumbenti enim secum Oratori Scotiæ, quem ad petendas angustis rebus suppetias legauerat, ac miranti frugalitatem mensæ Pontificiæ dixisse fertur. *Ne mireris: Regina referes, ideo me frugi mensa vti, vt eius præsentis difficultati, ac alijs faciam satis.* Non secus Princeps Serenissimus Henricus se potius, domumq; suam, quam publicas calamitates necessarijs fraudabat subsidijs: quid plura? è redditibus annuis, qui ad octoginta millia aureorū pertingebant, solum triginta sibi, ac domesticis reseruabat; quæ supererant, quinquaginta in pauperum vsus effundebat: documentum non imprimendum leuiter, sed altè figendum animis Ecclesiasticorum Principum.

Quid de amore castitatis memorem, qua mundo se Henricus exhibuit Angelum? sanè non illum minore iure celebrauerit famam Angelicum Principem, quam Doctorem Angelicum celebrat Thomam Aquinatem: nam cum decumberet aliquando graui morbo detentus, repulit, non secus, ac ille, incredibili animi vigore, introductam à prauis amicis petulantem sceminam, quæ pulcrum pudicitie florem aut decuteret, aut inficeret. Iam de obedientia illud in Henrico asseram valde laudabile. Erat is præterquam quod Archiepiscopus, & generalis fidei Inquisitor, etiam Cardinalis tituli S. S. Quatuor Coronatorum, ac perpetuus in regno Lusitaniæ à Latere Legatus. His omnibus titulis Apostolicæ sedis se debitorem agnoscens, eius in primis supremo capiti Pontifici maximo perfectam obedientiam exhibebat, obseruansque sedulo quo propenderet voluntas eius, quæ magni ponderis est ad obediendum cogitatio) curauit semper, ne latum vnguem ab ea discederet. Ad ea verò quæ illi parum grata fore suspicabatur, ne litteras quidem commendatitias impetrare quis poterat. Significauit vltimò pijsissimus Princeps animum suum hunc ad obediendum procliuum, legatione illa, quam moriens in mandatis reliquit, vt duo è Societate homines peregrè Romam abirent osculatum pedes sancti Patris, vt qui per se non poterat, per alios religiosum hoc præstaret obsequium.

Nota res est quanta mole insudauerit Cardinalis Henricus, vt Sebastiani Regis, nepotis sui iuueniles impetus, ac indolem, excelsum illam quidem, sed aliquantò præcipitem temperaret, præcipueque fatale illum in Africam transitum impediret. Vadunt nihilominus res humanæ, in quibus libido impotens dominator, cursu ad perniciem, Deo sic permitte, irreuocabili. Tenuit Africam Sebastianus, bellum quod ardebat, aggressus est: sed quæ prima dies bello dedit, eadem regno abstulit, æternis lachrymis prosequendū. Igitur infelicis exitus mala fama, mox vt Henrici impleuit aures, graui dolore lauciatum, per suspiria, & gemitus effudit cor, iacetque in lectu, & squalore diu, nisi coactus fuisset ætate ingrascens, quales quales humeros reipublicæ collabenti supponere. Quare Alcobatiam in quâ per id tempus diueterat relicta, Olyssiponem illic de cõtulit, quam vrbem solo aspectu suo mœrentè exhilarauit. Curauit is primò, vt accitis è toto regno luripertissimis hominibus, fieret actutum de successore matura consultatio. Eorū autem omnium, hæc vna fuit vox, Henricum Cardinalem legitimo iure Sebastiani Regi succedere, quod vnicus esset superstes Regis Emmanuelis filius, ac frater Ioannis Regis, aui Sebastiani. Hoc sapientum hominum constanti decreto premisso tulit Henricus Cardinalis noster euehi se ad regni Lusitanici fastigium. Noluit tamen habitare in Regia (prudenter id quidem, ac modeste) neque Christophorum Morum, seu Mouram, nobilem Olyssiponensem à Philippo Rege ad se legatum in conspectum admittere, aut ea, quæ in mandatis habebat exponente audire, priusquam prælitato à subditis solito fidelitatis debitæ sacramento, Rex fuisset salutat. Electum autem à populo fuisse quam falsum sit, ex ipsis Lusitaniæ auctoribus contra Iosephum Teixeira Duardus Nonnius in suis censuris demonstrat.

Festinatam itaque est ad ritum inaugurationis, quæ facta fuit eo modo, quem describit Conestagijs, Henrico de veteri Regum more ipsam ciuitatem Olyssiponensem regni caput solemniter ingresso, anno 1578. duodeuicesima die Augusti Templo Hospitalis omnium Sanctorum aulais sericis exornato, & pegmate quodam extructo, sella in eo tela aurea tecta collocata est. Eo ascendit Rex, tempore antemeridiano, habitu Cardinalis indutus: Egre dientem è palatio octo tympana ænea, & nouem præcones, equites, & chlamydidibus, quibus insignia regia inserta erant, amici præcedebant. Sequebatur pedites ferè omnes, ministri aulici, Camerales, & alij magistratus. Hos itidem sequebatur Dux Bragançia, equo insidens, capite aperto, & manu ensim vagina deaurata insignem, tanquam Conestabilis, gestans. Paulo post sequebatur Cardinalis, insidens mula, cuius habenâ tenebat Aluarus Syluius, Comes de Portalegre, magnus aulae Magister. In extremo agmine

A sequebantur multi Proceres, & nobiles, equites, & ingens caterua pedites. Cardinalis ingenti multitudine stipatus, ad gradus Hospitalis descendit, & ingressus in Templū cum sacris precibus opera aliquandiu dedisset, consensu pegmate sedem sibi præparatè occupauit; statimq; Franciscus Sad, vnus è Gubernatoribus, sceptrū ipsi tradidit. Michaël verò Morus Secretarius in loco nonnihil à sede regia remoto, clara voce ex scripto legens dicebat, Regem Henricū mortuo Rege Sebastiani in regno succedere; & eam ob causam sceptrum ipsi tradi, eumq; paratum esse præstare solitum iuramentum de conseruandis priuilegijs, immunitatibus, & conuentionibus à maioribus suis concessis. His dictis in genua ante Regem cū libro aperto procubuit: Cumque Rex manu libro imposita, se superiora omnia sanctè obseruaturum iurasset, tympana magnum, strepitum edere cœperunt, tota multitudine clamante: *Vivat, vivat HENRICVS Rex Portugallia.* Quibus verbis auditis, Rex ab ipsdem quibus antè comitatus, sceptrumque manu tenens, ad palatium, tympanis sonantibus, & præconibus nonnunquam superiora verba repetentibus, reuersus est. Apparuit tamen in ea publica actione renuentis animi specimen inclutum, quale nec gestientis præferret, qui summa vi ambiisset imperium.

Addit Papyrius Maslonus, abstinuisse tunc Henricum à diadematis, seu coronæ regis gestatione, vt ostenderet nouis subditis, quantum ipse publicis incommodis, ac infortunijs afficeretur; quantum dolore angeretur ex ea iactura, quam non Lusitania modò, sed vniuersa quoque Christiana res publica passa fuerat in Africa, per mortem Sebastiani Regis. At nullus fuit è Christianis Principibus, qui non ei regni possessionem, per Legatos, & litteras gratulatus fuerit, & nominatim inter S. R. E. Cardinales Stanislaus Hosius, ille doctrina, & fidei zelo conspicuus, ad eum hac de re sequentem dedit epistolam.

Henrico Cardinali Lusitaniæ Regi.

C *CVM de miserabili clade quam proximis superioribus mensibus accepit Lusitania, deque cede nobilissimi pietissimiq; Regis Sebastiani nuncium fuisse hac allatum, in omnium animis maiorem perturbationem cernere licuit, quam vt facile credi queat; Offusa mentibus omnium atra quadam caligo videbatur. Posteaquam verò fuit auditum quam se Rex ille fortiter gesserit, (qui cū certum vitæ suæ discrimen impendere videret, cum laude progressus, quàm quod nonnulli suadebant, cum ignominia regressi maluit, nec prius quam Rege cum quo prælium inierat interfecto, & hostibus duplicata clade confectis, innumerabilibus eorum copijs oppressis, pro Christi fide strenuè pugnans occubuit) respirare nonnihil capimus. Nam qua potuit illi Regi mors accidere gloriosior, cum qua Martyribus corona debetur, eam pro Christi fide moriens affectus esse videatur? Hæc igitur illius tam gloriosa mors, qua nihil erat aliud quam transitus ad sedes Beatorum, ingentem animis nostris consolationem attulit. Caterum posteaquam regni gubernacula tibi fuisse tradita renuntiatum est, & tenebris quibus circumfusi fueramus, prorsus emergere visi sumus, cum noua quadam lux mentium nostrarum oculis affulsisset, qua mirifice sumus omnes recreati. Nec enim orbis Christiani pars vlla esse videtur, in qua pietas, & religio tua singularis, simul prudentia, verumque experientia, quam etiam ætas attulit, minime vulgaris, multorum ore non predicetur; præ ceteris autem exultabat gaudio Collegiū hoc nostrum Cardinalium, quod cum vix villo seculo, quam hoc nostrum fuerit illustrius, tot in illud filijs, patribus, nepotibus, pronepotibus maximorum Principum, Regum, & Imperatorum cooptatis, te Rege renuntiato, tanta facta est ad splendorem illius, & dignitatem accessio, vix vt vllus maior locus relictus esse videatur: vni enim hoc ad summum honorem deerat vt in Collegio nostro Regē quoque Cardinalem haberemus. Quod effectum tandem esse diuina providentia non potuimus non vehementer letari. Quod si vnquā antea, nunc videre licet, & regnum sacerdotale, & sacerdotium regale, quandoquidem è celo delapsus est ad nos summus ille sacerdos, & idem Rex Melchisedech, Rex iustitiæ, Rex pacis, quæ duo scilicet coniuncta sunt in Rege, nihil est quod ad eius regni, cui præest, felicitatem requiri possit: nam præclare dixit sanctus ille Rex, & Prophetas, iustitia, & Pax osculatae sunt, sic ista duo mutuo complexu inuouuntur, vt ab iniucè diuelli non possint; ubi iustitia, ibi pax; ubi pax, ibi iustitia.*

Detractum fuisse nonnihil de iustitia ante prælium initum misistabatur, non ea pax consecuta, quam de vctis hostibus nos consecuturos sperabamus. Simul vt autem tu Rex renuntiatu es, vt iustitia fieret, vt ius vnicuique suum tribueretur, vt quod minus iuste videbatur exaltum, id iuste restitueretur prouidisti. Num autem ex hoc tuo tam præclaro facto letiora nobis deinceps omnia non licet expectare, dudum vt optata pax tandem aliquando consequatur, quandoquidem te Rege declarato, iustitia, & pax iniucè osculari cœperunt, vt quod peccatis nostris offensus Deus paulò ante largiendum esse non putauit, id te cum iustitia regnum tuum gubernante, & suum cuique reddi iubente, cumulatè nunc præset. Tu sacrificijs offerendis, quæ, & ipsa magna est iustitia pars, Deum, regno suo placatum reddes. Tu, si quando res ita postularit, armis etiam pro fide Christi sumendis, quæ non alia quam pacis tuendæ, & conseruandæ causa rectè sumuntur, quem optas cogitationum,

consiliorumque tuorum omnium progressum, & exitum es habiturus. Quid autem recte sibi polliceri non potuerint subiecti regno tuo populi, Deo per te propitio sibi reddito. Certè nihil est, quod ad summam felicitatem illi deesse queat, cum te regnante iustitia regnauerit, & inuidua comes illius pax eam osculata fuerit. Quà obrem est quod merito late mur omnes, est quod immortales Deo gratias agamus, qui te talem virum ad istius regni gubernacula vocare dignatus est, qui cum Rex iustitiae, Rex pacis futurus videaris, non poteris ea, nisi cum magna felicitate, magnaque subiectorum tibi populorum utilitate moderari. Quam ad rem, ut suam tibi Deus gratiam impertiat, ut inquam spem, & expectationem vocati sumus, ei satisfacere queas, supplices illius hic misericordiam implorare nunquam intermitteremus. Abs te vero peto, quos habes tibi seruitores addictissimos, ut inter eos me quoque numerare velis. Fide, studio, & obseruantia erga te, summaque honori tuo inferuendi voluntate, & alacritate concedam nulli, quod certo de me tibi polliceri potes. Deus te nobis, Ecclesiaeque suae quam diuissime incolumem, & felicem conseruet. Vale. Datum Roma, 23. Octobris 1578.

Philippus verò Secundus Hispaniarum Rex, de hac ipsa Henrici ad regnum euectione, ciuitati Olyssipponensi scripsit in hunc modum: Magnifici, & dilecti, &c. Debet nobis esse singulari consolationi, quod Lusitania, tam turbulenta, & calamitosa tempore Principem adeo primum, ac prudentem nata est, qualis est Serenissimus Rex meus Auunculus, de cuius raris Virtutibus, & vita innocentissima, merito hoc nobis possumus polliceri, fore ut pristina quieti regnum suum restituat; omniaque tali cum lenitate, & clementia administraret, qualem ego opto, tum propter amorem, quo omnes eius subditos complector; tum propter amicitia, & sanguinis iura, quae semper fuerunt inter has duas Coronas, ac inter me, & Reges Lusitaniae. Vnus è Cameralibus eiusdem vrbs Regem Henricum sic allocutus est. Existimamus vna voce, & cū debita animi submissione tuam, Serenissime Rex, opem implorandam, ut quoniam es iustus Rex, & sanctus, malis illis, quae cernicibus nostris imminet, remedium afferas.

Inauguratus vix fuerat Henricus, cum illico intendit animum, in miseritimum regni statum; iamque viduae hinc inde accurrebant, quarum maritos, vel inopinata clades abstulerat, vel barbara telus captiuos detinebat: pupillos audiebat euulantes, quod patrijs reque bonis, ac patribus carebant; captiuorum ex Africanis ergastulis ingeminatos clamores penè auribus vsurpabat. Verum quae erat amplitudine animi, nec stupore detentus est, nec haesit in angustijs, sed singulis necessitatibus affuit, aut consolator, aut restitutor idoneus. Quod verò omnium caput est, ex templo legatione expediti ad Regem Barbarum, tam magna opum vi celebrem, ut ducentis fuerit aureorum milibus aestimata; eo factum, ut illico Maurus octoginta illos praecipuae nobilitatis viros dimiserit liberos. Sed eo non contentus Henricus, modis omnibus egit, ut cetera captiuorum turbam patrio solo restitueret; quae in re vsq; adeo nec laboribus, nec sumptibus pepercit; ut crederet Africa, regnū Lusitaniae, nec viribus esse, nec opibus attritum; & iure adhuc ita bene valens, ac prosperum timuerit.

Actum interim à regni Proceribus de Regis Henrici matrimonio, quo legitima aliqua proles regno daretur; idque maxime illi urgebant, quod vnica, aut saltem expeditiorem viam esse ducebant stabiliendae pacis publicae, & eliminandarum turbarum, ac factionum, & quae ex illis securitaturae essent, calamitatum, si successio post Henrici mortem incerta remaneret. Ille tum Medicis, tum Theologis rem remisit, ut illi an prolis spes vlla in senescaetate verò si rationibus à conscientiae debito petitis à coelibatus lege sacerdotem absolvere posse iudicaret. Mediolanum ad S. Carolum Borromaeum Cardinalem, cum quo necessitudinem per litteras alebat, scripsit, significans ei, adductum se à Lusitanis suis, ut coniugio consentiret; quo tanquam vnico remedio tranquillitati provinciae posse consuli, malitque innumeris obuiam iri. Graue sibi admodum esse, coelibem vitam relinquere, quam semper lectatus esset; idque non parui sacrificij loco sibi esse, in quo se ipsum pro salute tuorum quodammodo immolaret, sed publicae quieti cedendum iudicasse. Vehementer igitur orare, ut illum consilio, & ope, si ita res ferret, apud Pontificem, ad obtinendum dispensationis beneficium adiuuaret; hac familiarium, ac regni Procerum impulsu scripsit Henricus Rex, & Cardinalis. Ad quae Carolus amicitissimi, optimique Regis, & Cardinalis postulationi respondit. Magni quidem interesse videri quaerere Lusitanis, qui ei sine controuersia legitime possent in regno succedere; sed tali Antistiti potestatem facere coniugij, rem omnium videri grauissimam, neque vllò vnquam tempore concessam, personae Deo dicatae in alio genere factam quandoque dici potestatem nuptiarum, quod nullo tamen satis certi, probatique auctoris testimonio ferè confirmatur; omnino exoptatos eiusmodi nuptiarum, vel publicae quietis, vel successiois euentus minime contigisse: maxima etiam inde publice, ac priuatum extitisse incommoda, vnde magnae utilitates expectarentur; probandam magis, atque imitandam quorundam Regum continentiam, qui matrimonio coniuncti, cum rectè, ac legitime filios possent suscipere, nulla tamen haereditis, successorisue habitae

ratione, singulari castimoniae studio, tali matrimonij vlu abstinerunt. Quanto magis, qui coelibem vitam professi, sine singulari quadam venia sese ad connubium referre non poterant? Postremo in re tanta, tamque difficili nihil se aliud probare posse dixit, quam ut quibus de causis ea facultas postulanda videretur, eae causa summo Pontifici candidè, nulloque studio referrentur; & quod is pro summa auctoritate, diuinoque afflatu iudicasset, a quo animo, voluntateque acciperetur.

Porro dum propriam quietem utilitati publicae postponit Henricus Rex, ac agrè omnino, sed tamen serio de vxore ducenda cogitat; seque pro bono communi, quod diuinius est, totum immolans, de mittendis ad summum Pontificem ea de re legatis agit; mox Deus optimus maximus, siue optimi Principis piam mentem respiciens, qua non spòtè, sed grauiter admodum, de adeundis nuptijs deliberabat, Henricum ad extrema morbi deduxit. Nihilominus tamen ad vltimum vsq; spiritum, nunquam desinit incumbere in ea, quae saluti reipublicae necessaria esse videbantur. At tandem vires illius adeo fractae sunt, ut è lecto surgere amplius non valeret, lacteque humano vitam vtcunque prorogare cogere; ut testatur Duardus Nonnius in libro de vera Regum Portugalliae Genealogia, ac certissima mortis imminenti argumenta daret, cuius, & horam diuina reuelatione praecognouit, ac praedixit. Nam cum is, qui morienti adstant, dixisset, velle se parumper quietescere; ita tamen, ut iuberet se ante vndecimam excitari: in alterum latum inclinatus aliquandiu ita iacuit, donec ad nonitus audiram esse vndecimam: Porrigite, inquit, mihi sacram candelam; hora quippe mea venit: & ita candela manu apprehensa, postquam regnasset annū vnū, menses quinque, ac totidem dies, graui tunc confectus, efflauit animam, non die prima Februarij, ut scripsit Ioseph Teixeira, sed eadem die, eademque hora, qua ante septuaginta annos biennio minus, in lucem editus fuerat, videlicet in die Dominico vltima Ianuarij anno Christi 1580. aetatis 68. obiit magno bonorum omnium luctu, quanquam non sim nescius alios aliter scripsisse, gratumque fuisse pluribus eius obitus nuncium: publici tamen memoris praclarum testimonium Emmanuel Pimenta Societatis Iesu reliquit hisce versibus.

*Te liquids fletere lacus, te pallidus auro
Rex Taqus, & maestus se Pater Oceanus.
Te iuga, te montes, te saxa draconibus antra,
Quaeque colunt vitreas squammae monstra domos.
Quis etiam summos testata in nocte dolores
Lucida pallentes Cynthia traxit equos.
Omnia dant lachrymas mundi loca, credite gentes:
Maxima tot lachrymas non nisi dampna petunt.
Quamvis perdidit generoso in Principe mundus,
Dat mare, dat tellus, astraque maesta fidem.*

Fuit profectò res admiratione digna, quam, & obseruatum nonnulli, coepisse Henricum cum morte luctari sub ipsum principium ecliptos Lunae, illaque desinente, viuere quoque desistere. Atque, ut primò Lusitaniae Domino, qui sub nomine Comitum imperarat, nomen fuerat Henrici; ita etiam postremus iste, in quo linea masculina Regum Lusitaniae extincta est, idem nomen circulo quodam facto, sortitus fuisse videtur. Corpus ibidem Amerini depositum, translatum deinde ad Eboram ad monumentum, quod sibi viuens in Ecclesia Societatis Iesu à se erecta posuerat; sed postea Philippo II. regnante, & mandante ad Betlehemiticum Templum, atque ad commune Lusitanorum Regum sepulchrum translatum in Ecclesia B. Mariae ordinis S. Hieronymi nobilissimo funere, cui ipse Philippus adstitit, conditū fuit. Quò, vbi tertio post anno translatus est, non sine admiratione incorruptum corpus, & nil graue olens inuentum narratur: vnde postea magno beneficio è cadauere detractus pes, Eborensi illatus est tumulo, monumentum stabile sui in Societatem Iesu amoris, ac primae plantae, quam Eborensi Collegio dederat.

Post eius mortem apertis testamenti ante octo menses conditi tabulis, repertus est ei successionem deferre, qui causa in iure dilceptata vinceret: nisi ipse ante mortem causa plenè cognita iam eum nominasset. Vnicè, ut dictum est supra Societatem Iesu adamauit semper Henricus; quare studium erga eam suum testatum posteris voluit, non modò Eborensi Collegio, & Academia condita olim, fundatūque; Olyssipponensi, ac Bracharensi Collegijs, sed etiam hac testamenti comendatione perhonorifica. *Præterea enixè contendo, atque efflagito; quod mihi tum ab eo in primis praestari cupio, quemcunque mihi tandem successorem iura decreuerint, tum ab his omnibus, qui vllò vnquam tempore legitime succedunt, ut, & ceteris semper Religiosorum hominum Ordinibus praesidio sint, & Hieronymianae, Franciscanae, ac Dominicanae familijs praesertim faueant. Religionem vero Societatis Iesu, eiusque Collegia, atque Academias tueantur, & foveant; quippe in quibus tam multa fiunt, quae ad honorem Dei redundant; tamque multi instruantur, & educantur, quorum ubique officia vsus sint futura; quique tanto cum fructu operam suam collocare possunt in ijs gentibus ad Christi fidem perducendis, quarum ad hoc maxime regnum spectat, saluti consulere, &c.*

Fuit Henricus Rex statura corporis mediocri, vultu candido,

oculis

oculis glaucis, paululum prominentibus, flaua olim cesarie, venerabili in senectute canitie, tota facie referens, plusquam ceteri fratres, Emmanuelem patrem, suo pte ingenio grauis, loquendi parcius, veritatis summus amator, secreti apprimè tenax, atque delatorum, ac adulatorum aduersator, appetitionum Dominus, laborum patiens, abhorrens à delicijs, acerrimus iustitiæ cultor, nulli chentium addictus, suorum bonis moribus, non obsequijs gaudens, spectans nihil amplius, quam Dei cultum, commune bonum, inorum reformationem. Denique exemplar fuit virtutum omnium, vt graui testimonio declarauit Pontifex Pius V. nam Sebastiani Regis virtutes commemorans in quodam diplomate; *Id, inquit, Nos sum v natura, generis que tribuimus, cum verò exemplis, que in Cardinali Henrico sibi proposito habet ad imitandum.*

Duardus Nonnus hoc de Henrico elegiū scripsit. *Fuit Henricus Lusitania Princeps, primum Archiepiscopus Bracarenfis, postea Eborensis, tertio Olyssipponensis, quarto iterū Eborensis, quinto etiam Legatus summi Pontificis in fratris, & nepotis regnis, sexto regni gubernator, & Regis tutor, postremo Rex. Idē per omnē atatem fuit vite castissima; nec vllum flagitiū eque exorsum habuit, aut acris punitus: quādiu libidinem, vnde publici concubinarum conuicti, nulli impunes, cuiuscunque essent ordinis, aut conditionis. Nuptiarum etiam, quarum maritis diuisis abfusserit, curam non omisit, si de earum licentiori vita certior esset redditus. Quo tempore pro Sebastiano nepote pupillo clauum regni tenebat, leges recentiores dispersas, & iudicibus ob id ignotas, in methodum, & libros redigi, & alias corruptas emendari curauit: eaque in re nostra opera vsus est, magna reipublice utilitate, quō multa quotidie decreta, & iudicia noua lege comperta rescinderentur, atque irrita fierent, & rei iudicata auctoritas eleuaretur. In Magistratus etiam cuiuscunque generis, & gradus questiones decreuit, & culpa deprehensos, partim pecunia multauit, partim officio submouit: nonnullos post aliquod interuallum, ne ignominia missi viderentur, etatis pretaxu, rude donauit, omnes deniq; in officio continuit. Sacerdotij officium optime semper exercuit, & Rex factus, dum per valetudinem licuit, Missæ sacrum celebrauit in priuato sacello, vti ante regnum stenerat. Religionis, & fidei negocia, cuius summum conquisit, Magistram, tantā industriā, & integritate tractauit, conquisit ad id vixis optimis, & doctissimis, quorum opera vsus est, vt secundum Deum ei videatur acceptum ferendum, summum religionis studium, quo Lusitania inter omnes alias Orbis prouincias eminet. Per vniuersum Portugallia regnum, cuius omnes Metropolitanas Ecclesias gubernauit, Sacerdotum mores composuit: nec nisi melioribus, & benemeritis sacerdotia contulit. Ad id autem, Collegium instituit Eborā magnificentissimum, & celebre, quod Societas Iesu religioni tradidit gubernandum: in quo non solum Theologia, & Liberales disciplinae, sed honestissimi mores docentur; vnde Transagana illa prouincia optimis, & eruditissimis sacerdotibus abundat. Multa præterea ab eo ad diuinum cultum optime instituta omittimus. Obijt Almerini vltima Ianuarij die, quā, & natus est, eo tempore spatio, quo Luna maximam eclipsim patiebatur, anno 1580. & ibi deponitur ad annum 1582. quo Rex Philippus eum in Bethlemiticum sanum defert, & sepeliri curauit. Vixit annos 67. regnavit annum vnum menses v. dies v.*

At talis, tantulque Princeps, ac tantopere laudatus à plurimis, reprehensus etiam reperitur à nonnullis; inter quos Hieronymus Conestagijs Genuensis, de Lusitania, & Castellæ coniunctione scribens, ait, *Henricum Cardinalem in folio Regio collocatum, cum sexaginta, & septem annos natus esset, ac valetudine parum firmus, domi desiderem mansisse, imminet eq; fatali Lusitanici sceptri inclinatione, in administrando regno, subditorum opinionis prudentia, & industria sua concepit nullatenus respondisse. Quin: imo, vt solent vnum infortunium plura alia comitari; cum esset Lusitania tanquam corpus exhaustum, & languidum, quod indigeret medico prudenti, à quo pharmacia corroborantibus reficiatur, illi iam afflicta et nouas afflictiones addidisse, fuisseq; ad vindictam pronum. Vnde cum à ministris proneptis sui Sebastiani contempniti habitus esset, propterea quod nulli eorum in mentem venerat fieri posset, vt is senio confectus, minusque validus Sebastiano iuueni in regno succederet, illis amotis, homines sibi addictos publicis muneribus præfessisse. Quæ duo accusationis capita facili negotio refelluntur, partim ex supradictis, partim ex ipso Conestagio, qui fatetur ibidem ipsummet Henricum fuisse spectatæ innocentie Principem, & siquidem Alcaouæ Sebastiano Regi nuper à Secretis, & Fisco, omnibus officijs, quæ habebat, interdixit; imò actionem in eum instituit, id iure fecit, quod cum esset vnus è supremis Quæstoribus tempore Sebastiani, sibi nimiam auctoritatem in bellicis apparatibus instruendis arrogasse, à nonnullis, & ab ipomet Henrico, tunc regni Procuratore, existimatus esset. Multa deinde eorum à ministris nouis, Henrici Regis nomine in veteres fieri potuerunt ipso inficio: quanquam, vt ait Aeneas Syluius, raro successor probat, quem decessor amaret; soleantque, qui diu negocijs præpositi sunt, potestate sibi commissa, tanquam propria, abuti, in Principum, ac Dominorum suorum perniciem. Quod si illi, vt probant, quanta cum fide res Regis, ac regni ab ipsis administrarentur, inquisitione in priorum ministrorum actiones con-*

A stituta, ipsos, qui defuncto Regi Sebastiano fuerant gratiosi, vtilitatis Regiæ, ac iustitiæ publicæ specie, in famæ, aut capitis discrimen vocarunt, id in omnibus Principum Curijs solemne, ac familiaris est, vt odio internecino, ac zelo malo se inuicem noui, veteresque ministri persequantur, de regimine, vt est hominum genus regnandi avidum, contententes; quod sanè ipsorum cupiditati, ac dominandi impotentie, non Principi, quorum oculatiores falsis rationibus, vt homines decipi possint, tribuendum est.

B Iacobum verò Salemam Syndicum Olyssipponensem exorsum habuit, quod ei in lite successione Regiæ iudicandæ, ius populi publicæ, quasi exprobando in medium adduxisset; vnde in probabilem suspensionem venit apud Henricum, quod rebus nouis studeret, ac secretè partibus Antonij Prioris Cratenfis fauens, quem ipse Henricus prolata in eum tanquam spurium sententia ad succedendum inhabilem pronunciarat, aura populari fretus ad regni coronam euehere niteretur. Deinde quis vnquam omnibus in gubernando placuit; vnde enim quis bonis probatur, inde peruersorum hominum inuidiam, & vituperationem incurrit? Nam ad id quod quidam scripserunt fuisse in Henrico virtutes, & vitia, sed hæc ab alijs superata, fuisseque virtutes Clerici, vitia Principis, & Lusitanos ipse luca, quam de illo conceperat, frustratos, illud D. Luca dixisse: *Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israël.* Respondemus ex ante petitis ab Antonio Valconcello nobili, ac religioso viro; cui cur non potius fidem adhibeamus, quam Conestagio, & alijs, necio qui nõ manifestè, vel ex ipso descriptionis caractere in Henricum commoti, & iniqui videntur, ipseque Conestagius secum pugnans, dilertè tradat mereri laudem Henricum, quod vespigali falsi à Sebastiano Rege impositū, ab Henrico, eiusque ministris abrogatum sit.

C At si Scriptorum aliqui Henricum damnant; plures fide digni eundem summis laudibus extollunt. Ab Antonio Valconcello dicitur, *Henricus pluribus virtutum ornamentis condecoratus, æterna memoria dignus Princeps, quem homines venerabantur, Angeli suspiciebant, Deus ipse semper gratum haberet. Extra omnem virtutis lineam positus, qui non solum rara quadā sanctitatis perfectione, sed etiam regali maiestate, quod ad eam etatem visum non fuerat, factum Collegium illustrauit, & coronam galero sceptri baculum, & vtranque purpuram copulauit. A Ciaconio: In quo multa, ac præclara tam corporis, quam animi artes, & eximia ingenij dotes erant, quibus accedebat litterarum cognitio, vitæ integritas, morum sanctimoniam magna, ac verè regia liberalitas, quæ pios semper homines, & studia fouebat. A Ioanne Antonio Viperano de obtenta Portugallia à Rege Philippo. Vir summa castitatis. A Conestagio ipso: Spectata innocentie Princeps. Ab Auctore Nomenclatoris Cardinalium: Suanitate morum, & ciuili animi pietate præditus, quæ in regnarice domo educatum decet. Sed inter hos omnes eminet, vt doctrina, ita, & dignitate Cardinalis Sadoletus, qui in epistola ad hunc ipsum Cardinalem data, multa de illo refert.*

Accedunt his omnibus factis, vel profanis Oratoribus ipsi Poëta; qui ad hunc eundem Cardinalem ornandum sua quoque symbola, seu carmina contulerunt; præ cæteris Ianus Vitalis illius æui non contempendus Poëta; qui Henricum tituli S. S. Quator Coronatorum Cardinalem, regium sceptrum nondum adeptum celebravit his metris.

*Iure CORONATI Titulos tibi magne dedere
HENRICE flos Hispania.
Nam tibi magnorum Regnorum opulenta Corona
Debetur à maioribus.
Cum sis progenies, antiqua ab origine Regum
Præclara, florens, splendida.
Non tamen vlla tuos Regnorum opulentia honores
Auget, facitque nobiles.
Cum per se satis, atque super sua gloria crescat,
Fiatque Cælo proxima.
Multaque cum deceant, præclara insignia mentis,
Et corporis te nomina,
In quibus humana superas fastigia laudis,
Transgressus omnes limites.
Te tamen ultra hominum confinia tollit in altum
Illustris vna sanctitas.
Illa bonum, illa pium facit, & Dijs comparat ipsi,
Aequatque sanctimonia.
Salue, quem faciant magnam cum facta tuorum,
Euadis à te maximus.*


F Præter Vitalem eundem suis versibus extulit Emmanuel Pimenta Libellum Homiliarium Henricus in proprium vsum commentatus est adhuc iuuenis, in quo Euangelia per annum occurrentia, ad formam meditationum exprimens viuam suæ pietatis speciem postteris reliquit. Hæc sunt illæ Homiliae, quas primum vir egregiè pius Ludouicus Granatenfis ordinis Prædicatorum, illius æui præclarum fidus, & mylticæ Theologiæ doctor mirificus in gratiã tanti Principis Lusitano sermone excudi curauit. Antonius Senenfs, eiusdem Dominicanæ familiæ alumnus, de Conceptione antea dictus, atque ob pium affectum erga D. Catharinam Se-

nenlem Virginem, Senensis appellatus, licet natione esset Lusitanus, latinè eas reddidit. Posteaque Eboreses Academici elegantius translatas typis vulgauerunt, & ampliore fecere vsum tam singularis indolis, ac spiritus, quem mundus in Principe, tot titulis clario iure miraretur.

Scriptit etiam Commentaria, quibus probat S. Paulum Hispanis prædicasse verbum salutis: & Obseruationes Historicas; vt refert Ioannes Valæus in Chronico Hispaniæ, his verbis: *Sed non contentus benignissimus Princeps hoc beneficio; si quid etiam in legendis Auctoribus; vt omne tempus, quod ab oratione, & publicis negocijs vacat, sacrorum Auctorum lectione transigit, obseruaret, quod instituto meo conduceret, humanissime mihi communicauit.* Alcobaciensem codicem, atq; ex sua Bibliotheca varia, & copiosa multos libros ad Hispaniarum Chronicon conficiendum illi suppeditauerat; sine quibus irritus conatus suus futurus erat, ipsemet Valæus testatur.

Huic Cardinali Paulus de Palacio Granatensis in Conimbriensi Academia sacre Scripturæ Professor primùm ingenij sui specimen idest Scholia in Caietani Summam dedicauit; deinde eidem inscripsit Enarrationes in sacrosanctum Iesu Christi Euangelium secundum Matthæum, Lugduni editas anno reparatæ salutis 1571 in cuius epistola nuncupatoria, hæc de illo habet. *Cui debetur Euangelij Enarratio nisi illi, cui est in uniuerso hoc regno Euangelij cura commissa? id est cui fidei explicatio debetur, nisi summo fidei censori? imò vero cui potius erant nuncupandi Commentarij in Euangelium, quam Celsitudini tuæ, in quo adeò Euangelica vita respicitur? docet Matthæus Christianas virtutes; at quis est inter nostros aut Pontifices, qui eas tam præclare, & opere præset, & exemplo commonstret? vt videri Deus possit, tibi omnia Principis simul, & Pontificis insignia, & ornamenta imperij voluisse. Hæc et Pintus Lusitanus, Hieronymianus Henrico Cardinali totum primum Operum suorum inscripsit.*

Sunt ad illum Iulij Gabrielij epistola, Herculis Cardinalis Gonzagæ, aliorumque Cardinalium Concilij Tridentini Legatorum, nomine scriptæ.



LXIII.

Petrus Pachecus Hispanus, ex nobilissimo sanguine Villenæ Marchionum ortus, Alonsi, seu Alphonſi Tellez Giron, Domini de la Puebla, Montis Albani, & Mariæ Pachechæ, ac Gueuaræ filius, operam à puero humanioribus primò, deinde maior factus, alijs scientijs dedit. Hadriani VI. Cubicularius ex Ecclesiæ Compostellanæ Decano, Mondognedi

primò, mox ciuitatis Roderici, deinde Pampilonensis, demum Giennensis Episcopus renunciatus est. Hunc Carolus V. Imperator tanti fecit, vt cum idem summus Pontifex anno nostræ salutis 1544. die 19. Decembris præter cæteros Gasparem de Auolos, Franciscum Mendoçam, & Bartholomæum de Cueva Hispanos Collegio Cardinalium adscripsisset, quod eundem Pachecum promouere tunc renuisset, pro quo idem Carolus etiam, atque etiam nouæ dignitatis delatæ inſigne gestare, donec Petrus, & ipse anno sequenti 1545. die Mercurij 16. Decembris, vt in litteris Apostolicis datis hac die, mense, & anno in eorundem Patrum purpuratorum numerum absens; Concilio autem Tridentino aderat, adscriptus est: malè igitur Ciaconius, alijque ad annum 1556. huius creationem remittunt; hoc idem Francisco Pacheco postea Pij IV. Cardinali accidisse scribunt nonnulli; sed eos hallucinari crediderim. Miserat Paulus Romanus Pontifex Pacheco biretum Cardinalis, antequam illum Romæ publicaret; at ipse Tridenti insignibus Cardinalis vltus non est, nisi accepto Cæsaris beneplacito, quare à Patribus Concilij, & præsertim à Gallicis Præsulibus damnatus est. Cum regni Neapolitani pro Cæsare Vicarius, nobilitati inuisus, multis apud Cæsarem accusaretur; Petrus noster Neapolim ab Imperatore mittitur cum amplissima potestate, vt rem cognoscens, multa emenderet; & Magistratum voluntatis certis legibus cohibeat. Interfuit sub Paulo III. nonnullis Concilij Tridentini Sessionibus, tertie videlicet, quartæ, quintæ, sextæ, & septimæ: vnus è Cardinalibus, qui Congregationi sancti Officij interfuit, electus est. Hic à Iulio III. cum nondum titulum habuisset, S. Balbinæ accepit; sub quo cum Petro Toletano bellum Senense demadatum esset, Petrus Neapoli Prorex mansit, donec Toletus rediret; quo vita functo, ibidem per biennium moras in eodem Proregis munere egit. Ex Giennensi postea Episcopus, non Sipontinus, vt aliqui referunt, sed Saguntinus renunciatus, natis inter Pontificem, & Philippum Hispaniarum Regem quibusdam dissensionibus,

Ciaconius Paninius. Cabrera. Ian. Vital. Franciscus Sacchin in Historia Soc. Iesu. Petramell Aubrey in Vita. Andr. Viſtorell. in Addit. ad Ciaconiũ. Gözal. de Auil in Hist. Theat. Eccles. castel. Felix Conſel. in Hist. Elencho. Ant. Summoria in Hist. Neapolit. Ferdinãd. Vghell. in Ital. sacra. Hist. fam. Gironæ. Thuan. in Historiã. Hier. Blac in Tab. Genealog. Sfortia. Card. Palaucina in Historiã. Cóc. Trid. Martyrol. Hispaniæ.

bus, cum magna polleret apud eisdem auctoritate, nullum officium quod ad pacem componendam idoneum censeret, prætermisit. Ex Presbytero ad Episcopatum Albanensem translatus, Paulo IV. mortuo, parum abfuit, quin summus Pontifex nominaretur.

Plures Comitij Pontificijs interfuit, illis scilicet, in quibus renunciati summi Pontifices Iulius III. Paulus IV. & Pius IV. quos sedente Romæ anno salutis 1560. Pontificatus primo, pridie nonas Februarij ex Ciaconio; ex monumentis verò Vaticanis die quarta Martij, hora septima noctis sequentis, dum sexagesimum ætatis annum ageret, è vita migravit. Corpus in Templo Diuæ Mariæ de Araceli iacuit, donec in Hispaniam translatus, sepulchrum habuit in Ecclesia monialium S. Claræ, oppidi de la Puebla Montis Albani nuncupari; quod Illustrissimæ familiæ Pachechæ iurisdictioni subest: cuius monasterium pro triginta duabus sacris virginibus ibidem alendis à Ioanne Pacheco anno salutis 1522. extructum fuerat, ipsaque Ecclesia à Petro Cardinali regijs propè diximur fuerit, in cuius maiori sacello sepulchrum sibi, & Comitibus dicti Castri erexit, extructa est, & quadringentis frumenti modijs, & mille quadringentis aureis coronatis quotannis, certis quibusdam legibus splendide dotata existit; inter quas hæc, vt perpetuò monialium vnà ante sacrosanctum venerabile, atq; augustissimum Eucharistiæ Sacramentum orationi inſeret. In Concilio Tridentino, cui, vt diximus, tum Episcopus Giennensis, tum S. R. E. Cardinalis affuit, pro Conceptione Virginis Mariæ; pro Episcoporum residentia; pro sacra Scriptura, quam in lucem non dandâ vulgari idiomate asserbat; pro sacris Religioforum ordinibus, eorumque priuilegijs; pro ipſo Concilio, ne ad alium locum transferretur, semper stetit. Et Paulum Pontificem de nepotum moribus sæpe commonuit.

Pachecus hic Albanensis tunc Episcopus in conclau Societatis Iesu cum Patribus Generalem electum inclusus, Pauli IV. Pontificis nomine verba ad Patres fecit: quæ vt refert Franciscus Saccchinus in historijs Societatis eiusd. hæc fuerunt. *Placere eius Beatitudinis, Patres in creando Proposito libertate sua in omnes vti: legent modo viri probitate, atque doctrina, quem oporteret, quando esset continuandus magistratus integrum Societatis relinquere: in eam tamen partem Pontificem inclinare, vt Generalis non certi temporis, sed perpetuus esset, nec alibi, quam Romæ stabilem habere sedem. Quod vtrunque Patres Societatis legibus consentaneum affirmantes, actis gratijs, libentissime exceperunt. Adiecit Cardinalis, velle sanctissimum Dominum Congregationis uniuersæ notum, ac certum esse, ipsam Societatem proprio quodam, ac præcipuo modo patrocinium suscipere; neque ab ea pro communi tantum, omnium parente; sed pro singulari, ac proprio velle haberi: ad quæ sine cunctatione, & recundis que villa retardatione, quicquid vquam foret opus, referret. Si quidem plane sibi cognitum esse cunctis ex oris, quantum siue inter Christianos populos, siue alienos, ac præsertim inter Hæreticos Societatis opera vteretur Deus, quanta per eam vbius gentium commoda crearentur. Hæc aliaque plura cum dixisset Cardinalis Pachecus, quantum ad iuxta comitia necesse esset, ituros in suffragium auctoritate Pontificis à cuiusque censura impedimentis absoluit, & si quæ incidissent, quocumque modo incidissent, vitia irrita facit, amolitur, & corrigit. Vixit tunc temporis aderant Patres comitij illis, quorum tredecim Iacobum Lainium, virum doctrina admirandum, probitate, & prudentia celebrem in Societatis Præsidem elegerunt: id actum Romæ in diebus Societatis anno 1558. die ipſo Visitationis beatissimæ Virginis: Cardinalis, qui vt diximus interfuit, conuiuium Patribus apparauit.*

Contra tantum virum de Ecclesia, & de Concilio benemeritum opponunt aliqui, eumque damnant, quod vt se obsequentem Principi temporali, Cæsari videlicet ostenderet, spirituales idest Romanum Pontificem non curare visus sit aliquando. Ianus Vitalis tamen de eodem hæc posteris carmina reliquit.

*Hæc PETRA, quam cernis spectator, nobilis est mons,
Cuius opes raras culmen honoris habet:
Ille venenato non inficit aëra partu
Serpentum his terra nulla aconsta ferunt.
Sed sibi diuitias, quales diuinus Orontes,
Et quales Arabum pascua semper habent.
Hic sibi flexanimi meditantur uoce volucres
Carmina turbatos apta mouere Deos.
Hic etiam blando sinuosa uolumina Lympha
Non interrupto tramite lapsa fluit.
Hæc sibi opes certas probitas tua candidæ Princeps,
Hos sibi thesauros aurea semper habet.
Felix qua tenebras horrendi funeris ardet;
Vixit, & æternis splendida temporibus.*

LXIV.

FR. Ranutius Farnesius, Petri Aloysij Farnesij filius, natus iij. Idus Augusti anno salutis 1530. Alexandri Cardinalis Farnesij, Octauijque Parmæ, & Placentiæ Ducis frater, adolescens Bononiæ, Patauijque litteris operam dedit; in quas totis neruis intendens, mitrica claruit eruditione. Habitu, & Cruce militari S. Ioannis Hierosolymitani suscepit, Priorque Venetus factus, Commendam Bononiensem, & alias eiusdem religionis Præceptorias consecutus, nulla habita ætatis ratione, sed propter mores in eo seniles, multiplicemque rerum cognitionem, & Christianam pietatem, electus est Archiepiscopus Neapolitanus ab auo Paulo summo Pontifice; administrationem nempe eius Ecclesiæ in temporalibus, & spiritualibus ad certum tempus prius ei commisit, deinde illum de Ecclesiâ prouidit; scripsitque ad Fabium Arcellam patritium Neapolitanum Bisiniani Episcopum, ei significans illius Ecclesiæ prouisionem eo modo factam in personam Ranutij nepotis; cumque Pontifex in ea prouideret interderet de idoneo aliquo Episcopo in Vicarium, qui in dicta ciuitate Neapolis, eiusque diocesi exercere Pontificalia potuisset; & ne interim ea Ecclesia detrimentum aliquod in spiritualibus, ac temporalibus pateretur, præcepit eidem Bisiniani Episcopo, vt Ranutij electi nomine, eius Ecclesiæ possessionem, regimen, & administrationem susciperet; & pro dicto Ranutio, donec ab eodem aliud haberet in mādatis perageret omnia, quæ ad iurisdictionem ciuilem, criminalem, & mixtam spectarent, & quicquid ei videretur faceret: quo verò ad spiritualia, & ordines pertineret, interim ipsemet ad Pontificis beneplacitū perageret: litteræ Pauli sunt hæc.

Venerabili fratri Fabio Episcopo Bisiniani.

PAVLVS PAPA III.

Venerabilis frater salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum nuper dilectum filium Ranutium Farnesium electum Neapolitanum in Administratorem in spiritualibus, & temporalibus Ecclesiæ Neapolitanæ, tunc per obitum bonæ memoriæ Francisci Carrasæ Archiepiscopi Neapolitanæ apud Sedem Apostolicam defuncti, Pastoris solatio destituta ad certum tempus expressum tempus constituerimus, & deputauerimus, & deinde de persona sua eidem Ecclesiæ prouiderimus, prout in Nostris inde sub plumbo confectis litteris plenius continetur, ac in eadem Ecclesiâ huiusmodi, ac ciuitate, & diocesi Neapolitana Pontificalia exercere valeat, constituere, & deputare intendamus; Nos ne interim Ecclesiâ ipsa in spiritualibus, & temporalibus detrimentum sustineat, prouidere volentes, per presentes tibi committimus, & mandamus, quatenus dictis Nostris litteris tibi presentatis, ipsius Ecclesiæ, illiusque regiminis, & administrationis possessionem per te, vel alium, seu alios dicti Ranutij electi nomine, & pro ipso aliis iuxta dictarum litterarum formam, & tenorem capias, & retineas, & pro eodem Ranutio, donec aliud ab eo habueris in mandatis, omnia, & singula, quæ iurisdictionis ciuilem, seu criminalem, aut mixtam erunt, quæ verò spiritualia, & ordinis fuerint, usque ad constitutionem, & deputationem Suffraganei huiusmodi, & interim ad beneplacitum Nostrum in Ecclesiâ ciuitatis, & diocesis prædictæ facias, & decernas, super quibus omnibus, & singulis plenam, & liberam auctoritate Apostolicâ per easdem presentes facultatem, & potestatem tibi concedimus, & impartimus; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 20. Augusti 1534. Pontificatus Nostris, Anno decimo.

Fab. Episcopus Spoletanus.

Idem Paulus de his omnibus ad Petrum Toletanū regni Proregem scribens hortatur illum, ac rogat, vt ei electioni faueret, tam in eius Ecclesiæ possessione adipiscenda, quâ in reliquis, quæ ad hæc opportuna forent: in hunc modum.

Dilecto filio, nobili Viro Marchioni Villefranchæ Viceregi Neapolis.

PAVLVS PAPA III.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Nuper dilectum filium secundum carnem nepotem Nostrum Ranutium Farnesium, multa virtute præditum adolescentem, nō affectu sanguinis magis, quam speratis meriti argumentis hoc tribuentes, Ecclesiâ Neapolit. vacanti Administratorem deputauimus; ac venerabili fratri Fabio Episcopo Bisiniani. vti eius nomine possessionem caperet, ac reliqua exequeretur principis necessaria, litteris sc̄a sub Plumbo, quam in forma Breuis datis commissimus. Igitur, & si minime dubitamus, nobilitatem tuam pro solita sua in Nos, & hanc Sedem obseruantiam, dispositioni Nostræ futuram, & Episcopo antedicto, tam in adipiscenda ipsius Ecclesiæ possessione, quam in

Ciacon. Vis. Pontiff. & Card. Tom. III.

reliquis, quæ opportuna, aut profutura existimabuntur, omni ope, atque opera non desuram; tamen nolimus in hoc ipso affectu non temperare, quin significarem, quàm ista Nobis prorsum cordi sint; sunt nempe eximia, ac facturam Nobis hac ob sequela rem supra quam exprimis valeat, acceptissimam. Datum Romæ apud S. Marcum sub annulo Piscatoris die 23. Augusti 1534. Pontificatus Nostris, Anno decimo.

Fab. Episcopus Spoletanus.

Noua hæc dignitas non ei præmium, sed calcar, & stimulus ad maiorem virtutem fuit; quare annos natus quindecim ab ipso Paulo Diacono Cardinalis S. Lucie in Silice primò, mox S. Angelus in foro Piscium, deinde Presbyter Cardinalis eiusdem Ecclesiæ, & Picensi Legatus reuincatus est. Anno verò 1547. ob mortem Roberti Pucci, ex aliquibus S. S. Quatuor Coronatorum Presb. S. R. E. Maior Pœnitentiarius, religionis Camaldulensium Patronus, & Constantino politanus Patriarcha Latinus, Marino Cardinale Grimano vita functo nominatus est; quam dignitatem anno 1550. postea dimisit, quando in Benedicti Accolti tituli S. Eusebij Cardinalis demortui locum suffectus, Ecclesiæ Rauennatis Archiepiscopus annueratus est. Dubitant, & iure aliqui, an Presbyter præfuerit vnquam Ecclesiæ S. S. Quatuor Coronatorum; nam titulum illum Henricus Cardinalis Lusitanus initio sui Cardinalatus, idest anno 1545. obtinuit, ac retinuit vsque ad obitum, quem non nisi anno 1580. ei obuenisse diximus supra. Deinde Vghellius in serie Episcoporum Sabinensium expressè dicit, Ranutium ex titulo S. Angelus in foro Piscium die 7. mensis Februarii anno 1565. ad Ecclesiam Sabinensem promotum fuisse. Rursus in Comitibus Pontificis, in quibus renunciati Romani Pontifices, Iulius Tertius, Marcellus II. Paulus IV. & Pius IV. quibus omnibus ipse interfuit, semper recenseatur Ranutius Presb. Card. S. Angelus.

Hic, cum idem Paulus Pontifex, Iulium de Ruere, Guidonis Vbaldi Ducis fratrem, Diaconum Cardinalem S. Petri in Vincula creasset, Pisauri purpureum pileum aui nomine, solemnè pompa capiti eius imposuit; dum eo tempore studiorum comes Hieronymus Ruereus Taurinensis in huius ritus celebri cæremonia latinè haberet orationem, qui postea patriæ Archiepiscopus Cardinalitatis dignitate ob multas insignes partes insignitus est. Iulius Tertius anno 1551. defuncto Andrea S. Theodori Cardinale Cornelio, Patrimoni Legato, eam legationem Ranutio contulit: sub Pio IV. cum eiusdem ordinis Patribus; Riccio, Sabello, Amulio, & Vitellio, ad coercendas Tyberis inundationes præfuit. Sede Romana vacante ob mortem Marcelli II. Capitulo Cusentino priuilegium concessit vtendi carbafina præfulari, seu, vt dicunt rochetto, alijque indumentis more Canonico Romano Basilicæ Vaticane, vt ex eius litteris scriptis Romæ nonis Maii anno reparate salutis 1555. quibus hæc est inscriptio. Ranutius miseratione diuina Tituli S. Angelus Presb. Cardinalis. Dilectis in Christo Canonicis, & Personatibus Cleri, & Capituli Ecclesiæ Cusentinae salutem in Domino. & in fine. Dar. Romæ apud sanctum Petrum sub sigillo Officij Pœnitentiariæ nonas Maii anno à Natiuitate Domini 1555. Apostolica Sede Pastore carente.

Ex Presbytero S. S. Quatuor Coronatorum, seu veriùs S. Angelus ad Sabinensem Episcopatum translatus, patrociniū Confraternitatis sanctissimi Crucifixi in Ecclesia S. Marcelli de Vrbe suscepit. Vidi in Museo Caroli Antonij à Puteo numisma cum litteris: RANVTIVS FARNESIVS CARD. S. ANGELI. in vna facie; in altera verò Oratorium S. Marcelli cum notis: ORATORIVM S. MARCELLI. Vita autem functo Dominico de Cupis ab Archiepiscopatu, quem gessit, Tranensi nuncupato Ranutius Farnesius Cardinalis Archipresbyteratu Lateranensi donatus est; præfuitq; Basilicæ illi Pontificibus Iulio III. Marcello II. Paulo IV. & Pio pariter IV. eidemque supellectilem sacram argenteam sui domestici facelli testamentum legauit.

Archiepiscopatu Rauennæ dimisso, Bononiensem Episcopatu Ioanne Campegio vita functo, ipso Pio IV. deferente i. v. Kalendas Maii anno 1564. administrandū suscepit; sequenti, idest 1565. ad Ecclesiam ante Dominicam Palmarum se contulit, vbi omnibus honoribus illis excultus est, qui in Episcopum ineuntem congeri summo populi studio possint; quam pompam multo etiam magis frater eius Octauius Farnesius Dux Parmæ, & Placentiæ, qui cum ornatissimo Parmensium, & Placentinorum Equitum comitatu accesserat, honestauit. Is Ecclesiæ ornamenta, insignia profusa animo liberalitate donauit; ac statim de ipsa instauranda Basilicæ cogitauit; verum cogitata perficere magno ipsius Ecclesiæ malo non potuit. Si quidem festo S. Petri Bononiæ celebrato, Parmam ad Octauium Ducem fratrem profectus, ibi v. Kalendas Nouembris eiusdem anni die Luna, hora 17. ætatis, annorum 35. immatura morte ex hac vita discessit; cuius corpus in Cathedrali depositum ad S. Marthæ in Vulsiniensis lacus insula in maiorum suorum monumentum translatum est. Pius IV. Ranutij Cardinalis desiderium tulit acerbè, præcipuam iacturam in eius morte, factam dicens in Consistorio; eiusque ingenium, doctrinam, & eloquentiam laudibus profectus est; sperans autem eius animam vitæ pic, sanctæque actæ præmio in cælo frui, solatio afflictebat. Fuerat Ranutius vir placidissimus, pietatis amans, publicæ fa-

Zz ij

luris

Ciaconius Panuinus, Petramell Carol. Sigon de Episc. Bonif. Jacob. Sa. doletus in Epitholis. Fel. Bomb in Epithol. Car. Borrom. in as Epitholis. Andr. Vi. Aodr. in Addit. ad Ciaconiu. Jul. Perus. in Ep. Cæsar. Raf. pon. d. ad Bail. Lat. Felix Con. telor. in as Elencho. Barthol. Chiocca. zell. de Ar. ciuip. Ne. apolit. Hier. Ru. beus in as. hilt. Raue. Pomp. Viz. zan. in hilt. Bononiæ. Bonauent. Angeli in Historia. Farnesij. Iacob. Bo. fuis in hilt. Melitenis. Eric. Mar. Turrig. in Crypt. Vat. Ferdin. Vghell. in Ital. Iacra. Eric. San. tom. Ital.

lutis propugnator, Ecclesiastici muneris, & officij sui cultos diligentissimus, omnibus gratus, purpurei Senatorum splendor, & clarissimum Italix decus. Pietatis suae nonnulla monumenta in Ecclesia Bononiensi inscripta, scilicet Ecclesiae ornamenta, quae simul atque Episcopatum susceperat, reliquit; de qua restauranda etiam cogitavit. Extat in Lateranensi Basilica, cuius, ut diximus, Archiepiscopus, uteratur munere functus est prope Altare, in quo sacra S. Apostolorum Petri, & Pauli capita seruantur, marmoreum, multis columnis, & status mirifice elaboratum, atque hoc epitaphio inscriptum monumentum.

RANVTIO FARNESIO PAVLI III. PONT. MAX. NEPOTI EPISCOPO CARD. SABINENSIS MAIORI POENITENTIAE. HVIVS ECCLESIAE ARCHIPRESBYTERO.

Iacobus Sadoletus Cardinalis Ranutij virtutes litteris ad eum datis celebrat. Carolus Cardinalis Borromaeus Ranutij probitatem, & doctrinam in Consistorio laudavit; & ipse Pius IV. Pontifex in eodem Consistorio, insigni virtute, doctrina, & exortibus, & regendis populis aptum eum fassus, de doctrina, & moribus eius, documentum conscribendum iudicavit. Quare Paulus Manutius suos in Epistolas M. Tullij ad Atticum Commentarios Ranutio inscripsit, quem sic alloquebatur olim Ianus Vitalis.

*Cum te compositum, integrum, elegantem
RANVTI aut hilarem, aureumque partum
Matris Mnemosynes, & Orbis esse
Dico delicias amantiores:
Aut cum postmodo dico gloriosum,
Fortem, magnanimumque, maximumque,
Desunt omnia verba comitatis,
Et desunt mihi nominationes
Maiestatis :*

*Nam clarissimus ille splendor, ille
Clari sanguinis, & domus superba,
Quae radicibus haeret obstinatis,
Et quae tot Ducibus viget decora
Et tot Pontificum enstet tiaris,
Nil sunt ad proprios tuos honoris
Quos Virtus dedit intus esse, quoque
Thesauros tibi proprios parant.*

Huic Cardinali litteras scripsit Iacobus Sadoletus Cardinalis, Iulius Perusinus, & Nicolaus Ardinghellus, quas legere quis poterit inter litteras, & nicodemum in lucem editas.

In Basilica Lateranensi aed Campanum aderat cum his notis: *Capitulum, & Canonici Lateranenses Ranutio Farnesio Pauli III Pont. Max. Nepote Archiepiscopo Campanum, quam Honorius III. Sabellus Pont. Max. fecerat, vetustate perfracta restituitur anno 1560. Io. Bapt. de Inverniciis Bononiensis opus.* Quod opus nostris huius temporibus Vrbanus VIII. iterum vetustate perfractum addito aere in ampliorem formam restituit. In Neapolitana quoque Ecclesia, licet temper absens eam per Vicarios rexerit. Organum tamen magnificentum, atque augustissimum, & mirae pulchritudinis suis sumptibus contruxit, in cuius ianuis depicta Christi Nativitas cum pastoribus, ac Dauide Rege, qui super Psalterium canit, *Domus dicit ad me;* & septem Neapolitanae urbis Patroni ceruuntur, sub quorum effigie, ut fertur, Praelati aliquot, & insignes viri, qui ea aetate vixerunt, ad viuam exprimuntur. Quas quidem Icones Cardinalis Ranutius per Georgium Valarium Aretinum, celebrem illius aui Picotem, Romae dipingi curauit, & Neapolim transmisit, ut idem Georgius testatur in suis de Pictorum Elogijs in volumine secundo: fuerunt autem hi, nempe. Paulus III. Romanus Pontifex. Petrus Aloysius Farnesius eiusdem Pauli filius. Alexander Farnesius S. R. E. Cardinalis Petri Aloysij filius. Octavianus Farnesius alter Petri Aloysij filius, Camerini Dux. Guido Ascanius Sfortia Comes sanctae Florae Cardinalis, eiusdem Pauli nepos. Marcellus Ceruinus Cardinalis, qui familiaris fuit, & a secretis eiusdem Pauli, & familiae Farnesiae addictus, dein Marcellus II. Papa. Tiberius Crispus prius molis Hadrianae Praefectus, dein Cardinalis. Habetur quoque ibidem ipsius Ranutij imberbis adolescentis Cardinalitij vestibus induti effigies.

Lucas Gauricus Astronomus genituram fecit Ranutij huius, in secundo tractatu Natiuitatum, qui in altero volumine operum ipsius habetur: aitque natum eum fuisse anno 1530. renunciatum Cardinalem die 16. Decembris anni 1545. cum aetatis suae annum ageret decimumquintum, dein Legatum Marchiae Anconitanae, seu Maceratae, ubi prima latini sermonis rudimenta didicit; deinde litterarum studia postergasse; subdit genio indulgentem; obasum fuisse, & corpulentum. Errat tamen Lucas hic coelestium licet litterarum scientia praeditus, non enim indigemus siderum disciplina ad ea, quae in terris oculis vsurpauimus nostris. Nam certo scimus ex omnibus illius aui Scriptoribus, Ranutium tum Bononiensem, tum Patauij ante purpuram litteris operam dedisse; quomodo iam Cardinalis renunciat, ac Legatus Maceratae latini sermonis rudimenta percipere valuit?

Errant quoque illi, qui Ranutium hunc Farnesium, illum fuisse credunt, quem magna spei adolescentem Paulus Iouius in Vita Cardinalis Columnae scribit, qui Urbem Romam in eius obsequio a Borbonij exercitu anno 1527. passa plurimum iuuuit; nam ille longe a nostro hoc differt, vt ex temporu supputatione facile quique perspicit.

DECIMA CARDINALIVM creatio,
quam decimam quintam nominat Ciacconius.

Paulus III. Anno a partu Virginis 1547. sui Pontificatus xiiij. 6. Kalendas Augusti duos Cardinalium Collegio, vnum Presbyteris, alterum Diaconis adscripsit, qui fuerunt.

LXV.

CAROLVS Guisianus Lotharingus, Joimilae, quae titulo Principatus decoratur in Campania, anno 1524. die 17. Februarii hora 9. matutina natus, Claudium, L. Guisae, & Aumalij Ducem, patrem habuit, Parentem, & Procynegum Franciae, filium natu minore Renati II. Ducis Lotharingae, Burgundiae Proregem, fratrem Antonij Ducis Lotharingae, & Ioannis Cardinalis S. Onuphrij a Leone X. creati: matrem Antoniam Borboniam, filiam primogenitam Francisci Comitissae Vindocinensis. Caroli huiusce nostri soror fuit Maria Iacobi Stuardi V. Scotiae Regis vxor, & mater Mariae, quae anno 1558. ab Elisabetha Angliae Regina haerese infecta, extremo est affectu capitis supplicio: eiusdem etiam frater Ludouicus a Guisae Episcopus Albiensis, & Cardinalis Iulij III. Cum Parisijs Carolus in Nauarrae Gymnasio studijs eloquentiae, & Philosophiae diligenter operam adhibuisset, ad aulam sub Francisco Primo asciscitur, vbi insignem animi indolem, nec voluptatum illecebrae fregerunt, ne ludicra iuuentutis oblectamenta, mentem a scientiarum amore auocarent. Nam, & in victu frugalis, in societate vrbana, in moribus honestus, in colloquio grandia sapiens (statim omnes sui admiratione commouit, & litteratos viros interim non tantum fouebat, sed eorum consuetudine delectabatur, qui omni genere scientiarum erant excultissimi. Annorum quindecim ad sedem Metropolitanam Ecclesiae Rhemensis vocatus praefuit illi trigintaquinque annis; in quorum decursu tres inuinxit Reges Galliarum. Henricum scilicet Secundum patrem anno 1547. die festo B. Annae, & Franciscum II. filium xij. Kalendas Octobris anno 1559. & Carolum IX. alterum filium, die 15. Maij anno 1561. Episcopus rexit Ecclesiam Metensem; & Abbas Caenobium eiusdem vrbis; imo totius ordinis Cluniacensis Abbas Caenobia S. Dionysij, Fiscani, S. Remigij, Rhemensis, maioris Monasterij, Deruentis, & S. Vrbanus. Rhemensem instituit Academiam cum Pauli III. diplomate, & Henrici II. beneplacito anno 1548. & anno 1573. Multipontanae, quam patribus Societatis Iesu tradidit. Fuit auctor Seminarij in eadem ciuitate Rhemensis, quo multi pauperes iuuenes gratis instituerentur tum bonis moribus, tum Ecclesiastica disciplina: ibidem sedem Praesidiale constituit Rege Henrico concedente. Ecclesiae Rhemensis quatuor mille libras annuas legauit, quas Dux Guisus teneret quotannis soluere ob haereditatem oppignoratam: multas Processiones sacras celebravit frequentissimo populo; difficillimis sane reipublicae temporibus, populum sibi commissum diuine Eucharistiae pabulo reficiens; Academiam Parisiensem Regis iussu reformauit.



Tantum virum Roma absentem in gratiam Henrici II. Regis Presbyterum Cardinalem S. Caeciliae Paulus nominauit: vocabatur initio Carolus Cardinalis Guisianus; at defuncto Ioanne Cardinale Lothario, Lotharingae acciuit. Romam ad Paulum ab Henrico II. Rege Legatus mittitur; annum enim tunc agebat aetatis vigesimumquartum; ibi ornata oratione eiusdem Henrici fidem, & submissionem erga sedem Apostolicam testatus, pro vetera religione zelum ipsius commendans, factus inquit cum Pontifice exposcere declarauit; imo vt primogenitus Ecclesiae filius, & gentis Christianae antesignanus se, & sua omnia Ecclesiae, maiorum submitteret, & opes, & facultates omnes pro Ecclesiae, ac Pontificis incolumitate offerret. Sacris Romanis legibus esse cautum, vt cum primum Sacerdotium Pontifices inirent, confirmanda, renouanda;q; amicitiae causa Legatos in Galliam mittant; Henricu vicissim inuito nuper regno, eodem officij genere defungi voluisse; simulque monere, vt caueret Pontifex, ne quid in tot nonnullorum conatibus detrimenti reipublica acciperet; Regi ve-

Ciacconius
Claud. Ro
berus in
Gallia. i
Christiana
P. munit.
Herind.
Vghell. in
Vghell. ad
Ciacconii.
F. Frizon.
in Gallia
Purpurata
Pet. Ribade
neira in
V. S. Ipat.
Petramell
Heric Sp
dan. in An
nal. Eccl.
Samartha
ni fratres
in Gallia.
Christiana
Pet. Rofar
Michaliti
Hospitalis.
Thomau.
Hitarion
de Colle
in Histor.
Scuol.
Samarth.
in Blois
Viroz. III.
Hippolyt.
Marce. in
Purpura.
Marina.
Henr. Al
bi. in Blo
is. Card.
Paul. Ion.
in Epistol.
Amon. Si
deris Blo
is. Card.
Ludouic.
Donis de
Arthy in
hist. Card.
Aubery in
Vita.
Io. Bapt.
Adria. in
Historia.
Felix Con
trelorian.
Elochio.
Sforza.
Card. Pal
laucin. in
Historia.
Coc. Trid.
Nicol. Or
landi. &
Franc. Sac
chin. in
Hitton.
Soc. Iesu.

ro curę fore, ne in conseruanda ledis Apostolicę dignitate, Regum superiorem cuiquam concedere videretur. His videlicet volens Guisius, animum Pontificis, iam a Cesare ob necem Petri Aloysij, & reducendi Concilij importunas postulationes, non parum alienatum in Regis vtilitatem couertere.

Roma S. Ignatii Societatis Iesu auctor Carolo res Societatis in Gallia commendauit, cui optimus Cardinalis, ne alium, inquit, deligas patronum, me futurum polliceor tua Societatis protectorem; vnde in Gallias reuersus omnium primus de eadem recipienda in frequenti Procerum conuentu verba fecit. Et quanquam in Concilio Tridentino Lainio aliquantulum subiratus; sub moleste enim tulerat, ab Lainio inter sententiam peragendam publicę dictum propter imminutam Basileensi Concilio Romani Pontificis auctoritate in Gallia, Dei permisso fieri, vt nec eius regni Principibus sua apud populares satis constaret potestas; tamen ita rem deinde in bonam, sicut dicta erat, partem accepit; vt in digressu Lainio confirmaret, ei le ipsi in amanda, tuendaque Societate nihil cessurum; suisque humeris eam in Gallia, & vbicunq; gentium, posset, sustentaturum.

Anno 1562. ad titulum S. Apollinaris translatus est; cum ad Tridentinum Concilium magna Præfulum Gallorum caterua comitatus prodijisset, stipatus multitudine Doctorum, Theologorū decem, aut duodecim numero die 13. Nouembris Tridentum ingressus est; exceptus longius extra urbem a Cardinale Madrucio Episcopo Tridentino cum multis Prælati, ac Principum Oratoribus, & ad portam vrbis ab omnibus Cardinalibus Legatis, atque in hospitium deductus, equo vectus medius inter duos priores Mantuanum, & Seripandum, in Congregatione generali oblati litteris regijs de sua missione, & causis eius, videlicet ad procuranda qua necessaria essent ad regni tranquillitatem, ac totius Christianę reipublicę salutem, orationem hanc perelegantem in Concilio habuit.

Illustrissimi Domini, Reuerendissimi Episcopi. Christianissimus Rex Carolus Regina matris Christianissime auctoritate, ac precipuo Regis Nauarrę assensu, Procerumque omnium conscriptorum consilio, has litteras, qua modo perlecta sunt, decreuit, mihi que ad vos perferendas dedit: quarum precipua ea capita, qua maiorem a me explicationem desiderant: pro ea, qua mihi credita est fide, explicabo, quam breuissimę potero. Haec (vt meministis) statim in initio rerum regni illius nostri nobilissimi, amplissimi, ac florentissimi quondam, summaque erga Regem fidei, & obseruantia, statum, & conditionem testantur. Dicam vno verbo, non sine incredibili animi dolore: fuimus Gallis, suis ingens gloria Fræcorum: haec rerum omnium, charissimi Oratores, sunt vicissitudines: manus Domini tetigit nos, viri Patres, & fratres, hoc nobis iustus Dei in ira sua iudicium pronocauerunt, corrupti omnium Ordinum mores, ac Ecclesiastica omnis collapsa disciplina: has turbas excitauerunt hereses non suppressę, & a Domino Deo nostro instituta remedia, iam diu neglecta. Hinc ille lachryma, & per totum regnum dissidia, apine, bella intestina, ac plusquam ciuilia: luctus vbique, vbique dolor, & plurima mortis imago. Nec sacrosanctus Dei Templis parcitur, Presbyteri, & Religiosi viri ad aras vsq; quas amplectantur morientes, trucidantur, visibilia Sacramentorum signa pedibus conculcantur, & comburuntur, passim erecti apparent rogi ex omni genere Ecclesiasticorum ornamentorum: accense ex imaginibus deiectis pyra, additis omnium non solum Ecclesiasticarum, sed, & antiquissimarum bibliothecarum libris, nec quidquam ex chartis publicis, & instrumentis, qua ad dotationem pertinent, referuntur, sanctorum reliquie ruptis altaribus in cineres rediguntur, qui sunt post hac in profluentem proiecti. Horresco referens, nec a Summorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum, Episcoporum, & sine discrimine passim aliorum omnium sepulchris abstinetur, eorum maximę, qui de Ecclesia Dei bene meriti per monumenta reperiuntur: nomen Domini vbique blasphemantur: spiritus mendacii in ore omnium est, qui falso verbi Dei ministerium usurparunt, atque ita expulsi Pastores, alienus onis custos fur, & latro ascendit. Postremo (quod longę omnium est grauissimum) iuge, & sacrosanctum sacrificium apud eos cessat, quod intermissum quantam ruinam secum afferat, & quantam Regibus iacturam, & meministis Viri doctissimi ex Prophetarum oraculis, & experientia iam in magnis Imperijs, florentissimis Regnis, amplissimis Prouincijs didicistis, atque in Gallia nunc aspicitis: Regis enim Maiestas contemnitur, imperia detrectantur, non modo vtilitalia, sed prouentus etiam negantur: iura omnia, & leges silent: quislibet vindictam, qua exercet ex privato odio metitur, ad defectionē populus excitatur, & excusso Monarchia, quod auit, iugo Anarchia in concionibus publice proponitur. Hęc omnia apud vos cogitate, clarissimi Oratores, & quod in Gallia nunc videre oculis licet, sera nimis penitentia experiemini, si mole sua Gallia ex vicinia vos in ruinam trahat. Sed quid vos, sanctissimi Episcopi, detineo, aut diutius affligo?

Superfunt tanto huic nostro malo opportuna remedia. Habemus enim magna spei pupillum Regem, non tam regni ex legitima successione Monarcham, quam religionis, & virtutum omnium auitarum heredem, quem pater Henricus, & auus Franciscus ex-

citatur, & in quo iam Franciscus fratris demorsus omnium generis virtutum igniculis reuolent. Nec desunt Casbarina Regina vidua, & Nauarra Regis optima consilia, & infracta Procerum vires. Nullis opibus parcitur, vndique auxiliares copia comparantur, sitque via vised in nostra viscera, quantumque vultrix dextra sit, ferrum conuertitur, eruuntur opes, & sit lamentabile regnum. Itaque nulla ad sedandos tantos tumultus aptior via, nullum presentius est remedium, quam quod ab hac sacrosancta Vniuersali Ecclesia legitime in Spiritu sancto congregata Synodo expetitur: hęc vos maiorum exempla trahant: hęc Dei verbum docet, ac vt speremus in promissis suis (qua nunquam fecit irrita) imperat, atq; ita demum ex hoc loco pax Dei, qua exuperat omnem sensum, expectatur: Templum enim Dei sanctum est, quod sumus nos viri Patres, & tametsi diuisiones gratiarum sint, omnes tamen nos in vno spiritu, qui nomine Domini Iesu Christi congregati sumus, quos, & dicere necesse est, & prout Spiritus sanctus dabit eloquiis, qua omnia vt magis scire potestis, ad bene beatęque decernendę, ex diuino prescripto sunt omnino necessaria. Hęc omnia Christianissimus Rex cum sibi satis persuadeat, nec quicquam alienum ab his a nobis expectet: duo tamen precipua sunt ea, de quibus vos admonet pro sua in hanc Synodum obseruantia, & pro ea, quam sentit ex his in religione dissidijs, summa molestia: primum itaque a nobis postulat, vt quantum fieri potuerit noua dissidia vitemus, nouas, inquam, & infructuosas relinquamus questiones, ac demum, quantum nobis licet, enitatur, vt Principes, & prouincia omnes ab armis abstineant, ab hoc desiderio excitandorum bellorū profusus nos alienos esse oportet, ne qui ex nobis discesserunt, & se ab Ecclesia Dei praeiderunt, existiment magis hoc conuentu Principes ad arma excitari, & societates, & fœdera iniri ad bellum quantumconciliatione decerni: solliciti ante omnia seruari unitatem pacis: si quid in ea sententia peccatum est: parcite queso Patres amplissimi, Henricus pater auctor fuit pacis, qua in Christiano Orbe tam feliciter hætenus seruatur: eam quasi testamento paulo post mortens filio Franciscus Regi commendauit. Hanc Franciscus frater si nobis tam cito ereptus non fuisset, magna prudentia retinere conabatur. Pupillo, & vidua iniquissimas semper turbas, & bella intestina Rex, & Regina mater valde pertimuerunt, & pacatos subditorum omnium animos, ne quies publica interurbaretur, summa prudentia, ac vt aciem, & sexum decet, perpetuo exoptauerunt. Quod enim si (vt negari non potest) infalaciter successit, infeliciores tamen belli euentus sunt pertimescendi, ne si omnes in eodem periculo versentur, eadem, & tempestate alii, nemo periclitantes adiuuet, ac si vnum idemq; omnes naufragium faciamus, summam propterea rationem haberi desiderat eorum, qui lapsi sunt, vt & illis, quantum ex Deo poterimus, condonemus, quibus, & nos amicos esse liceat, sed vsque ad aras.

Alterum legationis meę caput est, quod iam a principio Regis meo Christianissimo cum Serenissimo Imperatore, & reliquis Regibus, & Principibus viris, quorum hic Oratores clarissimos viros habetis, fuit commune: nempe, vt de reformatione, & morum, & Ecclesie disciplina, omnino decernatur. De hac seruum, atque vniuersę admonet, ad eam serio amplectendam (qua potest obseruantia) hortatur, & per Dominum nostrum Iesum Christum, qui iudicaturus est viuos, & mortuos obtestatur, si Ecclesia auctoritatem integram esse vultis, si eius dignitatem conseruare, si iam inclinatum nobilissima Gallia regnum retineri posse iudicatis, nec vos ex vestris commodis, nostra incommoda metiri equum est. Si enim vniuersa hæc Italia, si Hispania omnis sedem, & clauum tenet, gratulamur vobis felicissimi Patres. Nos puppi excidimus, & vix supremo digito gubernacula retinemus. Hęc nobis liceat iure vestro causas a nobis tanta tempestatis exquirere. Quem accusabimus Coepiscopi Fratres? Quem tanti mali auctores consiliuimus? Memini quid velitis, nec memoria excidit vestrum de ea re cõmune omnium iudicium, hoc non sine innato pudore, & magna antea te visa penitentia me dicere oportet. Propter nos tempestas hæc orta est, Viri Fratres: propterea mittite nos in mare. Quid addam amplius? habetis confitentes reos, in eos vt liber animaduertite. Nunc iudicium incipiat a domo Dei, & mundentur, qui serunt vasa Domini. Attendamus nobis, & vniuerso gregi. Quęscamus peruersę agere, & discamus bene agere: imo potius tu misericors, & bone Deus per viscera misericordie tue attende placare, & fac adaugere nobis fidem, vt sine timore de manu inimicorum liberati seruiamus tibi. Nunc viribus opus est Patres, nunc peccare firmo. Sed vereor Illustrissimi Domini, & Reuerendissimi Episcopi, ne nimis importunę agam, non est enim sponte currentibus addendum calcæ. Finem igitur faciam: est enim meum hæc expedita a Rege legatio. Si quid scire vos amplius oportebit, hæc omnia clarissimi Regis Oratores curabunt. Ego verò, & mecum vnā qui ex Gallis aduenerunt, Reuerendiss. Coepiscopi, in hac vniuersali Ecclesia sacrosancta Synodo restantur Beatiss. Pape D. Pio Pont. Max. post Deum in perpetuam subditos esse velle, eius enim nos in terris Primatum super omnes Ecclesias agnoscamus, cuius nunquam imperia detrectabimus: Ecclesia autem Catholica, ac sacra generalis Synodus decreta veneramur. Vobis Illustriss.

ac

ac Reverendis. Legati fasces submissimus, sanctissimis Episcopis dextris societatis offerimus, & clarissimos Oratores testes sententiarum nostrarum hic adesse uehementer gratulamur, ut Spiritu sancto duce in omnibus, per omnia, & semper honorificetur Deus, & Pater D. N. Iesu Christi.

Pius IV. Romae diplomate dato 19. Kalendas Septembris Cardinalibus Concilij Tridentini Legatis commiserat, ut debitus honor Carolo deferretur, non enim legationis munere functus est in Concilio, ut volunt aliqui. Die 12. Februarij anni 1563. Tridento Cardinalis Lotharingus abiit Oenipontem ad colloquium cum Ferdinando Caesare, qui eo accesserat, habendum de Concilio. Lotharingus Caesarem reperit valde sollicitum de rebus Concilij, cuius dissolutionem, aut suspensionem multi in tot, ac tantis inutilibus prorogationibus Pontifici cordi esse existimabant; ipse vero Caesar percuperet ad finem optatum, ac fructuosum perducere; & in eo serio de reformatione agi, tanquam articulos à se propositos, quam Gallicos ibidem examinatos; adeo ut offerret etiam, si opus esset, Tridentum se transferre ad haec promouenda. Quinimo & Romam iturum, ut Pontificem oblectaret, pateretur reformationem fieri, sine diminutione auctoritatis suae; aut si Papa Bononiae peteret, ut praeseferebat, ad accelerandum Concilij finem, ipsum ibi conuenturum, ut ea quoque commoditate coronam Imperij acciperet.

Tridento etiam Romae Carolus contendit Pontificis de rebus maximis consulendi gratia mense Octobri anno 1563. ibique à Pontifice perhonorifice acceptus publice quoque; in suo hospicio, quod rarissime fit uisitatus fuit, & omnibus benevolentiae signis, atque etiam promissionibus cumulatus, postea mense Nouembri Tridentum reuersus, ibi ad Concilij finem mansit, acclamationeque ex veteri more vsus est: *Beatissimo Pio Papae, & Domino Nostro sanctae Vniuersalis Ecclesiae Pontifici multi anni, & aeterna memoria.* In quibus acclamationibus uti auctor à nonnullis notatus est leuitatis, quod parum ex tanti Praesulis, & Principis dignitate in eo ministerio seruire affectarit, quod ex antiquo vsu Diaconis potius, aut Promotori, aut Secretario Concilij conuenire videretur, quam Archiepiscopo, & summæ existimationis Cardinali; maxime cum eiusmodi acclamationes fuissent ex scripto; quarum, primum vsus in Concilijs, praecipueque Orientalibus ex instinctu aliquorum Episcoporum in voces laudum, & consensus erumpentium introductus, quibus reliqui omnes concinebant. Sed grauior in Cardinalem accusatio à Gallis fuit, quod scilicet post acclamationes Pontifici, & Imperatori, sub quibus Concilium celebratum fuisset, nominatim factas, mox collectiuo nomine Regibus acclamari, nulla facta distinctione Regis Galliae, cuius nomen in principio Synodi, dum Carolus V. in uisus ageret, exprimi consueverat: nunc autem ne aegre faceret Philippo Regi, à Cardinale est omissum. Quod cum ei postea in Regis consistorio obiectum fuisset, pacis, & concordiae inter potentissimos Reges, reipublice Christianae bono seruandae studio factum à se excusauit.

In Gallias reuersus ea, quae Tridenti decreta fuerant, obseruare curauit, quantum pateretur miserissima temporum calamitas: in Ecclesia sua Abbati Sandionysiana exequias Reg. Henrico anno 1559. celebrauit; & in eodem Templo corona donauit multos post annos, anno scilicet 1570. Elisabetham Austriacam Franciae Reginam in praesentia quatuor S. R. E. Cardinalium, Borbonij, Guisij, Estensis, & Peluzi.

Romae interfuit Conclauis, & creationi Pauli IV. à quo Legatus est in Galliam: eius opera Paulus, & Henricus foedus inierunt contra Imperiales: interfuit foederi Cameracensi inuito cum Philippo II. Hispaniarum Rege anno 1559. fuitque vnus istae pacis obles. Colloquio item Poissiacensi anno 1561. mense Septembri habito affuit; & ori impuro Theodori Bezae Haereticorum Coryphaei blasphemantis colaphum iniecit; cumque adesset Petrus Martyr cognomento Vermillius Florentinus, Haereticos explicare iussit, à quonā euangelizandi potestatem, & missionem accepissent. Quare Annam Mommorancium Franciae Connestabilem, Gasparem Colinaum Thalassiarum, ipsum etiam Principem Condzum, hostes saepe numero est expertus. Ille in litteris ad Regem è Nuce-to in Aeduis arce uxoris suae, 23. Septembris anni 1568. scriptis, omnem turbarum Galliae causam in Caroli Cardinalis Lotharingij inquietum ingenium reiciens, libellum supplicem valde prolixum addidit, quo querimonias antiquas repetens, multaque alias infarciens in totam domum Lotharingiorum grauissimè inuectus est; eorum carpens ambitionem, necnon audaciam, qua illos, qui perniciosi eorum conatibus sese opponerent, etiam si Catholicam religionem profiterentur, calumnijs impeterent; & nouo, nec usitato nomine *Politicos* vocarent. Ac proinde suo Procerum, ac nobilium suae factionis nomine protestatus est, quò malis regno impendentibus in tempore occurreretur, vnum se Cardinalem Lotharingium, quem contemptum, ac penè scurriliter, *Presbyterum impurum, tigridem, ac tyrrannum* appellabat; ac succenturiatos militros petere eosque tanquam periuros, grassatores, fideique publicae violatores, pacis, & quietis hostes armis persequi decreuisse. Vnde Franciscus Dux Guisiae Caroli frater in Aureliae obsidione à proditore Ioanne Poltrotio nobili, Engolismensi, quem Theo-

dorus Beza Sectariorum princeps mercede cōduxerat, Caroli Cardinalis quondam domestico, & cliente misere anno 1563. mense Februario interfectus est.

Italico sermone vsus egregie, Hispanica ornatus lingua, in Hispaniam anno 1568. à Carolo IX. & Catharina Regina matre mititur, ut condoleret super morte Isabellae, quae fuerat Philippi II. Hispaniarum Regis uxor, Caroli Regis soror, Catharinae filia; & ut alteram Elisabetham Maximiliani II. Imperatoris filiam pro eodem Carolo Rege uxorem depolceret, quam obtinuit. Successorem in Rhemeni Ecclesia Archiepiscopum designata t. Franciscum fratris Ducis Guisiae filium, qui in Academia Rhemeni tunc literis, & optimis moribus instituebatur; verum post magnos studiorum progressus iuuenis è uisus eripitur; eique diuinum cibum postremum viatici loco Carolus ipse ministravit. Poenitentiarum Rhemis instituit dote ampla Canonicatus, & alterius beneficii, qui discuteret ea peccata, quae retinuerat, & reuerarar Archiepiscopus. Metas Regem profectum ad Christianae religioni consulendum, anno 1569. comitatur Dominica prima Quadragesimae celebrato Missae sacrificio coram Rege concionem frequentissima curia, & populo habuit, magnaue eloquentia, qua pollebat, digito ostendit, *Haereticos esse Damone nequiores*, qui cum non ignorent, Christum esse Dei filium, illius tamen potentiam negant in transubstantiatione.

Nonnulli Carolum Cardinalem accusarunt alienatorum Metensis Ecclesiae bonorum, sed extirpandae haereseos causam praetextunt alij; nec defuerunt, qui Cardinalem accusarunt, ac si cum Augustanis in fide consensisset. Nam Cardinalis, ac Dux Guisius fratres certiores facti Condzum, & Admiratum cum Germanis clandestinam locitatem coisile, ut eam interrumpent, cum Christophoro Duce Vuirtembergico, & nonnullis alijs Germanis Principibus ad Tabernas Alfatiae Argentinensis Episcopi oppidum conuenerunt. Vbi de religione ita inter eos actum est, ut cum secum Vuirtembergicus Dux Ioannem Brentium, & Iacobum Andream accerrimos Augustanae confessionis contra Zuingianos, & Caluianios propugnatores docere conatus sit Cardinalis, ut doctus, & eloquens erat, Catholicos cum Augustanis magis, quam Augustanos cum Zuingianis, & Caluianis, in praecipuis religionis capitibus conuenire; adeo ut non exigua inter ipsos concordiae spes relinqueretur; cum multa concederet Cardinalis, ut Germanos à Caluianis seingeret, & à Gallia in eorum auxilium iuuanda auocaret, quae alioqui non concessisset. Hunc enim illius conuentus scopum fuisse Belcarius Episcopus Metensis, qui interfuit, scribit cum alioqui hoc colloquium maximis Romae, Tridenti, & in ipsa Gallia suspicionibus materiem subministrarit. Nec defuerunt, qui Cardinalem serio cum Germanis coniunctionem in religione expetiuisse, & sicut Caluianiam doctrinam penitus oderat, ita Augustanae potius in Gallia locum esse cuperet.

Disertè in Senatu Parisiensi pro Rege saepe dixit; & in generalitrium Galliae Ordinum conuentu panegyricum habuit; ut, & in Poissiac colloquio contra haereticos orauit: Perduellium haereticorum Franciscum II. Galliae Regem capere, vel occidere uolentium inhumanam coniurationem detexit. Quare merito Gallicanae Ecclesiae lumen, & propugnaculum dictus est, sua enim sapientia, facundia, & zelo, quo fauebat sanctae fidei, falsorum dogmatum monstra iugulare semper studuit. Sub Francisco Rege, Momorancio Connestabili à rerum gubernaculis remoto, & Diena Pictauensis ab aula pulsa, summa auctoritas ad Guisios fratres Lotharingios Ducem, & Cardinalem, auunculos Reginae coniugis, consentiente Catharina Regina matre, translata est: Franciscus Duci, armorum; Carolo Cardinali rei pecuniarum, ac reliquorum regni negotiorum cura demadata. Vrgentibus bellorum ciuiliu motibus, ad Dei placandam iram nudis pedibus in publicis supplicationibus saepe sepius ambulauit: saepe numero adiit Pontificem, Venetos, & Ferrariae Ducem, Gallorum agens causam, vulnera patriae deplorans. Postremo Romae fuit mense Maio anno 1572. ad Gregorij XIII. electionem: post nouem menses in Galliam redijt.

At cum ex Polonia Regem aduentantem Henricum salutaturus Auenione conuenisset, ibi vij. Kalendas Ianuarij D. Stephano Protomartyri sacra, anno salutis 1574. suae aetatis quadragesimo nono, mense decimo, vitam obiit post exceptam à P. Edmundo Augerio Societatis Iesu confessionem generalem. Illi paulò ante obitum locutus Rex Henricus III. è Polonia redux ad regiam haereditatem capeflendam, Carolo IX. mortuo, Regem adhortatus est ad Catholicam fidei defensionem. Vir fuit multis animi, & corporis dotibus praestans; de quo illius probitate tū in Synodo Tridentina, quā in Poissiacensis, colloquio egregia praestitit argumenta excellētis ingenij, egregiae doctrinae, rarae eloquentiae, & magni animi, pijsq. zeli specimina, & exempla; pluraque etiam deinceps apud Reges Galliae in defensione auctoritatis ipsorum, & religionis Catholicae; vnde, & summa in se concitauit Politicorum, & Haereticorum odia, & calumniarum plaustra; quae illi in benedictionem, apud Deum, & Ecclesiam, pioque omnes extiterit; ac nauos, & culpas, quibus ut homo non caruit, operuere.

Cor positum Rhemis in monasterio Monialium S. Petri, ubi soror Renata Abbatissa; ibidem locatum cor fratris Ludouici Cardi-

nalís à Guisía Episcopi Metensis, iuxta tumulum Mariæ Lotharénæ Scotiæ Regiñæ fororis. Corpus ad Rhemensem Ecclesiam deductum iacet in Cathedrali in cœnotaphio marmoreo nigro, quod viuens sibi posuerat vno ante mortem anno, cum hoc epitaphio.

D. O. M.
CAROLVS S. R. E. PRESBYTER CARDINALIS
A LOTHARINGIA;

Archiepiscopus Dux Rhemensis, primus Par Franciæ,
Sanctæ Apostolicæ Sedis Legatus natus.

De morte, & resurrectione cogitans

Sibi viuus posuit, anno MDLXXIII. Pontificatus sui anno XXXV.

Vixit Annos XLIX. Menses X. Dies VIII. Horas IV.

Obijt anno Domini MDLXXIV. septimo Kalendas Ianuarij

Requiescat in pace. Amen.

EGO CREDIDI QVIA TV ES CHRISTVS FILIVS DEI VERI
QVI IN HVNC MVNDVM VENISTI.

Exequiâ magna celebritate ad Ecclesiam Carthusianorum facte, perorante oratione funebri Nicolao Bocherio Theologo doctore.

Scriptit Orationes multas, quarû quinque eleganter scriptæ in manibus habentur. Item Commentarij de rebus gestis Henrici II. Regis, quem dederat perficiendum Carolo Paschali, at hic perijt.

Scriptit etiam versus plures Latino idiomate. Celebrantur, & eius multæ Rhemis pronuntiatae Latine, & Gallicæ Conciones.

Iacobus Carpentarius Medicinæ, ac Philosophiæ professor Cœmentarium suum, in Alcinoum Platonis illi nuncupauit: eidem Iacobus Concenatius I. C. Quæstionum iuris singularium libros quatuor detulit; cui etiam litteras scripsit Italico sermone Paulus Iouius, quæ in lucem editæ inueniuntur inter epistolas Virorum Illustrium.

De Carolo Cardinale hæc cecinit Ioachimus Bellaius.

Quod cunctis Natura dedit, quod Numina, & Astra.

Quod fortuna potens, CAROLE solus habes.

Ingenium, formam, eloquium, floremque iuuenta,

Virtutem, atque animo premia digna tuo.

Oliuarius, Franciæ Nomophylax Carolum nuncupabat natura monstrum, ob ingenij stupendi fecunditatem: Scæuola Sammarthanus in Elogijs Doctorum illustrium lepidissimo encomio ei parentauit, quod hic atterere non ingratum videbitur. *Sit hic inter nobiles eruditio viros tam illustri Heros non immerito referuatus locus, quando is à pueritia neglectis potentiorum studijs, qui Musarum ferè securi tantum ea cogitant, quæ inania, & caduca sunt, ad firmiora se contulit, litterarum, & sapientia præsidia, que nec ullis fortuna casibus amitti possunt, nec vlla temporis longinquitate aboleri. Natus erat in Gallia, patre Guisio, Renati Lotharingiæ Ducis filio; maternamque originem ad ipsos Gallia Reges multiplici cognationis vinculo referebat. Ad hanc itaque sanguinis claritatem, accedente insuper tanta indole, dignus à Paulo III Pontifice maximo iudicatus est, qui trium, & viginti annorum, adolescens in sacrû Purpuratorum Ordinem allegeretur. Nec eo minus suscepta semel studiorum cura, perpetuoque litterarum amore permansit; quod si per eas licuisset occupationes, quibus assidue districtum, impeditumque grauissima totius Christiani orbis negotia tenere, haberemus profecto non pauca tam vari, & excellentis ingenij monumenta; quæ cum veteribus etiam optimis comparare possemus. Commendabat has animi fortuneque dotes, & illustrabat statura quoque dignitas, & forma summo conueniens Principi, quique omnes eius actiones admirabilis suauitate condiebat, sermo elegans, & vberissima semper dicenda copia. Cum interim Franciscus frater bellica virtute inclitus parem in diuerso genere laudem quotidie promeretur, ut aulici eius Poëta, quos amicissime Carolus fovebat, generosis illis fratribus non incallide adulantes, alterum Martis, alterum Mercurij nomine subinde celebrarent; ac velut humana sorte maiorem diuinis utrunque laudibus cumlarent. Hæc autem eloquentia vis in eo maxime tum elucebat, cum in conuentibus Christianis de instauranda Numinis cultu ex veterum Patrum disciplina disputaret; aut è sacro suggestu, quem insolito purpura fulgore decorabat, verenda legis diuina oracula populo admirans depromeret. Quibus artibus eam consequbatur, & apud omnes ordines, & apud Reges ipsos, tum gratiam, tum auctoritatem, ut quæcumque res occurrerant grauioribus in republica momenti; ex eius potissimum sententia, iudicioque transigerentur. Floruit in his studijs ad vsque tempus illud, cum Henricus III. Carolo fratris sublato Gallicum imperium adeptus est, cui ex Polonia adueniens, cum ipse Roma quoque reuertens, Lugduni occurrisset, Auenionem; paulo mox in eius comitatu profectus esset, in seussimam incidit febrem, ex qua decimo septimo postquam egrotare cœperat, die sub finem anni millesimi quingentesimi septuagesimi quarti, nondum plane quinquagenarius exspirauit. Corpus eius Rhemos delatum, & in sepulchrum, quod ibi ipse viuens parauerat, addito breui elogio conditum est: famam vero tanti nominis nullus tumulus, nulla reget vnquam obliuio, non ob familie modo splendorem, celeberrimamque tot laborum immor-*

A talem gloriam, sed eo maxime, quod præstantibus ingenio, doctrinaque viris benignissimum in omni vita præbuerit se fautorem, & patronum.


Poëta illo æuo clarus, de eodem Carolo Cardinale hoc carmen cecinit.

Ferte rosas pueri, date lilia candida honores
Humani generis, deliciae que cano:
Sternite fronte solum, seriant concentibus auras
Cymbala, & arguto tibia blanda sono.
Regis progenies canitur mihi CAROLVS ille
Maximus, Andegauæ gentis, & Orbis honos.
Maiores, cuius deuictio Oriente, trophæa
Fixere in muris fortis Edeffatis.
Inde Palestinos venerata est Helia Reges,
Helia Idumæi regia sancta Syri
Hic virtute diu regnatum Odrysius hastis,
Hic foris est fufus exiguaque manu:
Sed quid connumerem Heroum facta alta tuorum?
Cum per te ad laudes sis satis ipse tuas.
Tu potes ante annos maiorum munera obire,
Impubes iuuenis corpore, mente senex,
Tu potes insigni Reges decorare corona
Et dare Diuini flaminis auctor opem.
Vnus agit Reges omnes, & ad omnia magna
Ingenium fingis, constituisque tuum.
Ipsa suas in te congesit Gallia laudes,
At te etiam laudes accepit illa suas.

Fuit pulcro aspectu, procera statura, capite omnibus eminente, facie oblonga, recto aspectu, fronte ampla, & eminenti; floruit insuper virtutibus multis. Publico cantui in Ecclesiæ choro læpe aderat; proprijs manibus pauperibus dapes ministrabat; conciones pro suggestu sacro habebat; mensæ lectionem sacram semper adhibebat; in eius familia nulli aucupes, aut venatores; bis ieiunabat in hebdomada, diebus scilicet Veneris in honorem passionis Christi, & Sabbati in cultum B. Virginis; corpori domando cilicium, frequenter adhibebat; vanis colloquijs nunquã vacabat; festis solemnioribus pontificaliter litabat; fauebat viris de litteris benemeritis; Sacerdotes ordinabat; Curiones visitabat, Synodos habebat Prouinciales.

Deniq; pietas tanti Cardinalis enituit in religionem Capucinorum. Primos enim ex Italia aduentantes Capucinos suscepit, locauit; Meudonij propè Lutetiam; quod Capucinatorum Cœnobium primum est constructum in Francia.

Anagramma ipsius vna tantum littera addita: ORATOR GALLICVS PVNS: Caxolus Lotharingus. Symbolum præter domestica insignia gestauit hederam adherentem pyramidæ, cui luna erat supposita cum hoc lemmate: TE STANTE VI-RE RO; quem alij de Henrico II. Rege; alij de gratia diuina interpretantur.



LXVI.
Ivlivs Feltrius Roboreus, seu de Ruuere, Francisci Mariæ Ruuerei Vrbini Ducis, & Eleonoræ Gonzagæ filius, Guidubaldi Vrbini Ducis germanus frater, anno Domini 1535. die 5. Aprilis Vrbini natus à Guidubaldo fratre, vita iam functo patre, adolescens piè educatus, & litteris imbutus est; atque in eiuſdem Guidubaldi gratiam à Paulo III. cuius neptem ex filio Victoriam

Ciaconius Panuinius Aubery in Vita. Petramell Nicol. Orlandia. in hist. soc. I. Andr. Viſtorell. in Addit. ad Ciaconij. Cæsar Rafpon. d. Cæſar. Lat. Hor. Turſellia. in Historiâ. Lauretana. Felix Conſtelonius in Elencho. Cabreza. Petr. Rodulphus in Hist. Seralphica. Ferdinâ. Vghell. in Ital. sacra. Hippolyt. Marrac. in Purpura. Mariana.

idem in vxorem duxerat, anno 1547. Diaconus Cardinalis absens declaratus est, cum esset annorum duodecim, trium mensium, & paucorum dierum; referuatus tamen in pectore, nec publicatus, nisi die 9. Ianuarij anni sequentis 1548. Ciaconius affirmat, Iulij renunciatum fuisse Cardinalem die 9. Ianuarij anni 1549. in decimalexta Cardinalium enunciatione; at ex monumentis Vaticanis constat, illum adscriptum Diaconis Cardinalibus in decima Cardinalium enunciatione die 27. Iulij anni 1547. Huic, cum Ranurius Farnesius Pontificis nepos, S. Angeli Cardinalis cardineum pileum Pisauri traderet, Hieronymus Ruuereus, postea Tolonenſis Episcopus, mox Archiepiscopus Taurinenſis, & S. R. E. Cardinalis, ipsi studiosiorum Comes à Duce Vrbini datus publicè orauit: Vmbriæ postea, & Perusiæ legatione insignitus, quam ditionem iterum à Iulio III. Legatus per multos annos; vt etiam tertio sub Pio IV. prudenter administrauit. Vicentinam Ecclesiam moderatam suscipiens 13. Septembris anno 1560. eius diocesim ab hæretica prauitate infectam expurgauit; quam Ecclesiam in fauorem Matthæi Priuli dimisit: Rexit etiam Episcopus, iuxta Vaticanam

monu-

monumenta, Recinetensem, ac Vrbinatem Ecclesias. A Pio V. Archiepiscopus Rauennatis declaratus, ibi conuocandi Concilia Prouincialia annorum 250. spatio in ea Ecclesia intermissum vsum reuocauit; Clericorum abusus reformauit, ipsius aedificia palatium praesertim Archiepiscopale restaurauit: mores populorum pia castigatione correxit, ac Theologica disciplinae promouendae censum exhibuit; omniaque ad sacri Concilij Tridentini decreta instituit. SS. Elisaei prophetae, Ioannis Papae, & martyris capite, superioremque partem cranij S. Sauii Episcopi, & martyris, & quadam alia sanctorum ossa ex S. Apollinaris sacratio, vbi prius conseruabantur, ad altare maius transferri iussit. Qui cum ibi etiam monumentum marmoreum, in quo B. Rainaldi Archiepiscopi Rauennatis corpus integrum, ac penes recens sepulchrum, aperiri iubens, religiosissime proprijs manibus attrectare meruit. Fratres Capuccinos, Franciscanum no ignobile germen Rauennam introduxit; ac aedificato postea nouo in ea vrbe Camaldulensium Cenobio, pro eiusdem dilatatione ateam concessit, & anno 1570. iactis nouae Basilicae, pro eisdem Patribus in vrbe Pisauri fundamentis, primum lapidem rite cum fratre Duce iecit. Et eodem anno defuncto Cardinale Cicada ex Diaconorum primò, factus Episcopus Cardinalis ex Contelorio, atque Vghellio Albanus, ex alijs vero Sabinensis; Albanus enim die 20. mensis Februarij anni 1570. & Sabinensis die 3. Iulij eiusdem anni. Ciuitatis insuper Rauennae ciuibus ipsi supplicantiibus; ordinis item Minorum Conuentualium; Obseruantium, & Capuccinorum; ac sacrae Lauretanae Domus protectiones in Curia recepit. Lauretanae igitur Domus Protector constitutus in eam curam totus incubuit, nullique veterum Patronorum pietate, ac studio erga Lauretanam Virginem cessit. Ac primum Templi tholum intrinsecus exornandum marmoreo opere curauit, & ad radices Lauretani collis in via, quae fert ad portum Recinetensem satis vberem, ornatumque peregrinis praebuit fontem. Deinde ad augendam Lauretani Templi maiestatem, Sacerdotum, Canonorumque delectum habuit, eximijque vndique Cantorum in geniti pretio accitis: Symphonicorum chorum nulli secundum instituit: Sacra in supellectilem auxit, tabulis pulcherrime pictis, peripetalmaris comparatis, nitorem Altaribus, Templo splendorem addidit. Illa autem praecipua augustissimae Cellae ornamenta Sibyllarum signa duodecim è Ligusticis marmore pulcherrime facta, & in suis lucumentis disposita: Quatuor insuper aeneae valuae ianuis impositae, mirabili opere caelatae Hieronymi Lombardi, nobilis illa aetate Statuarij manu. His accesserunt bitia Principum Apostolorum simulacra ex argento sex cubitalia, praecleara arte perfecta praecipuis diebus festis ornamento Altaris futura; quin etiam sacratissimae Eucharistiae honeste, ac decore ad agros deferenda, mortuis rite sepeliendis, nominis Iesu, & Mariae religioni tuenda, Sodalitates quatuor constituit, Corporis Christi, Misericordiae, Nominis Iesu, Rosarijque B. Virginis, & suum cuique sacellum cum sacra supellectile, suis ad conueniendum, locus, suae leges datae: quibus Sodalitatibus ingens sanè, & Lauretano populo commodum, ac Templo decus accessit. Nec Templi tantum finibus se tenuit cura: publicam Bibliothecam, cuiusque generis libris instruxit: noxijs nemoribus, quae supererant, excisis, circumiacentes lacunas penitus exsiccauit, submotoque Musionis fluuij, moenia subterlabentis, alueo, Lauretanam habitatione longè salubriorem fecit. Inde vt peregrinis Lauretum petentibus liber, & expeditus vndique pateret accessus, vias omnes, quae Lauretum ferunt, iam longo vsu vitiatas atque corruptas, partim laterculo, partim glareae, magna ex parte strauit. Nauigium quoque ingens subuehendis è Dalmatia ingentibus saxorum glebis, ad Lauretanae aedificationis vsum aedificauit, magnamque saxorum vim Lauretum subuehendam curauit: hisque lapidibus à Ioanne Bocalino Architecto haud ignobili praecleara Basilicae Lauretanae facies antiquo opere strui cepta. Nec Templo, oppido, vijs ornandis intentus, charitatis, ac benignitatis Christianae munia intermisit. Nam Saxatelli Aedis Lauretanae Praesidis opera vsus, centenos primò, inde duenos, saepe etiam trecentos pauperes peregrinos hospitio exceptos, haud sanè malignè alebat quotidie. Et quoniam verus Xenodochium viris erat attributum, crescenti in dies quoque, foeminarum multitudine, nouum mulieribus Hospitium instruxit: honestiores etiam pauperes, quos à petenda propolam sipe retardabat pudor, occulta iuuabat ope; Principes quoque viros haemuliter aequale, liberaliterque tractabat. Lauretanam B. Virginis Aedem Iulio Protectore, omnium gentium, omnium ferè ordinum Hospitium tunc temporis dixisset: Haud facillè alia apparuit magis diuina prouidentia in humana benignitate iuuanda. Eleemosynarum, vntuariaeque pecuniae tanta vis extitit, vt ad tot, ac tanta pietatis, Christianaeque benignitatis opera non suppetere solùm, sed etiam sustentarent: adeo res familiaris, Dei causa erogata, diuina quadam vicumulator redit. Ex pecunia autem supererente luculenta sanè, ac frugifera praedia coempra; ex quibus tū aliae commoditates plurimae, tum verò annuum vectigal ternorum ferme aureorum milium Lauretanae Domui accessit, haud leue subsidium benignitatis, cultusque diuini. Ad Virginis cultum numisma edidit cum effigie Virginis, & lemmate: AVE DOMINA ANGELORVM: ac ipsius Cardinalis nomine: IVLIVS FELTRIVS DE RVVERE

AEPI SCOPVS SABINEN. S. R. E. CARDINALIS.
 Anno 1573. seu ex alijs 1574. ex Sabinensi factus Episcopus Praenestinus: sequenti anno, vt nobilissimum Cenobium sanctae Crucis Auellanae, ipsi commendatum congregationi Camaldulensium à Gregorio XIII. Auellanitarum congregatione, & nomine extincto, adiudi caretur, obtinuit: qui etiam religionis ergo in sacra Eremitica Cellam B. Mariae semper Virginis Lauretanae erigenda curauit. Demum obiit non Vrbinus, vt refert Vghellius in serie Episcoporum Vrbinatum; sed apud Forosempronienles die Iouis, tertio nonas, seu nonis Septembris anno humanae redemptionis 1578. aetatis 43. Gregorij XIII. Pontificatus vij. eius cerebrum, totum sanè confectum, medicis hepatis curam attentantibus comperitum est: corpus Vrbinum translatum in Aede S. Clarae sepelitur cum hoc epitaphio.
 IVLIO MONFILTRIO E RVVERE S. R. E. CARDINALI
 Umbria bis Legatione magna cum laude functo:
 Vrbinus, Raucenna, aliarumque Ecclesiarum Antistiti.
 Lauretana Domus, ac S. Francisci Ordinum Patrono.
 Iustitia, pietate, beneuolentia Principi celeberrimo,
 Mortalitem expleuit Non. Septemb.
 Anno D. MDLXXVIII. Aetatis vero XLIV.

Hic ne minus liberalis moriens in Lauretanam Virginem effert, quam viuus fuerat, Testamento sacram facelli sui supellectilem, luculentam in primis, & copiosam B. Mariae ex parte legauit. Missa igitur Lauretum ab haeredibus Crux argentea praecleara cum binis Candelabris egregio opere factis: Pontificales amictus duo ex veste Attalica, totidem Altarium, ac Sacerdotum sacris operantiū vestes ex auro textili: toralia insuper, & sacrorum calicum velamina phrygio opere, auro, argentoque distincta. Ad haec sacra Aramobilis, petram sacratam vocat, è gemmis compactam: Calices aurei aliquot, bini vrceoli argentei cum luo pollubro pulcherrime caelati; aliaque generis eiusdem, haud ob sacrae Roboreae munificentiae, ac Mariana pietatis argumenta.

Præter Lelium Capilupum, Ianus Vitalis de illo sic poetice lusit
 Quae modo vix teneros diffundit in Aethera ramos,
 Es fere insignes aurea Quercus opes,
 Credite erit tempus, cum nec Dodona, nec Ida alta,
 Nec hirci pedis Mœnala grata Dei
 Horrebunt ramis oracula sumere ab illis,
 Vocales quaties cum leuis aura comas.
 Obsequiumque ferens; sic quae fuit illa Tonantis
 Olim arbor, dudum Iulia Quercus erit.
 Haec ad Pileoli Romam cum tendit honorem
 IVLIVS; affurgens verba Metaurus ait.

Perusij Legatus Constitutiones scripsit, quae in bonum illius prouinciae fuerunt à Gregorio XIII. confirmatae, editaeque in lucem Perusij anno salutis 1573. Eidem litteras dedit Iulius Gabriellus Eugubinus. Patres Societatis Iesu illuc profectos benignè vit perhumanus excepit. Suffragium in Comitij Pontificij pro Iulio III. Marcello II. Paulo IV. Pio IV. ac V. & Gregorio XIII. tulit.

VNDECIMA CREATIO CARDINALIVM.

Die Lune 9. Ianuarij Anni 1548. Paulus III. vnum inter Cardinales cooptauit, vt ex litteris Apostolicis patet, qui fuit.



LXVII.
 CAROLVS Borbonius Vindocinensis, alijs de Vendome, natione Gallus, Regum Francorum propagine clarus, Ludouici Condensis Principis, & Antonij Nauarrae Regis frater, Caroli Borbonij Vindocinensis Ducis, & Francicae Alenconiae filius quintus, Anno reparate salutis 1523. die Dominica 22. Decembris in Castrò Firmitatis sub Iotru in tractu Briensi natus, eodem die in eiusdem loci sacello sacris vndis ablatus est; ac patrinū habuit Antonium Borbonium natu maiorem fratrem suum, & Dominum de Hames; matrinam verò Dominas de Pleumefon, & de Torfi. Humanioribus primò litteris in Castrò de la Fere in Picardia imbutus Carolus, deinde in Collegio Nauarrae Lutetiae Parisiorum cum Carolo à Lotharinga, quibus praceptor datus est Ioannes Hannover doctor Theologus. Ex Abbate S. Germani de Pratis Niuernensis Praesul anno 1539. vita functo Iacobo de Albre: postea Sanctonenfis anno 1544. renunciatu est, sediq; sexennium. Hinc translatus, mortuo Georgio II. de Ambouisia ad

Ciccolius
 Paninus
 Petramell
 Franc. Sac
 chin. inat
 hist. soc. I.
 Clind. Ro
 de Episc.
 bernus in
 Gallia
 Christiana
 Io. Chesno
 de Episc.
 Gallia
 Martyrol.
 Gallia
 Henric Sp
 das. in An
 dal. Ecc.
 Aubery in
 Vita
 Henric Ce
 tena. De
 uil. in hist.
 Prætor.
 P. Piron
 in Gallia
 Purpurata
 Thuan. in
 Hist. Fran
 Henric Al
 bij in Elg
 Samarth.
 in Gallia
 Christiana

sfortia.
Card. Pal-
laucin. in
Historia.
Cœ. Trid.
Iacobus
Brullius in
Vita.
Ferdinãd.
Vghell. in
Addit. ad
Ciacconiũ.
Petr. Mar-
thzius in
Historia.
Feix Cœ-
telor. in
Eicacho.

Archipresulatu Rothomagensi anno 1550. administravit etiã Bellouacensem Episcopatum per annos aliquot. Multorum præterea Cœnobiorum Abbas Commendatarius, seu perpetuus Administrator fuit; D. Germani à Pratis, Gemmaticensis, Fontanellensis, Corbiensis, Vindocinensis, D. Luciani prope Bellouacum, D. Michaëlis in Eremo, D. Petri de Cultura, D. Germani de Flauiaco, S. Mariæ de Castellarijs, S. Mariæ de Frigido monte, B. Stephani Diuionensis, Montis Gurgensis, Valomontani, Signiacensis Vrsicampi, Perlegniacensis, & aliorum. Nec immeritò tot in vnum opes, honoresque confuebant, qui natiuis pietatis, & clementiæ studijs, omnium in se vota conuerterat; ceterè sub ipso in urbem Rothomagensi ingressu, cum Metropolitanam Ecclesiam recenti decessoris munificentiã augustius fulgentem conspiceret, dixisse fertur, Ambosium Prædecessorem Ecclesiam exterius inuastasse, daturum se operam, vt intus inauraretur.

Non anno 1547. vt scribit Petrus Frizonius, neque anno 1549. vt refert Petramellarius, sed die Lunæ 9. Ianuarij anni 1548. vt certi reddimur à monumentis Vaticanis, ac litteris Apostolicis, in gratiam Regis Francorum Diaconus Cardinalis S. Sixti absens à Paulo renunciatur, deinde præfuit Præbyter Ecclesiæ S. Chrylogoni; dictus tamen Cardinalis Vindocinensis, & post obitum Ludouici Cardinalis Borbonij patruj, non amplius Vindocinensis, sed Borbonius Senior, seu Carolus Borbonius Primus est nuncupatus. Rexit urbem Parisiensem. Caroli IX. nuptiarum cum Elizabetha Austriaca cæremonias, & ritus peregit die 26. Decembris anno 1570. Francisci II. & Caroli IX. Regum Galliarum sibi succedentium tutor fuit. Comitij Aurelianensibus primò, mox Rothomagensibus, cum Carolus IX. maiorem se curauit declarari, interfuit. Carolo Regi, & Reginæ matri Catharinæ Mediceæ Baionã aduentibus comitem se præbuit. In Colloquio Poissiacensi inuigilauit, ne religio Catholica detrimentum vllum pateretur; primus Præsulum in ordine sancti Spiritus annumeratus ab Henrico III. in primis comitij habitus anno 1579. Malodani Clero Gallicano datus Præses, effecit, vt Synodi haberentur prouinciæales. Carolo huic Cardinali perhonorifica Viterbiensis, ac Patrimonij S. Petri legatio delata à Pontifice Pio IV. eidemque postea Auenionensis demandata. Auenionensem legationem Cardinalis Farnesius dimittere volebat, Pius IV. eam Cardinali Borbonio traditurus condiciones optauit, & Cardinalium sententias in Consistorio audire voluit. Promisit Carolus Pontifici speciem Catholicæ fidei in legationis locis se conseruaturũ, nec Hugonotas, alioque Hæreticos in ijs motari permitturũ. Carolus quoque Rex Galliarum Pio promiserat, se armis, & viribus prouinciã Auenionensem ab iniurijs, & impetu Hugonotarum defensurũ litteris datis iij. Idus Martij anno 1565. in quibus Cardinalem Borbonium Christianissimum nuncupat.

Grassante inter Regem, Principem Condensem, & alios consanguineos de fide Catholica malè sentientes bello, Carolus acerrimus fidei propugnator, sic effecit, vt nonnulli cum Rege conciliati, dimissa falsa religione, & vera reaccepta, à Gregorio XIII. in Catholicæ Ecclesiæ sinu accepti, absoluti, & dispensatione, vt arctius propter hanc reconciliationem, in matrimonij vinculo colligarentur, donati sunt: sed scelestorum hominum crimina nõ permiserunt, res in eo statu, in quo eas Cardinalis posuerat, diutius conseruari: mortuo quippe Carolo IX. & in regnũ fratre suffecto tũc Poloniæ Rege, paulatim se Hæreticorum magis, quàm Catholicorum fauore demonstrante, Carolus Cardinalis vt religiosissimus, & sanguinis nobilitate regni Princeps, quo Catholica Romana religio cõseruaretur, hæreticis extirparetur, & Christianissimus Regi successor eligeretur, cum alijs Galliarum Principibus Catholicis, præsertim Lotharingijs, & Guisij, cum Romano Pontifice, Philippo II. Hispaniarum Rege, Duce Sabaudiarum, alijsque Italiæ Principibus coniunctus; quæ *Sacra Lega* vulgò dicta est; & cuius ipse Carolus anno 1587. 16. Kalendas Augusti Princeps declaratus est.

A Pontifice Pio V. demandata Cardinali prouincia de bonis Ecclesiasticis immobilibus alienandis ad summam centum quinquaginta millium francorum quotannis ascendentiũ pro subuentione imminentium necessitatũ religioni, Regi, & regno; contra Hæreticos, & Sectarios male de religione Catholica sentientes Principes.

Cæterum sub finem vitæ Borbonius hic Cardinalis, vt erat ingenio facili, à Fœderatis specioso primi regij sanguinis Principis, ac regni hæredis titulo delusus, congressu habito apud Ioinuillam anno 1584. in eorum partes adductus, palam protestatur se legitimum regni hæredem, excluso videlicet Nauarro tum ob hæresim, tum ob proximiorum consanguinitatis gradum, vt præsumebat, quo patruus fratris filio præferri deberet. Qua de re scripti eo tempore vtrinque contrarij libelli has molitiones clandestinas, & contra regiam auctoritatem Henrici edictò generali prohibens. Demum Carolus scriptum publicauit Peronæ anno sequenti, quo inter alia questus est, Rege nullos ex se genitos liberos habente, vt qui etiã à Catholica religione defecisset, ea propter se primũ regiarum stirpis Principem, ad quem iura regni proximè pertinerent. Alia declaratione confestim Rex ab obiectis sese purgavit. Inde verò ab Hærico proximi agnati iuribus ornatus ad comitiã Blensia accessit, vbi post Guisiorum necem, comprehen-

sus in arce Chionia primũ, deinde Fontenaij Pictonum custodia committitur: frustra summo Pontifice Regem exorante, ac etiam sub excommunicationis pœna monente, vt dimitteret. Verũ post aliquot menses à morte Henrici III. Fœderatorum ludibrio Rex declaratur ann. 1589. Carolus X. nuncupatus; cuius nomine moneta, aurea, argenteaq; in primarijs Fracię urbibus cusa est.

At ætate grauis, & à procellis, quibus regnum tunc agitabatur, perturbatus, priusquam carceris libertate donaretur, in castro Fontaneti nuncupato inter Pictones, stranguiri dolore, quem calculus generat, liber ex hoc corporis ergastulo excessit, non die 2. Maij, sed die Martis 8. Idus Iunij, seu, vt alij volunt, die Mercurij nona Maij anno Christi 1590. Pontificatus Sixti V. sexto, ætatis septuagesimo; paulò ante mortem in illas D. Pauli voces erupit: *Non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Cuius corpus in Normandia Gallioni in Carthusinensium Templo ab ipso ædificato, sepulturæ demandatum est, sine vlla sepulchrali inscriptione: cor verò ipsius, & viscera in suburbij Fontaneti reposita in arde S. Nicolao sacra. Fuit Borbonius, vt asserit Thuanus, liberalis, & ad Mathematicorum prædictiones nimia credulitate pronior, qui spem regni adeo certam sibi fecerat, vt ab ea nunquam diuelli potuerit.

Construxerat domum Professam Patribus Societatis Iesu Lutetiarum in S. Antonij vico circa annum 1580. quibus suam quoque largitus est locupletem Bibliothecam, eisdemque Rothomagum induxit. Apparuit verò ipsius munificentiã regia in Carthusia Gallionensi, à se ædificata, & dotata, cuius Ecclesiam consecrauit Palatium San-germanum in suburbij Parisiensibus exædificauit miro artificio.

Pius IV. Cardinalem adhuc iuuenem à probitate vitæ laudauit: Ioannes Franciscus à Gambara extulit eum à pietate, & religione in publico Consistorio; & Cardinalis Alexander Farnesius, Cardinalem Borbonium quasi aurum in igne probatum significauit, qui inter insanissimos Hæreticorum tumultus, tanquam rosa inter spinas Catholicam fidem singulari studio factam testam pro aris defenderat: demum suæ vitæ descriptorem habuit Iacobum Burlium monachum Benedictinum D. Germani Parisiensis: & Ianus Vitalis de illo, cum Cardinalis tituli S. Sixti esset, hæc scripsit.

Qui monumenta tua numeret sublimia Gentis,

Et Regias origines.

Ille idem Oceani fluctus numerabit, & idem

Messes feracis Africa.

Tu verò ipse tuis ornatus dotibus, illas

Auges amœne CAROLE,

Haec tibi sunt laudes, mentis tu munere diues

Caduca temnis corporis.

Nanque vbi sit virtus animi Regina beati,

Fortuna seruit impotens.

Insidias non illa tibi, pedicæque latentes

Nec tendet vlla retia

Corpore libereris, quoniam mens libera viuit

Pestes fugans libidinum:

Huic Cardinali Iacobus Billius S. Michaëlis in Eremo Cœnobiarcha, S. Ioannis Damasceni opera inscripsit; & in epistola nuncupatoria, hæc de illo habet.

Multa enim in te pijs omnes animaduertunt, in quibus ad præclarissimi viri similitudinem, & laudem proximè accedas. Quid enim? an non ipse quoque dexteram tuam manum, quæ tibi scandalum afferebat, abscidisti, atque à te proiecisti, cum scilicet ijs, quorum tibi ardentissimum amorem ipsa quoque natura in intimis visceribus, ac medullis infixerat, quam Deo carere maluisti, nec committendum putasti, & carni, & sanguini, plus apud te virum esset, quam ei, qui non modo supra carnem, & sanguinem, sed supra etiam animam amandus, & expetendus est? an non in illo memorabili superioris anni facinore, oculum etiam tibi ipsi eruisisti, cum Rothomagi, te presente lupus funestissimi edicti fiducia fretus, in tuam, imò in Domini tui ouile liberè grassaretur, ac tibi Regis indignatio, quam mortis nuncium esse sapiens pronuntiat, & amquam fortis armatus occurreret? fortem enim illum superueniens fortior alligauit, zelus nimirum domus Dei, quo tum animus tuus ita repente conflagrauit, vt omni offensionis regia metu propulsato, statim in latibulum illud, in quo immanis illa fera prædas agebat, te conferres, illicque ad errantes ouiculas eam ex tempore orationem haberes, quæ doctissimorum hominum, qui tecum aderant, iudicio, non tam ex te manare, quam à spiritus illius vehementis, quo petra conterunt, afflatu, atque instinctu proficisci videretur. Quod si Damasceno summa laudi ducendum est, publicorum negotiorum curam, & administrationem abiicisse, vt diuinarum rerum contemplationi se totum addiceret; non multo inferiore laudem is meretur, qui in altissimo dignitatis gradu collocatus, inter negotia otium sibi facit, nihilque magis in votis habet, quam vt ex aulicorum tumultuum undis, si Ecclesiæ utilitas ita postulet, in tranquillitatis portum sese afferat. Neque enim gratia, & auctoritate in aula florere, summam felicitatem, ut multi solent, sed vincula, sed compedes, ac spaciosum carcerem, esse arbitraris, quid quod ita in aula degis, vt tamen nihil aulicum, hoc


est nihil videri, nihil subdolui, in te mortales conspiciant. Iam si monasteria vna, qua amplissimis opibus praesunt, sanctissimisque colunt Damascenus, ingenium et laudem conciliat, quis iam iniquis rerum astimator erit, qui non te summis laudibus efferendum putet, cuius opera, & contentione sepe perfectum est, ut complures huiusmodi homines ea, nullo suo labore, nullo sumptu, nulla temporis mora consecuti sint, qua nisi tuus fauor accessisset, nunquam obtinere potuissent? Vi enim olim tabernacula velis ex bysso, & cocco, & hyacinto contextis, hoc elicere vela, & pelles externe praestabent, ut ventorum, atque imbrum vim, & puluerem ab ipsis arcerent, eodem modo, quod pietatis colenda studio deuoti homines spiritualibus delicijs sine ulla strepitu fruuntur, securiq; ut D. Gregorijs verbis utar, sintis ma penetrant, ex suo per sepe aduentu est, qui aduersus huiusmodi procellas, exterius laboras. His Patronam, his optimum parentem te praebes: his praesidijs, his sacra antheba, his portus loco es. His non modo domus tua, sed etiam aures tua patens. His etiam Tempia, his domos maxime sumptibus exornas. Hoc demum in eos animo es, ut nihil ipsorum causa facere queas, quo voluntas tua expleri possit.

Pauli IV. Conclauis ex Frizonio affuit, obtinuitque à Paulo iam renunciato summo Pontifice, ut in Consistorio, alijsque publicis, & priuatis actibus post Tiberium Crispum Presb. Card. S. Agathe locum haberet. Emblema Caroli duo rami e lauro intertexti cum hoc lemmate Davidico: ET FOLIUM EIVS NON DEFLVET. Numisma etiam eiusdem vidi cum nomine, & epigrapha: CVIQ; SVVM. Caterum Borbonij Vindocinensis scutum non illud, quod olim Ciaconius, sed quale nos supra expressimus; videlicet tribus lilijs aureis 2. & 1. muricata clabula utroque angulo pertingente, tribus leonibus argenteis impressa exaratum.

DUODECIMA CARDINALIVM CREATIO

Die 8. Aprilis anno 1549. Paulus III. Romanus Pontifex quatuor Cardinalium Collegio adscripsit, qui fuerunt.

Ciaconius Cabrera Panuinius Petramell. Andr. Vi-storell. in Adit. ad Ciaconij. Felix Cö-telori. in Eleucho. Io: Bapt. Adrian. in Histor. Sfortia. Card. Pal-laucio. in Hist. Cöc. Trid. Ferdin. Vghell. in Ital. sacra. Aubery in Vita. Angel Por-tenarus in Hist. Parm. can.



LXVIII.
HIERONYMVS Verrallus Romanus, Ioannis Baptiste Verralli, & Iulij fororis Dominici Iacobati Cardinalis, filius, natus anno 1500. vbi excessit ex ephelis, literis operam dedit praecipue Iuris vtriusq; prudentia: in qua multum profecit. Ob cuius singularem in ea excellentiam, cum antea vtriusq; Signaturę Referendarius esset, Episcopus Fori Triuentorum, Bertinorum vocat, primò anno 1540. ipsoque anno Calertanus, ac sacre Romę Rotę Locumtenens, postea perpetuus Administrator Archiepiscopus Rossanensis electus est: Episcopus quoque ex Contelorio praefuit Ecclesię Caputaquensis. Hic Venetis sedis Apostolica Nuncijs munus agens anno 1536. sub Paulo Papa III. cum ad eius pedes tanquam Legati Apostolici, procidentes septem primi focij S. Ignatij Loiolaę Societatis Iesu fundatoris, voluntariam paupertatem professi fuissent, eisdem sacris iniitauit; atq; eundem Ignatium postea, ac socios à multis criminationibus contra ipsos ea in Vrbe falso, iniquorum opera in vulgus sparsis, nec non etiam ad eundem Legatum delatis, veritate comperta, honorifice absoluit. Hinc Romam reuersus iteru eiusdem sedis Episcopus, ab eodem Moroni Episcopi Mutinensis, postea Cardinalis; & paulo post ad Carolum V. Imperatorem religionis ergo Internuncijs missus, tantarum virtutum, ac susceptorum laborum praemiũ ab eodem Paulo, non in decimaquarta, sed in duodecima Cardinalium promotione vj. Idus Aprilis anni 1549. habita. Presbyter Cardinalis tit. S. Martini in montibus, alijs Equitij renunciatus est.

A Iulio III. Pontifice Legatus mittitur ad Henricum Gallorum Regem, ut finem bello Parmensi, ac Mirandulano apud eum, & principium paci imponeret; habuitque in hac legatione libellis signandis praepositum Ioannem Baptistam Castaneum nepotem suum, virum sane magnę expectationis, qui Archiepiscopus Rossanensis ipso Cardinale postea renunciente à Gregorio XIII. Cardinalis creatus, in Pontificatu Sixto V. Urbanus VII. successit. Peracta legatione Romam Hieronymus reuertitur, ibique è Presbytero S. Martini in montibus factus Presbyter tituli S. Marcelli, ac Signaturę Praefectus, è terrestri ad caelestem patriam migravit. Obijt Romę anno Domini 1555. ætatis verò 55. Pontificatus Pauli IV. primo, 5. Idus Octobris, sepelitur in S. Augustini Templo apud Eremitanos cum hac sepulchrali inscriptione.

D. O. M.
HIERONYMO VERRALLO ROMANO A PAVLO III. ROMANA PVRPVRA DONATO QVEM LOCVM ET MERVIT AD CAROLVM V. IMPERATOREM IN GERMANIA NVNCIVS DECRETO IN TVRCAS BELLO AC RELIGIONE STRENVB PROCVRATA ET SVSTINVT AD HENRICVM II. GALL. REGEM LEGATVM PARMENSI BELLO FELICITER COMPOSITO ET AMPLIFICAVIT VRBANI VII. SOBRINO ALVMMOQVE SVO AD CHRISTIANÆ REIP. REGIMEN DOMESTICA INSTITVTIONE PERFECTO OBIIT AN. DOM. MDLV. ÆTATIS SVÆ LV.

Ianus Vitalis gentilitiam huius Cardinalis tesseram poetico more delineant his versibus.

*Hac VERRALLE Caput, qua supra mibila tollit.
Et tibi fert castas plantas pudica Rosas.
Illa dum incultis clangit horrida ramis
Non equi metuens frigora iniqua Ionis
Mox proprio assurgens sensim rediit in vigore
Explicat intransas ambrosiosa comas
Illam aura recreant hilares, Sol respicit illam:
Terre illam lentum fertilis vber alit.
Sic, & in immensum verum pulcherrima, & omnes
Nobilis Hylaeos vincunt odore Indicas.
Hac qua nunc Veneris humanos rosasat ignes,
Tempus erit, sanctum cum ferret alma Ionem.*

Interfuit Comitij, in quibus renunciati Romani Pontifices Iulius III. Marcellus II. & Paulus IV. & ad hanc Petrus Aretinus litteras dedit.

LXIX.

IOANNES Angelus ex Medicea nobili, & antiqua familia Mediolani inter Infubres anno salutis 1499. pridie Kalendas Aprilis sanctissimo Paschatis die natus patrem habuit Bernardinũ, matrem Cecilia Sordelloniam, mulierem honestissimam, ac nobilissimam; cum in cunis esset, prodigium, futurum Principatum praedixit. Per noctem ex improviso in cubiculo Ioannis Angeli flamma apparuit, quæ

cum diu per idem cubiculum errasset, se ipsa lucernam iam diu restinctam, ardentem nutrice admirante, reddidit.

Adolescens Ticini, & Bononię Philosophię studijs sub Carolo Ruini V. I. Consultissimi disciplina totum se addixit, vbi Doctoratus lauream consecutus, in patriam reuersus, non modo magnas controuersias inter Principes ciuitatis exortas, cum illum communi consensu causa Iudicem constituisent, sapientissimè diremit, verum etiam sedatis inter Francicum Sfortiam Mediolani Ducem, & Ioannem Iacobum fratrem suum discordijs, pacem ciuibus suis inperantibus restituit. Romam profectus anno Domini 1527. 8. Kalendas Ianuarij eadem circiter hora, & die primũ ingressus est, quibus trigesimo tertio anno post Romam Pontificatum obtinuit. Sub Clemente VII. Protototarius Apostolicus, sub Paulo III. Atculanę, Tiphernatis, Anconitanę, aliarumque Ecclesiasticę ditionis ciuitatum Gubernator, deinde in Pannonia semel, & iterum Ecclesiasticę exercitus contra Turcas, & Lutheranos Quæstor, Commissarium vocat, à quo postea Ragusinus Archiepiscopus, Bononię Prolegatus, Perusie Moderator, ac tandem Presbyter Cardinalis titulo S. Pudentianę, alijs Pastoris primò, mox S. Anastasię, ac S. Stephani in Caelio monte, demum ex aliquibus S. Priscę absens renunciatus est. A Iulio III. Romanodiolę, & Ecclesiasticarum copiarum Legatus, Episcopus Castellanis in Calabria, Gratia, & Iustitiae Praefectus: à Paulo IV. Fulginatensis Episcopus nominatus, anno salutis 1556. Ecclesiam illam innumeris beneficijs auxit, & ornauit, quam postea Iohanni Antonio Sordellonio nepoti suo resignauit.

Cum Cardinalis Pisanus natali suo nobile conuiuium Cardinalibus Collegij in ædibus ad S. Marcum apparatusset, Syluium Antonium puerum vndecim annos natum, indolis egregiæ, fidibus scitè ludentem, nouum Orpheum, liquidæ vocis dono aures animosque magnorum virorum demulcentem accersit. Is cum singulorum Cardinalium laudes Italico sermone versibus octonis ad-

Ciaconius Panuinius Petramell. Io: Cast. lo in Vit. Silij Antonij Ab. Strada. in Prod. Filice. in Eior. m. Lud. Iacob. in Ca. real. Praef. Fulginat. Andr. Vi-storell. in Adit. ad Ciaconij. Ferdin. Vghell. in Adit. ad Ciaconij. in Ital. sic. Felix Con-telori. in Eleucho. Aubery in Vita.

lyram canendo recensisset, iussus est à Cardinali Farnesio florum fasciculum ei Cardinali reddere, quem Romanum Pontificem aliquando futurum putaret, Ioanni Angelo Mediceo Cardinali puer modestissimos flores dedit; octonisque versibus summum illi Pontificatum quasi vaticinans prænunciavit. Rem narrat Iosephus Castalio in Vita Syluij, & Famianus Strada Societatis Iesu eruditus, & cultus auctor in Prolusionibus Academicis. Christophorus Madrucius Cardinalis Tridentinus collum vaticinantis pueri aureo torque exornauit. Ioannes Angelus vir doctus ad bonas disciplinas excitandas, & ornandas laudabili propensione ferebatur.

Ianus Vitalis poetico cultu munera, quæ exercuit recenset, & his versibus.

*Iure sacrosancto numeratur in ordine Patrum
Hic insulatus ANGELVS,
Qui belli ingentes moderatur fortiter ausus,
Sanctæque pacis fœdera;
Cui viget insignis sacrarum gloria legum,
Et sancta honesti regula.
Candidius nihil est illo, incorruptior illo est
Nihil, nihilque fortius,
Et licet ipse suos quesierit auctor honores,
Inuictus alter Hercules.
Huc etiam accedit laus ornatiſſima gentis,
Domesticæque sanguinis,
Cuius honor latè Italiam complectitur omnem,
Et exteras prouincias.
Non minor ipse tamen cunctis maioribus, omnes
Fines tuetur proprias.
Hic est Roma tibi victoris imago Luculli,
Et equi imago Scauole.*

Mortuo Paulo IV. in Apostolica Sede collocatus, dictus est Pius IV. plura de illo infra.

LXX.

PHILIBERTVS Ferrerius Vercellensis, Ioannis Stephani, & Bonifacij Ferrerij amplissimorum Cardinalium nepos; Petri Francisci Cardinalis frater germanus; Guidonis Ferrerij Cardinalis patruus; Gaufredi Burdelani Marchionis filius; optima indole, morum candore, liberalium artium cognitione, & genere clarus ex Episcopo Eboresiedensi inter Presbyteros Cardinales titulo S. Vitalis, alijs Vesting

cooptatur, & Cardinalis Eboresiedensis nuncupatur. Paucis tamen tantum mensibus purpuram induit; nam eodem anno hora quarta noctis ante diem Martis 14. Augusti, hoc est post quatuor menses, & sex dies, quo ad purpuram vocatus fuerat, Romæ immatura morte eripitur, & sepulturæ ad tempus datur in Ecclesia S. Mariæ de Pace; inde Biellam ossa translata, condita in Ecclesia principis in sepulchro maiorum suorum. Rexit Abbas Cœnobii Clusinum; & S. Benigni; Fructuariense, ac S. Stephani Eporediense; ac pro sede Apostolica legationis munere functus est ante purpuram apud Carolum Sabaudiz Ducem.

LXXI.

BERNARDINVS Maffæus nobilis Romanus, illustribus parentibus, Hieronymo Maffæo, & Antonia, seu Antonina Matthæia anno nostræ salutis 1514. ortus; à iuuentute bonarum artium diligens cultor, breui temporis spatio vir omnium scientiarum genere instructissimus, lepidusque Poëta, facundus Rector, Historicus verax, ac Antiquitatum exquisitus indagator euasit. His,

alijsque virtutibus præditus præstantiores Academias inuisens, doctissimorum hominum vbiq; consuetudinem, & colloquium frequentans, apud illos eruditos viros, & eruditionis patronos magnopere fuit in pretio. Huius eloquentia illectus Paulus III. Alexandro Farnesio Cardinali nepoti primum, mox suum à secretis illum instituit: ac paulo post Vaticanæ Basilicæ Canonicum, Maffæum, ac Populoniensem Episcopum, cedente Farnesio, renun-

ciavit; quam Ecclesiam Michaëli Siliuo Cardinali Vifenti, ipse ad Theatinam Archiepiscopalem sedem translatus, liberè cessit. Tandem virtutum, fidei, morumq; fauore, Casertanensi Sacerdotio auctus, ad purpuram annum nondum attingens trigessimum, quintum euectus, conceptæ à summis viris de se prudentiæ, ac virtuti abundè satisfecit. Cum doctrina enim semper pietatem coniunxit, modestiam, temperantiam, ac mansuetudinem vsque ad supremum spiritum perpetuò coluit. Præfuit Presbyter Cardinalis Ecclesiæ S. Cyriaci in Thermis: arctissimo necessitudinis vinculo coniunctus fuit cum S. Ignatio Societatis Iesu fundatore, eique, cum Pontifici ab epistolis esset, opem tulit ad excludendas à Societate Ecclesiasticas dignitates; non quod dignitatis gradus, ac tituli ipsi per se mali, atque improbandi sint; quippe ad Ecclesiam regendam, & ordinum discrimina retinenda inducti diuinitus, sed quod à minimæ Societatis Iesu instituto alieni esse viderentur.

Annibal Carus, Manutius, alijsque eiusdem notæ Auctores mirificè Maffæum laudant; & eius reconditam doctrinam, & eruditionem non semel prædicant. Plura eruditionis suæ posteris monumenta reliquit, quæ partim excussa, partim manuscripta reperitur. Scripsit itaque in Ciceronis Epistolas Commentaria. Elegantem historiam de Inscriptionibus, & Imaginibus antiquorum numismatum. Orationes qualdam. Epistolas multas.

Bernardino Maffæo litteras dedit congratulatorias pro adepta purpura Paulus Sadoletus, Iacobi Cardinalis Sadoleti nepos, & Petrus Victorius; interfuit Comitij Pôtificij, in quibus renūciatus summus Pontifex Iulius huius nominis Tertius; sub quo clarissimus iste vir anno salutis 1553. ætatis quadragesimo, xvij. Kalendas Augusti obiit; sepultus in sacello Maffæorum ad S. Mariam supra Mineruam, hoc epitaphio insculpto.

D. O. M.
BERNARDINO HIERONYMI FILIO MAFFÆO
S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI
TITVLI S. CYRIACI IN THERMIS.
VIXIT ANNOS XXXIX. MENSES V. DIES XX.
OBIIT XVII. KAL. AVGVSTI MDLIII.

Pergratus Iulio III. fuit; quare Marcellus Ceruinus Cardinalis sanctæ Crucis in morte Cardinalis Maffæi eidem litteras consolatorias scripsit. Virum hunc eximium, & magnis in Christi Ecclesiam meritis Cardinalitiam dignitatem adeptum, quem Iulius III. summus Pontifex ad Octauium Farnesium pro pace legauit. Laudatus Manutius in præfatione ad librum de Legibus; & ad Marcellum Ceruinum eloquentissimum Ioannes Pierius Valerianus inscribens ei librum xv. Hieroglyphicorum, adolescentiam eius laudatissimam, ingenium sanctissimum, eruditionem summam habuisse dixere. Cardinalem S. Cyriaci in Thermis, Ianus Vitalis hoc carmine est allocutus.

*Tu licet ingenti fortuna utaris, & idem
Virtutis amplo munere;
Non tamen aquasti totidem MAFFÆE tenores
Virtutis, & potentie,
Plus habet illustri Virtus tibi muneris in te
Modestia, quam potentia.
Tempus erit trutinæ cum vis pendetur eadem
Virtutis, & potentie:
Virtutem æquabis cognata potentia, & isdem
Claudentur ambæ terminis,
Alteræ in alterius requiescet pectore, & ambæ
In te manebunt sedule.
Alteræ te sanctum, tibi consulat altera sancto
Cunctis in actionibus.
Hunc tantum dictum volui caput illud, & illud
De te vir omnis gloriæ,
Ne laberytheis ambagibus implicer, omnes
Ambire adactus angulos.
Quasque tibi dotes libo nunc corporis, olim
Mentis loquentur secula.*

De Maffæorum laudibus, & origine scripsit Ioannes Nicolaus Commentariū, quod m. s. se vidisse apud Mariam Maffæum Principis Apostolorum Basilicæ Canonicum, Cardinalis huius pronepotem Ferdinandus Vghellius affirmat.

Duos in vltima promotione Cardinales in pectore referuauit Paulus, quos in Congregatione Cardinalium, habita in Pontificio cubiculo ad preces Alexandri Cardinalis Farnesij, morti iam proximus declarare recusauit. Ideoque Bernardini de Cruce litteræ quas sub plumbo de Cardinalatu obtinuerat, expediri, in prima post obitum Pontificis Cardinalium Congregatione fuerunt laceratæ.

VICE CANCELLARIIS. R. E.
sub Paulo Papa III.

Hippolytus Medices Florentinus, Diaconus Cardinalis S. Laurentij in Damaso anno Pontificatus primo.

Alexander Farnesius Romanus, Diaconus Cardinalis S. Laurentij in Damaso ab anno primo, vsque ad finem Pontificatus.

Ciacomus Filiucc. in Elog. m. s. Andr. Vistorell. & Ferdin. Vghell. in Addit. ad Ciacomus. Franc. Augustin. ab Eccles. in Hist. Pede montana. Aubery in Vita. Felix Conzelonius in Elencho. Panunius Fræ. Saponino de fam. Ital.

Ciacomus Filiucc. in Elog. m. s. Andr. Vistorell. in Addit. ad Ciacomus. Io. Petrus Maffæus in Vita. S. Ignatij. Fræ. Mar. Turnig. in Crypt. Vat. Franc. Sacchin. in Hist. Soc. I. Felix Conzelonius in Elencho. Aubery in Vita. Sionia. Card. Palauca. in Historia. Cœ. Trid.

CARDINALES MORTVI
sub eodem Pontifice.

Ioannes Fischerius Anglus, Presbyter Cardinalis S. Vitalis, obiit die 22. Iulij anni 1535.
 Antonius de Prato Gallus, Presbyter Cardinalis S. Anastasie, die 9. Iulij anno eodem 1535.
 Stephanus Gabriel Merinus Hispanus, Presbyter Card. S. Vitalis, postea S. S. Ioannis, & Pauli, die 28. Iulij, seu mense Augusti eiusdem anni 1535.
 Hippolytus Medices Florentinus, Presb. Card. S. Praxedis, postea S. Laurentij in Damaso, die 5. seu 13. Augusti anni item 1535.
 Sigismundus Pappacoda Neapolit. S. R. E. Card. anno 1536.
 Dauid Betonius Scotus, Presbyter Cardinalis S. Stephani in Caelio monte, die 28. vel 29. Maij anni 1536. seu 1537.
 Rodericus Borgia Hispanus, Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano, mense Iulij anni 1537.
 Paulus Æmiliius Cæsius Romanus, Diaconus Cardinalis S. Nicolai inter Imagines primò, deinde S. Eustachij, die 5. Augusti anno eodem 1537.
 Fr. Nicolaus à Scomberg Germanus, ordinis Prædicatorum, Presbyter Card. S. Sixti die 9. Septembris anni 1535. seu 1537.
 Augustinus Spinula Sauonenfis, Presbyter Cardinalis S. Gyraci in Thermis, die 18. Octobris anno eodem 1537.
 Ioannes Picolomineus Senensis, Presb. Card. S. Sabinæ, postea S. Balbinæ, ac Episc. Albanen. Prænestin. Portuen. & Ostiensis, ac sacri Collegij Decanus, die 21. Nouembris anni eiusdem 1537.
 Ludouicus de Gorreudo Sabaudus, Presbyter Card. S. Cæsarij in Palatio, anno 1536. seu 1537.
 Marinus Caracciolus Neapolitanus, Diaconus Card. S. Mariæ in Aquiro, die 28. Ianuarij anno 1538.
 Herardus de la Marka Germanus, Presbyter Card. S. Chrylogoni, die 16. Februarij anno eodem 1538.
 Alphonfus Manricus Hispanus, Presb. Card. SS. XII. Apostolorum, postea S. Callisti, circa mensem Octob. eiusdem anni 1538.
 Ennecus de Mendoca, & Strunica Hispanus, Diaconus Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano, mense Maij, vel Iulij anno 1539.
 Bernardus Clesius Germanus, Presbyter Cardinalis S. Stephani in Caelio monte, die 28. Iulij anno eodem 1539.
 Laurentius Campegius Bononiensis, Presbyter Card. S. Thomæ in Patione primò, tum S. Mariæ Transtiberim, postea Episcopus Albanensis, Sabinus, & Prænestinus, die 19. seu 25. Augusti anni item 1539.
 Iacobus Simonetta Mediolanensis, Presb. Cardinalis S. Cyriaci, mox S. Apollinaris, die prima Nouembris anni eiusdem 1539.
 Alphonfus Infans Portugallie Regis filius, Diaconus Cardinalis S. Lucie in Septifolio, die 23. Aprilis 1540.
 Mathæus Langius Germanus, Diaconus Cardinalis S. Angeli, postea Presbyter eiusdem Ecclesie, & Episcopus Albanus, die 30. Maij anno 1540.
 Carolus de Hemard Gallus, Presbyter Cardinalis S. Matthæi in Merulana, die 23. Augusti anno pariter 1540.
 Henricus Borgia Valentinus, Diaconus Cardinalis SS. Nerei, & Achillei, die 16. Septembris anni eiusdem 1540.
 Petrus Sarmiento Hispanus, Presbyter Cardinalis S. S. XII. Apostolorum, die 7. Octobris anno eodem 1540.
 Ennecus Manricus Hispanus, Presbyter Cardinalis SS. Ioannis, & Pauli, eodem die, & anno, scilicet die 7. Octobris anni 1540.
 Christophorus Iacobatius Romanus, Presb. Card. S. Anastasie eodem item die, & anno, die videlicet 7. Octobris anno 1540.
 Fr. Franciscus Quignones Hispanus, Presbyter Card. S. Crucis in Hierusalem, die 27. Octobris anno eodem 1540.
 Franciscus Guillelmus de Claromonte Gallus, Presbyter Card. S. Hadriani, tum S. Stephani in Caelio monte, postea Episcopus Tusculanus, & sacri Collegij Decanus, anno item 1540. seu 1541.
 Hieronymus Ghinuccius Senensis, Presb. Card. SS. Ioannis, & Pauli, postea S. Mariæ in Porticu, die 23. Iulij anno 1541.
 Ioannes Vincentius Carrafa Neapolitanus, Presb. Card. S. Pudencianæ, tum S. Priscæ, ac S. Mariæ Transtiberim, postea Episcopus Prænestinus, die 28. Septembris anni item 1541.
 Hieronymus Alexander Cenerensis, Presbyter Cardinalis sancti Chrylogoni, die prima Februarij anno 1542.
 Alexander Cæfarinus Romanus, Diaconus Cardinalis SS. Sergij, & Bacchi, postea S. Mariæ in Via lata, mox Episcopus Alba-


nus, & Prænestinus, die 13. Februarij anno 1542.
 Gaspar Contarenus Venetus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Aquiro primò, mox Presbyter S. Vitalis, S. Apollinaris, & S. Praxedis, die prima Septembris anno eodem 1542.
 Fr. Dionysius Laurerius Beneuentanus, ordinis Seruorum, B. Virg. Presb. Card. S. Marcelli, die 17. Septembris anni ite 1542.
 Bonifacius Ferrerius Vercellenfis, Presb. Cardinalis S. Nerei, & Achillei, postea Episcopus Portuensis, die 2. Ianuarij anno 1543.
 Ioannes le Veneur Gallus, Presbyter Cardinalis S. Bartholomæi in Insula, die 7. Augusti anno eodem 1543.
 Antonius Sanleuerinas Neapolitanus, Presb. Card. S. Sufannæ, postea S. Apollinaris, tum S. Mariæ Transtiberim, demum Episcopus Prænestinus, & Portuensis, die 16. Augusti anni item 1543.
 Franciscus Cornelius Venetus, Presbyter Cardinalis S. Pancratij, postea S. Cæcilie, S. Praxedis, S. Mariæ Transtiberim, demum Episcopus Albanensis, & Prænestinus, die 27. Septembris, seu prima Octobris anni eiusdem 1543.
 Hieronymus Grimaldus Genuensis, Diaconus Cardin. S. Georgij ad Velum aureum, die 27. Nouembris anno item 1543.
 Petrus de la Baume Gallus, Presbyter Cardinalis S. S. Ioannis, & Pauli, die 4. Maij anno 1544.
 Antonius Puccius Florentinus, Presbyter Cardinalis SS. Quatuor Coronatorum primò, mox S. Mariæ Transtiberim, postea Episcopus Cardinalis Sabinus, Albanensis, & Portuensis, die 14. Octobris anno 1544.
 Ioannes de Taura de Pardo Hispanus, Presb. Card. S. Ioannis ante portam Latinam, postea SS. XII. Apostolorum, die prima Augusti, seu 29. Septembris anno 1545.
 Albertus Marchio Brandeburgensis, Presbyter Card. S. Chrylogoni, postea S. Petri ad Vincula, die 24. Sept. anno eodem 1545.
 Gaspar de Auolos Hispanus, Presbyter Cardinalis, die 2. Nouembris, anni item 1545.
 Fr. Garcias Loayfa Hispanus, ordinis Prædicatorum, Presbyter Cardinalis S. Sufannæ, die 22. Aprilis anno 1546.
 Marinus Grimanus Venetus, Presb. Card. S. Vitalis, postea Episcopus Portuensis, & S. Rufinæ, die 28. Octob. eiusd. anni 1546.
 Robertus Puccius Florentinus, Presbyter Cardinalis S. S. Quatuor Coronatorum primò, deinde SS. Nerei, & Achillei, die 16. seu 17. Ianuarij anno 1547.
 Petrus Bembus Venetus, Presbyter Cardinalis S. Chrylogoni, tum S. Clementis, die 18. Ianuarij, anno eodem 1547.
 Nicolaus Ardinghellus Florentinus, Presbyter Cardinalis S. Apollinaris, die 23. Augusti anni item 1547.
 Mag. Fr. Thomas Badia Mutinensis, ordinis Prædicatorum, Presbyter Cardinalis S. Syluestri in Campo Martio, die 6. Septembris eiusdem anni 1547.
 Iacobus Sadoletus Mutinensis, Presb. Card. S. Balbinæ, postea S. Petri ad Vincula, die 18. Octobris, anno pariter 1547.
 Augustinus Triuultius Mediolanensis, Diaconus Cardinalis S. Hadriani, die 20. vel 30. Martij anno 1548.
 Gregorius Cortesius Mutinensis, monachus S. Benedicti, Presb. Card. S. Cyriaci in Thermis, die 27. Septembris anno eod. 1548.
 Vbertus Gambaro Brixienfis, Presbyter Cardinalis S. Apollinaris, mox S. Chrylogoni, S. S. Syluestri, & Martini in montibus, die 14. Februarij anno 1549.
 Alcanius Parisianus Tolentinus, Presbyter Cardinalis S. Pudencianæ, die 3. Aprilis eiusdem anni 1549.
 Petrus Paulus Parisius Calaber, Presbyter Cardinalis S. Balbinæ, die 9. Maij anni 1549.
 Philibertus Ferrerius Vercellenfis, Presbyter Cardinalis S. Vitalis, die 14. Augusti anno eodem 1549.
 Bartholomæus Guidiccione Lucensis, Presbyter Cardinalis S. Cæsarij in Palatio, postea S. Priscæ, die 28. Augusti, vel 4. Nouembris anni 1549.
 Benedictus Accoltus Aretinus, Presbyter Cardinalis S. Eusebij, die 21. Septembris anno pariter 1549.

CARDINALES MORTVI IN SEDE VACANTE
post obitum Pauli III.

Ennius Philonardus Romanus, Presbyter Cardinalis S. Angeli, postea Episcopus Albanus, die 19. Decembris anni 1549.
 Nicolaus Rodolphus Florentinus, Diaconus Cardinalis SS. Vitalis, & Modesti, postea S. Mariæ in Cosmedin, tum S. Mariæ in Via lata, die prima Februarij anno 1550.



IVLIVS III. PONTIFEX. CCXXV.
ANNO DOMINI MDL.



VPREMA Pauli III. morientis vox ad Cardinales ea fuisse dicitur, vt optimum legerent, qui cū totius Ecclesie vtilitate, in tanta Pontificie dignitatis amplitudine sibi succederet. Ergo post Nouemdiaia mortui Pontificis, celebrata, quæ die 13. Decembris, cœpta fuerant; Missa de Spiritu sancto à Cardinale Portuencantata, in Vaticano palatio ad Comitua Patres ingressi, à die 29. No-

uembris, vsque ad 7. Februarij, mutuis altercationibus, non sine Ecclesie detrimento, in nouo creando Pontifice dissenserunt. At post summas animorum distractiones, præter omnium expectationem, communibus Cardinalium suffragijs, Ioannes Maria de Monte, Episcopus Card. Prænestinus, qui maximum iustitiae, integritatis, diligentie, bonitatisq; specimen semper præbuerat, vj. Idus Februarij, circa horam noctis tertiam, anni 1550. Pontifex Maximus electus fuit. Qui à Ioanne Dominico de Cupis Collegij Decano interrogatus, quo nomine vocari, placeret, benignè respondit, licet id non nisi altera die mane, quum populo foret publicandum, dici soleret, se tamen libenter eis statim velle aperire. Sibi esse in animo, ob gratam maximi Pontificis, & de Ecclesia Romana benemeriti, Iulij II. memoriam (à quo prima suæ gentis incrementa fluxerant, quod Antonium de Monte Cardinalem creauisset) IVLIVM TERTIVM appellari.

CARDINALIVM NOMINA
Qui Conclavi Iulij Papa III. interfuerunt.

EPISCOPICARDINALES V.
LEONIS PAPAÆ X.

1. Ioannes Dominicus de Cupis Romanus, Episcop. Cardin. Ostiensis, & Veliternus, Decanus, Tranensis appellatus.
2. Ioannes Saluiatus Florentinus, Episcopus Cardinalis Portuensis, & S. Rufinæ.

CLEMENTIS PAPAÆ VII.

3. Philippus de la Chambre Gallus, Episcopus Cardin. Tufculanus, de Bologna appellatus.

PAVLI PAPAÆ III.

4. Ioannes Maria Montius, è monte S. Sabini Episcopus Cardinalis Prænestinus.
5. Ioannes Petrus Carrata Neapolitanus, Episcopus Cardinalis Sabinus, Theatinus vocatus.

PRESBYTERI CARDINALES XXVI.
LEONIS PAPAÆ X.

6. Ludouicus de Borbonio Laudunen. Gallus, Presbyter Cardinalis tit. S. Sabinæ S. R. E. Archipresbyter.

CLEMENTIS PAPAÆ VII.

7. Franciscus de Turnone Gallus, Presbyter Cardinalis tit. SS. Petri, & Marcellini.

PAVLI PAPAÆ III.

8. Ioannes Bellaius Gallus, Presb. Card. tit. S. Chryfogoni.
9. Rodolphus Pius Carpenfis, Presbyter Cardinalis tit. S. Maritæ Transtiberim.
10. Fr. Ioannes Aluarez de Toledo, Presb. Card. tit. S. Clementis.
11. Robertus de Lenoncourt Gallus, Presbyter Cardinalis tit. S. Apollinaris.
12. Antonius de Meudon Gallus, Presbyter Cardinalis titulo S. Mariz in Porticu.
13. Marcellus Ceruinus Politianus, Presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Hierusalem.
14. Michael Siluius Lusitanus, Presbyter Card. tit. S. Praxedis.
15. Io. Hieronymus Moronus Mediolanensis, Presbyter Cardinalis tit. S. Stephani in Caelio monte.
16. Marcellus Crescèrius Romanus, Presb. Card. tit. S. Marcelli.
17. Christophorus Madrucius Tridentinus, Presbyter Card. tit. S. Cæsarei in Palatio.
18. Georgius Armaniacus Gallus, Presbyt. Card. tit. SS. Ioannis, & Pauli aliàs Pammachij.
19. Franciscus de Mendoca Hispanus, Presbyter Cardinalis tit. S. Ioannis ante portam Latinam.
20. Otho Truchsesius Germanus, Presb. Card. tit. S. Balbinæ.
21. Bartholomæus de la Cueua Hispanus, Presbyter Cardinalis tit. S. Matthæi in Merulana.
22. Franciscus Sfondratus Mediolanensis, Presbyter Cardinalis tit. S. Anastasie.
23. Federicus Cæsius Romanus, Presb. Card. tit. S. Pancratij.
24. Durantes de Durantibus Brixienfis, Presbyter Cardinalis tit. SS. duodecim Apostolorum.
25. Georgius de Amboufia Gallus, Presbyter Cardinalis titulo SS. Petri, & Marcellini.
26. Petrus Pachecus Hispanus, Presbyter Cardinalis.
27. Ranutus Farnesius Romanus, Presbyter Cardinalis titulo S. Angeli, Maior Penitentiarius.
28. Carolus de Guisa Lotharingus, Presb. Card. tit. S. Cæcilie.
29. Hieronymus Verallus Romanus, Presbyter Cardinalis tit. SS. Syluestri, & Martini in montibus.

- 30. Io. Angelus Medices Mediolanensis, Presbyter Cardinalis tit. S. Pudenzianæ.
- 31. Bernardinus Massæus Romanus, Presbyter Cardinalis tit. S. Cyriaci in Thermis.

**DIACONI CARDINALES XVIII.
LEONIS PAPAÆ X.**

- 32. Innocentius Cybo Genuensis, Diac. Card. tit. S. Mariæ in Dominica, S. R. E. Archidiaconus.
- 33. Franciscus Pisanus Venetus, Diac. Card. tt. S. Marci.
- 34. Ioannes Lotharinghus Metësis, Diac. Card. tt. S. Onuphrij.

CLEMENTIS PAPAÆ VII.

- 35. Henricus Gonzaga Mantuanus, Diac. Card. S. Mariæ Nouæ
- 36. Nicolaus Gaddius Florentinus, Diac. Card. tt. S. S. Viti, & Modesti in Macello Martyrum.
- 37. Hieronymus de Auria Genuensis, Diac. Card. tit. S. Thomæ in Parione.
- 38. Odetus de Chastillon Gallus, Diaconus Cardinalis tit. S. S. Sergij, & Bacchi.

PAVLI PAPAÆ III.

- 39. Alexander Farnesius Romanus, Diac. Card. tit. S. Laurentij in Damaso S. R. E. Vicecancellarius.
- 40. Guido Ascanius Sfortia Romanus, Diac. Card. tit. S. Eustachij, S. R. E. Camerarius.
- 41. Reginaldus Polus Anglus, Diac. Card. tit. S. Mariæ in Colmedin.
- 42. Nicolaus Caieranus Romanus, Diac. Card. tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano.
- 43. Hippolytus Estensis Mutinensis, Diac. Card. tt. S. Mariæ in Aquito.
- 44. Iacobus Sabellus Romanus, Diac. Card. tt. S. S. Cosmæ, & Damiani.
- 45. Andreas Cornelius Venetus, Diac. Card. tt. S. Theodori.
- 46. Hieronymus de Capiteferreo Romanus, Diac. Card. tit. S. Georgij in Velabro.
- 47. Tiberius Crispus Romanus, Diac. Card. tit. S. Agathæ.
- 48. Carolus Borbonius Gallus, Diac. Card. tit. S. Sixti.
- 49. Iulius Feltrius Roboreus Vrbinateus, Diac. Card. tit. sancti Petri ad Vincula.

**CARDINALES TRES
in hac electione absentes.**

CLEMENTIS PAPAÆ VII.

- 50. Claudius de Giury Gallus, Presbyter Cardinalis, tit. S. Agnetis in Agone.

PAVLI PAPAÆ III.

- 51. Iacobus de Hannebaud Lexouienensis Gallus, Presbyter Cardinalis tit. S. Sufannæ.
- 52. Henricus frater Regis Portugalliæ, Presbyter Cardinalis tt. sanctorum Quatuor Coronatorum.

Quibus, & Ennio Philonardo Episcopo Cardinali Albano, & Nicolao Rodulpho Diacono Cardinali exceptis, qui sedis Apostolicæ vacantis tempore mortui fuerant, nouem, & quadraginta Cardinalium suffragijs, Iulium III. Pontificem maximum creatum fuisse constat. Qui anno Christi 1487. iij. Idus Septembris Romæ in Regione Parionis natus, & in baptisate, Io. Maria vocatus à paterni tamen agri natalibus, Aretinus postea dictus, patrem habuit Vincentium de Monte, Fabiani filium, Iuriconsultum egregium, matrem verò Senis vrbe ortam, & generis nobilitate illustrè Iulij III. maiores, à natali loco, oppido, scilicet montis S. Sabini, quod est in agro Aretino, recens familiæ nomen de Monte traxerunt. quum olim Giocchi vocarentur. Prima litterarum bonarum, præsidia, Iuris exactam scientiam, eloquentiamque singularem Perulæ, & Senis, opera Antonij de Monte Cardinalis S. Prædix comparauit. Quibus animi ornamentis commendatus, quum adhuc esset adolescens, Iulio II. Pontifice ad Lateranum, in quinta Concilij Sessione, Orationem luculentam habuit, qua sibi omnium Cardinalium animos mirificè conciliauit. A Iulio II. ex patris sui Cardinalis S. Prædix resignatione, Archiepiscopus Sipontinus creatus fuit, postea sub Clemente VII. Vrbis Romæ bis gubernator, & in eius excidio pro Clemente VII. & patriæ libertate, obfes hostibus datus. Quare, grauissimo vitæ periculo, in Floræ Campum cum reliquis obsidibus, Onuphrio Bartolino Pisano Archiepiscopo, Puccio Pistoriensi, Io: Mattheo Giberto Veronensi, Episcopis à militibus, raptatus fuit, vt iniecto extremi supplicij metu, aurum ab Antistibus, qui pecuniosi habebantur, impij, & auari milites extorquerent. Quem paulò post, cum cæteris obsidibus, eorum calamitatem misertus Pompeius Cardinalis Columna per euaporarium tubum, funibus subleuatos, deceptis, & confopitis oppipara cœna, multoq; Falerno Germanis custodibus, liberauit. Sub

IVLII
ptimordia

A Paulo III. cuius animum iam inde ab adolescentia, eloquentiæ laude, & virtute sibi deuinxerat Bononiam pro Legato administravit. In Urbem reuersus Auditor Cameræ Apostolicæ factus, eum magistratum pari nominis integritate sustinuit. Carolo V. de Tunetana victoria gratulatum ab eodem Pontifice Paulo missus Terracinam vsque peruenit. Tandem eiusdem Pauli III. in omnes bonos, & eruditos propensa liberalitate Presbyter Cardinalis S. Vitalis, tt. Vestinæ 11. Kalend. Ianuarij 1536. creatus, Galliæ Cispadanæ, Flaminia, & Æmilia, Bononiæque legationes obiuit. Tridentino Concilio Apostolicæ Sedis Legatus, cum Marcello Ceruino, & Reginaldo Polo Cardinalibus, præfuit.


In quibus omnibus exercendis, ante ipsum Pontificatum ita iustitiam constanter coluit, & rerum ciuiliu actionibus intentus adeò fuit, vt nullus eo diligentius, æquius, fidelius, aut laboriosius, per multos annos, in Romana Curia versatus dignosceretur.

B Quarum virtutum, commendatione ad supremum rei Ecclesiasticæ, culmen, Farnesio, & Guisio Cardinalibus autoribus, prouectus à Diaconorum Principe Innocentio Cybo 8. Kalendas Martij sacri Imperij diademate, ante fores Basilicæ S. Petri, coronatus, Imperatore Carolo V. Augusto, annos quinque, mensē vnum, & dies sexdecim ad gubernacula Ecclesiæ sedit.

C Initio Pontificatus, ex lege in proximis Comitij à Patribus constituta, (qua iubebatur, vt quicumque Pontifex renunciatus fuisset, ad extinguenda bellorum incendia, Parmam Octauio Duci statim restitueret) Iulius Pontifex, Vrsino reuocato, quem Paulus III. Parmæ dominatui præfecerat, ea conditione urbem Octauio concessit, vt se inconsulto nullum intra mœnia, externi Principis præsidium admitteret. Id, vt facilius Octauius prætere possit, ac se, & urbem à Cæsarianorum violentia, & insidijs tueretur, singulis mensibus, duo milia aureorum Pontifex attribuit.

D Post hæc ad Iubilæi annum, qui tunc erat 1550. peragendum, solitis cœremonijs Portam, quæ Sancta vocatur, 6. Kalendas Martij die S. Matthiæ sacro, Iulius aperuit, eandemque vertente anno, in secundo Epiphaniæ Vesperi, debita pompæ solemnitate, clausit.

ANNVS MAGNI IVBILEI NONI.



E Fuit hic primus annus Pontificatus, inter eos, quos populus Romanus vidit, lætissimus, non modo ipsa Iubilæi festiuitate, & diuersarum gentium, in Urbem confluentium, multitudine, sed ipsa etiam Pontificis humanitate, & incredibili in regendo Pontificatu temperantia: qua, nec in puniendo acerbus, nec indulgendo remissus, omnium ciuium, & populi animos, grato imperio, beneficentia, & mansuetudine promereri cupiebat. Hispanis tam peregrinis, & aduenis, quam Urbem incolentibus, in Carolo V. Imperatoris gratiam fauebat. Omnes grassatores, aut quoscunq; factiosos homines, qui sanctæ Inquisitionis officio in Neapolitanam urbem inferendo restiterant, & Romam, tanquam ad asylum conuenierant, ægrè à Neapolitano Prorege exoratus, publico edicto, vrbe depulit.

F Hoc eodem anno, inter alios Catholicorum Principum, & Regum Oratores, qui, ex veteri instituto, sacris Pontificum pedibus aduoluti obsequium protestantur, Stephanus Armeniæ maioris Patriarcha, Archiepiscopo vno, & duobus Episcopis comitantibus Romam venit. Hunc Iulius Pontifex, postquam Romanæ Ecclesiæ fidei consensit, & eius dogmata subnotauit, cumulatam munitibus in patriam dimisit.

G Simon etiam Sulaka ab Ecclesia Orientali ad Iulium missus, virtutibus egregijs, eximique doctrina ornatus, suæ Ecclesiæ litteris Syriacè scriptis Romam accessit, quibus, vt eum Patriarcham à ciuibus electum confirmaret, Pontifex rogabatur. Id Iulius benignè annuit, & ad eas gentes Tigridis fluij accolos, pro Euangelicæ veritatis propagatione viros nostrates, linguæ Syriacæ, & rituum nostrorum peritos cum Simone legauit.

H Rogatu Imperatoris translatus Bononiam 1547. Concilium reuocari Tridentum, ibiq; instaurari ad Kal. Maij, anno 1551. & continuato ordine peragi, iussit. De qua re octauo Kalendas Decembris, anno 1550. ab ipso Pontifice, admirabili eloquentiæ grauitate, diploma compositum, in conuentu, qui Augustæ Vindelicorum agebatur, publicatū fuit. Quod Iulius III. quum Carolo V. Imperatore, id percipienti mitteret, eodem se iturum, si per ætatem, quæ sexaginta quinque annorum erat, sibi liceret, aut Legatos confestim missurum promisit. Tunc ex Germania, Hispania, Italiaque Episcopi, & viri litteris, & virtute insignes, Cæsarique

CORONATIO IULII PAPA III.

IVLIVS PARMAM OCTAVIO FARNESIO CONFEDIT.

IUBILÆI CELEBRITAS

ARMENIA MAIORIS PATRIARCHA ROMAM ADVENIT.

SIMON SULAKA ROMAM VENIT.

CONCILIIUM BONONIÆ INSTAURATUM.

iussu

IULIUS
tranquilli-
tatis publi-
ce amantif-
simus

BELLUM
inter Osta-
vium Far-
nesium, &
Carolū V.

IULIUS
pacis fide-
ra componet

CONCI-
liū ob bel-
li timorē
dissoluitur

SENE-
sis Popu-
lus Vrbe
Hispano-
rum in præ-
dij pulsis
ad Henti-
cum Gal-
lorum Re-
gē dēdit.
Petrus
de Toledo
in Hetrur-
iam nau-
gavit.

PONTI-
fex Viter-
bium acce-
dit.

IULIUS
Romam
revertitur

SENE-
sis in po-
tētatē Ca-
rolī veni-
unt.

iussu multi Catholici Episcopi, Archiepiscopi, nec non tres Imperij Electores confluerunt. Quo, etiam missus fuit Sedis Apostolicæ Legatus Marcellus Crescentius Presbyter Cardinalis tit. sancti Marcelli, quem Archiepiscopus Sipontinus Sebastianus Pighinus, & Aloysius Lippomanus Episcopus Veronenfis comitati sunt, qui Pontificis nomine Concilio præsiderent. Post hæc, Iulius rebus vrbanis intentus, populo annonæ charitate, ac fame laboranti, missis in varias partes frumentatoribus, magnam frumenti copiam in Urbem attulit, & inopiæ, atque ciuium incommodis occurrit.

Bella nulla, etiam si legitima viderentur, suscipere in animum induxerat; erat enim domestici otij, & publicæ tranquillitatis amantissimus. At nequeunt Pontifices ita suis obsequi ingenijs, & innatis studijs, aut moribus indulgere, vt non aliquando, in ciuiles reip. fluctus ab ipso propositæ tranquillitatis portu, inuiti rapiantur. Id profectò Pontifici Iulio accidit, nam publicæ, atq; suæ quietis percipio Parmense bellum, præter sententiam, irrepit: cuius belli ea causa fuit.

Octavius, qui ea conditione, quam paulò ante memorauimus, Parmam à Iulio acceperat, diffidens se, inuito Casare amplius eam tueri posse, Iulium Pontificem, per fratrem Card. Farnesium rogauerat, vt aut sibi mestrui stipendia augetet, & confirmaret, aut Principis alicuius amicitiam sequi permitteret, cuius ope, in itæ societatis iure contra Casarem adiutus Parmam sibi creditam defenderet. Pontifex, aut re non bene intellecta, aut tunc malè pensata, ex tempore Cardinali respondit; vt qua posset Dux ratione commodius suis rebus prospiceret. Hoc accepto respòlo, ac si plenam Iulius facultatem fecisset, Henrico Galliarum Regi Octavius ad hæsit, & Gallorum copias, in vrbis præsidium recepit. Ob id Pontifex contra Octavium signa intulit, & relegato interim Florentiæ Cardinale Farnesio, milite, & comætu à Carolo Imperatore adiutus, integro anno bellū gessit. Sed mitis ingenij Pontifex, quum potius Casaris causa, quam sua sponte arma cœpisset, belli tumultum pertæsus, pacis fœdera composuit, dum Mirandula, & Parma, obsidione tenebantur. Ante huius fœderis promulgationem, Io. Baptista de Monte Pontificis nepos, in quadam ad Mirandulam hostium irruptione, tormenti icu petitus occubuit.

Huius occasione belli, alia ex alijs, inter Carolum Imperatorem, Henricum Gallorum Regem, & Mauricium Saxonum Ducem, bellorum semina prodierunt. Nam Henricus, vt Caroli vires, toti Europæ formidabiles frangeret; aliquot Germaniæ Principes, & ipsum præcipuè Mauricium, vt à Casare deficerent, sollicitabat. Eam ob causam, necnon Philippi loceri sui, iniuriolo carcere prouocatus Mauricium, impetu in Rheto factò, Imperatorem nihil tale suspicantem, Oenipontem quasi in fugam actum, depulit.

Ea re Patres Concilij vehemèter perterriti, ne hostis, Oeniponte iam occupato, Tridentum, quod tridui itinere abest, aduolaret, anno 1552. Concilium, post sextam Sessionem, dissolunt. Sic suspensa Synodo, Pontifex afflictam Christianæ rei conditionem, quo maximè posset modo, subleuare, & subrescentibus tot erroribus, obuiam ire percipiens, viros aliquos virtute, atque doctrina nobilitatos elegit, per quos collapsa Ecclesiæ disciplina, instauraretur, & quicquid ad morum correctionem esset opportunum, pro lege ab ipsis sanciretur. Sed obortis rerum difficultatibus, ea re per aliquot menses sedulo agitari cœpta, paulatim elanguit.

Hoc etiam tempore Senensis populus ad Henricum Gallorum Regem, vrbe, & arce pulsus Hispanorum præsidij, defecit, quod à Didaco Hurtado Mendocæ, in ea ciuitate Imperatoris procuratore, arx ædificari cœpta fuisset, vt facilius Senenses in officio, & Caroli V. obsequio continerentur. Audita Senarum defectione Neapolitanus Prorex Petrus de Toledo, iussu Imperatoris, anno 1553. hyberno tempore, in Hetruriam viginti millia peditum misit, quo etiam ipse Neapoli soluens adnauigauit. Has Casaris copias, per Ecclesiæ fines transuras prudentissimus Iulius animaduertens, ne sibi, vt paulò ante Clementi VII. accideret, quamuis amicis, sibi Casarem sciebat, octo millia hominum ad tuorum finium tutelam conscripsit, & delectum tota Vrbe, quam munierat, habuit. Post varia ergo inter Casarianos, & Gallos certamina, quum omnia direptionibus, incendijs, & cædibus per Hetruriam flagrant, Pontifex Viterbium accessit, vt ex bellantium nutu, Urbem sequentram acciperet, finemque discordijs imponeret. Casariani mortuo Prorege, comætu, & pecunia egentes, Montis Illicini obsidionem solunt; Cardinalis Ferrariensis, qui Senarum imperio præerat, aliquot initis conditionibus abscedit, & Iulius, re, quam destinauerat, infecta, Romam reuertitur.

Ex hoc bello aliud rursus grauius ortum, quod Senis vltimam attulit seruitutem. Nam Colinus Medices, quod Ilua, suæ ditionis insula, à Rege Gallo peteretur, Carolum Imperatorem, Gallorum hostem, ad instaurandum Senarum bellum, se socium laboris pollicitus, sollicitabat: Bello igitur ad initium anni 1553. suscepto, tandem fame coacti Senenses, quibusdam conditionibus acceptis, ij. Kal. Maij, anni 1554. in potestatem Casaris venerunt. Ad hoc bellum, & ereptam Senarum libertatem, Pontificem Iulium operam, atq; pecuniam Casari suggestisse, ciues Senenses falsò querebantur. Quod constanter Paulus IV. postea cogniturus, vt pecuniam si quam Florentiæ Dux à Pontifice acceperat, tamquam Ecclesiæ

A debitam repeteret Franciscum Lotinū, qui omnibus eius belli consilijs interfuerat, in Hadriani arcem trudi, & iudicij ordine de præstitis auxilijs, subministratae à Iulio pecunia, seuerè interrogari, iussit. Sed exploratum demum Lotino indice, Pontificem Iulium nihil minus, quam id bellum curauisse, & dum finitimis prælijs cuncta in Senarum agris, hostium direptionibus, cædibus, ferro, flammaque vastarentur, villæ extruendæ (quæ hodie ab eius nomine *Iulisa* vocatur) penitus intentus fuisse, & penè septuagenarij senis affectæ valetudini potius, liberandoque molestijs animo, quam externis bellorum euentibus, aut rerum perturbationibus operâ, dedisse. Ad hanc enim villam sepe cum Card. Collegio diuertebat, & cum eis humaniter, & splendidè conuiuabatur. Licet verum sit in ipso Pontificatus initio, Cosmum Medicem Iulij fratri Balduino oppidum Hetruriæ sancti Sabini Marchionis titulo, liberaliter donasse: & finito bello filiam Fabiano Montio, Balduini filio, in matrimonium despondisse; quæ postea Ferrariæ Duci Alphonso nupsit. Quæ res in mutuan fortasse gratiam factæ videri poterant.

Anno 1553. mortuo Anglorum Rege Eduardo VI. (soror eius Maria Catholica Regina, magno Dei beneficio, in regnum Angliæ successit, quæ autore Reginaldo Polo Cardinale in Angliam à Pontifice Legato, veterem Dei cultum, & Ecclesiæ Romanæ disciplinam reuocauit. Profanum titulum, quo impiè se Rex Henricus caput Ecclesiæ Anglicanæ vocitari voluerat, omnino deleuit. Anno 1554. Oratores suos, Christianorum Principum more, ad Pontificem misit, atq; omnes Episcopos hereticos, restituit Catholicis dignitatibus expulit. Quam hoc eodem anno Philippus II. Hispaniarum Rex vxorem duxit, & misso ad Pontificem Pischariæ Marchione, Neapolitani regni (quod Ecclesiæ beneficiarium est) possessionem obtinuit.

Iulius Tertius ad eò Cardinalibus fuit beneuolus, & addictus, vt quo die aliquem eorum magna aliqua gratia non fouisset, sequenti nocte quiescere non posset.

Viuebat hac tempestate Iulius ociosè, & quietè, qui ad pellendos grauissimos podagre, & articulorum dolores, quum delicatioribus ciborum generibus vteretur, & solitam viuendi rationem, atque victum minuisset, breui tempore in lentam febriculam lapsus (quæ, principio neglecta, paulatim excreuit) anno 1555. die decimo Kalendas Aprilis, & ætatis suæ septimo, & sexagesimo, supra menses sex, & dies quatuordecim in Vaticano palatio è vita migravit: & in latericio monumento, iuxta aram S. Andreæ sepultus fuit. Vacauit Sedes Apostolica dies 17.

Fuit Iulius procerò corpore, proluxa barba, acribus oculis, grandiore naso, subagresti vultu; animo tamen benigno, & integro, mirificus iustitiæ, & æquitatis cultor, moribus suauis, ad iram facilis, sed, ea esteruescente, mitissimus: Erat præterea disertus sermone, scientia eruditus, aditu non difficilis, ad liberalitatem propensus, ac tandem publicæ pacis, & domesticæ quietis studiosissimus.

SIGNV
P. P.



IULI
III.

ADDITIO ANDREAE VICTORELLI.

* *Manibus expiandis.*] Vocem manibus ab Ethnicis vsurpatam, ab Ecclesiastico scriptore non vsurpandâ, pro animis, graues, & docti viri existimant.

* *Mutuis altercationibus.*] Multi ex Patribus Vaticani Senatus summo Ecclesiasticæ dignitatis fastigio digni erant. Gabriel Seluagus, litteris ad Alexandrum Farnesium Card. ante comitatus, quatuor Cardinales inter cæteros, supremi Pontificias titula dignissimos recensuit. Polum, Sfondratum, Carpensem, Card. Farnesij amicum, & Rodolphum; quos celebrat. Eas litteras habes lib. 3. litterarum Principum.

* *Novem, & quadraginta Cardd. suffragijs.*] Panuinius in Chronic. & in Elogio à 46. Cardinalibus Iulium electum, ait. die Veneris 7. Idus Februarij.

* *Scientiam, & eloquentiam.*] Eruditus, & eloquens dicitur à Panuino Iulius, in eius vita.

* *Orationem luculentam.*] Archiepiscopus Sipontinus Concilio intererat, cum orationem illam habuit: laudauit autem Conciliorum institutionem, & Iulium II. qui Concilium indixerat, Patresque ad iustitiam, vnitatem, & pacem restituendam hortatus est. Habetur ea oratio in Concilij Lateranensis volumine Romæ cuso. Plures alias orationes Italica, & Latina lingua ab eo habitas testatur Panuinius: orationem eius de Passione Domini coram.

EDVAR-
do Anglo-
rum Rege
mortuo
Maria Ca-
tholica Re-
gina succe-
dit.

ANGLIA
in Roma-
nam disci-
plinam re-
uocatur.

PHILIP-
pus Hispa-
niarū Rex
Neapoli-
tani regni
à Pontifi-
ce posses-
sionem ob-
tinet.

IULII
Obitus.

IULII
virtutes.

sef. s. l. c.

Hadriano Sexto habitam typis excusam vidi.
 * *Obfes datur.*] Rem narravit Panuinius l. c.
 * *Carolo V.*] Tunetana victoria potito Neapoli Romam petenti, Pontificis nomine, obuiam Tarracinam vique, Ant. Maria processit. Ex Panuino l. c.

* *Tridentino Concilio.*] Erat primus Legatus Concilij. Vide fess. 1. Concil. Romanæ editionis, fess. 2. Synodum benedictione cumulavit, ann. 1546. die 7. Ianuarij Prænestinum Episcopus fess. 8. ann. 1547. die 11. Martij, egit de Concilio Bononiam transferendo. die Aprilis 21. eodem anno, habita est sessio 9. Bononiæ; & die 2. Iunii decima; quibus Io. Maria de Monte, & Marcellus Cardinales Concilij Præsides, Legatique Apostolici de Latere interfuerunt: die 14. Septembris in Congregatione generali in eadem ciuitate habita; Card. de Monte, post preces recitatas, ex more, Patres alloquutus est. V. Concil. edit. Rom.

* *Farnesio, & Guisio.*] Panuinius l. c. sed adiecit, *Marcello vero Crescentio strenue operam nauante.* De Guisio, & Farnesio Ant. Franciscus Rainerius in Thybri, seu de Creatione Iulij III.

*Flos inuenum, Regum decus, & Romana propago
 Guisius, & placido exorians Farnesius ore,
 Ceu geminus, gemino iunctus cum Castore Pollux,
 Vnanimis tenero rorantes pectora fletu,
 Procumbunt leti, & pedibus dant oscula sacris.*

Et in Epistola ad Carolum Guisium Cardinalem nominat Cardinales Lotharingum Guisij ipsius Patrum, & Estensem.

* *8. Kalendas Martij coronatus.*] A Cardinale Cybo Diaconorum Principe, die Cathedræ Antiochenæ S. Petri, Panuinius in Chron. & l. c. at in Elogio, 7. Kal. Martij.

* *Die S. Matthei.*] Re diuina absoluta, non autem hora vespertina, Portam Sanctam Vaticanæ Basilicæ Iulius aperuit. Ita Diarium M. S. illius temporis. Portam Basilicæ Lateranensis Io. Dominicus de Cupis, Card. Tranensis, Ostiensis Episcopus, Cardinalium Princeps, eiusdemq; Basilicæ Archipresbyter, S. Pauli Io. Saluiatus, Portuenfis Antistes, Basilicæ illius, & Cœnobij Patronus, S. Mariæ Maioris Guido Alcanius Sfortia Cardinalis S. Flore S. R. E. Camerarius, illiusque Basilicæ Archipresbyter aperuere.

loc. cit.

De qua re Franciscus Mucantius, lib. M. S. Observationum Cæremonialium ad annum Iubilæi spectantium, & nos in Hist. 12. Iubilæi Iulius III. Pontifex malleum auratum, quo, portam patefacturus, parietem fodit, Cardinali Augustano donauit.

loc. cit.

* *In secundo Epiphania vesperi.*] Die Martis 6. Ianuarij, ann. 1551. Sacro peracto, Portam Sanctam Basilicæ Principis Apostolorum à Iulio III. clausam, ex Diario M. S. æui illius ostendi.

loc. cit.

* *Gentium in Urbem confluentium.*] De hac re Panuinius in Iulio, & nos lib. indicato. Lutheri imposturæ, & mendacia veros S. R. E. Filios à Romana peregrinatione non auocarunt. sit testis Surius. *Magnus Romæ hominum concursus; qui Lutheri, & eius similibus blasphemis surda aure præteritis, pia animi deuotione, loca sacra Romana Urbis miscebant: & largissimarum condonationum, quas Indulgentias vocamus, participes se se reddere, studebant. Lutherani, & eius farina alij, non indigent indulgentijs; quia, sua sterili fide securi, recta proficiscuntur in orbem.*

In Comm. Historiar.

Principum Catholicorum Oratores, hoc anno, (1550) Iulio Pontifici obedientiam, & reuerentiam exhibiturus, sacrasque Iubilæi opes adepturi, Romam venerunt. *Catholicorum omnium Principum, & Regum Oratores, publicis in Consistorijs, vetere Romana Ecclesia instituto, ad præstandam sibi obedientiam admisit,* (Iulius) Panuinius loc. cit.

Orl. lib. 14. Hist. Soc. Iesu n. 91.

Militibus Africanis Christum colentibus sacri anni Iubilæum, S. Ignatio, Societatis Iesv auctore, efflagitante, impertijt, alijs etiam in India, Brasilia, & Congo, alijsque non paucis, qui propius aberant; sed ad Urbem Martyrum cruore perfusam venire non poterant, Societati Iesv prolixè fauit. V. Orlandin. n. 1. & 2. l. c.

L. 3. c. 20.

Paulus III. (si Turfellino in Hist. Lauret. fides) Iubilæi celebritatem in annum quinquagesimum indixerat; vel, saltem, voluit indicere, (teste Iulio in litteris, *Ss Pastores omnium,* &c. Romæ datis. Anno Incarnat. Domini 1549. 6. Kal. Martij:) at mortalitatem, exitus illius curam successoris reliquit. Iulij litteræ Pauli II. & Sixti IV. litteras approbarunt, & renouarunt: ex quibus discis, Iubilæum ann. 1550. à Vigilia Natiuitatis Dominicæ proxime præterita, initium habuisse suum, & Indulgentias, plenarias nuncupatas, votorumq; commutandorum facultatem suspensas à Iulio fuisse.

Vide lib. noitru de Hist. 12. Iubilæi.

* *Stephanus maioris Armenia Patriarcha.*] Paulo Tertio Pontifice, Romam venerat, Romanæ fidei in omnibus confenserat; Iulius illum, multis auctum donis, remisit in patriam. Panuinius in Iulio III. & Turfellinus, lib. 10. Comp. Hist. Marcellus Cardinalis S. Crucis anno 1549. die 21. Augusti, Paulo Pontifici, & Cardinalibus narrauerat, virum Armenum ab Armeno populo in Patriarcham electum Romæ esse, populi electionem Apostolica auctoritate muniri petentem, seque eidem Romano Pontifici, & S. R. E. obedientiam præstiturum, pollicentem. Paulus Cardinalibus S. Crucis, Crescentio, & Sfondrato, vt, quid agendum, cogitarent, iniunxit. Ex C. M. S. illius æui.

* *Concilium reuocari Tridentinum.*] Extant Iulij III. litteræ

A *Cum ad tollenda* &c. Romæ dat. ann. 1550. 18. Kal. Decemb. in Concilij volumine edit. Rom. Prima sessio sub Iulio. 111. si omnes complectaris; celebrata fuit Kalend. Maij, ann. 1551. vt in indixerat. Porro Tridentina ea Synodus, Carolo V. efflagitante, restituta est. Vide decretum suspensionis eiusdem. fess. 10.

ab locar.

* *Tres Electores.*] Sebastianus ab Hausenstain Moguntinus, Io. Comes ab Eysenburg Treuirensis, Adolphus à Schauenburg Colonienfis Archiepiscopi.

Sessio. 11. Cœ. Trid. edit. 16. in fol.

* *Marcellus Crescentius.*] Vide mandatū Iulij Pontificis Marcello Card. Crescentio Legato de Latere, Sebastiano Pighino, & Aloysio Lipomano Nuntijs Apostolicis, ad præsidendum eodem Cardinali, in Concilio, Pontificio nomine. Marcello aduersa, eaque graui valetudine laborante, Sebastianus, & Aloysius, tam suo, quam Cardinalis Legati nomine, fess. 16. præfederunt.

* *Pontifex contra Octauium signa intulit.*] De hoc bello nullas vidi litteras, lib. 3. Epistolarum Principum, in quo iudicium, ad biennium, leges inter Pontificem (Cælaris etiam nomine) & Cardinalem Turnonium, Regis Francorum nomine agentem, anno 1552. die 29. Aprilis à Iulio, & à Turnonio munitas inspicias.

* *Concilium post sextam sessionem, dissoluunt.*] Bellorum flamma exardescente, Synodus fess. 16. quæ sexta, & postrema sub Iulio fuit, hærete, suumq; interrumpere cursum, coacta est. Quare, Patres illius progressum, per biennium, suspendendum iudicarunt. Ex decreto suspensionis fess. eadem 16.

* *Senensis populus.*] Panuinius in Iulio, hac vsus est narratione. *Senensis populus tum liber, à Cæsaris in ea ciuitate procuratore Didaco Flurido Mendoco, qui tum etiam Imperatoris apud Pontificem Orator erat, graui imperio premebatur: is eorum ciuiles discordias causatus, quo facilius eos in Cæsaris fide continere posset, arcem urbi libere imponendam, tamquam Imperatore iubente, curabat, cuius rei mole à Senensibus primarijs ciuibus animaduersa, cum omnes timerent, ea arce perfecta, illos miserrime seruitutis iugum effugere non posse, arce nondum finita, Hispanorumque rebus satis firmis, conspiratione facta clam ad Francorum Regem Henricum defecerunt.* Hæc ille. Senensium Resp. anno 1552. die 5. Augusti, litteris ad Henricum datis, se ab illo libertate donatum, grato animo, affirmavit; Henricus, die 14. eiusdem mensis, anno eodem, per humaniter respondit, vtriusq; litteræ referuntur, lib. 3. Epist. Principum.

C * *Petrus de Toledo.*] De hac re, & de bello Senensium. Panuinio de quo fufius Malauolta.
 * *Lotinum.*] Vide Panuin. l. c.
 * *Villa extruenda Iulio.*] Acrius Panuino l. c.
 * *Mortuo Eduardo.*] Ex Panuin. l. c. lege, si libet, Sanderum, de Schismate Anglicano.

loc. cit.

D Cardinalis Polus, antequam Italia, Angliam petiturus, excederet, Anglici regni statum explorandum, censuit: Io. Commendonus, Pontificius Cubicularius, illuc missus, id præstitit, Panuino teste l. c. Maria lectissima, & religiosissima Angliæ Regina, Catholicam religionem in suo illo regno restituit. Suarez lib. 1. c. 1. Defensio Fidei, Sanderus de Schism. Angl. vbi plura de illa.

* *E vita migravit.*] Ex Panuino, qui adiecit, hora inter 19. & 20. (die 23. Martij ann. 1555.) è vita Iulium migrasse: cadauer eius rubris vestibus indutum, legi in C. M. S. exigua pompa in Vaticanam Basilicam delatum, & triduo populi oculis expositum fuisse, narrat Panuin. l. c.

* *Procero corpore.*] Ex Panuino qui alia addidit.

* *Campegius 1554. 11. Kal.*] Sigonius lib. 5. de Episc. Bonon. ait 1551. 12. Kal. Octob.

Fauit Iulius Societatis Iesv, quem Orlandinus paucis, sed bel-
 E le celebrauit. Tria Collegia eiusdem Societatis, diplomatis iam absolutis, condi præceperat, Hierosolymis vnum, Constantinopoli alterum, in insula Cypro tertium: at mors pia eius consilia extinxit. Orland. lib. 13. nu. 1. Pontifex idem aditum ad honores in eadē Societate patefecit, cum Nunium Æthiopiæ Patriarcham, Quiedum Hieropolitanum, Carnerium Nicænum Episcopos, qui Patriarchæ succedere possent, instituit: ex eodem Orlandino l. 15. num. 1. à quo mandatū litteris, Iulium Societatis incommodo decessisse: quem illa, diplomate confirmata, immunitatibus, priuilegijsque munita, iudicij, & beneficijs decorata, vt patrem agnoscebat. Ex eodem Orlandino.

Part. 1. Hi. Soc. 1.

Turfellinus, Collegium Soc. Laureti à Iulio institutum, sacram Lauretanæ Aedis supellectilem auctam, præteritorum Pontificum indulgentias, immunitates, & beneficia suprema auctoritate firmata, gradus marmoreos in Aedis vestibulo excitatos, memoria prodidit.

F Cardinalem Theatinum à Paulo III. Archiepiscopum Neapolitanum designatum Iulius celebri Ecclesiæ præesse, & ab annui vestigalis onere liberum esse, voluit; at cum Theatinus illius possessionem inire non posset, Carolo V. Cæsari per humaniter scripsit; vt ministris præciperet, ne optimum Archiepiscopum à sacris nobilissimæ ciuitatis gubernaculis diutius abesse, paterentur. paruit Pontifici Carolus: Cardinalis anno 1551. menfe Septembri, inire possessionem potuit. Iulij epistolam ad Carolum refert Antonius Caracciolus, lib. 3. cap. vlt. vitæ Pauli IV. M. S. Cardi-

Lib. 1. n. 3.

L. 3. c. 1. Hist. Laur.

Et in vita Latine scripta eius Pauli IV.

nalem

nalem hunc Diuinatum, & Ecclesiasticarum rerum zelo inflam-

Robertum Vvacobum, siue Venantium, Scotum, Armacanen-

Lib. 2.

Constitutiones nonnullas Iulij III. habes part. 1. Bullarij. An-

Incertus etiam Auctor libri, qui Imagines summorum Pontifi-

NOVA ADDITIO AVGVSTINI OLDONI SOCIETATIS IESV.

CARDINALES, qui Bononię, seu Trideti erant, Ioannes Sal-

Cardina- les plures Romam se cõferit

Cardina- les in tres classes di- uisi. Alexander Card. Farnesius, vt Parma ad Octauium Farnesium redeat, cura- rat, sed frustra. Camillus Vrsinus te- net Parmam pro futuro Pontifice.

Horatius Farnesius Vrbis Pre- fectus.

Cardina- les diffe- rit ingres- sum in Conclauē

Reginal- dus Polus proponit- ur ad Pon- tificatum.

A tionis principe, qui cum rem confectam crederet, illius gratiam-

Poli Card. constantia

Cardina- les aliqui cõtra Poliũ

B Erat in Senatu Ioannes Aluarus Toletanus Petri Proregis Nea-

Io. Alua- rus Card. Toletanus aliq; pro- uehuntur ad Pon- tificatum.

C Alexander Cardinalis satis temporis habuit, vt de re tota ad Cæ-

Alexãder Farnesius agit cõtra Saluatiũ

D Tandem Cardinales omnes Spiritus sancti impulsu acti in Ioan-

Iulij III. Electio. Frãcisus Rainerus de electio- ne Iulij.

E Ad Iulium Pontificem litteras hasce gratulatorias scripsit Pe-

Pet Victorij ad Iu- liũ litterę.

sam significans, percipere, tum tibi, si mea opera, industriaque in parte aliqua republica tradenda, uti volueris, operam nauare: Cum autem usu istarum rerum, prudentiaque a multis facile vincat, fide, sedulitateque a nemine me patiar superari. Tibi autem studium omne mecum, curam, diligentiamque; dico, atque omni tempore preesto futurum vsibus istius Principatus affirmit; postquam, quod semper optauit, tu ad eum regendum voluntate Dei Optimi Maximi euocatus es. Interim de te, admirabilibusque virtutibus tuis toto animo cogitabo, ut si non omnem illarum vim, copiamque numerare potuero, partem tamen aliquam ipsarum tangam, cum Ducis nostri nomine apud te in confesso isto seniorum Sacerdotum, amplissimamque Curia, verba faciam. Utinam Deus ipse, cuius tu nunc personam in terris geris, te firmum, valentemque reddat, ut omni corporis molestia liberatus, diuinum istud munus fortiter obire possis, atque omnem curam in salute commissi tibi gregis, sanandisq. reipublice vulneribus ponere. Vale. Orationem quoque habuit idem Victorius ad eundem summum Pontificem Orator; vna cum alijs quinque nobilissimis reipublice Viris, missus, vt nomine Ducis; ac vniuersi populi Florentini obsequium, & filialem obedientiam exhiberent: quam curiosus bonarum litterarum, impressam, exquireret; inter alias eiusdem auctoris Orationes, & Epistolas, Florentie cufas anno 1586.

Iulius igitur renunciatus Romanus Pontifex, inter alia, quae egit, Ecclesiae Vexilliferum Octauium Farnesium Ducem creauit, atque, vt Parma ciuitas ei traderetur, curauit, pecunia ad stipendium militum soluenda transmissa. Alcanium item Columnam a Paulo praedecessore suis ditionibus exutum, atque exilio multatum, qui toto eo tempore Venetijs commoratus fuerat, in gratiam recepit: eadem clementia in Rodolphum Baleonium vsus, pristinae integritati restituit. Rauennam, ac Ceruiam Venetis oppignerare abnuuit; Caesari arcem Senis imponere molienti repugnauit; monuitque, vt videret, ne dum arcem in ea vrbe extrueret, apud reliquos Italiae Principes adeo inuidia conflagraret, vt ad noua consilia, quibus suis rebus prospicerent capienda impellerentur. Eidem Caesari Parmae inhianti constanter restitit, vtque se a curis, & sollicitudinibus belli imminenti eximeret, ac muneri Pontificatus, cui pax publica commissa est, satisfacere, scripsit monens, vt ex Italia gliscentes belli suspiciones amoueret, neque tranquillitatem, ac pacem publicam turbare velle; sed milites ex Parmensi, & Placentina regione subduceret ea lege, vt vnicuique; ijs, quem possideat, frui tuto liceret. Cumque Caesari Parmam, & Placentiam vrbes iure beneficiario, scilicet feudi nobilis ab Ecclesia Romana sibi concedi postularer; & septem aureorum millium in singulos annos pensionem Ecclesiae promitteret; nec non Octauio Farnesio Parmae loco in Neapolitano regno tantundem vicariae ditionis offerret, Pontifex recusauit. Vrbem incolentium, & Curialium priuilegia confirmauit; ius testamenti condendi ijs tribuit; ab eorum etiam ab intestato morientium iniurijs filicum Apostolicum repressit; edictum, quo spolia Romae decedentibus Clericis eripiebantur, abrogauit: vectigalia aliquot a Paulo imperata molarum, & contractuum, edicto sustulit. Hispanis tam peregrinis, & aduenis, quam Vrbem incolentibus in Carolo Caesaris gratia impense fauit: maioris in Vrbe Penitentiarum potestatem definiuit; Vicarij Pontificij iurisdictionem circumscripsit; Camerarij Apostolici priuilegia confirmauit. Societatis Iesu institutum a Paulo, primo probatum, sua auctoritate, constitutione facta xij. Kalendas Augusti, anno sui Pontificatus primo confirmauit, & quae in priori approbatione obscuriora esse poterant, vel ambigua, declarauit, & ad Ignatij Patris, ac fundatoris mentem, sensumque distinxit; eundemque ordinem nouis insuper testimonijs, ac decretis ornauit. Imo indictos ac proposito toti Christiano Orbi Iubilaeo, quo grex cunctus suum ad Pastorem, vt est in more positum, vocabatur, cum Ignatius Pontifici suppliciter fuit, vt Societatis hominibus, qui pro Ecclesia, & animarum salute in locis disiectissimis verlabantur, in India, Brasilia, Congo denique, & propiore Africa; nec sine magno rei Christianae damno ad Vrbem conferre se poterant promercedi Iubilaei copiam, potestatemque cum Christianis earum regionum, ac Neophytis faceret, simul, & quid eius merendi gratia faciendum praescriberet, indicaret. Pontifex blando oculo Ignatium intuitus, vt animi sui significaret affectum, quod attinet, inquit, ad elargiendum socijs vestris absentibus Iubilaeum, id libenter largior hac tamen cum parsimonia, & vt eius verbis vtat, cum restrictione, vt omnem maiorem in hac re potestatem cum Societate vestra communicatam velim, liceatque fratribus vestris tanto a nobis interuallo disiectis, ex thesauris, & largissimis huius anni condonationibus gaudere; ad easque promerendas, quicquid visum fuerit, vestro arbitratu praescribere. Ignatius plurimis actis gratijs, per eam occasionem Pontifici maximo nonnulla ex ijs, quae de Indijs, & remotis illis partibus nunciabantur, auditu laeta, nec celsissimis illis auribus indigna commemorauit. Quae cum Pontifex audisset, studio diuini flagrans honoris, lachrymas tenere praesens gaudij voluptate non potuit, testatus ea sibi accidisse iucunda. Nec modò Indijs, vltimisque terris, sed compluribus etiam, qui propius ab Vrbe aberant, Iubilaeum Ignatio postulante concessit, vt multis Meisanæ Societatis amicis, multis item Venetijs, ac Lutetiae, copijs quoque in Afri-

Octauius Farnesius creatus S. R. E. Vexillifer. Iulius Africanus Columnam & Rodolphum Baleonium in gratiam recipit. Iulij res gesta. Abraham Pzou. & Henric Spödan. in Anal. Eccles.

Curialium priuilegia firmat. Vectigalia sustulit.

Societatis Iesu institutum confirmat.

Beneficia in Patres Societatis Nicol. Orlandin. in Historia Soc. Iesu Petr. Maf. in Vita S. Ignatij.

cam cum Vega Prorege Siciliae profectis ad Barbarorum bellum; similiterque Societatis hominibus in Germania, Salmaticaeque, & Gandiensi ciuitati vniuersae propter eximiam Ducis Borgiae pietatem, ac virtutem. Tam singulare beneficium alio non minore munere liberalis Pontifex cumulauit; nam cum moris sit Iubilaei toto tempore, priuilegiorum vsu cunctis Religionum ordinibus interdiceret, quibus Apostolicae sedis auctoritate fas est a retentis, reseruatique peccatis confitentes absolueret; Societati tamen Iesu voluit ea, quae concessa nuper essent a Paulo, hoc quoque anno salua, atque intacta vbique terrarum relinquere. Ad haec interiora, & quae animorum propria sunt, benignè Iulius externa insuper, & quae ad rem familiarem, fortunaque pertinerent, adiunxit. Ex Ecclesiae enim bonis Salmaticensi Collegio, rogante Cardinali Mendoga, aureos septingentos quotannis attribuit: Romano Collegio, quod anno 1551. coeptum est, Duce Gandiae postulante, aureos item mille quingentos in annos singulos assignauit. Caesaraugustae insuper domicilium sacrarum virginum à Ioanne olim Consaluo Aragonensis regni Conservatore excitatum, & ab eodem postea auctoritate Pontificis maximi dissolutum, Patribus Societatis addidit. Denique cum ad eum suppliciter rediret Ignatius, vt ex interioribus Ecclesiae thesauris aliquid more suo in animorum commodum postularer; Pontifex cum annuisset petenti, quid, inquit, nihil ne in vitae vestrae tutelam, & indigentiam corporum postulatis? Iussitque eum in posterum acriter interposito obedientiae mandato, quoties Professorum domus in egestate esset, toties ad se fidenter, & sine verecundia reuerti; vnumque de familiaribus suis praesentem monuit, vt id ipsum sibi ad memoriam subinde redigeret. Societati tamen falsa quadam suspitione subiratus est aliquando. Ediderat in Hispania Carolus Caesar ex Concilio Tridentini decreto, vt qui Sacerdotijs, & Ecclesiae prouidentibus gauderent, ijs suis ab Ecclesijs, & dioecibus ne abessent. Quod edictum cum Hispanos, qui in Vrbe verlabantur, maxime peteret, hi cum Pontifice quae sibi impulere querelis, vt à Carolo per litteras postularer, de edicti seueritate remitteret. Rescripsit Pontifici Carolus decretum illud non à se, sed à Concilio nationis factum id; maxime laborante, vt Tridentini de ea re decretum reuocaretur ad vsu: proinde edictum suum boni consuleret, facileque pateretur, Concilij Tridentini decreta, cui Pontifex ipse legatus interfuisset, vim suam obtinere. Eo responso grauius commotus est Pontifex, & quoniam Caesaris ex aula, eius edicti auctores Societatis homines referebantur, quorum consilio Principes, & Episcopi se regerent; in eam Iulius acriter exarsit, ab eaque adeo repente abalienatus est, vt nostri omnes tanquam Ethnici, & Publicani, ab eius aedibus arcerentur; nec quisquam pro illis apud Pontificem verbu facere, ne Capensis quidem ipse Cardinalis Societatis Protector, ac tutor, maximeque auctoritatis vir auderet. Detecta paulò post veritate, falsaque hominum sermonibus patefactis, Pontifex placatus ad primaeuam voluntatem in Societatem rediit.

His tamen omissis, ad alia praecleara Iulij facinora progrediamur. Simonem Sulaka Orientis vniuersi trans Euphratem ad Indos vsque Metropolitam, ordinis S. Basilij virum cum litteris Romam missum, vt confirmationem, & consecrationem postularer, benignissime recepit. Haec est epistola populi Nestoriani, quam anno 1552. ex Mozai, hoc est Seleucia Parthorum scribebat ad Pontificem Romanum pro Patriarcha iniuncto, traducta ex auctographo Syriaco ad verbum per Andream Masium.

Pater Patrum, & Pastorum maxime, qui concinnas miteras, & vnguis Sacerdotes, atque incingis zonis: Petrus temporis nostri, & Paulus dierum nostrorum, ac cingulum quod comprehendit vniuersos Christianos, qui es loco Christi Domini, & Dei nostri, sedesque super sedem Petri Apostoli, & tenentis clauis altitudinis, & profunditatis; ad quem dixit Dominus noster. Quod ligaueris erit ligatum, & quod solueris erit solutum, & super eam Petram aedificauit Ecclesiam suam sanctam. Nunc porro dedit eam tibi Christus Deus noster, vt ex ea dispenses Ordines Ecclesiasticos, pro eo ac opus fuerit gregi Christi, quem tradidit tibi, ne perturbetur per lupos, qui ipsum odio persequuntur, periretque grex Christi, atque incurreret in malum. quicquid autem periret reposcitur a Pastore. Tibi tradidit sanctam suam Ecclesiam, vt eius egestatem superpleas eo thesauro qui non deficit, & eo fonte cuius aqua numquam exhauriuntur, & quantumuis multi ex eo bibent, augetur, non autem minuitur. Tu es loco Petri, & prudentis architecti Pauli, qui omnes mortales illustrarunt eo munere, quod ipsis datum fuerat a Spiritu sancto, & a Pastore caelesti, qui suo sanguine illos redemit ab errore Diaboli, & mutorum Idolorum. Quia tu es Pater vniuersi populi Christiani, sicut Petrus caput omnium discipulorum, cui obenerat fors docenda Roma magna, & celebris. At hoc nostro tempore tibi illam dedit Deus, & elegit te, collocauitque super eam, tradiditque eam tibi, quia ita ipsi placuit. Et elegit te sicut Hieremiam ex utero matris suae, & sicut Ioannem filium Zachariae, qui dignus fuit, vt imponeret dexteram suam capiti Christi Dei nostri, & sicut Athanasium, & reliquos Patres veteres. Sed quid longa facimus verba coram tua Celsitate, quum simus indigni? Qui te elegit, is te exaltauit. Ceterum scias o Domine Pater, cuius vita custodita esto, quod nos serui tui Nestoriani Orientales, su-

Detecta ventate placatur.

Patriarchi Orientis recepit. Nestoriani populi Epistola ad Pontificem Romanum.

mus pupillis absque patre electo, qui dare possit Ordines Sacerdotales. Neque supersunt apud nos Metropolitae, quorum est ordinare Catholicum, sed solum pauci Episcopi, Episcopus Arbella, Episcopus Salmasi, Episcopus Adurbegan, Eneostigi convenimus in insulam, qua est intra Tigrini flumen Eden, secumque compellimus inter nos, & misimus pro hoc Monachum Siud, & deduximus ipsum per vim de sua statione in medium populi: atque uniuersus populus testabatur de ipso, esse eum usilem ad hanc viam. Igitur cum considerassent, approbassentque ipsum omnes greges, silico ascenderunt cum ipso ad Hierusalem Primates nobiles, magnificus Messiud, & Abdias Ephraim, ac magnificus Chabib, praeterque hos alij Monachi, & Sacerdotes, ac Diaconi, Laicique, atque intraximus, convenimusque ad Monachum benedictum, & gubernatorem probum, Dominum Paulum, eiusque Sodalitium spirituale in sancta Sion, in conaculo benedicto, in qua ille habitat, petimusque ab ipso epistolam ad dignitatem tuam, per Iacobum interpretem, & scripsit nobis tres epistolas ad tuam Celsitatem, multumque gaudebat de nobis. Nos vero dedimus Magistro nostro Siud, atque cum ipso misimus tres viros Primates, Thomam, Adamum, & Caleph, ante pedes tuos. Nunc igitur petimus a Celsitate tua, absolutio negotium ipsorum, & ordinato illum in Catholicum, datoque ipsi potestatem per verbum tuum, ut possit conferre gradus Ecclesiasticos, prout opus habuerit grex, pro more Patriarcharum; & ut ligare possit, & solvere pro consuetudine Patrum, & Canonum Apostolicorum. Itaque oramus te Pater noster, ne sis illis in mora, ne maneat cor nostrum apud ipsos, sed cito remitte ipsos, & scribito ipsis litteras, & epistolas, ac benedicito locis nostris. Iam vero esto saluus, & custoditus in Domino nostro.

Iulius perlectis his litteris Simonem consecrari iussit, eundemque in secreto Consistorio ornauit sacro Pallio.

Cum autem Carolus Caesar Philippo filio regnum Neapolitanum cessisset, Iulius te in Consistorio Cardinalium proposita, admisit renunciationem, ac translationem illam, nec non obedientiam a nobili viro Ferdinando Francisco Auolos de Aquino, Marchione Piscariae, eiusdem Regis Philippi Procuratore, nomine dicti Philippi Regis Sanctitati suae, ac sedi Apostolicae, & sanctae Romanae Ecclesiae praestitam; itemque homagium, & iuramentum fidelitatis, ac regnum ipsum vsque ad confinia terrarum ipsius Romanae Ecclesiae, excepta ciuitate Beneuentana cum eius territorio, districtu, & pertinentijs, ac eorum incolis, quae Sanctitas sua sibi, & eidem Romanae Ecclesiae retinuit; praefato Philippo Regi pro se, suisque haeredibus, & successoribus Aragoniae Regibus, tam masculis, quam foeminis ex eo recta linea descendentibus in feudum perpetuum pro solito annuo censu septem mille ducatorum auri de Camera, & vnus Parafreni albi pro recognitione veri, & directi dominij ipsius regni in festo B. Petri pertoluendo, & sub conditionibus, modis, formis, adiectionibus, promissionibus, clausulis, cautelis, voluntatibus, & ordinationibus in litteris Iulij II. & concessione Leonis X. Romanorum Pontificum Sanctitatis suae praedecessorum contentis, concessit, & elargitus est; ac regnum ipsum eidem Philippo Regi modo, & forma praedictis infeudauit, eumque de illo per ipsius Ferdinandi Francisci Marchionis Procuratoris ad oculum pedum Sanctitatis suae admissione inuestiuit.

Duo deinde seuerissima Edicta promulgauit in materia fidei violatae. Vnum contra blasphemos; alterum contra Hebraeos retinentes libros, in quibus aliquid contra fidem Catholicam notetur, vel scribatur, vtrunque rescipit in suis Annalibus Ecclesiasticis Abrahamus Bzouius. Aliam quoque Constitutionem edidit de reuocatione omnium facultatum quibuslibet personis, exceptis fidei Inquisitoribus a superioribus Pontificibus concessarum legendi, & retinendi libros Lutheranorum, aliorumque quorumlibet Haereticorum, cum inhibitione eis in posterum vtendi. Qui propterea primus dicendus videtur Romanorum Pontificum, qui id praestiterit; ante quem nulla Pontificia, aut Caesarea lex propositis poenis cauisse reperiatur in vniuersum; ne libri Haereticorum, aut alij pestilentis legerentur; cum singulares, aut singularium Haereticorum, haesumue frequentissimam prohibiti reperiantur.

Singulari cultu sacrosanctam Virginem Deiparam profecutus semper est; quare praedecessorum Pontificum ritu Lauretanae Domus, indulgentias, immunitates, beneficia, vt cultores ardentiores in Virginem redderet, sua firmavit auctoritate. Cleri quoque mores legibus per Cardinalem Carpensem latis composuit ad sanctitatem; exinde ab incolarum disciplina ad ornatum loci curam suam Pontifex vertit. Sacra ab eo supellex satis aucta, marmorei gradus in Teplici vestibulo excitari; atrium ad loci munditiam laterculo stratum; nonnullae etiam priuatae aedes, vel ad plateae speciem, vel ad incolarum commoditatem e regione porticus extructae. Ad extremum summa, tectoquoque proxima Pontificiae domus contignatio rudis, ac deserta antea, ad habitandum satis exulta, eaque Societatis Iesu Patribus attributa. Pontifex quippe probe gnarus prauorum morum emendationem ex bene instituta confessione fructum peregrinationis esse vel permaximum; Lauretano Templo cunctarum gentium peregrinationibus celeberrimo, idoneos prouidere Poenitentarios statuit: etsi non deerant Sacerdotes pij, doctique; tamen eorum siue paucitas, siue peregrinarum incitiam lin-

guarum minus vtique proficiebar, quam opus erat. Itaque Pontifex omnia circumspectans, demum Cardinalis Carpenensis admonitu optimum factu existimauit Sacerdotes Societatis Iesu Lauretani Presbyteris adiungere, vt essent, qui linguae commercio peregrinos allicerent ad expiationem animorum, & simul aduenarum confessionibus assiduam, sedulamque operam darent. Duodecim socij ad eam rem lecti: his alendis quod satis esset, ex Lauretanae Domus facultatibus assignatum; sedes in suprema aedium parte, quae tum vacabat, vt diximus, attributa anno 1554. Haec initia Collegij Lauretani Societatis Iesu parua quidem, sed haud paruo incolarum, & peregrinorum bono; Patrum enim praecipua cura erat, peregrinarum, ac Transalpinorum animos confessione expiare; agrestes homines Christianorum mysteriorum rudes informare; omnes ad pia, Christianaque vitae studium accendere.

Rosam auream, quam solempni pompa benedixit, Ecclesiae sanctae Mariae Maioris in signum sui erga ipsam Virginem affectus dono dedit: Societati sanctissimi Crucifixi in Ecclesia S. Marcelli de Vrbe erectae facultatem concessit liberandi vnum singulis annis e carceribus almae Vrbs capite damnatum, citra laesae maiestatis crimen; nec non amplissimas delictorum Indulgentias a primis vesperis, vsque ad occasum Solis omnibus vtriusque sexus visitantibus imaginem sanctissimi Crucifixi in diebus festis Inuentionis sanctae Crucis, eiusdemque Exaltationis; nec non associantibus Eucharistiae Sacramentum infirmis porrigendum. Vertente insuper anno Iubilaei pallia, & vestes albi, rubei, caeterorumque colorum, quos in Ecclesia adhiberi mos est, sericas, auroque contextas ad vsum Basilicae Lateranensis confecit. Canonorum Saecularium S. Georgij in Alga priuilegia, gratiaque a praedecessoribus Romanis Pontificibus concessas, amplo rescripto die 28. Octobris anni 1554 confirmauit. Collegij Aduocatorum Consistorialium, e quo Vincentius pater, & Fabianus auus, ac vt nonnullis placet, ipse quoque Iulius prodierat, perpetuo valitura sanctione, vetusta eiusdem Collegij iura de laurea in vtroque Iure tradenda firmavit. Insuper per Vicarium suum Philippum Archintum sanxit, vt Diocletianae Thernae in Templum sanctissimae Virginis Mariae, & septem Angelorum dicarentur: itaque die 15. Augusti, seu, vt alij volunt, 23. Martij Thernae illae per Episcopum Sebastenum in honorem sanctissimae Mariae Angelorum, & Martyrum sunt dedicatae, duae arae ibidem erectae, & sacra quotidie celebrari coepta.

At cum Hetruria direptionibus, incendijs, caedibusque flagraret, vt finem discordijs illis imponeret, Viterbium cum tota Curia initio mensis Iunij anni 1553. se contulit; vbi saepe saepius Diuae Mariae imaginem supra Quercum visitauit; ac sacrum die Dominico celebravit. Re infecta reuersus deinde in Urbem Ducem Hetruriae Cosmo contra Senenses suppetias tulit, cui gratam vicissitudinem vt reprehenderet Cosmus oppidum montis S. Sabini sub Marchionatus titulo, Balduino Pontificis fratri addixit.

At die Sabbati hora circa decimam nonam x. Kalendas Aprilis anni 1555. vt dictum est supra, Iulius Pontifex ab humanis decessit, de quo haec in M. S. Vaticano legimus. Die 7. Ianuarij 1555. fuit primum Consistorium secretum praesentis anni 1555. in quo S. D. N. Iulius III. deputauit R. D. meum Cardinalem Moronum Legatum de Latere ad Serenissimum Regem Romanorum. Die 13. Februarij 1555. S. D. N. dedit Crucem R. D. meo Morono Legato ad Serenissimum Regem Romanorum. Die 23. Martij 1555. S. D. N. Iulius Papa III. apud S. Petrum diem suum clausit extremum, per cuius obitum sedes Apostolica vacauit vsque in diem xi. Aprilis eiusdem anni 1555. Quanto nonas Maij allata a Cesare, & Philippo Rege eius filio listere, quibus, & suum dolorem, quem acceperant ex Iulij III. Pont. Max. morte declarabant. Fuerunt, qui constanter affirmarunt, Iulium sibi ipsi hac ratione mortem accelerasse. Balduinus Pontificis frater pro se, & filio Fabiano, cui filiam Cosmi Florentiae Ducis despondi curauerat, Camertij vrbe potuendi desiderio ardenti aestuabat; fratremque Pontificem saepius interpellatum eò adegerat, vt ei promiserit, se ea de re in Consistorio quamprimum relaturum. Cum vero Pontifex omnes ferè Patres sententiae aduersaturos intellexisset, rem procrastinando differabat; & ne Consistoria a fratre importuno habere cogereur, languorem finxit; vtque rei fidem magis faceret, solitis cibis abstinere, eosque parcius, quin, & insolitos, agrotoque ineptos sumere cepit. Ex ea vitae ratione commutata morbum contraxit, qui eum iam senem breuissimè assumpsit: delectabatur rusticis, & graffioribus cibis, caepis praesertim Caietanis grandioribus, quae ei perniciem attulerunt. Sunt etiam, qui dicant, eum veterno interijisse, cum, vt Panuinius narrat, externa quaeque parum curans, fruendo potius quam regendo Pontificatu incumberet, totusque esset in extruenda elegantissima ad voluptuarios secessus extra portam Flaminiam villa Iulia, cuius insanire studio videbatur, in qua conuiujs potius, quam publicè procurationi vacabat. Qui si vitae, qua priuatus egerat, institutum, constanter in Pontificatu seruasset, multa, quae eo tempore deprauata erant, fuissent haud dubium in meliorem formam restituta. Sepultus in Vaticano, nostris hisce temporibus visitur huiusce Pontificis sepulchri delineatio in cryptis Vaticanis solo nomine sic inscripto: IULIUS III. cuius exemplar hic ante lectoris oculos propono.

Patribus Societatis Iesu Lauretanae Poenitentiarum datur.

Paul de Angel. de Basilica Libertiana Rosam auream Basilicæ Libertianae dono tribuit Beneficia in Societ. SS. Crucifixi de vrb

Iac. Philip Tomaf. in Annalib. Priuilegia Canon. S. Georgij in Alga confirmat: & Aduocatorum Consistorialium Diocletianae Thernae in Templum Virginis dicitur. Hipp. Mar ract. in M. S. P. Mariae Viterbium se confert Petr. Core tin. de Ep. Viterbiae.

Iulij III. Obitus.

Causa mortis.

Sepulchrum Frac. Mar. Turng. de Crypt Vat

Patriarcha Orientis consecrat.

Regnum Neapolit. Philippo Regi dari confirmat

Edictum contra blasphemos & contra Hebraeos.

Constitutionem edidit contra libros Haereticorum

Affectus Iulij in Deiparam Lauretanae Hor. Turfellinus in H. it. Laur.

1
Iubileo
inchoato

2
Corrupti
Anglicae
mores, ab
pietate
integritate
tem reuocantur.

3
Iulij
pro
dentia, in
adversis

4
Porta
Con
tuncellar
conforma
to, et mu
nicio.

5
Publice
Pacis a
mañisi
mum se
ostenda

6
Iubileo
ab obitu

7
Litteris
et litteris
tri nari
chus
da mag
nificenti

8
Litteris
Pompae
ma ore
jubili
da mag
nificenti

9
Litteris
causa
portan
laminis
struunt

10
Populo
advers
chilari
pudet.



Ex Museo Equitis Caroli Antonij à Puteo deprompta.

Iulij III. scripta. Qui Iulio litteras, & scripta de dicit.

Lud. Iacob a S. Carol in Bibliot. Pontificia.

In liberatitate Iulij III. P. M.

Obitus Andree Alciati.

Egnarij Baroni Leonensis

Item Ioannis Vaszi.

Io. Pierij Valentian.

Pet. Carol

Ioannis Cochlæi - Pau. Iouij Federici Naufæ.

Post obitum in lateritio quodam tumulo inter Pij II. ac III. tepulchra conditus est; inde sub noui Templi pavementu translatus. Scripsit Iulius Orationes multas Vernacula, & Latina lingua, præter illam, quam adhuc iuuenis habuit in quinta Selsione Lateranensis Concilij sub Iulio II. Litteras dedit Egidio Cardinali Vi-

terbiensi, quæ inter Epistolâs Principum editæ inueniuntur. Iulio litteras scripsit Paulus Iouius, quibus Historiam quoque suam misit: Cælarum Imagines, & numismata Iulio dedicata sunt: Antonius Franciscus Rainerius librum edidit de Creatione Iulij: & Ianus Vitalis de eodem hæc cecinit.

Qui sedet Augusto solio sublimis, & aurea
Ambitur chlamyde, & triplici veneranda Corona
Tempora diuinis circumdatur argumentis,
Cui dextra adduntur clauis aperire potentes
Claustra bonis ad aperta malis dehinc claudere Cali,
In terris qui iura Dei vir sustinet vnus,
Atque animas ligat impuras, soluitq; ligatas,
Pro meritisque suos Diues partitur honores,
Non solum vite leni qui luce fruuntur,
Verum etiam quorum tellus complectitur ossa;
TERTIVS hic ille est Pastorum Maximus Orbis
IVLIVS Ethrusca natus de gente, supremam
Majestatem omni nactus virtute, potentes.
Oscula cui pedibus libant regalia, cuiq;
Assurgit totus studij ingentibus Orbis,
Hos tibi Roma Deus summos mandauit honores
Omnibus è Regnis, vt nunquam sancta potestas
Pontificis deleat tui soluantur, ab ipso
Vsq; auctore Deo suprema ad funera Mundi:
Nam morsente vno succedit idoneus alter
Optaturque volente Deo, & celestis in illo
Spiritus affatur, semper nouus, est tamen idem.
Quid nam igitur latras crudelis Barbare? virus
Quid retrum frustra effundis? quæ te impia cecat.
Inuidia? vt deleant oculis tibi, corda fatiscant,
Os frendat, titubent artus, insanias, & mens,
Quod Pater æternos habeat Romanus honores?

Iulianus Cælarinus eiusdem Conclauæ, & Diaria scripsit. Seraphinus Ecclesianus carminibus Iulij insignia exornauit: ac demum eidem librum de Iubilæo inscripsit Io. Baptista Paulianus.

Liberalitatem denique tanti Pontificis cum gratiarum actione, hac ode, & carmine testata immortalitati reliquit Faustus Sabæus.

Donasti vnde meam possim traducere vitam,
Lassulla, & ægra, & inops, quæ reparanda fuit.
Et quod debebant alij longo ordine nobis
Pontifices soluis, maxime Pontificem.
Quid tibi retribuam, IVLII, nisi Carmina, & Odas?
Hæc sunt Principibus gloria, splendor, honos.
Aurea dona Duces dent, Reges gemmea, vtrique
Nec maiora istis, nec meliora dabunt.

Sub Iulio III. Romano Pontifice anno scilicet 1550. duo nobilissimi Iuriscōsulti è vita migrarunt: Andreas Alciatus Mediolanensis duodecimo Ianuarij die, anno ætatis 59. Papiæ, solus, vt prædicant, inter Iuris Interpretes doctissimus, & inter doctissimos Iuriscōsultissimus, qui legum studia antiquo decori restituit; ac primò Biturigibus, deinde Auenione, tum Bononiæ, postea Ferrariæ, ac demum Ticini, seu Papiæ publicè ius professus. Et Egnarij Baroni Leonensis Brito, 22. Augusti die, ætatis anno 55. Biturigibus, vbi summa laude Ius ciuile docuit Iurispudentiæ veteris restaurator eximius; cui Franciscus Duarenus insignis, pariter Iuriscōsultus, eiusque in Academia collega epitaphium posuit. Obijt item eodem anno Salmantica in Hispania Ioannes Vasæus Belga Burgensis ineunte Octobri iam affecta ætate, qui diu in Hispania moratus, res etiam Hispanorum continua, & luculenta historia complexus est. Item Ioannes Pierius Valerianus Bolzanus Belluno in Venetis opdido natus, Patauij annum 82. supergressus, qui inter sui sæculi doctissimos meruit recenseri; inter alia Virgilianis Lectionibus, & Hieroglyphicis maxime commendatus. Quo item anno ponit Genebrardus obitum Petri Caroli è doctore Sorbonico facti ministri Hæreticorum; qui cum Caluini in sanctam Trinitatem, & symbolum Nicenum blasphemias animaduertisset, ac tam in Synodo Ministrorum Bernæ collecta, quam etiam scriptis publicis manifestas fecisset, ac confutasset, abiecta huiusmodi hominis, & assecularum eius societate, Romam profectus, vt venia apostasiæ consequeretur, illic apud Robertum Cardinalem Lenocourtiū, piè, & laudatè obijt: vt longè magis idoneo teste Philippo J. enoncourti, prædicti Roberti nepote, ipsoq; etiam postea Cardinale, qui aderat; probat idem Genebrardus, quàm sit impurissimi Bezæ calumnia, qui semper spurca cogitans, scripsit in Vita magistri sui Caluini, eundem Petrum Romæ cum ludibrio exceptum premente inopia, & Gallica scabie, vix in Xenodochium exceptum miserè ibidem perijisse. Anno verò 1552. mortem subire alij litteris insignes viri; Ioannes Cochlæus, & Paulus Iouius, Federicus Naulæa Episcopus Viennensis in Austria, qui Ferdinandi Regis Oratorem in aliquot Tridentini Concilij Sessionibus e-

git, extantque eius non ignobilia scripta; Ambrosius Catharinus Senensis ordinis Dominicanus, Lutheri Antagonista, factus Episcopus Minorantis, scriptis item, & disputationibus Tridenti factis nobilis. Petrus Apianus Beneuius Leinicensis in Misnia Astronomus, & Cosmographus celeberrimus, & scriptis, ac nouorum instrumentorum inuentione illustris, inprimisq; Cæsaræo illo Organo, quod Carolo V. Imperatori dicauit, propter quod fuit etiã ab eo dignitate auctus. Obijt quoque Ingolstadtij, vbi profitebatur ex nephritide 21. Aprilis Lazarus Bonamicus Bassanensis, Philosophus doctissimus, anno ætatis 73. Februarij vndecima Patanij: vbi magna cum admiratione multis annis docuerat. Lilius Georgius Gyraldus Ferrariensis, vtriusque linguæ, & omnis politioris litteraturæ, & antiquitatis, quam varijs scriptis illustrauit longè peritissimus Ferrariæ eodem Februarij, ætatis verò suæ 74. attritide pedes, manusque diu vexatus. Ferdinandus Nonnius Pincianus Hispanus, è nobili Gufmanorum gente oriundus, qui olim Francisco Ximeno Cardinali in procudenda Complutenfi sacrorum Bibliorum editione operam suam, & industriam addixerat, & alijs quoque Commentarijs illustris, tota vita cælebs, & abstemijs, octogenario maior, instructissima Bibliotheca scholæ Salmaticensi legata, erogatis in pauperum vsus facultatibus, iussis ad suū monumentū his solummodo verbis inscribi: *Maximum vite bonum mori*. Demum anno 1553. è vita migrarunt inter cæteros insignes viros Ioannes Dubrauius Skala ex apoplezia 8. Idus Septembris, qui bello, & pace impiger patriæ suæ Bohemiæ historiam luculenter scripsit, & Olomucensem Episcopatum toto decennio summa prudentia, & sanctimoniz laude reuuit. Ioannes Baptista Egnatius jv. nonas Iunij Venetis octogenarius, qui bonas litteras, historiamque non mediocri studio illustrauit: & viij. Idus Augusti Hieronymus Fracastorius Veronensis ex apoplezia septuagenario maior, qui ad exactam Philosophiæ, & Mathematicarum artium, ac præcipuè Astronomiæ cognitionem, summum iudicium, & admirabile ingenium attulit, & Medicinam vt honestissimè, ac citra lucrum, ita felicissimè exercuit.

Feliciores morte sub eodem Iulio ad superos euolauit Franciscus Xauerius Societatis Iesu, qui cum post reditum è Iaponia ad Sinas vltimos Asiæ populos vrbibus, oppidisque frequètes transire Euangelij ijs prædicandi ergo percuperet, appulsus in Sancianum eius regionis insulã incultam, & desertam, triginta leucis à continenti distantem, ad quam per id tempus commercij causa commeare soliti Lusitani, Sinæq; raptim sibi tuguria è ramis, vel stramine contruere, atque in discessu disturbare consueuerant; Arcebantur enim cuncti exteri omni in continentem appullu; eratque Sinis capitale quemcunque iniussu Præfectorum inferre, dum in eo esset, vt clam magno pretio transueheretur in suburbia ciuitatis Cantonis, morbo correptus, in summa rerum omnium egestate pijssimã animam in cœlum emisit jv. nonas Decembris, anno Christi 1552. ætatis 55. peregrinationis suæ Indiciæ vndecimo. Cuius corpus cū ipsis vestimentis à Lusitanis, qui aderant, in arcam inclusum, viua coopertū est calce, quo celerius exesis carnibus, nuda secum ossa in Indiã deportarent. Quod post diuersas pluribus locis stationes miraculis vbique coruscans, demum Goam Indiæ metropolim post quindecim circiter menses, nempe Martio 1554. delatū, integrum, ac viuudum, omnis tabis, & corruptionis expers, suaeque olens repletum, summa pompa, ac veneratione sepultum ibidem Goæ in Templo S. Pauli Societatis Iesu, vbi hætenus quiescit. Hic à Gregorio XV. vna cum Ignatio fundatore, Teresa, Isidoro, ac Philippo Nerio in sanctorum album relatus est, vt suo loco dicemus. Plures tum Romæ, tum alibi, Iulij memoria; & primò in Vaticano, vbi Bibliothecam, licet priuatam extruxit, quare in Aula Constantini hæc ad posterorum memoriam leguntur notæ.

IULIUS III. PONT. MAX. AD HONESTAM AB INGENTIBVS CVRIS ANIMI RELAXATIONEM LITTERARII OCII FRVCTVM ET IVCVNDITATEM BIBLIOTHECAM PRIVATAM FIERI ET EXORNARI IVSSIT. PONTIFICATVS SVI ANNO PRIMO.

In Ecclesia S. Paulo Apostolo sacra in via Hostiensis, ad Portam sanctam hæc adest Iulij memoria.

IVLII III. PONT. OPT. MAX. PRÆCEPTIS ET AVSPICIIS PORTA HÆC AB ORTV IVBILÆI ANNI M. D. L. PATEFACTA EST AC EO EXACTO RVRSVS PARIETE OBSTRVCTA SACRAS CÆREMONIAS IOANNE CARD. DE SALVIATO EPISC. PORTVENSIS DE MORE AGENTE.

In alia verò D. Bernardo Abbati Clareuallensi sacra hæc sunt notæ.

IVLIO III. PONT. OPT. MAX. CATHERINA NOBILIS SFORTIA AVVNCVLO MAGNO AMANTISSIMO ET BENEMERENTISSIMO SED. A. V. M. I. D. XVI. VIX. A. LXVIII. OB. IX. KAL. APRIL. A. MDLV.

Ambrosij Catharini

Apiani Beneuij.

Lazarus Bonamicus.

Lilius Georgij Gyraldi.

Ferdinandus Nonnij.

Ioannis Dubrauij.

Io. Bapt. Egnatij. Hieronymi Fracastorij.

S. Francisci Xauerij obitus.

Iulij memoria.

Perusia ante aedem S. Laurentij erat huiusce Pontificis aenea statua cum sequenti inscriptione.


IULIO III. PONT. MAX. OB RESTITVTOS MAGISTRATVS PIE DEPRECANTIBVS FVLVIO S. R. E. CARD. ET ASCANIO CORNEIS EX SORORE NE POTIBVS AD MVNERIS GRATIQ ANIMI PERPETVITATEM PERVSIA DEDICAT.

Quidam hoc tempore, qui per Galliam dicebat se habere spiritum D. Ioannis Euangelistae, exuritur Tolosae; alter visus est Lutetiae, & Basileae, qui genio Petri se frui contenderet; alius etiam Basileae, qui assererat, se Moysi Angelum habere. David vero Georgius impudenter per Hollandiam, & Frisiam scribebat se esse verum Messiam, & Dei nepotem, & non ex carne natum, sed ex Spiritu sancto. Ioannes Lutheri coquus se iustum Ionam; Oliander se Enochum secundum praedicabat.

Primum Concilium sub Iulio praeter Tridentinum, fuit Petricouienle, auctoritate Nicolai Dziergouij Archiepiscopi Gnesnensis, ac regni Poloniae Primatis habitum anno 1551. ad haereses examinandas, quae in omnibus ferè diocesisbus regni Poloniae radices iam altas egerant. Alterum item Petricouienle eiusdem Nicolai iussu celebratum anno 1552. ad Ecclesiasticorum mores corrigendos. Denum anno 1553. Tertium Concilium Petricouienle, eodem Nicolao Dziergouio Primate Praesidente pro conseruatione disciplinae Ecclesiasticae habitum.

PRIMA CREATIO VNIUS CARDINALIS Iulij Papa III.

Anno a Partu Virginis 1550. pridie Kalendas Iunii, Iulius III. Romanus Pontifex anno sui Pontificatus primo, vnum renunciauit Diaconum Cardinalem, qui fuit.



I. INNOCENTIVS de Monte Balduini Iulij III. fratris filius adoptiuus, ignobili loco in castro Placentinae ditioris natus, adhuc puer e propria domo discedens, huc, atque illuc errans Bononiam, seu verius Placentiam cum se contulisset, a familiaribus Ioannis Mariæ Montij Archiepiscopi Sipontini, ciuitatis gubernatoris, vel Legati domesticae seruituti addicti Archiepiscopus moribus, ac lit-

teris, cum excellētis ingenij signa daret, eum instrui curauit. Apud quem tanti fuit, vt eodem a Paulo III. Cardinale renunciato, & post ipsius mortem in Pontificatu Iulio III. dicto succedente, donatis propriae familiae Montiae cognomine, atque insignibus, & data illi in Cathedrali Placentinae Ecclesia, seu, vt alij volunt, Aretinae Praepositura, paulo post anno 1550. Pontificatus primo, pridie Kalendas, non Maij, vt refert Petramellarius, sed Iunii, iuuenis adhuc nulla illustri re antea cognitus, graui Pontificis contentione, renuente Cardinalium Collegio, eidem proprio pileo dato, Cardinalis Diaconus S. Onuphrij creatus fuerit, summitque honoribus, legatione scilicet Bononiae, & Aemiliae, Collegij Cathecumenorum protectione, ac ditissimis Innocentij Cardinalis Cybi defuncti sacerdotijs condecoratus sit renuente, vt diximus, Cardinalium Collegio. Nam Cardinalis Theatinus disertè orauit coram Pontifice, ne dehonestaret Ordinem, ac se ipsos noui hominis infula, alijsque rationibus strenuè remouere ab eo consilio Pontificem studuit. Pertimescendam aiebat bonorum, ac vulgi famam, qua nullum efficacius Principibus frœnum, ac supplicium; non ea Innocentium virtute esse, qui honestari purpure insignibus dignus foret. Quinimo proscribendi passim viri mores, ac proinde quae priuata modò erat hominis nota, communem ipsiusmet Pontificis, ac amplissimi Senatus contumeliam, ac dedecus fore. Praeterea patrie generis, ac patrie obscuritas quantas ostunderet purpure, ac Pontificio nomini tenebras; prosecutus copiosè, ingentiq; cum zelo argumentū est, sinemq; sermoni imposuit ipsi verbis. Domine ostende nobis patrem, & suscipit nobis; Cumq; Pontifex adornare Innocentium amplissimis illis infulis statuisset, Theatinus Card. ne astipulari suffragijs videretur, ab eo Consistorio, in quo renunciandus erat Cardinalis Innocentius, abstinuit; metem verò suam scripto istiusmodi ad Pontificem misso aperuit. Beatissime Pater laboravi per aliquot dies corporis incommodis, neq; adhuc satis firma sum valetudine; ideo, nec sanctitatem Vestram adire, nec cum Reuerendissimis Dominis meis Cardinalibus frequentius esse potui; licet fecerim mihi tum de ceteris rebus publicis, tum de promotione istius

Aliquorū delicia.

Laur. Surius in Commentarijs

Concilij Petricouienle primū, Simon Starouolse. in Ept. Conciliorum Petricouienle secundū Tertium.

Ciaconius Petramell Cabrer. Filicc. in Eleg. m. s. Andr. Viorelli in Addit. ad Ciaconij Aubery in Vit. Io: Bapt. Adrian. in Histori. Ioseph Siles in Hist. Cler. Reg. Thuan. in Histori. Andr. Duchesne in Hist. Pont. Rom.

A pueri aliquid audire; unde nunc votum meum tutius formare possem. Quare cum penitus ignorem, & genus, & patriam, & natales, & aetatem, & qualitatem personae, quorum notitia in causam graui necessario requiritur, dabit mihi veniam sanctitas Vestra, si a ferendo suffragio reuenter abstineam.

At contra Pauuinium, in Iulium non bene affectum, nonnulli volunt, Innocentium Balduini filium non adoptiuum, sed legitimum fuisse; atq; ad suam confirmandam sententiam, tabulariorum monumenta referunt, ac inscriptionem in marmore incisam ante fores vineae Balduini, prope Flaminiam portam; quae est huiusmodi.

IULIUS III. PONT. MAX. AVSPICIO.

Baldunus eius Frater hoc suburbanum prope Flaminiam, ab Antonio Patruo Cardinale olim animi causa comparatum, Siluis, Hortis, Vinetisque contiguis, & quibusvis plantarum generibus, numero penè infinito a se auctum, nonq; ac poliore cultu nullo non loco directum, atque illustratum, Aqua Virgine, & Fontibus saluberrimis, & latebris terra inaccessis non minus ad commune omnium, quam ad priuatum commodum eductis, vndique irriguum factum, salientibus; piscina, auariorum, atque hoc quasi theatro admirabilis Picturarum, Statuarum, Emblemata, splendore constructis. Temploque in primis DEO OPT. MAX. ac Diuo Andrea ab ipso IULIO PONT. erecto, atque dicato sibi Innocent. Card. & Fabiano Comiti Filij, & eorum posteris in ampliore, & auctiore formam rededit: praedictum autem huc ipsum, ac quicquid vsquam in eo ortum, cultum, structum, ampliatum, ornatum, vel in praesenti est, vel erit in posterum, siue totum, siue aliqua ex parte, cuiusq; modi, & quantula ea cunque fuerit praeter ipsos fructus, vni nullo profusus pretio, nullo pacto, nullo iure cuiquam vnquam alicui, vendi, obligari, donari, aliove quouis modo alienari possit, Testamento in perpetuum ab eodem Balduino omnibus est interdictum, ne de nomine exeat familia sua.

Quae tamen monumenta, cum tantum Innocentium Balduini filium nominent, a scriptorum illius aevi clarissimorum sententia discedere, haud possumus.

Mortuo igitur Iulio, ac Marcello II. Pauloque IV. cum Innocentius redditus malè contumeret, & se alienum a veris Cardinalis dotibus demonstraret, multis criminibus infimulatus, a Pio IV. Hadrianæ molis fuit mancipatus; ratusque Pontifex, non posse meliore ratione corrigi, quam si ditissimis prouentibus priuaretur, tres potissimas Abbatis, S. Sabbe in Cella noua, Miramundi, & S. Mariae Cryptae ferratae alijs contulit, eumque in compedibus per annum integrum detentum, Tibur relegauit. Dum Pontificis iussu ad Hadriani molem captiuus duceretur, iniuria affectus à quodam caupone, & à filio, vtrunque concitauerit, manus, ac purpuram, sanguine duorum vno, eodemq; tempore cōspurcandō, quare Pius dum factum Amulio narraret, illud Virgilij carmen recitauit.

Natum ante ora Patris, Patremq; obruncat ad aras.

At cum adhuc in vitij perleueraret suis, Pius V. successor iterum illum in vincula coniecit, & castigatum, atque omnibus praeter eos, quibus tantum victum parabat, redditibus ablatis in Caenobio montis Casini inclausit, eiq; multorum Cardinalium postulatu curator pietatis, ac rector Iosephus Cortesonus Societatis Iesu datus est. Quae omnia eum tam exosum Romanæ Curiae reddiderunt, vt cum postea Gregorio XIII. Pontifice libertate donatus, Romae, vbi S. R. E. Diaconorum primas tenuit; ex S. Onuphrij ad S. Mariae in Porticu primò, postea ad S. Mariae Nouae Diaconatus translatus moraretur, reliqui Cardinales ab eius consuetudine abhorrerent. Sunt, qui scribunt, die 13. Decembris anno 1568. ob mortem Vitellotij Vitelli Diaconiam S. Mariae in Via lata Innocentium obtinuisse.


Anno tandem 1577. die tertia Nouembris infelicem vitam cum morte commutans, nocte priuatim in Ecclesia S. Petri in Monte aureo apud Minores Obseruantes sepultus est, nulli pristinae maiestatis relictis testimonijs, quam quibusdam imaginibus, & picturis, quibus dum humanus fauor arrideret, delectabatur. Summam habuit in Ecclesiasticis caeremonijs peritiam, quae tanta fuit, vt cum Consistoria publica pro recipiendis Principum Oratoribus, ac Legatis celebrarentur, ipsimet caeremoniarum magistri nihil facerent, nisi prius Innocentium consulissent.

Interfuit semper Comitij Pontificijs, illis videlicet, in quibus renunciati Romani Pontifices Marcellus II. Paulus IV. Pius IV. & Pius V. exclusum solum inuenio ab illis Gregorij XIII. & causa proclius ignoro, nisi affirmare cum aliquibus vellemus, reiectum solum fuisse ob Diploma Pij V. hac de re editum. Fuit Innocentius vltimus Abbas Commendararius Caenobij Morimundensis; nam Pius IV. Romanus Pontifex Abbatialem illum titulum, quo Innocentium anno 1561. spoliauerat, Monachis Cisterciensibus Congregationis Heutice restituit.

Floranus Marinell. de Diacon. S. Mariae in Via lata. Sforza. Card. Pal. laticia. in Histori. Cœ. Tod. Francisc. Sacchin in Histori. Soc. Ies.

SECUNDA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Julius III. Pontifex Maximus anno salutis 1551. & sui Pontificatus secundo, die 12. Octobris, vnum inter Presbyteros Cardinales cooptavit, qui fuit.



II.
FR. Georgius Vtilleno-
uichius, alias Martinusi
us dictus, Hungarus, anti-
quo, & claro genere in pa-
terna atque Namiesaz ad Ti-
cij, seu Tibisci fluminis ripa
sita in Dalmatia; seu, ut vult
Iouius, in Croatia citerioris
Pannonia, Illyricique fini-
bus propinqua, patre Gre-
gorio Vtillenoichio, matre
Iacobi Martinusij Scardon-
ensis Episcopi, ex dominis
de Borgocino sorore, natus

anno 1482. primae aetatis annos in aula Ioannis Coruini Mathiae
Regis Hungariae filij, Dalmatiae, Croatiae, Slaunoniaeque sub Vla-
dislao Rege supremi moderatoris transegit; à quo in Transilua-
niam ad arcem suam Hunnadianam, ut in ea publicis rebus praes-
let, missus est. Ibi certe per multos annos in multis, magnisque re-
rum incommodis, ut ipse non raro ingenuè fatebatur, aetatem agi-
tauit; cum non desint, qui scribant, eum vilissimis obsequijs adhi-
bitum, & calefaciendis hypocauftis destinatum fuisse. Patre à Tur-
cis occiso, annos natus viginti Eduigis viduae Stephani Hungarici
regni Palatini, cuius filius Ioannes Rex fuit, seruitio se addidit; co-
gnita deinde Iacobi fratris viri fortissimi morte, aulam pertæsus,
vitæ, aduersæque fortunæ tædio affectus, sæculo nuncium remit-
tere statuit, amplexusque est ordinem, secundum Panuinium, &
alios, S. Pauli primi Eremitæ sub regula S. Augustini militantem,
qui tunc in Hungaria, finitimisque prouincijs mirè florebat. At
Vuion in eo hallucinatum fuisse, Panuinium notat, quod cum à
Mathia Hungariae Rege quædam Monasteria Sodalibus Montis
Oliueti data fuissent, inter quæ primum, ac præcipuum erat Cœno-
bium S. Pauli iuxta Budam, in quo Georgius hic monachum egit,
inde coniecit, atque intulit, Georgium Cardinalem institutum mo-
nasticum Oliuetanum arripuisse. Idem affirmat Alphonsus Vlloa
in Vita Caroli V. ac Secundus Lancellottus in Historia Oliuetana;
nec ab his discrepant Natalis Comes, ac Petrus Busianus: Contra
hos sunt monumeta Vaticana, in quibus Georgius monachus san-
cti Pauli Eremitæ palam dicitur: aberrant tamen à veritate illi, qui
Georgium ordinis S. Basilij monachum faciunt. Vt ut sit, hoc con-
stat, cum per quadrienniū litteras, quarum antea planè rudis erat;
quamuis iam aduoluit didicisset, sacris initiatum esse, ac varia offi-
cia, & munia eiusdem ordinis singulari cum prudentia, ac pietatis
laude obijisse.

Cæterum Ioanni Regi à Ferdinando Rege, regno exacto, & in
Poloniam profecto, exiliq; Georgius celebris Cesto Koniani Cœ-
nobij in Polonia tunc Praeses peregrinam nauauit operam, vltro,
citroque contendens, ut Hungaricos Proceres in Ioannis fide cõ-
tineret. Qui cum regnum Georgij diligentia recuperasset, insigne
beneficium idem Georgio acceptum retulit, effecitque, ut opulen-
tissimo Varadiensi Sacerdotio, publicisque muneribus præficere-
tur, & consiliorum omnium particeps esset. Migrans autem è vita,
vnici vndecim dierum filij tutorem, & ararij administratorem, & re-
gni, donec filius infans adolesceret, gubernatorem eum instituit.
At Ioanne vita functo Georgius funesta inter Ferdinandum Re-
gem, & Isabellam infantis pupilli matrem dissidia auferre curauit,
ut mox dicemus. Isabella Sigismundi Poloniae Regis filia, ac Regi-
na Hungariae Georgio monacho, ac Petro Vichio, alias Petrouitio
sanguine Ioanni Regi defuncto coniuncto, omnia publica aliqua-
do curauit. At cum ex absoluta ditionis eius administratione in-
suspicionem Isabellæ Reginae matris Georgius venisset domina-
tionis affectata, crebris inter eos ortis discordijs, totidemque factis
reconciliationibus, eo demum Reginam desperationis adegit, ut à
Solymano contra ipsum, quasi cum Ferdinando in necem filij, &
ipsius Solymani auctoritatem consilia agitantem auxilia petierit;
sed ijs seriùs venientibus; interea Georgius denuò cum Regina pa-
cem iniit, & venientes Turcicas copias varijs certaminibus, & præ-
lijs fudit. Nata deinde inter Georgium, ac Petrouitium dissensio-
ne, Georgius ad Ferdinandum Regem Transiluaniae inhiantem in-
clinauit; cum is missa legatione, Turcicæ societatis, & fidei sum-
mam inconstantiam, & perfidiam proponeret, atque commemo-
raret, cuius ante paucos annos, cum Regina, ac pupillus ab illorum
tyranno Buda in Transiluaniam pulsi, ac relegati solum vertissent,
periculum fecisset. Verendum etiam num haud mediocriter esse,

A ne repetitis iræ, atque odij causis, quæ apud crudelern, & iuris om-
nis contemptorem in procliu habentur, etiam Transiluanis, ac
quam modò beneficiario nomine possident, ditione exclusi, de vi-
ta etiam, & salute periclitentur. Satiùs longè, consultiusque fore,
si procul ab illius vicinia agitanda ab iniurijs, & contumelijs eius
securi, vitam quietam transigant. Ferdinandum pro eo, quo erga
republicam Christianam afficiatur studio, ac pietate; daturum,
eis in Silesia pacata, & ab hostibus barbaris longè distita prouin-
cia, tutum manendi locum, Oppoliensem nimirum Principatum,
cum idoneis redditibus, hæreditatem etiam, quam pater relique-
rat, amplissimam prorsus, & planè principalem redditurum, & pu-
pillum in filium adoptaturum, & si eum firma ætas virum fecerit,
filium Ioannam, cum ad nobiles annos peruenerit, ei desponsatu-
rum. Pro nauata verò opera ipsi Archiepiscopatum Strigonien-
sem de manu traditurum, & apud summum Pontificem partes im-
positurum, ut in numerum Cardinalium recipiatur. Pronis auri-
bus ea omnia Georgius audiuit, & palam Petrouitio Turcicis vi-
ribus praesidenti infestus, Ferdinandiq; copijs potens, Reginae me-
tu incusso, eam ad cedendum Transiluaniam Cassouia, coronamq;
compulit. Nam comitijs Claudiopoli indictis, cum ipsa filium
adduxisset, & multi ex ordine nobilitatis, ac Saxones frequentes
conuenissent, sacris in Aede maiori celebratis, praesentibus Geo-
gio, ac Ferdinando legatis, adhibiti aris iurauere Ioannes Baptista
Castaldus, Andreas Bathorius, & Nadadius pro Ferdinando, &
Ioanna eius filia ad pactorum foederum condiciones adimplendas:
Regina eodem modo, ac filius, postremò Georgius sacramentum
dixere. Quo dicto tubæ, ac tympana concrepuere, & faustæ ac-
clamations faustis vocibus repetitæ: deinde Regina coronam, &
sceptrum, cæteraque eò spectantia in arca vetulsi operis, sed fer-
reis repagulis bene munita deprompsit; & ad Proceres, qui longo
ordine astabant, breui sermone hæc intulit. *En praesentibus vobis,
C atque intuentibus viri Pannonij, coronam, & sceptrum, regni Hün-
gariae insignia Ferdinando Regi mittenda do, atque trado: faxit
Deus Optimus Maximus, ut id vobis, vniversoq; regno, & republi-
caque Christiana felix, faustumque sit. Verùm animus mihi præ-
sagire videtur, atque vnam falso praesagiat, vos hoc diademate
neminem deinceps vestrae gentis, & sanguinis Regem ornaturus:
equidem hoc in meam, filijque iniuriam vergere, haud ignoro, sed
mibi facere, quod alij volunt, oportet. Magna tamen me spes tenet
fore, ut filio quoque meo aliquando melius prospectum sit; ut quan-
quam nunc mutatis sedibus aliò migrandum est, tamen in spem re-
gno educato Dei Optimi Maximi ope, & vobis annitentibus præ-
stinam fortunam recuperare liceat.* Dixit, tradidit Regia insignia,
& discessit, ac Castaldo Transiluaniam reliquit Ferdinando at-
criptam.

D Ferdinandus igitur ad hunc modum redacta in obsequiū Tran-
siluaniam, ac Pannonia corona: sceptroque recuperato, cum quietis,
ac tranquillitatis spe mortalium omnium animos, & praesertim
Pannoniorum impleuisset, ea mox portento similis inuecta in om-
nes partes dira vastitate, maxime atrox, & diuturnum bellum effu-
dit. Solymanum siquidem cum ex suorum litteris, ac Petrouitij, &
Reginae querelis ea, quæ in Transiluaniam acta essent, cognouisset,
seque ut suum pupilli tutorem ea iniuriæ indignitate affectum re-
putasset, ira, ac vindictæ cupiditate incensus, quanquam bellum
aduersus Persas nec dum intermisisset, Ioannem Mariam Malue-
tium, qui Constantinopoli res Ferdinandi curabat, neglecto gen-
tium iure, ac legationis religione, conuicijs publicè profcissum,
malèque acceptum, in septem Turrium carcerem coniecit; mox
Mahometem equitum Europæorum magistrum contractis vndi-
que copijs, & adductis Prætorianorum Ianiceorum cohortibus, in
Pannoniam, indeq; in Transiluaniam proficisci, & Reginam cum
filio, eiecit ex prouincia Germanis, ac Ferdinandi copijs, reduce-
re iussit. Is cum ferro, flammaque vnuerla vastaret, & cuncta pas-
sim oppida, & castella in potestatem suam redigeret, Lippa quoq;
occupauit: eam paulò post recuperare conatus Castaldus, ad quæ
ita volente Ferdinando expeditionis summa respiciebat, arcem à
Turcis infestam, tã arcta obsidione pressit, ut Vlamanes arcis præ-
fectus de deditioe cum quibusdam sibi notis ducibus agere co-
perit: & si cum suis copijs dimitteretur, Chanadium, & Lippam,
se dediturum polliceri. Hic verò Georgius iam Ferdinandi Regis,
seu, ut alij scribunt, Caroli V. opera, Strigonienfis Ecclesiae Præ-
sul, & Presbyter Cardinalis à Iulio III. anno salutis 1551. absens
renunciatus cum decreto adiuncto, Cabrera teste, quod liceret
ei quamuis ordinem Regularem professo paludamentum purpu-
reum cæteris Cardinalibus concessum, in Hungaria gestare; om-
nium copiarum imperium sibi vindicare videbatur. Ideoque Vla-
mani non tantum libertatem abeundi, sed etiam ad tutiora loca,
comitatum tribuendum censebat, ne Solymanus nimia Germano-
rum in illum crudelitate offenderetur. Contra Castaldus auctori-
tatem suã ea intempestiui, nec satis fidelis, consilij arrogancia sper-
ni, & conculcari molestissimè ferebat, eo tamen dissimulato dolo-
re, ad arbitrium victoris deditioem exprimendam iudicabat. Quæ
haud dubiè breui secutura erat, cū obsessis cuncta animalia defe-
cissent, & nonnulli ex Turcis miserabilem in modum fame interiret,
alij felibus, aut equina carne, alij lege vetitis edulij velcerentur.

Ad

Ciaconius
Andreas
Querret in
Historia
Rom. Põr.
Andr. Vi-
giorell. &
Ferdinãd.
Vghell. in
Addit. ad
Ciaconiu.
Cabrera
Soria
Card. Pal-
laucin. in
Historia
Cõc. Frid.
Hilarion à
Costa in
Historia
Catholica
Mambri.
Kofeus in
Historia
Nicol. Is-
thianff. de
Reb. Huu-
garijs.
Flau. Afcã
Centor. de
Bell. Dacic.
Io. Sãbuc.
in append.
ad Bonfin.
Ludouic.
Dobius de
Attichy in
Hist. Cardd
Aubery in
Vita.

At plures aliaz offensionum caulaz sunt, quibus Castaldi animus à Georgio Cardinale alienatus erat, ortaq; ex ijs diræ similitates, quas ille Ferdinando secreta præscribat, eumque ad tollendum è medio Cardinalem exacuebat; hæc dissensio, & istud clam in- tum cum Vlamane commercium, quod Castaldus in maius subinde attollebat, Cardinali exitium non multò post peperit; quando- quidem fato vrgente eius prudentia minor deinceps fuit, quamuis antea cautior, & consideratior haberetur. Quanquam igitur Castaldus, vt suo arbitrio deditiois conditiones fierent, meritò postulare videretur, eique duces, & præfecti ferè omnes assentirentur, tamen eo inuito Cardinalis ab Vlamane ingentibus promissis oneratus, quibus se apud Solymanum pristinum gratia locum recuperaturum affirmabat, viginti dierum inducias cum eo paciscitur, qui dum elabuntur, còmeatu, ac rebus necessarijs eum clam iuuisse dicitur: sicut id à Castaldo, & Pallauicino per idoneos homines omnia eius dicta, & facta assidue explorantes certis indicijs conpertum esse ferebatur. Quæ cum Castaldus Ferdinando per celeres nuncios significasset, nec eum saluo Georgio quietam Transiluaniam possessione potiturum denunciasset, venit in castra Iulius Sanazzarius Stabuli regni promagister à Ferdinando cum mandatis missus, vt si Castaldus sublato Georgio res in tranquillo futuram censeret, ageret, quod è republica fore videretur. Paulò post per equos summa celeritate dispositos affuit etiam Scipio Comes ab Arco eo prætextu, quod cum Felice, & Baptista Comitibus propinquis suis de priuatis, quas magni momenti haberet, rebus colloqueretur, re autem vera, cum iisdem, quibus Sanazzarius missus erat mandatis. Per eos eadem celeritate remissos, Castaldus non aliud, quàm repetenda facinora Georgij, & in peius interpretando, rem sibi fore curæ ad Ferdinandum rescripsit. Nec mora, facinus maturauit, & Cardinalem in Aluincio castello, cum quo ad comitia pergens simul diuerterat, oppressit; nam cum ille copias omnes à se dimisisset, & non nisi paucos ex Prætorianis peditibus ad impedimentorum Ciforumque custodiam apud se retinisset, Castaldus opportunitatem rei gerendæ se natum videns, Sfortiam Pallauicinum, cum quo antea consilium communicauerat, isque operam, & studium suum prolixè erat pollicitus, ad se vocatum, vt rē aggrediatur, simulque perficiat, hortatur. Andreæ Lopez Hispanorum peditum cohortis præfecto, quid facere in animo habeat, edocto mandat, vt cum selectis ex militum numero pròptissimis quibusuis ante auroram, dum currus Cardinalis onerantur, ac cætera ad iter parantur, ad se in castellum veniat, portamque, quo maiori possit silentio, absque tumultu occupet. Sfortia totam eam noctē insonnem ducendo, & consultando transegit, reque constituta, Marcum Antonium Ferrarium Castaldi amanuensem, patria Alexandrinum, qui Cardinali iam pridem cognitus, ac muneribus, & pecunia ab eo donatus erat, ac Laurentium Campegium, Ioannē Mouium, Scaramucciam quandam cum duobus sicarijs Placentinis, ac Ioannem Mercadum, & Petrum Abulensem cohortis præfectum cædi parandæ assumpsit. Idibus Decembris dubia adhuc matutina die luce porta castelli à peditibus Cardinalis, quorum pauci erant relicti aperitur, & carri transire incipiunt: Lopez ea occasione suos pedites Hispanos commodè introduxit; Sfortia cū coniuratis, & sceleris conscijs ingreditur. Marcus Antonius sicca, & minore, ideoq; occulto sclopeto instructus, Cardinali preces matutinas recitanti, per cubicularium puerum nunciat, habere se arduum, magnique momenti negocium cum eo paucis communicandum. Admissus in conclaue litteras profert ad Ferdinandum, Regem in sui commendationem scriptas, quibus, vt nomen suum subscribat, diligenter orat: sumpto calamo, cum prono in litteras vultu se inclinasset, ille pugione eius iugulum lethali ictu confodit. Surgēs robustus senex, & Dei matris nomen in clamans, pugno illum ad terram deiecit: strepitu simul, & clamore exorto, Sfortia, & decem numero reliqui irrumpunt, strictiq; gladijs, eum Christi Dei, Diuæque Virginis matris opem his verbis, **IESVS MARIA, quid hoc est fratres?** implorantem circumstant, & ictus ingeminant. Marcus Antonius rabidæ ferè instar, proidentis, & palpitantis pectori sclopetum intendit, & glande trajicit; cæteri multis cæsim, punctimq; illatis vulneribus confodiunt. Puerum quoq; cui Francisci nomen erat, qui inertis, attonitoque similis horribile facinus aspiciebat, septem affectum plagis semiuuium relinquunt, ac se cubiculo proripiunt. Interfecto per hunc modum Cardinale, dexteram auriculâ eius, quam pilosam habebat. Mercadus præcidit, & vt res Ferdinando euidentius acta constaret, per celeres, ac dispositos equos Viennam, indeque Pragam pertulit. Id accidit xvj. seu xv. Kalendas Ianuarij anno 1551. cadauer multis scedè confossum vulneribus, cruore, taboque deformatum, incredibili rerum humanarum inconstantia exemplo, septuaginta amplius dies neglectum, inhumatumque in vestibulo eius cubiculi, in quo erat occisus, iacuit, nec nisi ad initium mensis Martij tumultuario funere à Sacerdotibus Collegij Albenfis in maiori æde D. Michaeli sacra tumulatum. Et sanè non parua admiratione dignum visum, neque tunc in ipsius cædis vestigio, neque postea, quenquam ex eius amicis, & ducibus, aut copijs vel hircere ausum, nec quicquam sese commouisse, quibus non tam vires, quæ adhuc supererant, quàm animum vindicando sceleri defuisse credendū est.

A Cardinalis quidem, siue insons, & ea cæde indignus fuerit, siue eam promeritus, vtunque enim vulgi sermonibus iactatum, est, auctores certè cædis eius non multo post tempore diuersis partibus generibus diuinitus, vt credi par est, irrogatis, partim in summas calamitates inciderunt, partim miserabili vitæ exitu interierunt. Cum apud Pannonios cædis huius fama percrebisset, varij diuersis animorum affectibus de ea sentire videbantur: nonnulli iure cæsum dicere, quod iterum ad Turcas simul cum Transilvania defecturus fuisset: alij negare id serid, & sacratum virum, eumque in Collegium Cardinalium nuper ascitum, indicta causa, infontem, nullius sceleris conuictum perijisse affirmare; vt eo sublato Regina, & pupillus facilius circumueniri, & regno exui possent; Castaldum verò operam diligentem adeo nauasse, vt extincto æmulo ad explendam prouinciam, & vsurpandos thesauros solus imperio potiretur.

B Eam Cardinalis cædem Iulius Pontifex maximus statim, atque intellexit, vehementer, vt par erat, indoluit, & sacro Cardinalium Collegio denunciavit; tum ex eorum consilio Regi Ferdinando eiusmodi cædis nomine Romam citato diem dixit. Quin etiã Ferdinandi amici vix à Iulio obtinere potuerunt, vt eius Oratores, qui multis rationibus factum excusare nitentur, apud ipsum Pontificem audirentur; cum diceret, nullam iuxtam, aut legitimam pro tanto scelere defensionem afferri posse. Nam si talis erat Georgius, qualis ab ijs dicebatur, se non rogandum fuisse, neq; decipiendum, vt tam nefarium hominem in sacrum Ordinem, & Senatum ascisceret: Sin minus talis erat, tam bonum, sortem, & de Christiano nomine benemeritum, non fuisse ita crudeliter mastrandum; Cæsum esse specie insidiarum, ac re ipsa spoliatorum, & inuidia causa, quæ tamen spolia eo mortuo, iure Pontificio ad Ecclesiam deuoluerentur. Non esse ferendum tantum scelus, vt vel in Cardinaliū sanguine manus Principum impunè intingerentur, nulla habitæ sacri capitis ratione. Nonnulli tam acriter inuecti sunt in causam, regiam, vt cum Ferdinandus antea bonus Princeps, & prudens, ac pius haberetur, multa exinde infamia, & inuidia apud omnes laboraret, in primis Francisco Vilaquio, qui eius loco, & nomine Pannonijs ius dicebat, Episcopo nimirū laurienti, ac Senatus Principi, atque ijs omnibus, qui Consiliarium nomine censebantur, litteras, quibus factum excusaret, dadas existimauit. In ijs prolixo sermone recensebat, viuente etiam Ioanne Rege vniuersum regnum ab illo discordiarum, & seditionum tempestatibus iactatum fuisse; postremò illum Budam regni caput, ipsumque adeo regnum cum perditissimis suæ factionis hominibus Turcarum Principi nefarie prodidisse, Regina ipsa, cuius causam tueri videbatur, tanto, ac tali sceleri non tantum aduerfante, quantum poterat, sed planè etiam aduersus illum Ferdinandi Regis opem implorante. Omnia verò eundem, & antea, & ab eo tempore cum eodem Turcarum Principe, eiusque Præfectis consilia litteris, & nuncijs, profusaq; largitione sic coniuncta habuisse, vt facile appareret, præter Christiani hominis nomen nihil illum iam planè sibi reliquum fecisse. Quæ quam notiora sint, vbique, ac pluribus sæpe lachrymis ab omnibus Christianis deplorata, quàm vt vlla egeant commemoratione, silentio se in præsentia præterire, & ad illa venturum, quæ recentiora quidem, sed ipsis non omni fortassis ex parte cognita sint. Itaque cum sæpe numero proximis annis sese varijs artibus, commentisque aggressus idem Georgius multis rationibus Christianæ reipublicæ, religionique addictum esse iactaret, occasioneque sibi dari vehementer præferret, quo suam operam ipsi nauare liceret, hortatum esse inter cætera pluribus argumentis, vt Transiluaniam, & illas Hungariæ partes in suam redigeret potestatem, eiusque rei consequendæ facilem se aditum procuraturum pollicitum: postea tamen constitisse, nec sincero, nec Christiano animo ab eo factum esse, sed eo tantum, quod sibi ab ira, & odio Principis Turcarum, in quam paulò ante ob similitates inter ipsum, ac Reginam, & Petrovitiū subortas inciderat, maximè cauendum, pertimescendumq; intelligebat. Tametsi autem ipse subdolis eius oblationibus, vanæque spei, quæ ab homine vasto proponi videbantur, parum credendum arbitraretur, neque temere suos homines, quos ille eo mitti postulabat, periculis committendos existimaret; quia tamen identidem vgeret, & incidissent inter eum, & Reginam certæ controuersia, & contentiones tales, ac tantæ, vt partes illæ Hungariæ celebriores eiusdem, cuius, & Buda dolo, atque insidijs paulò post nisi obuiam iretur, ad certum interitum ruitura videbantur, se pro suo erga Pannonios, & rempublicam Christianam studio, & pietate, grauissimis suis sumptibus, multorumque bonorum virorum periculo experiundum duxisse, si qua ratione Transiluaniam, & eas inferioris Hungariæ oras ab imminenti periculo liberare posset. Itaque coacto iusto exercitu, ducibusq; idoneis eas in regiones æstate proxima dimisso, qui, & consilio, & arte militari pollerent, nec facile decipi possent, in eas fœderis, & pacis conditiones cum Regina, cumque Georgio ingressum esse, quibus ille regni partes in potestate retineri, & Regina, ac eius filio pro dignitate consuli, & postremò ipsius Georgi status in Episcopatu Varadiensis non solum conseruari, sed etiam augeri posse videretur. Atque hic tametsi initio fauere sibi, suæq; regis auctoritati in speciem visus esset, quod siue consilij suo-

rum ducum, & militum præventus esset, seu forte armatas, instructasque copias suas pertinuisse; haud multo post tamen alio animo palam esse coepisse, & præter scitum, mandatumque suum consilia cum Turcis, & cum Beglebergo, qui cum exercitu, haud procul Danubio consedisset, miscuisse, litterasque & nuncios, quibus longè aliter res secù in fœdere tractatas exposuisset, quàm sese haberent, expediuisse; seque Principi Turcarum fidelem esse, & futurum semper, ac in eius fide, & obedientia omnes eas regiones conservaturum promississe, deque Regina, & eius filio ficta, falsaque per multa, quæ longum esset explicare, identidem significasse. Tandem confectis rebus omnibus, & Regina eo perducta æquis conditionibus, ut reddita corona, & omnibus, quæ in potestate haberet, Transilvania cum filio exiret, eundem Georgium non solum cogitasse, sed cum nonnullis regijs ministris de retinendo in Transilvania puero palam egisse, quod illo abducto omnino sibi prorsus imperium in reliquum tempus ademptum iri existimabat; ubi verò id minimè procedere comperisset, ad alias artes conuersum eum fuisse, & ad Turcarum Principem iterum confugiendum duxisse, cui censum pecuniarum mittere, & regionem omnem ei subdere, eiusque præfecturam, & administrationem ab eo impetrare prorsus non dubitauerit. Id quod ex litteris Turcarum Principis, quas ad Transiluanos dederat, cognitum fuisse, quo impetrato cum duces, & copias suas, vel in manus hostium traditas vellet, eadem regiones iterum in eius fidem, & obsequium se perduciturum pollicitum esse. Quemadmodum ea de re fidi exploratores ex Turcis, & mercatoribus nonnullis, Venetis retulissent; ac a quodam etiam amico, & Christiano Principe pro certo fuisset affirmatum. Insuper cum Beglebergo clam per nuncios egisse, ut cum omnibus copijs Danubium, Tibiscumque traiceret, omnia in eius potestate futura, in primisque illum aduersus eas arcas, & loca incitare conatum; quæ sibi per Petrouitium ex transactione cum Regina facta paulò ante tradita erant, palamque Petrouitium proditorem appellasse, quod ea loca regijs manibus tradidisset; se verò fidelem iactasse, qui Transilvaniam etià nunc Turcarum Principi retineret. Quæ quidem omnia ad se perlata etsi manifestam illius fidei, voluntatisque suspicionem asserere viderentur, in meliorem tamen partem, ut ille sibi litteris suis persuadere identidem conabatur, licet grauius, ut in tantis rebus interpretatum esse, suosque in illis partibus ministros sæpe adhortatum, ferrent ea patienter, quantum possent, darentque operam, ut regiones eas, seque à periculo tuerentur. Audito Beglebergi de traiciendis fluminibus certo consilio, cum sui duces acriter sese eius conatibus in traiectu præsertim Tibisci opponere conarentur; constat, eundem Georgium per nuncios omnibus tam Rascianis, quàm Hungaris diligenter persuasisse, ne ad cuiuspiam mandata nisi eius caperent arma, regionisque præfectos, qui illic in sinibus collocati erant, in primisque Stephanum Losoncium iuuenes, atque imbelles, & rerum militarium imperitos appellasse; adeo ut metu, desperationeque adducti Rasciani, primo hostis impetu sibi, salutisque suæ consulendum existimassent. Tamen nihilominus hinc Bathorius; illinc verò Castaldus summo studio, diligentiaque vrgerent, ut idem Georgius pro sua in regionibus illis veteri auctoritate, & ea, quæ identidem iactaret fide in Regem, & obseruantia delectus militum illico haberet, subditosque, & populares ad arma concitaret, cunctatione tamen, fistilique, & simulatis causis ita rem protraxisse, ut non obscure appareret, illius instinctu hostem ad intercipiendam, opprimendamque eam regionem esse prouocatum; contra quem nullum planè auxilij genus ipse, cuius maximè id interesset, comparasse videretur. Exiisse autem illius animi certius illud argumentum; quod cum Andreas Bathorius pro sui officij ratione nonnullam partem nobilitatis viciniorum ad arma de more excitaret, nequaquam ad id eos cogere potuisset, negantes id sibi per Georgium licere, cuius imperata facere eos oportere, quod ipsum ab illo eis prohibendum fuisse, intercepti nonnulli Georgij internuncij facillè postea essent testificati. Hac itaque non solum voluntaria cunctatione, sed manifesta, consultiæque proditione effectum esse illud primò, quod Rasciani desperato regiarum partium auxilio, vltro se aduentanti hosti dederint, deinde quod Beglebergus nemine resistente, traiecto utroque flumine arcas multas oppresserit. Cumque Bathorius eodem tempore sese ad Lippam recepisset, constet eadem Georgij proditione, eundem ab ijs, quas ex vicinis aliquot locis coegerat copijs vnico momento fuisse desertum; cumque se ad Tamathidam inde properè contulisset, vrgeretque ex eo loco, ut supplicet sibi, & patribus istis ferrentur, quod item Castaldus, & Transilvania idem vrgebat, tamen ille utriusque verba daret ampla, & magnifica, seseque efferreret admodum elatè, constat tamen, nullum planè prius signum commouendi ab eo datum esse, quàm omnes eas arcas, quæ circa Temesuarium sunt, cum Lippa simul in potestatem hostis redactæ essent, Temesuariumque ipsum, ut ipse quidem arbitrabatur, in summo discrimine laborare intellexisset. Quo quidem tempore constat, præfectum eiusdem Georgij, qui erat in arce, oppidoque Chanadiensi, aduenienti hosti ad duo, triaue miliaria, ut dicitur, sponte occurrisse, clauas arcis illi, arcemque, & se ipsum dedidisse; captumque à suis ministris, se heri sui mandato paruissse, palam esse confessum, nec poenam

ullam irrogatam sibi iri, si ad eum perducatur. Postquam autem nulla amplius ratione, aut subterfugio, nullo prætextu profectio-nem suam cum cæteris ducibus, & exercitu suo aduersus Beglebergum deferri posse intellexit, sic illum quidem demum soluisse cum popularibus, militibusque suis, ut palam nihilominus diceret, se cum Beglebergo nullo pacto conflicendum. Quanquam autem non his modo multis, maximisque argumentis Castaldus, cæteri que sui duces fidem Georgij suspectam meritò habere posse videbantur; veruntamen, quod multo est maximum, intimum quendam eiusdem Georgij familiarem, consiliorumque arbitrum clam ad Castaldum venisse, & fide accepta, testem Deum Optimum Maximum inuocasse, & semotis arbitris, cum multis lachrymis affirmasse, constitutum omnino à Georgio esse, ut ipsum ducem suum cum omni exercitu deleteret, ac omnem prouinciam in hostium potestatem traderet, eademque de re cum Beglebergo, duobusque Moldauis, ac Transalpinis Principibus communicatum, decretumque consilium esse, ac proinde familiarem illum Castaldo, ut sibi caueret, auctorem fuisse, & Castaldum tamen etiam cum periculo sui capitis perrexisse, & hosti communi liberè per omnem regionem grassanti obuiam eundem censuisse. Signo tandem profectio-nis à Georgio dato, cum rerum, periculorumque magnitudo summam celeritatem exposceret, constare tamen illum inuitis, & reluctantibus cæteris ducibus, ita illum paulatim, pedetentimque eo toto itinere concessisse; ut quisque etiam stupidus facillè posset intelligere, consulto tempore ab illo protrahi in perniciem regionum, & excidium regionis illius. At verò, ut ad Lippam peruentum est, liquet omnibus, palam eo momento, quo virtute militum suorum, capto oppido Turcæ duce Vlamane se in arcem recepissent, hostes obsessos suppliciter petiisse, ut sibi etiam inermibus exire liceret, se arcem illicò cum omnibus rebus tradituros. Sed cum paulò post Gaspar Perustius Georgij propinquus in arcem ad hostes colloquij gratia missus esset, ab eo tempore duriores ab illis conditiones de deditioe fuisse propositas, quodque multo grauius, & tolerabilius est auditum fuisse quendam ex Georgij familiaribus, qui ex castris ad obsessos Turcica lingua proloqui, & consolari, simulque eos hortari ausus sit, ut sese intrepidè defenderent, neque quicquam à nostris, qui propediem relicta obsidione recessuri; aliusque aliò essent dilapsuri, sibi pertimescendum existimarent. Cuius flagitij cum ille coram Georgio ab eo, qui ista loquentem ad arcis mœnia audiisset, accusaretur à Georgio dicente familiaris illius sui probitatem, fidemque sibi iam pridem perspectam esse, nec insimulatione cuiuspiam in dubiū vocari oportere, excusatum, defensumque esse, & illum tanti sceleris, piaculique auctorem impunitum euasisse. Postquam autem iniquis, ut audire potuerint, conditionibus Vlamane cum militibus, rebusque omnibus dimissus esset, alijque certioribus signis, tum ibidem, tum in reditu ad Transilvaniam, prona Georgij pertinaxque ad excidium sui exercitus, propensaque in Turcas voluntas clarior in dies, manifestiorque apparuisset; quippe inter cætera ipsum clam ad mœnia obsessæ arcis sub noctis crepusculum accessisse, & cum Vlamane collocutum fuisse, deinde verò eundem Vlamane iam dimissum, postredie ad se clam vocasse, & in multam noctem in tentorio secum sermones habuisse, tandemque honore maximo affectum, amplisque muneribus donatum, interque cætera curru scopetis onusto à se dimississe; iterumque duos Chausios à Turcarum Principe missos recepisse; quos ille ad conuentum Transiluanicum se in scio indictū adducturus, ibique cum ijs ea, quæ volebat, perfecturus fuisset. Duos præterea Valachos Moldauum, & Transalpinum Principes, cum nonnullis Turcarum præfectis, ut simul omnes initum antea de delendo exercitu, ducibusque suis atrocis consilij facinus exequerentur, in armis fuisse. Iam in reditu à Lippa præfectum arcis Deuz sibi iuramento obstrictum, loco, officioque à Georgio motum esse, & eum alijs quoque in locis idem facere in proposito habuisse. Sed de his antea quoque admonitum Castaldo significasse, ut sibi diligenter, suisque copijs caueret; quippe quæ in tanto discrimine versarentur, videreturque tot, tantisque argumentis, cæterisque indicijs iam iam res ad interitum omnium tendere, neque periculi magnitudo moram pateretur ullam. Haud diutius Castaldum cunctari potuisset, sed communicato cum cæteris ducibus, ac præfectis, quibus opus erat, consilio, præueniendos nefarij proditoris perditos conatus potius, quam diuturniori patientia, & impunitate in manifestum excidium paulò post, & se ipsum, & omnes eas copias, adeoque vniuersam regionem cum summo totius reipublicæ Christianæ periculo, & interitu, vltro prope obijciendas esse existimasse; atque ita Georgium vim, quam ipse tot, tamque multis Christianorum millibus inferre parabat, in se vnum, Deo sic annuente expertum esse, postquam aliter imminentis periculi magnitudo, ut fieri posset, minimè pateretur. Voluisse se profecto aliam mentem, atque alium fuisse animum illi inditum, quàm quem semper gessit; utque pro suis in eum maximis, & amplissimis beneficijs, quibus vel ad Cardinalitiam vsque dignitatem, sua eum fuisse auctoritate euectum, omnibusque illis honoribus, & dignitatibus à se auctum constaret, quæ maximus, & fidelissimus quisque sibi vix sperare potuisset; talem se erga illum veluti Regem suum præstitisse, qualem, & ætas, & Christiana pietas, ordoque; ille facer, quem gerebat, quemque

maximè profiteri, & colere videbatur, ab eo iure exigebant, vt, & sui duces ab inferenda vi meritò potuissent abstinere. Sed tamen non esse dubium, pro multorum, adeoque innumerabilium Christianorum hominum salute hæc, & his maiora sæpe fieri licuissent.

Has litteras præterire non fuit consilium; vt quas facti rationes Ferdinandus afferret; quæ eum ad improuisam altissimi viri mortem impulsissent, in aperto forent. Sed nec excusatione, nec largitione, neque blandimentis obtineri potuit, quin vulgus secus iudicaret, & iniqua cædes crederetur; ipseque Ferdinandus Rex nimis credulitatis accusatoribus facillè præstitit infamiam sustineret Iulius Pontifex maximus dignitatem, & immunitatem sacri Collegij, Ecclesiastici; ordinis violatam querebatur, quod Ferdinandus Rex usurpata potestate Cardinalem, fortè etiam innocentem; nec nisi æmulorum fraudibus, & calumnijs circumuentum, inauditum, nec conuictum, tam crudeli, tamq; inopinata cæde tolli curasset. Ideoque de consilio Cardinalium illi, & Castaldo, & alijs socijs, qui manus violentas iniecerant, vt Romæ causam dicerent diem primò scripsit, eundemque postea cum auctoribus, ac patroribus cædis excommunicatione perculit.

Fuit Georgius tanta ingenij dexteritate, vt cum in omni actione expedit, præstantisque viri personam indueret, compositus ex contrarijs moribus, & ad omnia natus esse videretur. In peragendis sacris, feriarumque ieiunijs Christianæ disciplinæ seueritatem demisso vultu, sermoneque ita implebat, vt is idem esse credi non posset, qui in graubus demum belli, pacilique negotijs tantum erecti, ardentiq; ingenij grauitè offerret. Optimorum siquidem equitum turmas alere, thoracatus in aciem prodire, frequentibus conuiuijs, ac muneribus milites conciliare, magnorumque ducum more pœna, & præmio dignitatis nomen tueri erat solitus. Nemo præterea eo diligentius regni opes inspexit, nemo vestigandæ pecuniæ rationes curiosius adinuenit; vsque adeo vt Ioannes præcipua le tanti viri industria regnare fateretur; & Ferdinandus Rex diceret, nihil se prorùs inuidere Ioanni, quàm vnum monachum, qui galeatis decem millibus tuèdo regno potior haberetur. Enimvero is multo tempore contra Ferdinandum satis feliciter pugnavit, vt Pannoniam vniuersam libertate natia florentem conseruaret. Sanè dum vixit, hæresis in prouincia profligandæ, & reipublicæ seruandæ vacauit; & non nisi sacrilega simulatione, dolique à ministris Ferdinandi cæsus est, Petrouitus, qui ex Catholico Lutheranus primò, deinde Arrianus factus hostibus auaritia, & amulatione flammantibus facem subdidit.

Præter eas mortis tam indignæ causas, quas epistola Ferdinandi præfert, etiam addunt alij, Ferdinandum Georgio octuaginta millia aureorum pensionem pactum esse, proptereaque illius minus Regi gratum se facturos existimasse, si Georgio de medio sublato fidem de promissa pensione interposita liberarent: euulgatumque fuit eo colore factum excusatum, quod clandestina cum Turcis cõsilia in Christianæ rei perniciem agitare Georgius; idq; Ferdinando persuasum sit: cum alij afferunt, reuera propter illius thesauros cædem factam esse, qui tamen post eius mortem admodum modici pro tanta fortuna reperti sunt, omni ea pecunia, quam sepositam credebant, in publica opera, & alendos exercitus consumpta ab homine liberali, & qui nulla priuata charitate à cura reipublicæ, quam exacta fide, & diligentia administrauerat, auerteretur. Enimverò demandata peruestigandi demortui thesauri cura delectis à Ferdinando ministris, curante Castaldo, bona omnia, quæ longo tempore congefserat, tota scilicet supellex in auro, & argento, nummis antiquis, vasis, gemmis, aulæis, vestibus, equis, omni denique substantia, amplius ducentis quinqueaginta, aut ad summum trecentis millibus aureorum æstimata est ab ijs, qui rem in defuncti odium exaggerarunt: longè certè minores thesauri illi inuenti fama, quæ de illis sparsa fuerat. Hæc igitur mortuum à calumnijs absoluebant, & magna inuidia interfectores onerabant. Deo tamen curæ fuit Georgij necis vltio; nam quantum incrementi, huius morte suis rebus accessurum rebatur Ferdinandus à ministris delusus, tantum detrimenti se accepisse, sed serò sensit, translato ad externos homines summo imperio, & publica administratione, à qua cum se prouinciæ optimates remotos viderent, minus animi, & contantia: semper in dies ad propulandum communem hostem adhibuerunt, & ingentibus propterea toto regno cladibus acceptis, amissisque oppidis, mox reuocato Rege puero, Ferdinandi imperium omnino auersati sunt; Regina, Proceres regni ad defectionem sollicitante, quod promissa Ferdinandi nomine à Castaldo non præstarentur.

Quo die Cardinalis cæsus est, diuinum incruentum sacrificium summo mane peregerat, & horarias preces ad mensam sedens recitabat, quando sicarius sacrilega simulatione in eius cubiculum, à cubiculario nihil fraudis suspicante introrsus fuit. Arcem illam, in qua cædes patrata est, ipsemet Georgius euerso à fundamentis monachorum Cœnobio construxerat. Reserunt tamen nonnulli, eiusdem Cœnobij Abbatem exitium Georgio siue prælagisse, siue imprecatum esse his verbis: *Id Deus non sinet inultum; imò penam iam iam imminuentem video.* Addunt alij, amicum virum probum dixisse: *Quorsum hæc in sacro loco munitiones; ac Georgium respondisse: Arcem non extruo, vt sacro loco iniuriam inferam;*

sed vt mea vita tutelam parem: adiecisse amicum; Cœneas, loco præsidij tumulum efficias; sacra loca si profana fiant, Deum habent vltorem. Eo mortuo dira pestis hæretecos, cui ille viuens viam in Transilvania obstruxerat, liberè serpere, vagari, ac triumphare cepit.

In Georgio admirabilem animi magnitudinem, prudentiamque supra conditionem, & fortunam nonnullis historicis recognoscit: Iouius de illo quædam narravit veræ narrationi aduersantia; non enim temerè sacris initiatus, neque sacri ordinis defensor fuit; id à Iouio scriptum nolim. Certum enim est, Christianam religionem in Pannonia stetit, quandiu stetit Georgius, ipseque florente, floruisse, ac ipso etiam pereunte, statim perijisse. De eo ita scribit Spödanus: *Fuit omnino Georgius vir pace, belloque clarus, & profundæ prudentia cum paucis comparandus, quam dum temporibus accommodaret, ac pro patria sua, pupillique bono, Turcarum voluntati plerunquo morigeraretur, multorum inuidiam, ac postremo exitiale odium in se conciliauit.* Eundem ipsum, Iacobus Augustus Thuanus vocat: *Inuicili animi, indefessæ, sagacitatis virum, ad magna natum, & summum periculorum contemporem.*

Georgij Cardinalis res gestas, quas Gallicè scripsit Martinus Fumeus, Florimundus in compendium redegit; de eodem Natalis Comes, Io. Baptista Adrianus, & Iouius in Historijs; quique de rebus Hungaricis scripserunt, præter Abrahamum Bzouium, & Henricum Spondanum in Annalibus Ecclesiasticis. Ioannes Tomeus Marnautius eiusdem Cardinalis vitam vbertim scripsit: aguntque de eo multis, Ioannes Sambucus in Appendice ad Bonfinium, Cyrus Spononius de Pannoniæ Regibus, alijque supra in margine indicati.

C TERTIA CARDINALIVM creatio

Iulius III. Pontifex Maximus anno reparate salutis 1551. Pontificatus secundo, Romæ die Veneris xij. Kalendas Ianuarij Cardinales Presbyteros tredecim, & Diaconum vnum renunciauit. Alij scribunt, quindecim inter Cardinales cooptasse Iulium, inter quos Georgium Pannonium numerant, de quo nos supra; illi autem, quos modò ex monumentis Vaticanis, Cardinalibus adscriptis, sunt.

III.

CHRISTOPHORVS de Monte, Hetruscus, patria Aretinus, Iulij Papæ Tertij patruelis frater, in familiarum de Monte à Iulio adoptatus, Bethlemitanus primò, deinde Callienis à Clemente VII. postea Massiliensis ex aliquibus, ac Patriarcha Alexandrinus à Iulio nominatus est. In Episcoporum Massiliensium catalogo à viris doctis in lucem emissio Christophorum descriptum

non inuenio; quare apud me in dubio adhuc est, an reuera vnquàm hic præfuerit Ecclesiæ Massiliensis. His omnibus dignitatibus eum Romani Pontifices insignuerant, quia non diligendus modò, sed complectendus, colendusque ab omnibus erat ob summam religionem, ingenij acumen, ad studia ardorem, mansuetudinem in omnes, & singularem quandam liberalitatem in egenorum inopia subleuanda. Inter Cardinales Presbyteros cooptatus tit. S. Præxedis, Massiliensis Cardinalis dictus est, vir non mediocriter eruditus, & rerum vsu, experientiaque insignis, semper in consilijs, & curis Pontificatus eidem Iulio pergratus extitit. In Domino quiescit in oppido S. Angeli in Vado prope Vrbinum viij. Kalendas Octobris anno à partu Virginis 1564. ætatis octuagesimo. Corpus ibi ante gradus maioris aræ Ecclesiæ S. Angeli, cuius fuerat Archiepresbyter, humatum; in qua Ecclesia non pauca ipsius in Deum extant monumenta, & inter hæc Petramellario teste, sacellum ab eo splendide ædificatum, ad elegantem formam redactum, vbi in marmore insculpta hæc leguntur.

F HÆC REQVIES NOSTRA IN SÆCVLORVM SÆCVLA ET ERIT IN PACE MEMORIA EORVM.

Triginta, & septem annorum spatio cultissimè Calliensem Ecclesiam rexit: interfuit Comitibus Pontificijs, in quibus renunciati Romani Pontifices Marcellus II. Paulus IV. & Pius IV. sub quo è vita migravit.



Cabrera. M. S. Ecclesie Callienis Ferdin. V. Ghellius in Addit. ad Ciacconij Petrus In Arrianus in Histor. Vener. Scip. Ammirato de fam. Flor. Aubrey in Vita.

Cabrera, Petramell, Laurus in m. s. Hill. Perusina. Filiucc. in Elogijs. Nicol. Orlandin. & Franciscus Sacchin in hist. soc. I. Andr. Vi-storell. in Addit. ad Ciaconiu. Hor. Tur-sellin. in Historia. Lauretana Hippolyt. Marac. in Purpura. Mariana. Ferdin. Vghell. in Addit. ad Ciaconiu. & in Ital. fac. Aubery in Vit.



IV. FVLVIVS Corneus, quem Petrus Iustinianus in Historia Veneta ex familia Ceruia facit; natione Italus, patria Perusinus, Iulij III. Romani Pontificis sororis filius, Ascanij viri in militari disciplina inter Italos suae aetatis celeberrimi frater, Ferocis Ducis Corneae, & Iacobus Moticus filius, xij. Kalendas Decembris anno 1517. Perusina natus, ab adolescentia Melitensem Equestrem ordi-

nam professus, Iulio III. patruo non magis necessitudine sanguinis, quam suauissimis moribus, ac virtutibus charus, ab eo primum Pontificatus initio, die scilicet quinta Maij anno salutis 1550. ex Archiepiscopo Perusinae Ecclesiae Episcopus primò eiusdem urbis, ac paulò post Presbyter Cardinalis titulo S. Mariae in Via, seu, vt alij scribunt, S. Marcelli renunciatus, & Piceni legatione insignitus, Alculum, Reate, Nursiam, Montemleonem, & Cascia in spiritualibus, ac temporalibus Vicarius rexit. Florentiam deinde mittitur ad Cosmum Medicem Hetruriae Ducem, Cardinale Sermoneta Senas petente, vt hic inde de rebus Senensibus, & Montis Ilcini deliberaretur. Spoletinam postea Ecclesiam, dimissa Perusina, quam Iulius Pontifex Hippolyto Corneo tradidit anno 1553. regendam suscepit; sed illius possessione à Paulo IV. deinde spoliatus est. At gratia, & auctoritate, qua apud Iulium Pontificem valebat, patriae suae Magistratus potestas, qua à Paulo III. ciuitas illa destituta fuerat, vt restitueretur, obtinuit; ex quo tum Pontifex aenea statua, tum Cardinalis, & ipsius frater monumento à Perusino populo, quod ibi ante aedes D. Laurentio dicatas his verbis donari meruerunt.

IVLIO TERTIO PONTIFICI MAXIMO.

Ob restitutos Magistratus, pie deprecantibus

FVLVIO S. R. E. CARD. & Ascanio Corneis ex Sorore Nep. Ad muneris, gratique animi perpetuitatem P. Perusini. Dedicat.

Sub Paulo IV. ex titulo S. Mariae in Via ad titulum S. Bartholomaei in Insula translatus est; eoque dimisso, titulum S. Stephani in Caelio monte optauit. Sub Pio IV. titulum S. Agnetis primò, mox S. Angeli in foro Piscium, atque ex eodem, Pio V. ledente ad titulum S. Laurentij in Lucina, & S. Hadriani gradum fecit; ac sub Gregorio XIII. Episcopus, Albanensis, Praenestinae, ac Portuensis Ecclesiarum praefuit; iussuque Romani Pontificis Ecclesiasticas ceremonias in Aula Romana nouis legibus ordinauit. Portuensis Antistes Portuense Templum instaurauit; Ioseph Maria Suarezius, & Ferdinandus Vghellius Fuluium Cardinalem inter Episcopos Praenestinos non recentent.

Tandem Romae die lunae annum agens sextum supra sexagesimum, die ij. Martij anni 1583. supremo defungitur die, & in S. Petri de Monte aureo apud Minores Obseruantes in Antonij Cardinalis Montani facello sepelitur, vbi in marmorea pyramide huiusmodi visitur inscriptio.

D. O. M.

FVLVIVS CORNEVS EPISCOVVS PORTVENSIS CARD. PERVSINVS SACELLVM HOC AB ANTONIO DE MONTE ERECTVM ET A IVLIO III. PONT. MAX. AVVNCVLO SVO EXORNATVM IN SVI CORPORIS SEPVLTVRAM ELIGENS ANVVO PERPETVO REDDITV PRO ORNAMENTIS ALTARI SVBMINISTRANDIS DVOBVSQ. ANNIVERSARIIS PRO SVA ET EIVSDEM ANTONII DE MONTE ANIMA CELEBRANDIS. OBIT DIE II. MARTII MDLXXXIII. AETATIS SVAE ANNO LXVI.

Eandem pietatem in gentilitios etiam suos extendens Fuluius Hippolyto Corneo Episcopo Perusino in aede D. Laurentij in patria monumentum erexit. Post obitum vnus è Societate Iesu ad Fuluij memoriam inter superstites celebrandam in exequiarum iustis orationem funebrem habuit. Morti proximis, quindecim diebus, ac noctibus, quibus morbo vexatus est, Ioannem Nicolaum Notariu è Societate Iesu Sacerdotem, cuius consilij, & opera vt consueuerat, sibi vsque ad extremum spiritum adesse coram illo peccata omnia confessione sacra retractare, ac Viatico diuinissimo, & sacro summae vnctionis oleo ab eo instrui voluit. Patres Societatis Iesu vnice diligens, amico sinu semper fuit, auctorque fuit Collegij Perusini eiusdem Societatis, consilio cum Principibus illius urbis inuito, decem, aut duodecim Patres, qui illud inchoarent, à S. Ignatio petijt. Imò, vt Templum construeretur, ac domus, donabat ipse, & viros principes diuites conueniebat, rem illis commendabat, obsecrabatq; vt albo, quod ipse exhibebat folio, nomen suum adscribentes, quantum quisq; conferre in animo haberet, calamo exprimeret, Deiparam Virginem semper coluit, interque alia suae

Ciacon. Vit. Pontiff. & Card. Tom. III.

A pietatis erga augustissimam caeli Reginam testimonia, sacerdotalem amictum opere Phrygio conspicuum Lauretanæ Virgini donum obtulit. Ex instituto Concilij Tridentini, Cleri Perusini mores castigauit, Cathedralē ornauit, Seminarium Clericorum erigendum curauit, Moniales intra clausuram continuit; aliaque multa perfecit, quae pietatem promouere posse viderentur. Ianus Vitalis Fuluium adhuc iuuenem S. Mariae in Via Cardinalem hoc cohonestauit epigrammate.

Protulis in medium secunda PERSIA quales

Ambiat ORBIS opes,

Et tibi ROMA omnes partita est laudis aceruus

Inuidiosa suae.

FVLVIVS hic ille est lux tempestiua Senatus

Deliciaeque tui.

Ingenio ille adeo praestans, & vultus ameno est,

Nobilibusque modis.

Vt tibi sit veris iucundus nobilis instar

Moribus egregijs.

Sic aurum exornant viridis splendore smaragdi,


Sic preciosus onyx

Vive dum iuuenis, quo non praestantior alter

Lumen honoris amat

Comitijs Pontificijs, quae ipso viuente peracta sunt, semper interfuit, illis scilicet, in quibus renunciati Romani Pontifices Marcellus II. Paulus IV. Pius IV. Pius V. & Gregorius XIII. sub quo anno nono Pontificatus è vita migravit. Ferdinandus Vghellius in tomo 8. Italiae sacrae scribit Fuluium Cardinalem Corneum habuisse aliquando commendatam Luceriae Saracenorum Ecclesiam eamque libere dimisisse anno 1553.

Fulvio Cardinali litteras dederunt Paulus Sadoletus congratulatorias pro purpura adeptae, & Iulius Perusinus.



V. IOANNES Michael è nobilissima inter Neapolitanas familia olim Girifalca, postea ob victoriam de potentissimo hoste Saraceno à fortissimo equite gentile reportatam Saracena dicta, Neapolitanus Kalendis Nouembri hora quarta post meridiem anno 1498. natus cū esset egregiae indolis Philosophiae, ac Theologiae grauioribus studijs animum apulit, quibus id primum consecutus est, vt ex Archiepiscopo

Cabrera, Petramell, Aubery in Vita. Ferdinand. Vghell. in Ital. sacra. & Andr. Vi-storell. in Addit. ad Ciaconiu.

bytero Torellae in Archiepiscopum Acheruntinum, & Materanum in Apulia ad praesentationem Caroli V. promoueretur à Clemente VII. die iij. Iulij anno 1531. resignante Andrea Matthaeo. Perperam igitur Cabrera, hunc Archiepiscopum primum fuisse Acheruntinum, postea Materanum; adiuuicem enim vnita sunt haec duae Ecclesiae. Sub Paulo III. Concilio Tridentino interfuit, quem cum Iulio III. eius praecclaras dotes, & praestantem quandam in rebus forensibus modum admiraretur, non potuit non eum Romanis rebus ritè gubernandis praeficere; in quarum administratione cum omnibus, tum verò maximè ipsi Pontifici admirabilem se praestitit; quo Presbyter Cardinalis titulo S. Mariae de Araceli renunciatus; Archiconfraternitatis Neophytorum Protector, vnà cum Innocentio Cardinale Montio; & à Paulo IV. in causis annatarum, & quindennij Camerae Apostolicae cum Fabio Cardinale Mignanello eligitur. E titulo verò S. Mariae de Araceli ad S. Anastasiae translatus; à Marcello II. simul atque Pontificatum ascendit, altero ex Sacerdotijs, quibus ipse in minoribus ornabatur, donatus est. Cum inter Canonicos regulares S. Augustini congregationis Lateranensis, & monachos S. Benedicti congregationis Cassinensis lis exorta esset; Pius Pontifex IV. rem totam Cardinalibus Saraceno, Cicadae, ac Tranensi, qui pro Canonicis steterunt, commisit. Hunc etiam cum septem alijs eiusdem ordinis Patribus Caroli Cardinalis Carratae quaestioni adesse, ac iudicibus assistere voluit; cui idem, & Morono, Cicadae, & Alexandrino Cardinalibus oblata Concilij Tridentini decreta inspicienda, atque examinanda tradidit. Tribunali Inquisitionis praepositus, cum B. Didaci in Sanctorum concilio collocationem Philippus Hispaniarum Rex expeteret, Saracenus ad rem examinandam constitutus est. Qui ex Presbytero tituli S. Anastasiae, Presbyter S. Agathae, mox S. Mariae Transiberim factus, Episcopatus Licienfis administrationem ex Ciaconio non repudiavit; alij tamen Annibalem Ioannis Michaelis fratrem, non autem Ioannem Michaellem Licienfis Ecclesiae Antistitem fuisse, contra Ciaconium voluit; Ferdinandus tamen Vghellius in serie Praesulum Licienfium, Ioannem Michaellem numerat, qui die 13. Septembris anni 1560. in Liciensem Episcopatum Martello successit, reuolutoque anno vltro nuncium

Ccc ij

remisit

remisit in fauorem Annibalis Saraceni . Pio V. Pontifice, vt Archiconfraternitatis Hoipitalis, & Monasterij Cathecumenorum, & Neophytorum Protector vna cum Ioanne Riccio Cardinale Politiano monasterium monialium virginum Neophytorum angustum nimis redditum ad recipiendas mulieres Hebraeas, quae sub Pio fidei Christianam amplectebantur, à B. Mariae Annunciatæ ad Ecclesiam S. Basilij in regione Montium Vrbs fatis comodatam transtulit. Suffragiū in Comitij Pontificijs tulit pro Marcello II. Paulo IV. Pio IV. & Pio V. Ciaconius à Cardinalibus, qui Comitij interfuerunt, quando electus est Romanus Pontifex Pius IV. exclusit; nec illū inter abentes numerat; quare amnuentium errore id factum esse iudicamus. Demum ex Presbytero Episcopus Cardinalis Sabinus nominatus, è vita migravit Romæ die martis v. Kalendas Maij nono Iulij 1568. Pontificatus Pij V. tertio, ætatis sexagesimo nono, mense quinto, die vigesimo sexto, hora decima sexta, ac sepultus est ad S. Mariæ super Mineruam, vbi ante maiores ipsius Ecclesie fores in pavimento extat lapis, in quo Cardinalis insignia, & infra scripta insculpta leguntur

D. O. M.
 IOANNES MICHAEL EPISCOPVS SABINENSIS
 CARDINALIS SARACENVS NEAPOLITANVS.
 ANNUM AGENS LXVIII. MENS. V. DIAS XXVII.
 OBIIT V. KAL. MAII MDLXVIII.


Offa postea ipsius Neapolim translata ibi in maiorum suorum sepulchro condita.

Ianus Vitalis de Cardinali Saraceno hæc inter alia cecinit.

*Dic illum Patriælumen, dic esse decorum
 Egregium latis, dic decus Italiae.
 Dic sanctorum illum decora legum,
 Et sacra ante oculos semper habere Dei.
 Dic, & delicias Naturæ, diuitiasque,
 Dic quicquid melior sanctorum Orbis habet.
 Magnaque cum repetens hæc dixerit omnia, plura
 His addenda tibi mox nona semper erunt.*

VI.

IOANNES Riccius in Mōtepoltiano Hetrurij tūc oppido, nunc ciuitate natus est pridie Kalendas Decemb. anno salutis 1497 patrem habuit Petrum Antonium Riccium in Clonatum natum genere, integraq; fidei, & alieni non appetentem; Cuius rei memorabile in Montepolitiano adhuc viget exēplum. Hic enim cū à ciuibus suis plenam non numerata pecunia



Cabrera. Petramell. Filiucc. in Elog. m. s. Jo. Baptist. Adrian. in Histor. Petrus Iustinianus in Hist. Venet. Scip. Ammiratus in Hist. Flor. Aubery in Vita. Ferdin. Vghell. in Ital. sacra.

sportulam accepisset, vt ad oppidi commodum in foro puteum fieri iuberet, reliquam opere perfecto auri partem, nemine rationes exigente Senatui restituit: qua in re, & Riccij sincera fides, & patriæ erga eum antiqui exempli fiducia admirationi est. Tali ergo patre dignus, bonis institutus moribus Ioannes defuncta matris ætatis annorum quindecim, cum nouerca, quam pater duxerat, odio laboraret, domo, patriæque relicta, Romam se contulit, vbi à quodam nobili Politiano de familia Tarufia, qui ipsius patrem nouerat, per benignit exceptus, cum nunquam ab eo adduci poterit, vt patriam sedem reuileret, apud æconomum Ioannis Mariæ Cardinalis Montani esse iustus est, cuius Cardinalis gratiam ob solertiam meritis, ipso postea magistro quem vocant domus vita præbuit, in eius locum æconomus factus, in eo muneris se talem præbuit, vt cum Alexandro Farnesio Cardinalis, Pauli III. nepos magistrum domus quæreret, nullum, qui sibi satisfaceret, præter Ioanem inuenerit. Ab eodem porro in Galliam primò ad Regem, postea ad Carolum V. Imperatorem negotiorū causa missus, omnia cum summa laude pro Cardinalis voluntate definiuit. Toga postea habitu sumpto Clericus Camerae Apostolicæ à Paulo Tertio factus, ab eodē in Lusitaniam primò Collector spoliū, deinde in Hispaniam, demum in Lusitaniam iterum Internuncius legatur. Romam reuersus à Cardinale Montano in summum Pontificem assumptus, & Iulio III. nuncupatus, cui, vt supra dictum est, antea inferuerat, Neapolim ob res grauissimas missus, moxque secretus ipsius Theaurarius renunciatus, Archiepiscopatum Sipontinum, & non multo post Episcopatum Clusinum administrandum suscepit.

Ab eodem Iulio in tertia Patrum ordinatione inter Presbyteros Cardinales, titulo S. Vitalis, seu Vestinæ cooptatus, consilijs suis Pontificem ipsum felicissimè iuuit; Huic iam renunciato Cardinali litteras scripsit congratulatorias Paulus Sadoletus Episcopus Carpentoraënsis. A Pio IV. anno nostræ salutis 1561. impetravit, vt Politiana patria, quæ antea Præposituræ tantum, E-

piscopali dignitate insigniretur, cui eo tempore Abbatiam, cuius redditus octingentos aureos excedebant, ipsius pietatem summo Pontifice maxime approbante remitteret. Primus huius Ecclesie Administrator, à Pio IV. anno 1561. i. Idus Nouemb. ipse Ioannes renunciatus est, vt ex eiusdem Pij Diplomate ab Auctore Italiae sacre ad litteram exemplato par. 1. pag. 1075. pater.

Ad duos menses Ioannes Cardinalis patriæ suæ Ecclesiam administravit, deinde eo munere se dissoluit; sunt, qui scribunt, Spinellum Bencium primò Ecclesie Montispolitiani Episcopum, præfuisse, post cuius obitum Ioannem illam regendam suscepisse. Contra hoc est Pij Diploma; deinde Spinellus, qui fuit non primus, sed secundus Montispolitiani Episcopus, Ioanni superuixit; non enim nisi anno 1596. è vita migravit, sedente in Petri Cathedra Clemente anno 1574.

Vnà cum alijs Cardinalibus coercendis Tyberis inundationibus ab eodē Pio præficitur. Defuncto Pio IV. parum abfuit, quin proximo Comitij, Pontifex summus renuncietur; sub Pio V. ex Presbytero S. Vitalis ad titulum S. Angeli, & S. Mariæ Trastiberim, & ad Archiepiscopatus Pisarum administrationem translatus, ab ipso Pontifice electus. Ad locum magis commodum in Vrbe Iudæis, qui ad fidem deducebantur, assignandum, atque cum Ioanne Francisco Commendone, Marco Antonio Boba, Alexandro Sfortia Cardd. publicas vias Vrbs, flumina status Ecclesiastici, portus Tyberis, & cum Flauio Cardinale Vrsino, cum iam ipse Ioannes ex Presbytero factus esset Episcopus Cardinalis Albanus, Aquæ, quam vocant Virginis, aquæ ductus vetustate collabentes restaurari, & in varios fontes distribui curaret. Contra hoc verò foedere cum Philippo Hispaniarum Rege, & Venetorum re-publika fecisset; ob idque Pius V. pro vberiori belli prosecutione perueniens exquireret, Politianum Cardinalem ad alienandos infra annum centus super bonis Ecclesiasticis Italiae impositis deputauit: sedante Diplomata in secundo Bullarium tomo.

Sedente in Petri Cathedra Gregorio XIII. anno salutis 1574. Pontificatus secundo, ætatis septuagesimo septimo, die lunæ, v. nonas Maij, Romæ è vita migravit: corpus in S. Petri de Monteau-reo in sacello à se ædificato, picturis, auro, ac status ornato sepultura mandatur; vbi hæc legitur inscriptio.


IOANNES RICCIUS POLITIANVS
 S. R. E. PRESB. CARD. S. VITALIS
 MEMOR OFFICII SVI
 SACELLVM HOC DEO DICATVM.
 QVOD MOMBANTVR OMNES
 INTER HVBANA NEGOCIA
 ANTIQVISS. DEI CVRAM HABEND.
 PON. CVR. ANN. S. AL. MDLXIII.

Magna fuit in Riccio Cardinali præstantis ingenij, constantiæ, pietatis, & fidei ante ipsam purpuram; ita enim Romæ, cuius negotium super industriam fortuna fuit; ipa enim Romæ semper se-gessit, vt iustitiam, modestiam, & senatoriam quandam indolem spirare videretur. Qui postquam fuit reipublicæ gubernaculis admotus, in sitam ingenij vim, & à natura ipsa comparatam solertiam feliciter in rebus gerendis explicuit; quæ præcipuè in tractandis Principum voluntatibus, & grauissimis reipublicæ muneribus floruit. Edificandi studio non parum delectabatur, vt tria ampla, & pulcherrima palatia ab eo constructa testantur; vnum enim in via Iulia Romæ, alterum in patria, quæ nostris etiam temporibus Riccia nobilis familia retinet; tertium cum magna hortorum amœnitate in monte Pincio ædificauit, cuius agrifij, ea laus non vulgare est, quod non modò ad latos prospiciat adfros, sed totam Vrberum Romæ oculis intuentium subijciat. Hoc Ferdinandus Medices olim S. R. E. Cardinalis, postea Magnus Hetruriae Dux ad elegantem formam redexit, & Medicea nunc familia possidet. Insuper fuit, & primæ ab Heluetiorum Statione Cluuium contentibus occurrunt, à fundamentis erexit, quæ nostra ætate Politiani nomine, & gentilitio Riccij Cardinalis stemmate norantur. Collegium, non Patavij, vt scripsit Petramellianus, sed Pisis annuo censu construxit, vbi Montispolitiani iuuentus virtute, & litteris institueretur. In hæc ædificia quinquaginta supra ducenta aureorum millia eum insumpsisse fama est.

Interfuit Comitij Pontificijs, in quibus renunciati Romani Pontifices, Marcellus II. Paulus IV. Pius V. & Gregorius XIII.

Ianus Vitalis, de eo hæc cecinit carmina.
*Diffructus, recem de te quod prouina
 Qualia concepi non licet illa loqui.
 Quod te habeat semper Princeps Romanus ad aures,
 Nec vacet à studijs perbreuis hora tuis.
 Nunc populus admibet operam, curamque regendis.
 Nunc formam accipiunt publica iura suam
 IVLIVS ipse tuis oculis circumspicit Orbem;
 Ingenio nisus, consilioque tuo.
 Te pietas, te summa fides, te blanda venustas,
 Et te constantes sedulitatis opes*

*Laudibus egregijs hinc usque ad Ssaera tollunt ;
Immiscetque choris, conclusisque Deum.
Adde quod Italia summis in Montibus Aras
Virtutis addicunt, consiliumque tuæ.*



Ciaconius
Cabrera.
Andr. Vi-
ctorell. in
Addit. ad
Ciaconiu.
Pettamell
Franciscus
Sacchia in
hist. soc. I.
Storia.
Card. Pal-
laurica. in
Hitoria.
Cic. Trid.
Ferdinad.
Vghell. in
Addit. ad
Ciacon. &
in Ital. fac.
Franc. Au-
gustin. ab
Ecclef. in
Hist. Pede-
montana.
Ant. Beal-
till. in hist.
Barenii.
Aubery in
Vita.

VII.

IACOBVS Puteus, siue à Puteo Gallonarbonē-
sis, nobilis Niciensis, natus
die mercurij quinta Id. Fe-
bruarij anno Domini 1497
post prima rudimenta, Le-
gum studio ita se dedit, vt
paruo temporis interuallo
Iuris vtriusque Doctorem
sui tēporis longē princeps
extiterit. Hic post multa
officia, priuatoque hono-
res in Romana Curia apud
quosdam Cardinales, pre-
sertim apud Perrū Accol-
tum Cardinalem Anconitanum, cuius diu Auditor fuerat, hono-
rificē susceptus, à Paulo III. Auditor Rotæ delectus, munus idem
per quindecim annos maxima sui cum laude obiuit, donec à Iu-
lio III. cui ante Pontificatum amica necessitudine se adiunxerat,
ex Rotæ Decano Archiepiscopus Barenfis electus est, eiusque o-
pera in rebus perarduis, & difficillimis Pontificatus negocijs vsus
est. Quę omnia cum digna Pontifex sacra purpura eum videret, an-
no 1551. ad Cardinalatus fastigium illum euexit, & Presbyterum
Cardinalem titulo S. Simeonis nominauit, vnique cum Ioanne
Baptista Cicada titulo S. Clementis ad recognoscendas, ac reci-
dendas bonorum Ecclesiasticorum alienationes contra formam
Constitutionis olim felicitis recordationis Pauli Papæ II. factas, &
anno 1554. ad liberanda bona emphiteotica, census, & canones
quaruncumq; Ecclesiarum, piorumq; locorum in dominio S. R. E.
existentium deputatus est. Sub Paulo IV. ad titulum S. Mariæ in
Via, malè Cabrera S. Mariæ in Via lata translatus, Signaturæ mo-
dò Gratia, modò Iustitiæ ab eodem Pontifice, & successore præ-
ficitur, quo mortuo, parū abfuit, quin summus renunciaretur Pon-
tifex. Generalis quoque Inquisitor delectus, sub Pio IV. Protecto-
ris munere functus est in Romana Curia regni Polonia, ordinis
militaris S. Ioannis Hierosolymitani, & religionis Carmelitarum.

Postquam annis ferè duodecim Barensem Ecclesiam absens be-
ne rexisset, in gratiam Iacobi nepotis eius se regimine abdicauit
anno salutis 1562. sed antequam illam remitteret, preciosissimis
vestibus eam ornauit, ac Sodalitium in ea Sanctissimi Corporis
Christi instituit. Congregationis S. Ioannis Euangelistæ in regno
Lusitaniæ, ac Cisterciensium in Hispania Patronus in publicis comi-
tijs electus gratias suis litteris Iacobo à Resurrectione Rectori
generali, ac Abbati Cisterciensium egit. Ad sacrosanctam Triden-
tinam Synodum Legatus, & Præfidentis pro Apostolica sede in
Hieronymi Seripandi Cardinalis defuncti loco designatus, dum
itineri se accingit, subita aurium verberatione oppressus, Romæ
die lunę vj. seu iij. Kalendas Maij anni 1563. vitam reliquit, & in
Ecclesia S. Mariæ super Mineruam sepultus, vbi in pavimento an-
te aræ maximæ gradus in lapide marmoreo sequens elogium cæ-
latum legitur.

D. O. M.

**IACOBO PVTEO NICIENSI S. R. E. PRESBYTERO CARD.
AC INTEGERRIMO VIRO QVI SVMMAM I. V. SCIENTIAM
ITA CVM SVMMA PROBITATE CONIUNXIT VT VNVS
REIPVBLICÆ CONSTITVENDÆ DISCIPLINÆQ. VETERIS
REVOCANDÆ PRÆCIPVVS AVCTOR VOTIS
BONORVM EXPETERETVR.
VIXIT ANN. LXVIII. MENS. II. DIES XV.
OBIIT VI. KAL. MAII MDLXIII.
ANTONIVS PVTEVS ARCHIEPISCOVVS BARENENSIS
NEPOS POSVIT.**

Franciscus Scantius Mediolanensis in huius Cardinalis funere
orationem habuit.


Scripsit Decisiones Rotæ; De Variatione Monetatum; Litteras
plures, quas inter Latini Latini Epistolas Romæ in lucem editas
anno 1659. inuenies; & alia, vt refert Nomenclator Cardinalium.
Suffragium in Comitij Pontificij pro Marcello II. Paulo, ac
Pio IV. dedit.

Stanislaus Rescius in Vita Cardinalis Varmienfis Cardinalem
hunc Puteum optimum, & integerrimum, summa pietatis, & bo-
narum artium non solum amicum, sed etiam amatorem nomina-
uit. Franciscus verò Sacchinus in Historijs Societatis Iesu eundē
virum, qui auctoritate ex amplissima dignitate, eximiaque vir-
tute collegerat, & Pontificij, Ciuilibusque Iurisprudentiæ clarum in
paucis dixit; Et quidem vir magnæ apud Pontifices, & Reges au-
ctoritatis ob singulares animi dotes, morum continentiam, & non
vulgarem tam in sacris, quàm in profanis eruditionem, Iuris con-

A fultus sui temporis facile princeps habitus semper est. Ianus Vi-
talis huiusce Cardinalis stemma sequenti vincis pedibus oratio-
ne delineauit.

*Hesperidum vigili fama est custode Dracone
Pendere intactis arbuta in arboribus
Et foueis congestum aurum, abstrusumque latebris
Seruare immunes Gryphis Hiperboreis.
Ecce tuas gemini cohibent IACOBE Dracones
Diuitias, quibus est vltor omnis Onyx
Hic PVTEVS claras tibi fert vberimus vndas
Cui cedat laudes Pegasis vnda suas
Accipit humani documenta immensa decoris
Quisquis ad hoc dulci pocula fonte bibat.
Iure igitur gemini seruant pretiosa Dracones
Munera, ne vulgus tot sibi quarat opes.*

VIII.



ALXANDER Campe-
gius nobilis Bononiē-
sis, Laurētij Campegiij Car-
dinalis filius, natus est die ij.
Aprilis anno 1504. Laurētius
enim ante purpuram tres ex
vera vxore filios suscepit,
Rodolphum militaris glorię
cupidum, & disciplinæ peritum,
in ipso ætatis meditulio
immatura morte ereptū;
Ioannem Baptistam Episcopum
Maioricensem, Orato-
rem, ac Theologum, Gręcis,
Latinisq; litteris excultum;
& Alexandrum, de quo mo-
dò est sermo, ingenij, morū

Ciaconius
Andr. Vi-
ctorell. in
Addit. ad
Ciaconiu.
Filiuccius
Carol. Si-
gon. de E-
pisc. Bonō
Hier. Ga-
zimbertus
Ferdinad.
Vghell. in
Addit. ad
Ciac. & in
Ital. sacra.
Lud. Iacob
à S. Carol
in Bibliot.
Pontificia.
Aubery in
Vita.

suauitate, linguarum peritia, humanitate, & liberalitate commen-
datum. Qui Apostolicæ Cameræ Clericus, & Bononiensis Eccle-
siæ deinde Antistes designatus anno 1541. pridie Kalendas Au-
gusti urbem Bononiensem ciuibus nobili pompa occurrentibus
iniuit, & mox primum factum peregit. Præterea Auenionensem
ditionem Prolegatus prudenter curauit, & ad hæreticam pestem
Pauperum de Lugduno prouinciam corruptentem compescen-
dam, & abolendam toto pectore incubuit. Synodo Tridentina Bo-
noniam traducta consultationes Patrum in suas ædes paternas re-
cepit Alexander cum quatuor alijs familiæ Campegiæ Episcopis,
Thoma scilicet Feltrensi, M. Antonio Grossetano; Ioanne Baptis-
ta Maioricensi, & Ioanne Parentino; Bononiæ enim in æde Cam-
pegiorum hæc leges.


*Concilio Tridentino Paulo III. Pont. Max. Bononiam
anno 1547. translato, Patres, ac Theologi presentibus Lega-
tis, Io: Maria de Monte, & Marcello Ceruino Cardinali-
bus in hac aula per annum, & amplius conuenerunt;
& Concilij negocia pertractarunt.*

Ciborium insigne quatuor marmoreis iisque magnis colum-
nis innixum super aram principem D. Petronij, Templo ornāmē-
tum adiunxit: Societatis Iesu Patres in eandem urbem recepit, &
Capuccinis, Franciscanis, Eremitisq; fauit. A Iulio III. Presbyteris
Cardinalibus titulo S. Lucie in Silice adscriptus, non diu in pur-
puræ luce vixit; nam xi. Kalendas Octobris Romæ cessit è vita
anno Christi 1554. ætatis quadragesimo octauo: corpus in D. Ma-
riæ Transyberim æde, vbi fons olei Christi natalem indicans eru-
pisse fertur cum patris corpore tumulatum, & inde Bononiam, si
Filiuccium, & Alidosium audis translatum, in Ecclesia S. Bernardi
iuxta Laurentium Cardinalem patrem, quiescit. Ianus Vitalis
Alexandrum Cardinalem Campegium his carminibus celebravit.

*Tu quoque ALEXANDER nil vnquam tale putabas,
Cum cinctum est rubro nobile honore caput:
Quæsitum veniunt te maiestatis honores,
In Patre; qui quondam constituere tuo
Quos meruisti olim, geris en virtutis honores,
Sed maius gerere est, quàm meruisse suis.
Laus magna vnanimi est populorum occurrere voto,
Et desiderijs non sinere esse locum.
Maior at est testem meritorum extare tuorum
Iudicium summi Principis egregium.
Te licet immensum que tollit ad Aethera Virtus,
Testis Virtutis gaudeat esse tuæ.*

Huic Cardinali litteras scripsit congratulatorias pro adepta
purpura Paulus Sadoletus Episcopus Carpentoraactensis; eidemq;
plures, tum sui, tum Iacobi Saluiati nomine misit Ioannes Baptis-
ta Sanga olim Clementis VII. Romani Pontificis à secretis.
Scripsit Alexander de Auctoritate Romani Pontificis librum
vnum.


Ciaconius Cabrera. Andr. Vi- storell. in Addit. ad Ciaconiū. Petramell Aubery in Vita. Rocchus Pyrrhus in Not. Eccl. Siciliae.



IX.
IOANNES Andreas Mercurius, natione Siculus, patria Messanensis, eruditione, atq; in primis singulari epistolarū recte componendarum, ac graphicè scribendarum ratione clarus, cū è patria, nata inter se, & quandam Tabellionem, sub quo litteras exarabat, contentione, Romā versus adhuc iuuenis discessisset, ad lo: Mariam de Monte S. Sabini, tunc Si-

pontinum Archiepiscopum diuertit, qui hominis ingenium percrutatus, non modò eo vsus est in conscribendis epistolis, dum esset Archiepiscopus, & postea Cardinalis; verum etiam in pertractandis quibusuis grauissimis negocijs, in quibus, erat enim rerum gerendarum gnauus, & innata virtute animi conspicuus, cum apud omnes omnia sibi ex voto feliciter contingerent, gratiam Montani consecutus meruit, ipso cedente, & apud summum Pontificem pro eodem instante, ex Decano Rhegiensi, à Paulo III. Sipontinae Ecclesiae anno 1544. administrationem. Quo Paulo vita functo, in eiusque loco successit eodemmet Cardinale Montano, Julio III. nuncupato, Ioannes Andreas Messanensis Archiepiscopus primò, deinde Presbyter Cardinalis titulo S. Balbinæ, seu veriùs S. Barbaræ, postea S. Cyriaci ab eodem Pontifice renunciatus est: qui cum præfata quadam polleret prudentia, tanti semper fuit apud eundem Iulium; vt nulla res esset, quam non Pontifex de eius consilio perageret. Fuit etiam Messanensibus Archimandrita, atque Cœnobium S. Saluatoris ordinis S. Basilij intra vrbs mœnia contruendum curauit, cū vetus illud Cœnobium ad vrbs propugnacula exædificanda antea funditus euersum vidisset. Canonicis Messanensibus à Iulio impetrauit, vt alba veste, quam Rocchetrum vulgò dicimus, atq; eo vestis genere, quam Cappam nuncupant, vterentur. Sub Paulo IV. ex S. Cyriaci ad tit. SS. Quirici, & Iulitæ ascendens; anno salutis 1561. Pij IV. Pontificatus secundo, ætatis quinquagesimo, die Dominico, iij. nonas Februarij, noctis hora tertia, Romæ in Apostolico Palatio diem clausit extremum, ac sepultus in D. Marcelli, sine vlla sepulchrali inscriptione: tituli S. Marcelli tunc fuisse Ioannem Andream, quando ex hac mortali, ad cœlestem migravit vitam, ex monumentis Cancellariæ Apostolicæ affirmat Ferdinandus Vghellius: titulum enim illū obtinuerat die 12. Ianuarij anni 1559. Rocchus Pyrrhus scribit, Ioannem Andream hunc obiisse anno 1560. Inter innumera, quæ eius vitam cohonestant, facinora, hoc præ cæteris insigne memorie proditum est, quod ante obitum, vt suum erga pauperes, quibus se in cœlis fœnerari non ignorabat, ostenderet charitatem, octoginta millia aureorū ipsi distribuenda testamento ferunt reliquit.

Ciaconius Petramell Cabrera. Filiuccius Andr. Vi- storell. in Addit. ad Ciaconiū. Ferdinand. Vghell. in Ital. sacra. Aubery in Vita. Sfortia. Card. Pal. laucin. in Historia. Cœc. Trid.




X.
MAG. Fr. Petrus Bertanus, natione Italus, patria Mutinensis, Pridie nonas Nouembris, anno à partu Virginis 1501. Nonantulæ Castellī territorio ortum habuit; qui cum adolefceret, vbi diuini numinis faces illuxerūt, Dominicanis Patribus se adscripsit, ac Theologus eximius, & sacri verbi cōcionator præclarus breui euasit. Electus postea anno 1537. die 28. mēsis No-

uembris Fanensis Episcopus ad Concilium Tridentinum à Paulo III. Romano Pontifice missus, mox ad Carolum V. Imperatorem Nuncius à Iulio Pauli successore destinatur. Tandem inter Presbyteros Cardinales titulo SS. Petri, & Marcellini cooptatur. Huic iam renunciato Cardinali litteras congratulatorias scripsit Paulus Sadoletus Episcopus Carpentoractensis. Sede vacante ob mortem Iulij III. cum Cardinales Conclauē ingressi, de Pontificis noui electione deliberarent, parum absuit, quin hunc omnino consensu Iulij successorem nominarent. In Concilio Tridentino pro sententia, quæ negat, Conceptionem Virginis fuisse immaculatam, acerrimè disputauit; vti etiam pro Episcoporum residentia: vtque Concilium alio transferretur, summo studio curauit. Obijt anno salutis 1558. Pauli IV. Pontificatus tertio, ætatis verò 57. viij. Idus Martij Romæ, ac sepultus in Ecclesia S. Sabinae in monte Auentino apud sui ordinis religiosos viros cum sequenti sepulchrali inscriptione.

D. O. M.
PETRI BERTANI MUTINEN. CARDINALIS
Corpus hic situm est, qui quum adolefcent, in D. Dominici familiam nomen dedisset, doctrina, & virtutis ergo factus est Episcopus Fanensis, tum a PAVLO TERTIO Nuncius missus ad Carolum V. duobus memoria nostræ prudentissimis Principibus incredibiliter satisfecit. A IULIO TERTIO, in Cardinalium numerum adlectus, sub PAVLO QUARTO mortalitatem cum immortalitate commutauit. Bene precare quisquis es, ita tibi quoque alij bene precetur. Vixit Annos lvi. Menses iij. Dies iij. Obijt Anno salutis MDLVIII. Guronus Fraser Fratri vita cariore posuit.

De tanto viro Ianus Vitalis carmina hæc scripsit.
*Hæc PETRA, quàm sancto excisam de Monte videtis
Transire excelsis Astra cacuminibus;
Hæc est illa Deus sibi, quàm delegit, vt esset
Aedis honorata nobilis ara sua.
Crescet in immensum montem, hæc sanctissima PETRA
In quo conficiet sacra nouellus Aron.*
Guronus Petri Cardinalis frater, ex nobilissima femina Colūnenſi Romana, habuit in filium Petrum, ex quo Lucia Bertana, eximia pudicitia, ac pulchritudinis femina, poëtica laude, & ipsa clara, & à poëtis sui temporis mirè laudata.



XI.
SEBASTIANVS Pighinus, seu Pelginus, natione Italus, patria Rhegiensis, Regio Lepidi nobili familia exortus, liberalibus disciplinis, ac Iurisprudentiæ operam dedit, cumque in virū consultiſſimum euasisset, cœpit eius fama apud omnes inclarere. Vnde ex Canonico Capuano Romanæ Rotæ Auditor, & Nuncius ad Cæsare à Paulo III. delectus, mox Episcopus

copatu Alifanensī donatus, inde anno 1540. ad Ferentinensem translatus, & ad Carolum V. Imperatorem à Iulio III. Romano Pontifice Nuncius missus, Archiepiscopus Sipontinus anno 1550. & anno 1553. Adriensis Episcopus renunciatus, Concilio Bononia Tridentinum reuocato, cum Aloysio Lippomano Veronensium Episcopo illuc ab eodem Iulio Romano Pontifice Apostolicæ sedis Nuncius, vt in Concilio cum Cardinale Marcello Crescencio Legato à Latere præsideret, missus est. In mandato Iulij, quod reſcriptum inuenies in Sessione xj. Concilij editionis Romanæ leges. Iulius Episcopus &c. Dilecto filio Marcello et S. Marcelli Presbytero Cardinalis Crescencio nuncupato, Nostro, & Apostolicæ Sedis ad Concilium Tridentinum Legato de Latere; & Venerabilibus fratribus, Sebastiano Pighino Archiepiscopo Sipontino, & Aloysio Lippomano Episcopo Veronensi, Nostros, & ipsius Sedis, ac in dicto Concilio vnâ cum eodem Marcello Cardinali, & Legato, nomine Nostro ad præsidendum Nuncijs salutem, &c. Nominat autem Sebastianum, & Aloysium pietate, & doctrina, & rerum experientia insignes, fateturq; se, Cardinale Crescencium, & illos tanquam pacis Angelos Tridentum destinasse. Præfederunt hi Antistites non semel cum Legato; cumque Legatus aduersa valetudine vexaretur, tam suo, quàm Legati nomine Sessioni xvj. die 26. Aprilis anni 1552. præfuerunt.

Inter Cardinales cooptatus cum alijs tredecim summis viris, non die 20. Nouembris, sed 13. Kalendas Ianuarij anno 1551. non tamen publicatus, nisi die Lunæ 20. Maij anni sequentis 1552. vt liquet ex eius æui monumentis; ac Presbyteris Cardinalibus adscriptus, titulum S. Callixti, & Ecclesiam Adriensem obtinuit, omniaq; vrbana Tribunalia eiusdem Pontificis Vicarius rexit. Romæ magno Iulij mœrore, ac suorum luctu è vita migravit Kalendis Decembris anno 1553. sepultus ad S. Mariam de Populo, vbi hoc in marmore legitur elogium.

D. O. M.
Sebastiano Pighino de Regio Lepidi, Iurisconsulto XII. Viro libris indicandis; Episcopo Adriensis; Romane Sedis bis ad Carolum V. Aug. Intermancio: Synodi Tridentinae Præsidi: S. R. E. Presb. Card. Supplicum libellorum, qui ad gratiam spectant, cognitori. Super omnia vrbana Tribunalia Vic. Iulij III. disceptatori.
Stephanus Pighinus Fratri P. M.
Vixit Annos LIII. Menses II. Dies V.
Obijt Anno D. MDLIII. Kal. Decembris.

Vitum hunc Caroli V. Imperatoris Consiliarium, ac vitum-

Ciaconius Andr. Vi- storell. in Addit. ad Ciaconiū. Hæc sps dan. in An. nal. Eccl. Sfortia. Card. Pal. laucin. in Historia. Cœc. Trid. Aubery in Vita. Sleidamus. Ferdia. Vghellius in Addit. ad Ciac. & in Ital. sacra.

præstantissimum, morumque suavitate iucundissimum. Ianus Vi-
talis his carminibus commendavit.

*Non te sacrarum longa experientia Legum,
Non multiplex sciens,
Qua polles, præstasque gradus ascendere ad altos
Iussit decora Purpura,
Ingenua sed mentis opes sed candor aperta.
Sed nobilis prudentia,
Quosque inhiant alij regales semper honores,
Et ambiunt presentia:
Accipis imprudens oblatos, accipis absens,
Sperare pra modestia,
Quos vix ausus eras, cum te PIGHINE decerent,
Vt nunc decent, pulcherrime.
Laus magna est alto decorari culmine honorum,
At maior est honoribus
Esse decori ipsi; magna est, & posse mereri
Claras honoris Laureas.
Maior at est sponte ad fastigia celsa vocari
Sperata nunquam gloria
Non sunt ventosa fortuna hac munera, sed sunt
Virtutis, & prudentia.*

XII.

FABIVS Mignanellius natione Tuscius, patria Senensis, parentibus Petro Paulo Mignanellio, & Honorata Saracena natus anno à partu Virginis nonagesimo sexto supra millesimum quadringentesimum, vij. Kalendas Maij. Data non paucis annis Legum studio opera, sororem Hieronymi Cardinalis Capoferrei in matrimonium duxit, atque ex ea legitimos

liberos suscepit, inter quos vnum Petrum Paulum nomine, qui cum in præclaro illo, ac nunquam satis commendato nauali bello Pio V. Pontifice à Christianis Principibus nonnullis contra Turcas suscepto, naualibus copijs præflet, fortiter occubuit, anno 1569. cuius egregia virtutis, deuotique erga fidem Catholicam animi æternum monumentum in Aede D. Mariæ de Pace conseruatur Romæ, & est tale.

Petro Paulo Mignanellio

FABII S. R. E. Presb. CARD. ex legitimo Matrimonio Fil. Omnibus Animi, Corporisque dotibus ornato: Qui cum in bello à Christianis Principibus Contra Turcas communiter suscepto, Naualibus copijs præflet; Crete lethali morbo correptus obiit Anno etatis xxxiiij. Menses iij. Dies xxv. Salutis Humanae MDLXIX. Kal. Decembris. Fulvia Mignanellia de Mathais Coniux, Et Hieronymus Fil. poster. memoria causa.

Fabius, cum vxor obiisset, Romam se contulit, ibi Aduocati Cõsistorialis Aulae munus cum laude exercuit; cumque ob singularem ciuiliū rerum cognitionem, & ob præstantem prudentiam, consiliumque apud summos Pontifices in summa haberetur estimatione, Cardinale Capoferreo opem ferente, viam sibi ad amplissimas dignitates aperuit. Legatus primū ad Venetam rempublicam, tum ad Carolum V. Cæsarem missus; hinc porrò in agri Piceni administratione præficitur; postremò anno 1541. Bononiensis ciuitatis prolegationem iniij, Legato Bonifacio Cardinale Ferrerio, in qua ciuitate honestissimè excepit Paulum III. Pontificem, qui Lucæ Carolum Imperatorem allocutus, inde Bononiam accesserat. Qua prolegatione peracta ab eodem Pontifice Episcopus Lucerinus electus, ad sacrosanctam Tridentinam Synodum missus, sententias non minus religioso, quàm docto Patre dignas sæpe sæpius dixit. Paucis post annis ex Lucerino, factus Episcopus Grossetanus; à Iulio III. Presbyteris Cardinalibus titulo S. Syluestri adscribitur, & Signaturæ Iustitiæ præficitur. Fabio iam renunciato Cardinali, litteras congratulatorias scripsit Paulus Sadoletus; annoque 1552. ab eodem Pontifice ad pacandum inter Senenses ortum dissidium mandatur. Consueuerat respublica Senensis singulos Cardinales Senenses nobili dono cumulare; quare cum Fabium ad se venientem sub vmbella perhonorificè excepisset, eadem erga illum munificentia vii voluit. Paulo IV. Pontifice, cum ob inuasionem Urbis, & castrorum S. R. E. subiectorum, à militibus Proregis Neapolis factam, atque ob depopulationem multorum prædiorum hinc inde discordiæ essent ortæ, ad decisionem earundem, ac terminum, Fabius vna cum Cardinale de la

Baume deputatur. Præterea ab eodem Pontifice annatis, & quinquennijs S. R. E. debitis, cum Ioanne Michaële Cardinale Saraceno præficitur: interfuit bis Comitijs Pontificijs, illis scilicet, in quibus Marcellus II. & Paulus IV. renunciati sunt Romani Pontifices. Multis igitur ob præstantem disciplinam, rerum humanarum cognitionem, atque consilij, & prudentiæ maturitatem, dignitatibus, ac diuitijs comparatis, nec non lögis, ac crebris pro S. R. E. legationibus, atque itineribus actis; magis quam ætate fessus in Domino quietuit Presbyter Cardinalis tituli S. S. Ioannis, & Pauli, aliàs Pammachij, quem loco S. Syluestri prius optauerat. Obijt Romæ anno Domini 1557. Pauli IV. Pontificatus tertio, ætatis 61. iij. Idus Augusti, ac sepelitur in D. Mariæ de Pace.

Iano Vitali huius Cardinalis virtus haud ignota fuit; cecinit enim de eo hæc.
*Dum Sena succussit violentis motibus instar
Vertiginosi fluminis;
Abiectione inqo mutat Respublica, & intus
Magnis procellis fluctuat:
Is FABIVS Patria motus pietatis amore
Et consulenda consulit.
Alloquitur dubium facundus verba Senatuum.
Securitatæ aurea:
Implet spe trepidos, mutatq; pectora firmat
Cuius, Paterque publicus.
Præterita enumerat, presentia discutit, addit
Venturaque sint postea
Seditosa tamen cauet, omnia laudat, & inde
Salutis obliuiscitur.
Tempus erit tanta vulgo, cum tadeat Urbem
Fortissimam discordia;
Et FABIVM optabunt consultoremque, Patremque
Et forte propugnaculum.*

Eiusdem Ioachimtus Bellaij hæc versibus ornatū tumulum.

*At si tempora longiora vitæ
Fatorum Domine tibi addidissent,
MIGNANELLE, sacri decus Senatus,
Te te Roma Patrem vocasset, ehu,
Cinxissetque caput triplex Corona;
Hoc (si quisquam alius) decus merenti.
Sed felix nimis, & nimisque felix,
Cui, ne scilicet amplius videre
Luxum, mollitiem libidinemque,
Fastum, senitiā, superbiamque,
Bella, & vincula, ceterasque pestes,
Quæ nostrum male sæculum laborat,
Tum mori obigit, inuidere mortem
Cum possent tibi vel beatiores.*

Litteras Fabio dedit Petrus Aretinus, quæ in lucem editæ inueniuntur in libro secundo Epistolarum eiusdem Petri: Fabius dū vixit, partem gentilitij correptis Cardinalis Capoferrei proprio addidit: filium ex legitima vxore susceptum cum post se reliquisset, Mignanelliam gentem Romana in Vrbe deinde propagauit.

XIII.

IOANNES Poggius, natione Italus, patria Bononiensis, qui in patre Christophorum à secretis Ioannis Bentiuoli, in matrem vero Franciscam familia, & patria Mantuanam habuit; natus est viij. Kalendas Februarij anno 1493. Is reformatione vitæ, ac morum instituta, adulta iam ætate, & mortua vxore, ex qua filios susceperat, Romam se contulit, vbi Protonotarius, ac Thesaurarius Apostolicus renunciatus, à Paulo III. in Hispaniam ad Carolum V. Imperatorem Nuncius, spoliūque Collector mandatur, quod Nuncij munus pro dignitate multorum annorū spatio sustinuit; vt in magna tum apud Pontificem, tum apud Imperatorem haberetur estimatione. Missis igitur Roma à Pontifice litteris, vt summa, qua pollebat, prudentia, Francisco Borgia Gandiæ Duci, postea Societatis Iesu Præposito generali persuaderet, vt Cardinalitiam dignitatem, quam ei tum ob singulares animi dotes, ac merita, tum ob supplices Caroli V. preces offerrebat, admitteret. Indignum enim Carolus Cæsar reputans tam dignas Francisci virtutes in tenebris iacere, de Cardinalitia dignitate, continuis Pontificem per Oratorem suum precibus exorarat. Acceptis Ioannes Pontificis litteris, ac lectis nulla mora Borgia



adire,

Ciaconius Andr. Vi-
storell. in
Addit. ad
Ciaconij.
Petramell
Cabrera.
Nicol. Or-
landin. in
hist. soc. I.
Math. O-
luerius in
Hist. Mo-
tisferrati.
Aubery in
Vita.
Io. Nicol.
Paschalis.
Alidosius
de vrbe.
Bononic
Ferdinãd-
Vghell. in
Ital. sacra.

Iconia
dr. Vi-
rell. in
dit. ad
iconit.
ramell
breca-
ninius.
tul. II.
bery in
a.
uan in
horat.
p. Am-
ratus in
l. Flor.
dinid.
bell. in
sacra.
i. vgar
t. in
Senes

adire, de Pontificis voluntate commonefacere, & grauitate ad accipiendam Cardinalatus dignitatem persuadere, hortari, obsecrare. Cui Franciscus talibus respondit: *Gratias se immortales Pontifici Summo, Imperatori Augusto, ac ipsi Ioanni agere, atque habere, se iam pridem seculo renunciaisse, impares humeros tanta promouencia demonstrare, & anti beneficij se apud Deum nunquam immemorare fore.* In Hispania multum fuit Societati Iesu, eiusque ad Ignatium meminit Araozius: *Habemus hic Poggium Nuncium, tam bene in Societatem affectum, ut ad temporales quidem res alter Petrus Codacius ad spirituales verò, alter Iacobus de Eguia existimari possit.* Illam etiam ibidem egregie defendit, & prudentia, ac dexteritate sua semper tutatus est; Petro autem Fabro eiusdem Societatis Patre à confessionibus utebatur.

Ex Hispania in Germaniam religionis causa anno 1544. missus in vrbe Bonna non procul à ciuitate Colonienfi Catholicam religionem defendit. At post multos hinc inde pro fide orthodoxa exantlatos labores, à Iulio III. Pauli successore, qui eum Episcopum Tropiensem, mox ex aliquibus Anconitanum elegerat, quæ Sacerdotia postea Ioanni Matthæo, & Vincentio Luchijs ex forene nepotibus resignauit; in tertia Cardinalium enunciatione Presbyteris Cardinalibus, titulo S. Anastasie in gratiam Caroli Caesaris abfens adscriptus est. Negat Vghellius Ioannem hunc Poggiu Cardinalem, Episcopum Anconitanum fuisse, contra Ciaconium, & Ioannem Nicolaum Pasquali. Cum in Italiam Ioannes iam renunciatus Cardinalis redisset, Bononiæ pernotabile palatium extruxit, atque vt summam erga Deum religionem, ac pietatem præferret in Templo D. Iacobi ordinis Eremitarum S. Augustini D. Ioanni Baptistæ sacrum sacellum erigendum suis impensis curauit. Romam postea cum venisset, à Pontifice benigne exceptus, in arduis summi Sacerdotij negocijs, consiliorum adiutor accipitur, ibique pulcherrimū palatium construxit, vineta etiam extra portam, quæ de Populo dicitur, in delicijs habuit illis Iulij III. cõtiua visu pulcherrima, & palatij quod in illis erat mole, ac magnitudine, & rerum præstantissimam varietate celeberrima, in quo palatio præter cætera extat Occasio excellentiss. Pictoris manu depicta, quam Ioannes præter stemmata pro insigni gestabat: quæ vineta Iulio Pontifici quod illi per placere sciret, pro sua liberalitate dono dedit.

Cæterum cum iam munia vite compleuisset, Bononiæ, quo se contulerat visenda patriæ causa, è vita migravit pridie Id. Februarij, anno Domini 1556. Pontificatus Pauli IV. primò; cuius Comitij, vti etiam Marcelli II. interfuerat, ac sepultura conditur in sacello à se constructo in Templo D. Iacobi ordinis Eremitarum S. Augustini. De illo Ianus Vitalis hæc cecinit.

*Abdit dum tenes obducta Hispania terris
Bononiensem PODIVM:
Roma dat egregia testis virtutis honores,
Sacri galeri gramia:
Illum transtianum quasivis is Purpura Iberum,
Batimque trans, & Durium:
Illum humanorum subijt fastigia honorum
Gradus per omnes nobiles.
Salve Italia virtutis honos, salve optime splendor
Sinceritatis optime:
Tu verè in studio certasti fortis amara
Virtutis, & prudentia:
Insignemque tibi quasisti imicte coronam
Sublimioris gloria:
Vive dum, factisque ad sis tibi laude decoris,
Cæpisti vt vsque à parvulo.*

XIV.



IOANNES Baptista Cicada Genueusis vj. Kalendas Iunij anno 1510. Genue natus, ab Eduardo patruo Episcopo Saonenfi, seu melius Sagonenfi in Insula Corficæ, virtutum ornamento, & Iuris vtriusque præsidij institutus, sub Paulo III. primò vtriusque Signaturæ Referendarius, mox anno salutis 1539. Petro Paulo Parisio ad Cardinalatum promotus, Pontificijs, & Fiscalibus causis audiendis præfectus, vulgò Cameræ Apostolicæ Auditorem vocant, est designatus; in quo munere Vicarium habuit Hugonem Boncompagnum Bononiensem, quem postea S. R. E. Cardinalem, & summum Pontificem renunciatum vidimus. Episcopali deinde dignitate ornatus præfuit Albinganensi inter Liguriæ fines Ecclesiæ ab anno 1544. vsque ad annum 1560. & interfuit Concilio Tridentino. A Iulio III. in sacrum Senatum cooptatus, Presbyterali S. Clementis titulo, & Campaniæ legatione cohonestatus, eundem Hugonem Boncompagnum

Ciaconius Petramell Vbert. Foliet. in Elog. Clar. Ligurum. Filiuce. in Elogijs. Cabrera. Andr. Viorell. in Addit. ad Ciaconiū. Aubery in Vita. Io. Petrus Giuffan. in Vita s. Caroli Bor. Ambr. Ladduce. in hist. s. Mar. de Populo Ferdinãd. Vghell. in Ital. sacra.

A Prolegatum apud se habuit Pio IV. Romano Pontifice, iudicio Caroli Cardinalis Carraze, & ad examinanda sacri Concilij Tridentini decreta, proque ipsorum executione, sanctissimæ item Inquisitionis Tribunali præpositus est. Controversiam inter Pontificem Pium IV. & electi Imperatoris Maximiliani Oratorem de solemnibus sacramentis præstando, cum alijs ad hoc cum ipso delectis Cardinalibus composuit; & Ecclesias Moriensem, Actiensem, Sagonensem, & Candiensem administravit. Sub Pio V. alij tamen sub Pio IV. hæc euenisse asserunt, ex Presbytero S. Clementis ad titulum S. Agathæ, seu S. Anastasie, mox ad Episcopatum Sabinensem translatus est, & Monachorum Montis Oliueti Congregationem Protector rexit; licet illius nō meminerit Secundus Lancellottus in Historia Oliuetana. In Comitij Pontificijs suffragium tulit; affuit enim electioni plurimorum Pontificijs, videlicet Marcelli II. Pauli IV. Pij IV. & Pij V. sub quo Romæ die Sabbati, surgente aurora vj. Idus Aprilis anno salutis humanæ 1570. Pontificatus quinto è vita migravit; ac sepelitur in D. Mariæ de Populo in sacello familiæ Ruereæ sub marmore his litteris æneis insculpto.

D. O. M.


IO. BAPTISTÆ CICADÆ GENVENSIS EPISCOPO SABINEN. S. R. E. CARD. S. CLEMENTIS VIRO INGENII ACVMINE ET VBERTATE CONSILII ADMIRABILI OMNIVM OFFICIOSISSIMO IVRIS RERVMO VRBANARVM AC FORENSIVM VSV AC INTELLENTIA PERITISSIMO LIBERTATIS ECCLESIASTICÆ DEFENSORI STVDIOSISSIMO. CAROLVS CICADA EPISC. ALBINGANENSIS HÆRES EX TESTAMENTO PATRVO B. M. POSVIT. VIXIT ANNOS LX. OBIT DIE VIII. APRILIS MDLXX.

C Virum hunc admirabili doctrina, & rerum ciuiliū cognitione præstantem, miserorum defensorum, amicorum, & reipublicæ præsidium Antonius Vacca hoc epigrammate, quod Vbertus Foliet in Elogijs Ligurum Illustrium retulit, commendauit.

*Quis tua quam fuerit vixit, & feruida virtus,
Dicat, & ingenium magne CICADA tuum?
Impiger Aethereos meos, vt Sol aureus Orbes
Omnia collustrans, calcasciensque simul.
Sic tua mens velox, & sublimarum
Officij constans, propositisque tenax.
Lustrauit, fonsque bonos super omnia amicos
Et tulit, vt Cælum credatur altus Atlas
Mirus in aduersis rebus, mirusque secundis,
Vera in te fulsit iustitia, & pietas.
Eundem Ianus Vitalis hisce versibus ornauit.
Nec discent populi per me, quo lumine fulges
Et que præcipua est, qua pietate nitès,
Et gradibus, quibus egregia virtutis, & equi
Additur iste tibi tantus honoris apex.
Sed quannus taceam, saxa hec te muta loquentur;
Sedula, & in laudes facta canora tuas.
Nam si quis vastas Rhodani, Eridanique superbas
Claudere in angusto margine tenet aquas;
Non erit hic omnis vanus labor; omnis aqua vis
Nam tandem erumpens impetuosa trahet.
Sic tua quæ ascendit, quæ mox declinat Eous
Dicitur tuis gloriæ fulta tuis.*

D Demum laudatus Vbertus Foliet Cardinalis hunc his laudibus extollit. Tot, tamque eximia virtutes nomen tuum commendant Ioannes Baptista Cicada, vt difficiliss sit in tuis laudibus exitum, quam principum inuenire. Quid enim in te primum mirer? præstantem ne doctrinam, an cuiusdam rerum cognitionem, vt nihil esset in usu Romanae Aulae positum, quod tuam scientiam effugeret? an acerrimam illam caelestis propè ingenij vim, solentemque quandam mentis aciem ad omnia quamuis ardua, & implicata expedienda, & ad exitum perducenda? Quibus virtutibus id affectus es, vt regnum in rebus forensibus dum vixisti obtineres, nullaquo magna res esset, quam non de tuo consilio Romani Pontifices gererent; vt etiam y, qui tibi parum aequi fuerant, se ad magnas deliberationes adhibere cogerentur? An fidem, & constantiam in sustitit, & oppressorum defensione, vt nullam unquam pro amicis, & clientibus dimicationem recusaueris? quorum firmissimum præsidium, & columen semper fuisti; nemoque in tuam opem, & tutelam confugerit, quem sineres eueri, quemque non honoribus, & fortunis auctum reddideris. In me quidè ea tua sunt merita, vt Numinis cuiusdam generationem apud me obtineas; quibusquam aliam in presentia, quam eam, qua facultatis nostræ est, hoc elogio gratiam referam? cuius ea eris clausula sacra purpuræ amplissimum honorem, tantorum meritorum minimi pretij inslar fuisse. Vnum nobis in tanto more reliquum est solacium. Carolus fratris filius Ingeniorum Episcopus mitiore ingenio vir, qui vt te virtutibus reddidit, ita honoribus quoque subsecutus existimatur. Cuius rei, haud dubiam spem facis, quod iam à Gregorio XIII. sapientissimo Principe ad grauissimas reipublicæ partes gerendas adhiberi cepit.

Ciaconius Cabrera. Andr. Vi- storell. in Addit. ad Ciaconiu. Ferdia. V- ghell. ibid & in Italo- sacra. Secundus Lancellot in Hist. O- liuetana. Ios. Bapt. Adrian. in Historia. Scip. Am- miratus in Hist. Flor- pania. in Iulio III. Storia. Card. Pal- lauicini. in Historia. Cœ. Trid. Aubery in Vita.



XV. HIERONYMVS Dandinus nobilis Cænas, ortu Senensis, & Ciuitate Romanus, Anselmi Dandini, & Ioannæ Muratinæ Foroliuensis filius, natus est anno salutis humanæ 1509. qui cum humanioribus litteris primùm in patria, & legibus deinde in Bononiensi Academia operam dedisset, Pontificij, Cæsareij, iuris lauream consecutus est, cum in patria Sacerdotium obtinuis-

set, Romam se recepit, vbi per multos honorum gradus ad Episcopatum Cassanensem primò, deinde anno 1546. die 15. mensis Maij ad Imolensem, Nicolao Cardinale Rodulpho cedente peruenit. Acris, solertisque vir, ingenij, omnium litterarum genere versatissimus, Pauli III. Pontificis Maximi magisterio vsus, cuius à secretis fuit, ab eo bis in Galliam ad Franciscum primò, deinde ad Henricum filium, Galliarum Reges Internuncijs de pace acturus missus est. At cum postea Iulij III. à secretis esset, Internuncijs ad Carolum V. Imperatorem, vt ipsius auxilium ad bellum Parmense suscipiendum imploraret, mittitur; qua legatione peracta, in Italiam reuersus, huic bello præficitur. Ablens ab eodem Iulio inter Presbyteros Cardinales titulo S. Matthei cooptatur; Bononiæ purpureum galterum à Hieronymo Saulio Genuensi, ciuitatis Prolegato accepit, honorificaque paulò post ad Carolum V. pro pace cum Henrico Galliarum Rege componenda, legatione cohonellatur. In qua legatione Ioannem Franciscum Commendonum, qui postea Cardinalis à Pio IV. renunciatus est, ob signandis Libellis præpositum, Datarium vocant, apud se habuit. Ex qua legatione illum Iulius reuocauit, stomachatus quod itineri Cardinalis Poli obiecisset impedimentum. Miserat Iulius Polum Cardinale Legatù in Angliam ad Mariam Reginam; at Carolum Cæsarem statim atque accepit, adornari à Polo profectorem in Angliam, & quæ nam haberet à Pontifice mandata; cù, & aliàs decreuisset filio suo Philippo Mariæ nuptias omnimode conciliare, ac proinde regnum illud, quasi iam suum intueretur, displiceretque ei quod legatio illa se inconsulto suscepta fuisset, multò magis veteretur, ne Poli in Angliam aduentus rebus suis nondum inibi constitutis, illas interturbaret, egit diligenter cum Hieronymo Cardinale Dandino, quem apud se pacis tractandæ inter Christianissimum Regem, & ipsum habebat Legatum, vt iter Poli, aut penitus impediret, aut saltem aliquantisper retardaret. Quapropter Dandinus vt Cæsari gratificaretur, Polo significauit, nõ videri è republica esse ob multas, & graues causas, quod is adhuc se in viam daret, quoad suas rationibus Angli, quibus Pontificis nomen exolum antehac redditum fuerat, ad optandam, aut recipiendam pro dignitate legationem, Apostolicam adducerentur; simul, & Cæsari fieret satis, qui illam rebus suis, & Ecclesiæ præmaturam conquirebatur; rebus, in quâ, suis potius, quàm Ecclesiæ cõsulens. Polus acceptis Dandini litteris vltra sibi non putauit esse progrediendũ, priusquam de Pontificis voluntate certior factus esset. Qui cum Cæsaris potentiam augeri nollet in immensum, tot prouinciarum accessione, stomachatus, vt diximus, quod Dandinus itineri Cardinalis Poli obiecisset impedimentum, illum à legatione reuocauit, & vtranque tam in Angliam, quàm ad Cæsarem, Gallorumque Regem de componenda pace vni Polo detulit. De Hieronymo hoc nostro Cardinali, talis extat memoria apud Bruxellenses, & legitur in sacello augustali.

Anno Domini MDLIII. Sexto Nonas Iulias.

Nos Hieronymus Dandinus Cænas Tituli S. Matthei S. R. E. Presb. Card. cognomento Imolensis, Iulij III. P. M. & Sanctæ Apostolicæ Sedis ad gloriosiss. & inuictiss. Principem Carolum Romanorum Imp. semper Augustum, vniuersamque Germaniã Superiorem, & Inferiorem, ac reliquas illius ditionis Legatus à Latere pũssimis votis, desiderioque ipsius Caroli, & vtriusque eius Sororis Eleonore Galliarum, & Mariæ Hungaria Reginarum inducti hoc Sacellum, & summam in eo Aram D. Philippo Apostolo, & D. Ioanni Baptista consecramus, ac omnibus Christianis fidelibus, qui hodie, eodemue per singulos annos die Sacellum hoc religionis, adorationisq; causa adierint, Veniæ, Absolutionisq; Annos septem in morem Ecclesiæ solitum condonauimus.

Sub Paulo IV. è titulo S. Matthei, ad titulum S. Marcelli translatus monachorum Montis Oliueti, & Setuorum B. Virginis Patronus extitit apud Romanum Pontificem: interfuit Comitij Pontificij, in quibus renunciati Romani Pontifices Marcellus II. & Paulus IV. E vita migravit Romæ anno à partu Virginis 1559. pridie nonas Decembris, die Lunæ hora noctis tertia, in Sede vacante post Pauli IV. obitum; extra tamen Conclauem, ex quo ægrotus exierat: sepultura conditur in Ecclesia sua titulari S. Marcelli

Ciacon. Vit. Pontiff. & Cardd. Tom. III.

A ante gradus altaris, maioris; sepulcræ eius monumentum extat cum hoc elogio.

HIERONYMVS DANDINVS CARDINALIS CÆENAS EPISCOPVS IMOLENSIS QVI VIXIT ANNOS L. OBIT PRIDIE NONAS DECEMBRIS ANNO MDLIX.

Est etiam in proximo pariete aliud elogium.

D. O. M.

HIERONYMO DANDINO CÆENATI S. R. E. CARD. HVIVSCE ECCLESIAE TITVLARI ET ORDINIS PROTECTORI ANSELMVS PRONOTARIVS APOSTOLICVS ET VTRIVSQ SIGNATVRE REFERENDARIVS PATRVO OPTIME MERITO ANNO REDDITV FRATRIBVS ASSIGNATO VT PRO EIVS ANIMA PRIDIE NONAS DECEMBR. QVO DIE OBIT. ANNIVERSARIVM CELEBRENT. OBIT MDLIX. ETATIS L.

B Non bene Cabrera Hieronymum, Forocorneliansem Episcopum facit; Cassanensem, & Imolensem Ecclesijs Episcopus tantum præfuit; Imolensem enim, vti sponfam sibi dilectam adamauit; ac Templum, & ædes varijs structuris exornauit. Extant nunc quoque; vt refert Ferdinandus Vghellius, Altaris, & Chori ab eo donata ornamenta; ac in Episcopali palatio addita cubacula, tum picturæ non vulgares. Hanc Imolensem Ecclesiam Anastasio Vberto monacho Benedictino ex sorore nepoti tradendam curauit, illoque vita functo, iterum eam inoderandam suscepit. A Iulio III. in Cardinalium Collegium ascitus, S. Bartholomæi Ferrariensis diocesis diuissima Abbatia ditatus, semper Cardinalis Imolensis nuncupatus est. De illo Iani Vitalis Musa filere non potuit.

Dum tibi Sidonium mediatnr IVLIVS ostrum Et Cardinales insulas;

Magnorumque parat dum præmia grata laborum, DANDINE Vtr clarissime.

E septem geminis plaudis tibi Collibus ingens Regina R O M A gentium.

C Hieronymo iam renunciato Cardinali litteras dedit congratulatorias Paulus Sadoletus Carpentoraactensis: eidem dicauit Academicas quæstiones in Ciceronem Iulius Castellanus Fauertinus, publicus Romanæ Sapientiæ eloquentiæ Professor, & Petrus Beulardus librum inscriptum Annuli Astronomici vsus. Gessit scutum quod supra expressimus; est enim diuersũ in aliquo ab insignibus quæ sepulchrum ornant: Carolus V. Cæs. Pompeo Cardinalis fratri Aquilam cõcessit, vt ex ipsius Caroli diplomate constat, in quo hec sunt verba. Per presentes damus, concedimus, & indulgemus tibi Pompeo Dandino, ac filijs, & liberis tuis legitimè natis, & nascituris, eorumdemque hæredibus, & descendensibus in infinitum, omnimodam facultatem, & potestatem, qua possis, & valeas, illiq; possint, & valeant gentilitijs vestris armis, & insignibus, videlicet in vertice scuti adiungere Aquilam, nigram vnus capitis coronatam, cauda, & alis dispassis, distensis pedibus; rostro dextrosurmo flexo, & lingua rubra, vibrante in area coloris aurei, sine crocei. Cardinalis, vt diximus non est hoc scuto vsus; qui verò sepulchri illi exerunt, & Ferdinandus Vghellius in Italia sacra, familiæ, non Cardinalis insignia exposuere.

XVI.

F R. Aloysius Cornelius patritius Venetus. Georgij filius, Catharinæ Cypriæ Regina, à qua respublica Veneta regnum illud dono accepit, pronepos; Marci Alexandri VI. & Francisci Clementis VII. Cardinalium ex fratre nepos; Andree item Pauli III. Cardinalis consobrinus, Federici Sixti V. ite Cardinalis germanus frater, ac tandem Francisci Clementis VIII.



E pariter Cardinalis patruus, pridie Idus Februarij anno 1516. natus est. Is habitus, & cruce militaris religionis S. Ioannis Hierosolymitani sumptis, post præclara in patria patrata facinora, dignus, cui regni Cyprij Prioratus commendaretur, à Magno religionis Magistrò dijudicatus fuit; qua dignitate ad maiores aditu sibi patetactò, electus primò Archiepiscopus Iaderensis, deinde à Iulio III. ad Cardinalatus fastigium euectus, Ecclesiæ S. Theodori Diaconus primò, deinde Presbyter præfuit; mox Francisco Cardinale Pisano cedente sub ea conditione, vt sibi dum viueret, in D. Marci ædibus habitare liceret, ad titulum S. Marci gradum fecit. Episcopatum Bergomensem; Archiepiscopatum Traguriensem, ac Trauensem summa prudentis administrauit; Pius enim IV. Bergomensis Episcopatus Administratorem, die 13. Martij anno 1560. allegit; quam ille Ecclesiam cum breuiori mora administrauisset, in Federicum nepotem illam transtulit. Sub eodem Pontifice Caroli Car-

Ciaconius Petramell Andr. Vi- storell. in Addit. ad Ciaconiu. Filluc. in Elog. m. s. Io. Bapt. Adrian. in Historia. Ferdinand. Vghell. in Ital. sacra. Aubery in Vita. Iulius Petrus in Epistolis. Storia. Card. Pallauicini. in Historia. Cœ. Trid. Iacob. Bosius in hist Equitum Hierosol.

D d d

dinalis

dinalis Carraræ rei capitis iudicio præfuit: Reipublicæ Venetæ nomine Pium V. supplex oravit, ut eidem contra Selimum Cypri regni occupare minantem ferret opem, quam paulò post inito cū Philippo Hispaniarum Rege, & eadē Republica impetrauit. Cui idem Pius, ut pecuniam vberiore pro eo bello colligeret, Camerariatus officium Fr. Michaëli Cardinali Alexandrino post obitum Vitellotij Vitellij concessum, solutis septuaginta millibus aureis contulit; eundemque anno 1571. ad alienandos census bonis Ecclesiasticis impositos, cum alijs octo Cardinalibus deputauit. Sæpe sapius Comitij Pontificij interfuit, illis videlicet, in quibus ad summum Pontificatus apicem, Cardinalium suffragijs euecti sunt, Marcellus II. Paulus IV. Pius IV. Pius V. & Gregorius XIII. sub quo anno Pontificatus duodecimo, salutis 1584. die Iouis, festo Ascensionis Domini, vj. Idus Maij hora decima quarta, seu decima nona ex huius fluctuantis vitæ procellis ad pacatam cœli quietem transit. Sepultus in S. Mariæ Triuij olim Cruciferorum, nunc Ministrorum Infirmorum Ecclesia, in pavimento marmoreo lapide, & sequenti elogio.

D. O. M.
ALOYSIO CORNELIO VEN.
TIT. S. MARCI PRESB. CARDINALI
S. R. E. CAMBRARIO
VIXIT ANN. LXVII. MEN. II. DIES XXVII.
OBIIT VI. IDVS MAII
M D L X X X I V.

Fuit Aloysius quartus ordine inter Purpuratos Corneliæ gentis Patres, qui ad suam vsq; ætatem non minori virtutum, quàm maiorum nobilitate insignes, sacri Collegij Senatores optimi floruerunt. De tanto viro Ianus Vitalis hæc scripsit.

*Ocia non melius lassis indicere Musis
 Quàm poteram auspicijs Stirps generosa tuis.
 CORNELI claros Atavos de gente vetusta
 Nam tibi Scipiadam maxima ROMA dedit.
 Masoresque tus Adriacas coluere lacunas,
 Publica qua VENETVM res viget inter aquas.
 Hinc tibi mox genus, atque domus, patrique penates,
 Hinc vita hausisti prima alimenta tua.
 Denique ROMA sibi te mater prisca proposcit,
 Purpureoque tuum cinxit honore caput.
 Vt qua pergens horrentia fulmina vestra
 Disiecit Libyam fortis, & Hesperiam
 Non omnino inuasa fuit, tibi reddet honores,
 Quasque alijs laudum parca negavit opes.
 Pluraque non dederit tibi, plurima danda, reponit
 Præmia splendori luminis apta tui.*


Marius Peruscius Iulij filius Aloysio Cornelio Orationem, quã in æde S. Eustachij de litterarum ornamentis, ac laudibus habuit, inscripsit. Eidem litteras dedit Iulius Peruscius Marij pater, quæ Romæ in lucem editæ anno 1571. inueniuntur.

QVARTA CARDINALIVM CREATIO.

Iulius Romanus Pontifex anno humane salutis 1553. & sui Pontificatus xv. Kalendas Ianuarij, Romæ Collegio Cardinalium quatuor adscripsit, Presbyteris vnum, & Diaconis tres, qui fuerunt.

XVII.

PETRVS Taliauia de Aragonia, natione Siculus, patria Panormitanus, Simeonis Cardinalis Terrenouæ patruus, Antonini II. Taliauiæ Domini Castelliueterani filius, excelsa Aragoniæ gentis stirpe, & nobilissimo Heroum sanguine genitus, vir præstantis ingenij, ad omnia quantumuis ardua expedienda, fide sincerus, labore constans, iustitia incorruptus, moribus modestissimus, Ecclesiæ Agrigentinae primò anno 1537. Episcopus, deinde anno 1545. Panormitanæ Archiepiscopus præfuit, in cuius administratione duæ res, quæ in vnum, eundemque perrand, ac vix vnquam conuenire solent, præstant ingenium, ac summa animi moderatio; hæc ambæ ita in Petro enituerunt, vt de illo exornando certasse quodammodo videantur. Accedit præterea regia in omnibus rebus maiestas, ac munificentia, quæ reliquas virtutes mirificè decorant: neque verò in-



Ciaconius Petramell. Andr. Vi. stor. in Addit. ad Ciaconiu. Sfortia. Card. Pal. laucin. in Historiæ. Cœ. Trid. Rocchus Pyrrhus in Not. Eccl. Sicilien. Io. Rho in ex. pl. vir. tutum, & vitiorum.

defessa virtus, aut labore vnquam fracta est, aut negociorum multitudine succubuit, aut postremò tædio, ac facietate relanguit.


Ceterum in celeberrimo, ac sacro Christiani orbis theatro Concilij Tridentini Sessionibus 5. 6. 7. & 8. sub Paulo III. celebratis interfuit, atque illis subscripsit his verbis: *R. D. Petrus Taliauia Archiepiscopus Panormitanus Siculus.* Reuertus ad Concilium etiam 9. Sessioni interfuit: & in confessu quodam Cardinalium de Monte, & Madrutij rixas genus flexus, lachrymasq; profundens, sedauit. Quem postea eximia eius virtute perspecta Iulius huius nominis Tertius Romanus Pontifex Presbyterum Cardinalem titulo S. Callisti, Caroli V. precibus nominauit. Post Marcelli II. obitum, suffragium in Comitij Pontificij pro Paulo IV. tulit, sub quo anno salutis 1558. Pontificatus iij. die Veneris, nonis Augusti Panormi migravit è vita: iacet in marmoreo tumulo duobus suffulto leonibus in Metropolitana Ecclesia ad Deiparæ aram sine vlla epigraphe.

In pauperum subsidium ferè omnes annuos redditus diuidebat; quare cum iussisset aliquando pauperi x. asses dari, cum promptam domi pecuniam illam esse Oeconomus negasset, pauperis spem, ac Domini elusit imperium. Postridie accumbenti Cardinali, nobilis, & magnitudinis eximie piscis infertur, atque interrogantis quanti emissent, responsum est, assibus ducentis. Tum Cardinalis adducto increpans supercilio: *Itane verò? heri domi non erant o. boli pauculi in pauperum usum? & erit pro gula, hodie argentum? Auferte hinc statimq; piscem istum, ad pauperum Nosocomium deducite.* Sic piavit egregie alterius contumaciam; pia Domini liberalitas, & victor paulò ante luxus, sua est in victoria sepultus.

Regni Siciliae comitij præfuit sapius, eiusque industria in Presulum beneficium multa decreta sunt; Ioanni de Vega Proregi suffectus die 10. Februarij anno 1557. Æs campanum à Rogero Rege datum principi Ecclesiæ restaurauit. Auctus est Petrus Regis beneficio Abbatis S. S. Petri, & Pauli de Itala, ac multis aureorum millibus ad tolerandos sumptus; nec Regias, vt vocant, Dandas, ab eo exigi Rex ipse passus est.

XVIII.

ROBERTVS de Nobilibus, nec sanguinis tantum nobilitate, sed virtute quoque nobilissimus, natus anno salutis 1541. die Dominica, 5. mensis Septembris in vrbe Montispolitiana, ad quã ex Vrbeueteri Hetruriæ ciuitate ob motus intestinos, maiores, qui ibi per sexcentos, & amplius annos floruerant, confugerant; patrem habuit Vincentium de Nobilibus Equitem, Ludouicæ de Monte Iulij Papæ III. foro-



ris filium; matrem verò Magdalenam ex Comitibus Montisacuti lectissimam sceminam. Hic ab ipsissimè incunabulis sub matris cura cum ipso lacte pietatem suxit, eamque vitæ institutionem, qua per reliquam ætatem ne latum quidem vnquam deflexit. Nã vt primùm membra mouere potuit, in hoc omne suum contulit studium, vt ante imagines Christi Domini, ac Deiparæ Virginis crebrò, reuerenterque se inclinaret, eisdem accensis cereis, & floribus aspersis piè coleret, erigeretque per donum altariola, & ea, quibus posset modis, ornaret, multa, ac sedula prece frequentaret, ac omnia religionis exequeretur officia. Enituit verò illa eius in Deum, ac Cœlites pietas tum maximè, cum rem sacram operanti Sacerdoti ministrabat; sacerdotalem nanque animum minister ipse puerulus præseferbat. Nec ingenij verò acumine minor fuit Robertus, quo tam prompto, sagacique vsus est; vt in ipsa pueritia Grammaticam vix ab alio, quàm à se ipso edoctus perfectè calluerit. Annos autem non plus, quàm decem natus Græcæ, Latinæq; linguæ penè ad miraculum peritus euasit, præeuntibus viris doctis, quos erudiendæ eius adolescentiæ summo delectu pater adhibuerat. Quorum alter fuit Iulius Poggianus à Paulo Manutio ob præstantem eruditionem summopere commendatus, qui, & Marcellum II. Pontificem in funere Romæ, apud S. Petrum laudauit eloquentissimè. Alter fuit Hieronymus Pontius, qui cum perfecta liberalium disciplinarum cognitione illibatam vitæ, morumque integritatem coniunxerat; quibus doctoribus, & propria fauente indole, ac bono genio subnixus prodijt ipse in publicum, habuitq; coram Iulio proauunculo suo Latinam orationem sanè luculentã, quæque adeo Pontifici placuit, cum esset primus eius ingenij conatus, vt eum ex tunc purpura dignum iudicauerit, qui tam aptè, & grauitè orasset, præsertim cum doctrinæ illi eximia, cuius præclarum fecerat experimentum, pietatem feliciter iunxisset; nec obesset ei ætatis teneritudo, quin ad quosque honores Ecclesiasticos promoueretur, in quo insigniter eminebat adolescentia, seu iuuentus subito virtutum omnium, ac disciplinarum profectu mi-

Ciaconius Cabrera. Hier. Garzimerus Henc Sp. dan. in An. gal. Eccl. Ludouic. Domus de Attych. in hist. Card. Fillucc. in Elog. m. s. Petramell. Anton. Sa. dex. in Elog. gij. Card. Henc. Al. bij in Elog. Card. Frac. Mar. Turin. in Vita, in Cyp. Va. tican. & in Troph. S. Petri. Hippolyt. Marrac. in Purpura. & in Bibl. Mariana. Ant. Carac. ciolus in V. Pauli V.

rabilis,

rabilis, festinarumque sapientiae, ac prudentiae incrementum.

Secessit Anconam Robertus aliquando cum Vincentio genitore suo, quem ad eam regendam urbem, sanctae Sedis nomine Iulius Pontifex destinauerat, quam occasionem commodam nactus à Curia Romana discedendi, eam arripuit studendi serió Theologiae mysticae, bonisque litteris, in quibus cum de die in diem proficeret, visum est Iulio Pontifici adolescentem pronepotem suum ad supremum Purpurati Senatus gradum, & locum vocare. Cardinalatus insignia Anconam sibi à Pontifice missa, reuerenter, & grater quidem, ac verecundè accepit Robertus; non tamen elatus nouo honore, sed sollicitior, & cautior factus, quicquam remisit de pristino vitae genere; quinimò ardentius in studia litterarum incubuit. Ultra integrum annum post purpuram Anconae moratus, ibidem excolendo litteris, pascendoque spiritualibus exercitijs animo tranquillè vacauit, donec ad diem 6. Februarij anni 1555. Romam vocatus est à Pontifice, qui mox ei ferendae in publico Senatu sententiae facultatem indulgit. Praefuit Diaconus Ecclesiae, non S. Mariae in Cosmedin; sed S. Mariae in Dominica: in m. s. enim Bibliothecae Vaticanae legitur. Die 6. Februarij 1555. S. D. N. aperuit os de more solito Reuerendiss. D. meo Cardinali de Nobilibus, & dedit ei anulum, & denominationem S. Mariae in Dominica; aliqui tamen cum Ciaconio volunt, Diaconiae S. Mariae in Cosmedin praefuisse.

Sed vix Robertus Romam appulerat, cum proximè sequenti Martio mense, Iulius Papa diem clausit extremum. Incredibili constantia, & aequanimitate istum in primis humanae vitae casum tolerauit nouus Cardinalis; permisit tamen Deus, vt qui eius amore humanae quaelibet, ac terrena contemplerat, non minori apud Paulum huius nominis Quartum, qui Iulio post aliquot dierum intervallo, ipso suffragante Roberto, in Comitibus Pontificijs subleuus fuerat, gratia, & auctoritate floreret. Vix dum enim is Pontificatum inierat, cum Roberto nostro, quamuis omnium Cardinalium aetate postremò; quippe qui decimum quartum vitae nondum attingisset annum, Vaticanæ Bibliothecae praefecturam detulit, quae doctioribus, & antiquioribus vulgo commendari solet. Tantum potuit apud sanctissimum, sapientissimumque Pontificem consummata Roberti pietas, vt omnem aetatis defectum suppleret, sicque ille, ex quo Bibliothecarij Apostolici officium per Purpuratos Patres exerceri coepit, tertius hanc suscepit prouinciam, eamque cum dignitate sustinuit; in cuius rei memoriam effigies eius in Vaticano etiamnum extat. Paulo igitur ob excellentes animi dotes acceptissimus fuit, imò in publico Consistorio clara voce Paulus Angelum Domini Robertum nominauit, quod ei cognomen à cunctis Patribus tum maximè, cum in Senatum veniret, ob mirabilem, qua praestabat, oris speciem, mirabiliorumque morum candorem, ac innocentiam continenter postmodum tributum est. Et merito; nam ab eo tempore, quo renunciatus est Cardinalis, ad maiora semper, & perfectiora contendens, supra hominem sapiebat, & vivebat: quotidiana ferè celebrabat ieiunia, sed sextis ferijs, aut per Quadragesimam longè strictiora, & asperiora; frequens inuisebat sacras aedes, & loca sanctorum Martyrum sanguine consecrata, eaque potissimum, quae extra Urbem magna fidelium religione coluntur, quam ille consuetudinem Bacchanalium praecipue diebus retinebat. Habebatque in comitatu praeter familiam viros honestissimos, coram quibus consensu pulpito, panegyrim Coeliti, cui ea dies festiua erat, aut eius nomini sacra Basilica recitabat. Què morem, & priuatim seruabat in domestico sacello singulis quibusque feriatis diebus, laudes dicens Sanctis, quorum agebatur memoria, & familiares omnes ad capeffendas virtutes, detestandaque vitia vehemènti cohortatione animans; Quod illi tam feliciter cedebat, vt nemo ex ipsis esset, qui non verbis eius obsecutus, ad exemplum quoque illius se componeret. Nec minus ipse aliorum, audire conciones appetebat, per quas in spiritu proficeret; quod vt solitus erat per eas Ecclesias, in quibus praecleari quique diuini verbi praecones audiebantur; tum verò maximè ad aedem Societatis Iesu ea de causa comiebat; per eam occasionem colloquium habiturus cum Alphonso Salmerone, & Ioanne Polaco, quos suos in spiritu doctores delegerat, per quos, & mirum quantum in ea vitae ratione progressus est, tum etiam cum Ioanne Petro Perpiniano, quem facundiae gratia plurimum obseruabat, & colebat Societatem ipsam singulari semper prosecutus est amore; vtque Collegium in Montepolitiano inchoaretur, cum Cardinale Riccio annexus fuit, suaeque aedes Patribus, dum publicum Gymnasium concinnaretur, in eis habituris tribuit.

Per Urbem non nisi obducto carpento, ne salutationes, aut admittere, aut reddere cogere, incedebat; non mutua hac dignatus officia, quibus aliàs benignè, ac liberaliter fungebatur, sed animi colligendi studio. Fuit incredibilis in eo sui despicientia, quam vel hoc argumento testatus est, quod vultum suum depingi nunquam est passus; inductumque ob id aliquando à parente suo pictorem, ac sub ianua velo latitantem, in mensa sedens cum deprehendisset, nec mora se proripuit. Verum iussus à patre, vt loco confisteret, ac consideret, verecundiam vultus suffusione, oculorum demissione, ac quadam cibi auersatione quin proderet; temperare non potuit. Vt autem gentilitiae tesserae, leu stenmata pe-

A nicillo, acu, vel alio quouis opere, aut ingenio in vllum domestica: supelletilis instrumentum inducerentur, prorsus semper vetuit; adeo factum omnem, & pompam aspernabatur. Nec mirum, aliò abripietur animus, ac praeter rerum diuinarum contemplationem, & exercitia, vt vocant, spiritualia, nihil aliud mente versabat. Assiduus erat in expiandis Pœnitentiae sacramento labeculis, quibus vel leuiter aspersus videri poterat, & non intermittebat, quin singulis, vt minimum Dominicis diebus Eucharistiae sacramentum singulari cum pietatis affectu, & religionis exemplo participaret. Praestò autem illi erant ad animi affectus tum concitandos, tum fouendos petita ex Psalmis incentiua, quos propterea vniuersos memoriae mandauerat, nihilque haesitans ad omnem occasionem reddebat promptissimè. Si quid interim sibi remissionis indulgebatur, totum in vsu, & conuersatione ponebat litteratorum hominum, ac religiosorum, quibus cum libentissimè versabatur, nec inter familiares quenquam admittebat, qui non pietatem profiteretur. Quare apud viros doctrina praestantes maximo semper in honore fuit, & meritò, vt scribit Petrus Victorius in libro tertio Epistolarum; nam quod ostendit à teneris vnguiculis illi impressum, vt praestanti doctrina viros diligeret, ac veneretur, satis hoc quidem indicium certum fuit magnae indolis, planèque declarauit, Robertum ingenuarum artium desiderio correptum semper fuisse.

B Ad meliora iuxta Apostolum, & sublimiora se extendens, deliberauit aliquando abdicata Cardinalitia dignitate, in Eremum, se conferre, aut Capuccinorum, seu Iesuitarum ordini, qui tunc primum nouo pietatis odore sanctam Ecclesiam respergebant, nomen dare. Quod consiliu non deposuit, nisi ex sententia probatorum hominum Societatis, & eius inprimis, quo ad excipiendas Sacramento confessiones utebatur. Ab hoc verò deductus, & abterritus proposito, in aliud se vertit, vt bonis nimirum temporalibus quibuscunque in Pontificis manibus renunciaret; quem eius animum probauit quidem Paulus IV. sed in meliorem occasionem distulit. Qua de causa piissimus Cardinalis ieiunia ieiunijs congeminare, addens orationes, multiplicare largitiones, & demandae carni per diuerberationes, aliaque afflictationes frequentius, & studiosius insistere coepit. At verò, quem in his macerationibus modum haberet, licet ex consueta viuendi ratione conijcere. Ad nudam, virginemque carnem aspero semper cilicio induebatur, quo quidem in tantum attenuabatur adolescens, alioquin tenerimo corpore, & fluxo temperamento, vt vix prospera vnquam, valetudine vteretur. Erat illi scutica quintuplex ferreis armata catenulis, in pungentia desinentibus acumina, quibus corpusculum dilacerabatur, & multis eliciebatur ex eo sanguis, quo illa etiamnū imbuta conspiciuntur. Verum ne fatiscenti quidem corpori postmodum indulgebatur; modò fessos artus nudae tabulae committens, modò in vile stramentum terrae proximum se abiciens, saepius autem in ipso pauimento, absque vilo strato decumbens, & somnum qualemcunque capiens, quod vt nemine conscio faceret, cubicularium sub noctis tempus, postquam illi lumen in conclauè detulerat, sine mora dimittebat, moxque paratum lectum disijciebat, què rursus sub auroram componebat, hinc inde tamen proculcatum, ne quis esset suspitioni locus spontaneè illius humi cubationis. Verum is ne quidem pia hac arte famulos à cubiculo fallere poterat, qui curiosè per ianuae rimas, quid ageret pius Cardinalis, introspicientes, rem totam, prout narrauimus, ex visu cognouerunt; atque ex speculatoribus, & exploratoribus facti veneratores herum suū admirati, veluti sanctum vbique praedicare non cessarunt.

C Sed de his, quae ad corporalem exercitationem pertinent, iam satis; nunc ad alia, quae interni hominis virtutes respiciunt, veniamus. Ab omni ambitu, fastu, & pompa erat prorsus alienus, amantissimus paupertatis, hypocrisis summopere oderat; & adeo verbis cor erat consonum: vt potius ipse decipi vellet, quam vilo pacto decipere. Virginitatem seruauit illibatam, nec ab eius seruandae proposito dimoueri vnquam potuit, ne vitandae quidem mortis gratia; cum enim qui eius valetudinem curabant Medici, foeminarum vsu ei consulerent, si vitae periculum declinare vellet, ipse sanè illorum consilia memorabili dicto clausit; *Malle se mori, quam fedari.* Orationi sedulus incumbebat, eamque intermiscibat sanctorum Patrum lectione, quibus ediscendis ad verbum se plurimum exercere consueuerat; ijque in omni sermonis occasione ad praesentium aedificationem è re nata utebatur; è quibus, & insigniora dicta colligebat, quae referuntur à Francisco Maria Turrigio in eius Vitae historia, quam vernaculo idioma Italice edidit anno Christi 1632. Erga Passionem Domini mirè afficiebatur, in cuius rei argumentum icunculam argenteam deauratam, collo appensam continuo gestabat, in qua ex vna parte cernebatur imago Crucifixi Domini inter duas Aquilas cum Pellicano volucre ad pedes; ex alia verò figura Saluatoris, cum lemmate: *Mediator Dei, & hominum Christus Iesus*: Habebatque quotidie praer manibus officium Passionis Dominicae, in cuius fronte extabat Christi Domini è Cruce pendens imago, cum hac inscripta sententia: *Mors tua, Vita mea.* Et haec erant, in quibus die, ac nocte meditandis versabatur; quae quotidiana sua vocabat exercitia; inter quae illis potissimum vsus est, quae S. Pater Ignatius Deum quaerentibus praescripsit; quin, & illius regulas, & constitutiones

attentè peruolutauit, ac vitæ, familiæque ordinem ex ijs potissimum, quoad ferre potuit dignitatis suæ ratio, instituit. Quotidie obibat magna cum cura examen conscientie, factorumque, ac doctorum, sed, & cogitatorum exactissimam in se ipso rationem repetebat; quo ex fonte conscientie munditia, animarum zelus, & religionis ardor, quibus potissimum eluxit, processerunt. Fuit autem tam despiciens sui; ut se ab omni profus vestium ornatu abstineret; nec eas sibi per domesticos detrahi unquam pateretur. Procurandæ salutis animarum cupidissimus fuit; & ab ipsa quidem pueritia hoc zelo æstuauit, quibus poterat modis, consulens erratibus, ut ad fidem, & Ecclesiæ communionem perducerentur; liberioris etiam vitæ homines, qui deducere illum studerent ab ea seueritate, quam profitebatur, quæ verbo, quæ exemplo ad meliorem ipse mentem e contra, frugemque traduxit. Familiares suos licet non amore tantum, sed omni liberalitate prosequeretur, nunquam tamen ad Sacerdotia obtinenda, & Ecclesiasticos redditus consequendos iuuare voluit, ratus ea plerumque animarum saluti officere; cum ipse vno Sacerdotio contentus, Abbatia nimirum Spineti, omnes eius prouentus in pia opera distribueret, nunquam deposito eius abdicandæ consilio.

Immensa illius erga sanctissimum Sacramentum religio fuit; ut in eo sumendo, extra se fieri, ac in extasim continuè rapi videretur; & cum lecto grauissimè decumberet, non nisi positus in terra, & nudis genibus illud susciperet; sublatus à suis in brachia, ut eo habitu posset coram Domino procidere. Inter Cœlites veneratus in primis S. Petrum, ad cuius Confessionem tam prolixas preces ducebat, ut ab eis vix abduci posse videretur; complexus pari pietate S. Ioannem Euangelistam, cuius nomen scriptis suis omnibus post IESV, & MARIE sacra nomina præsignabat, ob id proculdubio, quod virgo electus à Domino, virgo in æuum permanisset; cum esset noster Cardinalis virginitatis candidatus, imò sectator, & possessor, amatorque præcipuus. Mariæ quoque Deiparæ Virginis se cultorem studiosissimum ab ipsa infantia demonstrauit; dū adhuc puerulus sacratissimam ipsius Deiparæ imaginem in domestico sacello expositam quæ genuum flexione, quæ thuris oblatione, quæ cereorum accensione, quæ laudum canticis, quæ florum ornamentis, aliisque similibus pietatis, ac religionis significationibus studuit honorare. In Senatorium Ordinem adscitus, tituloque antiquissimæ Ecclesiæ S. Mariæ in Dominica insignitus, ob id præsertim gaudio perfusus est, quod eius curæ amanatissimæ Domine suæ Ecclesiæ fuisset commendata. Aliquid scripturus, ijs quæ scribenda essent, semper sacratissimū Mariæ nomen præfigebat: compassionem, & dolorem Virginis, quem in passione, & morte filij sui perpeffa est, tenerrimè cum sui animi sensu læpè dolentissimè meditabatur. Qualibet Sabbati die sacratissimæ Cælorum Regine venerationi ex Ecclesiæ institutione addicta, aulicos omnes, seruosque à minimo, vsque ad maximum, secum in eadem mensa discumbere volebat, quibus etiam humiliter ministrando inferuebat.

In hæc autem pia studia Robertus, cum supra vires animum intenderet, in atrocem, & diuturnam incidit ægitudinem, quæ cum temporis progressu lethalis, & suprema ei fuit. Lecto affixus lenta, & maligna febre totos sex menses contraxit, inmania duo vlcera, quibus tam acerbè discruciabatur, ut nemo non eo conspecto vel exhorresceret, vel miseraretur, sed acutissimis doloribus longè maior erat illius patientia. Stabat inuictus inter tantas acerbitates animus, fronte nil solito tristiore, verbis nil minus, quam cum corpore valeret, compositis; ita ut ne minimum quidem visus sit impatientiæ signum edidisse. Cumque acrius subinde, ac in singula ferè momenta dolores recrudescerent, oculos in cœlum suauiter intendebat agens gratias Deo, per quem vitæ nostræ momenta decurrunt; gaudensque & gratulabundus illius extrema per ingentes cruciatus transigi, quod speraret, vel inde se à laboribus, ac doloribus momentaneis ad æternam quietem, delectationemque transiturem. Instante demum fatali termino cum suos sapius à luctu prohibuisset, neue futuram, quam sperabat à Deo Optimo Maximo, felicitatem inuiderent, ad vltimum eos in commune, quantum potuit, animi contentione, ad terrenorum omnium contemptum, morum emendationem, Dei que cultum, ac timorem contemplatum est; monuitque ut fiduciam suam in Deo collocarent, qui est vera fortitudo nostra, quique sperantes in se nunquam abiicit. Subiunxit ad illorum eruditionem, se nunquam crediturum, tam dulcem tuis se mortis præsentiam, nisi id opitulante Dei gratia expertus esset; optare autem, ut scirent omnes, quam libenter, & alacriter ipse ex hac mortali, & ærumnosa vita discederet, ac proinde starent hilares, & quieti. Hisque dictis munitus pro viatico, sacro Christi corpore, quod in dies ferè per morbum sumere assueuerat; extremam quoque vnctionem petijt, & accepit. Versus inde in laudes grates, & preces ad Deum quasi à se ipso abreptus, per duas horas in Christi è Cruce pendens effigiem oculos sublatus, defixosque tenuit: tum sibi ipsi redditus aliquot Psalmorum versiculos percurrit, hærensque in his verbis: *Mandata tua exquisiui*; ne arrogantius id videretur dictum, tertio voces istas cum insolito feruore ingeminauit: *Humilistas, humilistas, humilistas Domine*: ac statim pectore manu percusso, professus se mortalium indignissimum, conuersus iterum in Christi Crucem oculis, tribusque intortis o-

rationum iaculis, inter suorum manus placidissimè efflauit animam die 11. Ianuarij anni 1559. cum annos septendecim, haud multum excederet, atque apud Cardinalem sanctæ Floræ Cameratum hospitaretur; ex quo ipsi mors iucundior accidit, quod illam non in suo, sed in alieno subiret.

Vulgata per Urbem Cardinalis Nobilij morte, nemo tam singularem calum non indoluit, reque ad Paulum IV. Romanum Pontificem delata, cum post Consistorium habitum in aula Vaticana e mensa surgeret, in qua cum duobus Cardinalibus prandiū sumperat, quorum alter erat Cardinalis Vitellius, qui de Roberti morte tunc admonitus insolita, & repentina vultus mutatione, illam prodidit Pontifici, a quo, quid noui tandem accidisset, interrogatus, quod consueto moestior videretur, sateri coactus est, extinctum sacri Collegij lumen clarissimum, desijisseque in viuis esse Cardinalem Nobilium. Pontifex in genua procidens, & mensæ innixus, manibus in Cœlum elatis orauit per horæ quadrantem in silentio, moxque iterum sedens, conuersa ad Cardinales, & ad alios, qui cum illis aderant, oratione eloquentissima pro more plura in laudem Cardinalis nostri locutus, omnem de illo sermonem clausit, beatum fore sacrum Senatorem, Christianamque reipublicam, si multos Roberto similes Senatores purpuratos habere contingeret. Deinde accito Datario, *Seruamus*, dixit, *Nobis in pectore quicquid fuit benedicti huius Cardinalis, ut afflictis eius parentibus aliquod inde solatium impendamus; quare nemo de sacro hoc spolio quicquam expectet; sic enim agere decet Romanum Pontificem de rebus, aut Sacerdotijs ad tanta virtutis Herois pertinens, ut vel his stimulis omnes ad sectandam pietatem excitentur.* Nec mora, fratris sui filium Paliani Ducem ad Vincentium Roberti parentem misit, qui eum suo nomine salutaret, ac de morte filij lugentem solaretur, significaretque contulisse se illius liberis duas, quibus Robertus gaudebat Abbatias cum annua pensione mille aureorum super fructibus monasterij Cryptæferræ.

Franciscus Scantius in huiusce Cardinalis funere Orationem habuit. Corpus verò religiosissimi huius viri ad S. Petrum in Monte aureo ad dexteram principis aræ partem in lignea arca primò, deinde in sepulchro marmoreo conditum est cum sequenti epitaphio à parente posito.

IESV CHRISTO RESVRRECTIONIS
ET SALVTIS AVCTORI.

Roberto Nobili Politiano, S. R. E. Diacono Cardinali; qui xiiij. annos natus, ob egregiam virtutis indolem à IVLIO III. PONT. MAX. eius magno Avunculo Patribus vniuersis approbansibus, in amplissimum Collegium cooptatus; ardentissimo cum esset Religiosis, & Letterarum studio semestri tabe summa patiensis confectus, dum se iucundissimam mortem sentire affirmaret, Suosque extremo spiritu mirifice consolaretur in Cœlestem vitam, quam assidue meditabatur commigrare xvi. Kalendas Februarij MDLIX. Vixit Annos xvij. Menses vi. Dies xij. Horas xvi. Vincentius Pater Filio optimo, ac dulcissimo P.

Est, & aliud eidem positum in Templo S. Bernardi in Thermis.

ROBERTO NOBILI DIAC. CARD. ADOLESCENTI
INNOCENTIAE SANCTITATIS RARISSIMI EXEMPLI.
CATHARINA NOBILIS SFORTIA
FRATRI DVLCISS. ET DESIDERATISS.
VIXIT ANN. XVIII. OBIT ANNO MDLIX.

Ciues verò Montispolitiani hanc eidem Card. honorificam inscriptionem in aula palatij sui publico ciuitatis decreto posuerunt.

ROBERTO NOBILIO POLITIANO
EXCELLENTIS SVpra MORTALITATEM VIRTVTIS
ET CONSTANTIAE INDOLE
A IVLIO III. PROAVNCVLO
IN AMPLISSIMVM CARDINALIVM COLLEGIVM LECTO
ANNO SALVTIS MDLIII. XI. KAL. IANVARIJ.

Denique translata oisium parte tanti Cardinalis de licentia Innocentij X. Pont. Max. anno Domini 1648. in sacellum Marchionum Nobilium apud Fulienfes monachos Cisterciensis ordinis recenter erectum, & in eorum Templo, quod est D. Bernardi ad Thermas Diocletiani deposita, Vincentius Nobilis, eiusdem clarissimæ familiæ caput, hanc quoque ibidem adscribi fecit epigrammæ, ad perpetuam eius facti memoriam.

D. O. M.
Vincentius Nobilius Sacellum S. S. Francisci, & Gaudensia, Translatis huc aliunde, & Gentilium suorum offibus, Et ROBERTI NOBILIS S. R. E. Cardinalis Diaconi Ad Sanctimoniam probati, Ex Aede D. Petri in Monte aureo dimidiatis Erexit, Dotauit, Ornavit MDCXLVIII. Posuit.

Cardinali autem Roberto nouum hoc elogium, ac elegantius epitaphium parieti est affixum, & incisum.

D. O. M.

D. O. M.

ROBERTO CARD. NOBILIO iuueni supra aetatem sapienti, Principi supra dignitatem eminenti, Charitate in Deum, & Homines, Rerum humanarum contemptu, Victoriisque sui conspicuo; Qui candorem Virginitatis rubori Purpurae, Integritatem castimoniam, diuinitati vita anteferebat, Obijt in flore aetatis, ac virtutis, E Purpuratis Terra in Candidatis Caeli transcriptus. Vixit Annos xvij. Obijt anno salutis MDLIX.

Porro mirum quantum celebre sibi nomen virtutum merito superstes adhuc Robertus, & non nisi tantula aetate adolescens comparauerit: cum, & Rodolphus Pius Carpenfis tam magni nominis Cardinalis, vt ad Iupremum Pontificatum, cunctorum votis non obscure designaretur, sententiam suam de Cardinale Nobilio rogatus hoc in eius laudem pronuntiaret, neminem esse, aut fuisse a longo, penaeque immemorabili tempore Cardinale illo, quamuis tantum adolecente ad emendandos totius populi Christiani mores, atque adeo sacri Collegij reformandos in melius ritus aptiores, qui dicere poterat illud Regij Pliatis. Super senes intellexi, quia mandata tua quasuis; ac omnium Cardinalium aetate postremus, qua vix alij scholas relinquere solent, omnes tamen maturitate morum, senilique prudentia vilis est superare. Tantum vero de illius consummata virtute, ac pietate praesumpserat Carolus ille Bostomaeus Cardinalis S. Praxedis ob insignem vitam, morumque sanctimoniam, & miraculorum, qua fultit gloriam, quo nostro inter Coelites vindicatus, vt eius se perfectionem assequi posse vehementer optaret, ac pro magno duceret. Extat apud laudatum Turrigium Epistola consolatoria super morte Cardinalis Nobilis ab eodem sancto Carolo Cardinale ad Vincentium Nobilium patrem Italicę scripta. Nec ex Ordine illo, qui in Ecclesia sancta Dei est eminentissimus, alij defuerunt, qui eundem de Cardinali isto sensum haberent, eumque verbis, ac scriptis suis exprimerent. In quibus Reginaldus Polus Robertu sacri Collegij decus, & Senatorij, Ordinis exemplar appellauit. Antonius Carafa Pij V. Cardinalis, vir iudicio, & rerum intima cognitione praestantissimus, inter praecipuos, qui probitatis, & inculpatae vitae nomine apud Paulum IV. gratia, & fauore pollerent, Cardinali Nobilium fuisse restatus est. Demum Robertus Cardinalis Bellarmius doctrinae merito, vitaeque exemplo hac ipsa nostra aetate celeberrimus, Roberti Cardinalis Nobilij imaginem praeculis habebat in domestico cubiculo, eumque se pro sancto priuatim colere, & venerari profitebatur.

Accedunt Purpuratis haec Patribus Auctores, haud postremae notae, a quibus decoratur plurimis encomijs; in his ab Auctore Nomenclatoris dicitur Cardinalis doctrina, & sanctitate clarus, animo, & corpore supra aetatem grandior, praematuris honoribus primam honestate iuuentam, & claruisse etiam scriptis lucubrationibus de Gloria Coelesti; & alijs, quibus, & se, & Christianam rempublicam illustrauit; praeter Orationes ab ipso habitas in Ascensione Domini; de S. Ioanne Baptista, deque S. S. Apostolis Petro, & Paulo, atque; Iacobo eius pietatem, & eruditionem testantibus, quae extant editae a Turrigio in eius Vita, quorum, & meminerit in Opusculo suo de Cardinalibus Scriptoribus. Dicitur item a Luca Vuaddingo ordinis Minorum Historico clarissimo in censura Vitae huius Cardinalis a Turrigio conscriptae: Pie, & venerande memoria Cardinalis Nobilis, vt praesapientia, & virtute nobilissimus Ab Henrico Spondano in Annalibus Ecclesiasticis: In Collegium Cardinalium aetate decimo tertio non tam sanguinis, quam optime indolis, & virtutum merito, vniuerso gratulante Senatu cooperatus, paucis annis, quos vixit, ita se gessisse, vt ingenij acimine, litterarum scientia, morum sanctitudine, pietatis cultu mirabilem se exhibuerit.

Laudauit etiam Robertum iuuenem morum sanctimoniam praestantem, & in Cardinalium choro insignem, paucis quidem, sed egregie, Augustinus Valerius Gregorij XIII. Cardinalis libro de Iubilaeo Clementis VIII. & Hieronymus Garimbertus vberius, de quo Thomas Bozius de Signis Ecclesiae; ac Henricus Albi in Elogijs Cardinalium, quae lingua Gallica in lucem edidit. At non praetermittendus Franciscus Sacchinus, qui in Historia Societatis Iesu haec de nostro Roberto habet. Acerbitatem nonnullam praebuit immatura mors Roberti Nobilis Cardinalis; eius animam, velut in Societate vixisset, quandoquidem se totum ei deuouerat, nec per ipsum, quo minus in conuictum quoque veniret, steterat, cuncta Societas visitatis precum, sacrificiorumque suffragijs profectua est. Quominus ego videbor aliena referre, si e multis, quae de mira praestantissimi adolescentis virtute alij narrant, pauca, quae tum Ioannes Polancus eius Confessarius socijs nunciauit, posteritati his Annalibus tradam. Mons ei Politianus magnarum patris virtutum, patria fuit; duodecimum aegebat annum cum est mortuus; tertium decimum, cum a Iulio III. Summo Pontifice, suo magno Auunculo Cardinalis est factus. Optime educatus, & a pueritia prima studijs rerum piarum additus, prope tribus ante supremu

Adsem annis familiaris se Societati, & institutioni Ioannis Polanci dedit: exercitatione spiritali ex S. Ignacij praescripto, qui factis alioqui rerum caelestium amore colebat, totus succensus est. Ex eo tempore magis, ac magis titulos illustres, fastumque omnem in aeterna bona, & Christi Domini paupertatem coniectis oculis, fastidire; multum quotidie temporis meditationi, precationi, scrutanda conscientia dare. Aliquoties in hebdomada Christianum se iunium vsuare, asperum induere cilicium, innocencia membra lacere flagris; ita feruere, ac rari; vt summum Polanco in adducendis habentis negocium esset. Enixę principio domestici obfistebant, sed constantior, feliciorque fuit, vt equum erat, Robertus: multos eorum, a quibus ad inanem adolescentium letitiam nunc illecebris, blanditijsque, nunc inanium obiectu terrorum auocabatur, ad feruorem ipse vitam adhortationibus suis, constantique virtutis exemplo traxit, atque; in his Vincentium Nobilium patrem suum. Ingenio pudore, egregia pudicitia, caeterarumque virtutum fama consecutus id erat, vt quod de celebri quorundam, & sanctorum virtute narratur, vt eorum eo quanta uis nobilitatis, ac dignitatis uiri lingua cohiberet intemperantiam, nec uerbu sibi minus sanctum excidere paterentur, ipsis Cardinalium primis grauitate morum, ac maturitate consilij uenerationi, ac prope miraculo erat. Memor Christi Domini humilitatis, qui non uenit ministrari, sed ministrare, famulorum opera, famam cum uerecundata, & parissimē utebatur; ac nominatim ad uesciendum exuendumque se omne respuebat ministerium, extra manus suas; nec uesperu ubi cubitum in conclaue se recepisset, aditum ad se cuiquam uolebat patere; quo liberius, uel in precibus, ac meditatione quando libitum esset, persisteret, uel corpusculum affligeret. Super una tantum culcitra, saepe nudus super assibus, interdum in nuda cubabat humo; sed hoc Polancus tertium ubi comperit, seruo interdixit, semper uigil, & anxius, ne tantam indolem immodicus ardor opprimeret; ingenique subsidio, quod sibi omnes in eo spondebat, Ecclesia sancta fraudaretur. Verum aliud agebat Deus qui uolebat incensum pietate adolescentem multorum usuram temporum intenti operis compendio adaequare.

Censuerat pro gradu illo amplissimo, haud amplexo satis; animo tamen, haud aliis egriore uisus est, quam cum a domesticis, ut praeterea Abbatia cuiusdam, qua uero offerrebantur, uel uigilia susciperet, uerebatur. Indigentibus, quantum plurimum licebat, uel de uino decerpens, benignę faciebat, famulos, doctosque; homines, quos domi multos ad sua adiumenta doctrina, & profectus in disciplinis habebat, abs se, quasi loco mercedis sacerdotia, pecuniamque sacram uel abbat expectare, sed praesenti mercede luculentisque donis, subinde magnificę remunerabatur. Caeterum illud curans impensius, ut meliores, quam distiores faceret, modo singulos, modo uniuersos alloquens, ad Christianum compellebat officium; saepe certum opus, quod agerent; hunc, atque illum secreto conueniens, praescribat; saepe etiam omnibus in unam conuocatis ex sacro quopiam volumine locum accommodatum tempore recitabat, quod uice esset concionis: Quod munus, & uoluntate magna faciebat, & ueritate; addente etiam facultati gratiam etate, ac Purpura. Illud identidem denunciabat, gratificari sibi, qui ceperet, seruo uirtuti se traderet; qui non induceret animum Christiano homine dignam vitam uiuere, apud se locum ei non esse. Quae sedulitate est factum, ut ferme omnis eius familia uisitorum expers, diuina Sacramenta certatim repereret; ingenio enim praestanti, & ad disciplinarum omnium habilis studas; sacra tamen ad quae propensius ferebatur, praesertim genus Theologiae, quod mysticum uocant, trahebatur frequentius, Latine, Graecęque doctus, & humaniorum litterarum perbene sciens: ad haec in Rhetoricis, ac Dialecticis uersatus diligenter, reliquas sapientiae grauiiores partes persequabatur. Memoria quoque prospera erat; Latiyque conciones, a quibus nunquam aberat, ubi primum se domum receperat, manu sua accurate mandabat litteris.

Ad Christi Domini consilia flagrantissimis studijs, totoque; animo rapiebatur: eo Purpuram exuere, & nobile capitis gestamentum, planęque se abdicare terrenis possessionibus, & cum sancta paupertate, & humilitate Christo Domino in eius Societate familiaris summe habuit in uotis, suumque; animum assidue diuina Maiestati offerebat. Nec destitit flagitare, donec a Patribus nostris praecisa omni spe esset admonitus, maiori, quod Societas est propositum bono Ecclesiae sanctae fore, si quandoquidem eo loco positus a Deo fuerat, ad perfectionem suo gradu consentaneam contendens, in sacro Senatu, extraque; eum, & ubi se ferret occasio, totum se ac penitus Deo, publicęque; utilitati impederet. Quibus ille uocibus ita acquiescit, ut cum summam constitutionum, & regulas, quibus Collegij Romani uita quotidiana descripta erat, impetrasset, ex his totam uita suarationem componeret, atque omni ope conmitteretur, ut ex Euangelicis consilijs, & Societatis moribus, quicquid summus ille dignitatis gradus permittebat, studiosę teneret; gratissimę illi deliciae, tecta, hominesque Societatis. In his dum esset, cum his dum ageret, bene sibi suauiterque pntabat esse; haud temere sociorum quisquam erga Praepositum Generalem ueneratione, & obedientia erat pari. Dumque in dies magis diuini gustus animum capit, iam facultates, iam decus amplissima dignitatis

pro

pro graui sarcina tolerabat: si quando inuictu, ac precibus hominum, quibus modesta uetaret non parere, ad sumptuosius uocaretur conuuiuium, discruciatu inuictu sensibus, quod feruissimè id genus declinare nulla uia posset. Denique, & externa oris specie, ac multo magis interioris forma, ac dignitate, hominis Angelo similis, cum dignus eo mundus non esset, haud deum permissus est in exilio esse; utamque inuenit Deus, qua hominem sibi charum in sinu hominum, in apum, ac deliciarum affluentia, in blandissimo flore etatis ita excoleret, ut non aliarum modo uirtutum insignibus, sed illustri etiam patientia ornatum corona in caelum eueberet. Quotidiana sex mensium febris, uariisque doloribus exercitus est; ac postremis octoginta diebus alteri laterum ita est coactus insistere, ut in alterum conuerti nequiret; idque cui incumbebat, uicem traheret, ac putresceret. Nec tamen fortis adolescens quamuis macie miserandum in modum extenuatus, tam longa, grauique uexatione in querimoniam uersus est unquam; nec uisus patienti defatigari, nec uel leuiter uita e amare tangi sacrosanctam Eucharistiam octauo quoque die, ac saepe frequentius quando agrotauit, ad se uoluit offerri; ad eamque adorandam, ac suscipiendam primis mensibus iubens se è lecto deponi, genua humi flectebat, quod postea uo nimiam femuini corpuscule imbecillitate fieri Consequari uoluit.

Vicina iam morte, benignitate, & alacritate incredibili familiaris consolabatur adhortans, ne quod eis ipse eriperetur, doleret, sed ut es Dominus, qui nunquam moritur, nec cuiquam eripi potest inuito, assuesceret animis, & obsequijs adhaerere. Adiecit, se quidem nunquam antea putasse rem adeo, ut expariebatur, suauem esse ad mortem appropinquare: nimirum nec profuse in luxum, atque libidinem, aut inanis saculis, Christi Domini opes; nec uexati mercenarij, inopesque nuncius malis artibus potentia, aut alia de horum genere hominum principum dira sub terrens temporum mentis malo conscium lacerabant animam: & felicitatem, resque mortales uti sine amore possederat, ita relinquebat sine dolore. Initio eius dicit, quo uita defunctus est, cum Polanciu aduocasset, ei confessus sibi aliquandiu de rebus caelestibus collocutus, significauit grauium sibi fore, si res, curaretque, ut socij Collegij, ac domus Deo se commendarent. Ita inter preces, & sacrificia, qua cura, studioque pro eo fiebant, ad Deum profectus est sexto decimo Kalendas Februarias, desiderium sui ingens, & uirtutum excellentium totius Urbis, ac Romanae in primis Curia odorem blandissimum relinquent, translatus è Collegio Cardinalium in concidissimum Beatorum. Suprema ex eo audita uox est: Humilitas, humilitas, humilitas; sine ut in eius commendatione uirtutis, quam maxime adamarat, summumque pretij nouerat, ex pietate sine, ut se ipse, quod paulo ante Christum Dominum alloquens dixerat: Adimpleui mandata tua, quasi nimium sibi tribuisset, cariperet. Hucusque Sacchina tua.

In Catalogo uero Cardinalium sanctimonia insignium, quem penes se manuscriptum habuit, atque seruauit Alexander Raynaldus Bibliotheca Vaticanae olim sub Urbano VIII. Custos hanc uerba de Cardinale nostro uoluit. Robertus Nobilis Italus, Politanus, Iulij III. ex sorore pronepos, annuum agens decimum tertium, non tam stemmatus, & sanguinis meritis, quam uirtutis ergo in Purpuratorum Ordinem Diaconus Cardinalis S. Mariae in Dominica ab eodem Iulio est relatus. Qua dignitate insignitus singulararem in cultu, uictuque moderationem retinuit, & uita sanctimoniam non sibi remittendam dignitatis accessu, atque licentia, sed augendam potius nouo uirtutum ornamento procurauit. Et dum alijs ludis spectaculis, & iocis uacabant, ipse exiguè, & honesto comitatu Martyrum cryptis, & uetusta extra Urbem Templi perlustrabat. Ab omni fastu alienus, ieiunio, uerberibus, uigilijs, & aspera corporis castigatione, caelestisque patriae amoris profusus addictus, cetera hac omnia respuebat: singulis Dominicis diebus Eucharistia sacramento animam pascebat. Tandem atatis anno 17. lenta per mortis feras decubuisse, siue inuictu, & humilitate securus Deo animam emisit anno Domini 1559.

Est, & Ioannis Antonij Petramellarij Equitis Bononiensis elogiū sequens, praecedenti haud absimile. Robertus Nobilis, natione Italus, patria Politanus, Vincentij Equitis filius, ex nepte Iulij III. anno Domini 1541. Nonis Septembris natus est. Is cum esset inueniens bone indolis, & morum (prope dixerim) Angelicorum radios effundens, nec non signa magne praeserens expectationis; annos natus 13. ab auunculo Iulio Pontifice anno Domini 1553. undecimo Kalendas Ianuarij creatus est Cardinalis Diaconus S. Mariae in Cosmedin, uel in Dominica. In qua dignitate retinens in animo puritatem, in actionibus prudentiam, in uestitu modestiam, in cultu Dei, & religione peruisile diligentiam, ad eam uita perfectionem deuenit; ut posthabita, qua cohonestabatur, Cardinalis dignitate, aliquando, quo melius Christo uacaret, & seruiret, eremum petere cogitaret. De quo cum Rodulphus Cardinalis Carpenfis sermonem in frequentissimo honestissimorum uirorum conuentu instituisse, post multas ipsius laudes, in eam denique uocem fertur erupisse, ut egregium adolescentem annos uix dum 17. natum, ad emendandos mores, ac totius sacri Collegij Cardinalium ritus reformandos maxime idoneum, non dubitaret affirmare; ut pote, qui

cum perpetuis uigilijs, uerberibus, ac ueste cilicina animam erigere, ac corpus deprimere non ignorabat. Robertus ergo propter ieiunia, ac constantiam corporis castigationem, cum tenuis esset natura, in morbum incidit, a quo cum non posset liberari, nisi amissa, (ut ait Thomas Bozius Congregationis Oratorij Presbyter in libro, quem de Signis Ecclesiae Dei inscripsit) uirginitate, uoluit potius anima saluam corporis sanitati praeserre, sicque magno mortis contemptu, tristes parentes consolatus, ad lauream uirginitatis habendam, mortalitatem cum immortalitate commutauit. Obijt Roma anno Domini 1559. 16. Kalendas Februarij hora 13. matutina: sepultus in D. Petri de Montemareo, in marmoreo sepulchro, in quo etiam eius imago extat depicta.

Sed copiosius, & elegantius effudit se in huius Cardinalis laudes Anonymus quidam in Epistola uiciorum Epistolae Clauorum Vitorum, quae incipit: Celestium bonorum, ms Aloysi, ubi laudis interiectis ad rem nostram ille subiungit. Quorum est eximia innocentiam, ac prope dixerim, diuinitatem accessu mea sententia proximè superioribus annis Robertus ille Nobilis Politanus, S. R. E. Cardinalis praestantissimus, qui cum esset Iulij III. Pontificis Maximi nepos, & ab eo uicè diligenter omnibusque iurebus, quas nobis, aut natura tribuit, aut largitur fortuna circumferret, tamen in uo Deo ponebat omnia. Gratiā, qua ualebat apud auunculum nullam aliam ad rem, nisi ad miserorum casus subleuandos conferebat: opibus ad uita necessitatem, non ad libidinem utebatur: denique nihil aliud non summi Dei cultum, nisi proborum, sanctorumque uirorum imitationem cogitabat. Haec ille fundamenta uita secretè quibus cum maximum, atque amplissimum excitatum in edificium omnes considerent, dignus omnino iudicatus est, qui 13. annos natus in sacrum Cardinalium Collegium cooptaretur. Quae ille dignitate ornatus non comiserat, quod interdum solet accidere, ut optimi aciem ingenij purpurea splendor praestingeret, sed in uirtutis pulchritudinem, ac formam, quam semper summè adamauerat, oculos diligenter intendens, ita eloquenti, ac Philosophia studium complexus est, ut ab eo diuelli nullo modo posset.

Ipsi uita uidimus, & quod diuina benignitati, a qua felicia proficiscuntur, omnia acceptum ferimus; allocuti saepe sumus Hieronymum Pontium, uirum cum uita integritate excellentem, sum omni liberali doctrina politissimum, cui Cardinalis quondam uixit, domestico preceptoris operam dedit. Ille nobis ipsius non praesertim, quod colligere potius, humanitas ostendit, in quibus non modo antiquam Latinae orationis elegantiam, ac leporem agnoscebamus, sed etiam doctrinam uix, aut ne uix quidam cum illa eitate conferendam admirabamur. Sed cum esset ea mente praestans, ut humanarum rerum studia pro tam ardua, ac sermone profunda, quam uita instituto, ac ratione exprimendam iudicaret, in magna studiorum occupatione, illud etiam uel maxime sibi laborandum existimauit, ut commoda omnia, uel uita eitate contentum, in animo puritatem, in actionibus prudentiam, in uictu abstinentiam, in Dei cultu uigilantiam, denique singularem in omni uita moderationem, temperantiamque seruaret, quo in genere, paucorum annorum spatio tantum profecit, ut cum antiquitatis negligentibus, & ipsa maestate imperij mirabilis omnino Roma fuit, nulla tamen re, quam Roberti Nobilis uita, ac sanctitate, tum Italij populari, tum exteris quoque gentibus mirabilior esse uideretur. Itaque confluebant ad eum Romani omnes, Politanique tanquam ciuem suum, & ciuem omnium suorum clarissimum lumen, & ornamentum uenerabantur. Cardinales uero uniuersi eius amore, ac studio incredibiliter flagrabant, in quibus uix eximiam memoriae nostra Rodulphus Pius Carpenfis, uir eximia in Deum pietatis, ac tanto rerum usu praeditus, ut summo Pontificatu dignissimus perpetuo sit habitus; minime reticendum uidetur tantis Cardinalibus de Nobili ipso Cardinalate uisum. Is igitur nonnullis ab aliis in his inuestigandis uirorum conuentu, cum de eo sermone instituisse, multisque ipsum laudibus extulisset, in eam demum uocem erupit, ut adolescentem appellaret ad emendandos, corrigendosque totius sacri Collegij mores omnium Cardinalium aptissimum. Quo quid dicit potius honorificentius? Caseri licet senas, licet erudit, licet innocentes, tamen a praestantissimo illo Collegio, ex quo summi Pontifices Christi Vicarij deliguntur, omnium sumunt exempla uirtutum. At Pius cum nonnulla in illo Collegio emendanda, nonnulla corrigenda existimaret, nobilem potissimum adolescentem uix dum 17. annu natum ad ea emendanda, & corrigenda omnium Cardinalium aptissimum iudicabat.

Hic uereor Aloysi, ne paulo tibi, ac Caeteris, quam fortasse decet, longior uidear: sed primum sermo noster, cuius imaginem habet epistola, orationem meam singulari quadam suauitate producit: deinde me persone, de qua loquor, innumerabiles, & eximia uirtutes, & illustres ad omnem posterorum predicationem innocentiam uindiscat. Patere igitur obscuro te, nonnulla me etiam de hoc diuino adolescente addere, qua laudis nihilo certè minus quam superiora, plus autem fortasse admirationis habebunt; cum in eo uita cursu, quem supra exposuimus, ita pergeret, ut seipsum quotidie uehementius incitaret, non labori parceret, non ualeitudinis ullam

rationem duceret; sed in vita abstinentissimus, in Ecclesia frequen-
 tissimus, in optimorum virorum consuetudine assiduus, ac penè per-
 petuus esset. Attende quid egerit de abscindendis Cardinalatibus insig-
 nis, atque in desertis loca ad Christum verè, ac sine ulla inter-
 pellatione colendum confugere posses, tacitus aliquando cogitavit:
 quam cogitationem cum ad prestantes viros, quorum opera in au-
 disendis altionum suarum confessionibus uti solebat, retulisset, de-
 territus ab illis est, & ut eum locum, ad quem diuino consilio ele-
 uatus esset, quamdiu vita frueretur retineret saps, ac uehementer
 admonitus. In quo singularem celestis illius animi equitatem, ac
 moderationem licet animaduertere, qui carere perpetuo malis, re-
 omnino optatissima, quam quisquam committere, quod ab inte-
 gerrimorum, ac doctissimorum uirorum, quibus suam ipse salutem
 crediderat, audiret, & horrationibus abhorreret. Sed Deus, Deus
 nostrum immortalis, cum tantâ præclarissimo illo Cardinali uir-
 tutem ingenuisset, latera eâ noluit in solitudine, sed in excelsa, atq;
 illustri Orbis terrarum specula, cum sua ipsius glorie causa, tum
 communis utilitatis gratia clariùs quotidie splendidiusq; fulgere.
 Atque hæc licet maxima, maximæq; insignia in se percipere tamen
 quam breuissimè possum, nam ad prestantissimam mortem, quâ
 sanctissimus omnium adolescens, tanquam acturus fabulam, sic ni-
 tam uniuersam perfectissimè conuulsit, festinat oratio. Perpetuis
 factum est laboribus, ac uigilijs, ut in malum grauisimum incide-
 ret, nò solum enim quod mirabile omnibus uideatur, cilicio se quo-
 tidie induebat; sed etiam humi cubabat, ac crebris uerberibus cor-
 pus innocentissimum lacerabat. Itaque cum eum communi sen-
 tentia Medici à diuturna illa, seuerissimaq; uita ratione uix ho-
 mimi bene firmo perferenda reuocassent, morbus tamen usq; eò cepit
 ingrauescere, ut illo sex ipsos menses acerime sit, ac uehemen-
 tissimè confisgatus. Verum non illum in tanto discrimine, quæ com-
 es ipsius perpetuo fuerat patientia, deseruit; tum certè se ipsum,
 & hinc, & ceteris laudum generibus, omnium etiam iniquissimorum
 confessione superauit. Quotidie febris saltabat acerbissima,
 grauisissimis totius corporis doloribus torquebatur, nemo tamen
 eum moesta facie, nemo paulò tristiore, uidit aspectu; uocem autem
 lamentabilem, aut querelam uillam nemo, ne eorum quidem, qui
 lectulo semper assidebant, unquam auduit. Itaque cum maximam
 Cardinalis optimi calamitatem uehementer omnes dolerent, tam-
 en multo magis incredibilem eum in tantis angoribus, & crucia-
 tibus patientiam admirabantur. Quæ illius mala cum sextum iam
 mensem ita vexassent, ut penè consumptus esset, cumque eam pe-
 ctoris partem, in qua cor uiget, tanta uix pituita, ac frigoris op-
 pressisset, ut ne semi horam quidem requiescere, respirare autem
 sine magna molestia uix posset; humana medicina uim infirmam
 sentiens, confugit ad Medicum celestem, & sacrum Christi cor-
 pus, quod iam penè quotidie sumebat, morte iam appropinquante
 sumendum sibi iterum existimauit. Quo sumpto mirabile quodam
 confectum est; nam diuina quedam uis iam eum abripuit, ut sub-
 latis manibus in sacrosancta Christi imagine, duarum ferme spa-
 tium horarum oculis immobilibus hæserit; ac demum omnibus ad-
 mirantibus, & quid ageret, secum animo querentibus, uelut ex-
 perretibus parentes accinerit, quos aliquandiu allocutus, & ad sum-
 mi Dei cultum omni animi contentione adhortatus, comersus tan-
 dem ad ceteros eundem ferè sermonem habuit, ac incunctissimam
 se mortem obiturum affirmans, paulò post Christo gratias agens,
 Christum perpetuo innocans, extremum uitæ spiritum effudit.
 Hoc loco nimis Aloysi mihi summam, si quantum ex eius in-
 teritu dolorem uniuersa Roma traxerit, quem nulla uis ingenij,
 nulla descendit copia complecti possit, andeans exponere; quare di-
 cam breui, cuncte ciuitatis miserrimum illum diem, ac luctuosissi-
 mum accidisse. Orbata uidebatur dulcissimo filio mater amantissi-
 ma, clarissimo extincto lumine, tenebre undique creuerant, om-
 nes denique gemebant ereptum inclinatis rebus, iam iamq; laben-
 tibus firmissimum innocens presidium. Nam quid ego totius fa-
 cri Collegij marorem? quid Pauli IV. Pontificis ex omnium se-
 colorum memoria optimi, atque integerrimi lachrymas comme-
 morem? quas ille tenere non potuit, cum eum mortuum intellige-
 ret, quem sibi olim ad pedes sacentem, Pontificatumq; ad eum suffra-
 gio suo deferentem, ipse Angelum Domini clara uoce nomen affret.
 Elatus est funere satis amplo comitantibus amicis, plurimis bo-
 nis omnibus prosequentibus, ac beatam ipsi uitam ore, animoque
 precantibus, & in D. Petri eade in Monte aureo conditus; ubi cum
 eius honestissimam imaginem ex mortui uultu exceptam adhuc
 liceat intueri. Nemo est, qui cum eò accedat non, & ea specie, quam
 os illud diuinum præferret, summè sit delectatus, & tanti Cardin-
 alis memoria, ac desiderio uehementer comoueri uideatur. Nos
 quidem Roma cum uideremus, eumque locum, quod saps faciebamus,
 uel animi, uel negotij causa inuiseremus, semper etiam tumu-
 lum illum, atq; effigiem studiosè contemplantur, ac taciti à Deo
 Optimo Maximo nos, ut illi quam simillimos aliquando effin-
 geret, summis precibus petebamus. At ne nunc quidem ab ea cupi-
 ditate, studioque abhorreremus; quin uoluptatem haurimus incre-
 dibilem, quod harum litterarum quasi quadam allocutio tulit, ut
 tecum eadem ageremus. Quod si libenter leges, lecturum autem
 non despero, quando in eodem uita genere ita te exerces, ut cum

A paucissimis excellas, eris eur mihi gratuler, qui tibi mei amantissi-
 mo homo tui obseruantissimus non ingratus operam nauauerim.
 Sin tibi uel oratio mea parum culta, uel epistola longitudo non
 admodum probabitur; uoluntatem saltem in te propensam ama-
 bis, & amoris erga optimum Cardinalem meo, qui me minime in-
 iustum quidem, sed tamen imprudentem prouexit, ignosces. Vale.
 Petrus Victorius in Epistolarum vna ad Robertum ipsum Car-
 dinalem data, hæc de illo habet. Dilexi te, adolescens optimè, mul-
 to ante quam te uidissem, atque id quidem meritò, nec sine iuxta
 causa feci; quis enim non amaret puerum eum, qui à teneris uigilijs
 ita optimis studijs deditus fuisset, ut magnos in illis progres-
 sus fecisset, ac uicisset in eo cursu ceteros, qui robustiore etiam æ-
 tate multum, & ipsi in eisdem artibus laborassent. Omisso natu-
 ra probitatem, quæ, ut ego fama, & auditione acceperam, singula-
 ris erat signaque multa alia maximarum uirtutum; quæ uirtutes,
 ut iam tum in illa ætate apparebant, ita si maturitas accessisset,
 uberior eruptura intelligebantur. Hæc igitur me tunc, ut te dili-
 gerem, impulerunt. Accessit non multò postea dignitas, quæ auctus
 est summique Sacerdotij amplitudo, qui tantos bonos, fortunariq;
 tuarum amplitudine, non, ut consuevit in multis, animum tuum
 retardauit; sed acrius potius te ad eadem honesta studia incita-
 uit. Studuisti enim, ut iudicium Auunculi tui confirmares, atque
 id, quod ille beneficii loco tibi dedisset uideri posset, in te meritò,
 summoque consilio collatum cognosceretur. Venit deinde tempus,
 quo in campum descenderes, & ex umbraculis sapientie in aciem
 eximias ingenij tui dotes perduceres; quod tempus, quem admo-
 dum tibi luctuosum fuit interitu eius, qui te ornauit, ac familiam
 omnem uestram illustrauit; ita tibi ingentem laudem, gratiamque
 peperit. In Comitibus enim illis præclaris, quæ lætitia omnes extul-
 erunt, quibusque creatus est Pontifex Maximus is, quem omnium
 preces, notaque exoptabant, egregiè te gessisti; ut manifesto ab om-
 nibus intelligeretur, quamuis annis adhuc abessent, maturitatem
 tamen ætatis in te magnopere desiderari non oportere. Eo autem
 ipso tempore istuc ego adueneram, excitus domo spe quadam non
 dubia uidendi eius, quod sane breuis factum est. Vixnam diuturnior
 eius gaudij fructus fuisset; nescio enim quomodo, diuinitus certe mi-
 hi promiseram fore, ut cito in altissimo gradu honoris collocatum
 Marcellum Ceruinum uiderem; quem multum obseruauam; quem
 semper, ob prestantes animi ipsius dotes, atque illustria facta, tan-
 quam Deum coleram. Vidi autem tunc primum te, talemque in-
 ueni, qualem mihi sermo multorum, & tacitus quidam animi sen-
 sus saps predicauerat, id est egregium adolescentem, & scientia
 optimarum artium ualde expositum. Tecum enim sepe collo-
 cutus sum, & ab omni domo tua humaniter comiterq; exceptus; qui-
 bus in colloquijs de granibus rebus, præcipue autem de studijs litem-
 rarum, nihil à te non subtiliter, eruditèque prolatum notauim; nam
 quam eleganter epistolam Latinè scriberes, huiusmodique alia
 ingenij tui monumenta multò prius hic perspexeram. Videbam
 igitur me, si diuinitus istuc mansissem, ex humanitate tua, tantæque
 morum suauitate non mediocres uoluptates esse capturum; cona-
 tusque fuisset, si opera, sedulitateque mea opes aliquid tuis studijs
 afferre potuissem, libenter id, studiosèque facere. Sed inuidit his
 meis cogitationibus iniquissimum fatum, acerbaque mors Mar-
 celli Pontificis, qui mo, ut scis, complexus iam erat, participemq;
 aliarum suarum curarum esse uoluerat. Illa autem gravis pla-
 ga, ut me confecit, ita animos bonorum omnium ualde perturba-
 uit: ego enim subito desperatis rebus, intelligensq; mihi ereptum esse
 presidium illud, quo maxime confidebam, Roma discessi, domumq;
 redire rursusq; hic me in ocium litterarum abdere deliberari. Quæ
 in uita, omniq; alia in re, si quid unquam opera, studio, diligentia
 mea efficere, potero, quod tibi iucundum, acceptumque futurum
 putem, in id toto pectore incumbam; nihil enim magis quam tibi
 commodare, tuæque Amplitudini morem gerere, cupio. In itinere
 autem, nã plures dies consumpsi in agro Piceno peragrando, mag-
 na mea cum uoluptate audis laudem tuam renouatam; ut enim
 ex superioribus illis Comitibus iudicio omnium probatus existi; ita
 ex ijs, quæ consecuta sunt, plurimum commendationis, & gloria
 domum retulisti. Quæ res effecit, ut sapientissimus Pontifex Paul-
 us IV. & ipse magna in re cognita uirtute tua, delectatusq; mo-
 destia ista incredibili, te in oculis ferat, atq; undiq; faueat dignita-
 ti tuæ. Perge igitur uia ista, quæ contra stultas opinioniones multitu-
 dinis, corruptoq; sensus delicatæ iuuentutis, referta est magnis soli-
 didisq; uoluptatibus. Ita enim cumulum tuarum laudum quotidie
 augebis, & magnam lætitiã adferes ijs omnibus, qui te uerè, &
 ex animo diligunt: in primis autem optimo, & clarissimo uiro, pa-
 tri tuo, qui cum plurimum factis suis floreat, non parum tamen
 decoris, atq; ornamentis consecutus est, quod te genuerit, ac tantum
 uirtutis lumen accenderit. Vale.
 Deniq; Syluester Petrasancta è Societate Iesu uitæ Roberti Car-
 dinalis Bellarmini scriptor, enumerans ciues Politianos, qui dignitate
 Ecclesiastica floruerunt, de Cardinale Nobilio sic loquitur.
 Iulius Pontifex pata III. euocauit ex hac patria Robertum de
 Nobilibus sororis sue filium, cum esset natus annos non amplius
 tredecim: is animo etiam, quam cognomento, & gente nobilior,
 multò modestia post purpuram, quam purpura ipsa uenerabiliorè

se

se reddidit. Ex quo bona natura omnia, vicia fortune, & etatis nulla summam vero virtutem praeferens, admirationi adeo fuit, ut esset diuini simillimum iuuenem cunctis indicarent; accedente consensu Orbis terrarum ad vocem illam Reginaldi Poli Cardinalis, qui ipsum nobile sacri Senatus decus, supremi; Ordinis speculum illustre nominauit. Et ego quidem puero per ardua humanos oculos vidisse in ea aetate virtutis ita praecoces fructus, non modo quia ipsius, tametsi iuuenis virtus nullis amplissimis honoris fastigijs non aequabat; verum etiam quia adeo smititi cupiditatis animi, & rigide innocentiae, contemptor que honorum, & duntiarum fuit, ut pertentauerit omnia, studio abdicandi se purpura, quo deinde in Societatem Iesu se daret. Sed repente omnis in eo vigor desinebat elanguit; cumque esset aetatis amorum septendecim, flos ipse adolelescens in omnium virtutum exempla genitus anima caelestem caelo reddidit. Etsi vero vix inchoato in spatio creptus est, virtutis longum eum expleuit, placita Deo anima illius, ac per id, quod interuallum tibi brevis egit, quantus enasurus esset, ostendit. Celebratus quoque est a praestantioribus sui, ac sequentibus aui Poetis, nimirum à Laxino Torrentio Antuerpiensi Episc. qui de eo ita cecinit.

*Lauro inuentus est similis tua
ROBERTE Diuina carae, & amabili
Virtute sic praestans, ut omnis
Te colat, ac veneretur aetas.
Gaudet senectus te iuuenem suis
Praefere canis, inuidia sine
Mirantur aequales, & optat
Vir similis tibi quisque natos.
Morum venustas, eloquij viget
Doctrina per se maxima, qua tamen
Tu plurimum illustras adeptus
Omnia tam teneris ab annis.*

Est, & Ode Tarquinij Gallutij è Societate Iesu ad Robertum Nobilem Cardinalem, inquit, quàm genere nobilissimum.

*Flos o inuenta Nobilitas inchoata
De stirpe nomen conspicuum trahens;
Sed stirpis antiquae colores
Lumina nobilitatis nouello.
Te Vaticanae Purpura Curia
Excelsus IVLI munere TERTII
Vestiuir ante, aetas nitentes
Quàm tegeret tibi flore malas.
Fuit pudori debitus is color
Intaminatus perpetuo tibi
Qui corde regnavit sub imo
Nempe puicitiae theatro:
Angusta vita tempora, gloria
Immensa, soles heu nimis breues
Florem coegerunt tenellum
Perpetuo latitare saxo.
Antoniana laudis, ut amulus
Visens fuisse; sic moriens diem
Olli sacratum postulasti
Enitisset tibi supremum.
Supremus at non ille fuit dies
Vita perennis, quam memori trahet
In mente cunctorum patens
Qui relegent monumenta libri.*

De Roberto nostro, vti etiam de S. Carolo, ac Bellarmino Cardinalibus hoc scripsit carmen Vrbanus VIII. Pontifex Maximus.

*Hac vita innocuae specimen fert omnibus aetas,
Quos Vaticanis muribus ornat honos.
Sanguine Pontifici iunctus, florensque iuuenta,
Corde pius, castus moribus inter opes,
CAROLE, qui fulgens ostro decus adiacis astris,
Tu praees exemplo, dans documenta viris.
NOBILE par aequae praestat Virtutis in aede;
Hos nobis soboles Politiana dedit:
Sanguine conspicuos simili, & pietate coruscas,
Excitat hic iuuenes, prouocat ille senes.*

Scripsisse quoque dicitur Robertus Cardinalis Bellarminus Eclogam, seu lucum pastoritium in funere Roberti Cardinalis de Nobilibus ad Abbatem eius fratrem; quae Roberti pronunciatum in chrymalis excussit audientibus; & Ricciardus Ceruinus Bellarmini consobrinus perelegantem Elegiam de ipsius Nobilitate scripsit.

Et licet tot praclarorum Virorum ingenia se in huius religiosissimi Cardinalis enarrandis laudibus exercuerint, nemo tamen de eo sic scripsit, quin se argumenti nobilitate victum confessus sit. Et quidem in Cardinale re, & nomine Nobili nisi singulare, ac omnino nobile: augusta corporis species, oris venustas gratissima; color nitens, & bene temperatus inter candorem, palloremque medius: statura supra mediocrem, vt annos duodeuiginti natus, trigessimam supergredi videretur. Et haec quidem fuit externi hominis, quae conspiceretur dignitas, atque nobilitas, multo vero animi maior, praestantiorque perfectio.

Litteras Cardinali de Nobilibus dedit Petrus Victorius, qui

eidem libris Aristotelis de Republica, quos sua diligentia emendatos multis locis, ac meliores redditos in lucem dederat, donauit, vt suis litteris testatur.

Scripsit Robertus Orationes plures, inter quas vnam in laude beatissimae Dei matris; & vnam, quam habuit ad Iulium III. pro patrum. Sermones item de Sanctis eruditione referat, quos è suggestu religiosè habuit ad populum. Item de Gloria Commentarium. Dialogum tenuit inter Deum, & Animam.

Plura scripsit, quae apud eius propinquos, & heredes, id est Nobilitatis gentis Proceres, Cardinales nostri manu exarata in hodiernum vsque diem religiosè, & honorificè Romae visuntur, & coluntur.

XIX.

LVDOVICVS de Guiffa, Clau diij Primilia Ducis, Comitum Aumalia, & Elleboui, Magni Franciae Cambelani, ac Burgundiae Proregis, & Antoniae Borboniae filius, anno 1522. seu, vt alij referunt anno 1527. die 21. Octobris, Ioinuilla, qui Principatus ditionis Lotharicae in Campania iacet, in lucem editus, Caroli Lotharingi Archiepiscopi Rhemenfis Pauli III. Cardinalis frater natus minor; Ioannis Metensis E-




piscopi Leonis X. ex Episcopo Trecenti anno decimo octauo suae aetatis, salutis 1545. electo, Albienfis Praeful anno salutis 1550. Pontifice renunciatus est: sub Paulo IV. Ecclesiae S. Thomae in Parione Diaconus primò, mox Presbyter Cardinalis praefuit. Ad Archiepiscopatum Senonensem anno salutis 1560. Laurentio Strozzi Cardinali regendam cessit: elapso biennio Senonensem quoque Nicolao Pelleue, postea Cardinali dimisit, & Metensem die Octobris 5. anno 1568. regendam suscepit; nunquam tamen Piccariensem, nec Burdegalem, vt ait Ioannes Commendatarius S. Victoris Parisiensis ordinis S. Augustini; interfuit Comitij Pontificij, in quibus renunciati Romani Pontifices Paulus IV. & Pius IV. Sacro oleo Henrici III. Rhemis inunxit die 5. Kalendas anni 1575. sede Rhemenfi vacante. Parisijs ad superos 6. Kalendas Aprilis abiit anno suae aetatis 56. Christum autem 1578. Gregorij XIII. Pontificatus vi. iacetque in choro S. Victoris in choro Ecclesiae à latere sinistro maioris altaris sine epitaphio.

Huius Cardinalis emblema nouem zero, cum hoc lemma: Hoc per se nihil est; sed si minimum addideris, maximum eris.

XX.

HERONYMVS Simocellus, natione Italus, patria Vrbeuetanus, Iulij Papae III. ex Christophora Balduini Montani filia pronepos ab eodem adhuc iuuenis in sacrum Cardinalium collegium lectus, praefuit primò Diaconus Ecclesiae S. Cosmae, & Damiani; deinde Praefbyter Ecclesiae S. Priscae, tum Presbyter ortum S. Maric Transyberim. Hic à puero virtutis indolem, & veritatis ingenij ad quaeque ardua



felicitem ostenderat, nouis semper gloriae suae incrementis republicam benegerendo cumulauit. Patrie suae Episcopus designatus anno 1554. die 25. Iunii; omnes interegit Praefulis partes magna cum laude sustinuit, eamque Ecclesiam rexit vsque ad annum 1562. deinde eo munere se exoluit. Cuius mores cum ab omni sint ambitione remoti digna optimi Senatoris libertate decorantur; neque enim eum metus, aut gratia, sollicitudine honorum cupiditas ab officio vnquam deterruit. Rexit Episcopus Cardinalis Albanensem primò, deinde Tusculanam, demum Portuensem Ecclesiam: anno enim 1560. ex Presbytero S. Maric Transyberim ad Albanensem cathedram translatus, nec multo post, anno videlicet 1601. sede Tusculana nobilitatus, tandem anno 1603. ad Ecclesiam Portuensem, & S. Rufinae promotus est. Diu vixit in purpura, ac decies Comitij Pontificij interfuit, & suffragium tulit pro Marcello II. Paulo IV. Pio IV. Pio V. Gregorio XIII. Sixto V. Vrbanò VII. Gragorio XIV. Innocentio IX. & Clemen-

Giacobini Petramelli Cabren. in Filiucc. in Elog. m. s. Andr. V. Storelli in Addit ad Giacomini. P. Enzo. in Gallia Purpurata Aubery in Vita. S. March. in Gallia Christiana Claud. Ro bertus ib.

te VIII. sub quo è vita migravit Romæ anno 1605. viij. Kalendas Martij, & sepultus est ad S. Petrum in Monteaureo; vel in Templo S. Mariæ de Populo; vtramque enim Ecclesiam Ferdinandus Vghellius Hieronymo Simoncello Card. tribuit in tumultum.

Episcopus Portuensis subscripsit Clementis VII. Diplomati euulgato xvij. Kalendas Ianuarij anni 1604. quo Archiepiscopus Bononiensis erectionem confirmavit, ac prouinciam distinxit, finesque designauit. Imolentem, & Ceruientem Ecclesias Ra-uennati Archiepiscopo restituit, pro quibus Cremonensem, ac S. Domini nouas Cathedralis Ecclesias Bononiensi perpetuo subiectas esse iussit. In fine enim illius Diplomatis nomen suu expressit his verbis. *Ego Hier. Episc. Portu. Card. Simoncellus.*

Ad eundem Cardinalem, Vincentius Robardus in gestis Sixti V. hæc carmina scripsit.

*Tartareis elapsa iugis agitabant Enyo
Impia sanguinea bella gerenda manu.
Ergo pius lanata comas Pax incluta terras
Linguebat repetens aurea tella Paris.
Ille, sed occurrens lachrymantia Virginis ora
Absterst referans talibus ora sonis.
Parce metu, dabitur tibi SIMONCELLVS Olympo,
Qui dabit in Strygios impia monstra lacus.
Pacatamque petens caelesti munere terram,
Ingeret in nostros enthea donafocos.
Dixit, & emisso te SIMONCELLE repente
Ocia iam tellus, ocia pontus habet.*

VICE CANCELLARIVS
sub Iulio Papa III.

Alexander Fatnelius, Diaconus Card. S. Laurentij in Damaso.

CARDINALES MORTVI
sub eodem Pontifice.

Philippus de la Chambre Gallus, monachus S. Benedicti, Presbyter Cardinalis S. Martini in montibus, postea S. Mariæ Tran-

A styberim, è vita migravit die 21. Februarij anno 1550.

Innocentius Cybo Diaconus Cardinalis SS. Cosmi, & Damiani, postea S. Mariæ in Dominica, ac S. Mariæ in Via lata, die 13 seu 15. Aprilis anno item 1550.

Ioannes Lotharingus, Diaconus Cardinalis S. Onuphrij die 10. Maij anno eodem 1550.

Franciscus Sfondratus Cremonensis, Presbyter Card. S. Anastasia, tum SS. Nerei, & Achillei, die 13. Julij anno pariter 1550.

Georgius de Amboufia Gallus, Presbyter Cardinalis SS. Marcellini, & Petri, die 22. seu 24. Augusti anno item 1550.

Andreas Cornelius Venetus, Diaconus Cardinalis S. Theodori, tum S. Mariæ in Dominica, die 30. Ianuarij, anno 1551.

Fr. Georgius Martinus Hungarus, ordinis fratrum Eremitarum S. Pauli primi Eremitæ, seu ex aliquibus Oliuetanus, Presbyter Cardinalis, die 17. seu 18. Decembris anno eodem 1551.

B Nicolaus Gaddius Florentinus, Diac. Cardinalis S. Theodori, postea S. Mariæ in Dominica, demum Presbyter Cardinalis S. Mariæ in Via lata, die 16. Ianuarij anno 1552.

Marcellus Crescentinus Romanus, Presbyter Cardinalis S. Marcellini, tum S. S. Iohannis, & Pauli, die prima Iunij anno eodem 1552.

Pomponius Cæcius Romanus, Presbyter Cardinalis S. Cyriaci in Thermis, die 3. vel 4. Augusti anno 1552.

Bernardinus Maffæus Romanus, Presbyter Cardinalis S. Cyriaci in Thermis, die 16. Julij anno 1553.

Ioannes Saluiatus Florentinus, Diaconus Cardinalis SS. Cosmi, & Damiani, postea Episcopus Albanensis, Sabinensis, Portuensis, die 20. Octobris anno eodem 1553.

Sebastianus Pighinus Rhegiensis, Presbyter Cardinalis S. Callisti, die prima Decembris anno pariter 1553.

C Ioannes Dominicus de Cupis Romanus, Presbyter Cardinalis S. Iohannis ante portam Latinam, deinde S. Apollinaris, S. Laurentij in Lucina, postea Episcopus Albanensis, Preneftinus, Ostiensis, die 10. Octobris anni item 1553.

Alexander Campegius Bononiensis, Presbyter Card. S. Lucie in Silice, die 21. Septembris anno 1554.

MARCELLVS II. PONT. CCXXVI.
ANNO DOMINI MDLV.



VAMVIS à Sergij II. Papæ temporibus, qui (vt aiunt) Os porci vocabatur, sua electi Pontifices mutare, & veteru Romanorum Antistitum nomina accipere, cõsueuerint, id tamen ab omnibus obseruatum non est, ac tunc maxime, quum antiquu creati Pastoris nomen prisic Romanæ Ecclesiæ Rectoribus consonabat. Marcellus igitur à Ceruina nobili familia, Ceruinus cognominatus, nomen sibi antea impostum ad supremum rei sacre culmen euectus, Hadriani Papæ VI. exemplo, retinuit, vt mirabilem.

F Marcelli I. sanctissimi Pontificis memoriam excitaret, qui Maxentij iussu, in catabulum, idest animalium stabulum pro Christo detrusus, equis, senio confectis, pabula ministravit. Sed antequam breui preclarissimi huius Pontificis magistratu stylo persequare, eius in alijs Reipublicæ muneribus, & in ipsa purpuræ dignitate res gestas, breui narratione perstringam. Hic anno à Virginis partu 1501. pridie Nonas Maij, in oppido Montisfani ortus, patrem Richardum Ceruinum, claræ familiæ virum, Picenique agri Thefaurarium, & Callandram Benciam nobilem, & honestissimam feceminam, matrem habuit. Vix autem primus rationis radius affulserat Marcello, quum egregia indoles ingenij, & virtutis sese in dies proferre cõcepit. In quo mortum grauitas, & honestas à primis annis eluxit, vt dum Senis animu litteris intenderet, præfente Mar-

MARCELLI primordia.

cello, studiorum locij, & condiscipuli agere, aut iocari liberius, non audent. Ergo postquam litterarum ornamenta parauerat, sub Clemente VII. semel, atque iterum Romam venit, & Scriptor Apostolicus factus, in patriam, mortuo patre reuertit, ubi re domestica sapienter administrata, forores honestis matrimonijs locauit. Ex quibus Cynthia, antiqui exempli, foemina, singulari Reipublicae Christianae felicitate, Robertum Bellarminum peperit, quem nostris temporibus à Clemente VIII. Pont. Max. creatum S. R. E. Cardinalem, ob excellentem pietatis, & doctrinae praestantiam, inuenimus. Hac etiam stirpe natus Sallustius Taurinus (cuius auus fuit Marcelli II. frater) Xenodochij S. Spiritus in Vrbe Praefectus, ita se pie, atque prudenter in hoc regendo, & alijs Reipublicae muneribus hactenus gessit, ut nomen eius apud omnes excellat, in cursuque maximè spei sit.

Post Clementis VII. obitum, in Vrbe regressus Marcellus, benignè à Paulo III. excipitur, nam utriusque Pontifici, Richardus pater gratissimus fuerat. Paulus ergo, cui Marcelli virtus nota fatis, & grata erat, eum Alexandro Farnesio, à se paulò ante Cardinali creato ab epistolis, & consilijs esse, iussit. Qui doctè, integrè, ac folerter utrumque munus administravit. Ob id Pontifex maioribus eum dignitatibus cumulare incipiens, Protonotarium Apostolicum, Episcopum Neocastrensem, Nuncium apud Carolum V. Caesarem, ac deniq. Cardinalem Presb. tit. S. Crucis in Hierusalem pronunciauit. Sed, redeunte Romam Farnesio, qui apud Caesarem cum eodem Marcello Nuncio, Legatum agebat, Pontificis, & omnium Cardinalium sententijs ipse Marcellus in eadem legatione successor declaratur. Legationis munere, amplissima cum laude, administrato, in Vrbe reuersus, Rhegensi Ecclesiae praeficitur, ac denique cum Ioanne Maria de Monte (qui fuit Iulius III.) & cum Reginaldo Polo Cardinali ad Concilij Tridentini Legatus, magnum virtutis ardorem, Christianae religionis studium, & in Pontificia auctoritate defendenda, Senatoriam praefulit libertatem. Nam, & Carolo Quinto, atque eius ministris fortiter obstitit, qui Concilij Tridenti celebrari, Bononiae, contra Pontificis iussa, volebant. Ob eam rem, offensi Imperatoris verba sibi referentibus respondit: *Imperatorem quidem in corpus sequi, animam verò ledere non posse: eius tamen facta Dei iudicio reseruari, qui unicuique iuxta merita, praemium, aut poenam esset relaturus.* Concilio igitur Bononiam translato, ac mox suspenso, à socio, & amico Ioanne Maria de Monte rogatus, ut Romam quum peruenisset, ei à Pontifice Bononiae Legationem impetraret, Marcellus in ipso itinere, accepto diplomate, quo se Bononiae Legatum à Paulo III. fieri cognouit, amici sui memor in Vrbe progressum, tantum apud Pontificem precando valuit, ut eadem Bononiae Legatione, Ioannes Maria Cardinalis fuerit cohonestatus.

Post hæc, mortuo Paulo III. idem Ioannes Maria de Monte Iulij III. nomine accepto, successit, apud quem tanti semper fuit virtus, atque prudentia Marcelli, ut nihil eo inconsulto, quod Republicam, moresque respiceret, constitueret. Principio Pontificatus, longa, & priuata oratione, sui muneris, Iulium modestè Marcellus admonuit, constanterque rogauit, ut pia olim proposita de instauranda ex Concilij auctoritate Ecclesiae disciplina, iam Christi factus Vicarius, persequeretur. Ne propinquorum, aut affiniu affectibus acquiesceret, erectum, & inuictum animum contra omnium Principum parum sancta desideria, erigeret, ac sanctis moru institutis tenaciter infisteret. Augusta illa, & Pontificia ornamenta stolam lineam, sericam tunicam, purpureos, cruceque ad prona mortalium oscula, insignitos calceos vetustate corrumpi, quæ vermibus esca, & cum ipso corpore corruptionis, & factoris aliquando futura essent domicilium, contra verò, quòd piè, sapienter, ac benè faceret, non modò sempiterna Dei gloria, sed memoria hominum diuturna pensandum. Hæc, & alia dicente Marcello, Pontifex lachrymas continere, non valuit.

Praeterea Iulio Pontifice ad resistendum Balduini votis, qui se Camertij Ducem creati percipiebat, consilium roganti dedit, ut legem sanciret, qua nemo Pontificum Ecclesiasticæ ditionis bona alienare posset, eamque ipse, Senatores omnes, ac reliqui pro tempore futuri Pontifices, iuramento firmarent. Donationem verò, aut alienationem necessariò aliquando factam, tunc validam haberi debere, si duo, aut tres successores Pontifices eam probauissent.

Nec multò post, Vrbe egressus (nam infirma satis utebatur valetudine) Eugubium, cuius ipse Sacerdotium administrabat, ac deinde in patriam Montisfani locum diuertit. Inde Iulij III. morte audita, Romam repetens triginta, & nouem Cardinalium suffragijs (Ranutio Farnesio, & Guidone Ascanio Sfortia, Marcelli promotionem maximè procurantibus) die 5. Idus Aprilis vniuersae Ecclesiae gubernaculis, ingenti omnium letitia Pontifex Maximus praeficitur. Qui Carolo V. Imperatore dies tantum xxij sedit.

CARDINALIUM NOMINA
Qui Conclauis Marcelli Papa II. interfuerunt.

EPISCOPI CARDINALES VI.
LEONIS PAPAЕ X.

1. Ludouicus de Borbonio Gallus, Episc. Card. Praenestinus.

CLEMENTIS PAPAЕ VII.

2. Franciscus de Turnone Gallus, Episcopus Card. Sabinus.

PAVLI PAPAЕ III.

3. Ioannes Petrus Carrafa Neapolitanus, Episcopus Cardinalis Ostiensis, & Veliternus, ac Decanus.
4. Ioannes Bellaius Gallus, Episcopus Cardinalis Portuenfis, & S. Rufinae.
5. Rodolphus Pius Carpenfis, Episcopus Card. Tusculanus.
6. Fr. Ioannes Alvarez de Toledo, Episcopus Card. Albanus

PRESBYTERI CARDINALES XXI.

PAVLI PAPAЕ III.

7. Marcellus Ceruinus Politianus, Presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Hierusalem.
8. Michael Siluius Lusitanus, Presbyter Card. tit. S. Mariae Transtiberim.
9. Christophorus Madrutius Tridentinus, Presb. Card. tit. S. Caesari in Palatio.
10. Georgius Armaniacus Gallus, Presb. Card. tit. S. S. Ioann. & Pauli, aliàs Pammachij.
11. Bartholomaeus de la Cueva Hispanus, Presbyter Card. tit. S. Bartholomaei in Insula.
12. Federicus Caesius Romanus, Presb. Card. tit. S. Priscae.
13. Ranutius Farnesius Romanus, Presbyter Cardinalis titulo S. Angeli, Maior Pœnitentiarius.
14. Hieronymus Verallus Romanus, Presbyter Cardinalis tit. S. Marcelli.
15. Io. Angelus Medices Mediolanensis, Presbyter Card. tit. S. Stephani in monte Caelio.
16. Tiberius Crispus Romanus, Presb. Card. tit. S. Agathae.

IVLII PAPAЕ III.

17. Christophorus de Monte Aretinus, Presbyter Card. tit. S. Praxedis.
18. Fuluius Corneus Perusinus, Presb. Card. tit. S. Mariae in Via
19. Ioannes Michael Saracenus Neapolitanus, Presbyter Cardinalis tit. S. Mariae de Aracali.
20. Ioannes Riccius Politianus, Presbyter Cardinalis tit. S. Vitalis, aliàs Vestinae.
21. Ioannes Andreas Mercurius Messanenfis, Presbyter Cardinalis tit. S. Cyriaci in Thermis.
22. Iacobus Puteus Gallonarbonensis, Presbyter Card. titulo S. Simeonis.
23. Fr. Petrus Bertanus Mutinensis, Presbyter Cardinalis tit. S. S. Marcellini, & Petri.
24. Fabius Mignanellius Senensis, Presb. Card. tit. S. Syluestri.
25. Ioannes Poggius Bononienfis, Presb. Card. tit. S. Anastasiae
26. Ioannes Baptista Cicada Genuensis, Presbyter Card. tit. S. Clementis.
27. Hieronymus Dandinus Caenatenfis, Presbyter Card. tit. S. Matthaei.

DIACONI CARDINALES XII.

LEONIS PAPAЕ X.

28. Franciscus Pisanus Venetus, Diaconus Card. tit. S. Marci S. R. E. Archidiaconus.

CLEMENTIS PAPAЕ VII.

29. Hercules Gonzaga Mantuanus, Diac. Card. S. Mariae Nouae

PAVLI PAPAЕ III.

30. Guido Ascanius Sfortia Romanus, Diac. Card. tit. S. Mariae in Via lata S. R. E. Camerarius.
31. Nicolaus Caietanus Romanus, Diac. Card. tit. S. Eustachij.
32. Hippolytus Estensis Mutinensis, Diac. Card. tit. S. Mariae in Aquiro.
33. Iacobus Sabellus Romanus, Diaconus Cardinalis, tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano.
34. Hieronymus de Capiteferreo Romanus, Diac. Card. tit. S. Georgij in Velabro.
35. Iulius Feltrius Roboreus Vrbinatefis, Diac. Card. tit. S. Petri ad Vincula.

IVLII PAPAЕ III.

36. Innocentius de Monte Placentinus, Diac. Cardinalis tit. S. Onuphrij.
37. Fr. Aloysius Cornelius Venetus, Diaconus Cardinalis tit. S. Theodori.
38. Hieronymus Simoncellus Vrbeuetanus, Diac. Card. tit. S. S. Cosmae, & Damiani.
39. Robertus Nobilis Politianus, Diaconus Cardinalis titulo S. Mariae in Dominica.

MARCELLI GESTA ante eius electionem.

MARCELLI ELECTIO.

CARDINALES XVII. ab hac electione absentes.

- 40. Hieronymus de Auria Genuensis, Diac. Card. tit. S. Thome in Parione.
- 41. Odetus de Chastillon Gallus, Diaconus Cardinalis titulo S. Hadriani.
- 42. Alexander Farnesius Romanus, Diac. Card. tit. S. Laurentij in Damaso, S. R. E. Vicecancellarius.
- 43. Reginaldus Polus Anglus, Diac. Card. tit. S. Mariæ in Colmedin.
- 44. Robertus de Lenoncourt Gallus, Presbyter Cardinalis tit. S. Apollinaris.
- 45. Antonius de Meudon Gallus, Presbyter Cardinalis titulo S. Chrylogoni.
- 46. Io. Hieronymus Moronus Mediolanensis, Presbyter Cardinalis tit. S. Laurentij in Lucina.
- 47. Franciscus de Mendoza Hispanus, Presb. Cardinalis tit. S. Eusebij.
- 48. Iacobus de Hannebaud Lexouienfis Gallus, Presbyter Cardinalis tit. S. Sufannæ.
- 49. Otho Truchlesius Germanus, Presb. Card. tt. S. Sabinæ.
- 50. Durantes de Durantibus Brixienfis, Presbyter Cardinalis tit. S. S. duodecim Apostolorum.
- 51. Henricus filius Regis Portugallia, Presbyter Cardinalis tit. S. S. Quatuor Coronatorum.
- 52. Petrus Pachecus Hispanus, Presbyter Card. tit. S. Balbinæ.
- 53. Carolus de Guisfa Lotharingus, Presb. Card. tit. S. Cæcilie.
- 54. Carolus Borbonius Gallus, Presbyter Card. tit. S. Sixti.
- 55. Petrus Taliauia Panormitanus, Presb. Card. tit. S. Callisti.
- 56. Ludouicus de Guisfa Diac. Card. Lotharingus.

CORONATIO MARCELLI PP. II

Altera die à Io. Petro Cardinale Carrafa Episcopo Ostiensi (qui mox in Pontificatu ei successit) Romanus Episcopus consecratur: nam licet antea Neocastrensis, & Rhegiensis fuisset Episcopus, consecratione inaugurari noluerat. Cuius recta mens adeo sollicita miseræ ambitionis cupiditate vacabat, ut omnibus dignitatibus, summoq; Pontificatu præferendam vitæ innocentiam, incorruptamque iustitiam, in suffragijs præcipue ferendis, necessariam affirmaret. Vnde illa tanto viro digna sententia celebratur (quam ab Illustris. & Reuerendis. Card. Petro de Deza, meo postquam Urbem sum ingressus, patrono, laudatam audiui.) *Pluris fieri debere in Comitibus integre, & incorrupte versari, quam Pontificem creari.* Illud enim pænes non est, ac nostrum totum, alterum verò in aliena voluntate situm, & ab alijs acceptum.

Petracta ergo consecratione, Pontificij Tiaram Imperij à Francisco Pisano S. Marci Cardinale singulari omnium adstantium expectatione, sine pompa quidem solemnem, magna tamen felicitatis publicæ spe suscepit; quippe Marcellum vitæ sanctimoniam, rerum gerendarum scientiam, & Reipublicæ Christianæ studio, reliquis præluere cognouerant. At, ò miram Cælestium voluntatem? Pontificem sanctitate, moribus, & doctrina mirabilem, tam citò rapuerunt, quam citò dederant. Quamquam in breuissimo Pontificatus tempore præclarum suæ virtutis præconem habuit Paulum Manutium veri amantem hominem. Is in epistola, quam ad eundem Marcellum scripsit, magnum virum prædicat pietate erga Deum incensum, & altissimis consilijs, & cogitationibus affluentem. Quare non tam eius facta (quæ immatura mors, & temporis breuitas inuidit) quam dicta aliqua eius grauiissima, & excelsa in Pontificatu consilia, historiarum monumentis mandabimus.

Initio Pontificatus Cardinalibus rogantibus, ut Diploma subnotaret, quo certus creandorum Cardinalium numerus cauetur, respondit, *Nolle se id verbis, sed re præstare.* Multa etiam de Pontificij muneris difficultate cum Hercule Gonzaga Cardinale Mantuano loquutus, inter alia hoc adiecit. *Se proculdubio scire optimum esse, pauca dicere, multa verò facere, plura tamen se ideo polliceri, ut ita fide obligata, à præclare ceptis resilire, aut à reuoluta via, quam semel destinasset cursum inflectere, memor promissionis erubesceret.* Christianorum Principum paci adeo consulere propulerat, ut Caroli V. & Gallia Regis Otatoribus graui, vehementique oratione significauerit: nihil sibi communi tranquillitate antiquius, nihil amabilius, vnquam fuisse. Proinde Regibus sui, præter ea, quæ iam ipse litteris eos admonuerat, id statim aperirent, diligenterque ad pacis studium propellerent. Cui piæ voluntati si obsequi renuissent, præter Legatos, ac Nuncios, profecturum se ad eos affirmabat. Dissidijs Reipublicæ Christianæ, atque hæresibus plurimum cruciabatur, nec dubium, quin, si vixisset, aut Concilio generali, aut alia quauis ratione perniciosum schisma ad concordiam, pacemque reuocasset Reipublicæ causa iustitiam, & seueritatem colebat; nam ab Oratore Regis Hispaniæ pro nobilissimo quodam viro Romano, homicidij veniam supplicante, exorari nunquam potuit; hæc verba subiiciens. *Nequaquam sibi placere ab homicidij absolutione Pontificatum inire.* Iudicibus formam, certasque leges præscripsit, quæ iudicando ab omnibus seruarientur. Omnes legationes non longiores biennio decreuerat. Cæsaribus, & Gallis pariter addictus fuit, vnde ne Cæ-

DE REBUS à MARCELLO GESTIS.

A **fari magis, quam Gallo fauere videretur.** Christophoro Madutio Cardinali qui Princeps inter Cæsaribus habebatur, Bononiæ legationem concedere recusat. Et tamen decem. millia aureorum, quæ biennio illa legatio pendebat, dari ex Pontificio arario, iussit.

Auditors Rotæ ad se pristino more salutandum venientes, domi quiescere, & à parum necessario salutandi obsequio cessare, casusque vacare voluit. Illud etiam crebris solebat vsurpare sermonibus, *Se nunquam permissurum, ut quibus esset animarum credita administratio, à suis abessent Ecclesijs neme politice iurisdictionis munia tractarent, quando id Ecclesiastica disciplina indignum & Antistitum muneri, & sanctitatis turpissimum videretur.* Quare viris profanis, ac sacris haud initiatis ordinibus, huiusmodi officia, omnemque politicam iurisdictionem committere cogitarat. Quod olim Dignus Petrus Clementem successorem suam admonuerat, ut in 8. q. 1. *Si Petrus II.* quæst. 1. *Te quidem legimus.*

B **Luxum, vitiorum irritamentum, odio semper habuit: & parsimoniam in victu, atque cultu Pontificio probabat.** Ob id superiorum Pontificum profusas sportulas, in pecuniæ modicam summam redegit: & frugi tantum, atque honestis viris apud se retentis, reliquam Palatinorum turbam eicere, paucorum ministerio contentus, in animum induxerat. Cochlear, aliaque vasa aurea in mensa sibi apposita intuitus, argentea, & pro cibano argentea, æneum, satis esse, dixit omniaque conflare, & pecuniam cudi ad Apostolicæ sedis vsu, præcepit. Cupiebat namque mirum in modum, æs alienum, quo Ecclesia tenebatur, soluere: vnde nulla se gesturum bella, nulla ædificia fabricaturum, nec suis principatus empturum, palam dicitauerat.

C **Germanos satellites, qui Pontificis custodiæ inuigilant, exautorare voluisse fertur, quod Vicarium Christi, ad sui tutelam corporis, gladijs non indigere crederet, quum multi Principes Christiani, signo potius Crucis, quam armis contra hostium impetum, tuti non raro fuissent.** Vnde fatius esse, aiebat, Pontificem à sceleratis, & impijs, si casus ita tulisset, interfici, quam indecori metus, aut parum necessariæ maiestatis exemplum præbere.

Cardinalium Senatuum tanti facere constituerat, ut in eum Ordinem iuxta morem, legemque veterem, sine illorum consensu, quæsitis etiam in eorum creationibus excellentium virorum testimonijs, nullum omnino legendum fore, promiserit.

Hæc omnia licet magni, atque regij animi sint argumenta, illud tamen magis nouum, & insolitum hisce moribus, atque temporibus est; quod nihil sanguini, nihil carni, hoc est, consanguineis, aut propinquis indulsit. Quos, nec in Urbem venire, & Alexandri fratris filios, Ricardum, & Herennium à nemine salutari, raro in publicum prodire, nec fericis vestibus uti, permisit. Quodque admirabilis est, breui tempore, quo Pontifex fuit, eos nunquam vidit. Quin rogatus ab amicis, in palatium ne à priuatis parietibus essent adducendi? respondit. *Quid illis cum palatio? ad ne patrimonium eorum esse iudicatis?* Doctis, & virtute præstantibus hominibus plurimum fauebat, & eorum colloquio, atque familiaritate delectabatur. Cibi, vini que abstinentissimus, non lautius Pontifex, quam priuatus conuiuabatur. Inter epulas, sacrorum librorum lectione, aut sanctorum Patrum exemplis animum pascebat. Qui iam afflicta, anno superiori, corporis valetudine, quum Pontifex electus sibi, nequaquam remissius agendo, parceret, solemnibus Dominicæ Passionis, & Resurrectionis ceremonijs fatigatus, ex pituita febris, corripitur, & postridie, vena tacta licet viribus languentibus, aliquantulum à febris ardore cæpit conualescere. Quare die 3. Kalen. Maij, Reipublicæ intentus, quum Cardinales Guisium, Farnesium, & Estensem ad se vocauisset, post alia negocia Farnesio Cardinali dixit. *Factum se, ut familia Farnesia Paulum Tertium (se Pontifice) non desideraret.* Sed pridie Kalendas Maij, recrudescente morbo, cum apoplexis inuasit, quæ paulatim omnes sensus, atque sequenti nocte vitam eripuit, quum per dies 10. ægrotasset. Non defuere, qui eum veneno sublatum, suspicaretur, quod impius chirurgus occulto vlceri, quo Marcelli crus iam pridem infestabatur, à tantæ virtutis hostibus sollicitatus, iussisset.

Quo mortuo, incredibilis fuit omnium dolor, lugubrisque tota Urbem mæror occupauit. Ingens enim effulserat sub Marcello Pontifice aurei sæculi spes, à quo, propter summam eius pietatem, atq; solertiam, Romanam Urbem, totumque Reipublicæ Christianæ orbem sanctissimis legibus fulciendum, & regendum, cuncti sperabant. Cadauer eius in Basilica Vaticana, Canonicis S. Petri subcoltantibus, marmore conditum fuit. Vacauit Sedes Petri dies 22.

ADDITIO ANDREAE VICTORELLI.

F **Os porci.** J Platina, in Sergio II. dixit, affirmare nonnullos, Sergium Os porci primò vocatum; Martinus Polonus id scripsit; cuius sententiam, fabellæ affinem, retulit ille; at certè non est complexus aperte. Panuinius, & Card. Baronius apud priocos scriptores id non legerunt: Anastasius Bibliothecarius illius aui auctor grauiissimus, hæc habuit, quæ de illo scriberet. *Sergius II. natione Romanus, ex patre Sergio, sedit annos tres.* Nomen non mutauit Sergius ante Pontificatum, ex Sergio patre, appellatus. Sergiū III. primum ex Romanis Pontificibus sibi nomen mutasse, Card. Baronius existimauit; reuerentia ad hoc ille fuit impulsus: nam cum

MARCELLUS PARTIMONIAM IN PONTIFICIO CULTU PROBAT.

MARCELLUS SUIS CONSANGUINEIS NIHIL INDULGET.

MARCELLI OBITU.

Ad Sergiū Secundū.

L. c. tom. 10. ad an. 844.

Petrus diceretur, eo nomine, quo Christus Simonem Apostolorum Principem, primum Apostolicæ Sedis, & vniuersæ Ecclesiæ supremum Antistitem nominauerat, se vocari, non decere, opinatus est. Panuinius ad Ioannem XII. & ad Sergium II. Ioannem XII. qui prius Octavianus dicebatur, nominis mutationem, ante alios omnes Romanos Pontifices, vrsurpasse, putauit.

* *Maxentij iussu, in catibulum.*] Legendus de hac re liber de Romanis Pontificibus S. Damafo tributus, Breuiarium Romanum die 16. Ianuarij, & Card. Baronius in Notis ad Martyrologium, ad eundem diem.

* *Anno 1501.*] Ex Panuinio, à quo Marcelli II. Vita diligenter descripta; & ex quo Cabrera.

* *Iocari non audent.*] Tanta fuit modestia, & continentia; vt cum amici aliquid, per iocum, paulo liberius agerent, dicerent, eo adueniente, statim sicerent, Panuinio teste. Marcellus probitatis cultor, ingenio, industriaque illustri, natura autem graui, & seuera fuit. Ex Iulio Pogiano, in laudatione illius, quam ad lacrum Collegium recitauit.

* *A Paulo III. excipitur.*] Paulus Marcellum, quatuor, & triginta annos natum, sui quandam similitudinem in eo amans, & admirans, Alexandro Farnesio, adolescenti, magna ingenij vi predicto, moderatorem, ministrumque, & Pontificiæ scriptioni, necnon Reipublicæ procuratori præposuit; multa in eo, ijs muneribus præclarè fungente, laudauit prudentiam, & auctoritatem demiratus est: & quia doctus, Bibliothecæ Vaticanæ eum aliquando præfecit: quam is Græcis codicibus vndiq. conquisitis locupletauit, & nonnullos Græcos scriptores, præmijs propositis, latinitate donandos, curauit.

* *Cum Io: Maria de Monte, & Reginaldo Polo.*] De hac re in Iulio III. Polus non semper interfuit Concilio, cum Cardinales de Monte, & Marcellus S. Crucis interfuerunt: nam mala valetudine afflictus Patauium, medica ope curandus, se contulit: Sessionibus 6. 7. 8. 9. 10 eum non interfuisse, affirmabis.

* *Carolo V. obstitit.*] Hæc, & alia quædam exprompta, ex Panuinio in Marcello.

* *Bonia legationem impetraret.*] Sic Panuinio l. c.

* *Nihil eo inconsulto.*] Iulius Pogianus in laudatione: Paulus III. quoque Marcelli consilio, & opera vtebatur. *Nullum negocium,* ait Pogianus, *nulla legatio, nulla Christiana Reipublica pars Marcelli consilio, & viribus non digna videbatur. Itaq. nihil domi, per ea tempora, nihil foris, vel legit Pontifex, vel agere cogitauit, in quo Marcelli, aut sententia, aut opera non videretur.*

Plura erant in Marcello II. etiam nondum purpura insignito, ornamenta, mirum ingenium in excogitando, in prouidendo consilio, in exponendo grauitas, in docendo facilitas, in persuadendo vis, in agendo industria, in conficiendo celeritas.

* *Iulium Marcellus admonuit.*] Hæc quoque ex Panuinio l. c. vt, & illa, quæ de Balduino Camertiū Ducatum expolcentem, narrauit Cabrera.

* *Ranuccio, & Guido Ascanio.*] Ex Panuinio l. c. Io. Petrus Cardinalis Theatinus, sacri Collegij Princeps, septuagesimum nonum annum agens, cum intellexisset, agi in Comitij de Marcello Cardinali S. Crucis in Romanum Pontificem eligendo; statim ad eum, quinquaginta tres annos natum, accurrit: cui cum Marcellus dixisset, supremum S. R. E. fastigium illi: deberi; nihil magis cupiui, respondit, quam in D. Petri solio Pastorem optimum, sacroque zelo feruidum aspiciere: & iam Deum votis annuisse, cognosco: quare statim ante illum venerabundus poplites flexit; alioq; ad idem faciendum, hortatus est Caracciolus lib. 4. c. 1. Castaldus c. 8. Vitæ Pauli IV. Cardinales omnes Spiritus sancti affatu, ad Marcellum ad Ecclesiæ Romanæ fastigium efferendum, deductos, dixit, in laudatione Pogianus.

* *Io: Petro Carrafa Romanus Episcopus consecratur.*] Marcellum postridie in Sacello Palatij, prius ritu, Episcopum inauguratum, narrat Panuinius, tum viuens.

* *Fuisset Episcopus.*] Si consecratus non fuerat, ea consecratione, qua Episcopalis potestas, ad sacrorum Ordinum, & Confirmationis Sacramenta conferenda, traditur, electus in Episcopum erat; non autem Episcopus, quo ad ea, quæ sunt Ordinis: nam ad essentiam Episcopatus duæ ordinationes requiruntur, Presbyteralis, & Episcopalis. Vide Card. Bellar. lib. 1. c. 5. De Sacramento Ordinis. Concilium Tridentinum Sess. 23. Can. 7. Episcopos Presbyteris superiores esse, & potestate confirmandi, Ordinesque tradendi predictos esse: & Can. 6. hierarchiam in Catholica Ecclesia diuinitus institutam, eamq; ex Episcopis, Presbyteris, & ministris constare, definiuit.

* *Pontificij Tiaram imperij.*] Eodem die, in Vaticana Basilica, solemnè papa, & cæremonia amota (instabant enim festa Paschalia) à Card. Pisano, Diaconorum Principe Pontificia Tiara ornatus, insignia, magna omnium expectatione, maiori spe, (Panuinio, qui aderat, & rem accurate contemplantur, teste) accepit: adiecit Panuinius. *Præfulgebat enim sanctitate, moribus, & doctrina sic; vt ipsius vita omnium censura habere, posset.*

* *Paulum Manutium.*] Manutius idem scripsit Marcello epistolam 7. lib. 1. & alteram, qua eius auspicijs alteram partem

A Philolophiæ Ciceronis commendauit.

* *Dicit aliqui.*] Quæ à Cabrera recèntentur, ex Panuinio desumpta sunt.

* *Christianorum Principum paci.*] Ex eodem l. c.

* *Christophoro Madruso.*] Eadem prius dixerat Panuinius, & quæ de Auditoribus Rotæ.

* *A suis abessent Ecclesijs.*] Ex eodem Panuinio l. c.

* *Petrus Clementem admonuerat 8. q. 1. Si Petrus.*] Si Petrus &c. sunt verba Ioannis III. dicentis, Linum, & Cletum, adiutores à D. Petro, exteriora ministrasse, Petrum verbo, & orationi operam nauasse. De admonitione nihil. Vide locum, & glols.

Locus alter *Te quidem* 11. q. 1. allatus à Cabrera, admonitionis D. Petri non meminit; & continet verba Clementis, ex Epist. 1. ad Iacobum fratrem Domini.

* *Vasa aurea.*] Ex Panuinio l. c.

* *Aes alienum.*] Vide Panuinium l. c.

* *Nihil sanguinis.*] ita Pogianus.

* *Doctus, & præstantibus.*] Doctus, & graues viros dilexit in primis, eorum familiaritate vtebatur, eos consilio, & opera, & facultatibus aliquando subleuabat, Guilielmum Sirletum doctrina, & pietate ornatum, multis annis domi suæ aluit. Id Panuinius narrauit. Sirletus deinde Romana in Purpura effulsit. De hac re Pogianus. *Quis unquam fuit; qui miseram, vel inopem bonorum, aut studiosorum fortunam consilio magis, aut opera: aut facultatibus subleuaret?*

* *Cardinales Guisium, Farnesium.*] *Camerarium, Guisium, Farnesium, Estensem Cardinales audiuit.* ait Panuinius l. c.

* *Farnesio dixit.*] Ex eodem.

* *Sequenti nocte.*] Hora 7. Panuinius in Marcello: inter 7. & 8. in Chronico.

* *Quis eum veneno.*] Non loquitur de veneno Panuinius: sed Genebrardus.

* *Cadaver.*] Pompa tenui à Canonicis in D. Petri Bas. delatū, ait Panu. cuius sententia, Virgilianum illud vrsurpari potuisset.

Ostendit terris hunc tantum fata, neque vltra

Esse sinent.

Genebrardus, mutatione vsus dixit.

Ostendit tantum terris hunc esse; neque vltra

Permisit Deus.

Quidam Petrus Æthiops, qui Marianum Victorium Reatinum Æthiopicam linguam docuit, Marcelli familiaris fuit. Genebr. l. c.

Marcellum virum integerrimum, omni laude cumulatum, & Pontificio muneri, omnium opinione, parem, Societati I E S V, & S. Ignatio peramicum dixit Orlandinus lib. 15. Hist. Soc. Creatus Pontifex S. Ignatium, ad adorandum, & salutandum profectum, arte amplexus, & luauiter (cum Orlandino loquor) osculatus, cum eo inanbulauit, & de propaganda fide, de Repub. Christiana componenda, de priua disciplina restituenda non pauca contulit: duos Theologos apud se futuros petijt; sed ea modestia, nisi S. Ignatius eos alibi vtiliores existimasset: cui etiam dixit. *Tum illes collige, & bellatores instrue; nos vtemur.* Lainius, & Olanius Theologi, qui Pontifici inferuirent, à sancto viro designati. Ex Orlandino l. c.

NOVA ADDITIO AVGVSTINI OLDIOINI

SOCIETATIS IESV.

NONIS Aprilis Cardinales in Vrbe præsentés, vt dictum est supra, triginta nouem, ex Spondano triginta septem, ex Panuinio verò in Elogio, & in Chronico triginta sex; in Vita verò viginti nouem Conclauè ingressi 5. Idus in summum Pontificem elegerunt Marcellum Ceruinum de Spannochijs nobilem non Pilegerum, vt quidam recentiorum mendose scripsit, sed Montispolitani; annum ætatis quinquagesimum quartum agentem, qui proprium suum Marcelli nomen retinens, dictus est MARCELLVS SECVNDVS; eo testatum omnibus facere volens, se per hanc supremam dignitatem immutatum non iri; cum alioqui non desit etiam sua grauis ratio mutationis nominis in cæteris, præter ordinarias, quæ recèntentur, nimirum, quo detur intelligi, simul cum nomine priuatos affectus in publici boni studium; & humanas cogitationes, in sanctas, & diuinas esse commutatas. Electionis modum, resque toto Conclauè intus gestas, per singulos ferè dies, & horarum momenta descripsit, qui interfuit; litteris ad amicumdatis, quæ impressæ leguntur inter alias Epistolas ad Principes scriptas, vol. 3. cum præcipua Marcelli laude, & virtutū encomio.

In M. S. Bibliothecæ Vaticanæ hæc legimus: *Die x. Aprilis 1555. Reuerendiss. DD. mei Cardinales in Conclauè apud S. Petrum elegerunt in summum Pontificem Reuerendiss. Cardinalem S. Crucis, qui eodem die fuit publicatus, & sequenti coronatus, & vocatus Marcellus II.*

De Marcelli electione in posterorum memoriam scriptum reliquit Robertus Cardinalis de Nobilibus, qui Comitij illis interfuit. *Ad vespèram eiusdem diei quinto Idus Aprilis, sub horam 24. Spiritus sanctus Parrum mentibus prætulit lumina, vt eum intueri possent, quem Iesus Christus Deus, ac Dominus noster Ecclesiæ suæ præesse vellet. Nam cum omnes Cardinales vocati à Neapolitano ad concilium conuenssemus, incredibili quadam vi*

Ex Iulio Pogiano.

loc. cit.

Ex Pogiano loc. cit.

In Marcello.

loc. cit.

loc. cit.

loc. cit.

Cardinales in Comitij, quot.

Marcelli Ceruini de Spannochijs electio.

Marcellus II. dictus. Ratio cur nomen non mutauerit Ludouic. Donius de Hist. Caroli Hæric Spodan. in Hist. Eccles. Electionis modus.

compulsi, ad pedes Marcelli Cardinalis S. Crucis concedentes, cum Pontificem Maximum salutauimus. Quid enim dicam diuinum Numen non intercessisset? cum, & i, qui à Marcello vehementer abhorrebant, subito commutata sententia precipites ad eum Pontificem Maximum consalutandū ferrentur, & à multis præ lætissima lachryma effunderentur, vocesque plena hilaritatis, & gaudij miserentur: Omnes Marcellum, diuinum hominem una voce appellarunt. Cum igitur è cubiculo in eam, quam Pauli III. Cappellam vocant, ab omnibus Cardinalibus esset deductus, in sella Pontificia est collocatus, sum voce suffragia lecta sunt, quibus Pontifex Maximus Marcellus est confirmatus; quaesitumque ab eo, more maiorum, an Pontificium id munus susciperet. Quod ita Deo, inquit, vilius est, suscipimus. A Patribus vero illud etiam atque etiam petijt, ut assidue pro se vota facerent, ut sibi liceret ambulare in via Domini; ne quando Dominus, inquit, venerit ad me, & à me villicationis meæ rationem proposcerit, hæream. Demumque illam sibi veniam dari petijt à Patribus, ut postridie Pontificiam coronam sumeret, quod, & sibi inuicidissimum, & ad Aera-ry Pontificij angustias accommodatissimum fore dicebat. Inde in Pontificia sella sublatu, ab omnibus Cardinalibus ad Aedem Beati Petri sublatu est, & in sella illa collocatus, qua est ad Diuorum Petri, & Pauli ex lapide confecta. Facta re Diuina, est coronatus, quo die nullus tormentorum sonitus ex Romana arce, ipsius Marcelli Pontificis iussu datus est, quod cum in more institutumque Pontificum iamdiu positum esset, nunc sublatu, magnam plerisque mouit admirationem. Kalendis Maij, qui dies mihi semper erit (credo item bonis omnibus) ad memoria meroris insignis, Marcellus II. Pontifex Maximus, altero, & vigesimo die à Pontificatu renunciatione repentina morte ereptus est.

In Comitij post Iulij obitum, cum iam coeptum de Marcello agitari rumor atulisset, Cardinalis Theatinus protinus Purpuratorum Collegium conuenit, ingentique animo coram ijs Patribus pronunciauit. Meam equidem conscientiam, tum Romanam potissimum Ecclesiam, ac præclara Cardinalis Ceruini merita non minimum læderem, nisi apertè, & ex animo testarer, non alium me supremo hoc munere, ac loco digniorem illo agnoscere, proindeque in tanto viro honestando faciem præferam Ego Cardinalis Ostiensis, statimque in genua prouolutus, auspiciis Comitii ipse est; cumque Marcellus, (dum Theatinus procumberet) ipsi potius, qui inter publicas Christianæ rei curas consenuerat, eam dignitatem deberi profiteretur; respondit se nihil optasse, ac vouisse impensius, quam ut eo in loco optimum, flagrantemque zelo Pontificem intueri contingeret.

In Marcelli creatione, Antonius Tabo Albinganensis orationem scripsit, ediditque Romæ anno 1556.

Renunciatus Romanus Pontifex Marcellus; cum Cardinale Mantuano de controuersijs religionis per Concilium componendis aliquando verba faciens dixit, minus antea successisse, quod non prius integræ reformationi intentum fuisset. Eam Deceffores suos non vrtille, quod persuasum haberent eius prolectores Pontificiæ auctoritatis extenuationem solummodo spectasse; se verò contra existimasse, nihil æquè facere ad eam auctoritatè, vel conseruandam, vel amplificandam, quam si reformationi diligenter incumberetur: ea nanque nihil solidum tolli, sed vana tantum, & sumptuosa, ac graui. Non potuit tamen quæ conceperat, petificere, nam post paucos dies è vita migravit, ut dictum est supra: cadauer in Vaticano in Basilicæ nauis, quæ sanctissimi olim Sudarij nuncupabatur, conditum in antiquissimo ex marmore vale cum sepulchrali inscriptione sequenti.

MARCELLVS II. CERVINVS POLITIANVS PONT. MAX. SEDIT DIES XXII. VIXIT ANNOS LIV. OBIIT KALENDAS MAII MDLV.

Quod sepulchrum nostris hifce diebus coloribus etiam expressum in Vaticanis cryptis apparet.

Ex quo loco, recurrente anno 1606. die 25. Octobris sub noua Basilicæ pauimentum ossa translata, altera ibidem marmorea vrna excepta sunt. Ex m. s. Vaticanis habemus: Marcellus II. anno 1555. die prima Maij sepulchro marmoreo reconditur in Basilicæ nauis, qua sanctissimi olim Sudarij nuncupabatur; quo ex loco, recurrente anno 1606. die 25. Octobris, sub noua Basilicæ pauimentu translatus, altera ibidem marmorea vrna exceptus est.

Faufus Sabæus Marcello tumulum talem poluit.

Non ut Pontificem Summum, Sanctumque decebat MARCELLE; indigno conderis hoc tumula; Parce; ubicumque iaces, semper celebrare: honorat Non tumulus cinerem, sed cinis ipse locum.

Eidè plures inscripsit Ioachimus Bellaij; quorum primus hic est.

Tu quoque si fati potuisses rumpere iura, Tu MARCELLVS eras; o miserande Senex. At te fata tuis solum ostendere, neque vltra Pontificis titulo te voluere frui.

Te, quo nec melior Romana contigit Vrbi Nec meritis maior, nec probitate prior. Hec pietas, heu nota fides, deuotaque Christo Pectora, antiquæ religionis amor! Non illo quisquam bellis componere motus Aptior, aut uisus acrior hostis erat. Quanta illi in dubijs constans prudentia rebus, Quantum illi ingenium consiliumque fuit. Ab nimium felix, propria hac si dona fuissent Ab nimium felix, in quoque Roma fores. Alter verò est talis. Hoc tumulo situs est Vrbi Pater, & Pater Orbis, Romaque cum proprijs publica damna gemit. MARCELLVM cecinit diuina Musa Maronis, Hic quoque MARCELLVS, si licuisset, erat.

Post Marcelli obitum Iulius Pogianus ad Cardinales funebrem orationem habuit. In eisdem morte orauit Ant. Tabo Albinganens. Marcello adhuc Cardinali librum de Aedificatione Ecclesiæ Catholicæ conscripsit Iacobus Cardinalis Sadoletus: eidemque litteras dedit Io. Bapt. Sanga, Clementis VII Pontificis olim à secretis. Galeatius Episcopus Aquini, Sermones S. Augustini, aliorumque quos Italica lingua edidit, Marcello Ceruino Card. dedicauit. Eodem Marcello Card. flagitante Annibal Carus, duas S. Gregorij Nazianzeni orationes vulgari idiomate è latino conscripsit: vnam de Episcopali munere, & dignitate; alteram de Charitate in pauperes impertienda.

De Marcello Romano Pontifice scriptum reliquit Monaldus Monaldescus in sua Historia: Reliquit Marcellus II. famam magnæ bonitatis, & sanctitatis. De eodem laudationem scripsit Frânciscus Rogerius Italus, qui floruit Romæ anno 1630. Laurentius de Burgo Mugellensi Tuscus edidit Hetrusco sermone Marcelli II Vitam, quæ legitur in continuatione Platina. Antonius Tabo Albinganensis vt dictum est supra, litteras ad amicum scripsit de Marcelli creatione, & morte. Hieronymus Seripandus de morte Marcelli II. dolens, litteras quoque Italico idiomate scriptas ad Episcopum Felulanum perferendas dedit, eodemque Epistoliarum libro ad Principes impressas studiosus legere poterit.

Fuit Marcellus honesto corporis cultu, facie decorus, ore venerabilis, statura procerus, corpore gracilis, capillo subrufo, supercilijs disparibus, atque altero paulò eminentiore, moribus suauis, modestus, quietus, temperatus, in incessu, & motu grauis, liberalis pro censu, in eleemolynis largus, & quanquam rarus in risu, tamen quandoque facetus, & vt vno verbo multa complectar, in quo sanctitatis specimen in tam corrupto sæculo maximè relucebat.

De Marcelli meritis auctores quique clarissimi testimonium reddidere amplissimum: inter quos agmen ducent Cardinales duo præstantissimi, eius æquales, Sadoletus nimirum, & Bembus: ille geminis ad eum datis epistolis supra relatis, quibus in Marcello virtutem, prudentiam, integritatem agnoscit; eiusque mores, pudorem, ingenium, grauitatemque semper sibi summopere placuisse scribit, eoque etiam hæc esse illustriora, quod artium liberalium cognitione, & scientia fuerit ornatus; ideoque ex eius dignitatis incrementi, & amplificationis nuncio ita gauisum esse, ac si germanum fratrem eodem honore esse affectum cognouisset.

Alter verò ad Marcellum ita loquitur. Amplitudinem tuam, cibus plurimum; maximè ex eo tempore, quo te maximis, difficilissimisque de rebus, magno vestri Collegij confesso, magna totius Vrbi corona differrentem, atque ab alijs disceptata finientem, & sententiam ferentem audiu. Et postea. Anno superiori, cum Bernardus Bembus pater meus, vna cum septem collegis à nostra Republica Romam missus apud Iulium Pontificem Maximum Legati munere fungeretur; quo tempore multa populariter accepi de tuis optimis, grauissimisque moribus, digna verò Christiano Principe, digna Cardinali, digna te. Plura quoque à Nicolao Phryso familiaris tuo, viro peracuto ea de ingenio, de doctrina, de prudentia, de grauitate, de religione, de sanctitate denique intellexi tua. Quin, & illud accedit, quod exploratum habeo ab Alberto Pio Carpi Domino, qui cum est homo reliquis in rebus mirus, tum accerrimum in iudicando sensum habes, ex vestro Cardinalium Collegio neminem amari, neminem magni fieri, neminem existimari dignum Pontificatu illo maximo, & Petri clausibus æquè actè. Quamquam poteram ad te obseruandum, suscipiendumque ob hoc vnum duci, quod nulla est Vrbs, nullum oppidum, nullus mehercule in tota Venetia ora, aut in Cisalpina Gallia vicus, in quo quidem fuerim ipse: fui autem in multis, ubi non inuenerim aliquos, qui te miris laudibus in cælum ferrent, & tanquam Herculem ad sistinenda sidera; sic te ad illam Rempublicam Romanam labentem iam, & fatiscentem subleuandam, cælo nobis demissum dicerent. Et infra. Non desunt tibi, qui te colant: nam cum illis quidè non tota modo Italia, Germania, Gallia, Hispania refertæ, repletaque sunt, sed etiam apud vltimas gentes in alienissimis ab Orbe nostro regionibus, non vnus Reoibus es charissimus: tum autem multo plures, ac maiores clientelas habes ipse summorum in omni genere artium, ac disciplinarum hominum ex te pendentium.

Oratio funebris. Marcello Cardin. libros inferi büt aliqui

Litteræ de Marcelli morte.

Marcelli delineatio

Marcelli virtutes multi commendant.

Card. Theatinus qui fecerit Marcellu.

Vult mori in iustitiam.

Obitus. Cadauer in Vaticano conditum.

Sepulchru

Marcelli sepulchrales inscriptiones.

expectanturque tuos natus, quam tibi etiam necesse sit. Et qui te laudabant, ita laudabant: ut inter tuas innumerabiles, praestantissimasque virtutes, unam ponerent humanitatem; in qua quidem mirabiliter excelleres; tum summa cum gravitate tibi à natura datam; tum etiam cultam à te diligentissime, coniunctamque eum suavis moribus, utraque dulci, ac iucunda comitante. Atque utinam mihi contingat ea, quae nunc de te Cardinali cogito, brevis de eodem Pontifice maximo, ut spero cogitare. Idem Marcellum appellat. Principem in Christiana republica omnium doctissimum, atque religiosissimum: & gratulans ei de sua ad Cardinalatum assumptione hanc habet. *Cave putes vltum mihi diem posteaquam Roma sum, illo die, quo te Paulus Pontifex Maximus Cardinalem creavit, gratiore, aut iucundiore illuxisse: valde enim confido fore, ut singularis tua, & eximia probitas, ingenij praestantia, vita constantia, iudicium, plurimaeque tuae, maximeque virtutes, magnam sine auctoritate Christianae reipublicae, & huic sanctae Sedis allaturae; magnoque illis usui, & ornamento futurae. Quare non tibi unum de eo tantum gratulor; sed, & ipsi publicis, quas commemoravi, rebus, & nostro in primis Ordini, quem tua praesentia honestabis, ac ipsi mihi, qui de tua tam illustri honoris, & dignitatis accessione triumpho, & gaudeo.*

A Cardinalibus istis, Clementis VIII. summi Pontificis de Marcello nostro elogium ne seiungamus. Hic autem cum Robertum Bellarminum Societatis Iesu, non pietate minus, quam eruditione etiam ante purpuram eminentissimum, S. R. E. Cardinalium coetui adscripsisset, praeter alios rationibus, quibus se permotum fuisse Patribus edixit, ad illum tanta dignitate orandum, haec vna fuit; quod scilicet è forore, optimi Pontificis Marcelli II. ortum habuisset, ut referunt, qui de rebus gestis eiusdem Cardinalis scripserunt.

Venio nunc ad alios Marcelli meritum, virtutumque praecones. Paulus Manutius in ea, quam ad ipsum scribit Epistola, Marcellum praedicat virum magnum, pietate erga Deum propensum, & altissimis consilijs, & cogitationibus affluentem. Dicitur ab Onuphrio sanctitate, & doctrina praefulisse; ita ut ipsius vita omnium disciplina potuisset haberi: & ab eodem: Bearus, & sanctissimus ille vir: *Marcellus Cardinalis sanctae Crucis*, in cuius clientelam se totum dedisse ait, tanti viri virtutes admiratum, eiusque hortatu à profanis historijs conscribendis, quibus ante deditus erat, ad Ecclesiasticas animum vertisse. A Guillelmo Paradino Historico nostrate: *Vita sanctitate incomparabilis, ac Ecclesia nascente, quam inclinata, & calamitosa hoc, ac depravato seculo dignior.* A Ioanne Chappeauillo de Episcopis Leodiensibus, in Georgio Austriaco: *Singulari sapientia, doctrina, & sanctitate clarus;* quod totidem verbis repetunt Horatius Turfellinus in Historia Lauretana, & Abrahamus Bzouius tomo xx. Annalium. Copiosius his omnibus Nicolaus Orlandinus in Historia Societatis maxime libro xv. in quo breuem sui Pontificatus habet descriptionem, eximiamque eiusdem laudem his verbis commemorat. *Marcellus Ceruinus Politianus Iulij III. successor longe maiora pollicebatur, si vita suppedisset: verum spem totius Christiane gentis qua quidem vix Pontificem prius eum creatum, quam mortui potuit audire breuem sustulit communis moriendi necessitas.*

Quid? quum ab eius laudibus, ne ipsi quidem fidei hostes abstinerant: nam Theodorus Bibliander, magni apud suos nominis, ubi seriem Pontificum ordinat, sic habet. *Sedit anno 1555. Marcellus II. vir sanctus, & doctus.*

Latinus Latinus in litteris ad Episcopum Cracoviensem Iacobi Cardinalis nomine v. Kal. Maij 1555. datis, haec de Marcello electione habet. *Quarto decimo Kalendas Maij binas litteras tuas accepi, quae mihi à Tiscinio una cum Epistola ad Iulium III. Pontificem scripta, reddita sunt. Is vero Pontifex, ut iam dudum ad vos allatum esse arbitror, decimo Kal. Aprilis, cum amplius mense morbo, podagraque laborasset, mortuus est; atque in eius locum septimo Idus Marcellus II. antea Cardinalis sanctae Crucis, omnibus amplissimi Ordinis sententijs, misericordique consensu Pontifex creatus est. Quem hominem Deus Optimus Maximus his miseris temporibus Ecclesiae suae praesse voluit, ut ego quidem sentio; ne tot malis afflicta, tot hostibus vexata, oppugnataque; Catholica fides, atque religio corruptissimorum hominum, impiorumque. Haereticorum iniurie, calumnijs, impudentiaque diuisus esset exposita. Quare cum Deo gratias agere omnes debemus, tum Christianae reipublicae magnopere gratulari, cui sub optimo, sapientissimoque Principe plane sperandum esse, non modo improborum conatus, ut propediem comprimentur, evadenturque; verum etiam, ut in pristinam ipsam dignitatem, atque splendorem, id est ad verè Christianam pietatem, traditumque à Patribus cum sacrorum omnium rituum, tum Des, Diuorumque cultum consentaneum, necessariumque renovetur, atque restituatur.*

Ioseph Silos in Historia Clericorum Regularium, Marcelli laudes his verbis explicuit. *Iulio igitur Pontifice hoc anno die tertia, & vigesima mensis Martij, elato; consalutatus sacrorum Princeps est Marcellus Ceruinus Politianus, appellatusque eodem nomine Marcellus Secundus, dignus plane loco, & fastigio; ut potè quem*

mores supra vulgarem Purpuram, exacta vita innocentia, consultissima usu rerum mens, prudentia, equitas, ac reliquae Principes virtutes, Scriptorum omnium testificatione ad id culmen eue-xerant. Praclare admodum cum Christiana republica actum esset, si ut optimus, ita non adeò brevis eui Pontifex fuisset: renunciatu quoque communi, ac prona Patrum suffragatione die nona Aprilis, infulam, ac mortalitatem exiit eodem mense exeunte, ut nescias, virum maiorem Orbi latitiam electio, an hactum praematura mors attulerit.

Syluester quoque Petralancta in Vita Roberti Cardinalis Bellarmini ita de illo scripsit. *Marcellus Ceruinus Pontifex sane maximus, & sanctissimus, spem excitauerat fore ut nutantem Christianam reipublicam humeris suis sustentaret, introduceretque, & stabiliret illius delectam, atque constitutam formam. Roma vero sperabatur magna per eum reipurgatio; futurum enim videbatur, se eius unius praesidis nutu, quasi anima, & mente regeretur, ut mores pristini reuertent, & egesto quicquid turbidum, restitueretur vis legibus; religioni veneratio: supremoq. Senatus masestas. Adeo ille sapientia sua, atque solertia, perturbatum ordinare Ecclesiae statum ante eam diem in sacro Tridentino Concilio conatus fuerat. Sed grandia consilia perducere destinatum ad finem nequirit, repentino obitu sublatu, cum ingenti luctu non Urbis modo, & circumiacentium Italiae populorum; sed externarum nationum etiam, qua indolere grauer, atque ultra morem lamentate sunt; sese eo priuari, altero, & vigesimo die, quam Pontifex delectus fuerat; tanta infederat animis persuasio viri visu, atq. auditu iuxta venerabilis. Nihilominus super fundamenta existimationis magne, quae posuit animus ille tam capax supremi regiminis, viuet quamdiu fama, & aeternitas erant, diceretur, vera eius cum laude: Pontificatum tenuisse alios; neminem, si publicum luctum, atque opinionem spectes, gloriosius reliquisse.*

Marcellus etiam Ceruinus Politianus eiusdem Pontificis propnepos oratione, quam habuit in Collegio Politiano Societatis Iesu ediditque in lucem anno salutis 1611. Marcelli II. laudes explicauit. Demum agmen claudat Robertus Cardinalis Bellarminus, qui hoc de Marcello elogium ex antiqua Historia Lauretanae Domus, quod manu sua exaratum apud me est, scriptum reliquit. *Succesit Iulio III. Marcellus huius nominis II. vir sanctissimus, quo Pontifice dignus non fuit mundus: colebat is unice sacratissimam Domum Lauretanam, & multis audientibus dicere solitus erat, esse Lauretani sacrae dignitatem, sanctitatemque, ut nullus in illud nisi prius sacramentali confessione se expiasset, & cilicio indutus fuisset, ingredi deberet, quod ipse magna religione obseruabat; Italsam quoque, & Mundum uniuersum tanto munere indignum, summaque religione colendum, summsque laudibus, & honoribus extollendum asseuerabat. Degebat vir sanctissimus adhuc Cardinalis in oppido Lauretanae Domui vicino, quod Montefanum vocant, quod ipse suum natale solum appellabat, ludens illo Poeta versiculo.*

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Allicit, immemores nec finit esse sui.

Inde igitur frequentissime Lauretanam Domum inuisebat, mysteria nostrae salutis, altissima, qua praeditus erat, sapientia perpendebat, & crebris Missae sacrificijs, prudentissimisque orationibus Deo, & Lauretanae Virgini placere studebat. Anno igitur salutis humanae 1555. accepto inopinato nuncio de Iulij III. morte, statim Lauretum se contulit, & accersitis omnibus religiosiss Societatis Iesu, quos una cum uniuersa Societate unice diligebat, illos graui, ac pia oratione est cohortatus, ut pro bona electione optimi Pastoris, proque alijs S. R. E. necessitatibus diuinum Numen flecterent, & Deiparam Virginem enixe obsecrarent. Narrat deinde quae Marcello in eodem sacello euenere, superius in eiusdem Marcelli Cardinalis Vita enarrata.

Nonnullorum licet tantummodo dierum spatio Romanus Pontifex Marcellus vixerit, plura tamen vidi illius numismata, in quorum omnium facie prima, solù nomen exaratum apparet his verbis: MARCELLVS II. PONT. MAX. in altera verò facie vnum, mulierem sedentem, sine lemmate: aliud: claues S. Petri cum litteris: CLAVES REGNI COELORVM: tertium; Christum in horto orantem, cum lemmate: SI POSSIBILE EST TRANSEAT A ME CALIX ISTE: Alterum mulieres tres, Virtutes representantes cum litteris: MEMORIAE OPTIMI PONTIFICIS: demum vnum vidi, cum muliere praemanibus librum, ac nauis clauu habente, sine lemmate vlllo.

Neapoli in Ecclesia principe est Marcelli Cardinalis Ceruini effigies per Georgium Vassarium Aretinum, iussu Ranutij Cardinalis Farnesij ad viuù expressa olim cernebatur, ut idem Georgius in secunda parte Vitae Pictorum testatur.

VICE CANCELLARIVS sub Marcello Papa II.


Alexander Farnesius Diaconus Card. S. Laurentij in Damaso.

Fidei hostes Marcel-lum laudant

Marcelli numismata.

Marcelli effigies con-labris expressa Neapoli cernebatur. Barthol. Chiocciat. de Archiepis. Neapolitanis.

PAVLVS IV. PONT. CCXXVII. ANNO DOMINI MDLV.



PAVLVS

PAVLVS Papa Quartus, Ioannes Petrus Carrara antea nominatus, non procul à Furcis Caudinis, vbi Spurius Posthumius, quum Romani nõ bene pugnauisset, pacem cum Samnitibus fecit, in Scala, vico S. Angeli vocato, anno Christi 1466. die iij. Kalendas Iulij natus, patre Io. Antonio, inter Neapolitanos Procere spectata; notæque virtutis homine, Diomedis Carraræ Matalunæ Comitis filio, matre verò Victoria Camponeſca, quam Petrus Lallus Aquilanorum primarius ciuis genuerat. Paulus adhuc adoleſcens in Latinæ, Græcæ, Hebraicæque linguæ studium incumbens, pacem morum integritati, sacrarum litterarum scientiam adiunxit. Probitatis igitur, & scientiæ opinione, à Iulio II. Episcopus Theatinus creatus, paulò post Neapolim missus, Ferdinandum Hispaniæ Catholicum Regem, Pontificis nomine, suscepit, & aliquot annos post, vt S. Petri vici gal in Anglia colligeret, missus, ibi triennio mansit. Vnde in Hispaniã nauigans, à Catholico Rege, cuius gratiam Neapoli promeruerat, in consilia admittitur, facelli Regij, magnus (vt loquuntur) Cappellanus eligitur; quo munere, sub Carolo Hispaniæ Rege, postea Imperatore, vsque ad Hadriani VI. tempora, laudabiliter functus est. A quo Pontifice Romam accersitus, corrigendis hominum moribus, & restituendæ Religionis Christianæ disciplinæ præficitur, incredibili apud eundem Hadrianum gratia, quo cum, ob similitudinem morum, vetus in Hispania consuetudo intercesserat. Sed Hadriano optimo Pontifice vita erepto, Theatinæ Ecclesiæ, & Brundusinae, quæ tunc ab Imperatore Carolo V. recens ei offerebatur, sub Clemente Papa VII. sponte renunciauit; meliorisque vitæ pertæsus, sub monte Pincio longe ab hominum conspectu, priuatis in ædibus diu confedit, ac nouum postea Presbyterorum Collegium instituit, qui Theatini à Theate oppido, cui Episcopus præfuerat, appellati sunt. Cui primi sodales adheſere Caietanus Thionneus, Bonifacius Colensis Alexandrinus, Paulus Consiliarius, seu Ghisilieri, quorum sanctæ viuendi ratione à Clemente VII. approbata, 17. Kalendas Octobris Christi anno 1528. & Pontificatus quinto ad aram Principis Apostolorum in Vaticano, solemnna paupertatis, obsequij, & castitatis vota, emiserunt. Post Urbis direptionem, Roma profectus primum ad Matthæum Gibertum Veronenſem Præsulem diuertit, ac deinde Venetias contendit, vbi cum pijs suæ religionis hominibus morabatur. Inde Romam à Paulo III. bis per litteras euocatus, (qui Carraræ industriam, virtutesque nouerat) Presbyter Cardinalis tit. sancti Clementis adlectus, Theatinum Archiepiscopatum recepit. Purpura igitur insignitus, (vt alia omittam) autore fratre Ioanne à Toledo Cardinale Bugenſi, ac postea Compostellano Archiepiscopo sanctæ Inquisitionis tribunal, Christianæ rei-

A publicæ necessarium, vt à Paulo III. Romæ institueretur, obtinuit. Cui regendo ipse, vt aliquot alij Patres doctrina, & vitæ sanctimonia illustres, delecti à Paulo III. fuerunt. Sub quo Ioannes Petrus Carrara à titulo S. Mariæ Tranſtyberim, ad Episcopatum Albanum, Sabinum, ac tandem ad Neapolitanæ Ecclesiæ Sacerdotium confendit: sub Iulio III. Tusculanus Episcopus, & Ostiensis, & Collegij Decanus declaratus; post Marcelli II. mortem, die festo Ascensionis Domini, anno 1555. die x. Kalendas Iunij, Alexandro Farnesio Cardinale autore, à quadraginta quatuor Cardinalibus Pontifex Maximus renunciatus, beneficiorum à Farnesijs colatorum memor Pauli I V. nomen accepit. Morem enim prædecessorum sequutus, licet Ioannes Petrus, vt diximus, antea vocaretur, Petri nomen retinere noluit, non quod officio minor, sed meritis eſset inferior.

PAVLI Electio.

CARDINALIUM NOMINA Quæ Conclauis Pauli Papæ IV. interfuerunt.

EPISCOPI CARDINALES IV. PAVLI PAPAE III.

- 1. Ioannes Petrus Carrara Neapolitanus, Episcopus Cardin. Ostiensis, Veliternus, ac Decanus Papa Paulus IV. electus
2. Ioannes Bellaius Gallus, Episcopus Cardinalis Portuensis, & S. Rufinæ.
3. Rodolphus Pius Carpenſis Episc. Card. Tusculanus.
4. Fr. Io. Aluarez de Toledo, Episcopus Cardinalis Albanus.

PRESBYTERI CARDINALES XXVI. PAVLI PAPAE III.

- 5. Robertus de Lenoncourt Gallus, Presbyter Cardinalis tit. S. Apollinaris.
6. Michaël Siluius Lusitanus, Presb. Cardinalis tit. S. Mariæ Tranſtyberim.
7. Ioannes Hieronymus Moronus Mediolanenſis, Presbyter Cardinalis tit. S. Laurentij in Lucina.
8. Christophorus Madrutius Tridentinus, Presbyter Cardinalis tit. S. Cæfarei in Palatio.
9. Gregorius Armaniacus Gallus, Presbyter Cardinalis titulo SS. Ioannis, & Pauli, aliàs Pammachij.
10. Franciscus de Mendocça Hispanus, Presbyter Cardin. tit. S. Eusebij.
11. Otho Truchſeſius Germanus, Presb. Card. tit. S. Sabinæ.
12. Bartholomæus de la Cueva Hispanus, Presbyter Cardinalis tit. S. Bartholomæi in Insula.
13. Durantes de Durantibus Brixienſis, Presbyter Cardin. tit. SS. Duodecim Apostolorum.
14. Petrus Pachecus Hispanus, Presb. Card. tit. S. Balbinæ.
15. Ranutius Farnesius Romanus, Presbyter Cardinalis titu-

PAVLI pãmordæ

THEATI- norum religio à Paulo instituta.

- lo sancti Angeli in Foro piscium, Maior Penitentiarius.
- 16. Hieronymus Verallus Romanus, Presbyter Cardinalis tit. S. Marcelli.
- 17. Io. Angelus Medices Mediolanensis, Presbyter Card. tit. S. Stephani in monte Coelio.
- 18. Tiberius Crispus Romanus, Presb. Card. tit. S. Agathæ.

IVLII PAPAE III.

- 19. Christophorus de Monte Aretinus, Presbyter Card. tit. S. Praxedis.
- 20. Fuluius Corneus Perusinus, Presb. Card. tit. S. Mariæ in Via
- 21. Ioannes Michaël Saracenus Neapolitanus, Presbyter Cardinalis tit. S. Mariæ de Araceli.
- 22. Ioannes Riccius Politianus, Presbyter Cardinalis tit. S. Vitalis, alias Vestinæ.
- 23. Ioannes Andreas Mercurius Messanenſis, Presbyter Cardinalis tit. S. Cyriaci in Thermis.
- 24. Iacobus Puteus Gallonarbonensis, Presbyter Card. titulo S. Simeonis.
- 25. Fr. Petrus Bertanus Mutinensis, Presbyter Cardinalis tit. S. S. Marcellini, & Petri.
- 26. Fabius Mignanelius Senensis, Presb. Card. tit. S. Syluestri.
- 27. Ioannes Poggius Bononienſis, Presb. Card. tit. S. Anastasie
- 28. Ioannes Baptista Cicada Genuensis, Presbyter Card. tit. S. Clementis.
- 29. Hieronymus Dandinus Cæſenatenſis, Presbyter Card. tit. S. Matthæi.
- 30. Petrus Taliaua Panormitanus, Presb. Card. tit. S. Callisti.

DIACONICARDINALES XV.

LEONIS PAPAE X.

- 31. Franciscus Pisanus Venetus, Diaconus Card. tit. S. Marci S. R. E. Archidiaconus.

CLEMENTIS PAPAE VII.

- 32. Hercules Gonzaga Mantuanus, Diac. Cardinalis tit. S. Mariæ Nouæ.
- 33. Hieronymus de Auria Genuensis, Diac. Card. tit. S. Thomæ in Parione.

PAVLI PAPAE III.

- 34. Alexander Farnesius Romanus, Diac. Card. tit. S. Laurentij in Damaso, S. R. E. Vicecancellarius.
- 35. Guido Ascanius Sfortia Romanus, Diac. Card. tit. S. Mariæ in Via lata S. R. E. Camerarius.
- 36. Nicolaus Caietanus Romanus, Diac. Card. tit. S. Eustachij.
- 37. Hippolytus Estensis Mutinensis, Diac. Card. tit. S. Mariæ in Aquiro.
- 38. Iacobus Sabellus Romanus, Diaconus Cardinalis, tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano.
- 39. Hieronymus de Capiteferreo Romanus, Diac. Card. tit. S. Georgij in Velabro.
- 40. Iulius Feltrius Roboreus Vrbinatenſis, Diac. Card. tit. S. Petri ad Vincula.

IVLII PAPAE III.

- 41. Innocentius de Monte Placentinus, Diac. Cardinalis tit. S. Onuphrij.
- 42. Fr. Aloysius Cornelius Venetus, Diaconus Cardinalis tituli S. Theodori.
- 43. Ludouicus de Guisfa Diac. Card. Lotharingus.
- 44. Hieronymus Simoncellus Vrbeuetanus, Diac. Card. tit. S. S. Cosmæ, & Damiani.
- 45. Robertus Nobilis Politianus, Diaconus Cardinalis titulo S. Mariæ in Dominica.

CARDINALES X.

ab hac electione absentes.

- 46. Ludouicus de Borbonio Gallus, Episc. Card. Prænestinus.
- 47. Franciscus de Turnone Gallus, Episcopus Card. Sabinus.
- 48. Claudius de Giury Gallus, Presb. Cardinalis, tit. S. Agnetis in Agone S. R. E. Archipresbyter.
- 49. Odetus de Chastillon Gallus, Diaconus Cardinalis titulo S. Hadriani.
- 50. Antonius de Meudon Gallus, Presbyter Cardinalis titulo S. Chrylogoni.
- 51. Iacobus de Hannebaud Lexouienſis Gallus, Presbyter Cardinalis tit. S. Sufannæ.
- 52. Federicus Cæsius Romanus, Presb. Card. tit. S. Priscæ.
- 53. Henricus filius Regis Portugallie, Presbyter Cardinalis tit. S. S. Quatuor Coronatorum.
- 54. Carolus de Guisfa Lotharingus, Presb. Card. tit. S. Cæciliæ.
- 55. Carolus Borbonius Gallus, Presbyter Card. tit. S. Sixti.
- 56. Reginaldus Polus Anglus, Diaconus Cardinalis tit. S. Mariæ in Colmedin.

Electus ergo ætatis suæ anno 79. supra Basilicæ Vaticanæ gradus, proximo die Dominico, magno quidem fastu, & pompa, sed non minori omnium hominum incore, eius seueritatem timentium, à Pisano Cardinali coronatus 7. Kal. Iunij, Imperatoribus Carolo V. & Ferdinando Augustis, ann. 4. mens. 2. dies 27. Ecclesiæ Dei præfuit.

Qui vulgatam seueritatis famam, noua clementiæ laude mutare percipiens, Pontificatus initio, se nihil nouaturum promisit, multaque tam publicè, quàm priuatim benignitatis, ac liberalitatis signa dedit, magnitudinemq; regij animi præferens, magnos, & nobilissimos viros, sibi famulari voluit. Ab œconomio suo rogatus, quo nam modò ipse, & fratris filij victuri in Põtificatu essent?

Munificæ (inquit) *vt Principes deest, liberaliterq; viuemus.* Populum Romanum multis, ampliſq; beneficijs fouit; nam antiquorum Pontificum priuilegia firmavit, & extendit, Tiburque (Card. Estense ab administratione eius loci submoto) Populo Romano donauit. Quorum ergò, Quirites statum in Capitolio marmoreæ posuere, & centum ex nobilitate viros, sine stipendio, Pontificis custodiæ addiderunt, qui ab eo fidei *Equites* vocati, honore equestri insigniti fuerunt. Iudæorum synagogas, præter vnam, excindi iussit, & glauci coloris pileo eos vt, septisq; includi, & eorum vsuras coerceri. Pecunias, quæ Datario soluuntur, & vulgò *Cõpositio-nes* vocantur, an licitè capi possent, & legitimè ne essent? examinari, præcepit, grauitè in eos, qui accipiendas censebant, inuectus. Quæ dum magna omnium laude ageret, & Gallorum studiosus, Hispanis esset infensus, bellum, aduocato Gallorum exercitu, contra Philippum Hispaniæ Regem II. parauit, vt eum regno Neapolitano depelleret. Id Albæ Dux strenuè, fortiterq; excepit, & afflictis Pontificis opibus, ab incepto Paulum desistere, & pacis conditiones accipere coegit. Pacis verò præcipua occasio fuit Philippi Regis victoria, apud S. Quintinum, anno Christi 1557. quæ omnis ferè nobilitas Gallorum capta, & virtus attrita fuit. Initæ pacis leges; quod Rex Philippus debitum Pontifici obsequium, deferre, & Pontifex eum in veterem gratiam restituere teneretur, neue in Gallia, aut Hispaniæ factionem inclinaret. Præterea, vt omnibus, qui eius occasione belli deliquissent, nulla pœna infligeretur, & ad pristinos honores reciperentur, vt oppida à Cæsarianis capta, sedi Apostolicæ redderentur, Palium sequestre fieret, & fido præsidio, communiq; sumptu custodiretur. Nam in hoc bello Pontifex Columnios persequutus, Marcum Antonium Columnam, & Ascanium patrem afflixerat, oppida, quæ in Ecclesiastica ditione Columnij habebant, eripuerat, eaque Ioanni Carrafæ nepoti, quem Ducem Paliani vocauit, dono dederat. Post bellicam in toto Latio calamitatem, Tyberis inundatio, aliam Vrbi non minorem inuexit. Quæ licet multò maior, quam illa, quæ Clementis VII. temporibus fuit biduò per Urbem stagnauerat, cum ea tamen, quam nostra ætate sub Clemente Papa VIII. vidimus exundationis excessu comparanda non est.

Composita pace, Dux Guisus, Galliam conscensis nauibus petijt, & Albæ Dux eodem die Romam ingressus, benignè, & cum honore à Paulo IV. suscipitur. Quo rogante, vinculis, belli causa detenti, liberantur. Post hæc, rebus vrbis, & corrigendis Reipublicis animum intendens, penuriæ vrbis, & populi fami (quinquaginta millibus aureorum intemptis) occurrit. Sanctum Inquisitionis Tribunal erexit, & decem Cardinales qui huic iudicio interessent, designauit, quos inter, maximum Inquisitorem Fr. Michaëlem Ghislerium, cognomento Alexandrinum, accurrimum, hæreticæ prauitatis vindicem, virumq; integerrimum constituit. Atqui, ne aliquis hæreticus error piorum animis obreperet, Indicem librorum à se damnatorum, publicauit. Fratres religionum, & Monachos omnes, qui monasterijs aberant, aut habitum, Pontificum nutu exuerant, ad monasteria reuerti, seuerè præcepit, & recusantes, tota Ecclesiæ ditione perquisitos iussa capessere, compulit, aliquotq; contumaces trirëmis damnauit.

Hoc interim spatio Carolus V. Imperator abdicatum rerum humanarum Imperium in fratrem Ferdinandum tranſtulit; cuius Legatum Martinum Guzmanum virum nobilem audire publicè noluit, eum tamen priuatim excepit, agrè ferens, quod, sede Apostolica inconsulta, Carolus fratri Ferdinando Imperium cesserat. Quùm suorum crimina sibi delata cognouisset, frequenti Senatu in eos vehementer inuectus, Vrbe cedere, & Cardinalem Carrafam apud Lanuium manere, rogatus permisit. Magistratus à suis collatos, & tributa quæq; se inconsulto, indicta, prorinus sustulit. Cardinales 19. & inferioris ordinis 40. Patres legit, qui secù per singulas hebdomadas, certis, statiq; diebus ciuium querimonias exciperent, & totius Ecclesiasticæ Imperij causas cognoscerent, vt clarius suorum culpas indagaret, jus ex æquo omnibus se redditurum pollicitus. Quæ in re, miram, omnium sententia, equitatis, & iustitiæ gloriam reportauit.

His curis liberatus, omnes sanctæ Inquisitionis causas, coram se in hebdomada statuto die semel referri mandauit. Festum Cathedralis S. Petri iam exoletum reuocauit. In eos, qui Pontificatum turpiter ambirent; grauiſſimas pœnas edixit. Commodioris regiminis causa in Germania, Philippi II. precibus, necnon apud Indos supplicante Portugallie Rege, multas Ecclesias Cathedralis ere-

C. G. R. O. natio Pauli Pape IV.

MARMO rea Põntificis itana in Capitolio enigi- tur. PAVLVS Iudæos glauci coloris pileo vt iubet.

PAVLVS bellum cõtra Hispaniæ Regem.

INITA pacis leges, inter Pauli, Hispaniæque Regem.

TIBERIS inundatio

ALBÆ Dux Romam veniens benignè à Paulo suscipitur.

PAVLVS inquisitionis tribunal erigit.

CAROLVS V. Imperium in Ferdinandum tranſtulit.

PAVLVS suos consanguineos Roma capellit, re ab illis ge- ritas reuocat.

SAN- ctæ Inquisitionis causas coram se referri mandauit.

xit, nouoque Episcopos prefecit, qui exemplo, & verbo, sibi commissas oues pascere, nouis à sede Apostolica creatis Metropolitani, quibus illi subessent.

Ceterum, quamquam religionis tuenda, & conseruanda studio clarus super omnes retro Pontifices haberetur, multorum tamen sermonibus eius eximia virtus, quae improbis seuera nimis videbatur, lacerata fuit. Ac tunc maxime, quum post eius obitum, Romani populi furor in eius statuam nuper erectam, excitato tumultu, conuulsis omnium Carrasarum insignibus, debacchatus, domo Inquisitionis incensa, carcere detentos liberauit. Tanti refert, in quae tempora, vel optimi cuiusque virtus incidat. Quum Imperator Carolus V. anno 1559. die iij. Idus Martij rebus humanis excessisset, & Henricus Galliae Rex anno 1559. in ludicro hastarum certamine infeliciter fuisset occisus, Paulus IV. Pontifex Maximus in morbum prolapsus, sibi mortem adesse praesentens, Cardinales ad se vocatos mirabili eloquentia, ad Inquisitionis officium (quod ipse sanctissimum vocabat,) & vt in optimo Pontifice deligendo consentirent, hortatus, precatuque vt si in Senatu cogendo negligentior fuisset, id aetati, & valetudinis incommodo adscriberent, eos dimisit. Vltima morientis verba fuere, *Latus sum in his, quae dista sunt mihi, in domum Domini ibimus.* Obijt anno Christi 1559. die 15. Kal. Septembris aetatis suae 83. mense 1. diebus 22. quum Ecclesiam Dei annos iij. menses ij. dies xxiv. insignis religionis zelo restituenda, ac firmanda Ecclesiae disciplinae ardore, quae nimis perturbata erat, gubernasset. Cadauer in Vaticana Basilica conditum, à Pio V. Papa in Ecclesiam S. Mariae super Mineruam translatum, & pulcherrimo, marmoreo sepulchro cohonestatum fuit. Sedes, menses 4. dies 7. vacauit.



SIGNVM P. P.

PAVLI IV.

ADDITIO ANDREAE VICTORELLI.

* *Presbyterorum Collegium instituit.*] Quidam Io. Petrum Carrasam, quidam Caietanum Thienum, ordinis Clericorum Regularium institutorem agnoscunt: alij ab his, à Bonifacio à Colle, & à Paulo Consiliario ordinem institutum fatentur: Ego cum ijs sentio, qui duos illos institutores, hos autem socios appellant: nam Clemens Septimus litteras, quibus eundem ordinem firmavit, ad Ioannem Petrum Episcopum Theatinum, ad Caietanum Vicentinum Presbyterum, & ad socios, eorum dedit, anno 1534. die Iulij 24. De Vita Caietani, Bonifacii à Colle, & Pauli Consiliarii Antonij Caraccioli Latine, de Caietani etiam Castaldus Italice scripsit.

* *Caietanum.*] Hic illustri genere ortus, sanctitate enituit. Plura monumenta sanctimoniam, & miracula tanti viri testantia Apostolica auctoritate confecta nonnulli Romanæ Rotæ Auditores viderunt, probarunt, & de Theologicis, moralibusq. eius virtutibus, de sanctimoniam fama, ante, & post obitum, de tumuli cultu, & de miraculis constare, testati sunt. Panuinius olim Caietanum, virum sanctum appellauit.

* *Auctore F. Jo: à Tolet.*] Panuinius in Pauli IV. Elogio hæc. *Vique S. Inquisitionis Tribunal institueretur, cum Ioanne à Tolet Cardinali Compostellano, ordinis Predicatorum, auctor fuit.* In eiusdem Vita, Pontifice Paulo III. auctor in primis fuit, vt sanctæ Inquisitionis admodum necessarium Tribunal, præstantissimis Patrum ad id munus Iudicibus lectis, Roma institueretur. Caracciolus, & Castaldus in Pauli IV. Vita, Cardinalem Theatinum, hæretica lue in multis Italiae urbibus, locisq. grassante, Paulo III. vt Romæ S. Inquisitionis Tribunal, cui omnia alia subijcerentur, erigeret, consiliarium, & auctorem fuisse, narrant. Paulus III. grassantis hæresis malis, Patribus in Consistorio aliquando patefactis, cuiusque sententiam exquisiuit, ijs auditis, remedium, à Cardinali Theatino ante mentis oculos constitutum indicauit, quod omnes, sed in primis Io. à Tolet Cardinalis Compostellanus vir pietate, zelo fidei, rerum vsu, & doctrina clarus, Card. Theatini amicus, probauit: & vt Tribunal à Paulo III. quamprimum institueretur, hortator fuit. Vt Neapoli eiusmodi Tribunal constitueretur, Cardinalem Compostellanum suaforem fuisse, Cabrera verius dixisset; ille enim, Petrum à Tolet fratrem, Præregem Neapolitanum ad hoc hortatus est, & anno 1546. nonnullos Dominicanæ ordinis patres ad eam urbem misit, qui Diploma Pontificium de hac re publicarent. Caracciolus l. c. & Castaldus. Io: Valdes Hispanus, ex cuius officina Petrus Martyr Canonicus Regu-

laris, Bernardinus Occhinus, Senensis, & M. Antonius Flaminius prodire, Neapoli multos hæretica pestis contaminauerat: epistolas enim D. Pauli domi explicans corrupti dogmatis venenum, effuderat. Volebat: Protex Neapolitanus, more Hispanico, hæreticorum bona Neapoli à Censoribus fidei regio ætario addici, quod Neapolitanis insignem molestiam attulit.

* *Die Ascensionis.*] Panuinius in Chron. in Elog. Castaldus cap. 8. hora 16. Panuinius in Chron.

* *A 44. Cardinalibus.*] Ex Panuinio in Chron. Idem Caracciolus in M. S. Pauli IV. Vita lib. 4. c. 1. Castaldus c. 8. Post breues, sed acerrimas Cardinalium contentiones, Cardinalis Theatinus, Dei nutu, in Romanum Pontificem delectus est. Cæsariani Carpensem, vel Polium, vel Moronum, & nemine ex his delecto, Puteum Cardinalem in D. Petri sede collocatum cupiebant: dissidebant Galli: Farnesius Petrum Bertrandum Cæsarianarum partium Cardinalem, & cum hic, Cardinalis S. Georgij non arderet, Theatinum proposuit. Galli ab hoc non alieni ad eius cubiculum accurrerunt; Carpenfis, & S. Iacobi Cardinales his adhæserunt, & ad Paulinum facellum, forte peruenerunt; ibi Theatinus, quem Card. Nobilius, iuuenis integerrimus, apprime Pontificem Romanum cupiebat, locatus est adorandus in sede, à qua cum vellet recedere, à Farnesij Cardinalibus vi, fere, in illa detentus est: deerant tres Cardinales, qui necessarium numerum absoluerent, accessit Moronus, deinde S. Floræ Cæsarianorum Cardinalium Princeps, & Puteus Cardinales, Theatinumque vt Pontificem, venerati sunt, qui creatus adoratione Pontifex, Paulus dici voluit, tum quia D. Paulo à primis annis addictus fuerat, tum quia Pauli III. cui multum debebat, eximia beneficia memoria colebat. Cardinalis Puteus, vir doctus, & rectus, erat quidem Gallus, sed quia propensus erat in Cæsarem, Cæsarianis Cardinalibus displicere, non poterat.

* *Magno fastu, & pompa.*] De fastu nullum verbum Cabrera in Panuinio legere potuit. Nonnullos de insigni Pontifice acerbe, & parum prudenter locutos, doleo.

* *Omnium hominum morore.*] Non omnium hominum invidia, sed eorum, qui Pauli seueritatem, metuebant, eum coronatum Panuinius, Caracciolus, & Castaldus dixere. Multi, legum fræno abiecto, vitam ducebant: eam autem viuendi licentiam à Paulo, iustæ seueritatis cultore, coërcendam putabant: hinc ille lachrymæ, hinc ille moror. Scelerum ofores Pontifice iustitiam colente creato, & coronato lætati sunt. Die coronationis, intermissa consuetudine reuocata, nobile conuiuium Paulus extulit, iussit. Solebant Romani Pontifices eo die, præter alios, in signe celebrare conuiuium: idq. factum à Pio II. & Paulo II. affirmat Augustinus Patritius lib. 1. sect. 3. Cæremoniarum, siue Rituum S. R. E.

* *Nihil nouaturum.*] Ex Panuinio: idem Caracciolus, & Castaldus l. c. Placuit Paulo monitio illa taciti. *Novum Regnum inchoantibus visis clementie, & largitatis fama.*

* *Tibur Populo Romano donauit.*] Amoto Cardinali Estense, Tibur Populo Romano concessit, ait Panuinius; qui eadem de privilegij auctis.

* *Quirites statuam.*] Eam Paulus marmoream magis, quam æneam cupierat; Panuinius. Pyrrhus Ligorius, Sculptor excellens illius statuæ artifex. Castaldus c. 13.

* *Pontificis custodie.*] Qui, nouo exemplo, corporis Pontificis per vicos custodes essent perpetui. Ex Panuinio.

* *Synagogas Iudeorum.*] Ex Panuinio; qui alia de Iudæis aliquo modo coërcitis narrat: ex Panuinio Castaldus c. 15. & Caracciolus lib. 4. c. 11. Leges Pauli IV. Iudæos in ditione Pontificia, obstringentes habes tom. 1. Bullarij, constit. 3. *Cum nimis absurdum &c.* Dat. Romæ anno 1555. prid. Id. Iulij.

* *Pecunias, quæ Compositiones vocantur.*] Videndus Panuinius, & Castaldus c. 19. l. c.

* *Gallorum studiosus, Hispanis infensus.*] Non erat Hispanis infensus, communis parens omnes amore prosequatur, Philippum II. præcipue, cuius magistrum, Io. Silicæum, post Carolum nepotem, in Purpuratorum Senatum retulit. De hac re Caracciolus cap. 9. & 10.

* *Bellum contra Philippum Hisp. Regem II. parauit.*] *Bellum graue,* ait Panuinius, *cum Philippo Hispaniarum Regem suscepit.* De illius belli occasionibus Castaldus cap. 10. de belli exitu c. 11. fusius Caracciolus de origine, & causis illius cap. 2. de initio, progressu, & fine c. 3. & 4. Albæ Dux non excepit bellum; sed intulit Pontifici, militaris illius sententiæ memor. *Arma in hostium potius, quam in suis adibus amanda,* copias pedestres, & equestres in ditionem Pontificiam primus impulit. Loquatur Panuinius. [Armis primum à Cæsarianis in Ecclesiasticæ ditionis finibus motis (inferre enim, quàm excipere apertum bellum, maluerit) Pons Coruus, primo impetu, deinde Frusino, postea Anagnina, Marinum Prænestæ, Tibur, Ostia, Neptunum, Vicus Varronis. Monsfortinus, & totum deniq. Latium in eorum potestatem redactum est; Dux Albæ quæcunque Ecclesiasticæ ditionis oppida ceperat, pro Ecclesia, futuro Pontifice seruaturum se, affirmabat. Horum pars à Pontificijs recepta, pars miserè incensa, & direptioni exposita.] De bello ab Albæ Duce illato eadem

PAVLI eximia virtus ab improbis lacerata.

PAVLI Obitus.

in Bull.

in Paulo Quarto.

in c. 3.

Carac. c. 6. tam l. c. n. supple. allcauij

Carac. l. c.

Caracciol cap. 6. l. c.

Carac. l. c.

Vite Pauli Quarti.

loc. cit. Caracciol & Castald loc. cit.

Castaldus cap. 11. & Caracciolus cap. 3. Cardinalis S. Iacobi Ducis patrius, vir iustus, eum acriter reprehendit.

* *Vi Regno Neapolitano depelleret.*] Ex quo fonte hoc hauserit Cabrera. non quæro: Caracciolus, & Castaldus non idem: illatum Paulo bellum ab Albæ Duce etiam Panuinius, ut vidimus, testatus est, cur non parasset arma Paulus, cum Dux, conscriptis copijs ditioni Ecclesiasticæ cladem minaretur? Cur propulandæ iniuriæ curam sapientissimus, & religiosissimus Pontifex non suscepisset?

* *Alba Dux..... afflictiis opibus Pontificis.*] Afflixit certe Dux armatis militibus populos Pontifici subiectos, oppida nonnulla cepit, diripuit, incendit; at inuidum Pauli animum tundere nunquam potuit. Defendebat ditionem suam, qua licebat ratione, nec Ducis victoria ad facinus Pontificia maiestate indignum, adigi vnquam potuisset, S. Gregorium imitatus, qui scripserat.

Ante paratam sum mori, quam B. Petri Ecclesiam meis diebus degenerare. Sulpicabantur, nec temere, viri prudentes, Ducis exercitum Romam ipsam petiturum: Paulus populorum incommodis dolens, iniurijsque, quibus scelesti milites diuinum Numen affliciebant, repetens memoria, quid, Clemente VII. Ecclesiam regente, Romæ acciderat, milites in sanctæ Urbis defensionem non poterat non conscribere, oppida quædam non poterat non munire. Dux Albæ Regis animum in pacem propensum cognoscens pacis, (Panuinio teste,) audius erat; sed pacem potens eas pacis conditiones optabat, quas Pontificiæ maiestati, & dignitati Paulus non conuenire, intelligebat. Cardinales quidam, Romam bellicis Ducis progressibus territam videntes, rogabant virum Dei, ut pacis cõditiones audiret; quibus ille. *Arma à Nostra ditione Dux amoueat, quæ cepit, loca dimittat, ad sui Regis fines remeet, absolutionem anathematis, quo obstringitur, demisso animo, petat, ut debet; & tunc audietur.* Hæc Dux noluit prætere, exercitumque Romam propius accedente, iussit. Paulus in eo diripiendæ Urbis periculo iteratis litteris ab Henrico Gallorum Rege flagitauit auxilium; is autem, ut cladem ab Vrbe, & à ditione Ecclesiasticâ auerteret, Neapolitano Regi bellum indixit, Guisiumque Ducem cum valido exercitu, in Italiam misit, Petro Strotio, præstanti bellatore, adiecto. Bellum tunc maioribus flammis exarsit, graues acciderunt strages, Signia direpta fuit, eiusque monasterijs, & rebus sacris milites non pepercere; sed de eo bello non est hic agendi locus: de quo Panuinius, Rolæus, Thuanus, Angelius, Campana, Alexander Andreas, & alij.

* *Pacis occasio..... nobilitas capta, & virtus atrita.*] Panuinius, ex quo Cabrera, scripsit sane, omnem fere Gallorum nobilitatem captam; sed non addidit, quod Cabrera, virtutem attritam. Dux, victorijs nimis elatus, eas pacis conditiones (de ijs Campana) depolcebat, quas Paulus, merito, reiiciendas existimauit; Urbem repente aggredi voluit; ut, armis in eam illatis, ad eas illum facilius impelleret: at cum armatorum militum præsidij munitam, & firmas Strotij copias non procul abesse, perpexisset, mutato consilio, Columnam, vnde discesserat, redijt. Nonnulli interim Heluetij, & Germani milites, sub Pontificio vexillo in Vrbe militantes, spoliabant aras, sacras imagines frangebant, debebant: indigno facinore commotus Pontifex prædatores expertus, quos defensores, ut alebat, existimabat, intus sensibus angebatur: mœrore auxit ea narratio, *Nonnulli Romani ciues Urbis sanas hostis, quibusdã conditiõibus, pascetur putantur.* Sciebat præterea, Guisium, & Strotium, S. Quintino capto, diu in Italia morari non posse, eorumque sermonibus, ad res cum Rege Hispano componendas incendebatur. Florentiæ Dux, non vna de causa, maximo pacis desiderio flagrans, Legatorum suorum opera, ut conficeretur, summe enitebatur. Rex Hispanus pius, & prudens, Quintiniana victoria nihil inflatus, sed illata Pontifici clade cruciatus, Venetæ reipublicæ quam magni aestimabat, scripsit, sese Paulo Pontifici honorificam illam pacis conditionem oblaturum, quam prudens illius iudicium offerendam censuisset; precepitque Albæ Duci; (eum pacis auidum dixit Panuinius) ut, quacumque ratione, pacis negotium cum Pontifice conficere, conaretur. His calcaribus negotium pacis, quam paulò post reipublicæ Venetæ, Ducis Hetruriz, Cardinaliumque S. Floræ, & Vitellij diligentia peractam Italia vidit, incitabatur. De ea Paulus cum Albæ Duce renuit agere; quandoquidem, & à fidelium communionem amorem, & publicè Ecclesiæ hostem iudicabat. Rei transigendæ 40. dierum inducias initas, narrat Panuinius: at in capitibus induciarum (libro 3. Litterarum Principum) Cardinalis Caroli Carrafæ manu, Pontificis nomine, firmatis, decem dierum inducias initas, leges, anno 1556. die 29. Nouembris sed has, forte, ab ijs feceris.

* *Pacis conditiones.*] Differt nonnihil Cabrera à Panuinio, Caracciolo, & Castaldo, Panuinius duas priores pacis conditiones his verbis retulit. *Quod Rex Pontifici debitas submissiones per priuatum Oratorem facturus esset. Quod Pontifex Regem ad Apostolicæ sedis gratiam reciperet.* Caracciolus, & Castaldus his. *Che il Pontefice riceuesse dal Duca d'Alua in nome del Re di Spagna, quelle sommissioni, che si richiedeuano, per impetrare perdono da Sua Santità; ma che poi si mandasse dal Castolico, per ciò, huomo à posta; e così Sua Beatitudine accettarebbe*

nella sua gratia il Rè, come figliuolo obbediente, ammettendolo à tutte le gratie di S. Chiesa, come gli altri Prencipi Christiani. Aliz pacis conditiones ab iisdem referuntur. Pacis ipsores, pro Paulo, Carolus Cardinalis Carrafæ, pro Philippo Rege, Albæ Dux, Panuinius.

* *Tyberis inundatio.*] Cabrera mutuatus est à Panuinio aiente. *[Stagnauit biduo Tyberis, ut Vrbs tota, magna edificiorum, inactura nauigabilis esset, & omnes omnium fortuna, quæ bello relique erant, perderentur. Peruenit aquarum collumes usque ad plateas Pantheonis, S. Marcelli, & S. Marci. Vineæ à ponte Meluio, usque ad Basilicam S. Pauli aquis obrute.]* De eodem, anno 1557. restagnante, Natalis Comes, Cyprianus Manentius in Hystoria, Andreas Baccius de Tyberi, Dionysius Athanasius Epistola ad Urbini Præulem, Italicè scripta, Sacchini in Lainio, vberius Martius Milefius Sarazanus Itudiolus, & humanus amicus erudito opere M. S. De Alluionibus Tyberis. Quo tunc alluio peruenerit, ex illa inscriptione, ad Edem S. Mariæ lupræ, Mineruam agnolces.

MDLVII. DIE XV. SEPTEMBRIS.

HVC TYBER ADVENTI PAVLVS DVM QVARTVS IN ANNO TERNO BIVS RECTOR MAXIMVS ORBIS ERAT.

* *Dux Guisus Alba Dux Romam.*] Ex Panuinio in Paulo IV. * *Alba Dux..... à Paulo cum honore suscipitur.*] Eum, Paulus complexus est publicè, & laudibus (Panuinio narrante) cumulauit. Noctu tam in signi apparatu, & tam magno facum colucentium numero, eaque maiestate à Paulo Dux est exceptus, ut

terrorem quandam perferret: scripsit enim vxori; se solius Pontificis, Pauli singularem maiestatem præ se ferentis, oculo, territum fuisse; quod illi nunquam antea coram alio Principe acciderat. Romam auream, sacro more consecratam, eidem Ducis vxori, Paulus dono misit.

* *Belli causa detenti.*] Ex Panuinio. Paulus, vir clemens, id spontè fecit. Castaldus.

* *Inquisitionis Tribunal erexit.*] Paulus IV. sanctissimæ Inquisitionis Tribunal Romæ non instituit. Id factum dices à Paulo Tertio; is enim anno 1542. xij. Kalendas Augusti Ioannem Petrum S. Clementis, Ioannem S. Sixti, Petrum Paulum S. Balbinæ, Bartholomæum S. Cæsarei, Dionysium S. Marcelli, Thomam S. Syluestri tit. Presbyteros Cardinales, suos, & Apostolicæ sedis Commissarios, Inquisitoresque generales in negotio fidei in Romana Curia, in omnibus Christianæ reipublicæ ciuitatibus, oppidis, locis, tam citra, quam ultra montes, constituit. *Licet ab initio &c.* Cabrera superius idem Tribunal à Paulo III. institutum, fatetur.

* *Decem Cardinales.*] Quinque Cardinales, Carpentem, Pachecum, Puteum, Tranensem, Alexandrinum, Romæ contra Hæreticorum monstra (sic appelles falsa, & impia illorum deliramenta) anno 1555. in Codice M. S. illius xui, qui olim apud Benedictum Cardinalem Iustinianum extabat, & in quo non pauca ad Paulum IV. spectantia, designatos legi.

* *Maximum Inquisitorem Fr. Michaelem Gislerium.* (ab *Ghislerium.*)] Id factum anno 1558. die 21. Decembris in Confistorio, testatur Caracciolus. Sublime hoc munus, inстар muneris Maioris Penitentiarij, ne in sacro interregno vacaret, Paulus perpetuum esse, voluit. Gaburius in Pij V. Vita, supremi Inquisitoris prouinciam vni tantum Cardinali Alexandrino demandatam, scribit; sed, pace, religiosi, & docti viri, quo, dum viueret, familiariter aliquando vñs sum, Io. Caietanus, qui in Pontificatu, deinde Nicolaus III. fuit, ante illum eo munere functus est: quod Vuaddingus, in Annalibus Minorum, ex Vaticanis M. SS. monumentis, ostendit. Vt in Belgio huiusmodi sacrosanctum Tribunal, tuendæ, & propagandæ Catholicæ fidei vtilissimum, Italico more, erigitur, cum prudenti, & acti eiusdem fidei propagatore Philippo II. Hispaniarum Rege, agendum censuit.

* *Indicem librorum.*] De hac re Panuinius l. c. & narratio patrum ordinis Clericorum Regularium apud Caracciolum; fufius Caracciolus ipse, & Castaldus. Cardinalis Theatinus, sub Iulio III. Indicem librorum non legendorum conficere cœperat; at Romanus Pontifex delectus, primus fuit, suo saculo, qui vniuersalem perniciosorum librorum indicem contexere, & ad vñm reuocare, studuit. Ante illum nulla Pontificia, aut Cæsarea lex, propositis pœnis, cauerat, in vniuersum; ne libri Hæreticorum, aut alij pestiferes legerentur. De qua re Castrensis de Iust. Hæret. punit. Grestentes de lege prohibendos libros, Caracciolus, & Castaldus.

* *Fratres, qui monasterijs aberant, yonerti precepit.*] Castaldus, & Caracciolus de hac re. V. Const. 16. in Bullar. *Postquæ diuina, &c.*

* *M. Guzman audire noluit.*] Ferdinando Cæsari iam effecto, Carolus Imperij titulos, Paulo incio, tradiderat: at is translationem, se inconsulto, & præter sacras sanctiones, peractam improbauit, neque Ferdinandum suscipere, neque Guzmanum eius Legatum publicè admittere, vnquam voluit. Ex Panuinio Congregationem grauissimorum Cardinalium, ad maximi momenti reo pertractandam, instituit Paulus: videbatur enim nonnullis abro-

L. 7. Ind. 1. epist. 1.

Caracciol cap. 3.

Lib. 9.

Caracciol c. 4. loc. c.

Panuini in Paulo IV.

Carac. c. 4. Castal. l. c. c. 11. l. cit.

Cast. loc. c.

pag. 147.

loc. cit.

L. 10. lib. 1. lib. 1. line. rati. Panac. lib. 1.

Cast. c. 11.

Panuinius

loc. cit.

T. 1. Bull.

Lib. 4. c. 6. Viz. M. S. Panu. IV.

Lib. 10. c.

Tom. 2.

Castaldus c. 14. l. c.

L. 4. c. 6. loc. cit. cap. 11.

Castal. c.

L. 2. lib. 1. c. 11. l. c.

c. 17. c. 1. l. c. 11. l. c. 11.

loc. cit.

ganda

L. 4. c. 10. loc. cit. Lb. 3. v. Cardin. Bell. lib. 5. c. 5. c. 8. de Rom. Pöt. & lib. 1. c. 12. De Trä. stat. Imp. L. c. 4. de Transl. Imp. p. 11.

loc. cit.

loc. cit.

lib. 4. c. 5. de M. S. an. 1559.

loc. cit.

V. eiam. Panuin. in Paulo IV.

Spitt. 68.

Caraccioli Castal. l. c.

l. c. & a. c.

loc. cit.

p. 1. Bullar

p. 1. Bullar

Caraccioli c. 6. l. c.

In Paul. IV

Bruxell.

Castal. l. c.

loc. cit.

ganda translatio, & Imperium ad Pontificem rediisse, non netno putasset. Hoc certe Franciscus Commendonus, quem Pius IV. Cardinalem fecit, erudito scripto ostendit. Clemens IV. ne Electores, Carolo IV. Imperatore superstitite, Corradinum eligerent, cauit: Vuenceslaum autem, Caroli filiu, eligi iussit. In Imperij interregno Romanos Pontifices imperatorios actus aliquando exercuisse, quidam dixerunt: id de Benedicto XII. ex eo libro, cuius inscriptio Exemplaria litterarum regiarum, Francisco I. Gallorum Rege precipiente, luce donato, quem Romæ in Clericorum Regularium Bibliotheca apud S. Andream extare, dixit Caracciolus, intelliges. Alio tempore Principum dissidia Imperij interregnum in plures menses protraxerunt; tunc, Fino teste, in Historia Cremen. Robertum Apuliam, & Neapolis Regem Clemens V. Imperatorias vices in Italia gerere, precepit. Hæc à Caracciolo quoque narratur. Leo III. à Græcis ad Germanos Imperium transtulit: ab æuo Caroli Magni, quo id accidit, Imperatores suum Imperij Romano Pontifici debent, qui vt Imperatore confirmat, ita hic illi fidelitatis iuramento se obstringit. C. Venerabilem ex. de Electione Clem. vnic. de iureiur. de Imperij Electoribus à Gregorio V. non autem ab Othone III. institutis, Cardinalis Bellarminus. Eam translationem Leo III. in suo Triclinio depinxit. De illa Alemannus in Dissertatione Historica de Lateranensibus Patriarchis à Francisco Cardinali Barberino restituitis. Redeat ad Paulum sermo. Huic Francfordiensia comitia displicuerant, displicebantque nonnulla, quæ de Ferdinandi perhumana in Hæreticos permissione, & de Maximiliano, Bohemici Rege, eius filio (dictum à nonnullis, Maximilianum hominem hæreses docentem: non abiectis) circumferebantur. Institutam à Paulo in hac re Cardinalium Congregationem, non mirum: profuit illa, & consultationes Catholicae religioni; sic comitijs Augustanis iam indictis, ne ex ijs mali aliquid emanaret, clypeus obiectus: cautiore fuit Ferdinandum, Hæreticisque constantius est aduersatus. Dum momenta rationum Apostolicae sedis in graui illo negotio à Cardinalibus, aliisque viris doctis discussa fuere, emicuit (vt ita dicam) eiusdem sedis existimatio; & non pauca Pontificiam auctoritatem testantia, clarius quamplurimis innotuerunt. Capita, Pauli iussu, tunc discutienda referuntur à Caracciolo: & sunt.

An Ferdinandi Legatus causas translatis à Carolo, ad illum Imperij explicare Pontifici debeat.

An Imperij translatio, sine lummi Pontificis, & Apostolicae sedis consensu, robur suum habeat.

An mala educatio Regis Bohemiae, filij Ferdinandi, & permissio colloquij Vuormatiensis, sine Romani Pontificis venia, & quadam, non nihil neglecta, quæ Ferdinandi iuramentum, Ecclesie Catholicae defensionem, & hæresum extirpationem respiciens, completi videtur, obstant; quo minus Ferdinandus dignitatis Imperatoriae sit capax.

Quid agendum de Principibus Electoribus, qui à Catholica Romanae Ecclesie sententia discesserunt?

Post tres menses, Paulus Guzmanum, vt virum nobilem, & præstantem, non autem, vt Ferdinandi Legatum, priuatim, & perhumaniter audiuit: dixitque, tanti esse negotium, vt diutius, & maturius sit perpendendum. Erat certe in Ferdinandum beneuolus Pontifex: sed prudenti consilio, id egit, quod retuli; vt Apostolicae sedis dignitatem tueretur; & homines Pontificiam potestatem, auctoritatemque agnoscerent, ac venerentur. Illustrior tum visa Philippi II. Hispaniarum Regis religio, & charitas, à Paulo celebrata. Misit is Theologum, vitæ sanctimoniam, & præstantis doctrinæ laude florentem, qui suo nomine, Ferdinandum pie moneret, atque corripere: mirabatur Philippus, pium, & religiosum Ferdinandum Hæreticis indulgisse, vt inirent colloquium, in quo de religione, sine consensu Apostolicae sedis, ad quæ solam religionis, & fidei negotia spectant, agerent; & Maximilianum hæretici viri concionantis deliramenta aliquando audiuisse. Hæc Caracciolus ex ipsius Pauli IV. narratione ad Nauagerum.

Paulus peracta cum Rege Hispaniarum pace, animum, ad hunc cum Gallorum Rege conciliandum adiecit; quare Cardinales Triualtium, & Carrasam, illi ad Gallum, hunc ad Hispanum suos, & Apostolicae sedis Legatos misit. Rex Hispanus Apostolicum Legatum non solum perhonorificè, & perhumaniter, sed insigni referentis animi significatione, excepit; tum vt suæ religioni obsequeretur, tum vt Christianus orbis agnosceret, iniuriarum, præterito bello, Paulo illaturum non ipsum, sed ministros auctores exititisse. Caracciolus, Castaldus l. c. die 3. Aprilis, anno 1559. inter Gallum, & Hispanum Reges, Christiano orbe exultante, pax inita. Castaldus cap. 12. l. c.

* In eos... imuectus.] Die S. Io. Christofotom, quem peculiari studio colebat, & imitari conabatur, sacro, vberis, & lachrymis perfusa oratione, in Consistorio id egit. Caracciolus, Castaldus de eadem re, etiam Panuinius.

* Vrbe cedere.] Duodecim ad discedendum dies præscripsit: non solum autem tres nepotes, sed eorum etiam matrem, vnium vxorem, filios, famulosque abire, iussit; & decretum de hac re litteris mandari. Carolus Cardinalis seruos 200. vna die lachrymantes, Vrbem relicurus, dimisit. Paliani Dux suprema Pontificiarum co-

A | piarum præfectura, Antonius alijs muneribus, Pauli iussu, spoliatus: hi, & Cardinalis pauperes Roma excessere. Caracciolus, Castaldus loc. cit.

* Magistratus à suis collatos.] Panuinius, Caracciolus, Castaldus l. c. Alphonsum Carrasam Cardinalem cum innocentem agnouisset, non expulit Paulus. De Carolo Cardin. qui vt aiebant, Pontificem fefellerat, Caracciolus, & Castaldus id scribi posse, narant; quod S. Cyprianus de Basilide, à quo Stephanus Papa deceptus fuerat, scriptum reliquit: Neque enim, aiebat ille, tam culpandus est ille, cui negligenter obreptum est, quam hic execrandus, qui fraudolenter obrepsit: Principes Apostolicis litteris, quid nepotibus accidisset, Paulus moneri, voluit; vt intelligerent, non sua, sed eorum culpa, quæ acciderant mala, accidisse: eisque pulsus, dixit aliquando, Nunc discendum, & scribendam Pontificatus anno 1. tunc enim Pontificatum exordiri sibi videbatur. Nepotibus eiectis, Camillum Vrsinum, Cardinaleque Tranensem, & Rosarium, Spoletanum, negotiorum moli præfecit: Caracciolus, & Castaldus. Camillo Vrsino palatii, & Vrbeis curam commendatam; à Panuino traditum.

* Cardinales 19.] Panuinius hæc [Ad 20. quoque Cardinalium, & 40. minorum ordinum ex Officialibus Palatinis, Patrum, qui tanto muneri obeundo idonei ei videbantur Collegium instituit, qui publica audientia semel in singulas hebdomadas instituta, secum omnes Ecclesiasticæ ditionis causas, cognoscerent; vt his factis, omnem in suos præteritarum rerum culpa deriuaret.

Nepotibus expulsis, Concilium Oecumenicum Romæ, quod Lateranense diceretur, cogere voluit: illi ipse, iam senio confectus, & itineribus habendis non idoneus, volebat interesse, & sua auctoritate multis consulere: aduenientes Episcopos bene haberi, & Romanæ Ecclesie dignitatem, quantum fieri poterat, in re illa grauissima elucere cupiebat; & vt illud inchoaretur nonnullis probos, doctosque Episcopos prius inter alios, Hosium Varmiensem Antistitem, Petrumq. Peytoun Sarisburiensem Archiepiscopum, ad Vrbem accesserant. Caracciolus cap. 7. l. c.

* S. Inquisitionis causas coram se.] De hac re Panuinius illa. Totum se Inquisitionis muneri dedit, instituitque. vt eius Tribunalis causæ, quæ delectorum Cardinalium auctoritate terminari, solebant, coram Romano Pontifice, die semel in hebdomada statuto, cognoscerentur.

* Festum Cathedra.] Anno 1558. 8. Idus Ianuarij Constituit. Ineffabilis diuinae prouidentie altitudo. &c. Festum Cathedra, quæ S. Petrus Romæ primum sedit, restituit: exoluerat enim quibusdam in locis: statuit autem, vt in vniuersis Christianis orbis Ecclesijs, sub duplicis officij ritu, celebraretur 15. Kal. Febr. consule, si libet, etiam Cardinalem Baronium, in Notis, ad Martyrologiū Romanum eodem die.

* In eos, qui Pontificatum.] Constit. 16. Cum secundam, &c. anno 1558. 17. Kal. Ianuarij S. Carolus Borromeus, eam legem, tanti fecit; vt Pio IV. graui morbo vexato, Romam veniens, mutatis ad iter accelerandum equis, Florentiæ cum Cosmo Duce, & Romæ cum M. Antonio Columna de futuro Pontifice nihil loqui voluerit.

* Ecclesias Cathedrales exererit.] Plura de hac re Panuinius, ex libris Consistorialibus; ex eo Cabrera; apud quem cum legis, Philippi II. precibus in Germania à Paulo Cathedrales institutas; intellige, in ea inferioris Germaniæ parte, quæ Philippo iure hæreditario erat subiecta. Panuinius l. c. ex Codice Consistoriali.

* In eius statuam.] Pulsis nepotibus, P. R. illam exererat in Conferuatorum palatio: priuati quidam ciues furentem plebem impulerunt; caput, cum dextera statua manu, amputatum, triduoque per Vrbem prouolutum; furore plebis languescente, bonorū virorum clementia, in Tyberim coniectum fuit. Panuinius loc. cit. Castaldus cap. 13. Ioannem Baptistam Saluatorem, virum pium, & prudentem, furenti populo subtractum marmoreum Pauli caput, vt in flumen projiceretur, curas scribit Caraccioli. lib. 4. c. 17

* Carolus V. 1559. 3. Idus Martij.] In monasterio S. Iustis, diocesis Placentina, Castellæ veteris, Carolus rerum caelestium studio addictus 11. Kal. Octobris anno 1556. feliciter excessit, Panuino teste. Auctor Appendicis ad Sext. Aur. Viç. Carolum, anno 1558. mense Decembri, Bruxellis humatum narrat.

Iustus Romæ in Basilica Vaticana, coram Pontifice Paulo, & sacro Senatu pro Carolo peroluit. Paulum, Amisimus optimum Imperatorem dixisse, testatus est Robertellus, cum Bononiæ in Hispanorū Collegio, eidem Carolo eleganti oratione parentaret.

* Cardinales ad se vocatos.] De hac re Panuinius l. c. Caraccioli cap. 17. Castaldus cap. 21. Cardinales 23. Latine Pauli orationi interfuerunt, cuius initium Ingressimur viam vniuersæ carnis, & diuitijs vicimus, quam sperare, potuissimus.

Cum quartus Pontificatus, & 83. ætatis eius annus aduenisset, secreuit se Paulus à negotijs, ijs viros præstantissimos præfecit, Annulo Piscatoris, & ampla facultate Cardinali Tranesi traditis, rerum caelestium meditatione pascebat animū, rem diuinam quotidie, non sine lachrymis, faciebat, horarias preces in priuato sacello, statutis horis cum nonnullis religiosorum hominum more, alternis recitabat, priuatim sumebat cibum, inter edendum, de re-

bus diuinis, & sacris litteris cum Sirleto, & cum Episcopo Cauensi, Dominicani ordinis, viris eruditissimis interdum loquebatur. Intellexerat Mariæ Angliæ Reginae, Catholicæ fidei professione insignis, obitum, iteratamq. Angliæ à Romana Ecclesia defectiōnem, necnon repentinum Henrici II. Gallorum Regis, Hæreticorum hostis acerrimi, interitum, & summe doluit, cognouit, breuise moriturum; anno 1559. Dominica Septuagesima, verba illa, quæ Missæ exordium dices, *Circumdederunt me dolores mortis*: sibi adscripsit, adiecitque. *Dies mei pauci, & mali.* Cardinalis à Cuenacum Hispanice diceret, dolendum, eum Pontificem mirificum, è vita migrare, quo, sedatis turbis, ad res Ecclesiæ perfectè stabilendas, opus esse videbatur: Hispanice respondit, sic se vitam duxisse, vt semper Dei nutu postulante, ad migrandum promptè paratus esset: & tunc eò magis, quo Deo dilectum Philippum II. Hispaniarum Regem, Principem optimum, sanctæ fidei defensionem relinquebat, cuius pietate afflictam Christianam rempublicam respiraturam, sperabat. Sacris mysterijs expiatus, recreatus, munitus, singulari pietate, recordatus Imperatoris, qui stans mori voluit, indui vestibus cepit; vt surgeret, dicens, *Non decet, Principem decumbendo mori. Sed victus morbi vi, surgere non potuit, excessurus dixit, Letatus sum, &c.*

* *Cadauer in Vaticana Basilica.* J Apud Aram sacri Vultus, Caracciolus, Castaldus l. c. Lateritio tumulo Panuinius, sed prius præter morem, à militibus custoditum fuit.

* *A Pio V.* J Anno 1566. die 2. Octobris, iussu Pij V. nobili pompa, ad Ædem S. Mariæ supra Mineruam delatum, in maiorù sacello, in sepulchro, eiusdem Pij præcepto, populi Romani impèsa, extructo, collocatum fuit, addidit epitaphium Pius. I E S V C H R I S T I, &c.

Prudentissimus Hispaniarù Rex, Philippus, cognita Pauli morte, dixit. *Displicet mihi Pauli Pontificis mors, quia tunc obiit, quando illum viuere, oportuisset.* Agnoscebat Rex magnus, quanti Maximus ille Pontifex faciendus esset; de cuius virtutibus, dotibusq. ingenij Caracciolus toto libro quinto, cap. 1. de illius charitate, de studio orationis, & deuotione; cap. 2. de zelo diuini honoris, & cultus, quo æstuabat; cap. 3. de rectitudine, libertate, & dexterritate; cap. 4. de constantia, magnanimitate, & auctoritate; cap. 5. de iusta seueritate, & clementia; cap. 6. de munificentia, liberalitate, & in pauperes beneficentia; cap. 7. de abstinentia, paupertate, & castitate; cap. 8. de eloquentia, memoria, & doctrina. Castaldus etiam cap. 22. de virtutibus ipsius, & de fortitudine eiusdem Pauli paucis agit; eundemq. S. S. Leoni I. & IX. in multis similem considerat.

Scriptit Paulus IV. De Ecclesia emendanda, De obseruatione Quadragesimali, De Symbolo, De Priuilegijs Basilicæ Vaticanæ, Orationemque in Sadoleti funere; & alia, quæ non extant. Multas edidit Constitutiones Ecclesiæ vtilissimas; quarum nonnullas habes p. 1. Bull. Censuras, & pœnas omnes in Hæreticos, & Schismaticos renouauit. *Cum ex Apostolorù officio, &c.* lenones, eorumq. turpium criminum consortes extremo supplicio, quibusdam incasibus, afficiendos, iudicauit. Arcem à Iulio II. extructam Bononiæ, quam milites exteri custodientes, raptores effecti, damna inferebant, dirui iussit, in eius reliquijs hæc leges.

PAVLVS IV. P. M. FVRACIBVS CVSTODIBVS ARCE DIRVTA SVBLATIS.

Canonicorum Vaticanorum Ordo, insigni beneficio à Paulo cumulatus, hac vsus est acclamatione. [Felicissime PAVLE QVARTE, æternæ Urbis Antistes, Christus Opt. Max. te nobis seruet. Petrus, & Paulus Apostoli te custodiant, Deus te nobis dedit, Deus te sospiter, Deus te perpetuet, Petri Patrimonium, lancinari, passus non es. Male distractum reddi, iussisti. Deus illud nobis per te restituit. Deus te seruet. Felices nos te Principe. Felices respublica Christiana. Christe Opt. Max. Paulo IV. vitam. Iudicium Dei hinc apparet. In te salus, in te vita, vt viuere delectet. Petri Templum Paulus restituit. Deus te conseruet. Viuas. Valeas. Multis annis imperes.]

Sulceptis deinde votis, statutam ei collocandam decreuit, & in sacrario collocauit æneam præclaraque inscriptione exornauit. **MEMORIÆ ÆTERNÆ PAVLI IV. &c.**

Prope finem sui Pontificatus, Paulus nobilissimum Angliæ regnum, Mariæ Regina, & Cardinali Polo, quasi duabus eius columnis, morte excisis, spiritali repetito lapsu, summo animi sui angore, cadere agnouit: Pontificatus initio, tres Legatos eiusdem regni ad Ecclesiam Romanam, matrem clementissimam, à qua olim deficiens, in grauissimorum errorum voragine corruerat, redeuntis, & plorantis blande exceperat, veniam deprecantibus pepererat, obsequium exhibentes, obedientiam pollicentes, gaudio triumphans complexus fuerat. Id actum in Aula Vaticana, quam Regiam dicunt.

Ipsidem Angliæ Legati tam pie, tam demisse, tam ardentè suppliciter oratione Paulum ad parcendum, ad benedictionem effundendam exorarunt; vt ex adstantium oculis imber lachrymarum efflueret: Rem diuinam, solemnè ritu, coram se, & Senatu Pontifex fieri, iussit, & regnum illud, diffidio sublato, sibi oculis charius, be-

nedictione cumulauit; Hiberniamque Anglico scepro subiectam Regio titulo decorauit. Caracciolus litterarum Apostolicarum de hac re exemplaria vidit.

Paulus nobilis ordinis auctor, qui dedit operam, vt sic quens sacramentorum vltus præterito sæculo, renouaretur: & ex quo viri præstantes, quorum Cathalogum Hieronymus Caracciolus conscripsit, sed prælo non tradidit; & inter illos Beatus Andreas Auellinus, à Pontifice Urbano Octauo æternæ felicitatis titulo coonestatus, prodire; Religiosos alios ordines singulari beneuolentia persecutus est. Vt monasticam Benedictinorum Hispanorum disciplinam collabentem erigeret, viros Apostolica à se potestate instructos in Hispaniam misit: Dominicanum, & Franciscanum, cœtus in oculis tulit; ex vtroque viros egregios vocauit ad purpuram; ex illo magnum illum Michaëlem, quem, præter morem, supremum in vniuersa Christiana respublica sanctæ Fidei Enclorè instituit, ad grauissimas res adhibuit, summum vniuersæ Ecclesiæ Pastorem cupiuit, & futurum prædixit. Vt Somalchensis Congregatio institueretur, auxilio fuit. Hieronymum Aemilianum, illius duccem sanctimonia celebrem, S. Ignatium, Societatis I E S V Parentem optimum, & Societatem ipsam mirificè dilexit: hunc ad pedis osculum accedentem singulari benignitate, vt paulò ante Marcellus II. excepit, cum eo non semel familiariter egit, Cardinalibusq. nonnullis audientibus; illius probitatem, & prudentiam laudibus extulit: Collegium Societatis Romæ extruere, illiusque redditus, vt plures, qui S. Ecclesiæ bene interuissent, alerentur, augere, in animo habuit; Lainium ad se vocauit, eius sapientia, & monitis utebatur, bonitate delectabatur, abnuentem inter Vaticanos Patres volebat referre. Huic anno 1556. comiter, & honorificè à se excepto studium suum perpetuum in Societatem patefecit, bono animo eum esse iussit, dixitq. *Ita Nostrosque istos filios consolare: nuncia, si me audierint, parentem optimum habiuros.* Prima comitia Societatis, ad Præpositum, post S. Ignatij obitum, deligendù, Romæ haberi, eorum formulam à Cardinalibus Pisano, Alexandrino, Tranensi, & Reumano expendi, decreuit. Ea ab ijs probata antequam comitia inchoarentur, Lainio, & Salmeroni dixit. *Hanc benedictam Societatem ego semper iuuu.* adiecit, placere sibi; vt comitorum initium poneretur, & Patres sua libertate in re quacunq. statuenda uterentur: tantum Cardinalis Pachecus, quia Carpenis Societatis Patronus, aberat, die, quo Præposito generali eligendo in suffragium eundem erat, interesset: vt ad se, quandocumq. necesse esset, accederent: eorum autem inopiam, quandiù haberetur conuentus, Cardinalem Neapolitanum, & Carolù Carrasam subleuare, voluit. Lainio in Societatis Rectorem delecto, Patres, die statuta, Pontificem, pedem deosculaturi, & benedictione cumulandi, adierunt; is sacre familiæ exhilaratus, & recreatus aspectu, peramanter exceptam benigna, accurataque Latina, oratione, quæ lachrymas potuit elicere, allocutus est: Præpositi generalis creationem, & Societatem ipsam confirmauit. Alio tempore, Præpositi generalis potestatem, vltra tres annos, habere vim, renuit, chorum in Societate haberi, & hæc duo capita constitutionibus addi, præcepit: prius autem Collegio Romano Societatis Scholasticos, & Germanicos alumnos ad quoslibet litterarios gradus euehendi potestatem tradiderat. Lainium sæpe aduocabat, cum illo communicabat, quæ statuebat, nonnullaque tanti viri monitu decernenda iudicabat. Paulum morum optimorum Pontificem, religiosæq. vitæ peritum in paucis, quo vix plura quispiam, aut salubriora ad collapsos Christianæ reipublice mores restituendos, vel ad castitatem religionis retinendam, ad illud tempus, decreuerat, Sacchinus testatus est. Eo addito, hostes ipsos, Paulum vitæ, Sanctorum modo, fastigium imposuisse, falsos. A Guilielmo Sirleto *Christiana pietatis Assertor, atque Restaurator* dictus est Paulus; Italiam illud ei elogium debere. *Reparator labentis Catholicæ Fidei*, dixit vir grauissimus Antonius Bandinus, Octauij Card. parens; Ioannes Paulus Flauius, oratione ad Cardinales in eius funere habita sine vlla vitæ labe, sine villo aperto, aut graui crimine, in perpetua 83. annorum vita eum constantè verlatum; nullumq. pene verbum ab eo, vel Italicè, vel Hispanicè, vel Græcè, vel Hebraicè, vel Latine prolatum; quod pro oraculo accipi non posse, videretur. Homines improbi Paulum, lætis oculis viderunt extinctum. Cur? respondebit vir disertus.

[Quia Dei honorem zelatus est, ad Christi formam, Quia de medio sustulit impios, Quia flagris cæcidit blasphemos, Quia à prædonibus tutatus est negotiantium merces, Quia flammis dedit Hæreticos, & Pædicones, Quia in ergastula coniecit Apostatas, Quia neminem permisit impune mœchari, Quia Iudæos conspicuo signo distinxit à Christianis, Quia quosdam immeritos, indignosq. noluit in Senatum. adlegere, Quia Aulæ mores à recto tramite deuos corrigere studuit, Quia orbem legibus salutaribus coërcuit, Quia fratris sui filios ipsemet eiecit. Denique. Quia sanctis prorsus moribus, quoad vixit enituit.] Ad laudes Pauli spectat etiam culta ab ipso, singulari pietate, Dei mater, Angelorum Regina, Lauretanum ædificium non prætermisum, numeros ministrorum sacre illius Ædis adauctus, studiumq. religionis Cellæ mirificè amplificandæ; & Legatis suis munera accipere, vetuisse: aliaq. plurima, quæ à Panuiniò, à Caracciolo, à Castaldo, à Fla-

idem l. 2. num. 17.

Idem l. 2. num. 17.

Idem l. 2. num. 17.

Idem l. 2. num. 17.

Idem l. 2. num. 17.

Idem l. 2. num. 17.

Castaldus cap. 21.

Caracciolus cap. 17. Castal. P3 ubi. l. c.

Caracciolus cap. 17.

Cast. c. 22.

Sanctissimi l. c.

Panuini. l. c. Caracciolus lib. 4. c. 1. Castal. c. 9.

Caracciolus lib. 4. c. 1.

Adrianus lib. 23.

De amore in ordinis religiosi Cast. c. 17.

Orlandini libro 15. Hist. Soc. I E S V. Castal. l. c.

loc. cit. Orlandini lib. 16. n. 1 Sacchi. l. 1. Lainij num. 31.

Idem l. 2. num. 17.

Eodè l. 2. num. 17.

nu. 60. l. c. Castaldus cap. 17. Caracciolus lib. 4. c. 4. in fine. Orlandini l. 16. initio Sacchi. l. 3. num. 10.

Caracciolus in Hist. Colloq. de Pauli IV.

Nauager. ouoque in Relat.

Apud Caracciolus l. c.

Laudatur Paulus etia à Bernardo Nauagero in Relat. ad Ducem Venetorum.

Turcellini lib. 3. c. 15.

Castald. in M. S. Vita Pauli I. V. & in Hist. Collectio edita l. c. Idem Cast. cap. 18. l. c.

Vide Castald. c. 3.

Caraccioli c. 17. l. 4. Cast. c. 2. 1.

Io. Bapt. Firmianus in Diazis.

Martyrol. Rom. 18. Augusti.

cap. 14.

Q. x. inuas. Iosue.

L. 22. c. 65. Fant. cap. 74.

Sand. li. 7. de V. E. M. Augustini. cap. 76. Ad Greg. Nys. Aug. c. 74.

Lib. de. ad Cōsid. ad Eug. c. 3.

Tō. 11. ad ann. 1051. Ext. c. V. nā sancti. Platina. Tom. 11.

Platin.

Ab Orlandino, à Sacchino, à Bernardo Nauagerio in narratione legationis Romanæ M. S. ad Ducem, & Senatū Venetum, ab Antonio Carrara in Apol. referuntur. Græcæ, & Hispanicæ, non fecus, ac Italicæ, mira eloquentia, Paulum loqui cōsueuisse, narravit Nauagerius. Euangelicā Historicā Græcē scriptam tegmine, auro, gemmisq. insigni, quo Alcorani liber, ab Andrea Aurra in Turcica tritremi indentus, & Pontifici dono missus, tegebatur, ornauit, & Bibliothecæ S. Petri munus destinauit: at illum Pius V. non translatum, auro, gemmisq. spoliatum, post Pauli mortem, inuentū restaurauit, & dedit, vt hæc ab illo volumini adiecta verba testantur.

P I V S V. P O N T. M A X.

Euangeliorum hunc librum Græco sermone conscriptum à Paulo IV. Pont. Max. B. Petro muneri destinatum obtulit, ferisque amonentes anathemate.

Intus hæc tabula ante continebant Mahometica: PAVLVVS ille QVARTVS Aufert, substituit Quaterna Christi His Euangelia hæc, dicatque PETRO. Gemmis fulgida cum forent, & auro, QVINTVS exequitur PIVS, quod ille Morie tunc nequit, & refecta munit Argentum vendique. Nam fuisse ademptas Gemmas repperit, hinc ademptum, & aurum. Sic PETRVM, atque DEVM, ambo seque honorant.

Audisti, lector, post mortem Pauli, carceres S. Inquisitionis effractos, septuaginta, & eo amplius, Hæreticos, ex quibus nonnulli Hæretiarum, à furenti populo inde ereptos, libros prohibitos, qui asseruabantur, cum alijs monumentis, combustos, marmoreū Pauli caput obruncatum, prouolunt, ceno oblitum, iactatum, & à Iudæo scelestissimo croceo galero tectum, cæci hæc furoris facinora. Sacræ olim, summa veneratione cultæ, Imagines à viris impijs sæpe male habitæ, lapidibus, ferro petiæ, in flammis coniectæ, raptati sancti Martyres quamplurimi, & ipso die, Augusti 18. quo Pauli statua confracta, & caput male habitum, ante multos annos, Romæ Hermas, Serapion, & Polianus, Martyres inuicti, raptati puras animas Christo reddiderunt. Constantini, & Theodosij, optimorum Principum statuz olim effractæ: (quod Iulij II. statuz Bononiæ accidit silentio prætereō) & Sæctorum in Oriente deiectæ, sed nihil effecit furor insanus. Quod dictum à Nazario, viro disertio, de Constantino in Paulum quadrare, nō ambigam. [Quid tandem assequeris cæca dementia? aboleri hic vultus non potest, bonorum omnium pectoribus infixus est, nec commendatione marmoris, aut pigmentorum fucus renitet; sed desiderio efflorescit animorum. Vna Pauli obliuio est humani generis occasus.]

Belium, Pauli iustū, gestum nonnullos immeritō offendit. Christianis bellum iustum gerere, licet Card. Bellarminus contra Manichæos, Erasmm, C. Agrippam, & nonnullos alios male sentientes, egregiè ostendit, lib. 3. de Laicis, Moses, Iosue, Dauid bella, gessere, in piorum exercitijs Coelites interdum pugnare conspēti, aut auxilium ferre. Leo X. 34. Lutheri articulum, negantis, licere, bellum Turcis inferre, damnauit. Vrbanus II. Paschalis II. Eugenius III. Concilia Lateranensia, Lugdunensia, Viennensia bellum ijs indixere, D. Bernardus fideles ad eiusmodi bellum verbis, & miraculis incitabat. Bella iusta censuit Augustinus, quæ iniurias vlciscuntur; propulsatio iniuriæ iusta belli causa in Principe; qui pace, & tranquillitate publicam, non autem dominandi libidine, belli iusti finem sibi ante mentis oculos ponere debet. Dominandi libidinem idem, doctorum hominum fax, Augustinus in bello culpam, sapienter dixit. Protestantes Romanum Pontificem bellum per ministros gerentem, vel suadentem stulte reprehendunt. Patriarchæ, & Prophetæ bella gessere, Moyes Principum, Princeps, & Sacerdotum (Greg. Nazianz. sententia) Sacerdos, qui populum regebat, & incensum adolebat, diuina imperia in bellis secutus est; Iudas, Ionathas, & alij ex Machabæis, Pontifices, & politici Duces à bellis non fuerunt alieni. Gladij duplicis ius est in Ecclesia, spiritalis, & ferre: hoc Romanus Pontifex, nutu suo, Regum, & militum vitur manu de quo sapienter S. Bernardus, Christi Domini verbum perpendens. *Materialem gladium qui tuum negat, non satis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis, conuerte gladium tuum in vaginam,* cum hoc Gregorius IX. Epistola ad Germ. Patriarcham, cuius verba Card. Baronius retulit, hæresi eos notari opinatus, qui spiritalem tantum Romanæ Ecclesiæ gladium agnoscunt, & Bonifacius VIII. De Maior. & Obbed. sentere: quam sententiam alij Romani Pontifices perpetuò docuerunt. S. Damasus non inuitus, contra Vrsicinum armis defensus, S. Gregorius Magnus à Baronio recensetur, Gregorius II. Cumana arce à Longobardis, insidijs, occupata, Neapolitanos ad eam recuperandam incendit, Romanosque milites auxilio misit; Gregorius III. Luitprando Rege Vrbē obsidente, à Carolo Franciæ Principe opem efflagitauit; qui arma mouisset, ni verba profuissent; Stephanus II. contra Aistulphum Romanorum fines, & Italiam bello vexantem, ad Pipinum, Caroli Magni patrem, in Galliam contendit; mouit is copias in Longobardos, & Papiam obsedit. Hadrianus I. à Desiderio Longobardorum Rege afflictus Ca-

rolum Francorum Regem rogauit, vt, more Pipini patris, Ecclesiæ opitaretur; quod ille præstitit: Desiderium enim in exiliū eiecit, filium eius fugauit, res ademptas Hadriano reddidit, Lōgobardorum Imperium in Italia deleuit. Stephanus III. paulò ante Francorum opem contra Longobardos petijt, Carolo Magno, Pipino, & Carolomano dixit. *Vos adoptiuos habeo filios ad defendendum de manibus aduersariorum hanc Romanam Ciuitatem.* Leo III. vt Romani rebelles in officio continerentur à Carolo Magno, Patriatum vitrò illi confirmauit, insigniaq. misit, Confessionis S. Petri clauis, Vrbisq. vexillum. Eugenius II. Siconem Ducem Beneuentanum contra Sarracenos, qui iam Panhormum ceperant, hortationibus impulit. Greg. IV. Ludouicum, & Lotharium obsecrauit, vt Siculis contra Mauros opem ferret. S. Leo IV. Ostiam aduolauit, cum quanta licuit manu; eoq. cum Sarracenis conficturus, copias omnes accersiuit, preces adhibuit, signo Crucis suis facultatē præliandi fecit; inito prælio, hostes victi, multi interfecti; Vaticanum mœnibus cinxit, & Leonianam vocauit Vrbem. Nicolaus I. Sarracenos Beneuentum vsq. peruagatos repulit, Benedictus VIII. coacto exercitu, Sarracenos Ecclesiæ littora inuadentes profligauit, ex ijs relicus est nullus; Regina eorum capta, capite ob audaciam plexa est. S. Leo IX. comparatis copijs, cum Northmannijs depugnauit. *Dominus Papa,* ait Hermannus tum viuens, *habita, post Pascha, Synodo contra Northmannos, vt proposuerat, exercitum mouit.* B. Gregorius VII. in Martyrol. Rom. celebratus, iusta bella non horruit; (de eo Baronius, & Leo Ostiensis) copias cōtra Northmannos parans, aiebat. *Hanc autem militum multitudinem non ideo coacervare curamus, vt ad effusionem sanguinis Christianorum intendamus, sed vt ipsi uidentes expeditionem facilius subiciantur iustitia.* Victor III. & cum Christianis iustum bellum fecit; & inito cum Cardinalibus, & Episcopis consilio, ex Italia, fere, vniuersa exercitum instruxit, traditoque S. Petri vexillo, sub peccatorum remissione, direxit in Africam, capta, exciāq. præcipua hostium ciuitas, & centum millia militum interfecta. Ommitto Vrbanum II. Paschalem II. Gelasium II. Callistum II. Innocentium II. Lucium II. Eugenium III. Lucium III. Gregor. VIII. Clementem III. Coelestinum III. Innocentium III. Honorium III. Innocentium IV. Alexandrum IV. Vrbanum IV. Clementem IV. B. Gregorium X. Hadrianum V. Nicolaum III. Martinum IV. Nicolaum IV. Bonifacium V. Io. XX. Caturcensem, Innocentium VI. Bonifacium IX. Innocentium VII. Io. XXIII. Martinum V. Eugenium IV. Nicolaum V. Callistum III. Pium II. Paulum II. Sixtū IV. Innocentium VIII. Alexandrum VI. Iulium II. Leonem X. Hadrianum VI. Clementē VII. Paulum III. Iulium III. Pios IV. & V. Sixtum V. Clementem VIII. Paulum V. Gregorium XV. qui omnes vel bella, ducibus vsq. gessere, vel sua fere, vel copias pararunt, vel bello vexatis bellica subsidia ministrarunt. Vrbanus VIII. & milites non semel conscribi, prudenter iussit, & Romam, Bononiamq. firmissimis arcibus muniendas, curauit.

Vaticanam Basilicam innumeris priuilegijs auxit Paulus, eiusq. veteris Patrimonij bona, quæ superioribus temporibus à diuersis Romanis Dynastis occupata fuerant inuestigari, restituiq. iussit. Dignum id facinus aenea tabula ad æternam memoriam in sacratio ab eisdem Basilicæ Canonicis expressum fuit, vbi, & eiusdem Pontificis statua, & hæc visitur inscriptio.

**MEMORIAE AETERNAE
PAVLI IV. PONTIFICIS MAXIMI.**

*Christiane legis Antifissis, Religionis
Vindictis, libertatis Assertoris
Sanctissimi, ac piissimi Principis
Patris Patriæ Domini nostri clementissimi
Quod iustissima eius sententia
Antiquatis superiorum Principum
Decretis, Vaticana Basilica
Veteris Patrimonij prædia,
Quæ temporum iniuria
In iusto imperio detinebantur
Sunt restituta.
Princeps Ordo Canonicorum, omnibus
In Concilio idem decernentibus
Decreto in tabulas relato,
Ac votis communitè susceptis,
Communiquè ere collato
Ad augendam loci gratiam,
Statuam collocauit.
Quotannisq. 10. Kal. Iunij Christiano
More, rituque sacrum
Fieri censuit.
Eoque facto, à Basilica Veltigianum
Questore, pecunia Basilicanis,
Qui sacris præsto fuerunt
Pro Sacerdotij gradibus, virisim
Dari constituit.*

Card. Bar. ad an. 772. 73. V. eundē ad an. 751. Alaman. in Dif. H. De Pariet. Lat. Vide Alam. l. c.

Platin.

Anast. Plat.

Ditm. a. p. Bar. tom. 11.

Ann. 1058. Tom. 11. L. 3. c. 44. li. 1. ep. 46.

Baron. ad Ann. 1087. ex l. 3. cap. 70. Leon. Offici.

N O.

NOVA ADDITIO AVGVSTINI OLDOINI SOCIETATIS IESV.

Pauli I V. ortus.

Caprilia oppidum Pauli patria.

To. Alpho sus frater natu maior.

Sorores quinque.

Pauli infatua.

Maria soror natu magistra.

Moribus patri Dominiano rum delectatur Paulus puer. Dominica norum habitus, neq; monacho rum Casinensi vnam induit.

Camaldulensis ordinis nome dare cogit ali quando Paulus.

TERTIO Kalen. Iulij, reparati orbis non sexagesimo sexto, vt dictum est supra, sed septuagesimo sexto, supra mille simum quadragesimum, regnante Neapoli Ferdinando I. Arragonensi, Sixti IV. Pontificis Maximi anno quinto, summa luce natus est Ioannes Petrus, non quidem in oppido S. Angeli de Scala, vt ait Vitinius; neque in Scala vico S. Angeli, vt supra scripsit Auditor Paniz; sed in oppido Caprilia, qui vicus est in Hirpinis prope furcas Caudinas Romanorum clade celeberrimas: ita vetus fama est, constansque apud Caprilia: ciues, qui cunabulis hinc nobilitati domicilium inibi in Toparcha; domo obtinuit. Ioannis Petri ortus contigit. Illucescente aurora; inquit Bzouius, mater Victoria magis effudisse, quam peperisse visa est, nempe nullum fere dolorem, perpeffa; stans prius infantem ediderit, quam potuerit obstetrice ad leuandum puerum accurrisse. Fratrem habuit natu maiorem, Ioannem Alphonsum, paternae virtutis, opumque naturam: sorores omnino quinque, quae illustribus praecipua e Neapolitana nobilitate viris in matrimonium datae; praeter vnam natu maximam Mariam nomine, quae mortales nuptias, ac thalamos deprecata, consecratam se rite Deo sponso voluit, ac in monasterio Sapientiae, quod ipsa Neapoli fundauit, vixit, obiitque sanctissime cura, ac meritorum plena, vt dictum est supra. Educatus est, diu puer, ac meritis nobilibus, atque dictum est: illucere statim in ipsa ingenuae frontis, orisque supra puerum grauitate, magne cuiusdam mentis crepuscula facilitas illi, & vigor ingenij, & memoriae vis ingens; vultum egregie honestum, formabatque germanaeque vestitus maturitas, vt nihil vnquam exciderit nobili puero inelegans, aut indecorum. Quae cum pater inspiceret, vt ingenti quidem natura accederet par industria, ea confestim praesidiatur, atque adiuuata, parare studuit, quibus in illa, quae pollicebatur, incrementa virtutum, eximia sese indoles explicaret. Aeternim vero, optimis praceptoribus imbuendum puerum tradidisset pater, praecipuam tamen ille morum magistram Mariam sororem habuit; quae cum sortitum egregiam animam illum animaduertisset, ceu sibi potissimum demandata eius institutionis cura esset, ed omnem adiecit, vt ad omnem virtutem fratrem fingeret, pulcrumque instillaret illi mentem. Hinc foreris adhortamentis pietati animum vsque adeo addidisse visus est puer, vt nihil omnino illi gratius, aut iucundius esset, quam Templis immorari, sacrorum cultu, ac functionibus oblectari, religiosos, pioque viros colere. Sicutque visus fuerat, quibus cum adiecit, & cu voluptate verlabatur; eratq; illorum ob paternam aedum propinquitatem propere contubernalis, moribus illectus, eius instituti capessendi consilium inijt; Nunquam tamen, vt scripsit Bzouius, alijque nullo veritatis fundamento innixi, sacrum illam habitum reuera induit. Neq; veritati consono inquit Constantinus Caietanensis Siculus e Casinatibus monachis Abbas refert, Ioannem scilicet Petrum Carrasam, abdicatis Theatinis insulis, Casinensi instituto in monasterio Neapolitano S. Severini nomen dedisse. Contra Caietanum est Arnoldus Vuiou, accuratus admodum, & Casinensis Scriptor, qui dum sui ordinis Pontifices adnumerat, in Confalium Illecam, hominem Hispanum, historiae Pontificalis, huiusque sententiae auctorem in haec verba insurgit. Sed quam longe a veritate aberrat Illecas, omnibus est manifestum; cum nec vnquam Ioannes Petrus Carrasa monasterium S. Severini, vt monachus fieret, intravit, nec etiam in matriculis nostrae Congregationis Casinensis, vt talis inscriptus reperitur. Scio tamen Ioannem Petrum religiosi instituti amore, antequam de Clericorum Regularium sodalitate cogitaret, ad monachos Camaldulenses animum adiecit suum. Amicissimus cum esset Carrasa Pauli Iustinianum, qui praesens Camaldulensium rationem instaurauerat, res humanas fastidians, explicare cum illo inuendi instituti consilium per litteras cepit; at Iustinianus Carrasam non recepit; nam ad aliquod maius a Deo vocatum in Ecclesia respondit.

Quae vero Ioannes Petrus in vitae decursu egerit, supra in eius Vita indicauimus; nunc ad illustria, quae in Pontificatu peregit facinora propetamus. Multa de Pauli Pontificatu praetragia numerantur; ac primum illud est, quod Ioannes Paulus Flauius in Oratione de Paulo IV. narrat his verbis: *Cumque quod maxime memorandum est ipsi Marcello iam Pontificis Maximo significatum esset, hunc Theatinum Cardinalem domicilium, ut sit, non ita commodum sortitum esse, cedemus nos, inquit, ex hoc loco, ut ne tanto viro desit locus, quasi ita futurum diuisus ille sane animus praesagiret.* Haec Flauius. Ipse praeterea Carrasa se summum Pontificem futurum praedixisse visus est, cum, vt auctor est Onuphrius, ad suos conuersus: qui Marcello II. quinquagesimum, quartum aetatis annum vix agente, atque adeo longe se iam octogenario, iunioris Pontificatum adeptus, de Theatini supremo Praesulatu ea vox desuperabat *Cofidite, inquit, non dum venit hora mea: lapsa ea vox in praesagium vertit, nam intra duos menses, & ille sancte obiit, ac ille in eius locum successus est.* Cum vero Concla-

Aue Cardinales ingrederentur, monuit Theatinum Mendozius Orator, vt cernere quidem cogitationem de Pontificatu adipsendum delereret; propterea quod primo loco a Casare exclusus esset; cui is nihil molestia affectus, ac magna animi constantia, potest; ac vultu graui respondit. *Imperator impedimento esse non potest, quin si me Deus velit, in Pontificem Maximum non euadam; & id luoro mihi erit, & bene vertet, vt eam dignitatem tunc acceptam referam vni Deo.*

Primo Pontificatus die tres ex Anglia Oratores a Philippo, & Maria Regibus missi, Romam intrauere: hi primo a coronatione Confistorio publico introducti in confesum, ad Pontificis pedes proiekti, totius regni nomine antea huius temporis errata Anglorum suorum intularunt. Admissa benigno condonauit, conexus absolutis in gratiam recepit; atq; vt Regum illorum dignitatem augetet, Hiberniam Regiae coronae titulo ornauit hoc scripto diplomate.

B Paulus Episcopus Seruus Seruorum Dei ad perpetuam rei memoriae. Illis, per quem Reges regnant, & Principes dominant, vices licet innumeris gerentes in terris, votis Catholicorum Regum, ac Principum, quorum probata in Deum pietas, ac eximia erga Romanam Ecclesiam constantia, ac sanctae deuotionis effectus, in Nostro, ac Apostolica sedis conspectu clare agnoscuntur, libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis. Hinc est, quod Nos clarissimum in Christo filium Nostrum, Philippum Regem, & clarissimam in Christo filiam Nostram, Mariam Reginam Angliae, illustres, a quibus excommunicationis &c. censentes Insulam Hiberniae, cuius ab eo tempore, quo illius dominium per sedem Apostolicam adepti sunt Reges Angliae, qui pro tempore fuerunt, se Dominos tantum nuncupari consueverunt; & eius Regnum titulum Henricus VIII. postquam ab unitate Ecclesiae Catholicae, & obediencia Romani Pontificis secessit, praeterea cuiusdam legis per Parliamentum eiusdem Insulae, vt pretenditur late prius, & deinde eius natus Eduardus VI. coram nominati, qui dum viserent, pro Regibus Angliae se gesserunt, de facto vsurparunt in regnum ad instar aliarum Insularum Regis titulo, dignitate, & honore fulgentium, sine praedicio iurum ipsius Romanae Ecclesiae, & cuiusque in illa, vel ad illam sus habere pretendentes, ad omnipotentis Dei laudem, & gloriae, ac gloriosissimae eius Genitricis Virginis Mariae, totiusq; Curiae caelestis honorem, & fidei Catholicae exaltationem, praedixi Philippi Regem, & Mariae Reginae Nobis super hoc humiliter supplicantes, de Fratrum Nostrorum consilio, & Apostolica potestate plenitudine, Apostolica auctoritate perpetuo excommunicamus, ac titulo, dignitate, honore, facultatibus, Regibus, ac quibus alia Christi fidelium regna vsurparunt, potuerunt, & gaudent; ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum insignimus, & decoramus. Dat. Roma apud S. Marcum Anno Incarnationis Domini 1555. 7. Id. Iulij Pontificatus Nostri Anno 1.

C In suprema dignitate constitutus Paulus liberalitate mirum in modum fulsit: de qua extat integer tractatus Pyrrhi Ligorij familiaris Apollolici Palatij Architecti, qui multa, & magna, ac plane singularia in eam rem confert; ipsium audiamus. *Erat felicitissima memoriae Paulus IV. Pontifex Maximus, iam propensa in nobiles quoscunque artifices voluntate, ut omni in eos liberalitate, gratiaq; animi testificatione uti semper sit solutus. In qua re erat adeo ab omni vanitate, atque ostentatione alienus, ut si qui in ijs rebus, quarum desiderio tenebatur, aliquid praecleari ad sui sensum, ac voluntatem effecissent, ipseq; vicissim illos singulari aliquo beneficio esset profectus, ita id vices latere voluit, neque eius ipsos gratias agentes libenter audiret, & verbis insuper saepe etiam minus deterreret, ne quod ab ipso percipissent, id vilijs vnquam indicij cuiquam patefacerent. Memoriae teneo, Baptistam de Petrasiam, cuius Camera Apostolica stipendium annuum per solonebat, cum Pontificis iussu columnas quatuor ex marmore Tiberiano vtriusque coloris permixti albo, & forma noua, eaque perpulchra affinxisset, quas in Altari, Cappella, quam Paulus edificauerat, locari oportebat, non tantum iustam sui operis mercedem, sed etiam centum amplius aureos nummos gratis percipisse, qua tamen ipsam donationem non ita multo post alia auxit Pontifex vberior. Nam cum munit quoddam ferenda ante Pontificem claua, quod octingentis aureis aestimari solet, morte fungentis ad Pontificem redisset, non ad alium, quam ad Baptistam illud donauit, idque gratis; & cum incunda amoris significatione; nam postquam malas hominis vitaeque manum leniter pressisset, frontemque postularus esset, addidit dicens: Bono sis animo, atque a me in posterum ampliora expectato. Haec columnas ex Cappella Pontificia, adeoque ex Palatio sublatas Pius IV. optimis cuiusdam dono dedit.*

D Mandauerat Paulus Pyrrho Ligorio sacri Palatij Architecto, vt daret operam archetypum ligneum ad figuram Templi conficiendum, ad cuius similitudinem aliud ipsemet argenteum formandum deinceps curaret, vt in eo sacrosanctum Christi Corpus, quoties iter longius Pontifici faciendum erat, deferretur; fingeret praeterea lateras quasdam grandiores, quae illud antecederent. Cumque lignarius in hac re (sicut, & in similibus antea) luculentam,

E

F

Primo Pontificatus die tres ex Anglia Oratores. Hiberniam regio tunc lo ornata. Pauli diploma.

Liberitas de fulpe Pauli.

Et laudabilem suam operam posuisset, volens eum Paulus remunerare, premium laboris constituit duo (ut cum vulgo loquamur) officia, Praefidis nimirum Annonae, & Militis Pij, & quia renuicium ei fuit, artificis opus illorum officiorum mercede longe superari, respondit: Nos quod ex aequo, & bono, illius studio, ac labori debetur, libentissime ei conculimus, quae autem superant, ideo illi volumus cedere, ut nobis deinceps alijs in rebus ea qua cupimus, & qua par est, cura, ac sedulitate inferuiat. Deinde vero ipsi Signario gratias multas agenti, non solum, quod tanto beneficio eum ornasset, sed etiam, quod operis pretium (quod alio tempore non solet sine nonnulla molestia, ac procrastinatione pendis) tam cito persolui curasset, benignissime respondit, Existimare se, muneris sui in primis esse, operam bene, ac diligenter sua causa nauasam, pari celeritate compensare, & quod ultra quam erat debitum adsunxerat, velle ut id totum ab illius bonitate profectum agnosceret, quod est, atque erit sempiternus remunerator, quia sua misericordia exemplo docet in omni creatura adhibendam esse misericordiam: quare tu, inquit, filij, tui sancto eius nomini hoc acceptum feretis, Deumque orabitis benefactorem, ut quod Nobis potissimum conducatur, id clementer concedat. Sed ante omnia caute, ne de hac re verbum alibi faciatis.

Ioannes quidam scriptor Gracus in privilegio S. Petri obtulit ei sacra Christi Evangelia, tam accommodata symmetria, elegantisque charactere Graece conscripta, ut admiratus Pontifex, usque mirifice delectatus, primum Deo Optimo Maximo gratias egit, cuius benignitate tantam in Christiano scriptore praestantiam cooperisset, deinde precepit, ut liber ille operculo pulcherrimo, quod opere phrygio, ac insignitum, margaritisque, ac gemmis contextum a Principe Doria paulo ante accepterat, inclusus, in scabello prope capsulam (in qua pecunias ad secretas elemosynas destinabat, seruabat) collocaretur. Inde vocato ad se Ioanne, atque exrento supra scabellum sudario pergrandi (tali enim uti solebat) tantum nummorum in illud imposuit, quantum ex capsula coniuncta manus unica compressione extrahere poterant, sicque in gyrum complicatum sudarium proprijs manibus in Ioannis sinum intulit. Ioannes vero qui ob alia plurima percepta prius ab eo beneficentia, se deusitissimum sentiebat, de nihilo minus quam de huiusmodi praemio cogitabat. Quare veluti re inopinata percitus, dum se parat saltem gratias habere, praenatus a Pontifice est, qui digito ori admoto, silentium omnino illi imposuit. Deinde ordiens ipse loqui: Dona eiusmodi, inquit, esse oportet, ut neque is, qui ea percepit, inde inuidiam contrahat, neque Princeps, qui confert, charitatis praesertim intuitu, talem admittat in se gratiarum obligationem, maxime ab is, quos ex miseris eripere, & suis subleuare facultatibus aequum esse sibi statuat. Postquam Pontifex cubiculo exierat Ioannes, nihil illi longius videbatur, quam dum aurum quod accepterat, videret, secedensque cum solo Pyrrho sibi amicissimo, in cellam prope Pontificis Cappellam, aureos nummos quingentos numerauit.

Et quia sudarium mentio facta est, addamus etiam hoc. Alterum simile sudarium aureis plenum, dedisse Pontificem huic Rugerio Curfiori, eo quod conquestus esset, non habere se tantum in bonis, quod foret factis (etiam si totum dotibus distribueret) multis, quas susceperat filiabus, elocandis.

Accidit forte per eosdem ferme dies, ut Protonotariatus officium, quod Participantium vocant, luculenti sane redditus, vacare contigerit. Quo audito, Pontifex prope quibusdam mandatis, ut nulla interposita mora, ubi ubi esset Guilielmus Sirlatus (tunc Bibliothecarius Palatinus, nunc Cardinalis) inuestigarent, & ad se adducerent, velle enim, & commodum illud, & honorem primo quoque tempore in eum conferri. Pari stidem modo cum aliud mox eiusdem generis officium alienandum occurrisset. Ioannem Franciscum Sansonium delegit, quem singulari illa liberalitate sibi deuinciret. Praeterea Camera Apostolica Clericatum, qui magni aestimari solet, D. Bozuto gratis concessit.

Verum quia aliena haec sunt ab is muneribus, quae opificibus in sua arte excellentibus solebat distribuere, ad ea conuertamus orationem nostram, quibus fabricatores, cementarios, & lapidas suos compensabat. Duobus enim ex his, quorum diligentiam probauerat, posteaquam ad denarium omnia, quae collatis hinc inde rationibus, deberi illis ab Apostolica Camera constaret persolui curasset, praeterea Camera eorum singulos singulis donauit officijs.

Habebat penes se arculam eburneam affabre certè, & singulari artificio factam. Huic Christophorus quidam Germanus seram aptauerat tanta paruitate, ut humani vnguis magnitudinem, haud multum excederet, attamen confertam tam multis machinis, atque obicibus, tanta tenuitate, gracilitateque, ut cum summa admiratione intuentes afficerent, tum omnem quasi oculorum aspectum non obtusum quidem, sed acutissimum ita fugerent, ut nec lyncus ille ex Argonautis, nec qui Iliados Homeri iuglandis vniuis putamine conscripsit, dnumerare illa, aut a se inuicem distinguere, ac diiudicare potuisset. De huius ergo peritia, & in arte sua excellentia, eam voluptatem cepit Paulus, ut illi (admonito prius ut ad se alio tempore minus impedito rediret) numerari statim aureos viginti quinq. publice iusserit. Deinde vero post aliquos

diebus reuerso, tantum auri imperitius, quantum una manu tollere e capsula sua potuit.

Iterum cum Pater Hieremias ex familia Conuentualium, quos discunt S. Francisci, numisma quoddam plumbeum, quod in eius manus peruenerat, Christi que Saluatoris nostri faciem pulchre representabat, ad suam Sanctitatem detulisset, donatus ab ea centum aureis letus discessit. Rursus haud longo intervallo idem Hieremias cum alterum egregium numisma D. Petrum exprimens, eidem obtulisset, tot nummos aureos domum reportauit, quot Pontifex uno pugno potuit comprimere. Interrogatus igitur Hieremias a Pyrrho Ligorio, si ad animi sui sententiam natura, ac liberalitas Pontificis satis respondisset, haec subiunxit, Pauli Pontificis dona pergrandia esse, siue illa ad numerum, siue sine numero penderentur, excedere enim aestimationem bis tantum, & ultra, ex quibus verbis colligens Pyrrhus summam pecuniarum, quam perceperat Hieremias, superaddidit: Ergo accepisti pro effigie Christi centum nummos, pro illa vero Petri bis centum. Assentit Hieremias, utraque summas ad tercentum, & decem aureos ascendisse.

Pyrrhus Ligorius sanctissimo Praefuli exhibuerat lineamenta cuiusdam Tabernaculi, quod in ipsius Cappella ad sacramentum Eucharistiae custodia super columnas illas, quarum ante mentionem fecimus, collocari debebat. In cuius circulo circumducta visus diuinam representabat aeternitatem, vitisque palmites, fideles omnes, qui sunt Iesu Christi Saluatoris nostri germina. Exprimebatur etiam humanitas eiusdem Saluatoris a Natiuitate, usque ad Passionem, & Resurrectionem suam. Deinde Apostoli duodecim, apparebant quasi columna firmissima, & custodes sanctissimi Corporis Christi. Hic eminebat sanctissima Trinitas cum infinita sua pietate. Illic Cherubini inter faces supra candelabra accensas circumstant loca Tempis rotundi, quod complectebatur vniuersum orbem, expletum, & cumulatam diuini motoris opera, quin immo, & caelum ibi stellis, ac splendore illustratum manifestè cernebatur. Primum hanc delineationem, ipsamque Pyrrhi inuentionem adeo probauit piissimus Pastor, ut illud Tabernaculum, quasi exemplar voluerit proponi, ad quod reliqua omnia per Vrbs Praetias Tabernacula fabricarentur. Quocirca vix iam primum inchoauerat Pyrrhus archetypum eius ex cera confingere, cum Paulus mandauerat mille nummos ad illum deferri, cuius iterum, ac sepius postea dixit, quod iam dederat arrham tantam, ac praeludiu esse eius, quod dare ei constituerat, habere nempe se (ut eius verbis utar) in manica sua officium tale, quod in posterum tempus omni illum curam, molestiam, liberaret, haud enim conuenire, ut architectus Christianus, & talis (qualem eum esse ipse optime nosset) necessitatis causa alicui alicquando Principi seruire cogereetur.

Cum die quodam religiosissimus iste Praeful, qui dies, noctesque de re Christi, & religionis cogitabat sermonem inueneret de ornatu Tabernaculi illius, quo Christi Corpus in solemnibus publicis supplicationibus, festoque die deferri ex consuetudine debebat, ac typi aliquot in medium proferrentur, illud in primis placuit, ut ad vitis speciem exornaretur, cuius racemi Smaragdis, ac Saphyris soba ex auro integro, & puro intexerentur. Unde prolato canistro, quod in suo cubiculo custodiebatur, eduxit eo inter alias res charas, quae ibi adseruabantur, numisma quaedam aurea, in quibus erat, & Traiani Imperatoris effigies, dicens: Hac forte in Nostros usus non male transformari possunt. Tum Pyrrhus, cui res antiquae erant cordi: Rectius, inquit, ni fallor faciet Sanctitas Vestra, si quae Traiani sunt, sollicitè custodiat, fuit enim Princeps ille in Christianos mitis, ac beneuolus, & vir, ut inter infideles summae pietatis, adeo ut Italiae populo simul, ac semel victum, vestitumque ministrauerit. Ad cuius similiter exemplum Annia Faustina Augusta, magni illius Antonini Pij vxor, omnibus Italiae nostrae (ceterarum certe prouinciarum Regina) puellis dotes largita est, unde cognomen adhibitum, Faustianae illas puellulas celebravit. Quarum rerum mentio cum Py Pontificis mente altius insedisset, subinde dicere solitus est: Tu mihi Pyrrhe in auro, quod auro pulicem. Etenim augustissimus Pontificis animus horum memoria vehementius commotus, nullo sibi modo poterat satisfacere, nisi heroicam hanc in Principibus infidelibus beneficentiam, ipse summus Christianae religionis Antistes, aliqua insigni, & vere Christianae pietatis opera emularetur. In hac igitur voces prorumpere nonnunquam: Et nos hoc anno, antequam Octobris mensis fuerit elapsus, centum aureorum millia in eos distribuemus, qui tale quicquam nec a nobis expectant, nec facile credunt. Neque profectio tres iam integri ab eo tempore menses exierant, cum ille satis magnum auri cumulum ad id, quod animo suo destinauerat, coaceruasset, sed morte praereptus ante finem Augusti e vita cessit. Pecunie autem illae in bonum pauperum congregatae, Sedis vacantis sumptibus sunt additae.

Sex aureorum millia, quae singulis mensibus per Datarium ad eum delata fuerant, plerumque occultis, ac priuatis elemosynis in homines indigentes, ac virtute praeditos fuere collata, id enim erat ei propositum, imò solitum, ut quae daret in egenos, aut promeritos, & plerumque, nescientes cõferret. Quare, ut dictum est supra, cum Protonotariatus officium, quod Participantium vocant, egregij sane reddi-

Elemosynas largi manu distribuit. Guilielmum Sirlatum donat Protonotariatum.

Homines litteratos sumis premijs auget.

Paulum Panuini celebrat.

Item Antonius Cardinalis Carrafa

Pauli magnificentia.

Renunciatus Pontifex Ecclesiam Neapolitanam non dimittit.

Præclare à Paulo gesta.

redditus, nec minoris honoris, vacare aliquando contigisset, illo Guiljelmum Sirletum magnæ eruditionis, ac integritatis virum, tota Vrbe sollicitè conquisitum, & nihil tale cogitantem ditauit, exornauitq. Similiter Ioannem Gropperum suo æuo Germaniæ decus, Doctoremque præstantissimum, purpurei pilei decus repellentem, Romam accersuit, vt ad recipiendum sacrum honorem sibi oblatum, vel facundia, qua pollebat, emolliret, vel cogeret auctoritate. Alios quoq. eiuldem ætatis viros, de litteraria, aut Ecclesiastica republica, vel de vtraque bene meritos summis auxit honorum præmijs, in quibus præcipuè fuere, Antonius Augullinus Archiepiscopus Tarraconensis, Hugo Boncompagnus, qui deinde Cardinalis, & summus Pontifex; Bernardinus Scardeonius Episcopus Patauinus; Iacobus Herculanus; Guiljelmus Peytous Saresburiensis, Præful ex ordine Seraphico; & Michael Ghislierius è Dominicano ab ipso postmodum creati Cardinales; è quo etiam hic summo Ecclesiæ magistratu potitus est; præter Aloysium Lippomanum è Carthusiano primùm Veronæ, mox Bergomi laudatissimum Episcopum, scriptis quoq. sacris lucubrationibus celebrè. Quare Panuinius Paulum his verbis celebrat. *Pecunia Paulus minime cupidus, Clericatus, Secretariatus, & Protonotariatus magnis prætijs officia liberalissimè donabat: Hosio nempè antiquo, familiari Datario declarato, quem postea suffecto illi Francisco Episcopo Gebennensi, magistratu amouit, Datariatus redditus suspendit, eumque seuerè admonuit, vt nihil pecuniarum pro impetrandarum rerum, quæ concessione parum digna viderentur, Compositionibus, quas Componendas vulgò vocant, acciperet; quousq. à Cardinalibus nonnullis, quibus sà munus demandauerat, quæ illicita essent, corrigerentur, ratus scilicet multum nummorum in eo magistratu contra ius cogi. Complura igitur super ea re egregiorum Theologorum, ac Iurisconsultorum responsa audiit, an videlicet eiusmodi pecuniarum solutiones, quæ Compositiones dicuntur, legitima essent, & à spontè offerentibus licitè capi possent: denique omnes sententiam suam depromerent, in eos inuectus est, qui accipendas probarent.*

His germana sunt quæ Antonius Carrafa Cardinalis in Notis apologeticis ad Senatum Venerum super huiusce beatissimi patris sui Vitæ narratione refert in hunc modum. *Quis superiorum nostræ seculi Pontificum adeo refecauit simonia corruptelam, vt Paulus, qui à Datario quodcumque Compositionis genus longè remouit: ipse si quem, vel leui indicio odoratus fuisset hac labe infectum, sua protinus gratia, necessitudineque perpetuò excluderet; ipse hoc immane crimen, utpote hæresis, impietatisque conterminum à Iudicibus sanctæ Inquisitionis agnosci, atque puniri voluit: illud semper in ore habens: Gratis accepistis, gratis date. Ipse regressus, vt vulgò loquimur, eorumque Compositiones, vel flagrantè bello, & exhausto arario constantissimè sustulit. Ipse vel tunc, cum Theatinus esset Episcopus, cauit, ne pro collatione cuiusquam ordinis, aut aliàs Sacramenti administratione quippiam, ne Notario quidem, aut Secretario pro litterarum Episcopalsum scriptione solueretur. Ipse postmodum summus Pontifex edixit lege sanxit iaspsum, quod S. Gregorius Magnus olim sanxerat, ne scilicet Archiepiscopi pro Pallij susceptione, quod ante pendere solebant, denuncps penderent. Rursum Onuphrius de profusa tanti Principis liberalitate ista subiungit. *Vrbis penuriam, quæ molestissima inoesserat, bis leuauit: semel antequam bellam cum Hispanis gereret; iterum sedato bello. Antea enim ad subleuandam Annona charitatem triginta millia aureorū censum instituit, cuius fideiussioni bona domus Hospitalis S. Spiritus subiecit, qua pecunia frumentum inopi plebecula pascenda compararetur. Postea vero alteram Vrbis aegritatem, quæ proximo bello inualuerat, magno pietatis exemplo leuauit; tristis cum nanq. octauis aures pro rubio emptum, quibus plebs vendidit; qua liberalitate L. millia aureorū insumpsit. Quamquã autem pauperrimus esset Cardinales inter, proprijs tamen sumptibus domum comparauit S. Officij administris, adeo sacram in Hereticos, alsq; fides hostes vrgebat institutione.**

Nec defuit Paulo magnificentia, qui suscepti Pontificatus initio, rogatus ab Archieconomo familiæ Pontificiæ, qua ratione externam ipsius faciem in ijs, quæ ad mensæ apparatus, ministrantium ordines, ac vestitum, eorumque genus corpori vellet. *Munifices, inquit, ac Principum more vita nobis ducenda est.* Vnde vix alios, quàm nobiles, sed probos sibi famulari voluit. Quod sanè mundanæ superbiæ, aut quod ipsius sæculi pompas amaret, non nemo tribuerit, qui meminerit eum Theatinorum sodalium vitam non modo duxisse, sed etiam instituisse, qui paupertatem Euangelicam, eamque arctissimam imprimis profitentur. Neapolitana ciuitas, ac Clerus nouum Pontificem exorarunt, vt ciuitatem Antistite alio in eius locum prouideret; at Paulus benignè respondit, *Ecclesiam illam non vacare, vsuere adhuc eorum Archiepiscopi; Nos qui vsque adhuc singulari profectus sumus amore patriæ, ac Ecclesiam sponsam, Nos illi in posteru eodem affectu prærimus.* Quæ verò Pontifex præclare gessit videre est in epistola illa selecta, quam Antonius Caracciolus è sinu vetustatis vendicauit; quamq. patres inter Theatinos primarij, in quibus etiam fuit Andreas Auellinus (inter Beatos postea ab Urbano VIII. relatus,) ad eiuldem instituti socios Roma scripserè.

Litteris erat egregiè excultus, & Græcè, Latineq. scientissimus; Philosophiam, ac Theologiam probè notat, sed antiquorum Patrum doctrina præcipuè delectabatur: Sacra Biblia ad verbum didicerat, ex ijsque grauissima sua dicta condire consueuerat; memoria erat adeò tenaci præditus; vt in extrema etiam senectute, integras è Marco Tullio, aut è Virgilio, alijsque auctoribus paginas inoffensè recitaret. Eloquentia fuit incredibili, maximè dum Latine diceret; Latine enim eloquebatur tam facile, promptè, ac nitidè, vt Italicè; quo circa qui eam linguam probè callerent, erant ei admodum chari. Cuius rei argumentum est, asciuisse illum in Aulam quatuor extraordinarios Secretarios. Casam scilicet, Queringum, Binium, & Florellum illius ætatis disertissimos viros; Scribitq. Belcarius in Commentarijs, se ab eodem Paulo Pontifice Metensem Antistitem factum per cessionem Caroli Cardinalis Lotharingi; & cum illi gratias ageret, ab eo sui officij, facundia, & satis proluxa oratione admonitum, miratum esse hominis senis, & multis negocijs occupati eloquentiam.

Vitæ puritas, ac innocentia fuit in eo viro admirabilis: assueuerat à tenera ætate corpus tractare rigidè, atque asperè: honestissimo fuit eloquio, nihilque obscenum vnquam ex eius ore auditum est; itaque decorem in omni gestu, actuque adeò sanctè seruabat, vt nihil in eo ineptum, insolens, inconcinnumue notari posset. In potu, ac pastu adeo continens, & moderatus; vix vt vires aliquantulum reficeret; nam etsi Pontifex summus lauto, & magnifico apparatu, pro dignitate scilicet amplissimi Præfulatus, mensas quinis ac vicenis dapibus, seu ferculis instructas infert; sibi voluit, nunquam tamen quicquam petijt, quod sibi iucundius saperet, sed ex ijs, quæ apponebantur, parcissimè sumebat. Parum dormiebat, & quacumque hora somnus irreperet, tunc captabat; quocirca dicere solebat, *Possè, vt libet, somnum capere, non in hominis situm facultate, sed esse Dei domum.* Noctu cum obdormire non poterat, surgebat è lecto, neminem tamen è famulis excitabat, neque omnino alicui molestiam afferebat, ne scilicet somno, quem, vt diximus, Dei donum appellabat, quempiam priuaret. Cum itaque adeo difficile Pontifex somnum caperet, meridiani interdum solebat, non lecto decumbens, sed in sella sedens; hinc variè eum surgere, nunc nascente, nunc adulto iam die; hinc, & prandere nõ stata hora, sed mutabili, & incòstanti. Comedeat verò, vt iam dixi, parcissimè, & mirabantur famuli, eum tenui adeò cibatu vitam tolerare posse: vini item parcissimus fuit, cyatho vltus tam exiguo, vt auiculis propinari crederes; ipsoq. non nisi bis, aut ad summum ter hausto. Vinum ne ad crura infirma descenderet, hauriebat atrum, & crassum, aduèctum scilicet è Terracinarum vineis. Prandia sua satis diu extendebat, quod identidem inter comestionem de rebus serijs differere solet; paucis autem mensibus, antequam vita excederet; non iam publicè, sed priuatim interiore cubiculo comedit ob ægrotudines, videlicet, quibus in precipiti senio infestari cœpit, quarum altera fuit inedia ob stomachi fastidium nihil appetentis, altera hydrops, qua, & interijt. Inedia porrò in vrbis quadraginta dierum ieiunijs, vt plurimum vexabatur, tum ob ciborum qualitatem stomachum relaxantium; tum etiam quod ijs quadraginta diebus continenter ieiunaret. Itaque tantam inde debilitatem contrahebat; vt aliquando contigerit, vix tantillum ei superesse virium die sancto Paschæ, vt solemne sacrificium, quod inchoauerat, ad exitum perducere posset. Tempore item Aduentus Domini ter in hebdomada, hoc est diebus Mercurij, Veneris, & Sabbato sanctè ieiunabat; alijs autem diebus ab esu carniū, saltem abstinebat. Id exemplum tantam vim habuit, vt verè dici queat, eo Pontifice restitutam fuisse obseruationem solemnium ieiuniorum; antea enim passim, publicèque violabantur.

Cardinalibus multo Paulus, quàm alij retrò Pontifices benignior, atque beneficentior extitit, sæpè eos ad audientiam ritè, atque ordine admissos conuiuio humanissimè excipiens, & suam in eos beneuolentiam reapse magis, quàm verbis expromens. Cardinali Mediceo Mediolanensi, illi, inquam, qui Paulo succedens, Pius IV appellari voluit, grauitè ægrotanti, atq. ob id ad aquas Lucenses adire cupienti, nullo Cardinali Alphonso Carrafa, qui illum suo nomine inuiferet, mille nummos aureos subsidij gratia elargitus est. Ij profectò, quos Paulo probitas, integritasque commendasset, mirum quantum apud eum in omnibus rebus gratia, atque auctoritate poterant; ex his fuere Cardinales S. Iacobi, Carpensis, Pachecus, Sabellius, Nobilius, alijsque, quos conuiuio dignabatur: ij erant propemodum, qui cum Pontifice loqui postularent: hos audire solebat à prandio admodum comiter. Præfecti item officio Signaturæ, post obsignata diplomata crebrò cum eo conuiuabantur; semel verò singulis annis, supercalibus, scilicet vniuersum Cardinalium Collegium, cuius instituti eam reddebat rationem, decere se interdum vnà cum suis fratribus, filijsque recreare.

Contra Lutheranam hæresim, vt olim diuini amoris Societatem instituerat; sic Pontifex renunciatus Equites fidei, quos alij *Columba* appellant, ex præcipua Vrbis nobilitate delegit, qui Catholicam fidem, Romanamque sedem, ac Pontificem singulis horis ex ordine tuerentur. In quorū numero gens Capisuccchia quinque habuit delectos Proceres, Marcellum scilicet, Sicinium, Dominicum, Marium, & Cencium, vt habemus ex monumentis Molis

Litteris excultus.

Pauli Secretarij.

Vitæ puritas, & innocentia.

Vitæ tenor.

Ieiunia.

Cardinalibus benignior, & beneficentior.

In Hæreticos, Hebræos, Apostatas, & Simoniacos ipsius

sectam Valdesianam suam dicitur delet in Apostatas legem scribit.

Preces Canonice de votis celebrat.

Religiosissimus.

Sacros ritus restaurat.

Palatinarum concionum auctor.

Basilicæ Vaticanæ adificiis.

Propagandæ religionis zelus in Angliâ nudi egere.

Quid in Scotia.

Quid in Gallia.

Quid in Hispanijs.

In Belgio Antistiti numerum auget.

Hadrianæ. Non solum in gerendo sanctæ Inquisitionis magistratu, zelo fidei permotus in Hæreticos quoque vehementius effectus, sed etiam in tria alia hominum genera, Hebræos, Apostatas, Simoniacos; sui que sancti odij in eiusmodi pestes, atque perniciis Christiani orbis egregia quoad vixit, edidit exempla. Quippe qui vel tunc cum priuatam vitam Venetijs ageret, Hæreticos insectatus est acerrimè, monuitque Venetæ reipublice moderatores, nulla propemodum alia ratione posse eam rempublicam ruere, quam prouocata in se Dei ira, si ad hæreses conuierent. Itaque cum cuiuspiam hæresis detegeretur, protinus ad Carrasam, priuatum licet hominem, accurrebatur; nimirum vt in hæresis postularum inquireret, puniendumque magistratibus traderet. Cum aliquando Patuij degeret, sua auctoritate effecit, obtinuitque, vt Hæreticus quidam insignis è ciuitate pelleretur. Cum Neapolitanam Ecclesiam Archiepiscopus regeret, sectam illam Valdesianam, quæ Campanis populis exitium importatura timebatur, funditus deleuit. In Apostatas lata lege cauit, vt ad monasteria quacunque ex causa exissent, protinus reuerterentur, indicem eiusmodi hominum singulis ordinum præfectis conficere, sibi que exhibere iussit.

Solemnes preces, quas *Canonicas* vocamus, quotidie vnà cum alijs recitare consuevit; postremò etiam cum Cardinali Alphonsio fratris sui nepote; vt scilicet pijs iuuenem exercitationibus assuefaceret. Recitabat verò adeò grauitè, piè, compositè, atque si à Deo se conspici, audiri que semper aduerteret. Fuit quippe Paulus, vt omnes norunt, religiosissimus; ac nemo tam sedulo, & apparatus, ea quæ ad diuinum cultum pertinerent, obibat, atque ille, videbaturque decora quadam aptitudine, venustaque grauitate, ad hæc factus. Sæpe in sacello Pontificio errata, quæ in sacris cæremonijs committebantur, corrigebat; ipse verò cum rem diuinam ageret, mirum quanta cum maiestate, quam etiam profundam, ac sonora voce, sese gereret. Multos sacros ritus vetustate corruptos reformauit; quippe harum rerum peritissimus, singula prudenter, appositè que disponebat. Mane sacrum facturus, vespere incipiebat sese totum ad rem tantam disponere, enixè Deum rogans, vt suum administrum pijs affectibus imbueret. Hinc postmodum sacrificanti perpluebant in ora lachrymæ, adeoque Deo plenus videbatur, vt adstantes mirificè afficeret. A solemnibus sacris ad prandium, vsque expletum nihil prorsus admittebat, nisi ea, quibus spiritus in pietate proficeret. Is primus fuit, qui Palatinas conciones instituit. B. Petro Apostolorum Principi, eiusque veteri Basilicæ à Constantino Cæsare extructæ erat addiditissimus, dolensque, vt noua fieret, *Fuisse euerfam*, dicebat, *destruèto Templo materiali, dextrui capit, & spirituale*, quod scilicet ob diploma recentis fabricæ, à Pontifice editum Lutherus hæreses suas cepisset euomere.

At quantum perurgandæ religionis zelus sese latè explicuerit, si percurrere Christiani orbis prouincias, terrasque liberit, liquidò constabit: nam in Angliâ quidem incitare flagrantissimæ Regine studium mirificè contendit, submissis ad hæresum classem subsidiarijs legionibus; vtq. sua Ecclesijs, atque Ecclesiasticis staret auctoritas, ac dignitas, restitui census, proscriptasque olim opes enixè curauit, eius quoque iussu capite in Hæreticos animaduerturum. Afflictam item in Scotia, quæ propior Angliæ regio est, rem Christianam, eiusque regni opes Hæreticorum potentia, ac vi distractas, accisatque instaurare opportunis statuerat, destinatis Ecclesiasticis prouentibus, vt ijs profiligatis, firmataque religioe Mariæ Stuartæ pijsimæ Reginæ vires erigerentur. In Galliaque regia, profanaque auctoritate expediti negotia cõsueuerant, vt ab Ecclesiastico postmodum Iudice coficerentur, impetravit. Imò Regis beneuolentiam vsque adeò sibi conciliauerat, vt eo auspice nullum non Romanæ sedis ab Gallorum gente obsequium speraret, ac Antistitum præsertim operam, & studium in celebrando propediem Lateranensi Concilio sibi polliceretur. Hispanicæ religioni haud legnius consuluit, ac primum in suspectæ fidei homines haberi solitam, seueramque in Hispania quæstionem nimium quantum probabat, iuuuente munificentia, immisso nimirum post Campanum bellum non modico ære ad eius sancti Officij subsidium. Ille in Bartholomæum Caranzam Archiepiscopum Toletanum primus inquiri iussit, eundemque Romam accessit, vt iudicium ipse institueret, quod absolvere consequentibus, deinde Pontificibus Pio V. & Gregorio XIII. contigit. In Belgio verò insignis opus Catholicæ religioni amplificandæ molitus est Paulus, aduocato scilicet Antistitu in ijs prouincijs numero; quod, & Philippus Rex pro sua in populorum salutem propensione ab eo efflagitauerat, & ipse in fidem exaugendam prouior ardentissimè, & cum laude confecit. Quatuor Episcoporum præfecturis, quæ in toto Belgio antiquitus numerabantur, quatuordecim accessere, quarum tres, quæ Episcopales olim erant, à sua quaque Metropoli diuisæ in Archiepiscopatus appellationem dignitatemque euasere; neque Cameracensis, Traiectensis, Mechliniensis; distributæ verò subter gemina hac sede principe recentis Episcoporum infule hoc planè ordine. Cameracensi Archiepiscopo attributum Tornacum, Atrebatum, Audomarum, Namurcum, Traiectensi, Harlemensis sedes cessit, Dauentriensis, Leonardiensis, Gru-

A mingenfis, Mildeburgenfis: Mechliniam Metropolim agnouere. Antuerpia, Gandauum, Brugæ, Ipræ, Buscoducum, Ruremunda. Hilce porò Ecclesijs administrandis facultatem Philippo, ac successoribus perpetuò, vt vocant, iure patronatus Pontifex fecit, vt quem vellent, præficerent.

At enim excitasse nouas Ecclesias, sacrasq. Episcoporum præfecturas Paulum ad incrementa sacrorum, facilioremq. fidelium, fideique disciplinam non contigit modò in Belgio, verum in remotissimas etiam terrarum plagas, vbi Antistitum vigilia, curæq. desiderari maxime videbantur, eius sollicitudo peruasit. Apud Indos quippe Orientales Lusitano Regi obnoxios, cum diuisa ab Romano orbe, ac subsidio Regio, propiore ope, manuque indigeret; quæ nascentem in dies, crescentemque religionem alerent, binas inibi Pontificum cathedras instituit. Malacensem, quæ vrbs prænobile est in aurea Chersoneso emporium, & Cocinensem.

B Quæ verò vnica erat instruendis ijs populis Episcopalis sedes, nêpe Goanensis, appendix Lusitani Archiepiscopatus, abstractam ab eius ditione voluit, euexitq. in Archiepiscopale nomen, ac dignitatem, constitutis nouis insuper infulis, quibus præficeret. Ioannem insuper Nonnium Barretum Lusitanum è Societate Iesu Sacerdotem ad Claudium Abassinorum Regem destinauit Patriarcham, si quo modo posset illum ad puritatem fidei Catholicæ, & vnitatem Ecclesiæ adduceret. Nam etsi ab eius gentis Rege Dauide Legatus Clementi VII. Pontifici maximo venerationem, obsequiumq. detulerat, tamen in tanto temporum, ac locorum intervallo, ad ingeniu deinde redierat ea gens; quippe cuius in animis herebant Diocori, & Eutichetis penitus infixæ mædacia, ab adulerterino Alexandriæ Præfule nihilominus iuris diuini responsa, ritusq. sacrorum, & publicæ, ac priuatæ cæremoniæ petebantur.

C Cum verò Polonia regnum inoffenso, veluti pede Lutheri impietas percurrere videretur, sine mora Paulus insignes litterarum laude viros, inter quos Alphonsus Salmeron celebrioris doctrinæ vir è Societate Iesu, in Poloniam allegauit: quos secutus mox est Aloysius Lippomanus Pontificis Legatus, vt adornatam in Hæreticos expeditionem, quo valebat fidei zelo administraret.

Complexus, & regiones alias nostro ab orbe, cœloq. disunctissimas, religionis, animique ardore est Paulus, consuluitque rectæ eorum fidei. Quod prodesse plurimum Syrorum institutioni, pietatiq. intelligeret, si nouum Testamentum Syra dialecto excuderetur, Romanis illud typis imprimi iussit, efflagitante id maxime Patriarcha Antiocheno. Abassinus item, hoc est superioris sub Ægypto Æthiops egregiè demeruit, quorum Legatos, qui Iulio III. Pontifici Principis, suæq. gentis nomine obsequium detulerant, perhumaniter habuit, & beneuolentissimè dimisit, additis Apostolicis ad Regem litteris, quibus, & illibatam ad Romanæ fidei normam diuinorum sensum, constans cum Petri sede fœdus etiam atque etiam commendauit.

D Nec prætermittendi Iudei, quorum, vt bonam frugem, salutemq. peroptare intinè videbatur Paulus; ita catendum ab ijs maxime censuit; quippe qui opibus, atque apud Principes pleròq. gratia florentes, tum commercij opportunitate, vsuque amicitia Catholicis immixti creare vicinore perfidia, ac præfractæ indolis contagione periculum religioni, ac moribus poterant. Cum illis, publicis legibus, edictisq. seuerioribus egit: imposuit auaritiæ modum, cauicque ne enormi censu, vsuraque Christianorum patrimoniam, corroderent. Tum ne Christianorum opera vterentur, ne vllam, cum illis negotiationem exererent, ne bona immobilia possiderent, Synagogas ne plures vno in loco suis ritibus exercendis excitarent. Ad hæc tributa pendi ab ipsis solita adauxit; summorum Pontificum priuilegia, quorum vsu ingentes sibi opes quesierant, abrogauit; ac ne sparsis, deductisq. per Vrbes familijs, ceu diffusum per venas venenum incautos opportunè laderet gentis perfidia, in vnum omnes angulum conclusit. Quod autem acerbissimum illis accidit, lex fuit, qua viri quidem, vt croceo vterentur pileo, feminae verò eiusdem coloris velum gestarent, lanciuit. Itaque quod molestissimum genti fuit, amoliri omni ope curarunt; lectosque duodecim omnino viros rogatum Pontificem miserunt, vt mitius cum ipsis ageret, mutato præsertim galeri consilio, quod in ingens nationis dedecus, ac probrum computabant. Euincere ab constantissimo Pontifice nihil omnino ea potuit legatio; ac secuta mox publica in prædiuitem Hebræum animaduersio, quantum ille à mente refrigerandi suas leges abesset, declarauit. Natriabo rem paucis. Carpere confidentius Iudæus quidam præcipuæ notæ sincerum Pontificis animum instituit; ea scilicet legum seueritate sui ipsorum opes peti; fore vt mollesceret rigor, si guttam asperferint. Hominis licentiam, ac linguam vindicare insigni exemplo voluit Pontifex. Accessit illum iussit, premi se maxima difficultate rei nûmarie simulauit, ceu iuuari percuperet: ille opportunam se natam occasionem putans, totius gentis nomine centena offerre, aureorum millia, modò croceum pileum, latusque in ipsos leges abrogaret. Ad hæc Pontifex, Vt ad vestram, inquit, pecuniam me nunquam aspirasse quisq. vestrum intelligat, oblata vos auri pensionè grauatos nolo; interim abundè fuerit, te modò inconsulto oblocutum, læsæ Pontificiæ dignitatis pœnas luere, statimque abreptum virgis publicæ cædi mandauit. Neque verò Iudæis minus

In India Orientali Episcopales Cathedras instituit.

Goanam Ecclesiam in Archiepiscopale erigit. Nonnium Barretum è Soc. Iesu Patriarcha Abassinorum.

In Polonia viros doctos allegat cum Aloysio Lippomano.

Syrorum salutem inuigilat.

Abassinorum legatos recipit.

Hebræorum auaritiæ modum imponit. Synagogam vnam conecedit. Romæ dispersos in vnum Ciuitatis angulum congregat. Vitis crocei pilei, femina eiusdem coloris velum dat.

Iudæum liberè loquentem punit.

molestiæ attulit, Thalmudem Babylonicum pestilentissimum illum codicem, sentinamque errorum proscriptisse.

Ad componendam verò Ecclesiarum disciplinam, ac fidem, moreq. Christianos, die sexta Martij anni 1559. sanctionem euulgavit, qua procurandis suis ouibus excedere Roma Episcopus iussit. Quocirca Antistitum, quotquot Romæ agerent, in magna Cōstantini Aula conuentum indixit: astuit ipse in tempore, dixitque confertissimam concionem, vt Vincentius Bellus refert, ad selqui horam eloquentissimè, ac Latine quidem semper. Sermonis summa ea fuit; iussisse se, quod diu conceperat, neque sine ingenti religionis, morumque discrimine differri vltius ordinationem potuisset: teneri diuino iure Episcopos suis Ecclesijs adesse, eorumq; rebus coram prospicere; id sacræ Scripturæ testimonia; id Patrum sententias monere. Et quoniam scirent hoc probè Antistites, ac nihilominus hæere Romæ desides tanto cum suarum ouium damno, ac fraude videret, putasse proinde se, suarum esse partium, cauere eo decreto, ac pœnis, quam seuerissimè, vt quando diuinum id numen præciperet, & suæ ipsorum saluti consulere Episcopi, & in commendatarum sibi Ecclesiarum procuracionem sedulo, ac coram incumberent: tum quæ damna ab eorum absentia, quæ contra præsentem eorum cura commoda prouenirent, incredibili quadam vi dicendi, exemplisque maiorum, ac sanctorum Patrum dictis explicauit. Demum adhortari, comminari, vrgere disertè visus est, pollicitus promptis quidem, strenuisque in suo munere præsto futurum; qui verò, aut obtemperare legi detrectassent, aut ignaui in muneris, animorumq. administratione fuissent, ijs offensum se, eorumque contumaciæ, ac inertia seuerum vindicem fore. Hæc vbi perorauit, comprobata silentio Pontificis mens fuit, ac intra constitutum tempus discessere ad vnum omnes Roma Episcopi arcendis nimirum à suis gregibus lupis, iuuandæque Catholicae disciplinae.

At quæ ad fidei Christianæ præsidium, ac decus pro singulari, ac riq. in illam studio cauit Paulus; complecti singillatim singula longius profectò esset, quare pauca commemorabo hic raptim. Publicam fidei professionem, quam hodie Episcopi concipiunt, Pauli IV. opus fuit, ac sancire item secum ipse constituerat, vt verbi Dei Præcones, & Confessarij eandem illam emitterent. Contra Hæreticorum fautores, Principes illi fuerint, Reges, aut Cæsares, præclara Constitutione insurrexit: tum ne qui de hæresi suspectus, aut postulatus lætæ religionis aliquando fuerit, summus renunciari Pontifex posset, sanciuit. In blasphemias, quæ apud Catholicos praua quidem consuetudine inoleuerant, acriter inuexit, ac visus pœnarum, legumque metu vitium emendasse: in eos, qui sanctissimam Trinitatem, aut Christum Deum esse, ac Deiparæ virginitatem pernegassent, legem dixit, quam seuerissimam, vt vel prima vice cum ipsis, ceu cum relapsis, flammis vlticibus ageretur; qui Sacerdotio non initiati ad altare facerent sacrum, puniendos suspensio, tanquam Hæreticos decreuit. Simoniacam labem sancti Officij censuræ subiecit: Apostatas, quos longa quidem experientia didicerat, in hæresim tandem degenerare, salutari sanctione compelli in sua quemq. claustra iussit: Veneficia, cultumq; omnem Daemonum vindicanda sacris quæstoribus permisit.

Ad diuinum cultum augendum multa sanciuit: & primò abrogatis quæ tunc ad Aulæ gustum breuiore preces recitabantur; ex antiquioris Breuiarij forma persolui ab omnibus stas Deo laudes iussit: Templorum reuerentiæ, nitorique maximè consuluit: Defunctorum monumenta, ac deposita, quæ aut super aras, aut superiore alio loco extabant, infra Ecclesiarum dignitatem reputauit, amouitque: deambulationes in ijs anathemate omnino interdixit, eademq. cauit pœna, ne pauperes inibi stipem emendicarent, quod piorum animos, precesque distraherent. Ad hæc, pleraque ad fidelium religionem, sacrorumque pompas, ac venerationem instituit. Celebritatem, qua instructo equestri agmine ad Diuæ Mariæ supra Mineruam die consalutata ab Angelo Deiparæ sacra amplissimus Patrum Senatus Pontificem deducit, imperauit. Quæ eadem item in Basilica vertente quorannis anniuersaria Diui Thomæ Aquinatis memoria, solemnia habentur sacra, solemnè ritu decreuit, dixitq. luculenter, ac Latine ad Purpuratos Patres concionem de Aquinatis laudibus, cum primùm eam celebritatem statuit. Pontificia sacra, quæ in Aede sanctæ Mariæ Maioris festo Assumptæ in cœlum eiusdem magnæ matris die, ac in Basilica Diui Petri in solemnè omnium Sanctorum commemoratione instituit. Et quibus maximè ferijs acerbissimam Christi Domini necem recolit Christiana respublica, sepulchrum in Vaticanas ædes inuexit. Domesticum sacellum sumptuosius quidè operis, columnisque Tiberiano è marmore suffultum priuatæ religioni excitauit, in quo adhibere sanctioris notæ Cardinales, familiarisq. canendo Numini solitus erat. Quo etiam die sacra Eucharistica celebrantur, ac publica supplicatione defertur à Romano Pontifice velatum Numen, vt Vaticanam etiam regionem, vrbemque Leoninam, quæ pompa circumfertur oppansum latè velum inumbraret, ne instructum agmen lederet Solis ardor, auctor ipsemet fuit, primusq; qui ob defectas senio vires, tum ad augendam mysterij maiestatem, gestari cum ea fruge sella voluit; quod, & consequentes plerique postmodum Pontifices fecere. Ad di-

diuini cultus elegantiam lampades etiam excogitauit, quæ cera, non oleo concinnarentur, easque ardere in Pontificio sacello voluit; illud exquisitissimum; ne cerei, dum extinguerentur, detraherent graueolentia loci, dignitati; ea quidem ratione, ac arte extinctionis instrumentum faciendum curauit; vt imbuti odoramentis quidam in eo globuli, grauem eam fumigationem in odoratam, subinde vaporationem commutarent. Præter hæc Pontificum indumenta, quæ à vetustatis maiestate, formaque desciuerant, suo splendori, ac figuræ restituit.

Cum hac diuini cultus elegantia eximiam quandam in cœlites obseruantiam coniunxit: pio in primis affectu magnam Dei matrem prosequatur. Testantur instituta in eius honorem solemnè pœp, ac sacra, quibus cum Assumptam, tum ab Angelo salutaram celebrari voluit, vt supra indicauimus. Belli Neapolitani tēporibus, cum muniendæ opportunè Vrbi pleraque disijcerentur ædificia, exorari nunquā potuit, vt Diuæ Mariæ à Populo Templum, quod pernececlarium institutis munitioribus putabat Camillus Ursinus, euerteretur; singulari in Deiparam affectu ea belli pericula posthabuit; nec tanti faciendam publicam securitatem censuit, vt Marianæ Templi ruina redimeretur. Domum quoq. Lauretanam singulari pietate, & munificētia prosecutus est: habemus Horatij Turbellini in Hist. Lauretana de hac re per amplū testimonium: eiusdem Historiæ verba hic rescribo. Pontificatus initio vetera aliorum Pontificum beneficia nouo sanxit diplomate, ædificationem, sedulo inuist, auxit numerum ministrorum, nihil denique prætermisit, quod ad amplificandam loci religionem pertinere existimaret. Cæterum illud præcipuum eius munus ex Marcelli vtique consilij ortum, quod Societatis Iesu Collegium auctius reddidit. Nam etiam si patres illi, qui tum erant, maiorem, quam pro numero peregrinis nauarent operam, tamen Sacerdotum paucitas crescenti in dies aduenarum multitudini satisfacere haud quaquam poterat. Præsertim cum ex remotissimis quoque regionibus peregrini homines sermone dissoni quotidie plures eo confluerent, quorum plerique confessione expiari nequibant linguæ commercij expertes: hos irritos spei, votique domos redire haud ægrius ipsimet, quam patres patiebantur. Igitur ea res Cardinalem Carpentem perpulit, vt de augendo patrū numero cogitaret; is quippe admodum lætus Collegium ab se in solo Lauretano satum, quamuis adhuc tenue, ac tenerum, satis vberes pietatis, quæ ferre, quæ ostentare fructus, de eo impensè amplificando cum Pontifice agitauit, ratus fore id quod euenit, vt vberissimam frugem auctis, maturisque iam fructibus ferret. Itaq; anno huius sæculi quinquagesimo quarto, approbante Pontifice perfecit, vt socijs duodetringenta superiori numero adiectis, quadraginta è Societate Lauretali alerentur. Nec Cardinalis, aut Pontificis ipem Societas est frustrata. Auctum per eam occasionem Collegium magno, & religioni peregrinorū incremento, & Lauretanæ Domui emolumento fuit. Ex eo tempore omnium ferme nationum peregrini, suæ quisque gentis Sacerdotes nacti, quibus cum liberè agerent sine interprete, eorum opera Christianis etiam institutis, præceptis imbuti, non tantum peccatis expiati domos repetebant. Lauretanæ porrò Aedis religio, ac res tantis subinde auctibus creuit, vt satis cōstet, vel aduenarum frequentiam, vel donorum copiam solito longè fuisse maiorem. Nimirum aduenarū multitudo infinitè crescebat in dies, ac multis passim agminibus per omnes vias, semitaq. Lauretum vndiq. concurrebant: sæpe dena, nonnunquam vicena, interdum etiam tricena, eoque plura peregrinorum millia versabantur ad Lauretum circiter natalem Virginis diem; pleriq; autem Templo, oppidoque exclusi circumiectos agros, siluasque complebant.

Proximo à sanctissima Virgine cultu Apostolorum Principes Petrum, & Paulum prosequatur, quorum Basilicas, pioque cineris, ac monumenta quam religiosissimè, ac frequenter etiam renunciatu Pontifex pedibus adibat. Geminum item illud labentis Ecclesiæ cōlumen, ac firmamentum, Dominicum, ac Franciscum eximie coluit, multumque fuit in cohonestandis tum laudibus, tum beneficijs ijs familijs. S. Dominici festiuitatem nonis Augusti institutam, pridie nonas Augusti, singulis annis in vniuersis Orbis Christiani Ecclesijs sub duplici ritu celebrari mandauit. Beatū quoque Raymundum, insigni sanctimonia virum, quem postea Clemens VIII. in sanctorum concilio, censuque reposuit, celebrari diuinis officijs Barcinone iussit. Lusitanæ Reginam Elisabethæ, tertij, vt aiunt, ordinis Franciscanæ citra solemnem ritum consecrauit; nam quæ concedi sanctis in publica illorum Apotheosi consueuere, aras, preces, signa, tabulas exhiberi, Lusitano in regno Elisabethæ iussit, efflagitibus id certatim populis, ac Ioanne III. Rege. Iam Diuos illos omnes, quos præcipua venerabatur obseruantia Paulus, recensere longū fuerit; vnus hic non dissimulandus Thomas Aquinas, in què nescio quo peculiari animi sensu, genioq. ferebatur; siue quod popularem suū proniore studio complectendum duceret, siue quod nulla ex æquari veneratione posse coniunctam tanto cum studiorum splendore tantam perfectioris vitæ laudem putaret. Quare non modò eximiaz illius sanctitati addictus, sed, & doctrinæ fuit; vt præstantissimorum operum monumenta, ad supremam vsque ætatem assidua versauerit manu, ea quidem voluptate, ac fructu, vt appellare illum solitus fuerit: *Bachulum sanctitatis*

Episcopus ad proprias Ecclesias remittit.

Episcopi publicam fidei professionem mandante Paulo faciunt.

Scribit leges in blasphemias & in alios.

Diuinas preces breuiore recit.

Celebritatem in festo Annuationis instituit. Annuersaria D. Thomæ Aquinatis memoriam celebrari imperat.

Pontificale sacrum in festo Assumptionis; & in commemoratione sanctorum instituit. Domesticum sacellum ornat

Dei matrem singulari affectu prosequitur.

Domum item Lauretanam.

Collegium Lauretanum Societatis Iesu auge.

Petrus quoque, & Paulum Apostolos.

SS. Dominicum, & Franciscum.

Thomam Aquinatem.

nellus sua. De quo etiam illud egregie pronunciale aliquando constat, *Extinctam videlicet in ipso puerperio Neapolim, cum enixa Thomam est*; significauitque ea sententia, nunquam fore, vt alterum ingeniorum, ac sanctitatis miraculum Aquinati par, aut simile vrbs Neapolitana orbi daret. Quare eiusdem summi Pontificis opera in lucem post multa secula in quibus latuerant, prodierunt nonnulla S. Thomae scripta, inter quae, Thoma Nerio Florentino teste, numeratur illud in Sententias ad Hannibaldum. Ille enim in Epistola nuncupatoria impressionis Parisiensis anno salutis 1574. facta haec habet. *Quoniam sanctissimi D. N. Pauli IV. Pontificis Maximi, cum esset adhuc in minoribus, pium desiderium fuit cunctis prodesse, hoc D. Thoma aureum opus, quod diu, quasi sub terra latuerat, in lucem eius prouidentia extulit, quod veluti totius sacrae Theologiae summarum quoddam est.*

At quam infractus fuit Pauli animus, Ostia nos docent Tyberina ab Albano Duce, ac Prorege Neapolitano, diu verberata primum, mox etiam capta. Etenim non modo horificum tormentorum fragorem in Vrbe interitus audiuit; verum cum Senatū Cardinalium consulenti renunciatum fuisset, oppidum illud deditioem fecisse, eaque res Patres non dubia formidine aspersisset; ipse ore nihil immutato: Nos verò consullemus, inquit, Senatumque tetinuit, nec ante dimisit, quam in summa rerum tranquillitate fecisset. Eadem animi firmitas nunquam defecit, cum Sabinae, & Latij oppida quotidie ab Albano rapi, & Guisij exercitum fatiscere audiret. Pauli tamen dotes, opesque animi omnes recensere non est huiusce historiae; percurrat qui illarum percupidus esset, Historiam Clericorum Regularium à Iosepho Silos descriptam; ex quo contractis in angustiorem veluti tabulam, quae fuscè ille erudito stylo exarauit, praeclearam, spirantemque maximi Pontificis imaginem ex Syluestro Petrasancta in Symbolis ita sub aspectum ponimus, vt vlturpari vnico statim intuitu possit. *Vi cogam, sunt laudati Petrasancta verba, in arcto encomia, quae viri summi eximia virtuti consecrarunt, audiuit merito Paulus, Cleri Romani primus reformator; primus suo saeculo deprecator purpurae; primus Apostolici Clericorum ordinis restitutor; primus supremi de haeresibus iudicij in Vrbe auctor; reparator labentis Catholicae fidei; spes vnica confirmanda, & constituenda reipublice Christianae; nulli superiorum Praesulum posthabendus; Christianus Cicero; Latinus Chrysostomus; Religionis vindex; vere libertatis assertor; reparator veteris discipline; Orbis columen, haeresum perfundator, vltorum omnium perpetuus hostis, Christianae legis Antistes; sanctissimus, ac piissimus Princeps; sanctissimus, & eloquentissimus Pontifex; Christianae pietatis restaurator sanctissimus, & doctissimus; Vir admirabilis; Praesul pietate eximus, virtutibus eminens; & sacra vel lectioni, vel operationi, vel meditationi sepe affixus; eloquentia, doctrina, sapientia singularis; liberalitate, animi magnitudine praestans; scelerumque vindex integerrimus, Catholicae fidei acerrimus propugnator.*

Haec ad interiorem animi effigiem, cui externam appingimus pro coronide, vt totum Paulum legentium animis, oculisque subiiciamus. Statura fuit ingenti, corpore gracili quidem, sed habitissimo, valentique; ore subtili, flexoque ad maciem vultu, aspectuque subaustero: recedentes, vibrantesque acriore lumine oculi, modico naso, rara, nec prolixa admodum barba. Vox gravis, compositus ad omnem modestiam, ac dignitatem gestus; ardens, prouumque ad iracundiam ingenium; sed cui deferuiscere statim impetus, ac bilis videbatur; valetudine tamen fuit alioqui prospera, & qui nunquam medicorum opera vsus fuisset, quanquam in victu non admodum diligens esset. Osium, quem supplicibus libellis subnotandis, summæque consiliorum omnium praefecerat; necnon Episcopatu Reatino exornarat, morum rusticitate, grauiorque eius ingenio suboffensus, paulo post in Hadriani mole perduro carcere habitum per quadriennium fere custodiri iussit. Triumviralem Conferuatorum in Vrbe, & Senatoriam in Capitolio potestatem amplificauit, & populo Romano immunitates omnes, & priuilegia à superioribus Pontificibus concessa auxit, & confirmauit. Vrbe Praefectum, Urbini Ducem, in locum Horatij Farnesij paulò ante interfecti suffecit. Cardinales prouinciarum aliquorum Legatos, minorum ordinum Praefectis subrogatis, cunctos reuoca-

uit, eaque prouidentia populum ditionis Ecclesiae à multis operibus subleuauit. Lenones, & facinorosos homines Vrbe exactos grauissimis poenis coercuit. Vt autem litterarum studium promoueret, in Collegio Romano Societatis Iesu potestate fecit Icho lasticos, & Alumnos Germanicos ad quoscunque litterarios gradus promouendi.

Externa quoque curauit, si externa habet omnium parens. Controversias nonnullas inter Senatum Venerum, & Equites Hierosolymitanos sua auctoritate diremit. Obseruauit Panuinius, Paulum mortiferam aegritudinem ex Henrici II. Francorum Regis Christianissimi, quam copiosè deplorauerat, morte coextraxisse; regni illius aliàs florentissimi, imò totius reipublice Christianae vicem se lugere dictitantem ob haereses, turbasque, & clades, quas post pijsissimi, & fortissimi Regis excessum illi obuenturas praesagebat. Alterum, quod illum perculit, Mariae laudatissimi moris, pietatisque Angliae Reginae praematura mors fuit. Non mediocrè sanè trilitiam ingenerarant, quae ipsum ad seueriorem in nepotes animaduersionem adegerant: eo, vel maxime quod post eorum ab Vrbe abcessum Brianzae Diacarlona, nobilissimae, atque honestissimae feminae, Paliani Ducis coniugis mortem festinatam inaudierat. Quo vulnere cumulata Potificis molestia dum defecti lenis animum intemè corrodit, afficere vehementius coepit. Atque haec quidem fuere, quae affectis animi facultatibus, corpus etiam, aqua sub cutem fusa, maximo Pontifici labefactarunt. Quod morbi genus vbi ille in summa, exactaque senectute aduertit, praenuncium, causamque mortis adesse existimauit; vnde constanter affirmare, ac praedicere, breui se moriturum solitus erat. Fertur, cum die Dominico, in quem Septuagesima recurrebat, ad aram fecisset, legissetque in Missae introitu ea Psalmi verba: *Circumdederunt me dolores mortis*; expletis sacris allocutus statim suos, in ea ipsa verba esse: *circumdederunt me doloris mortis*; & mox illa etiam Iacob addidisse: *Dies mei pauci, & mali*; ac sub id fere tempus, cum Neapoli Romam appulisset Cardinalis Cueva, qui eius regni vires administrauerat, Pontificem adiit, qui ea illum praedictione excepit, nempè opportunissimè aduentasse; quando non longè Pontificia abessent Comitia.

Cum igitur Pauli vita desperata esset, ad xj. Kalendas Septembris hora duodecima Pontifex, qui mortem sibi instare sentiebat, Cardinales euocari iussit, vt dictum est supra. Antonius Caracciolus Clericus Regularis, Pauli Vitae scriptor haec de eius morte habet: *Paulus magna animi demissione, verborumque ambitu publice Dei misericordiam implorauit, vt in laborioso mortis agone fatiscens succurreret; utque Ecclesiam Catholicam magis magisque amplificaret.* Expirauit igitur Paulus, non die prima Septembris, vt scripsit Bartholomaeus Chioccarellus in libro de Archiepiscopis Neapolitanis; sed 15. seu 18. Kal. Septemb. feria sexta, hora vigesima prima, aetatis suae anno 83. mense 1. diebus 22. Pontificatus verò quarto supra mensem secundum, & diem vigesimum quartum, vel septimum. Maximi Pontificis obitum, vt magnorum funera praecone caelo praemonstrantur, commonstrasse non vnum planè prodigium videri potuit. Visus quippe sub id tempus promissio, feralique crine in Hispania cometes; sublimis item in aere Crux in Anglia; atque alibi alia; quae licet ad aliorum Principum parentaliam, quibus funestatum annum 1559. plerique retulerint, communis nihilominus Ecclesiae parentis, ac praestantissimi factorum Praesidis iacturam praenunciasse, nemo est qui dubitet.

Ad eius lateritium sepulchrum in Vaticano ante translationem, epitaphium hoc appositum fuisse, refert Antonius Caracciolus in Collectione historica de eius Vita.

*Si tua non pendet Parisi immixa columnis
PAVLE, nec est titulus Vrba superba tuis
Saepe tibi pro Tumulo Caelum est; nam maxime Vtrum
Non alio poterat marmore PAVLE tegi.*

In sancta Maria super Mineruam, ad quam aedem septimo post anno celeberrima pompa translatum est Pauli Pontificis Maximi corpus; epitaphium hoc in pulcherrimo, marmoreoque tumulo à sanctissimo Pio V. positum legitur.

IESV. CHRISTO. SPEI. ET. VITAE. FIDELIVM
PAVLO. IIII. CARRAE. PONT. MAXIMO
ELOQVENTIA. DOCTRINA. SAPIENTIA. SINGVLARI
INNOCENTIA. LIBERALITATE. ANIMI. MAGNITVDINE. PRAESTANTI
SCELERVM. VINDICI. INTEGERRIMO
CATHOLICAE. FIDEI. ACERRIMO. PROPVGNATORI
PIVS. V. PONTIFEX. MAXIMVS
GRATI. ET. PII. ANIMI. MONVMENTVM
POSVIT.
VIXIT. ANNOS. LXXXIII. MENSES. I. DIES. XX. OBIIT. MDLIX.
XVIII. KAL. SEPT. PONT. SVI ANNO V.

Pauli animi firmitas.

Pauli encomium.

Externus Pauli aspectus descriptus.

Osium Pauli.

Senatoris potestatem.

Cōtrouersias diremit. Henrici II & Mariae Reginae obitus Pauli perculit.


Mortem prauidet suam.

Que de Pauli morte habet Antonius Caracciolus.

Pauli obitus.

Pauli obitum praemonstrant prodigia aliqua.

PAULI IV. P. O. M. SEPULCRUM AB AEGEGIA PARRHILICORII MANV. IN TEMPLO D. M. SVPER MINERVAM EREC.



IESV CHRISTO ET VITAE FIDELIVM
 PAVLO IV. P. O. M. MAXIMO
 ELOQVIVM SINGVLARI
 INNOCENTIA. LI. ME. PRÆSTANTI
 CATECHIZANTE. NO. MATORI
 PIVS. V. XIMVS
 GRAT. TIVM
 VIXIT. ANNOS. X. ORBIT. MDLIX
 XVIII. AMMO V.

Pauli Quarti Numismata.

Ex Museo Equitis a Puteo

Magnus fuit de huius sanctissimi Pontificis morte, piorum omnium sensus; improborum enim, peruersis iudicijs nihil moror; atque ad hoc idem probandum, duos tantum adduco testes, Ioannem scilicet Franciscum Firmanum Pontificij Sacelli cæremonij præfectum, & Gonsaluum Illescas Hispanum: Primus autem hæc habet. Anno 1559. die 18. Augusti inter 21. & 22. horas Paulus IV. Pont. Max. animam Deo magna cum deuotione reddidit: eodem die populus armatus in eius odium infanda flagitia perpetravit. Quocirca maximum passi sunt dolorem, qui sanctam diuini Pontificis mentem, & intentionem sciebant; semper enim incubuit reformationi peruersorum morum Urbis, & totius reipublice Christianæ. Et verè habitum fuit, quod si à suis in multis non fuisset deceptus, & præcipuè in gerendo bellum perniciosum, non solum dominio Ecclesiastico, sed etiam multis extraneis populis fuisset reputatus sanctior propemodum, quam ullus alius, qui fuerit à D. Gregorio vsque ad suum Pontificatum. Tamen negari non potest, quin semper optimam, & sanctam intentionem habuerit, & ostenderit in cunctis suis actionibus, & præsertim in prosequendo hæreticos, usurarios, blasphematores, & alios facinorosos homines.

Alter verò, Illescas scilicet hæc de eodem refert. Hoc ipso anno 1559. obiit Roma Summus Pontifex Paulus IV. effectus senio, utpote, qui lxxxiv. annum attigerat: porro sulsus cum mors eo tempore, quo cantius, quam in initio Præsulatus incedebat. Nam cum suos propinquos, aliosque homines, quibus incautè fiderat, à se, suaque domo abegisset, ad ingenium, pristinosque suos probos, sanctosque mores reuersus erat. Iamque non nisi Romane Aule, & sue ipsius domus repurganda, puniendisque publicis, scelerisque sceleribus incumberebat: quocirca simoniacos, mulerosos, & eiusmodi hominè colluuiem coercuit. Pædagia, tributaque multa, quæ ipse suis propinquis perperam suadentibus indixerat, sua postmodum sponte abrogauit: totus denique fuit in reformando Orbe, abolendisque vitijs, & prauis, quæ irrepserant, consuetudinibus. Iam verò si ea, quæ decrepitis egregie insistent, multis ante annis facere cœpisset, profecto, & sua ipse cæpta ad finem producere potuisset, & præcellentissimi Pontificis, ut de tanto viro credi fas est, munia absoluisset. Vt autem id de eo sperari posuerit, facit vita eius inculpate ad obitum, vsque peracta; verumtamen illud omnino quisque fatebitur, neminem eo constantiorem nunquam extitisse in tuenda, asserendaque Ecclesiastica libertate. Id verò illi prospere contigit, quod suorum propinquorum, qui apud se nimium potuerant artes, ingenia mature cognouerit; seque ipsi strenuè extricauerit. Felicissimum sane virum; quem non ante mors corripuit, quam se hortatore, atque auctore viderit in ita stabili sedere inter summos Christianos Principes concordiam, & rempublicam Christianam vniuersam antea diuexatam, sedatis belli tumultibus pacatissimam; scilicet ut sic denique tranquillo Orbe, religionis iura promoueret, & œcumenicum Concilium, quod iam pridem cœptum fuerat, posset abfolui.

Huc vsque laudatus Gonsalvus Illescas, qui licet multa de Paulo, aliisque Romanis Pontificibus narrauerit, in nonnullis tamen à veritate aberrauit. Quare quod alibi scripserit, Paulum initio Pontificatus magnifica celebrasse contiuia, nihilque prius tæ moderationis retinuisse; & id genus alia quæ non sine labe tanti Pontificis posteris legenda transmiserit, haud plus habent veri, quam quod ipsemet scribit; illum Benedictini ordinis extitisse; vnde nihil est, quod illa confutem, cum satis se ipse corruant. Viuunt siquidem etiamnum, ait Caracciolus eius vitæ scriptor, Octavianus Crescentinus, eques Romanus ornatissimus; Vincentius Bragadinus Venetus; Tiberius Crispus; aliique integerrimi testes, Pauli IV. familiares, qui ingenuè testantur, quam ciborum parcus ille Pontifex, quam præcipuus astriculi moris auctor extiterit. Extendebat quidem interdum longiusculè sua prædicia; prædicia inquam, raro enim, aut nunquam conabatur, sed bonam partem eius temporis in habendo sermunculos ad astantes de rebus serijs, vel tum Sirteto illo magno de sacre Scripture, sanctorumque Patrum locis disserendo solebat insumere. Ipse autem è mensa ferulis licet multis onusta sibi tantum, aut alteru referuabat; cetera ad domesticos liberaliter mittebat. Quod si quando, ut die sue Coronationis, vel festo Apostolice Petri Cathedre, quod iam desuetum, ipse in usum prudentissimè reuocauit, conuiuium splendide instruxit non reprehendetur nisi ab eo qui nesciat in re domestica continentie laudem querendam esse, in publica dignitatis. At de eadem hac re carpit Paulum non nemo alius: quid mirum? illos etiam veteres, sanctosque Romanos Pontifices, Felicem, Liberium, Damasum, & alios Marcellini dente proficissos lego, quod epulas curauerint profusas, adeo ut eorum conuiuia regales superauerint mensas. Verum quid in calumnia hac abscondenda tot opus est verbis? Panuinius audiatur, & satis erit: Fuit Paulus firmo fere corpore & bene composito, quippe qui nunquam medicorum usus est subsidio, aut consilio, vna frugalitate, ac tenui victu salutem sibi meri solitus.

Obiectum quoque Paulo quod bella in Italia excitaret, & quod plus nimio feuerus fuerit. At ad bellum Paulus adductus, ut Ecclesiæ iniurias vicisceretur; nec immatura illius feueritas, cum in

A scelestissima incurreret tempora, quibus Orbis Christianus hæretate, peccandi audacia, eo magis necessaria erat iudiciorum grauitas; quæ tantopere effusam coërceret sæculi nequitiam; quo ius luxuriæ, & impietati publicè datum videbatur. Austero suo ingenio vsus est fere semper in Ecclesiæ bonum, vtilitatemque. Volabant aliquando per Urbem, quam diriperant, Borbonici exercitus milites, & cū sacra omnia, atque profana miserent, nulla mortalium, nulla cœlitum reuerentia; Carrasæ, cuius celebris erat sanctimonia obuiam facti, ad genua procidentes, vt sibi bene precari vellet, supplicabant: at ille contracta fronte, ac seuera voce increpans; *Egone? sacrilegis, atque execratis capitibus, fausta precatione benedicam? Ite maledicti in ignem eternum:* Tanta in illius gladiorum licentia, vel inter patriciales sicas, virtutis constantia fuit. Idem cum Verona: Giberti Episcopi latus clauderet, occurrit ferque Urbis Rector, qui ab ingenua superbia Episcopo se sistere, & absolutionem nescio cuius nexus Christiano more petere, abnuexat, Episcopum Apostolico verbo monuit; *increpa enim dures; mox factò gradu ea sermonis grauitate hominem obiurgauit, vt dicentis maiestate victus ad Giberti pedes, pacem, ac veniam precaturus acciderit; liberè postea cõfessus, Episcopi Theatini vim se non potuisse sustinere.* Idem cum sacro in Purpuratorum Patrū conuentu coram Pontifice Cæsaris Legatus ferocius quam pro sacri Senatus maiestate, ac Pontificis, & Patrum sanctitate locutus videretur; assurgens, atque à Pontifice impetrata venia dicendi, liberrima oratione, legati audaciam castigauit, ac ne porrò hinc re auderet, pudorem incussit, meruitque vt frontis sudorem Pontifex dimisso Senatu propria detegeret manu, grandi, si hoc sæpe ageretur, apud homines mercede.

C Malè habuit Paulum recentissimus quidam bonæ notæ, sed exterus auctor; & ideo malè de rebus Urbis edocuit: hic famosum libellum à maledico, & acida lingua scriptore post Pauli obitum exaratum refert; eiusque populum Romanum auctorem facit; cum re uera illum priuatus quidam, sed maledicus homo, & fortasse hæreticus scripserit, & ideo non attendendus. Paulum alij damnant, quia nepotes aliquando tolerarit, ac tam serò ab Urbe exegerit; at Pauli innocentiam detegit Gabriel Saluagus his litteris hac de re ad rempublicam Genuensem datis.

D Illustrissimi Domini Summi Pontifex offensum tum ministerio sua menti dissentaneo, quod sibi in rebus publicis obeundis diuerso tempore Cardinalis Carrasæ, & Palliani Dux præstiterunt; cum præsertim eorum vterque ad ipsum deferre omiserit quadam magni momenti in conuentis cum Duca Alba firmatis, & restitutione eiusdem Palliani Hispanis facta; tum etiam aduersus multis iniquis fortasse delationibus quæ super ijs, quæ spectant ad iustitiam Romæ, ac foris agitatas, quæ super moribus, ac priuata ratione viuendi trium suorum nepotum, postquam Cardinalem eundem per viginti, & amplius dies non solum admissione domesticæ sed publica quoque, & conspectu suo prohibuit, maxima cum perturbatione rerum, & omnium ingenti admiratione: die Venetis proximè, ex acto, vt finem huic causæ imponeret, ac silentium indiceret multis tum Cardinalibus, tum suis familiaribus, qui eum instigare enixe conabantur: aduocato Purpuratorum Senatus, & accitis præcipuis Urbis Iudicibus, ac duobus viris à litteris Pontificijs, irarum, ac feneritatis plenus tres nepotes suos quoniam magistras, ac stipendio Ecclesiastico in hunc modum abdicauit. Primo quæstus Pontifex prolixis, & asperis verbis tum de maledicis, & contumacia generatim quoad actiones publicas ab illis passim admittis, ut etiam de iniurijs in suum decus emiserit ab eis illatis, Cardinalem præfectura Bononiensi exiit, & ab omni administratione submouit in ditione Pontificia, ac suprema potestate rerum, quam antea obtinuerat Romæ, aduocata illius perpetua relegatione intra oppidum agri Pallianensis ab eo designandum, subblata omnino reditus facultate, nisi à se scripto concederetur.

E Dux eius frater ex gradu summi Ecclesiæ Ducis deturbatus, ac præfectura trivernium, & quouis stipendio, atque imperio exutus, quæ plura in Pontificis ditione obtinebat; & ex quibus septuaginta duorum millium aureorum illi in annum prouentus redundabant, relictis illi tantum Palliani titulo, ac redditibus, in exilium missus fuit Gallestum, quod oppidum Roma proximum paulo ante coemerat. Marchioni Antonio adæpta sunt in Pontificias excubias imperium, & quouis aliud, ac stipendium militare, quæ omnia supra triginta aureorum millia, quotannis illi præbebant; & pro exilio præscriptus Montebellus oppidum præcipuum tituli ab eo nuncupati. Decreti sunt singulis ad Romam migrandum duodecim tantum dies, iussu per virum à secretis publicè diplomate de huius iudicij solemnni pronuntiatione conficci, idque statim per legitimos homines ipsismet profcriptis denunciari. Strictè quoque cautum est toti Cardinalium Senatus, ne Pontificem viuontem, de ipsorum ad Urbem reditu, aut alijs pro ipsis deprecarentur; & in eam rem grauissimas penas interminatus est. Mandatum est interim summum copiarum imperium, ac trivernium Camillo Vrsino. Post hæc Pontifex quanquam inter agendum concitatus, & estuans, quasi alius, tam placidè vultu, ac verbis ad cetera negocia se composuit, & ad Patres conuersus est, vt nil penitus ea

Seueritas Pauli multis proficua, & necessaria.

Auberius Pauli male habet.

Pop. Rom. non fuit auctor libelli famosi illius.

Illescas hæc de Paulo nar.

Ad bellum coactus Paulus.

die contra sensum decreuisse videretur. Cognita ab his Dominis Carrasis tam immisi sententia, & sperantes illum potius olim parendo placaturos pietate, quam nunc propinquitate, resistendo, maluerunt quantocius iudicio parere; quare intra quinque dies conspectu Pontificis prohibiti ne dum colloquio, nisi etiam causa omnes recesserunt. Nec Cardinali impetrari potuit Bononiensis praefectura retento, aut commutatio relegationis loci in alium ob priuatas offensiones tutiorem. Cardinalis vero hanc calamitatem cum dignitate excipiens, atque inuicta patientia firmatus, cum paucis eius ciuitatem Lauiniam in agro Latino ad habitandum sibi delegit; dimissis prius ex albo sua familia ducentis viris, quos omnes in Aula coactos prius ita grauitate, & amanter allocutus est, ut ipse solus intrepidus reliquos omnes flere coegerit. Nec turbo hic praeterijt solitudinem, & innocentiam miserabilium foeminarum huius domus, adeo ut nec una immunitis abierit; nam cunctae cum suis paruulis, sublato in posterum omni munere, atque attributione honoraria, omni ad haec prerogatiua, & claritudine deposita, a conspectu, & gratia Pontificis exclusae, atque vlla humanitatis significatione, coactae sunt in exilium potius trahi, quam proficisci. Inter quas nobilis, & veneratione dignissima matrona horum Dominorum maestissima parens, quae quinquaginta annos concordia ne quidem tertata, Pontificis fratris vixerat, licet innocentiissima, plusquam septuaginta annis pressa, & ferè semper egrotans, nulla earum ratione habita, tumultuario impetu cum filia vidua, & neptibus afflictiissimis iussa est Urbem relinquere, & petere agrum Balneoregensem; reliqua vero misera, & flentes, viros suos secuta fuerunt. Unus tantum superest, vis acerba etate procul ab omni culpa suspicione; ita quoque pena impar, quem in spem generis seruauit, filius Marchionis, veluti in sinu Pontificis educatus, & adules; cuius adolescentis maestissimi infortunij non solum hoc accidit, ut omnino prohibeatur vllatenus cum exulibus communicare, sed etiam pro illis Pontificem deprecari. Qui disunctus, ac veluti diuisus a patre, & fratre, absque vlla fere spe, ut possit nisi cum suprema, atque ingenti sua domus inclinatione, morte scilicet Pontificis, vel adiumento eis esse, vel eorum aspectu frui; vltimus hoc admirabili animi aequitate altè regens, ad obsequia Pontificis assidue apparet. Verum licet dolorem dissimulet, vultus iam, & habitus elegans, ac venustatis plenus maciem, & maestum squalorem induit, ut ipsos inimicos, si quos habet, ad misericordiam commoueret. Pontifex tamen post hoc tam inclementis iudicium solum inter famulos, & ad ministros recentes inuersis mandatis, & dominandi consilijs immutatis, senio confectus, adeo propositi tenax, ac retinens est, ut nec pietate, nec laboribus, vel secessu, vel animo immutatus appareat, nec vlla suorum, aut praeteritarum rerum memoria recurset: suspensis hominum coniecturis, vtrum hac sua inclementia foris elatior incedat, an introrsus infusa, ac iusta indignatione commotior. Eo loco se habent Illustrissimi Domini, quae maxima est fortuna nota, res domus Carrasae per eundem Pontificem aucta, & deinde afflicta post quatuor circiter annos Pontificatus, octoq; inter tres sua aetatis. Die 2. Februarij 1559.

Verum si Paulum per pauci acculant, multi eundem laudibus extornant, inter quos Reginaldus Polus Cardinalis, qui in Epistola quadam ad Sadoletum: Sanctissimum, & doctissimum, Carrasam nostrum vocat. Hofius, & ipse: Christianum Ciceronem, Latinum Chrysostomum ob sacrae eloquentiae donum, atque alterum Nestorem. Cardinalis quoque Sirletus: Sanctissimum, & eloquentissimum Pontificem, & Christiana pietatis restauratorem. Paulus III. Onuphrio teste, in huius Pauli Vita: Verum admirabilem. Iulius vero, & ipse III. in Epistola ad Carolum V. Praesule pietate eximium, virtute eminentem, & sacrae vel lectionis, vel operationis, vel meditationis semper affixum. Bochius in Plal. 117. Nulli superiorum Praesulum postponendum, religionis vindicem, verae libertatis assertorem, Principem clementissimum. Nicolaus Orlandinus in primo tomo Historiarum Societatis Iesu: Nobilitate generis, litterarum editione, & alijs Dei muneribus spectatissimum Cardinalem, atque Pontificem optimum, & vltima religiose peritum in paucis, & quem vel inimici favebantur, vitam sanctorum modo finisse. Et Franciscus Sacchinus in secunda parte earundem Historiarum: Reformator Romani Cleri, primum suo saeculo purpura deprecatorum, Apostolici Clericorum ordinis institutorem, seu maius restitutorem, reparatorem veteris disciplinae, Orbis columen, Haeresum pessundatorem, flagitiorum omnium perpetuum hostem: spem vnicam confirmandae, ac constituendae reipublicae Christianae. Ut merito Philippus II. Rex Catholicus, mox a Pauli transitu audito illius nuncio grauissimis hinc verbis de iactura tanti Pastoris indoluerit; Iteu nuuc obijt Paulus, cum viuere maxime debebat. Sed praestare praconijs illis omnibus, tametsi grandibus cenleo praeclearam illam Pij V. sanctissimi Pontificis de Paulo IV. panegyrum supra rescriptam, quam discolori marmor incilam extare voluit in aeternum erga illum animi sui pignus, atque monumentum. Eum enim ab eloquentia, eruditione, sapientia, innocentia, liberalitate, animi magnitudine, iustitia, & religionis zelo commendat, & fidei Catholicae acerrimum propugnatorum vocat. Vnde colligere licet, quanta fuerit Pauli virtus, quam tantus Pontifex adeo luculenter perpetuo testimonio celebrauit;

Reginaldus Polus.
Stanislaus Hofius.
Guilielm. Sirletus.
Paulus III.
Iulius III.
Bochius.
Nicol. Orlandinus.
Franciscus Sacchinus Paulum commendat.
Philippus II. Rex.
Pius quique V.

A
quoniam ex quotidiano, & familiari eiusdem colloquio constet, nec sensisse, nec locutum fuisse de eo aliter vnquam, cum non alio ipsum appellaret nomine, quam sanctum Patrem: quin, & ingenuè fatebatur, se quicquid boni ageret, nihil aliud, quam à Paulo coepit, aut cogitata perficere. Tanti certè fecit aequissimus ille verè virtutis aestimator Pius Pauli integerrimos mores, vitæque sanctimoniam, cuius penè inspector fuerit, ut super humerale Pontificium stolam hierarchicam, & alia id genus ornamenta, seu indumenta non libentius alia sibi induceret, quam quæ Paulus ante triuisset. Vnde, & pileolum è serico raso pelle pontica subfuturum, quod Paulus gestauerat, statim, ac Pontifex factus est, depoposcit, illudque lachrymabundus exosculans, capiti induxit suo veluti charissimi parentis, & sanctissimi Pastoris exuuias; ad eundem fere modum, quo Antonius magnus Pauli Anachoretarum principis tunicam solemnibus diebus tantum in ipsius honorem gestasse à D. Athanasio scribitur. Panuinius verò refert, Paulum nostrum sanctis suis institutionibus, aut legibus, quas morte interceptus edere, aut certè in morem, vltimq; inducere non potuit, amplum successibus aperuisse campum, rectam viuendi formam in posterum ordinandi, atque ex eius cogitationum, rationumq; fonte multa facti Concilij Tridentini decreta profluxisse. Demum Ioannes Paulus Flauius Orator eximius à Paulo Manutio, & alijs ob eloquentiam, ac eruditionem plurimum commendatus coram amplissimo, ac frequentissimo S. R. E. Cardinalium cœtu, confertaque Nobilitate, & Cleri, populiq; Romani multitudine, elegantem habuit orationem funebrem, ac promeritis laudibus Paulum comendauit; quæ quidem orationem transumptauit Bzouius in Annalib. to. 20. Principum Oratoribus nullo interprete, Latine enim, & Græcè, Hebraicè, Hispanicè, Gallicè, & Italicè disertissime respondebat.

B
C
Multa scripsit, & licet eorum pars in flebili illo Carrasæ familie supra descripto excidio perijisset, tamen illorum Catalogus extat, & sunt praeter ea, quæ supra recensuit Andreas Victorellus.
Orationum, & Epistolarum volumen.
Commentaria in Aristotelis, Ethicos, & Politicos libros.
Regulae Clericorum Regularium, seu Theatinorum.
Epistolæ ad varios.
Constitutiones Ecclesiasticæ quinquaginta nouem.
Antonius Posseuinus tertia parte Apparatus in Catalogo librorum M. SS. Cardinalis Sirleti, qui tunc erant in Bibliotheca Africanij Cardinalis Columnæ, scripsit, haberi Pauli IV. pro Petri Principis Apostolorum Basilica, eiusq; Sacerdotum Commentarium.
Reperitur sub nomine Pauli IV. Epistola consolatoria ad suos dilectos filios; quæ prohibetur in Indice Romano; cum reuera non sit Pauli.

D
Indicem librorum prohibitorum primus omnium Paulus confecit. Scripsit alia, quæ ab Abbreviatore hæretico vniuersalis Bibliothecæ non sine virosa naturæ fraudis aspergine recensentur.

Ad Paulum vel ante, vel post adeptum Pontificatum litteras dederunt Iacobus Sadoletus Cardinalis, Ioannes Baptista Sanga, & alij; inter quos Solymanus Turcarum Imp. sequentes litteras dedit.

SOLYMANVS SVLTANVS OMNIVM IMPERATORVM MAXIMVS, FILIVS SELYMI SVLTANI IMPERATORIS QUOQ; SUPER OMNES ALIOS, QUÆ DOMINVS DEVS SEMPER VICTOREM FACIAT.
PAVLO PAPÆ QVARTO.

E
Sublimis, & prepotens Dominator generis Messia Iesu, Roma Princeps, & Domine: Omnipotens Deus te seruet. Postquam exhibitum tibi fuerit meum sacrum, & regum signum noueris, quod nonnulli ex genere Hebraeorum significauerunt meae precesse, & sublimi Porta, & Aula, quod quidam Mercatores mihi subieci, & mei clientes tua loca, & praesertim Anconam ingressi ad commutandas, ac distrahendas merces tuo iussu capti fuerint, quod damno est meis prouentibus quadringentorum millium aureorum, praeter iacturam hominum meorum, qui cum propterea decoxerint, non sunt amplius soluendo mihi pro portorij, & veltigalibus, quæ penes ipsos existunt. Quare te deprecor, ut vi huius mei publici signi, quod ad te offeret Cocciardus Vir à secretis Altissimi, & magnanimitè Principum Principis eiusdem generis Messia Iesu Christianissimi Regis Galliae mei amantissimi amici, velis dimittere eosdem homines, & veltigales meos cum suis opibus, quæ apud se habebant, ut possint dissoluere as contractum; neq; ex ea captiuitate causentur se non esse soluendo. Ex hac gratificatione occasionem arripiam benignè cum tuis hominibus, & cum reliquis Christi cultoribus, qui in meis regionibus negociantur, agendi; quare id à te impetraturum confidens, plurimum non agam. Deus omnipotens diu te incolumem seruet. Datum ex mea felici, & augusta sede, die vltima sacrae Lune Rambelachis anno Prophetæ 964.

F
Pauli IV. meminere praeter laudatos scriptores, Cincionius Comes, Philippi II. Neapolis Regis, & Hispaniarum Principis Orator, in oratione, quam ad ipsum Paulum Romæ habuit; Cynus Capanus Auximas in oratione de Laudibus Pauli; Franciscus Robertellus in Vita; Hieronymus Magius in Enarratione de Ioannis Petri Carrasæ, seu Pauli IV. Papæ genere, moribus, & regularis vitæ instituto: Vbertus Folieta in Vita; Innicus Mendocius Orator Hispanicus in Oratione, quam Romæ nomine Philippi II. habuit

Pauli scripta.
Pauli multae litterae scriptae.
Scriptores qui de Pauli scriptis re.

ad ipsum Paulum; Io. Franciscus Firmanus in Enarratione de obitu, & sepultura Pauli IV. Laurentius de Burgo Mugellensi Tuscus in Vita, quam edidit hetrusco sermone; Stephanus Binettus Societatis Iesv in Elogio; Alexander Andreas in libro De bello Neapolitano; Andreas Nauagerus Orator Venetus in Relatione M. S. ad rempublicam Venetam; Bartholomæus Chioccarellus in Catalogo Antistitum Neapolitanorum; Antonius Tabo in literis de Creatione, & Coronatione Pauli IV. Ioseph Silos; & Io. Baptista del Tuso in Historia Clericorum Regularium; Ludouicus Donius d'Attichy in Historia Cardinalium; Aubery in Vita Ioannis Petri Carrafæ; alijque permulti.

Sub hoc Romano Pontifice anno scilicet 1556. auctoritate Nicolai Dziergouij Primatis regni Poloniae, Archiepiscopi Gnesnensis habitum est Concilium Louiciense, celebratumque, præfidente Aloysio Lippomano Episcopo, Veronensi sedis Apost. Legato à Latere ad extinguendas hæreses, ac retinendum Clerum in officio, & disciplina Ecclesiastica. Anno verò sequenti 1557. eiuſdem Nicolai Dziergouij Archiepiscopi auctoritate congregatum est Concilium Petricouienſe, ad restaurandos fidelium mores; institutisque quatuor hæreticæ prauitatis Inquisitores.

Anno primo, Pontificatus Pauli, nostræ salutis 1555. decessit Thomas à Villanoua Archiepiscopus Valentinus in Hispania, religione Augustinianus, Vir egregie doctus iuxta, piusque, ac diuini verbi concionator ardentissimus & pauperum sustentator munificentissimus; qui ob vitæ sanctitatem, & miraculorum præstantiam relatus est inter Sanctos ab Alexandro VII. Anno verò secundo Pauli, salutis 1556. pridie Kalendas Augusti S. Ignatius Loyola, Societatis Iesu institutor, eiuſdemque Præpositus generalis, Romæ obdormiuit in Domino.

Ex viris litteris, ac doctrina illustribus sub Paulo Romano Pontifice mortui sunt nonnulli; anno videlicet Pontificatus primo, salutis quinquagesimo quinto supra milleſimum quingentesimum, Isidorus Clarius patria Brixianus, professione Benedictinus, qui Fulginij Ecclesiæ per septenniū præfuit, Vir tribus linguis doctissimus, vitæque integerrimus. Georgius Agricola Misinensis, ætatis anno sexagesimo primo Chemnitij Hermundurorum xj. Kalendas Decembris, excellens Medicus, & Philosophus, qui de re metallica, fossilibus, & subterraneis animantibus ita accuratè scripsit, vt omnes antiquos in eo genere longè superauerit. Gemma Frisius pariter Medicus Louanij professor, sed Mathematicarum scientiarum rara peritia longè illustrior. Orontius Finæus Delphinus egregius Mathematicus; Petrus Gillius Albiensis, qui ad exactam vtriusque linguæ antiquitatis, veterum scriptorum, bonarum disciplinarum, ac præcipuè rei naturalis cognitionem, indefatigabile longinquas regiones lustrandi studium attulit, quo incitatus per 40. amplius annos instituta per Græciam, Asiam, & maiorem Africæ partem diligenti peregrinatione, partim, vt Græcos libros, vndique colligeret, partim vt multorum locorum situm describeret. Ex Hæreticorum castris etiam hoc anno 1555. vt aliqui ponunt, Conradus Pellicanus Rubeaquensis in Allatia, qui vnus fuit ex primis, qui linguam Hebraicam in lucem reuocarunt. Anno verò sequenti viij. Kalendas Septembris mortuus est Basileæ Dauid Georgius, pestilentissimus hæreticus, qui cum se immortalem metitus fuisset, moribundus spem fatuis suis discipulis fecit reuocasse, di post triennium, & abundè præstandi, quæ ipſis amplè promississet. In quo non omnino falsus fuit vates; quippe cum post eius mortem cœpisset latens fraus aperiri, diligenti rei inquisitione à Senatu Basileensi facta, demum anno 1559. mense Maij Senatus decreto cadauer eius effossum per carnificem, & in locum supplicij destinatum delatum publicè combustum est cum eius libris, & scriptis magna sollicitudine conquisitis. Longè meliori sorte excelsit è vita hoc item anno Mediolani Iosephus Fernensis, oppidum est dicecesis Mediolanensis, vnde, & à nonnullis Mediolanensis nuncupatur, primò ordinem Minorum Obseruantium, deinde Capucinatorum sodalitiū ingressus, Vir Theologia apprime excultus, quem auctorem fuisse volunt, & institutorem vtilissimæ Orationis quadraginta horarum. Anno item 1558. ij. Kalendas Nouembris ætatis anno 75. Aginni in Aquitania è viuſ abijt Iulius Cæsar Scaliger criticus Grammaticus, Poëta excellens, Philosophus eruditissimus, & acutissimus, ac Medicus solertissimus. Mortui itè hoc eodem anno Lutetiæ Parisiorum Ioannes Fernelius Ambianus, excellens Medicus, & Andreas Tiraquellus, tum vario litterarum genere excultus, tum celebris Iuriconsultus, primùm in Senatum Burdegalensem, deinde in Parisiensem cooptatus. Obiere etiam Romæ Robertus Nobilis Politianus Iulij III. ex sorore nepos, à quo in Collegium Cardinalium anno ætatis decimo tertio, non tam sanguinis, quam optime indolis, & virtutum merito, vniuerso gratulante Senatu cooptatus fuerat. Ioanes Gropperus Germanus, doctor eximius, Ecclesiæ Colonienſis Archidiaconus, & Protestantium acerrimus impugnator, qui cum à Paulo IV. Cardinalis renunciatus fuisset, raro humilitatis exemplo dignitatem reculauit. Decessere quoque anno vltimo Pontificatus Pauli Aloysius Lippomanus Venetus, Episcopus Veronensis vitæ integritate, & eruditione præstans, qui varijs legationibus summa prudentiæ laude defunctus, litterarum studium, & scribendi diligentiam

non intermiſit. Ruardus item Tapperus Belga, magnus Vniuersitatis Louaniensis decus, & ornamentum; Ioachimus Perionius Theologus Parisiensis, qui eleganti Ilylo Aristotelem, multaque ex Patribus Græcis in Latinam linguam tranſtulit; & Franciscus Duarenus Briocensis in Armoricis, qui dicendi genere suauis, & facili omnes sui temporis Iuriconsultos superasse putatur, & primus methodicam docendi rationem non obseruatam restituisse. Huiusce Pontificis memoria, præter supra rescripta, nulla extat Romæ; Bononiæ tamen hæc est.

PAVLO III. PONTIF. OPT. MAX. RELIGIONIS, ET. IVSTITIÆ INSTAVRATORI. ET. CAROLO. CARAFÆ. NEAPOL. CARD. LEGAT. THOMAS CONTVBER. EPISCOPVS PEN. PROLEG. F. C. MENSE MARTIO MDLIX.

Est alia Neapoli in domo patrum Theatinorum Templo S. Pauli sacro proxima, & est talis.

PAVLO QVARTO CARAFÆ PONT. OPT. MAX. NATO CATHOLICÆ RELIGIONIS BONO ATQVE HÆRESVM EXITIO SAPIENTIA LIBERALITATE IVSTITIA MAXIMISQ. FACTIS CLARISSIMO. CLERICI REGVLARÈS SANCTISS. FVNDATORI PP.

Cum verò Aloysium Lippomanum Bergomenſi Ecclesiæ concessisset, hoc illi monumentum Bergomenſes poluere.

PAVLO IV. PONT. MAX. OB EPISCOPVM SIBI, ET SE EPISCOPO RESTITVTAM QVOD FAVSTVM FELIXQVE SIT CIVITATIS BERGOMENSIS GRATI ANIMI MONVMENTVM.

In aula Archiepiscopalis palatij Theatinæ Ecclesiæ, hæc ad Pauli memoriam legentibus præstat inscriptio.

D. O. M. IO. PETRO CARAFÆ ECCLESIASTICÆ DISCIPLINÆ VINDICI ACERRIMO; ORDINIS CLERICORVM REG. THEATINO EPISCOPATV RELICTO FVNDATORI S. R. E. CARDINALIVM NVMERO ADSRIPTO. SECVNDO ECCLESIAE THEATINAE ARCHIEPISCOPO. TERTIO AD SVMMI PONTIFICATVS APICEM ERECTO, PAVLI IV. NOMINE RETENTO, D. PAVLVS TOLOSA EIUSD. ORD. ARCHIEP. XV. DOMINO ET PARENTI OPTIMO POSVIT.

Sunt plura numismata cum huiusce Pontificis effigie, ac insignibus, & litteris: PAVLVS IV. PONT. MAX. Aliqua vidi, quæ sacrum Inquisitionis Tribunal repræsentant; illorum vnum Christum exprimit, quando cum clauibus Petro potestatem tribuit.

CREATIONES CARDINALIVM PAVLI PP. IV.

Paulus IV. Pont. Max. electionibus quatuor Cardinales decè, & nouem legit, in his tres ex gente sua, quinque pristina familiaritate coniunctos, reliquos doctrinæ, & integritatis vitæ opinione sibi gratos creauit; inter quos F. Michaëlem Ghislerium ordinis Prædicatorum allegit, qui tertius post eum Romanus Pontifex fuit Pius V. appellatus.

PRIMA CREATIO VNIVS CARDINALIS Pauli Pape IV.

Paulus IV. Pont. Max. anno sal. humana 1555. sui Pontificatus primo, die 7. Idus Iunij, vnū renunciauit Cardinalem, qui fuit.



I. CAROLVS Carrafæ ex fratre Ioanne Alphonsio Montorij Comite Papæ nepos, natus est Neapoli anno salutis 1517. ij. Kalendas Aprilis. Adoleuit is in familia Pompeij Cardinalis Columnæ, quo mortuo inter familiares Petri Aloysij Farnesij Ducis Caſtri aſcitus est; deinde sub Marchione Vastij in bello Pedemontano; tū sub Octauiio Farnesio Duce in bello Sueuiæ; ac Germaniæ meruit militari insignitus dignitate pugnare; sed orta inter ipſum, & equitem quendam Hispanum cognomento Manricum,

Ruardi Tapperi. Ioachimus Perionij. Francisci Duatenu.

Pauli memoriz.

Bononiæ.

Neapoli.

Bergomi.

Theatini.

Cabrera. Andr. Vistorelli in Addit ad Ciaconij Petrambelli Galliani Christiana Aubery in Vita. Bezouius & Spondan. in Annal. Ecclesiast. Ios. Silos in Annal. Cler. Reg. Sforziani. Card. Palauricina in Historia. Cœc. Trid.

Concilij Louiciensis

Petricouienſis

Obitus Thomæ à Villanoua

Ignatij Loyolæ

Obitus Isidori Clarij

Georgij Agricolæ

Gemma Frisij. Orontij Finæi. Petri Gillij.

Conradus Pellicanus

Dauid Georgij

Iosephus Fernensis

Iulij Cæsaris Scaligeri

Ioannes Fernelius. Andreas Tiraquellus

Robertus Nobilis Cardin.

Ioannes Gropperij

Aloysij Lippomani

de milite captiuo Ducis Albe contentione, militiam Germanicam relinquens, cum in Italia rediret, Caroli V. Imperatoris iussu per aliquot menses Tridenti detinetur: liber deinde dimissus transtulit se ad exercitum Galli Regis, & sub Petro Strozzio in bello Heltrusco militauit, Romam reuersus, miles S. Ioannis Hierosolymitani à Paulo III. Romano Pontifice institutus est; & paulò post Ioannis Petri Cardinalis patru rogatu Bailiuus Neapolitanus est renunciatus, nunquam tamen hanc, quàm vocant *Commendam*, pacificè possedit, quia eandem Magnus Equitum Magister F. Georgio Adurnio contulerat. A patruo ad Pontificatum assumpto cum Pauli I V. nomine, inter Diaconos Cardinales cooptatus, præfuit Ecclesiæ SS. Viti, & Modesti in Macello Martyrum; mox summus rerum Præfectus, & Cancellariæ Regens, deinde Bononiæ Legatus, & ad Henricum II. Galliarum Regem bis missus, à quo Conuenarum Episcopus postularus, postea ad omnes Christianos Principes Ecclesiæ vniuersalis Legatus de Latere cum Venetias petisset, nobilitatis Venetæ priuilegio donatus fuit. At pace inter Pontificem, & Hispanos composita, in Belgiam ad Philippum Regem anno 1558. pro pace inter hunc, & Henricum Galliarum Regem, vel inducijs componendis; Philippus Carolum Legatum perhonorificè, & venerabundus excepit: extant de hac re litteræ eiusdem Caroli Legati ad fratrem Palliani Ducem Bruxellis datæ anno 1558. die 12. Septembris, apud Antonium Caracciolum in M. S. Pauli Vita.

Tot honoribus auctus, ac tanto postea dedecore sublatus, memorabile mutans, incertæque fortunæ nostris temporibus exemplum fuit. Nam cum Romam reuertisset, atque ipse alijsque nepotes apud Pontificem malè audirent, ab Aula primum, mox Roma expulsi fuerunt. Cum aliquando aditum ad Pontificem Carolus postulasset, expectatis horis non minus quatuor extra velum, tandem iussus abire, addita insuper denūciatione, ne illo amplius gradum ferret. Quod sanè vt generosum, elatumq. suprema Aula dominatione, ac Principe purpura virum perculit; ita cum primum, effudit sese in mortalium aures eius rei rumor, commutari statim vulgi studia, fidemque contigit. Aula siquidem an aura mobilior incertum, illudque quam verissimum, populorum vota fortunæ, non homini nuncupari; id quod docuit momento experientia. Carolum: & qui modo temperare nutu omnia, Romanorumq. factes, ac iura regere videbatur, gentium obsequio, honore Principum, Urbis imperio magnus, vix ea Pontificis micuit indignatione, cum destitutum se clientela, ac fauore Aula aduertit, consueto labentis potentie exemplo, ac ludo. His nihilominus grauiora timuit Carolus; neque ex vano illi metus; quippe non ita multo post, vt Vaticano faceret, monitus fuit; tum rerum summa, quæ penes ipsum erat, in alios translata, reddita chirographa, negotiorum monumenta, codicilli, monitque administrati, atq. à secretis, ne quid cum Cardinali Carolo transigerent, aut eius iussu expedirent. Vaticanis item ædibus expulsi Palliani Ducem, cauitque ne quis in eius sese conspectum daret ex nepotibus præter Alphonsum Cardinalem Neapolitanum.

Non mollior humanitatis sensus, naturæque in cognatos propensio, non amicorum studia, aut fauor frangere hunc Pontificis impetum potuerunt, sed qui non in propinquos, sed in eorum mores ferebatur, visus eundo, atq. in dies vires acquirere, donec rupto tandem agere, exundauit ea vis iracundiæ, quàm latissimè. Sacram D. Chryostomo diem, quæ septima supra vigesimam est mensis Ianuarij; quæque princeps studio, ac religione, ob sanctissimi, atque eloquentissimi Antistitis memoriam ab ipso colebatur, nepotum causæ, multatq. constituit. Ergo instituto Purpuratorum Patrum Senatu, *Consistorium* vocant, primum prolixè nepotes incusare, eorumq. viuendi rationem, ac publicam rem malè gestam, insigni, vehementique facundia, latinè quidem semper, intersitq. de more diuinæ Scripturæ verbis, factisque non sine omnium admiratione, manante interim ex eius oculis lachryma, arguere, obtestarique Deum maximum, non antea comperta sibi suorum facta. Tum suspensus ad hæc augustorum Patrum animis, arrectisq. rei expectatione, accessit in Consistorium iussit Episcopum Lippomanum, Prætozem Urbis, Datarium, à secretis duos, Foroliuensem Antistitem, Fisci Procuratorem, Hugonem Boncompagnum, & Camillum Vrsinum: quos adornare seueram, ac veram quandam iudici faciem, formamque voluit; ne vindicasse in speciem, atque ad pompam suos videretur. Exaratum illico eius iussu decretum, cui, Pontifici ab epistolis subscribere, denunciaturumque publicè à Prætoze Urbis, sententia hæc erat. Excederent Roma Carolus Cardinalis Carrafa, Palliani Dux, & Marchio Montisbelli; atque vni coniuges, liberi, mater, domestici ad vnum omnes, idq. intra dies omnino duodecim; & Cardinalis quidem Lauinium, Dux Galleium, Marchio Montebellum grauisima perduellionis, & capitis interminatione concederent. Exauctorati legationibus, præfecturis, ac publicis officijs fuere, amotis ijs etiam quos sine in Verbe, siue per ditionem administrationibus admoerat Carolus. Quas moderabatur Pallianus trirèmes, impositus Flaminius Vrsinus; summæ verò armorum procuratori Camillus Vrsinus, vnito cui, & Romanæ rei summa incubuit, adiunctis publicæ huic curæ temperandæ Cardinalibus Tranensi, Reumano, ac Spoletano. Di-

missio deinde Consistorio, compositoq. ad omnem constantiam, ac tranquillitatem aspectu, in Pontificium se recepit conclauit; teras subinde ad Europæ Principes dedit, eius in suos animaduersionis consilium, causamque exposuit, vt in comperto esset omnibus, pleraque siue è præteritis bellis mala, siue in præterito lac incommoda nepotibus, non sibi imputanda. Pauli nepotes cessere. Roma constituta die, impetrauitque id tantummodo Cardinalis, vt exilij locum commutaret; substititque Marini vna cum matre Montorij Comitissa. Instante tamen summi Pontificis morte, Romam Carolus veniens, in gratiam recipitur, atque à semiuero patruo benedicitur; mortuo paulò post Pontifice, Conclauē ingreditur, ibique eo potissimum, & Alphonso Cardinali Carrafa suffragantibus Pius IV. Pontifex denunciuatur.

At cum amplissima eius sub Paululo auctoritas, atq. potentia, anno Christi 1560. die 7. Idus Iunij, quo die, quinto ante anno purpurei galeri decus acceperat, cum Alphonso Cardinale Carrafa ad Consistorium profectus, iussu Pontificis Pij IV. in Hadriani molem coniectus, moxque per eos dies, aliquot alij clientes, & amici eorum in publicum carcerem rapti fuerunt. Cardinalium quæstioni, vt iudicium ritè peragi videretur, octo eiusdem ordinis Senatores, Federicum Cæsium Episcopum; Bartholomeum Cueuram; Io. Baptistam Cicadam; Fr. Michaelē Alexandrinum; Ioannem Bertrandum, Presbyteros; Iulium Ruuereum, & Aloysiū Cornelium Diaconos præfecit; qui omnia inspicerent, & Gubernatori Urbis, & Fiscali adessent. Inter alia, quæ Carolo Cardinali Carrafæ obijciebantur, hæc in quæstionum codicillos relata sunt; quod Paulum Pontificem quanquam belli cupidum, ignarum tamen bellicarum rerum, falsis nuncijs, & consilijs decepsisset, & eius occasione belli viros multos amplæ dignitatis vexauisset; quodque varias litteras, & arbitrarias notas ementitus, inducias Hispaniæ, & Galliarum Regum fregisset, & totum id bellum, quod Paulus gesserat, diutius non sine magno sedis Apostolicæ detrimento produxisset. Litteris igitur prolatis, quæstionum principia agitari ceperunt; & per menses nouem, crimina examinata Pontifex videre voluit, quæ, vt ab omnibus Cardinalibus causa cognosceretur, pleno in Senatu Hieronymus Federici Episcopus Sagonensis in Insula Corsicæ, Gubernator Urbis retulit, non tamen Cardinalium sententiæ auditæ super ea re fuerunt. Tunc Carolus Carrafa læsæ maiestatis ab ipso Pontifice damnatus, & omnibus honoribus exutus, in Hadriani mole, carnificis manu necæ, quæ Nonas Martij præcessit, anno salutis 1561. ætatis 45. strangulatus fuit. Quam mortem non solum religiosè, & piè, sed etiam fortissimè, tanquàm à Deo missam excepisse dicitur; nam expiata conscientia, atque in crimum veniam fufus ad Deum suspirijs, & lachrymis antea ad vitam pacificam morte, aliqua ex parte correxit. Reliqui in Turris notæ carcere, capitali supplicio damnati, publicè ad pontem Elium expositi, & paulò post ad damnatorum sepulchra mandati: Cardinalis cadauer in Ecclesia S. Mariæ Transpontinæ sepultum, familiares eius ad Templum S. Mariæ super Mineruam transtulerunt, & in sacello suorum maiorum, quod S. Thomæ Aquinatis lacrum est, condidere.

Hanc tamen Caroli Cardinalis Carrafæ, & Palliani Ducis causam Fr. Michael Ghislerius Pontificatum adeptus, cui nomen Pius V. examinari, & solerter excuti peritissimis vtriusque iuris hominibus adhibitis voluit; qui perispectis criminum obiectionibus, iplèmet Pius V. causam discussit, eaque in Senatu relata, sententiam tulit, quæ Carrafas à Pio Quarto damnatos, ad honores, & dignitates restituit. Extat sententia edita olim typis Luterianis, quæ capitalis sententiæ acta, ac decreta obliterantur; & Caroli Cardinalis Carrafæ, fratrumque memorie restitui purpuram, appellationes, titulos iubetur. Quibus enim vero expiati defunctorum ijs manes fuere, ac additis dignitatum insignibus, ac pompa insularum tumulo, parentatum perhonorificè extinctis, insaturatumq. amplissima genti decus fuit. Mox Pius, vt Cardinalem nobili familiæ redderet, ex eadem Carrafarum domo Antonium Rinaldi filium, Cardinalem fecit.

Huiusmodi Cardinalis Carrafæ numismata duo vidi, quorum vnū nomen tantum impressum habet hoc modo: CAROLVS CARRAFA CARDINALIS MDLVII. Aliud in prima facie effigiem exprimit cum notis: CAROLVS CARD. CARRAFA. In altera verò Tyberim fluium cum Lupa Romulo, & Remo lac præbente, & litteris: FELICITATI TEMPORVM S. P. Q. R.

SECUNDA CREATIO CARDINALIVM.

Paulus IV. Pontifex Maximus anno reparata salutis 1555. Pontificatus primo, die 13. Kalendas Ianuarij, Romæ septem renunciauit Cardinales, qui fuere.

abera...
ndr. Vi-
orell. in
ddit. ad
iaconiū.
ramell
icol. Or-
ndin. in
f. Soc. I.
bl. Hisp.
anchio.
Carmū



II.
IOANNES, seu Ioānes Mar-
 tinus de Guiso, aliās Gui-
 arro cognominatus, quod la-
 tinē saxum, aut silicem sonat,
 vnde se cognominari Siliceū
 voluisse ferunt, natione His-
 panus, ex oppido Villagar-
 sia, de Lexena, Pacensis dice-
 cesis, Martini, seu Ioānis Mar-
 tini, & Ioannæ Mugnoz fi-
 lius, humili loco, obscuriq;
 sed honestis, ac pijs ortus est
 parentibus. Hic in Salmanti-
 censi Academia rudioribus
 litteris operam dedit, deinde

Lutetiz ingenius artibus operam nauauit, suoque acti, quo polle-
 bat, ingenio tanta breui tempore litterarum præsidia parauit; vt
 in amplissimum S. Bartholomæi Collegium receptus, Philolophiæ
 moralis cathedram, tam scientiæ, quàm virtutis magister, perpetuò
 in singulos annos assignato stipendio conscenderit. Quo in mu-
 nere diu versatus, & inter emeritos relatus, nò procul à mœnibus,
 in eam agri Salmanticensis partē, quæ *Hortus Therneri* vulgo di-
 citur, quietiori vitæ, & sacro litterarum studio sese abdidit. Cum
 Erasmi Roterdami propositiones aliquot, inò ipsius doctrinæ
 in Hispanis excutienda esset, inter alios viros doctos ad eorum
 vocatos, vnus fuit Siliceus noster, qui obtento Sacerdotio in Ec-
 clesia Corienfi, illico sepulchrum in ea sibi elegit, cum hac inscrip-
 tione, **LAPIS SILICEVS DICTVS**. Theologiæ quoq; iam ætate
 quasi senex operâ dare nò erubuit, ascito Antonio Honcala magis-
 tro, qui & ipse suos in *Genesim* Commentarios eius auspicijs Cò-
 pluti euulgauit. Huius probitate, atque doctrinâ adductus, Caro-
 lus V. Cæsar eum filij sui Philippi II. præceptorem elegit, qui tan-
 ti Principis animum virtutum, & litterarum ornamentis informa-
 ret. Quod eum ab eo feliciter fuisse præstitum, Episcopus Cartha-
 ginensis, ac deinde Archiepiscopus Toletanus, & Hispaniæ Pri-
 mas ab eodem Carolo nominatus est.

Ijs dignitatibus auctus inuictum se Christianæ sinceritatis, &
 Catholice fidei propugnatores exhibuit; nam pullulantes noui
 erroris opinionem depressit; & incipientem ardescere hæreticæ
 prauitatis scintillam extinxit. Quarum virtutum ergo à Paulo IV.
 Presbyter Card. tit. S. S. Nerei, & Achillei purpura absens indutus
 fuit. Ecclesiæ Toletanam locupletare, & illustrare studuit; vnde
 multa prædia alienata restituit, & impuris, ac minus dignis ho-
 minibus in posterum fore purgatam voluit; leges enim sanxit, quæ
 à Paulo IV. stabilitatem acceperunt, vt nemo Iudæorum, aut Mau-
 rotorum stirpe natus, in illo augustissimo Templo Sacerdotij, aut
 beneficij Ecclesiastici titulo honestaretur: neue magistratum, aut
 humile quantumvis officium exerceat; quare non solum inuidiâ
 constanti animo sustinuit; sed, & Iudæorum apologiam Lutetiæ
 editam elusit. Elegantissimum B. Virginis sacellum intra Ecclesiâ
 Toletanam construxit; Virginum Cœnobiū pro puellis nobili-
 bus, parentibus orbatis, in matrimonium collocandis, cum annuo
 reddito, Toleti condidit, & Collegium puerorum, quos vulgus,
Clericōnes vocat, instituit, qui diuinis officijs ministrant, & Mu-
 sicam, atque Grammaticam edocentur. Prostitutarum faminarū
 domum erexit; spatium vnus anni pauperes omnes Xenodochij pu-
 blici Toletani in Annonæ charitate suis impensis sustentauit; &
 inter pauperes ciuitatis, ac diocesis septē supra decem milia scu-
 torū distribuit. Collegium S. Bartholomæi restaurauit: Carolo V.
 ad sustinendam bellum contra hæreticos singulis annis durante
 bello scuta quadraginta milia suppeditauit; multumque auri Iu-
 lio III. ac reliquis Romanis Pontificibus pro Romana Ecclesiâ
 dedit. Nomen IESV, (de quo libellum scripserat) pro insigni, cum
 hac nota gestabat. *Es lacon me es toda cosa*; quod latinē sic ver-
 gnariū mihi omnia, seu omnia ex me ignem eliciunt. Domini-
 cam quoq; Orationem, & Angelicam Salutationem mirificis locu-
 pletauit hieroglyphicis, & populari sermone in lucem edidit. Atq;
 si in nomen non cadit æquiuocatio, nonnullos, eosque pulcherrimos
 de Arithmetica disciplina libellos reliquit. Commentaria in
 Canticum, *Magnificat* scripsit, & Mariæ Angliæ Reginz dedi-
 canit: Tractatū pro Ecclesiæ Toletanæ statutis, seu legibus edidit.

E vita migravit Vallisoleti, seu Toleti ex dolore calculi octuagen-
 narius, anno humanæ salutis 1557. prid. Kal. Iunij, & in monaste-
 rio Virginum à se ædificato sepultus quiescit. In Ecclesiâ principe
 Toletana, seu, vt alij volunt, in Cœnobia Virginum à se ædificato,
 quibus orbis nobilium parentū puellis maritandis bona omnia ex
 testamēto reliquerat, iuxta sacrariū incisū est marmori hoc elegiū.

I O A N N E S . S I L I C E V S
S E X T V S . C A R D .
P H I L I P P I . I I . M A G I S T E R
P A T E R . P A V P E R V M
E T . I N . E C C L E S I A . T O L E T A N A
S A N C T A R V M . L E G V M
R E S T A V R A T O R
O B I I T . X X X I . M A I I . M D L V I I .


Ciacon. Vst. Pontiff. & Cardd. Tom. III.

A **Vox Senatus** superius exposita in Bibliotheca Hispanica non ex-
 primitur. Franchinus in Silicei Cardinalis laudes poetice sic fuit.

*Quam bene Templum super SILICE hoc fundas a nitentans,
 Quamque diu inuisis durabunt viribus eius;
 Quilibet è SILICE hoc flammæ excudet, & ignem
 Elucet male grata hyemis, qui frigora pellat,
 E SILICE hoc etiam gelidarum flumina aquarum
 Profiliens, Orbem largo, qua fonte rigabunt.*

Ioannes Merulus Toletanus hoc defuncto Cardinali scripsit
 epitaphium.

*Claudatur hoc niceo SILICEI in marmore corpus,
 Flet populus, Charites, Pieridumque cohors
 CÆSARIS Augusti nato præcepta PHILIPPO
 Sancta dedit, doctos doctior ante viros.*



III.
IOANNES Bernardinus
 Scotus, quem alij Bernar-
 dinum Scotum nominant,
 natione Italus, in castro Mal-
 liani in Sabina natus est. Ge-
 nus illi clarum; nam vel ab
 ipso Gregorij III. Pontificis
 tempore hoc est longè ante
 annos quatercentū, eius stir-
 pis viros publicis tabularum
 monumentis nobiles appel-
 latos comperimus, ac sancti
 Viti, quod est in Narniensi
 agro oppidum, præcipua ex
 parte Dominos. Vir fuit Ber-

nardinus inculpate vitæ, magnæ doctrinæ, multisq; litterarijs ex-
 ercitantibus in sæculo celebris, ætate, & iudicio maturior, in
 Aula Romana Aduocatus Consistorialis diu versatus, vt Deo si-
 mul, & bonarū litterarum studijs liberius vacare posset, elegit Gle-
 ricorum Regularium nuper à Io. Petro Carrara, alijsque tribus foci-
 cijs institutam Societatem, à quibus libetè susceptus, primus fuit,
 vt refert Antonius Caracciolus, qui illius instituti habitum à Car-
 rara suscepit. Die mensis Aprilis trigesima, Christi anno quinto, &
 vigesimo supra sequequillesimum, septimo, vel eo amplius à fun-
 dato ordine mens; nec multo post, nempe die prima mensis No-
 uembris eiusdem anni religionis vota ibidem publicè nuncupauit.
 Antiqui eiusdem ordinis Commentarij sequenti anno, eius sæculi
 vigesimo sexto die secunda Nouembris solemnia Bernardini vo-
 ta recensent; at errasse proculdubio existimandum, scribit Ioseph
 Silos in prima parte Historiæ Clericorum Regularium, cum in-
 conceptæ professionis schedula, quam scripsit ipse Scotus sua ma-
 nu, & ipse pronunciauit, seruaturq; in tabulario Veneto patrum
 Theatorum, ille idem annus vigesimus quintus, diesque prima
 signetur. Quod si integer tyrocinijs annus ab ea, qua religionem
 inuuit, die non excurrerit, cum in eo votorum autographo, nulla
 admisi erroris suspicio, dubiumue cadere possit, dicendum potius
 aut eius ingressum perperam in ordinis monumentis adnotatum;
 aut certè, quippe qui primus in ea disciplina capefenda fuerat, &
 quadam robustæ, adultæque virtutis celeritate probationis tem-
 pus sibi quodammodo festinauerit, peculiari quodam privilegio
 ante annum fuisse ad professionem admissum. Ibi igitur primum
 cum sacrarum litterarum studio non inutilem operam nauasset,
 Græcis, Hebraicis, & Chaldeis etiam litteris singulariter institut-
 us, Venetijs Prepositus factus, sui ordinis nascētis primordijs ma-
 xima inculpabilis vitæ exemplis incrementa dedit. Hunc Paulus
 Tertius cum Aloysium Lippomanum, & Sebastianum Pighinum
 Antistites, Nuncios Apostolicos ad res grauisimas pertractandas
 in Germaniam ad Cæsarem misisset, linguarum, vt diximus, He-
 braicæ, Græcæ, & Latine, factorumque Canonum bene peritum,
 laudabili grauitate, & morum integritate insignem, in ea legatio-
 ne non exiguo adiumento futurum, cum Lippomano ire voluit;
 & mense Octobri anno 1548. Roma discessere. Ex qua legatione
 cum redisset anno sequenti, vergens iam ad senectutem, postpo-
 sitis alijs, cum se totum diuinæ contemplationi dedisset, repente à
 Paulo IV. Pontifice Maximo, qui probè hominis virtutem noue-
 rat, Romam ex Veneta domo, vbi Prepositum agebat, vocatus, et si
 reluctans, non eodem Consistorio, sed primò Archiepiscopus Tra-
 nensis, pauloq; post exeunte anno 1555. Presb. Card. tit. S. Mat-
 thæi in Merulana renunciatus, Tranensis vulgariter dictus est.

Et si minus grata Scoti insula religiosi sui ordinis viris videri
 potuit, quod abripi à suo contubernio, sinuque fodalitatis præcla-
 ram virtutem cererent; tamen quod ordinis amantissimum virum
 scirent, proindeque cum ornamento, tum patrocinio fore persua-
 sum haberent, gratulati ex animo sunt; datæque communi nomi-
 ne ad eum litteræ. Franciscus quoque Venerius reipublicæ Vene-
 tæ Princeps officij duxit humanissimis illum litteris appellare, col-
 latumque meritis purpuram totius Senatus nomine gratulari. E-

Cabrea...
Fe trainell
Castald. in
V. Pauli IV
Panuin. ib.
Andr. Vi-
strell. in
Addit. ad
Ciaconiū.
Ant. Mar-
Campi in
Historia.
Præfulum
Placenti-
norum.
Iof. Silos
in Histor.
Cler. Reg
Ferdin. V-
ghellius in
Addit. ad
Ciac. & in
Ital. sacra.
Aubery in
Vita.
Ludouic.
Donius de
Atichy in
Hist. Cardd
Fric. Bol-
uit. in Vito
B. Andree
Auelini.

h h h

pistolam

pistolam libet hic excribere, quæ sic habet. *Audito ex litteris Oratoris istic nostri, se à Pontifice Maximo in amplissimum Cardinalium Ordinem cooptatum, magna sanè letitia affecti sumus, cum tui ratione, quem quidem, ex quo Venetis, deinde Patavij commoratus es, summopere amamus, magnique ob vitæ tuæ integritatem, & innocentiam, doctrinam, morumque probitatem semper fecimus; tum etiam propterea quod tuam eximiam virtutem, præclarasque animi tui dotes non solum sacro isti Collegio; verum etiam universæ rei Christianæ magno usus fore prospicimus. Quamobrem sapientissimus Pontificis consilium summis laudibus efferrimus, sibi que ex animo gratulamur, sanctæque huic Sedi difficilissimis hæc temporibus admodum profuturum non dubitamus. De nobis autem tantum tibi polliceri volumus, quantum à sinceris, amantissimis que amicis scilicet profecto sumus, exoptari potest; id quod ex Legato istic nostro plenius cognosces. Hæc Venetorum Senatus. Cardinalis verò Polus, qui nutantem Scotum alias suis confirmarat litteris, cum primum adoptatum in gratulatum Collegium audiuit, intimo statim animi sensu congratulatus illi est his verbis. *Insignitum te purpureo galero, non ita pridem insellexi, & eo quidem commiserationis sensu erga te, ea erga Ecclesiam, sanctamque Sedem latitæ affectus sum, quam non unquam quidem sed multiplex cum publica, tum privata existit ratio.**

In ea dignitate constitutus, candidè, & intrepidè, quoad vixit, se verum Ecclesiastici status negocijs præfectus fuit, adeoque illum observavit Paulus, vt eo inconsulto nil agere ausus vnquam sit. Nec minori amore illum amplexus est Pius IV. qui, & Placentino Sacerdotio anno 1559. & alijs honestavit redditibus. Placentiam Scotus anno 1560. concesserat, vt quæ suæ fidei commendatæ oves fuerant, coram regeret: E qua prouincia deinde ipse Pius illum euocauit. Obtemperavit ille nulla mora, compositis siquidem quamprimum Ecclesiæ Placentinæ rebus, vere anni 1561 Romanum iter arripuit, ac statim admissis à Pontifice in magnum curarum partem fuit, vt nihil omnino ijs super rebus, quæ ad Tridentinum conuentum spectarent, decerneret, quod non cum Cardinali Tranenſi communicasset. Insignem quoque in legitimarum precum, Romanicq. Breuiarij reformatione operam, collocavit. Obtentâ à Pio licentia ad propria redijt, & Ecclesiæ Placentinæ curis intentus morabatur, cum defunctus vita est Pius IV. at ne videretur Romam ad amplissima Comitija concessisse, vt Patrum vota ea ætate vir, eiusque doctrinæ laudibus, numerilque prudentiæ spectatus emendicaret, hæere Placentiæ, suatumque ouium institutioni, atque vtilitati vacare statuit. Quod verò ad virtutis commendationem rariis fuit, Cardinalis Farnesij, qui regere magnam partem clientels, ac nutu Romana ea Comitija iamdiu consueverat, inuitamentum, factasque supremi Sacerdotij magnificè ab eo spes constantissimè repulit. Ad hæc accessere propius Petri Francisci Ferrerij Cardinalis Vercellenſis adhortamenta, qui Romanum iter cum intenderet, Placentiam deflexit, egitq. cum eo communis, vt vna irent, nec valere, cum obfirmata iam mente preces; causatus quippe senium, renuit suæ dignitati tam splendidè velificare. Inauguratus in his Comitijs Pontifex Pius V. Romam illico singulari quadam propensione illum euocauit, hæreticæ prauitatis summum Quæsitorem dixit; ac Græcorum, & Orientalis Ecclesiæ in aula Patronum. Inter hæc confecta iam ætate, ac valeditine, abdicare Placentinas infulas, curasque cogitavit; & facillè à Pontifice impetrauit ea ratione, quod abesse Roma perutile sibi Scoti consilium, ac prudentiam nollet. Contigit hæc Cardinalis abdicatio Iulio mense, anni 1568. quo anno die Sabbati, (secunda Decembris Romæ humanitate exiit eo nimirum obitu, quem respondere antea vitæ par erat. Huiusce Viri obitum profectus est lachrymis Pius Pontifex, vt qui eximiam viri probitatem, doctrinam, sapientiam apprime nouerat, doluitque intum ereptas communi Ecclesiæ frugiferas adeo curas, augustissimum Patrum Senatui præclarum decus, ac sibi quidem prudentissimum perinde, & integerrimum administrum; cuius vt consilij in magnis publicè rei Christianæ negocijs, vt cœperat, ita communi bono vtilem operam intelligebat.

Post obitum in Basilica S. Paulo Apostolo sacra, via Ostiensis extra Urbem sepultus, hæc inscriptione decoratur.

IOANNES BERNARDINVS S. R. E. CARDINALIS
EPISCOPVS PLACENTINVS SVBVS SIBI POSVIT.
ANNO DOMINI MDLXIII.

Et quo significaret, se quiescere, cinerem verò spe resurrectionis viuere, illud addidit Græca dialecto insculptum ex Euangelio.


Ουκ ἀπέθανον ἀλλὰ καθεύδα.

Hoc est: Non mortuus est, sed dormit. Scripsit Bernardinus, cum Venetæ domus munus administraret Epistolam planè disertam ad Patres sui ordinis Neapoli ad comitia, quibus ipse interesse non poterat.

Scripsit etiam Pij IV. Pontificis iussu de Pontificij Comitij; & de Episcoporum Auctoritate: Annotationes multas olim sub Paulo IV. qui orandi, & celebrandi varietatem in diuersis Eccle-

siarum locis per abusum introductam constituerat, emendare, super Romani Breuiarij reformationem factas collegit, Missaleque ab Alexandro Brixienſi tunc restauratū examinavit, & sacris Concilij Tridentini Patribus, Pontifice mandante misit; sicq. Breuiarium, & Missale Romanum ad pristinum morem, & institutum, vt nunc Ferninus, ipso in primis Bernardino Cardinali Tranenſi, Ægidio Foscario nobili Bononiensi, Mutinensi Episcopo, ordinis Prædicatorum, Viro vitæ sanctimoniam illustri, alijque patribus ad id munus à summis Pontificibus Pio IV. & V. delectis, elaborantibus redacta sunt. Extat apud Caracciolum, eiusdem Epistolæ gratulatoria ad Ioannem Petrum Carrafam, Episcopum Theatinum de sua ad Cardinalatum assumptione.

Coluit illum in primis Dominicus Loredanus, Vir sacrarum, humanarumq. litterarum apprime sciens, frugi præsertim, laudatiquè moris, vt ex datis perlatæ ad Scotum litteris licet inspicere. Fuit, & in eius clientela Augustinus Lippomanus, Aloysij Veronensis Antistitis nepos, qui, & clarissimo patruo, amplissimo politæ in munere, ac infula successit. Erudisse verò præclaris virtutum, morumq. rudimentis suæ ætatis florem Scoti præceptionibus, testatur ipsemet Augustinus luculenter in litteris ad eum Parisijs datis. Paulus IV. tantum Scoti integritati tribuit, vt præter purpuram, quam illi contulit, vt diximus, Annulum illi Piscatorum crederit, obſignandique, vt libuisset, siue Iustitiæ, siue Gratiæ libellos facultatem fecerit, ea potissimum ratione, vt concripto diplomate explicauit.



IV.
DIOMEDES CARRAFA. Italus, patria Neapolitanus, Ioannis Francisci Arianensis Ducis filius, Pauli affinis, seu vt alij volunt, cõsanguineus, tum ob singulares egregiæ indolis dotes, tum ob ciuiliu rerum cognitionem, cum nihil esset in vsu Romanæ Curie, quod scientiam tuam effugeret, Episcopus primò Arianensis à Paulo, deinde Presbyter à Cardinalis SS. Siluestri,

& Martini in montibus, titulo Equitij renunciatus est Vir summa animi moderatione, quam vt exprimeret, cum viuens sibi poneret sepulchrum, gentilitium stemma apposita statera auxit, ibique hæc verba descripsit: *Moderata Durant.* Sui tituli Ecclesiam reparauit, atque à Paulo ad antiquum stationum, sic vocant, honorem restitui curauit, vt indicat inscriptio in pario sculpta marmore.

DIOMEDES CARRAFA NEAPOLITANVS
HVIVS TITVLI S. SYLVESTRI ET MARTINI
IN MONTIBVS PRESBYTER CARDINALIS
ARIANENSIS NVNCVPATVS
AVXILIANTE DOMINO INSTAVRANDVM
INSTAVRAVIT ET FACIENDVM FACIET.

In huius Templi ædibus pridie Id. Augusti ann. sal. 1566, seu 1560 ætatis sexagesimo nono, Pij IV. Pontificatus quibus viuentis voluerat, sepultusque ibidem in monumento, quod sibi viuens posuerat, vbi cum ipsius effigie sunt elogio, quæ sequuntur lapidi insculpta.

Quæ iacet, & pedibus territur, viuents imago est,
Non patitur, nec obijt, qui sibi spontis perit.
MDLXVIII. XX. DECEMBRIS.

Post obitum verò Card. eidem sepulchro hæc carmina inscripta.

Diomedis Carrafæ Cardinalis Arianensis
Tumulvs.

Cum pietas, cum vera fides, cum conscia recti
Mens, cum Religio, cura, timor que DEI
Cælestem possint animis promittere vitam,
Hanc Superos inter nunc DIOMEDES habet.

OBIIT ANNO DOMINI MDLX. DIE XII. AVGVSTI.
VIXIT ANNOS LXVIII. MENSES. VIII. DIES VII.

Fratres Carmelitæ, qui Ecclesiam SS. Syluestri, & Martini elapsis annis restaurarunt, aliam honorariam Diomedis inscriptionem inscripserunt, hanc longè ab ipsius sepulchro, his verbis conceptionem.

D. O. M.
DIOMEDI CARRAFIO PRESBYTERO CARDINALI
Arianensi, Tituli huius Ecclesiæ, Viro moribus, virtute, doctrina, ac sanctimonia exculto, sacrarum Aedium restauratori religiosissimo: quo hoc Templum deformatum in meliorem faciem, quam dudum fuerat reduxit.
Fratres Carmelita, & Helia, & Helisei Schola oriundi, ob instauratam sui Cœnobij partem infimam, hortu contiguam, necnon ob facta detrimenta, quæ illis ex testamento donauit,

Cabren. Andr. Vi. Storil. in Addit. ad Ciacconi. Castaldin. V. Paulij V. Aubery. in Vita. Petramell. Ios. Sitos in Hist. Cler. Res. Ferdin. Vghell. in Ital. sacra

ad nominis perpetuam, ad integritatis, & honoris virtutisque fidem eius illustrium CARRAFÆ, ac VRSINÆ familia insignia, & hunc insculptum lapidem, plurimis effusis lacrymis, constituerunt. Atque ut inde posteris Carmelita (dum agnouerint, quæ de Instituto Carmelitico optimus ille Pater fuit benemeritus) non obliuiscantur quæ debent: Debent autem singula (ita loquuntur) septimana Missam funebrem, & quotannis Prædie Idus Augusti, supremi illius diei Exequias repetere, ac sterare.

MDLXI. die XIV. Octobris.

Interfuit Comitij Pontificij, illis scilicet, in quibus Pius IV. Tiaram Pontificiam accepit. Cæterum mortuo Paulo IV. cum à populo Romano omnes Statuæ, Insignia, Vmboneq. Carrafæ familiae vbique locorum in alma Vrbe posita contracta essent, hoc vnum tantum Diomedis monumentum intactum populus, vt benignam ipsius Cardinalis mentem, atque animi moderatam compositionem, & ipse constaretur, reliquit. Vix possessionem Episcopatus Arianensis adeptus anteriorem Cathedralis partē exornandam curauit, eamque dedicauit, vt hæ sequentes indicant notæ.

DIOMEDES CARRAFA IOANNIS FRANCISCI CARRAFAE ARIANENSIVM DVCIS FILIVS PERFECIT ET DEDICAVIT ANNO DOMINI MDLVII.

Palatium Episcopale adauxit, exornauitque; restituit quoque, collabentem Abbatialem Ecclesiam S. Angeli.

V.

SCIPIO Rebiba, natione Siculus, honestis, pijsque parentibus in vico inter Messanenles montes sito, cuiusmodi Marci nomen est, quod nobilissimæ Filingeriæ familiae iurisdictioni olim suberat, anno salutis 1504. iij. Nonas Februarij natus, cum Panormi litterarū cognitione animum instruxisset, Sacerdotio Ecclesiæ B. Mariæ, quæ Miraculorum nūcupatur, relicto, Romā veniens, Ioanni Petro Carrafæ Cardinali insinuatus

& ab eodem inter domesticos receptus est. Eiusdem opera Protonotarius Apostolicus primò, mox Episcopus Mutilenis renunciatus, Neapolim se contulit, vt Ioannis Petri Cardinalis Carrafæ Archiepiscopi nomine sacra regeret, & moderaretur.

Is vir doctus, & in rebus Ecclesiasticis versatus, in Neapolitana regis bonum multa præstitit; pugnavit contra hæreses, mores corruptos iugulauit; Ecclesiastica iura defendit; S. Patriciæ lipiana ad aram maximam transfudit; & S. Pauli cœmeterium sacrauit. Assumpto ad summum Sacerdotium Paulo, Prætor Urbanus constitutus, mox Presbyter Cardinalis tituli S. Pudencianæ, aliàs Pastoris, nec multo post Pisarum Archiepiscopus, videlicet anno 1555. renunciat, ac sequenti ad Philippum Hispaniarum Regem in Belgas Legatus de Larere designatur, quo dum proficiscitur, illatis à Cæsaribus in Ecclesiasticam ditionem armis reuocatus, Cosimo Hetruriæ Ducis filio Archiepiscopatu Pisano relicto, Episcopatu Troiano in Apulia tunc, Constantinopolitano postea Patriarchatu donatus est. At compositis inter Cæsarem, ac Pontificem discordijs, ab eodem Paulo Legatus est ad Cæsarem, atque ad Polonia Regem; ex qua legatione ante ipsius Pauli obitum rediit. At post Pauli obitum, Pij IV. iussu in Hadriani molem, tanquam Carrasarum arcanorum conficius, coniectus, innocens reperitus, liberè dimissus ex titulo Pastoris, ad S. Angeli, postea ad S. Anastasiæ translatus: sub Pio V. hæreticæ prauitatis supremus Inquisitor, ac sedente Gregorio XIII. ex Presbytero S. Mariæ Transtiberim Episcopus Cardinalis Albanus teste Vghellio, deinde Sabinensis, cum iam ætate grandætuus, effractisque viribus, obtemperata vix à Confistorijs abstinenti facultate, reliquum vitæ degeere cogitaret, subita vi morbi ex nimia adipis copia preflus, anno ætatis 73. Gregorij XIII. sexto, salutis 1577. die Martis, 10. non autem 9. vt malè ex epitaphio, Kalendas Augusti obiit, eiusque corpus in S. Syluestri in Quirinali apud Theatinos tumulatus, cum hac sepulchrali inscriptione.

D. O. M.

Scipioni Rebiba Siculo, Episcopo Sabinensi; S. R. E. Cardinali Pisarum; integritate, doctrina, Religione præstanti, Hæreticæ prauitatis Inquisitori, Summo Fidei Orthodoxæ acerrimo Propugnatori; Prospero Rebiba Patriarcha Constantinopolitano, Et Troiæ Ciuitatis Episcopo Patrio Bene mer. ætatisque posuit. Vixit annos lxxij. obiit die xxv. Iulij MDLVII.

Ciacov. Vst. Pontiff. & Cardd. Tom. III.

A Interfuit Comitij Pontificij, in quibus renūciati Romani Pontifices Pius IV. & V. ac Gregorius XIII. sub quo è vita excessit. Huic Cardinali suam de Christi mortem Orationem, habitam ad Pium IV. Franciscus Scancius Iurisconsultus Mediolanensis, & Protonotarius Apostolicus inscripsit.

B Præter Prosperum (supradictum Patriarcham Constantinopolitanum, & Episcopum Troiæ, habuit Scipio ex fratre nepotem, Ioannem Dominicum Prosperi fratrem, qui dum regeret Ortonensem Ecclesiam pauperimam, ac dum al. quot cum Clericis excolendæ vineæ operam daret, palmitisque luxuriantes ferro coëceret, à Philippo II. Hispaniarum Rege ad Ecclesiam Catanensem, in Sicilia vocatus est. Sed Ioannes Dominicus paupertati Ortonensis Ecclesiæ se posthabere Catanenses diuitias respondit; namque vita minus diuitijs cingitur, minus vitiorum in sidijs patet. Regem ergo orat, vt aliud ad id muneris aptiorem deligat; sed persistit Philippus in suo consilio, eamque ob causam, quia scilicet Ecclesiam ditiores respuerat, delegit, ac tria millia aureorum ad litteras Apostolicas obtinendas, atque ad res sibi necessarias comparandas dedit; vt tanti viri virtutes non sub modio, sed supra candelabrum in Ecclesia Dei omnibus lucent.

VI.

IOANNES Suauius, natione Gallus in Nouëpopulanz pago, de Reumes genitus, anno à partu Virginis 1503. ius Pontificium, & Cæsarēū apprime calluit in Romana Curia pro Gallica natione in albo sacre Rotæ conscriptus, Mirapicensem Ecclesiam obtinuit. Cū autem Paulus IV. Catholicæ fidei zelo exardescens, Ioannem Suauium eodem igne accensum agnouisset, cum Cardinalitia solum potiretur dignitate, sæpius Reumani Auditoris Rotæ integritatem expertus fuisset, ad purpurā eum vocauit, & inter Presbyteros Cardinales tituli S. Ioannis ante portam Latinam cooptauit, ac grauissimis religionis Christianæ negocijs præfecit. Atque ob ingrauentem morbum multis alijs distractus Paulus negocijs Cardinalem Reumanum vnā cum Cardinalibus Bernardino Tranenſi, & Ioanne Baptista Consiliario, adhibitis etiam con filijs Antonij Verſini, & Aloyſi Lippomani Bergomensis Episcopi deputauit ad totius Ecclesiasticæ ditionis negocia examinanda. Signaturæ Iustitiæ Præfectus differentias super locationibus, & pensionibus casaliū, domorum, nonnullorumque locorum S. R. E. subiectorum, ob inuasionem Verbis à militibus factam, multis concessis facultatibus, summam decidendas, cum Fabio Cardinali Mignanello cōmisit. Pius IV. è S. Ioannis ad S. Priscæ titulum eundem tranſtulit; & Inquisitionis, quam sanctum vocant officium, Tribunali præposuit, ac S. Didaci Hispani canonizationis prouinciam dedit.

C Romæ dolore calculi extinctus est annos natus sexaginta tres, anno Domini 1566. iij. Kalendas Octobris, & sepultus ad fores Ecclesiæ sancti Spiritus de Saxia: Eius familiaris, ac testamenti executor Scipio Rebiba Cardinalis Pisanus nuncupatus, ab Ecclesiæ ingressu transferti curauit prope maius altare in sarcophagū marmoreum cum hoc epitaphio.

D *IESU CHRISTO SPEI VITAE FVTURAE. Ioannes Suauius Reumanus Gallus Tit. S. Priscæ, Presbyter Cardinalis, ob animi candorem, & eximiam Iurisprudentiæ Duodecim-viratus libris iudicandis ascitus; ac propter humanitatem, & innocentiam, Pauli IV. beneficentia Patrum Senatus merito cooptatus lxxij. agens annum sanctissime, vt vixerat, ita christianissime decessit, die xxix. Septembris, Anno MDLXVI.*


Scipio Rebiba Tituli Sancti Angeli Cardinalis de Pisis Testamenti Executor absolutus curauit.

E De hoc Cardinale narratur ciuilem causam, & controuersiam cum Suauius Rotæ Auditor munere suo fungens in Ioannis Petri Cardinalis Carrafæ fauorem iustè diremisset, ducentos aureos hic misit, ex quibus duos tantum retinuit: *Hi, inquit, duo tantum mihi debentur; reliquos Cardinalis habeat:* sed abundè illi postea satisfecit; nam inauguratus Pontifex ostro Reumanum donauit.


F Suffragium in Comitij Pontificij tulit pro Pio IV. & V. in primis tamen parum absuit, quin renunciaretur summus Pontifex; ad illum enim Gallorum, & Carrafenſium Cardinalium vota concurrebant. Romanus autem populus timens, ne iterum in Galliam Sedem transferret, tumultuose contra Patres obtestando, ad Vaticanum accessit, denuncians, nolle se Gallum Pontificem; quare, cum etiam Hispanicæ partis Cardinales obfiterent, eius causa derelicta est.

Cabrera. Petramell. Castald. & Caracc. in V. Pauli IV. Andr. Viſtorell. in Addit. ad Ciacconi. P. Frizon. in Gallia Purpurata Claud. Robertus & Sarmath. in Gallia Christiana Aubery, in Vita. Sfortia. Card. Palauicin. in Historiæ. Cœc. Trid.

Cabrera. Andr. Viſtorell. in Addit. ad Ciacconi. Castald. in V. Pauli IV. Petramell. Ferdinad. Vghell. in Ital. sacra. Ios. Silos in Histor. Cler. Reg. Aubery in Vita. Aut. Summont. in Hist. Neap. Io. Baptist. Adrian. in Historiæ. Sfortia. Card. Palauicin. in Historiæ. Cœc. Trid. Rocchus Pyrrhus in Not. Eccl. Sicilien.



Cabrera. Laur. Sur. An. 1555. Spondan. in Annal. Ecclesiast. Rou. Pontanus in Chronico Petramell. Anton. Sader. in Elogijs Card. Filicci. in Elog. m. s. Ant. Carac. in Vita. Pauli IV. Nicol. Orlandin. & Franciscus Sacchin. in hist. soc. I. Panuinius. Ant. Possuin. in Apparatu. Andr. Viorell. in Addit. ad Ciacocii. Ludouic. Donius de Attichy in hist. Card. Corn. Loo. sus de scrip. Germ. Aubery in Vita. Sfortia. Card. Pallavicin. in Historia. Cœ. Trid. Ios. Siles. in Histor. Cler. Reg.



VII.

IOANNES Gropperus, natione Germanus, ex Sultato Vuestphaliae oppido, egregius Pontificij, Cæsareiq. iuris, necnon sacre Theologiæ doctor, Præpositus Bonnæ, & Colonienſis Ecclesiæ Archidiaconus, atque apud S. Gereonem Scholasticus; ad quæ Sacerdotia gradum sibi fecit doctrina, & fidei Catholicæ zelo, quo inter sui tēporis doctores potissimum enituit. Hic enim adhuc iu-

uenis Synodi Prouincialis per Adulphum Colonienſem Archiepiscopum celebratæ descriptas leges in quatuor, & decem libros admirabili ingenij acumine, præclara prudentiæ, eloquentiæ, & Christianæ pietatis laude redegit. Coactoque Ratiſponæ conuentus, religionis ergo, coram Carolo V. Augulto, & æternæ memoriæ digno viro Gaspere Contareno, Pauli III. Pontificis Legato, à Catholicis inter cæteros electus est, vt voce, & scriptis Protellantium hæreticorum dogmata magna vi argumentorum sterneret. Acerimum, in insectandis hæreticis, atque exagitandis fidei Catholicæ hostibus propugnatorem se ostendit: cumque pro defendenda apud Colonienſem diœcesim religione, ingentes suscepisset labores, quin imo vitam ipsam mortis periculo sepe sepius exposuisset, meruit sacra purpura à Paulo donari, & inter Presbyteros Cardinales titulo S. Lucie in Silice cooptari. Quam tamen purpuram gratias agens remisit, & litteras ad Pontificem, reddita tacti ratione scripsit, ex Petramellario, cum quo sentiunt Panuinius, Posseuinus, & Caracciolus. At Franciscus Sacchinus in Historia Societatis Iesu nullum de nuncio purpuræ remisio verbum facit; neque ex eius epitaphio id colliges: in Annalibus Archiepiscoporum Colonienſium, & in fronte libri de Eucharistia dicitur Cardinalis designatus. Floruit continentia admirabili; de quo facinus illud æterna sæculorum memoria dignissimum narratur. Cum aliquando domum reuerſus vidisset mulierculam lectum suum sternentem, non modò illam è cubiculo durioribus verbis, ac nimis propulſauit, sed lectum ipsum tactu mulieris, ob magnam continentię reuerentiam quasi pollutum ratus, ipsemet è fenestra, videntibus, atque admirantibus omnibus præcipitavit.

Colonie obiit: ex Petramellario vij. Idus, vel vt alij volunt, pridie Idus Martij anno salutis 1558. ætatis quinquagesimo octauo, & in Metropolitana Ecclesia sepultus. Alij Gropperum Romæ è vita migrasse affirmant: Andreas Viorellius in suis Additionibus certè Colonie obdormisse non putat, testemque affert, qui tunc viuerebat, Surium scriptorem grauem dicentem, Gropperum Colonia relicta, in Italiam venisse, in eaque immatura propemodum morte ereptum. Spondanus Gropperum Romæ defunctum affirmat, cum in Urbem à Romano Pontifice vocatus fuisset tum ad purpuram, si vellet, accipiendam, tum ad communicandum cum eo de rebus, & scriptis hæreticorum. Annales Colonienſium Antistitum habent, corpus eius in Germanorum æde sacra B. Mariæ de Anima Romæ ad pedes Hadriani VI. tumulatum cū hoc elogio

D. O. M.

D. Iohanni Groppero Religionis, Fideiq. Catholica Propugnatoris acerrimo. Post incredibiles labores summis cū periculis, pro Ecclesiæ, ac Religionis conseruatione magno semper, & inuictò animo exantlato, multaque præclara litterarum monumenta edita, ac perpetuam, fidei, pietatisq. constantiam, incomparabilem doctrinam, summasque virtutes absentis, nec quicquam minus cogitantis in sacrum S. R. E. Cardinalium Collegium cooptato, præmatura adhuc morte; & quando sui opera in primis desiderabatur, ex humanis erepto.

Fratri piissimo, atque optimè merito Godefridus, & Gaspar Gropperij fratres, & alumni maxissimis posuere.

Vixit annos LVII. dies XVIII. Obijt III. Idus Martij

M D L V I I I.

Ab his non dissentit Auctor Elegiæ in eius obitu, qui hæc habet.

*Perueniens Romam, magno susceptus honore
A Patre ter sancto piebe stupente fuit.
Occumbit lento tandem crucamine febris
Cum studio ferret præmia digna suo.
Vidisses hominis fortissima pectora magni
Intrepide mortis spicula dura tulit.
Immoritur precibus, iuctu tonat undique Roma
A flectu Papam continuisse negant.
Egreditur summus Pastor velamine pullo
Tectus, & extollit nomen ad Astra viri.*

Inscriptio ad eius imaginem coloribus ad viuum expressam, & in vestibulo ædis D. Geronis Colonie parieti affixam non dissentit.

Pictam vides Viator hanc Imaginem?

*GROPPERVS hoc vultu fuit, dum viveret
Pulcro, sed intus dotibus pulcherrimis
Ornatus: illas Pictor haud appingere
Eualuit, ac relicta fama prædicat,
Iuris Professor vtriusque splendidus,
Theologus eno maximus suo fuit:
Pugil fideliter tuens Ecclesiam,
Castus Sacerdos, atque tutor Pauperum,
Orator vtriusque Cleri, præditus
Facundia mirabilis: Scholasticus
Huiusce Templi diligens, præ nobilis
Bonnensium Collegij dignissimus
Præpositus, atque CARDINALIS arduo
Honore designatus à Sanctissimo
PAPA. Mori Colonia decreuerat
Sed fata Romæ terminum præfixerant,
Cum quindecim iam præterissent secula
Lustraque decem nono fere cum Martio
Tunc Prisdæ, Vir clarus Idus Martias
Romæ relinquens triste sæculum, petiit
Cælum sepultus laude magna postmodum.*

Caracciolus in edita, & in M. S. Pauli IV. Vita Romæ illum viuendi finem fecisse, his disertis verbis memorat. *Quibusdam offerere honores Ecclesiasticos, quibusdam, & iam inculcabat, quemadmodum Groppero fecit, quem illos detestantem, & Purpureum pileum remittentem, Romam acciuit, ut quem litteris non inflexerat, emolliret facundia, vel auctoritate cogeret. Itaque inners se extemplo ille dedit, sed vi dura agritudinis interceptus Romam semimortuus intrauit, ubertim complorante Pontifice, bonisque omnibus tantis viri obitum, qui paulo post in Vrbe contigit.*

Antonius Posseuinus ingenij eius monumenta enumerat.

Institutionis Christianæ enchiridion Cõcilij Cõstantien. nomine.

Institutionem ad planiorem Christianæ religionis cognitionem.

De Eucharistia, nepe de Veritate corporis, & sanguinis Christi Domini in Eucharistia, De Aseruatione Eucharistiæ, De Christo in Eucharistia adorando.

De Communionem sub altera tantum specie; opus profectò singulare à Laurentio Surio, latino eloquio expressum.

Monumentum aliud eiusdem Gropperi vitum à se in Vaticano testatur est in Pauli IV. Vita Castaldus.

De Gropperi lucubratoribus hoc apud Antonium Sanderum Ioannis Vontroffij extat Epigramma.

*Quis tua GROPPERI doctus nunc edita libris
Scripta legit, vnum vidit, & ore loqui
Dulcis loquum discet te Nestora vincere longè
Discet, & eloquio necesse inesse tuo.*

Totus erat in libris Gropperus, incredibili studio, & labore ad Catholicæ fidei defensionem, & propagationem anhelabat: in Templo, cum precum horariorum pensum perfoluendum erat, verfabatur assidue: Auctores innumeros ferè lectauit, incredibili prope lectione festus non reddebatur, tenaci pollens memoria, acrique iudicio: Mentam sacris condiebat sermonibus; inter edendum diuinarum litterarum loca ex sanctorum Patrum sententia, interpretabatur. Annales recensiti Colonienſes hominem eloquentia admirabili, rara eruditione instructum, & Colonienſis Ecclesiæ in Catholica religione tuenda ornamentum, decusque singulare fatentur.

Cum autem Hermannus Archiepiscopus, & Elector Colonienſis aliquando inter Orthodoxos Præsules conspicuus, atque eo nomine à Cardinale Sadoletto plurimum laudatus, postea metuendo Dei iudicio in hæresim prolapsus esset, atque à Bucero incantatore seductus, hæreticorum fautor, atque protector euasisset, ijs Archiepiscopi conatibus Gropperus, ac vniuersus Colonienſis Clerus se fortiter opposuit; qui Pontificis, ac Cæsaris opem aduersus illum implorauit. Quod verò mendax Sleidanus culpam apostasię ipsius Hermannij doctori Groppero impingere conatur, quo suspectum illum omnibus, atque odiosum redderet, idem Gropperus eiusmodi calumniæ diluendæ gratia Apologeticum edidit in eodem Vuornaciensi conuentu, atque Imperatori obtulit, quo quid sibi cum Bucero Hermannij seductore negocij fuisset, & quomodo is ad Archiepiscopum se obnitente venisset, perspicuè demonstrauit. Quare virulentissimus Beza Hermannum ab vno familiarium, idest Groppero, non aliter quàm Christum à Iuda proditum exclamat, addens, ipsum proditorem dignum factis suis recepisse mercedem, Cardinalitij nimirum galeri fune strangulatum. Nec soluta tantum oratione, sed Gallicis quoq. rythmis in eodem argumento lusit Beza, quos latinos ita reddidit, qui Florimundum latinè loquentem fecit.

*At parte ex alia GROPPERVS Imagine falsa
Decepto insultat Domino, dum perfidus auctor
Concily in medio subsistit fune ligatus
Purpurei pilei, qui infelici interclusit
Vocis iter.*

Ex

Ex quibus verbis imperitus non nemo, quod sibi stultè finxit, stultius alijs persuadere conatus est, quasi Gropperus ex desperatione, aut cœlesti vindicta sibi ipsi laqueo violentas manus intulisset. Cum Beza id tantum dicere voluerit, Groppero Cardinalitæ dignitatis, in cuius spem erectus fuerit, cupiditatem obtulisset, quo minus pro lutherana religione sententiam liberè dixerit. At quod mentita fuerit iniquitas sibi, inde liquidò colligitur, quod is, qui tanto purpuræ obtinendæ desiderio flagrare dicebatur à Beza, ipsius insignis ad se delatum, Romam remisisset, ut supra diximus ex Petramellario, alijsque.

At si obtrectatorum hæreticorum dentes non effugit Gropperus, profusè, vbertimque laudatur à Catholicis Scriptoribus: & quidem à Cabrera vocatur, *Sacra Theologia doctor egregius, & acerrimis contra Protestantes hæreticos disputator.* Ab Annalium Archiepiscoporum Colonensium Auctore, *Eloquentia admirabili, rara eruditione instructus, & Colonensis Ecclesia in Catholica Religione tuenda decus, ornamentumque singulare.* A Nicolao Orlandino in Historia Societatis Iesu, *Strenuus Religionis Catholica defensor, probitate, scientiaque clarissimus.* Et ab alijs, *Fervente Deo zelo, ac doctrina munitus, & armatus Catholicam Religionem imperterrito animo defendisse, multisque periculis etiam ipsius capitis, ut id faceret, vltro se exponere non dubitasse; incorruptos Cleri, populique mores emendandos serio incubuisse, ac tanto studio in hæreticis à Colonensi civitate arcendis defudasse, ut Pater Patrie, qui eius saluti omnino consulere, merito vocari potuerit.*

VIII.

IOANNES ANTONIUS Capisuccus è prisca Romana nobilitate. Pauli Capisucchi Rotæ Decani, Episcopi Neocastrensis, summorum Pontificum Clementis VII. ac Pauli III. Vicarij, Signaturæ Gratiæ Præfetti, Vmbriæ, ac Piceni Prolegati, nepos. Romæ natus est an. 1515. die 21. Octobr. Qui cum ab adolescentia sua per varios forensium honorum gradus magnum de se specimen, &

clara probitatis, ac prudentiæ argumenta præbuisset, post minora adhibita officia, tum ob singularia patris merita, tum ob luris prudentiæ laudem, à Paulo III. summo Pontifice, ex Canonico Basilicæ Vaticanæ, ad Rotæ Romanæ Auditoratum primò, deinde ad purpuram à Paulo IV. vocatus est, ac inter Præbyteros Cardinales Tituli S. Pancratij cooptatus, atque Episcopus Laudensis renunciatus; sub Pio IV. Præbyter Cardinalis S. Crucis in Hierusalem, deinde S. Clementis, ac tandem sub Pio V. Vitellotio Vitellio Cardinali vita functo, Signaturæ Gratiæ Præfectus, inter Purpuratos Patres Congregationis sancti Officij vti doctrina, ac probitate clarus, à Paulo IV. adnumeratus est. E vita migravit Romæ anno à partu Virginis 1569. iij. Kal. Februarij hora duodecima, cum annos quinquaginta tres, menses tres, dies octo vixisset, & in Ecclesia sui Tituli sub lapide in pavimento prope sacellum Familiæ cum hoc elogio sepultus.

D. O. M.
IOANNI ANTONIO CAPISVCCO
 TIT. S. CLEMENTIS
 PRÆBYTERO CARDINALI
 EPISC. LAVDENSIS A PIO V.
 SVBSIGNANDIS GRATIÆ
 RESCRIPTIS PRÆPOSITO
 VIRO INTEGERRIMO.
 PIETATIS RELIGIONISQ. CHRISTIANÆ
 CVLTORI PRÆCIPVO.
 HIERONYMVVS CAPISVCCVS
 PATRVO BENEMEREN. POSVIT
 VIXIT ANN. LIII. MEN. III. DIES VIII.
 OBIIT IIII. KALEN. FEBR. MDLXIX.

Vt erat præcipua quadam erga Deiparam Virginem religione propensus, inter alia sui affectus erga tantam Dominam specimina, pedibus Lauretanum iter confecit. Comitij Pontificij interfuit semel, atque iterum, suffragiumque suum pro Pio IV. & V. tulit.

Ioannem Antonium mirum in modum exornant insignes alij eiusdem Familiæ Viri, quos Capisuccorum prosapia Romæ, Neapolis, in Gallia, atque Germania per generosos traduces propagata, dedit qua toga, qua sago præclaros. Inter illos præcipui numerantur duo alij S.R.E. Cardinales, Robertus ab Urbano II. creatus an. 1097. de quo in Urbano II. Et (ex aliquibus) Petrus Apostolicæ Sedis in Vmbria Legatus sub Callisto II. an. 1122. Paulus Episcopus Neocastrensis de quo superius egimus. Petrus Senator Urbis anno 1252. Nicolaus Vrbis Camerarius anno

1325. Ioannes vnus ex septem Urbis Rectoribus anno 1361. Franciscus Basilicæ Vaticanæ Canonicus anno 1364. Iacobellus Castri Gandulphi Dominus, & Urbis Prosenator anno 1375. & alter Iacobellus eodem munere perfunctus anno 1398. Cincius Urbis Cancellarius anno 1427. Antonius Basilicæ S. Mariæ Maioris Canonicus anno 1480. Horatius Basilicæ Vaticanæ Decanus anno 1590. Antonius, Ludouicus, & Raphael Dnienses in Gallia Episcopi ab anno 1600. Guidobaldus Archiepiscopus Salsburgensis, & S.R.E. Cardinalis ab Alexandro VII. creatus, ex clarissimis Comitibus de Thun, qui ex eodem stipite cum Capisucchiis suam ducunt originem, eidemque insignis communibus vtuntur. Raymundus Ordinis Prædicatorum, Magister Sacri Palatii Apostolici ab Innocentio X. renunciatus anno 1654. Franciscus eiusdem Raymundi Frater Castri Fabri Dominus, & Urbis Prosenator sub Alexandro VII. Romano Pontifice.

Inter sagatos verò præcipui recensentur Andreas miles, ac Domicellus Neapolitanus anno 1272. Petrus itidem Neapolitanus Domicellus anno 1325. Papius in auxiliari exercitu à Paulo III. Summo Pontifice ad Carolum V. Romanorum Imperatorem contra Lutheranos in Germaniam misso peditum Ductor, & inde Pontificij exercitus generalis Instructor Paulo III. Iulio III. Paulo IV. & Pio IV. Pontificibus. Sifinius inibi eodem munere perfunctus. Petrus Ludouicus sub Horatio Farnesio Castrensi Duce peditum Ductor. Cincius miles inuictus, & sub Paulo IV. in bello Campano peditum Tribunus; à Pio IV. Ecclesiasticis armis in Piceno impositus, mox S. R. E. militum generalis Præfectus renunciatus, eodem functus est munere in Pontificia classe ad Echinadas; Ludouicus miles in Belgio, Centurio in Gallia; Simon in Belgio peditum Ductor, indeque militum Latij, Oræque maritimæ Præfectus; Camillus Podij Catini Marchio, in Tunetana expeditione nobilius in puppi Tribunus; in Italia, Belgio, Gallia, & Hungaria, legionum Ductor, Castrorum Præfectus, Copiarum legatus, rebus vbique strenuè gestis clarissimus; Blasius Monterij Marchio, in Belgio, Galliaq. & ipse clarus, in Etruria equitum Magister, Auenione, & in Comitatu Venayfino generalis Dux; Tarquinius in Belgio peditum, equitumque Ductor, inde à Paulo V. Picenis armis præpositus, & ab Urbano VIII. S. R. E. militum generalis Præfectus creatus, alijsque quamplures, quos recensere hic non est locus.


Præter hos illustres, laudeque dignos viros maximè Capisuccorum Familiam commendant antiqua monumenta, quæ Romæ præcipuè in Templo D. Mariæ ad Campitellum, vt vocant, qua in Regione hæc Familia à pluribus sæculis domicilium habet, visuntur, quæ nos breuitatis studiosi omittimus. Non prætereundam tamen perantiqua memoria in eodem Templo, lampfanarium, scilicet vulgò, *Tabernaculum* marmoreum ad seruandas sacras Reliquias instructum, vbi Familiæ Capisucchiæ insignia inspicuntur, opere vermiculato, aureus nempe balteus in areola cærulei coloris, his verbis expresso artificis nomine; *Magister Adeodatus fecit hoc opus.* Vixit autem Adeodatus iste artifex circiter annum 1290. vt indicat Abbas Constantinus Caietanus in vita Gelasij II. Romani Pontificis. In hoc ipso Templo D. Mariæ sacro habet eadem Familia antiquum Sacellum dotatum anno 1390. locupletibus annuis redditibus, quorum nostris hisce temporibus ex indulto Pontificio est Commendatarius Pater Raymundus Capisuccus Ordinis Prædicatorum, cuius superius meminimus.

TERTIA CREATIO CARDINALIVM.

Anno reparata salutis 1557. Pontificatus secundo, Idibus Martij. Romæ Paulus IV. decem Collegio Cardinalium adscripsit, quorum series hæc est.

IX.

THADDEVS Gaddius, natione Italus, patria Florentinus, Aloysij patritij Florentini, & Riani Domini filius, ac Nicolai Clementis VII. Diaconi Cardinalis sancti Theodori nepos; natus Florentiæ mense Septembris anno 1519. Iuris scientia illustis, ingenio, & rerum vsu memorabilis, Castri Riani Dominus, quod postea ipso vita functo Petrus Donatus Cæsius Episcopus Narniensis, S. R. E. Cardinalis prætio septuaginta millium nummorum aureorum ab hæredibus emit. Adolescens Patavij Iuri vtriq. operam nauavit: vix decimum sextum suæ ætatis annum attigerat, Abbas renunciatus S. Leonardi in Apulia, cedente Cardinale patruo. Paulus III. illi in Cusentinum Sacerdotium detulit admind-



trandum


Cabrera. Petramell. Filiucc. in Elog. m. s. Andr. Vi. Storell. in Addit. ad Ciaconiù. Ambros. Landuc. in Vita B. Nicolai. Marescot. in Ard. Pal. Laurent. in H. Romæ. Cœc. Trid. Aubery in Vita. Fe. in Ad. V. in Ecl. in Ital. sacra. F. in Mar. Turig. de Crisp. Va. in Bap. in Cap. in Ca. thal. Audi. torij Rotæ. Jac. Aug. Thuanus. in Histor. Panuinius. Natalis de Comitib. in Histor. Petrus Iu. stinianus in H. stor. Veneta. Angelus Gallucci. Famianus Strada. Gulielm. Dondinus in Histor. de bello Belg. & Gallico. Gallia Christiana. Vinc. Armanous in Histor. Famil. Capisucchiæ, & in Epist. Jac. Schre. chus in Imag. Prin. Carolus de Lellis in Hist. fam. Neapolit. Ioan. Ant. Fruzius in Descript. Templo. Urbis. Octavius Boldonus de inscrip. sepulch.

Cabrera. Petramell. Filiucc. in Elog. m. s. Castald. in V. Pauli IV. Andr. Vi. Storell. in Addit. ad Ciaconiù. Ferdin. V. Ghellus in Ital. sacra

trandum anno 1535. deinde in titulum contulit, cum ad vigesimum septimum aetatis annum peruenisset, quam Ecclesiam absens rex. Ex Archiepiscopo Cosentino, Præsbyter Cardinalis S. Syluestri à Paulo IV. renunciatur: interfuit Comitibus Pontificiis, in quibus summum Pontificatum obtinuit Pius IV.

Obijt in ea Italiae regione, quæ mari Adriatico contermina, Apulia dicitur, in Abbatia S. Leonardi, ordinis militum S. Mariæ de Pruxia Theutonicorum, quæ ipsi, dum viuebat, vt diximus, commendata fuerat, die Lunæ xj. Kalendas Ianuarij anno 1561. Pontificatus Pij IV. secundo, ex profluvio ventris, vomitus, & pituita. Corpus ibi depositum, Florentiam postea translatum in Ecclesia S. Mariæ Nouellæ Ordinis Prædicatorum, in pulcherrimo suæ familiæ sacello, sepulchro conditum, cum hoc epitaphio.

TADDÆO GADDIO ALOYSII FILIO S. R. E. PRESB. CARD. QVEM OB EXIMIAS BIVS VIRTUTES PONTIFICES MAXIMI CÆTERIQVE PRINCIPES MIRIFICE DILEXERVNT MAXIMOSQ. ILLI HONORES HABERVNT. NICOLAVS GADDIVS FRATRI PATRVELLI AMANTISSIMO BENEVOLENTIÆ CAUSA HOC SEPVLCHRVM STATVIT ANNO MDLXXVII. VIXIT ANNOS XLI. MENSES XI. OBIT MDLXI. XI. KALEND. IANVARIJ.



Cabrera, Petramell. Andr. Vi- storell. in Addit. ad Ciaconii. Ios. Silos in Histor. Cler. Reg. Sforti. Card. Pal. lauciu. in Hist. Cœ. Aubery in Vit. Gal. Chris- tiana. Ios. Bapt. Adrian in Historia.


X.

ANTONIUS Triuultius, natione Italus, patria Mediolanensis, nobilissima, & illustissima familia ortus, quæ tunc reposita a Leone X. duobus donata Cardinalibus, præter ceteros armis, togæ, claros viros, illustratur; Patrem habuit Hieronymum Scaramuzia Triuultij Cardinalis Comensis fratrem, bellica laude illustrem, qui in bello hostium numero circumuentus, forti ani-

mo dimicans in acie occubuit. Antonius is noster cum in studij diligenter operam nauasset, excellentiq. vtriusq. iuris doctor euasisset, Romanam veniens vtriusq. Signaturæ Referendarius, mox Episcopus Tolonenfis, opera Augustini Triuultij Cardinalis affinis sui factus est. Perusinam deinde urbem Legatus rex, & Prolegatus postea Auenionem missus à Paulo III. Pontifice, dum Alexander Farnesius Cardinalis, ipsius nepos ditionis illius ageret legationem, eos populos tanta per triennium prudentia moderatus est, vt omnes quæquid diceret, & quicquid præciperet, ab aliquo velut oraculo eum accepisse arbitrentur. Cum igitur in aliquibus ditionis suæ partibus heretici aliqui suum euouissent venent, ac præcipue infecto oppido Gabriere, & alijs in illis partibus graflati viderentur; Antonius magno exercitu comparato, adiuuantibus etiam Gallorum Regis Christianissimi ministris, audaces illorum conatus fregit; quibus deuictis profligatis, & funditus deletis, Pontificis iussu illa oppida igne primum exulsi, ferroque postea eadem solo adæquauit. Missus à Iulio III. in Galliam Nuncius, deinde sedis Apostolicæ Internuncius ad Rempublicam Venetorum an. 1557. à Paulo IV. summo Pontifice Cardinalitia dignitate donatus, Præsbyter Cardinalis SS. Ioannis, & Pauli renunciatur. Purpuræ nuncio allato, summa in eo animi moderatio eluxit ex vultu, ex sermone, ex gestu vilo corporis nemo illum vel leuiter commoratur, affectumq. agnoscere potuit. Signaturæ deinde Iustitiæ præficitur, & in Galliam Legatus mittitur, vt Henricum II. Gallorum Regem ad pacem cum Philippo II. Hispaniarum Rege etiam atque etiam adhortaretur, qui biennio exacto, nobilis, & memoratu digna illa per eum comparata pace, Italiam petens, in oppido, quod S. Marini, alias S. Martini vocant, à laboribus quiescit subita apoplexia præuentus anno Domini 1559. sedente eodem Paulo in Petri cathedra, vij. vel viij. Kalendas Iulij. Eius corpus ibi sepulchre traditum est: Meminit Antonij Cardinalis Triuultij Paulus Manutius in Præfatione ad Historiam Salustij. Iulius Perusinus litteras plures ad hunc Cardinalem dedit, quibus voluptatem, gaudiumque suum exprimit, quo cumulatus est ex amplificatione dignitatis eius. Ecclesiæ Tolonenfis sub Archiepiscopatu Arelatenfi in Gallia Commendatarius, & Administrator à die tertia Martij anni 1528. usque ad obitum fuit.

De hoc Cardinali hanc legimus apud Octauium Boldonium inscriptionem positam Mediolani in D. Antonij Templo apud patres Clericos Regulares, Theatinos dictos.

ANTONIO TRIVULTIO CARDINALI INTEGERRIMO SACRATISS. HVIVS AEDIS CONDITORI MVNIFICENTISS. AVGENDORVMQVE EX SACERDOTIO PROVENTVVM AVCTORI ET VINDICI SOLERTISSIMO PETRVS TRIVVLTIVS EX FRATRE NEPOS CVI ILLE VIVENS HÆC OMNIA RESIGNAVERAT AD ÆTERNAM GRATIAM MONVMENTVM. MDX.



XI.

LAVRENTIVS Strozzius Florentinus, qui Philippum Strozium, & Claricem Medicæ Leonis X. neptem, parentes habuit, & in fratrem Petrum Marecalum Franciæ, natus est Florentiæ die tertia Decembris anno salutis 1523. Sub Benedicti Varchij illius æui doctissimi viri disciplina humaniores litteras didicit in patria; Patavij deinde adolecens Iurisprudentiæ operâ

dedi; in Gallia postmodum Martis disciplinam amplexus, miles strenuus, ac Dux inuictus euasit. In Narbonensi provincia Henrici II. Francorum Regis nomine Præfectus, multa hæreticorum oppida munita, animi robore, ac virtute maxima expugnauit, & ad Catholicam religionem reduxit. Ad Ecclesiasticam vitam (Catharina Medicea Galliarum Regina eius consobrigna hortante) cum se dedisset, ab eodem Henrico Rege, prouinciarum primùm Regis Procurator, S. Victoris Massiliensis, & S. Mariæ de Stafarda in Marchia Salutarum, ditissimarum Abbatiarum Commendatarius factus, mox Bituensis Episcopus nominatus, regimẽ illius Ecclesiæ adipiscitur die 27. Februarij anni 1548. Regius deinde Consiliarius, & S. R. E. Præsbyter Cardinalis petente Rege absens renunciatus ad Urbem venit, ac die vigesima Septembris eiusdem anni Cardinalatus insignia, ac titulum S. Balbinæ accepit. In Galliam reuersus hæreticorum vires consilio, & prudentia sua non parum debellauit. Episcopatum Albiensem, Ludouico Guisio Cardinale cedente obtinuit mense Septembri anno 1561. ex quo ad Archiepiscopatum Aquensem anno 1566. translatus est.

Auenione tandem xj. Kalendas Ianuarij anno salutis 1571. ætatis quadragesimo octauo iam expleto, vt bene notat Claudius Robertus, Christiano Orbi eripitur, & ibidem in Ecclesia S. Agicolæ absque vlla inscriptione iacet: alij scriptum reliquerunt in Gallia Transalpina eum obiisse anno 1568. quod vt bene notat Petramellarius, falsum est. Vir quidem, nobilitatis, virtutis, ac rerum gestarum celebris, cuius, præter ea, quæ habent Petramellarius, Cabrera, ac Filiuccius, meminere Homerus Turture libro tertio Historiæ Galliarum; Ioannes Baptista Adrianus, Ioannes Chenu, Claudius Robertus, & Antonius Possenus in Historia Gonzaga; Castaldus, & Caracciolus in vita Pauli IV.

Ex eadem gente Philippus Strozzius peditatus Gallici Præfectus generalis Henrico III. Rege; multique in sacro ordine Antistites prodierunt; Alexander Archiepiscopus Firmanus, Alexander Volaterranus, Robertus Felulanus, Robertus alter Collensis, & Alexander S. Miniati apud Italos Episcopi.

XII.

VIRGILIUS Rosarius, natione Italus, patria Spoletanus, natus anno à partu Virginis 1499. vtriusque iuris egregius doctor, post operam egregie nauatam Pontificij necnon Cæsarei iuris studio, virtute, atque prudentia nulli inferior, ex Canonico S. M. Rotundæ de Vrbe Isclanensis Insulæ Antistes à Iulio III. seu vt alij referunt, à Paulo IV. electus est, quod cum in-

nonnullis muneribus obeundis seuerè ageret; eiusmodi enim vitæ institutum Paulus Christianam seueritatem identidem solebat appellare; paulò post inter Præsbyteros Cardinales titulo S. Simeonis ab eodem cooptratus, dictus est Cardinalis Spoletanus; mox Pontificis in Vrbe Vicarius declaratur, vnusque ex quatuor primis Cardinalibus fuit, qui mandante Paulo, caustæ Io. Cardinalis Moroni præfideret. Eundem ex Panuino Paulus delegit cum Tranensi, & Consiliario Cardinalibus, vt cum Camilli Vrsini consilio ditionis Ecclesiasticæ causas regia potestate cognosceret; verum Spoletani loco Ioannem Reumanum, ac loco Camilli, Ioannem Antonium Vrsinum, ipsius Constitutione decima nona, quæ in tomo primo Bullarj reperitur, deputatos inuenio. Ferdinandus Vghellius in Catalogo Episcoporum Isclanensium scribit ante purpuram Archiepiscopatum Sipontinum Virgilium obtinuisse; & post purpuram Adriensem Ecclesiam habuisse commendatam; in serie tamen Antistitum earundem Ecclesiarum illum non recenset.

Vnius horæ spatio supra pectoris vena, ex improviso in Palatio Apostolico x. Kalendas Iunij anno salutis 1559. ætatis sexage-

simo,

Cabrera, Petramell. Filiucc. in Elog. m. s. Castald. & Caracc. in V. Pauli IV. Io. Chenu de Episc. Galliar. Ferdin. Vghellius in Addit. ad Ciaconii. Franc. Augustini ab Eccles. in Hist. Fedemontana. Claud. Robertus in Galliar. Christiana Aubery in Vita. Homerus Turture in Hist. Gall. Lud. Iacob. Fulgurat.


Cabrera, Petramell. Andr. Vi- storell. in Addit. Caracc. in V. Pauli IV. Petrus Justinianus in Histor. Venet. Aubery in Vita. Ferdin. Vghellius in Ital. sacra.

lino, animam efflauit. & sepultus in Ecclesia S. Mariae super Mineruam, ubi in sepulchro eius marmoreo, cum ipsius effigie monumentum extat cum hoc epitaphio.

D. O. M.

VIRGILIO ROSARIO SPOLETANO S.R.E. PRESB. CARD. SVMMI PONTIFICIS PERPETVO VICARIO. FLAVIVS ROSARIVS PATRVO OPTIMO POS. VIXIT ANNOS LX. OB. X. KAL. IVNII MDLIX.

Huiusce Cardinalis numisma vidi, in cuius prima facie eiusdem Cardinalis nomen expressum hoc modo erat: VIRGILIUS ROSARIUS CARDINALIS DE SPOLETO; in altera vero manus cum sepe structili, & rosas, ac lemmate: FIDE, ET PRVDENTIA COLVI DONEC.



Cabrera. Petramell Aubery in Vita. Andr. Vi. storell. in Addit. ad Ciacconi. P. Frizon. in Gallia Purpurata Gal. Christ. tianæ Auctores. Petrus In. stinianus in Histot. Veneta. Filucc. in Elog. m. s.

XIII.

IOANNES Bertrandus, natione Gallus, patria Tolosanus, Bernardi Bertrandi Domini de Villeles, Senatoris Tolosani filius, qui à puero litteris operam nauauit, & maior Senatorio munere functus est in patria, inde allectus primus Præses Tolosanus, & à Frâncisco Primo inter Præsides Parisienses cooptatur. Ecclesiasticæ deinde vitæ animum applicans, Cœnænarum primus Episcopus

anno 1551. deinde anno 1557. Archipræsul Senonensis, & Galliarum Primas, in Germaniam Legatus mittitur. Tolosa Lutetiam aduectus omnibus honorum gradibus decursis, summum togæ fastigium attigit impellente Egidio magistro; alij addunt, Ducis fa Valentinae fauore. Franciæ itaque Procancellarius, seu Sgillorum Regionum custos ab Henrico II. Rege institutus est; quo munere functus est vsque ad annum 1559. mortuo enim Henrico, à Francisco II. successore Iacobus Oliuarius ad ædes priuatas, & rurales tempore Henrici amandatus, ad pristinum officium vocatur, eliminato Bertrando. Postulatione Ducis Guisij proficiscens in Italiam pro Pauli IV. Romani Pontificis ope contra Philippum II. Hispaniarum Regem, Cardinalium Collegio absens adscriptus est Interfuit comitijs Lutetiæ habitis ab Henrico II. Rege anno 1558. ad hostium impetus sustinendos. Italiam sub fine anni 1559. suppetias laturus petijt, affuitque Comitij Pontificijs, quibus creatus Pontifex Pius IV. à quo titulum S. Priscæ accepit, fuitq. vnus ex septem Cardinalibus, à Pontifice delectis in causa Carrarum. Orator regius extra ordinem ad rempublicam Venetam missus; dum reditum in Galliam meditaretur, senio confectus animam exhalauit Venetijs pridie nonas Decembris anno salutis 1560. sepeliturque sub organo in Ecclesia D. Stephani Protomartyris apud Augustinianos cum hoc epitaphio.


D. O. M.

IOANNI BERTRANDO TOLOSANO, SENONENSI Archiepisc. Cardinali primario, illis optimis, & maximis duobus Gallia Regibus FRANCISCO I. & HENRICO II. charissimo, Magistratus, & honores amplissimos, quos solum excellentiss. I. C. consequi possunt in patria, cunctaque Gallia honorifice adeptus, in Germaniam Legatus, in Sabaudiam pro Rege missus; tandemque Procancellario factus, Cancellario etiam designato. Cum Romam Pontificis Maximi deligendi causa profectus, in Galliam PIO IV. Pontifice creato rediret, senio iam confecto, Venetijs morbo Prisdie Nonas Decembris oppresso.

Iacobus Faber Tolosanus Casa-Dei Abbas, Libellorum Supplicum Regius Magister, summus amicus, & Bosthedonius Nepos M. P. P. quousque heredes pro tanti viri dignitate reficiendum curabunt M. diestante, E. Palmelio auditore suo Anno Domini MDLX.

Huiusce Cardinalis extat numisma cum sola nominis expressione hoc modo: IOANNES CARD. BERTRANDVS FRANCIE CANCELLARIVS.

Ioanni Cardinali Bertrando Iacobus Puteus Cardinalis litteras per Latinum Latinum scriptas, dedit, quibus nouam Cardinalatus dignitatem ei gratulatur, quæ litteræ inter eiusdem Latini epistolas in lucem editas Romæ anno 1559. inueniuntur.



XIV.

FR. Michaël Ghislierius ex Bolco, oppido diocesis Dertonensis, agræ Alexandrini, vnde Alexandrinus vocatus, Pauli Ghislierij, & Dominæ Augeriæ sceminae honestissimæ filius, natus die Mercurij xvj. Kalendas Februarij, qui S. Antonio Abati sacer est, anno sal. 1504. quare nomen Antonij ad sacrum fontem sortitus est. Cui adhuc esset annorum quatuordecim, quia de eo præpotens Deus summa statuerat, ipso inspirante, sacro patrum Dominicanorum instituto in vi-

Cabrera. Petramell Filucc. in Elog. m. s. Gabutus in Vita. Franciscus Saccin in Hist. loc. I. Andr. Vi. storell. in Addit. ad Ciacconi. Ludouic. Donius de Atuchy in Hist. Cardd Aubery in Vita.

co Irea, quæ nunc Vogersa dicitur, se addixit, & Bononiæ Philosophiæ, ac Theologiæ studijs operam dedit. Vnde Magistri gradum assumens, eisdem disciplinas multis in locis publicè sub Lectoris munere professus est; & præter cætera, semper vitæ innocentiam, religionisq. obseruantiam cum scientiarum cognitione coniunxit. Genus sacerdotio initiatus est; in comitijs generalibus sui ordinis anno 1543. Parmæ coactis suas theses mirifice defendit, & cū non minima doctrinæ, quàm pietatis signa præferret, Prior Albæ, Socini, Vigleuanique fuit. In horum Cœnobijs primùm irruentes milites prædæ cupiditate adductos oratione repressit, atque fugauit: sacras conciones multis in locis singulari pietatis ardore non sine auditorum fructu habuit. Floruit modestia singulari grauitate, & sanctimonia; quibus virtutibus fere apud omnes eâ sibi reuerentiam comparauerat, vt passim S. Bernardini nomine nuncuparetur. Solebat Michaël ad ordinis conuiua, & ad monasteria sibi ad habitandum attributa pedestri itinere commeari, sarcinulaque itas humeris deferre. Alphonso Aualo Valtij Marchioni, ditionis Mediolanensis pro Carolo V. Cæsare Hispaniarum Rege præfecto, à confessionibus, atque ab eleemosynarum largitione fuit; tanta enim eius virtutis opinio in prouincia illa florebat apud Primates, vt eum, licet ab vrbe Mediolano viginti fere passuum millibus absentem, conscientiæ suæ Aualus iudicem, ac vitæ moderatorem elegerit. Hortantibus sodalibus, vt è collata à Marchione in pauperum subsidium stipe aliquid referuaret, quo pluuio tempore ad Marchionem eunti, sibi necessariū conficeret, respondit egregius paupertatis cultor, pauperum eleemosynas fidei suæ commissas ne teruntium quidem ex illis in alios vsus conuerrere se velle: Vnum quidem se ex ijs esse agnoscere; at inanam eorum paupertatis professionem, qui nullis egent necessarijs, debereque mendicantes, & Euangelicos pauperes iuxta præceptum ipsius Euangelij vnica contentos esse tunica. Nouo comensis deinde factus Inquisitor, sibi cum quæstionem cum ipsius vrbs Vicario, & Capitulo, vacante Episcopali sede de nonnullis hæreticorum libris habuisset, magnâ ex eo munere laudem apud S.R.E. Cardinales, qui Inquisitionis Congregationi Romæ præpositi tunc erant, adeptus est. Cæterum inter Rhetios, postea Bergomum bis ab ipsis Cardinalibus missus contra Bergomatum Episcopum hæretica infectum labe, non sine ipsius vitæ discrimine, quam vltro pro religione exponere nunquam destitit, capitis iudicium habuit

Anno 1551. à Ioanne Petro Carrafa Cardinale Neapolitano inter sanctæ Inquisitionis Cardinales præpositos primas tenente, cui Fr. Michaelis virtus, & in eo genere industria, ac labores non erant ignoti, Iulio III. permittente, de aliorum Collegarum consilio generalis Commissarius Inquisitionis eligitur, à quo etiam renunciat Pontifice, & Paulo IV. dicto Episcopus primò Nepesinus, & Sutrinus inuitus electus, & per triennium, & amplius eâ rex Ecclesiam. Anno postea salutis 1557. Pontificatus secundo, die Lunæ Idibus Martij Presbyter Cardinalis titulo S. Mariae super Mineruam, postea S. Sabinæ, & sanctæ Inquisitionis supremus Inquisitor deputatus est. Quod officium Pontifex delevit, & Congregatione, vt antea sub Paulo III. fuerat, cui Cardinales præfunt, quorum qui in ordine primus est, summus Inquisitor dicitur, restituit. Adscriptus in supremum ordinem Michaël solitam humilitatem, atque modestiam ita retinuit, vt præterquam in actionibus publicis monasticam vestem nunquam depoluerit; Sed quæ mens, quæque mores, aut sensus in tam sublimi gradu illi fuerint, vel ex vna è multis, quam ad Paulinam sororis suæ filiam scripsit, epistola licet agnoscere, quam ex Gabutio hoc loco subiungimus.

Hodie litteras tuas iij. Kalend. Martij datas accepi. ex quibus mihi pericundum fuit intelligere, tibi cum marito tuo, probo viro, optime conuenire: amboque vti pios Christianos decet, de quo minime dubitabam, in timore, & amore Dei vitam institueri. In quo si, vti speramus, perseveraueritis, diuina illius maiestatis eris cura de vobis, deque rebus vestris, quoniam timentibus Deum omnia ad vnum Deum dirigitur: cumq. spectant vnum, qui cunctis mundi thesauris longe preferendus est, ac pluris, quam mille mundi, si tot essent, æstimandus. Cætera namque vniuersa, nisi ad

Deum

Deum referatur, inania sunt omnino, ac veluti fumus evanescent. Nec tibi subeat inaniter gloriari, se filiam esse sororis Cardinalis. Illud potius debes animo diligenter advertere, indeq. summo, & omnipotenti Deo immortales gratias agere, quod vel hinc te ad colendam virtutem alliciat, ac moneat, ut caueas, ne ab his exiguis degeneres virtutibus, quibus avunculum tuum Deus pro immensa misericordia sua munire dignatus est. Quibusque permotus eius in terris Viscarius, nullo maiorum splendore, nullis humanis opibus, aut artibus, nullis denique Principum commendationibus, aut proprijs diuitijs, quippe qui pauperrimus, si quis alius in Dominicana familia, sed tamen tenuitate sua contentus esset, eum in sacrum Collegium Apostolicum, Romanaque Ecclesie Senatuum adscripsit. Itaque Deum precare, non ut eum amplius extollat in terris, sed aeternum beet in calis. Ac scito longe maiores nunc eius esse labores, mentis inquietudinem, atq. molestias, quam dum privatum in Canobio degeret vitam. Quod autem de Giberti mariti tui fratre scribis, sic habeto, Ecclesiastica beneficia non carni, & sanguini, sed virtutibus debent: & cum in hanc usque diem absq. huiusmodi mercimonijs negotijs vitam duxerim nolle me, hac etate senescente conscientiam meam onerare. At si Reverendissimus vester Dertbonensis, aut alius Antistes, harum rerum beneperitus, de illius sufficienti eruditione mihi perhibuerit testimonium, libentissimè, quod illum obtinere deceat, ut consequatur, emittat. Quod porro ad Gibertum attinet, cū primum per facultates meas licuerit, eius opera libenter utens consulam commodis eius. Deum rogate, ut quod ad maiorem gloriam suam bene sibi visum fuerit, nobis omnibus euenire disponat. De Iuliano, adhuc est nimis adolescens, & ego maiori grauior familia, quam ut seras tenuissimi reditus mei, in magna praesertim annona caritate, quod si Domino placuerit, me commodiore uti conditione, ipsum, & alios adiuvero. modo velint virtutem colere, recteque vivendi leges tenere, non, ut quidam alij, qui suis moribus effecere, ut mihi valde refrigeret animus, ne patrie nostrae ciues apud me deinceps esse velim; maiorem fidem, probitatem, sinceritatem, & humanitatem in extraneis expertus. Atqui Dei benignitate, familia vtor us moribus praedita, ut eam ad amandum impelleret, ac si mihi singulis filij essent, non administrari. Vale, salutaque meis verbis sorores tuas, & cognatos. Rome vi. Kal. Aprilis 1558.

A Pio Papa IV. Praepositus sancti Spiritus de Columbella, Mediolanensis diocesis, & Episcopus Montistregalis in Pedemontana prouincia renunciatus, sacri Concilij Tridentini decreta cum alijs eiusdem ordinis patribus ab ipso summo Pontifice ad hoc deputatis, diligenter inspexit. Ad Ecclesiam Montistregalis in Subalpina vilendam, componendamq. anno 1560. se contulit. Romam reuersus, cum Pius summus Pontifex Ferdinandum Medicem impuberem, Cosmi Florentiae, & Federicum Gonzagam adolescentem Federici Mantuae Ducis filios, in Vaticanum Senatuum adiciendum proposuisset, statim à prandio rogatus sententiam suam, Alexandrinus ingenuè, & cum bona summi Pontificis venia dixit, nunquam se huic praematurae creationi subscripturum, quod nec locus maiorum, nec tempus, à prandio scilicet, id esset, quod legendis Cardinalibus conueniret; expectandamq. legitimam aetatem, cum incertum esset, quò euaturi essent hi adolescentes; praecipue cum ita ferentibus illorum meritis, sacra purpura, nunquam esset defutura. Minus verò id agendum sedente Concilio, in quo cum de restituenda Ecclesiastica disciplina serio à tot, tantisque Praesulibus ex vniuerso orbe congregatis ageretur; ubi audirent, adolescentulos duos in Senatores Ecclesie Romae assumptos, atque alio planè sensu, quam sacri textus pro Patribus dari, aut nasci nobis filios, constituique Principes super omnem terram non posset non multis ansam querelarum, & offensionum praebere. Cumque nihilominus Principes isti adolescentes non multò post renunciati fuissent ab eodem Pontifice Cardinales; atque Orator Ducis Hetruriae ad agendas gratias Alexandrino venisset; protinus is; Non est, inquit, quod mihi gratias agas, quippe qui huic electioni non modo non fauerim, sed etiam valde sim aduersatus, nò quod Mediceam gentem oderim, nonis Deus, sed quod ita mihi conscientia distaret. Quare non defuerunt, qui dicerent, ex eo, quod tam diueria, & aliena soleret à Pontifice sentire, fore, ne sibi caueret, ut in Hadrianæ molis arce includeretur, quibus ipse; Mibi, inquit, locus nunquam deerit, in ordinem meum redeundi, quoties ob reificationem veritatis in hoc sacro Collegio permanere non poterò. Interim anno 1564. ardore vixit percussus, cum se in vitæ discrimine videret periclitari de morte, & de resurrectione cogitans, ante gradus maioris sacelli Ecclesie S. Mariae super Mineruam, in pavimento sepulchrum sibi elegit, in quo epitaphium hoc in marmore insculpsit.

Ad laudem D. O. M. Fr. Michaël Gisleus, ex oppido Boschi, Agri Alexandrini, Ord. Predic. D. mis. et. S. Sabinae Presbyter Cardinalis, noscens terram terrae se reddidit, ob certam resurrectionis spem, in Virginis Dei genitricis Templo, cuius, & Sanctorum, ac piorum vuentium cupiens adiuuari, suffragijs, locum hunc viuens sibi statuit. In quo cadaver, cum sumis obierit diem poni curauit, Ann. agens aetatis suae lx. & huius. salutis ann. 1564.

Cum conualuisset ab illa graui infirmitate, ab eodem Pio IV. ad pristinum S. Mariae super Mineruam titulum translatus iterum est. In sententia Senatoria dicenda prudenti libertate utens, & priuatas rationes posthabebat, & quid secundum Deum esse, & Christianae reipublicae fructuosum autumabat, libetè priuatum, & publicè proferebat, sacras sanctiones, & Dei honorem, mortalium Principum gratia, humanisque rebus omnibus praeferebat, arbitrabatur. De Cardinalis huius sententia dixit aliquando Cardinalis Bozzutus ex Victorello, eam in Purpuratorum Senatu ponderis plus habere, quam ceterorum omnium prudentium Cardinalium iuncta haberent sententiae. Quare merito Franciscus Saccinhus Michaelem, Virum oprimum, Senatorem sapientissimum, natura prudentem, experimento eruditum dixit. At Pio IV. summo Pontifice vita functo, ad summum omnium fastigium Pij V. nomine assumpto ascendit: de quo plura suo loco dicemus.

XV.

FR. Clemens Dolera, natione Italus, Ligur ex Moniliano oppido Genuensis diocesis natus est anno reparatae salutis 1501. xij. Kalendas Iulij à meridie hora xix. Hic adolescens adhuc ad fratrum Minorum de Observantia familiam se contulit; cumq. litterarum studio, quae ab humanitate nominè inuenerunt, deinde Dialecticæ, Philosophiae, ac Theologiae se dedidit, Magister euadens, eas scientias multis in



gymnasijs publicè summa cum laude professus est; ob quarum singularem praestantiam ab inferioribus sui ordinis muneribus Salmanticae in Hispania anno 1553. ad summi Ministerij apicem cõscendit, ipsique per sex annos, summa cum omnium approbatione praefuit Minister generalis. Hoc sibi ad maiores honores aditu patefacto, à Paulo IV. apud quem, & gratia valebat, & auctoritate, inter Presbyteros Cardinales titulo S. Mariae de Araceli cooptatus, dictus est Cardinalis Araceli, vel Monilianus, & Fulginatensis; sacri deinde Romani Imperij Protector nominatus. Huic etiam Pius IV. anno 1560. Episcopatum Fulginatensem commisit, eundemque sanctissimae Inquisitionis Tribunali, ac Apotheosi B. Didaci praeposuit; & inter alios, qui Tridentini Concilij decreta feruari curarent, delegit. Renunciatus Episcopus Fulginatensis, nil antiquius habuit, quam ex Tridentini Concilij instituto colere pietatem, corrigere mores Ecclesiasticorum, pauperes recreare, ordinem Religiosorum extendere fines; quare Capuccinos monasterio excepit, & S. Iosephi de Vignola Templum Praedicatorum fratribus attribuendum curauit.

Romæ ad S. Petrum in Monte aureo, die Martis in sanctissimè Epiphaniae Domini festo, viij. scilicet Idus Ianuarij, hora 17. anno salutis 1568. aetatis 67. Pij V. Pontificatus secundo, è vita migravit, heredibus sibi ex testamento institutis S. Iacobi de Vrbe Pauperibus Incurabilibus. Eius corpus in Ecclesia S. Mariae de Araceli ante aram maximam iacet sub lapide marmoreo, in quo litteris aeneis insculptum extat hoc epitaphium.

D. O. M.

CLEMENTI MONILIANO CARD. ARACOELI summa doctrina, & religionis Viro, prudentia documento per omnes honarū gradus, ad summam in Ordine Fratrum Minorum de Observantia dignitatem elato, à PAVLO IV. Cardinali creato: liberalitatem, quam semper viuens exercuerat, moriens comprobauit.

Pauperes Incurabiles Hospitalis S. Iacobi, ex Testamento Heredes, beneficij accepti ergò B. M. P. Vixit Annos LXVI. Menses VI. Dies XVI. Obijt XIII. Idus Ianuarij 1568.

In Ecclesia S. Iacobi alia extant eiusdem Card. memoria; videlicet.

F. Clementi Dolera Moniliano Generali Ordinis S. Francisci Presb. Cardinali de Araceli, Viro doctrina, & bonitate insigni; quod eius Testamento ad Hospitalis Sancti Iacobi hereditas peruenisset, Sodales illius Collegij pro tanta pietate, hac lege se se in perpetuum obligauerunt vij. postridie eius diei, quod die decessit è vita, qui fuit vij. Idus Ianuar. MDLXVIII. Anniversaria commemoratio eius fiat, & Sacerdos Sacrum solenne faciat singulis diebus, quò dies Festi non erunt Sacerdos Sacrum faciat vniuersis Sodalibus ad eam rem comocatis hoc amplius uti ad ipsius Gentiliumque eius animas, qui mortui erunt expiandas, quò si dies Festi incidit Sacrum fiat eius Dies cuius die Sacer erit inq. eo Sacro commemoratio Cardinalis Gentiliumque eius, qui mortui erunt separatim fiat.

In lib. II. Tit. LXIII. Cabren. Petramell. And. Vi. thorell. in Addit ad Ciacomij. Gaspar Jo. pelin in E. log Cardo. Crd. Min. Aubery in Vita. Luc. Ynding us de scrip. Ord. Mi norum Ferdinã. Vghell. in Lud. Iacobi. bill. de Ep. Fulgiant. Vbert. Jo. lic. in E. log. Claz. Lipunum.

Singularis doctrina, qua prae dicitur erat, non obicura testimonio posteritati consecrauit, quorum extant.
 Catholicarum Institutionum Compendium, quod Theologiarum Disputationum volumen vocat Manutius, ab ipso Cardinali locupletatum, Christianis hominibus ad pie, sancteque viuendum necessarium, innumeris ferè sparsa voluminibus in vnum ipse collegit; confusus, vt cum Manutio scribam, ordinem, obcuris lumen, certam cognitionem dubijs attulit: nihil vberius eo libro, si res spectare velis; nihil breuius, si verba, in breuitate nihil planius, & clarius esse posse iudicabis. Totum opus his constat tractatibus, quos diuinit Aldus Manutius recenset, ac summopere commendat, & sunt.

De Symbolo Apostolorum. De Sacramentis. De Praeceptis Diuinis. De Consilijs Euangelicis. De Oecumenico Concilio.

Quod opus primo Fulginei anno 1562. impressum, deinde Romae anno 1565. additis duobus Opusculis, vnum de Peccatis, & eorum differentijs, aliud de Sacerdotum coelibatu.

Pietatem singularem expressit moribus, sua omnia studia, curasque ad Apostolicæ sedis dignitatem tuendam, & ad animarum salutem procurandam retulit: Fulginatensis Ecclesiæ oues sibi concreditas, verbo, & exemplo docuit, ac paut; vnde illum Poëta sic introducit loquentem.

*Quam pius, & doctus, sam suavis moribus exto
 Mente probus, vita sanctus, honore grauis.*

Quare saluum est, quod scripsit Vbertus Foliera, Clementem Cardinalem famam meritorum, & officiorum momenti diu collectam, nihil auxille, priori enim gloriæ, & exultationi in ordine collectæ multum tum doctrina, tum sanctissimis moribus addidit in purpura. Interfuit Comitij Pij IV. & V. sub quo è vita migravit.

XVI.

ALPHONSVS Carrafa Italus, nobilis Neapolitanus, Antonij Montisbellij, postea Marchionis, Caroli Cardinalis Carrasæ fratris, & Pauli IV. nepotis filius, natus anno salutis 1540. Idibus Augusti, sub disciplina ipsius Pauli, tunc S. R. Ecclesiæ Cardinalis educatus, qui studiorum socium ipsi adiunxerat Antonium de eadè familia, quem litteris, & vitæ sanctimonia celeberrimè



Pius V. in Cardinalium Collegium adscripsit; cuius exemplo, atque emulatione inflammatus, virtutibus ita animum applicauit; vt in ipso integritatis vitæ modestia, humanitas summâ, in rebus gerendis admirabilis prudentia, iustitiæ cultus, Ecclesiasticæ rei zelus, atque aliæ fere omnes virtutes elucerent. Quibus motus Paulus iam Pontificatum adeptus Alphonsum ex Protonotario Apostolico, decimum septimum ætatis annum agentem, Diaconum Cardinalem S. Ioannis & Pauli, postea S. Nicolai inter Imagines renunciauit, Ecclesiæque Neapolitanam paulò post, die scilicet 9. Aprilis anni 1557. in administrationem ipsi commisit, atque officij Auditoris Cameræ nomine deleto, Francisco Alberico vltimo Auditore anno 1558. vita functo, idque officium in Cameræ Apostolicæ Regentatus nomen conuersum, maximisque priuilegijs auctum; quodq. vni ex Cardinalibus ad instar Camerariatus conferre decreuerat, Alphonso addidit die 28. Nouembris ann. 1558. vt ex Diplomate, quod in Bullario Romanorum Pontificum habetur, in quo hac verborum serie, Alphonsi Cardinalis laudes ipse Pontifex recenset. *Eximia et tua circumspicientis fides, & integritas, nec non iustitiæ cultus, domus Dei zelus, ac probata modestia, & in omnes humanitas, atque in rebus gerendis dexteritas, ceteraque virtutes, quibus personam tuam illarum largitor Altissimus multipliciter insigniuit; Nobis spem prestis induciam, quod ea qua tibi duxerimus committenda fideliter, diligenter, & prudenter exequeris. Quem vnum anno 1559. (cum ceteros fratris sui filios, nec non etiam Antonium Alphonsi parentem honoribus priuasset, atque in exilium relegasset) apud se innocentem retinuit; cui tamen ne cum extorribus ageret, neque pro illis aliquid intercederet, vetitum est. Iste postea ex S. Nicolai titulo, ad S. Mariæ in Porticu, mox sub Pio IV. ad S. Ioannis, & Pauli Diaconatum, translatus, eodem Pontifice mandante, vna cum Carolo Cardinale patruo ad Consistorium proficiscens, captus, & in Hadriani molem cum alijs propinquis iij. Idus Iunij anno 1560. coniectus, carcerem illum summa patientia sustinuit. Verùm Carolo Cardinale, & reliquis maiestatis eius morti addictis, Alphonsus accusatus furtum, quod mortuo Paulo Pontifice, quædam è cubiculo eius surripuisset, in centum millium aureorum solutione, & Cameræ Apostolicæ Regentatus muneris priuatione mulctatus. Cæterùm cum ipsius redditus adeo tenues essent, vt nullo pacto tantam pecuniæ summam effundere posset, huius innocentia misertus sacer Pur-*

puratorum Patrum Senatus pro eo decem millia aureorum persoluit: cuius exemplo excitati Romanorum Proceres cum certam aliquam partem summus Pontifex condonasset, & ex Antonij patris bonorum venditione collecta pecunia persoluerunt. Hac tamen lege dimissus Alphonsus, ne Roma egrederetur; at, vt suis maximis, & vrgentibus necessitatibus prouideret, & opportunum subuentionis auxilium inuenire posset, facultatem ei concessit Pontifex, vt Ecclesiæ Neapolitanæ, & Monasteriorum quorundam, & Præpositurarum, quorum Commendatarius erat, fructus, & redditus ad notem annos locare posset, & pretium vnico contextu, & anticipata etiam solutione in principio nouennij reciperet; hoc addito, vt si infra dictum nouennij decedere ipsum Alphonsum contingeret, aut eam Ecclesiam, Monasteria, ac Præposituras dimitteret, locatio illa auctoritate Apostolica facta, firma, ac valida remaneret; vt ex Pontificis litteris Romæ scriptis die prima Iunij 1561. constat. Quarum litterarum auctoritate, die 23. Iunij anni sequentis 1562. Alphonsus Monasteria, Præposituras, & Ecclesiam ipsam Neapolitanam locauit Antonio Carrasæ, Cardinalis Montisbelli parenti, per annos nouem pro ducatis duobus mille supra viginti, quorum quatuordecim mille ad diem soluit, reliquos verò ad omnem Cardinalis nutum soluere promisit; reserua tamen ipsi Cardinali tota iurisdictione spirituali, ac temporalis, indeque prouenientibus emolumentis.

In gratiam postea cum Pij rediisset, factus Presbyter S. S. Ioannis, & Pauli, ab eodem facultate obrenata anno 1562. Neapolim ad curandum gregem sibi commissum se conferens, diocesanam Synodum Neapoli celebravit, cui Alphonsus præfuit; eiusque Synodi acta, ac decreta Marius Carrasæ successor in Archiepiscopatu anno 1568. Neapoli typis excudi curauit. At ibi morore confectus, à terrena hac ad cœlestem vitam transijt die Mercurij non xv. vt aliqui referunt, sed ex sepulchrali elogio jv. Kalendas Septembris anno salutis 1565. Pontificatus Pij IV. sexto, ætatis vagesimo quinto, hora noctis tertia; ibiq. in odæo Metropolitanæ ad aram maximam sepulchrum habuit; vbi à Pio V. successore grati erga Carrasam familiam animi causa, & in ipsius adolescentis innocentia testimonium, honorifico sarcophago marmoreo donatus est, in quo Alphonsi statua celeberrimi artificis manu sculpta, & elogium extat.

D. O. M.

ALPHONSO CARRASÆ S. R. E. CARD.

Archiepiscopo Neapolitano adolescenti non minus virtute sua, quam maiori splendore claro, Patris PAULI IV. P. M. Religionem, integritatemque referenti ea sapientia prædito, vt in secundis rebus summam eius temperantiam, in aduersis miram constantiam omnes laudauerint.

PIVS V. PONT. MAX. POSVIT.

Vixit An. xxv. D. xv. Obijt An. MDLXV. iv. Kal. Septemb.

Alphonso graui morbo affecto decumbenti in Neapolitanæ ciuitatis ora maritima, quæ vulgo *Plagia* nuncupatur, in peramplo palatio olim Diomedis Cardinalis Carrasæ, Canonici, & Clerus S. martyris Ianuarij caput, ac sanguinem deferentes supplicantes ad illum accessere. Alphonsus vir disertus, ac facundus, licet moribundus in sancti martyris laudem, luculentam extemplo habuit orationem.


Iulius Peruscius Alphonso Cardinali Carrasæ litteras dedit. In funere eiusdem Alphonsi hæc cecinit Ioannes Baptista Arcutius nomine Parthenopes plorantis.

*ALPHONSVM primo ereptum sub flore iuuenta
 Parthenope vt tandem genitrix mœstissima vidit
 Qualis erat lenia a genas, lenia a capillos,
 In medium sese tulit, & complexa feretrum
 Cum fletu incepsit tales effundere voces
 Quid dicam, quoue infelix me denique vertam?
 Qua tantis oppressa malis, nihil amplius vsquam
 Aspicio, quod me letam iam reddere possit.
 Nam tot, vt egregios natos, quos impia dudum
 Mors rapuit, saltem tanto solabar alumno
 Qui super vnus erat misera infortunia nostra
 Quem nisi tam subito rupissent flamina Parca
 Sperabam fore, qui toto applaudente Senatu
 Romuleas arces regeret, Petrique sederet
 Sublimi in solio metuendus, & omnibus vnus
 Iura daret, cui deposito diademate Reges
 Cum sceptro ferrent promi blanda oscula plantis;
 Et merito nanque illustri si sanguine cretus
 Inueniendus erat, tantæque pondera molis
 Susciperes, fuerat non hoc illustrior alter,
 Aut si qui clarus diuini dotibus esset
 Ingenij, tenerisque animum formasset ab annis
 Artibus ingenuus miro, & virtutis amore
 Flagraret, non equales modo viceerat omnes,
 Verum etiam natu maiores quosque senectus
 Crebra impendentis terret formidans mortis
 Qua porro inuidia o Superi, Cælestibus oris*

veramell
 abtera
 ilucc. in
 log. m. s.
 abut. in
 ta Pij V.
 affald. &
 aracc. in
 Pauli IV
 odr. Vi.
 orell. in
 dicit. ad
 incoisii.
 ilius Pe-
 fcus in
 pistolis.
 at. Sum-
 ont. in
 st. Neap
 zund.
 phell. in
 il. sacra
 nhol.
 hiocca.
 l. de Ar
 lep. Nea
 litanis.
 ibery in
 a.

*Nonne satis fuerat Patrius, quod Maximus huius
 Heros iam pridem redijt mea gloria PAVLVS
 Quod meus irradiat Seripandus in Aethere puro:
 Hunc etiam iuuenem rapitis florentibus annis
 O Dius, atque huius confunditis omnia morte
 Tu vero iuuenis felix, quos munerata vita
 Quantulacunque fuit, defunctus totque periculis
 Exhaustis summus, quo te vocat arbiter ibis
 Scilicet, & nitidis fratres nouas incola Calis
 Illic Pontificem magna suspente caeterua
 PAVLVS cum claro Seripando erit obuius vna
 Et leti accipient venientem, atque oscula figens.
 Sic pia Parthenope dilectis funera nati
 Multo cum gemitu, & lacrymis plorabat obortis,
 Inuisamque Deis sese, miseramque vocabat.*

XVII.



VITELLOTIVS Vitellius nobilis Tiphernas, natione Italus, Alexandri in tota Europa celeberrimi viri, exercitus imperatoris strenuissimi, cuius opera tres summi Pontiff. Clemens VII. Paulus III. & Iulius III. vsi sunt, Angelusq. Rubeus filius, maiorum, qui Tipherni dominatum tenere, nobilitate clarissimus annorum quatuordecim Patavium missus, vt se virtutum, scientiarumq. ornamentis expoliret, spatio sex annorum,

humanarum litterarum, & legalis sapientiae toga meruit condecorari. Cum Romam venisset, & virtutum suarum radios effundere coepisset, à Iulio III. Camerae Apostolicae Clericus, mox patriae Episcopus aetate annorum 28. electus est. Carcallonis quoque Episcopum Vitellotium fuisse nonnulli dixerunt; ac Tiphernatem cum Imoleni Ecclesia commutasse iubente Pio IV. anno 1560. scribit Vghellius, quam Ecclesiam, cum ad duos annos administrasset, eo deinde munere se volens abdicauit. Paulus IV. sagax virtutum indagator illum Diaconum Cardinalem SS. Sergij, & Bacchi anno 1557. nominauit, ac officiorum, quae viginti aureo: ummillibus vendi potuissent, tum vacantium dono cumulauit. Imò huius apud eundem vsque adeo auctoritas valuit, vt in difficultibus negocijs nihil ille publice, aut priuatim ageret, quod non prius Vitellotij consilium approbasset. Qui pace inter ipsum Pontificem, & Albæ Ducem Neapolis Proregem, post diuturnum bellum summa felicitate composita; Pio IV. sedente in Petri Cathedra anno 1559, die Lunae, sexta Martij, è SS. Sergij, & Bacchi ad S. Mariae in Porticu, & postea ad S. Mariae in Via lata Diaconatum translatus.

Anno 1564. defuncto Guidone Alcanio Sfortia, S. R. E. Camerarius septuaginta millibus aureis Camerae Apostolicae solutis renu-
 ciatur: quod officij infra octo proximos annos accepto pretio homini idoneo ex Pij IV. concessione tradere poterat; cum neq. eius obitu ijs annis vacare posset. Cum illud Pius vendidit, dixit Cardinalibus, fororum suarum filios aliquo modo à se illius venditione officij affectos iniuria; sed Pontificij artarij necessitati obsequendum fuisse, quia nolebat amatum populum vectigalium onere grauari. Deinde Episcopus Imolenis, vt dictum est supra, & Campaniae, ac Maritimae de Latere Legatus declaratur, & annumeratur inter haereticas prauitatis Inquisitores. Congregationibus pro interpretatione, & expositione Concilij Tridentini, B. Didaci canonizatione, pro Tyberis inundatione coercenda, bonorumque Ecclesiasticorum male alienatorum cognitione, signaturaq. Gratiae praeficitur. Regni Gallorum Protector, ac priuilegiorum, quae Pius V. exercitibus artem Agriculturæ in districtu alnae Vrbs, segetesque ad eandem Urbem deferentibus concessit, Conservator deputatus. Ex his, atque alijs multis muneribus magnam sibi Cardinalis hie laudem comparauit. Cum magni illum faceret Paulus, eoque videretur, leuissimè Carolus Cardinalis Carrafa suspicatus est, ne contra ipsum apud Pontificem saepissimè ageret, eumq. aliquando tanquam suae expulsiõnis ab aula, atque ab Vrbe causam limis oculis aspexit. Accedit ad hæc, quod fuit diligentissimus indagator actionum summorum Pontificum, & Cardinalium, multaque ad hanc rem spectantia, summo labore, ac magnis sumptibus ex Archiuis, & Bibliothecis publicis, ac priuatis Auenionis, Lugduni, & aliarum urbium in Gallia, Hispania, atque Italia collecta sunt; quae si ad continuatam historiam redacta, typis, vt ipse statuerat, mandata fuissent, tantam antiquorum Praesulum iacturâ gloria non fecisset; neque nos hodierna luce praecclare gesta desiderari, frustra conquereremur. Imò ex Ludouico Iacobo à S. Carolo Pontificum, & Cardinalium Historiam scripsit, quam tamen morte sublatus perficere non potuit.

A Interfuit Comitij Pontificij, in quibus renunciati duo Romani Antistites Pius IV. & Pius V. sub quo Romae vitam exiit die Veneris, xij. Kalendas Decembris, hora noctis secunda anni 1568. aetatis 37. sepeliturq. in Diaconia S. Mariae in Via lata ante aram SS. Cyriaci, & Catharine; sine vlla sepulchrali inscriptione.

B Huius ingenium acre, versatile, & ad omnia accommodatum: Vir magnificentia clarus, quocunq. iuuans, Carrasus accus, Caroli Cardinalis in omnibus legationibus comes fuit. Pius IV. Camerarium eum instituens; his in eius laudem vsus est verbis. *Nobilitas generis, litterarum scientia, omnium S. R. E. & Camerae Apostolicae rerum exquisita notitia, in rebus agendis dexteritas, morum elegantia, integritas fidei, caeteraque virtutum dona, quibus personam dilecti filij Nostri Vitelloty S. Mariae in Via lata Diaconi Cardinalis decorauit Altissimus, &c.* Et Consistoriali diplomate sic illum allocutus est: *Eximia tua circumspiciendis industria, cognita bonitas, & fidei constantia, singularis integritas, atq. prudentia, zelus Domus Dei; summa iustitia observantia, & longa de te in magnis, & arduis Romana Ecclesia negotijs iandudum experientia probata, nec non aliarum multiplicium virtutum, dona, quibus personam tuam illarum largitor Altissimus insigniuit, &c.* Variarum disciplinarum, Latinae, Graecaeque linguae cognitione delectabatur; bonos auctores mutos, sed insignes magistros paratos assidue habebat; cum ijs cum per publica licebat munera, libens, lectusque verlabatur; sine ijs cum fieri poterat, ne latum quidem vnguem mouebat pedes. Viros omni litterarum genere instructos domi alebat, afficiebat mercede: alios etiam ex Vrbe Italiaeque vniuersa ad suas tanquam ad studioforum defensoris, & iugillius Mæcenatis edes confluentes iuuabat, & recreabat. Petramelarius neminem Vitellotio Cardinali, vel ingenio, vel legum peritia, vel morum suauitate praeferebat. Vincentius Tiphernas, Iuris oraculum, Cancellariae, & Curiae interpretem eum nuncupatum; & à puero non solum ingenij felicitate, sed morum etiam honestate enituisse scripsit.

C Iulius Peruscius litteras Vitellotio Cardinali scripsit. Idemque Cardinalis Paulo IV. optime de se merito, iusta celebravit sub Pio Quinto; quare ad illum Poeta aui illius non ignobilis epigramma tale scripsit.

*Quarto iusta facit PAVLO Vitellius; ac cur
 Non eadem Quarto facta sedente PIO?
 Numrum PIE QVINTE tibi hac studet arte placere:
 Ludere tunc tismust fallere nunc sat agit.*

XVIII.



IOANNES Baptista Baro de Consiliarijs, seu Ghislierijs, patria Romanus, origine Bononiensis, fuit ex nobili Ghislieriorum familia, quorum maiores virtute, & nobilitate vigentes anno salutis 1445. orta inter ciues seditione, è patria expulsi, nonnulli Boischum agri Alexandrini oppidum le contulerunt, vbi Fr. Michael Ghislierius, de quo supra, ortus est; quidam Romae, vt auus,


D & pater Ioannis Baptista commorati sunt; qui vt inimicis laterent, ita prima cognominis elementa commutarunt; vt qui Ghislierij prius, postea Consiliarij, retento tamen stemmate cognominarentur. Quod quidem an verum sit, ex eo colligi maxime potest, quod Pius V. anno sui Pontificatus extremo, vnum ex gentilibus suis ad Cardinalatus fastigiũ promouere cogitauit, Ioannem scilicet Petrum, vtriusque Signaturae Referendarium, Ioannem Baptista, de quo hic est sermo, nepotem, quo fuerat vsus multis in rebus, quem gentilem suum esse saepius affirmauit voce, ac diplomate hac de re edito; at morte praeventus inceptum opus perficere minime valuit. Ioannis Baptistae parentes fuere, ex Ludouico Iacobillo Fulginatensi, qui eius vitam scripsit, Balthasar, vir in Vrbe clarissimus & Mariana de Status lectissima femina. Ex legitima vxore duas suscepit filias; ad togam (illa è medio sublata) confugit, & primò Protonotarius Apostolici muneris, mox Apostolicae Camerae Praesidentis functus est, qui sanctimonia, atq. integritate morum cunctis probatus, Latinae, & Graecae linguae peritissimus, & in omnium studiorum genere versatus, à Paulo IV. in Diaconorum Cardinalium numerum cooptatur, & praeficitur primò Diaconus S. Luciae in Silice, seu in Septisolio; mox S. Nicolai in Carcere. In fratrem Ioannes Baptista Paulum habuit, vnum ex tribus, qui vnà cum Ioanne Petro Carrasa Episcopo Theatino insignem Clericorum Regularium ordinem instituerunt; quo viro probò, & prudenti Carrasa familiariter vsus est semper, quemque Romanus renunciatus Pontifex intimo praefecit cubiculo; cumque inter loquendum se illi purpuram aliquando traditurum indicasset, Consiliarius ab ea mente illum reuocare conatus est inquis. *Ne me B. Pater qua-*

fo te etiam atque etiam ad onus supra vires, ad honorem longè supermeritum attollas, in hac presertim iam denexa etate, & quietis amante. Scis me quicquid sim hominis, suum semper fuisse, & fore: si tibi est cordis, pro tua eximia liberalitate, atque humanitate è nostra stirpe aliquem exornare purpura, habes alterum me, quem exornes, Ioannem Baptistam videlicet fratrem meum, qui me probitate, & eruditione longo intervallo superat, inque rebus gerendis insigni solertia, & quod caput est, in te, atq. in sacrosanctam Romanam Ecclesiam constanti fide nullis morsuum concedit. Hoc igitur relicto, Ioannem Baptistam fratrem ad purpuram vocavit: cumque Pontifex singulari eius in rebus administrandis prudentiæ, consilio, ac sapientiæ multum tribueret, elegit eum, qui vnà cum Bernardino Tranenſi, titulo S. Matthæi, Ioanne Reumano, titulo S. Ioannis ante portam Latinam Presbyteris Cardinalibus, accedente consilio Ioannis Antonij Vrsini Domicelli Romani, & Aloysij Lippomani Bergomensis Episcopi præſideret rebus Romæ, totiusque Ecclesiastici status cognoscendis, ac terminandis. Ad Philippum Hispaniarum Regem de Latere Legatus ab eodem Pontifice de maximis rebus, ac de pace inter ipsos ineunda missus, pacem firmavit.

Haud tamen diu vixit, desideratissimus in Vrbe obiit, duobus nondum elapsis à suscepta purpura annis, die scilicet viij. Kal. Septembris anno 1559. cum post Pauli IV. obitum vacaret Romana sedes, & in sua S. Nicolai in Carcere Diaconia sepultus est.

QVARTA CREATIO CARDINALIVM.

Anno nostræ salutis 1557. Pontificatus tertio 19. Kal. Iulij Romæ Paulus Papa IV. vnum Cardinalium Collegio adscripsit, qui fuit.



XIX.

FR. Guillelmus Peytous, seu Peytus, vel Petus, quem alij Petrù vocant, natione Anglus, obcuris ortus est parentibus ex aliquibus; at Fr. Lucas Vuaddingus in Anglicana Hiit. quàm s. omni eruditione referatam se vidisse affirmat Ferdinãdus Vghellius; ex antiqua, ac nobili apud Anglos familia natum asserit. Is ab ineunte etate ordinè S. Frãcisçi strictioris Obseruantie

ingressus, virtute, ac pietate illustris, cum plures in suo ordine honoris gradus obtinuisset, Mariæ Regine Angliæ religiosissimæ vir morum, & doctrinæ laude celebris confessionis excepit. Et anno 1532. Christiani Oratoris munere, eo animi robore functus est vt dixerit ex loco superiori, Catharinam Arragoniam veram esse Henrici uxorem; hinc in exilium pulsus, in Italiam se contulit, & apud Reginaldum Polum aliquantulum commoratus, visus est Paulo III. Romano Pontifici ob egregia virtutum merita dignus, qui Episcopus Sarisburiensis in Anglia renunciaretur. A Paulo IV. Presbyter Cardinalis, & Legatus de Latere in Angliæ regno, loco Reginaldi Cardinalis Poli designatus, Cardinalatus, & legationis honores oblatos respuit, tum ne Mariæ Reginæ iram incurreret; tum quia iam se annis grauem, ac etate iam festum agnoscebat. Alij tamen rem aliter narrant. Maria enim Anglorum Regina cù regni Consiliarijs, Senatoribus, & Iudicibus, ne designatio ista, quam Romæ Paulus decreuerat, ad effectum perduceretur, obstitit, ac effecit, ne ad Guillelmum Episcopum Sarisburiensem insignia, & diplomata Cardinalatus, & legationis sibi designata, tamen si Caletum vsque in Piccardia tunc Angliæ coronæ subiectum perlata fuerint, inde in Angliam transportarentur; quandoquidem ipsi propius perspectum, & expertum habebant, quantacum pietate, prudentia, & iustitia, ac zelo Cardinalis Polus sese in officio legationis suæ gesserat. Itaque hic Cardinalis Guillelmus quandiu deinde superuixit, apud ipsam Polum permansit ignarus quid de ipso Romæ factum esset. Guillelmus, inquit Ioseph Silos in Historia Clericorum Regularium, *Peytous Anglus è Franciscana familia, quam de Obseruantia appellant, Episcopus Sarisburiensis, doctrina, ac infulsus illustris, purpura etiam, ac legatione Anglicana à Paulo IV. honoratus; sed antequam vtraque honoris appellatione potiretur, fato in Anglia concedens, neque Romam adire, neque Concilium potuit.* Decreuerat Paulus Concilium celebrare, atque ad illud conuocare, si quos celeberris, sacraque eruditionis laude viros florere vsquam gentium sciret: inter quos vnus fuit Guillelmus Peytous, qui interim Cantua-

ria: mense Aprilis anni 1558. ad cœlum euolauit, ibidemque tumulatus fuit. Franciscus tamen Goduinus in serie Episcoporum Sarisburiensium à laudati scriptoris sententia discedens, hæc habet. *Paulus Papa IV. Polo Cardinali infensus, vt illi egrè faceret, Petrum quendam Peytous Franciscanum, nobili familia in Anglia oriundum Cardinalem simul creauit, & Episcopum renunciant Sarisburiensem, tumque in Angliam hominem amandauit habens quidem in animo Legatum etiam suum eum designare, Polo potestate legatua abrogata. Maria verò Regina Polo propinquo suo talem contumeliam inferri non passa à Pontifice, non solum Episcopatus, sed regno etiam nouitium hunc arces Cardinalem. Rebus sic pendentibus contigit primum Peytous rebus nondum compositis è vita migrare.* Sic ille, qui, & plura de eodem refert in vita Thomæ Craumeri, & Reginaldi Poli Archiepiscoporum Cantuariensium. Ex quibus notabit lector, teste Goduino, Peytous non à Paulo III. sed à Paulo IV. designatum Episcopum Sarisburiensem, nunquam ad possessionem admissum, purpura tamen indutum in Angliam se contulisse.

VICE CANCELLARIVS S. R. E.
sub Paulo Papa IV.

Alexander Farnesius Romanus titulo S. Laurentij in Damaso à principio vsque ad finem Pontificatus.


CARDINALES MORTVI
sub eodem Pontifice.

- Hieronymus Verallus Romanus, Presbyter Cardinalis S. Martini in montibus, tum S. Marcelli, obiit die 10. Octob. anni 1555.
- Ioannes Poggius Bononiensis, Presbyter Cardinalis S. Anastasiæ, die 12. Februarij anno 1556.
- Ludouicus de Borbonio Gallus, Presb. Card. S. Syluestri, postea Episcopus Prænestinus, die 11. Martij, eodem anno 1556.
- Michaël Siluius Portugallensis, Presbyter Cardinalis SS. duodecim Apostolorum, S. Praxedis, S. Marcelli, S. Pancratij, & S. Mariæ Transtiberim, die 3. vel 5. Iunij anno item 1556.
- Io. Vincentius Aquauia Neapolitanus, Presb. Card. S. Syluestri, & Martini in montibus, die 2. Augusti, anno pariter 1556.
- Ioannes Siliceus Hispanus, Presbyter Cardinalis S. Nerei, & Achillei, die 31. Maij, anno 1557.
- Iacobus d'Annebaud Gallus, Presbyter Cardinalis S. Sufannæ, tum S. Bartholomæi in Insula, die 6. Iunij, anno eodem 1557.
- Fabius Mignanellus Senensis, Presbyter Cardinalis S. Syluestri, tum SS. Ioannis, & Pauli, die 10. Augusti, anno item 1557.
- Fr. Ioannes Aluarez de Toledo Hispanus, ordinis Prædicatorû, Presbyter Cardinalis S. Mariæ in Porticu, S. Sixti, S. Clementis, S. Pancratij, postea Episcopus Albanus, & Tusculanus, die 14. Septembris, anni similiter 1557.
- Durantes de Durantibus Brixienſis, Presb. Card. SS. duodecim Apostolorum, die 24. Decembris, eiusdem anni 1557.
- Mag. Fr. Petrus Bertanus Mutinensis, ordinis Prædicatorum, Presb. Card. SS. Petri, & Marcellini, die 8. Martij anni 1558.
- Ioannes Gropperus Germanus, designatus Cardinalis Presbyter, S. Lucie in Silice, die 9. Martij, anno eodem 1558.
- Hieronymus de Auria Genuensis, Diac. Card. S. Thomæ in Parione, tum S. Mariæ in Porticu, die 25. Martij anni item 1558.
- Fr. Guillelmus, seu Petrus Peytous Anglus, ordinis Minorum, Presbyter Cardinalis, mense Aprilis, anno similiter 1558.
- Petrus Taliaua de Arragonia Siculus Panormitanus, Presbyter Cardinalis S. Callixti, die 5. Augusti, anno pariter 1558.
- Reginaldus Polus Anglus, Diac. Card. SS. Nerei, & Achillei, postea S. M. in Cosmedin, tû S. Priscæ die 5. Nouemb. ann. eod. 1558.
- Robertus Nobilius Politianus, Diac. Card. S. Mariæ in Dominica, vel S. M. in Colmedin 15. Kalend. Februarij anno 1559.
- Virgilius Rosarius Spoletanus, Presbyter Cardinalis S. Simeonis, 10. Kalendas Iunij, anno eodem 1559.
- Antonius Triuultius Mediolanensis, Presbyter Card. S. S. Ioannis, & Pauli, 7. Kalendas Iulij anno item 1559.

CARDINALES MORTVI
in Sede vacante Pauli Papæ IV.

- Ioannes Baptista Baro de Consiliarijs, seu Ghislierijs Romanus, Diaconus Cardinalis S. Lucie in Silice, vel in Septuaginta, tum S. Nicolai in Carcere 8. Kalendas Septembris, anno 1559.
- Hieronymus de Capiteferreo Romanus, Diaconus Cardinalis S. Georgij in Velabro, die prima Octobris, anno 1559.
- Antonius de Meudon Gallus, Presbyter Cardinalis S. Mariæ in Porticu, die 25. Nouembris, anno 1559.
- Hieronymus Dandinus Cefenas, Presbyter Cardinalis S. Matthæi, tum S. Marcelli, die 4. Decembris, anno eodem 1559.

PIVS IV. PONTIFEX CCXXVIII.
ANNO DOMINI MDLX.



PERSOLVTIS Paulo IV. Fōt fici No-
uendialibus exequijs, & sacrificio ad
promerendam Spiritus sancti gratiā,
rite peracto, Cardinalibus quadra-
ginta quatuor Conclauē in Vaticano
ingressi, post diurnā quatuor men-
sium, ob varias dissensiones, Pontifi-
catus vacationem, vij. Kalendas Ia-
nuarij, hora inter septimam, & octa-
uam, quæ Natalem Christi diem se-
quuta est, anno ineunte 1560. Ioan-
nem Angelum Medicem Cardinalem, tituli S. Priscæ summum
totius Ecclesiæ Pontificem elegerunt. Vir enim simplex, & cle-
mens ab omnibus habebatur, cuius ingenij lenitas, morumque be-
nignitas, rei publicæ necessaria Patribus visa est, vt humanitate,
atq. clementia afflictam Urbem reficeret, ac recrearet. Ante cuius
creationem, dum Patres Comitiōrum æstu raperentur, columba
facellum Sixti per fenestras ingressa, diu circumuolauit, fessaque
intuentibus omnibus, cellæ Ioannis Angeli Cardinalis Medicis in-
sedidit, quæ sicut principio risum, ita post rei euentum, delatumque
Ioanni Pontificatum, non paruam admirationem attulit.

PIVS IV.
Electio.

COLUM-
ba in Co-
clauē diu
circuuo-
lam in Pij
cella tan-
dē intēdet

**CARDINALES QVI CREATIONI
Pij Papæ Quartis interfuerunt.**

**EPISCOPI CARDINALES VI.
LEONIS PAPÆ X.**

1. Franciscus Pisanus Venetus, Episcopus Card. Tusculanus.

CLEMENTIS PAPÆ VII.

2. Franciscus de Turnone Gallus, Episc. Cardinalis Sabinus.

PAVLI PAPÆ III.

3. Ioannes Bellaius Gallus, Decanus, Episcopus Cardinalis Of-
tensis, & Veliternus.

4. Rodolphus Pius Carpenfis, Episcopus Card. Portuenfis,
& S. Rufinæ.

5. Federicus Cæsius Romanus, Episcopus Card. Prænestinus.

6. Petrus Pachecus Hispanus, Episcopus Card. Albanus.

**PRESBYTERI CARDINALES XXIV.
CLEMENTIS PAPÆ VII.**

7. Hercules Gonzaga Mantuanus, Presb. Card. tit. S. M. Nouæ.

PAVLI PAPÆ III.

8. Robertus de Lenoncourt Gallus, Presbyter Cardinalis tit.
S. Apollinaris.

9. Io. Moronus Mediolanen. Presb. Card. tit. S. M. Trāstiberim.

10. Christophorus Madrutius Tridentinus, Presbyter Cardina-
lis titulo S. Cæsarij in Palatio.
11. Otho Truchlesius Germanus, Presb. Card. tit. S. Sabinæ.
12. Bartholomæus de la Cueva Hispanus, Presbyter Card. tit.
S. Crucis in Hierusalem.
13. Fr. Ranutius Farnesius Romanus, Presb. Cardinalis titulo
S. Angeli, & Maior Pœnitentiarius.
14. Ioannes Angelus Medicus Mediolanensis, Presb. Card. tit.
S. Priscæ, PONT. MAX. electus.
15. Tiberius Crispus Romanus, Presbyter Card. tit. S. Agathæ.

IULII PAPÆ III.

16. Christophorus de Monte Aretinus, Presb. Cardinalis tituli
S. Praxedis.
17. Fuluius Corneus Perusinus, Presb. Cardinalis titulo S. Ste-
phani in Cælio monte.
18. Ioannes Riccius Politianus, Presbyter Cardinalis tit. S. Vi-
talis, alijs Vestinæ.
19. Ioannes Andreas Mercurius Messanenfis, Presb. Card. tit.
S. S. Quirici, & Iulitæ.
20. Iacobus Puteus Gallonarbonensis, Presbyter Card. tituli
S. Mariæ in Via.
21. Io. Baptista Cicada Genuensis, Presb. Card. tit. S. Clementis.

PAVLI PAPÆ IV.

22. Bernardinus Scorus Sabinus, Presb. Card. tit. S. Matthæi.
23. Diomedes Carrafa Neapolitanus, Presbyter Cardinalis tit.
S. Martini in montibus, alijs Equitij.
24. Scipio Rebiba Messanenfis, Presb. Cardinalis tituli S. Pu-
dencianæ, alijs Pastoris.
25. Ioannes Suauius Reumanus Gallus, Presbyter Card. titulo
S. Ioannis ante portam Latinam.
26. Thaddæus Gaddius Florentinus, Presbyter Cardinalis tit.
S. Syluestri in Campo Martio.
27. Laurentius Strozzius Florentinus, Presbyter Cardinalis tit.
S. Balbinæ.
28. Ioannes Bertrandus Gallus, Presb. Card. tituli S. Priscæ.
29. Fr. Michaël Ghislerius Dertonensis, Presbyter Card. tit.
S. Mariæ super Mineruam.
30. Fr. Clemens Dolera Ligur, Presbyter Cardinalis tit. S. Ma-
riæ de Aracoeli.

**DIACONI CARDINALES XII.
PAVLI PAPÆ III.**

31. Alexander Farnesius Romanus, Diaconus Cardinalis tit.
S. Laurentij in Damaso S. R. E. Vicecancellarius.
32. Guido Alcanus Sfortia Romanus, Diac. Cardinalis tituli
S. Mariæ in Via lata S. R. E. Camerarius.

- 33. Nicolaus Caetanus Romanus, Diac. Card. tit. S. Eustachij.
- 34. Hippolytus Estensis Mutinensis, Diaconus Cardinalis tit. S. Mariae in Aquiro.
- 35. Iulius de Ruere Vrbinatensis, Diaconus Cardinalis titulo S. Petri ad Vincula.

IVLII PAPAE III.

- 36. Innocentius de Monte Placentinus, Diaconus Card. titulo S. Onuphrij.
- 37. Fr. Aloyfius Cornelius Venetus, Diaconus Cardinalis tit. S. Theodori.
- 38. Ludouicus de Guifia Lotharingus, Diaconus Card. titulo S. Thomae in Parione.
- 39. Hieronymus Simoncellus Vrbeuetanus, Diac. Card. titulo SS. Cosmae, & Damiani.

PAVLI PAPAE IV.

- 40. Carolus Carrafa Neapolitanus, Diaconus Cardinalis titulo SS. Viti, & Modesti.
- 41. Alphonfus Carrafa Neapolitanus, Diaconus Cardinalis tit. S. Mariae in Dominica.
- 42. Vitellotus Vitellius Tiferinas, Diaconus Cardinalis tituli S. Mariae in Porticu.

CARDINALES VIII.

in hac electione abfentes.

- 43. Claudius de Giury Gallus, tituli S. Agnetis S. R. E. Archiepresbyter.
- 44. Georgius Armaniacus Gallus, Presbyter Cardinalis titulo S. Laurentij in Lucina.
- 45. Henricus Infans Portugalliae, Presbyter Cardinalis titulo SS. Quatuor Coronatorum.
- 46. Franciscus de Mendoza Hispanus, Presb. Cardinalis titulo S. Eusebij.
- 47. Carolus de Guifia Lotharingus, Presbyter Cardinalis tit. S. Caeciliae.
- 48. Carolus Borbonius Gallus, Presbyter Card. tit. S. Sixti.
- 39. Ioannes Antonius Capifuccus Romanus, Presb. Card. tit. S. Pancratij.
- 50. Odetus de Chastillon Gallus, Diac. Card. tit. S. Hadriani.

Sed antequam Pontificis Pij IV. res in Pontificatu gestas persequar, genus eius, & quae in priuata fortuna, & purpura fecerit, breuiter scribam. Pius IV. anno Christi 1499. pridie Kalend. Aprilis sanctissimo Paschatis die, patre Bernardino Medice, ex Medicea familia apud Mediolanenses nobili, matre vero Caecilia Sorbellonia natus, postquam adolefcere cepit, Ticini, & Bononiae Philosophiae, Medicinae, & Legum doctrinae vacauit, ubi, Ruino preceptor, doctoris lauream consequutus, Mediolanum reuertitur. Illic aliquantulum induitiae forensi deditus, propter bellorum dissidia, vitae quietioris amans, viij. Kalendas Ianuarij anno 1527. eadem circiter hora, & die Romam intrauit, quibus trigesimo tertio anno post sacrum Imperium consequutus est. A Clemente VII. primum inter Protonotarios (qui *Participantes* vocantur) a Paulo III. initio sui Pontificatus, anno 1534. Aesculanis Picentibus, deinde Tiferinibus in Vmbria Praepositus, eas vrbes singulari iustitiae, prudentiae, & fidei laude gubernauit. Post annos quinque Fano, ac mox Parmae praefectus, quum Solymanus arma Hungaris inferret, in Pannoniam inferiorem, cum Alexandro Vitellio Italicarum cohortium duce, vt militibus stipendia solueret, a Paulo III. missus, & in Vrbe anno 1543. reuersus, Ferrariensium, Bononiensiumque excitatione de limitibus, & agrorum finibus contentiones, prudenti arbitrio pacauit. Perstreptentibus rursus Turcarum in Pannonia armis, qui Viennam obsidione premebant, Ferdinando Caesari auxiliares Pontificis copias, Ioannes Baptista Sabellus tulit, quarum ipse Ioannes Angelus Medices Questor (quem vocant *Commisarius*) institutus, Anconitanam gubernationem sibi a Pontifice Paulo III. anno 1544. delatam promeruit. Ex Anconitano Gubernatore, affinitate cum Pontifice contracta, Archiepiscopus in Dalmatia Epidaurensis (qui *Ragusinus* dicitur) ac deinde anno 1547. Legati Bononiae Ioannis Moroni Cardinalis vices sustinuit. Quo interim spatio, Petro Aloyfio occiso, & Placentia a Caesarianis occupata, Parmam, ne se Caesari, dederet, in officio continuit. Tandem anno 1548. Praetor Perusiae, & Vmbriae lectus, propter tot, ac tanta in rempublicam Christianam merita, sequenti anno a Paulo III. Presbyter Cardinalis, tituli S. Pudentianae, aliam Pastoris, absens renunciatur. Sub Iulio III. in bello, quod Octauiano Farnesio Pontifex (autore Carolo V. Imperatore) intulerat, exercitus Pontificij Legatus, & bello composito, ab eodem Imperatore Episcopus Casanenfis in Brutijs, nominatus, nec non sub eodem Pontifice, ac deinde sedente Paulo IV. Signaturae Gratiae, & Iustitiae Praefectus, relicto priori S. Pudentianae tit. S. Stephani in Caesio monte, & mox S. Anastasiae, ac denique S. Priscae titulum optauit. Per hos ergo honorem, & ciuiliu munerum gradus (Carolo, & Alphonso Carrafis, & Alexandro Farnesio, Guido-

ne Alcanio Sfortia, & Guifio Cardinalibus suffragantibus) ad supremum rei Christianae magistratum aspirauit. Qui Epiphaniae festo, ante Basilicam Vaticanam, ritu maiorum insignia Pontificatus suscipiens, vt concepta suae pietatis, & mansuetudinis opinione confirmaret, PIVS IV. nuncupari voluit. Sedit autem Imperatoribus Ferdinando, & Maximiliano II. Augustis, annos 5. menses 11. dies 15. Pontificatum a clementia auspiciatus, populo Romano Carrafarum, & aliorum Cardinalium precibus, quod tanto dedecore S. Inquisitionis dignitatem, & optimi Pontificis simulacrum fadauissent, pepercit, dummodo populus Romanus, sumptu suo, illata detrimenta pensaret. Sed breui hanc ostentatam clementiae speciem Pius IV. mutauit. Nam quae a suo decessore, praeter veteres Romanae Curiae mores, stabilita fuerant, abrogauit, Ferdinando designato Caesari Imperium firmavit, & in Pauli Papae IV. gentiles seuerè animaduertit. Instituta enim capitali quaestione cui Cardinales octo praefecit, Cardinalem Carrafam litteris suis conuictum, maiestatis reum damnauit, quod Pontificem Paulum IV. falsis nuncijs, & consilijs in bello potissimum Neapolitano decipisset, viros insignes vexasset, litteras, & arbitraras notas finisset, quibus perniciosum Christianae reipublicae bellum, inter Galliae, & Hispaniae Reges exarserat. Eiusdem Caroli Cardinalis frater, Montorij Comes, Palliani tum vocatus Dux, Allifanus Comes, & Leonardus de Cardine, in Turrisnonae carcere capite truncatis, & ad pontem Aelium expositi fuerunt. Alphonso Card. Carrafae Pius IV. vitam indulfit, quem tamen Cameræ Apostol. Regentatu a Paulo VI. accepto exiit, & centum millibus aureorum multauit: quam Apostolicæ Cameræ Praefecturam (restituto Auditoris officio, & nomine) quadraginta millibus aureorum, Flauius Ursinus Episc. Muranus emit. Sed hanc a Pio IV. sic definitam Carrafarum causam, eius successor Pius V. doctis versusq. iuris hominibus adhibitis, excussit, Carrafas prolata in Senatu sententia, ad ius honorum, & dignitatum restituit, vt in vita Pij V. referemus. Post hoc salutare exemplum (vt Pius IV. aiebat) Pontificum propinquus editum, vt in posterum, creditos sibi populos clementer acciperent, & reipublicae negocia cum fide traderent, suos ipse consanguineos in Vrbe accersit, & Siticum, Altaempsum, & Borromaeum sororum filios, purpura cohonestauit. Borromaei omnibus Ecclesiasticis negocijs, propter summam eius pietatem, atque modestiam, praefecit; fratrem Federicum Aronae Comitem, supremum Ecclesiastici exercitus Ducem, menstro mille aureorum stipendio, constituit. Ex tribus Borromaei sororibus, vnam Fabritio M. Antonij Columnae filio, alteram Fabritio Gesualdo, tertiam sororis suae filio Annibali Altaempio matrimonijs coniunxit. Postea Abdifus, hoc est seruus Iesv, vrbs Muzale, in Assyria, & Orientalium trans-Euphratem, Christianorum Patriarcha maximus, in Vrbe venit, vt eius electio a summo totius Ecclesiae Pastore, Romanoq. Pontifice confirmaretur. Placuit Pio viri sanctimonia, Chaldaicis, Arabicis, Assyrijsq. litteris ornatissimus, cum eo loquutus, per fidum interpretem, postquam Catholicae fidei, & Ecclesiae doctrinam professus est, petitioni eius annuit, Pallium dedit, & donatum latius muneribus, in patriam remisit. Ceterum Pius IV. ab eo potissimum die, quo sedem Petri supremam diuinitus adeptus est, hoc vnum spectabat, in eoque curas, & cogitationes fixerat, vt communibus Christianorum incommodis generali Synodo mederetur. Itaque publicato diplomate, habitique solemnibus precationibus, ac deinde Christianos Reges, & Principes omnes litteris, & legatis hortatus, ann. 1561. Tridentinum Concilium reuocauit, cui Legati, eruditi, atque optimi viri, Ioannes Moronus Episcopus Praenestinus, Hercules Gonzaga, Hieronymus Seripandus, Stanislaus Hosius, Ludouicus Simonetta, Bernardus Nauagerius, Marcus Siticus de Altaemps, S. R. E. Cardinales interfuerunt. Magnam in hac Concilij celebratione pecuniae summam Pius insumpsit, qui sedis Apostolicae Legatis, indigentibus Episcopis, omnibusq. ministris liberaliter mensura, ad vitae sustentationem, salaria tribuebat. Tandem post annos viginti septem ab indictione Concilij, peractis viginti quinque Sessionibus, anno Christi 1563 singulari Pij studio, & vigilantia vniuersali Concilio finis allatus est; Patribus ita acclamatis. *Beatissimo Pio Pape Domino, Sanctae, & vniuersalis Ecclesiae Pontifici, multi anni, & aeterna memoria.* Audito Concilij exitu, supplicationes, pro gratiarum actione Pius indixit, & anno 1564. die 7. Kalend. Februarij omnia Synodi illius decreta, ob signato, publicatoq. diplomate, confirmauit. Mores Ecclesiae, & Sacerdotia, ad Concilij formam instituit, Episcoposque graui poena ad Ecclesias redire suas, praecipit. Post instauratos Christianorum mores, ad Romanae Vrbs ornamenta conuersus, multa, & praecleara monumenta excitauit, vias restituit veteres, muniuit nouas, aquam Saloniā, olim *Virginem* appellatam, in Vrbe reduxit, Leoninam Vrbe (*Burgum* dicitur) muro cinxit, Hadriani arcem propugnaculis fulsit, Palatium Vaticanum, triclinijs, testudine, laquearibus, multis in locis, exornauit, Portam, & viam sui nominis Romae extruxit, & Capitolij Praetorium aedificauit.

CORONATIO PII PAPAE IV.

SENTENTIA IN CAROLI CARD. CARRAFAM CUIUS FRATRE, & LEONARDUM DE CARDINE.

PIVS ALPHONSO CARD. CARRAFAE VITAM INDULGET, PRIUATO TAMEN QUIBUSDAM DIGNITATIBUS AD QUAS PIUS V. RESTITUIT.

PIVS SUOS CONSANGUINEOS IN VRBEM ACCERSIT.

ADDISVI SERUUS IESV ONDITALI CHRISTIANORUM PATRIARCHA IN VRBEM VENIT.

CONCILIUM TRIDENTINUM.

CONCILIO FINIS IMPOSITUR.

PII RES GESTAE.

II PRI-ordia.

In

In Diocletiani Thermis, sanctæ Virginis Mariæ Templum, & Carthusianorum monasterium construxit, annoq. 1561. sacrauit. Templum S. Petri, à Julio II. inchoatum, perficere curauit: Cardinalium titulos, hoc est Ecclesias, quibus illi præfuit, refici, iussit. Hinc Poëta Italus eleganter cecinit,

*Marmoream me fecit, eram quum terrea, CÆSAR
Altera sub QVARTO, sum modo facta, PIO.*

Hoc nobili. & generoso ædificandi studio prouectus, Centumcellas, Oltiaq. arcem muro, & portibus, Rauennam propugnaculis muniuit, & Bononiæ Gymnasium instaurauit. His ædificiorum sumptibus exhausto præne ærario, varias pecuniarum exactiones, & diuersa, carnis etiam, & farinæ, vectigalia excogitauit. Montes perpetuos; Equites 535. Pios vocatos constituit.

Post hæc, inter Catholicos, & Hugonotos plusquam hostilia bella in Gallijs ob rem fidei excitata, Guisij Ducis cæde sedantur, ea pacis conditione, vt in qua vellet, quisq. religione viueret. Sancto Inquisitionis Tribunali nouem Cardinales præposuit, hac lege, vt quæ maior pars decreuisset, rata haberentur. Quum Hispaniæ, & Galliarum Regum Oratores de confesso ad Pontificis dexteram contenderent, Pius IV. Gallum Hispano prætulit, & superiorem locum habere, iussit; quod Ludouicus Reuelenes, Hispani Regis Orator agrè ferens, nomine Philippi Regis II. necessaria contestatus, Roma excessit.

Acceptis litteris, quanto in periculo Melita Insula, prope Siciliam sita, Turcarum obsidione versaretur, non pijs solum precibus, aut lachrymis, sed milite, comætu, omnique subsidij genere iuuuit. Pompeius Columna sexcentos pedites duxit, quem multi viri illustres, nullo stipendio, solo gloriæ, & religionis ardore ducti sequebantur. Sed quum Turcæ immanes, iam arcem sancti Elmi cepissent, Christianorum militum virtute propulsi, triginta millibus hominum amissis, discesserunt. Eâ ob causam Pontifex supplicationibus solemnibus multa lætitiæ signa adiecit. Si enim Insulam illam Solymanus in deditioem compulisset, facilis ei in Siciliam transitus erat, vnde in fines Italiae progressus totam prouinciam subigere potuisset.

Non multò post, Pius IV. febris affectus, postquam à Cardinale Carolo Borromæo Ecclesiæ Sacramenta susceperat, octauo morbi die, & quinto Idus Decembris, anno Christi 1565. ætatis verò suæ 66. mense octauo, die nono animam exhalauit, his paulò ante verbis prolatis: *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace.* Corpus latericio tumulo, in Vaticana Basilica sepultum fuit; vacauitque sedes Petri dies 25.

RELI-
qua Pij ge-
sta.

DE GAL-
lorum His-
paniarumque
Regem O-
ratorem
confessu a-
pud Pontif-
icis dex-
teram.
MELITA
Insula à
Turcis ob-
sessa, à Pau-
lo precib;
subsidijq.
iuuatur.

PII IV.
Obitus.

SIGNV
P P.



P I I
IV.

ADDITIO ANDREAE VICTORELLI.

¶ *Card. 44.*] Panuinius in Chronico 43. in Elogio 44. in Vita 44. Cardinales Comitij illis interfuisse, & omnium suffragijs Ioannem Angelum Medicum, summa omnium læritia, Pontificem Maximum delectum fuisse, scribit. interfuerat Panuinius Comitij ijs, omniaq. auribus, & oculis perlustrauerat diligenter: fauerunt autem Io. Angelo, in primis, Carolus, & Alphonus Carraxæ, deinde Alexander Farnesius, Guido Alcanius Sfortia, & Guisius Cardinales.

* *Vir simplex, & clemens.*] In omnes liberalis, comis, humanus, iustitiæ cultor, scelestorum hominum hostis. Panuin. l.c. Nonnullas Pij IV. laudes Siluius Antonianus recensuit. oratio funeb. * *Post seueros Pauli mores.*] Grauitas, & iusta seueritas Pauli IV. non caruit laudibus. Vide quæ diximus ad eius vitam.

* *Columba.*] Ante electionem lusui habita, post, existimata prodigium. Panuinius, qui aderat.

* *Genus eius.*] Ex Panuino, qui multa ad Ioannem Angelum spectantia, & ad eius Pontificatum copiose commemorauit: & de insignibus Medicis, de pilarum numero imminuto, de fratribus, sororibusque eiusdem Pij disseruit.

* *Anno 1527.*] Hæc, & quæ sequuntur, ex eodem Panuino.

* *Sub Iulio III. Episc.*] Hæc, & alia hausit ex eodem.

* *Epiphania festo.*] Ex Panuino, tribus in locis; qui obseruat; tribus diebus celebribus Pium natum, creatum Pontificem, & corona donatum: Paschatis, Natiuitatis, Epiphaniæ. Nocte coronationem præcedente, lapsus imber gradus Basilicæ Vaticanæ lubricos effecerat; quare ex hominibus iactatos nummos colligere cupientibus 18. interfecti 40. & eo amplius, luxati. Ex Panuino l.c.

* *Pepercit.*] Cardd. omnibus, Carraxæ potissimū, deprecatus.

Sic ille in
Vit Pij IV.

Idem l. c.

* *Detrimeta pensaret.*] Illata officio sanctæ Inquisitionis. Vide Panuinium loc. cit.

5. *Kalendas Februarij.* Pius Lateranensem Basilicam sedem suam, visit. Panuinius loc. cit.

* *Quæ à suo decessore.*] Panuinius de hac re apertius, & fusius.

* *Ferdinando Imperium firmavit.*] Vide Panuinium.

* *Cardinales octo.*] Cæsum, Cueuam, Saracenum, Cicadam, Alexandrinum, Bertrandum, Ruuereum, Cornelium. Panuin. l.c. ex libris Cōistorialibus. Hi Cardinales, Gubernatori, & Fisci procuratori assistebant inspectores.

* *Cardinalem Carraxam..... conuictum.*] Carolum. Vide Panuinium l. c. is in arce S. Angeli, nocte nonas Martij præcedente, strangulatus à carnifice. Panuinius.

* *M. Comes Palliani Dux.*] V. Panuinium. Dux hic Palliani, paulò ante mortem, epistolam valde piam scripsit; quam apud Cacciaguerram leges lib. 2. Epistolarū spiritualium, post epist. 1.

* *Alphonso..... Pius IV. vitam indulxit.*] Audi Panuinium [Aliquanto mitius, cum Alphonso Cardinale, qui mansuetæ, continentisque naturæ specimen dabat, actum: ipse namque qui die obitus Pontificis quædam è cubiculo eius subripuisse accusatus fuerat, centum millibus aureorum, Vitellij Cardinalis studio comparatis, per solutis Cameræ Apostolicæ Præfectura multatus, cum reliquis omnibus libere, ea conditione tamen, dimissus est, ne Vrbe egrederetur.] Hunc Pius V. in Tèplo maximo Neapolitano marmoreo sepulchro, elogioque cohonestandum, duxit. Archiepiscopus Neapolitanus fuerat: appellatur à Pio adolescens sua virtute, & maiorum splendore clarus, Pauli IV. religionem, & integritatem referens, eaque sapientia præditus; vt in secundis rebus summam sapientiam, in aduersis miram constantiam ostenderet.

* *Pius V. ad ius honorum.*] Et Antonium Carraxam Reginaldi filium amplissima Cardinalium dignitate decorauit. De hac re Gabutius lib. 6. c. 6. Vitæ Pij V.

* *Borromæus.*] Legi Borromæum; de quo paulò ante scripsi, & ex Panuino sua exscripsit Cabrera.

* *Sororibus Borromæi.*] Ex patre tantum. Panuinius.

* *Annibali Altaempio.*] Ann. 1565. die Epiphaniæ, quo memoria coronæ Pio IV. traditæ celebrabatur, sacris in Vaticana Basilica peractis, Pius cum Cardinalium Collegio, Principum Oratoribus, Annibaliq. Altaempio, militiæ Pontificiæ præfecto, ad prandium in Constantini Aulam se recepit; eo absoluto, Hortensia Borromæa S. Caroli soror, coram Pontifice, & Patribus Annibali nupsit. Ex C. M. S. eius temporis. Centum aureorum millia, in dotis subsidium, Annibali Pius IV. promiserat; ante cuius obitum cum autem ex ærario eruti non fuissent, Annibal ad Pium V. supplex accessit; qui quinquaginta millia ei dari, præcepit. Gabutius lib. 1. cap. 9. Vitæ Pij V.

* *Abd. su..... Patriarcha.*] Hæc ex Panuino, longiori sermone rem explicante; quem vt legas, suadeo: refert enim etiam formulam professionis fidei; quam doctus ille Patriarcha edidit de eodem Patriarcha Genebrardus, lib. 4. Chron. in Pio IV. quem Simoniacorum hostem, & dispensationum oforem dicit. Patriarcha erat monachus S. Antonij, monasterij SS. Rochæ, & Ioannis fratrum. Syngrapham professionis fidei ab illo editæ in Synodo Tridentina, Sess. 22. lectam, testatur Panuinius; pictam, & scriptam manu eius die 7. Martij anno 1562. ait Genebrardus.

* *In Assyria, & Orientalium.*] In Assyria Orientali, ait Genebrardus l.c. Vide Panuin. l.c.

* *Donatum latijs muneribus.*] Auctore M. Antonio Cardinale Amulio; qui illum Romæ fouerat. Panuinius (ex quo hæc quoque) Patriarcham adhibito interprete, allocutus, virum eruditum, & grauem agnouit. Patriarcha, omnes, fere Ecclesiæ Romanæ ritus, & Sacramenta apud suos in vsu esse, aiebat: discessurus obsecrauit; vt Synodi Tridentinæ decreta ad se mitterentur: reuersus ad suos litteras Romam misit. Ex eodem.

* *Generali Synodo.*] Ex Panuino.

* *Publicato diplomate.*] Extat diploma in Concilij Tridentini volumine; cuius Sessio 17. sub Pio IV. prima fuit. *Ad Ecclesiæ regimen, &c.* Dat. Romæ ann. Incarnat. 1560. 3. Kal. Decemb. * *Solemnibus precationibus.*] Iubilæo, ieiunijs, & supplicationibus à Vaticana Basilica ad Mineruæ: in ijs Pius pedes processit, & cum eo, Cardinales, & Colimus Florentiæ Dux; litteræ, quibus Concilium Tridenti in Paschate anni 1561. continuandum indixit, publicatæ. Reges, & Principes Pius vltro, Legatis, & litteris ad eam Synodum hortatus est; quod Panuinius memoratu dignū existimauit. Initio Concilij, Iubilæum Pius denuo publicauit.

* *Legatis hortatus.*] Ad Germaniæ Principes Zacharias Delphinus, & Ioannes Franciscus Commendonus, de quibus paulò ante, Legati. Ex eodem.

* *Cus Legati.*] Septem hic Cabrera Legatos enumerat, Moronū, Herculem Gonzagam, Seripandum, Hofium, Simonettam, Nauagerium, Altaempium: at scias, oportet hos omnes non eodē tempore decretos Concilij Legatos à Pio, sed prius Hercule Gonzagam, Hieronymum Seripandum, & Stanislaum Hofium; quos idem statim Tridentum pergere, iussit: his paulò post Simonetta, Altaempius additi. Gonzaga, & Seripandus Tridenti cum obij-

B

C

D

E

F

Obij. ant.
1565.

Celebra-
bat cocci-
nium Pius
Quartus.

Panuinius

loc. cit.

Ex Panui-
loc. cit.

Ex eodem

loc. cit.

loc. cit.

sent,

sent, Moronus, & Nauigerius, in eorum locum, Apostolicæ ledis Legati, cæteris fuerunt adiuncti, & Altaemplus reuocatus. Moronus, dignitate antiquior, legationis Princeps fuit. Vt Pius ardentem Concilij absoluendi curam susciperet, Cardinalis Borromeus, cælesti accessus igne, calcaria addidit.

* *Post annos 27.* J Paulus III. Concilium indixit anno 1542. 11. Kal. Iunij: illud autem, anno 1563. die 4. Decemb. absolutum fuit.

* *Patribus ita acclamantibus.* J Cardinalis à Lotharingia acclamauit. *Beatissimo Pio Papa Domino nostro, &c.* Responderunt Patres, *Domine Deus, sanctissimum Patrem duntissime Ecclesia tua conserua, multos annos.* Ex veteri more acclamatum.

Pius laudauerat Cardinalem à Lotharingia in Consistorio, ante Concilij finem, asserueratque illius studio concordiam initam, inter Concilij Patres. Ex C. M. S. illius æui.

Aboluti Concilij decretis Patres 255. subscripserunt, Legati 4. Moronus, primus Legatus, & Presidens (qui S. Synodo benedicere dixerat. *Post gratias Deo actas, Reuerendissimi Patres iste in pace, & cui Patres responderant, Amen.*) Hosius, Simonetta, Nauigerius, Cardinales non Legati 2. Ludouicus Madrutius, & Carolus à Lotharingia, Patriarchæ 3. Archiepiscopi 25. Episcopi 168. Abtes 7. Procuratores absentium 29. Generales Ordinum 7. Vide Codicem Concilij in fine.

Moronus, & Simonetta Romam, Hosius in Poloniam, Nauigerius Veronam, vterq. ad gregem curandum, profecti sunt. Duo priores, anno 1564. die Mercurij, 26. Ianuarij, nomine Oecumenicæ Tridentinæ Synodi, petierunt à Pio; vt decreta omnia in ea, & definita, etiam sub Paulo III. & Iulio III. confirmaret: quod ille præstitit. Vide quæ Cardinalis Farnesius Vicecancellarius in fine Concilij.

* *Diplomate.* J *Benedictus Deus, &c.* Dat. Romæ, anno Incarnationis Domini 1563. 7. Kalend. Februar. Pontific. 5. Diplomati subscripserunt Cardinales. Vide librum Concilij in fine.

* *Episcopos..... ad Ecclesias redire suas.* J Vide Constitutionem *De salute gregis, &c.* Dat. Romæ, anno 1560. pridie Nonas Septembris, & alteram *In suprema, &c.* Dat. Romæ, anno 1564. 7. Kalendas Decembris par. 2. Bullarij.

Octo Cardinales Pius delegit (4. Non. Augusti, anno 5.) operam daturus, vt reformationes ab ipso editæ, & Synodi Tridentinæ decreta obseruarentur. Extat Motus proprius.

* *Post instauratos Christianorum mores.* J Multa decreuit ad Curie mores restituendos, de quibus Panuinius, Constitutiones multas huc spectantes habes par. 2. Bullar.

* *Orbis ornamenta.* J De ædificiis à Pio vel conditis, vel restructis Panuinius diligentius, ex quo pauca Cabrera mutuatus.

* *Carthusianorum.* J Cœnobium apud S. Mariæ Angelorum ædem in Thermis à Carthusianis exstructum, Carthusiani dixerunt.

* *Cardinalium titulos.* J Hos, & Diaconias, cæteraque Vrbs ædes collabentes, vel desolatas restituit, præcepit; Cardinalem Sabellum, Vicarium, M. Antonium Massum, Theatinum Archiepiscopum, & Afcanium Cæsarinum Episcopum huic rei præfecit Panu.

* *Centumcellas.* J Ex Panuini.

* *Vestigalia..... Equites Pios.* J Vide Panuinium vberius, & melius hæc, & alia narrantem.

* *Inter Catholicos, & Hugonottas.* J De prælio, quo rebelles Hugonotte profligati, Panuin. à quo non bene excerptis Cabrera.

* *Ducis Guisq. cade.* J Dux præstantissimus sclopeti ictu, per insidias, in obsidione Aureliæ concidit, magno Catholicorum, & regni damno. Panuinius.

* *Ea conditione.* J Ijs conditionibus, dicere debuit Cabrera; vt Rex rebellibus parceret, hi Regi oppida, vrbesque ereptas restituerent, pete à Panuini relicta.

* *S. Inquisitionis Tribunal.* J Cardinales ij fuerunt Alexandrinus, (illius muneris Princeps) Saracenus, Cicada, Reumanus, Aragoeli, Simonetta, Borromeus, Vitellius, Alciatus. Ex Panuini.

* *Pius..... Gallum Hispano præulit.* J Res narratur à Panuini non longe à fine Vitæ Pij IV. Franciscus Varga controuersiam prius excitauerat.

* *Hispani Regis Orator..... necessaria contestatus.* J Publicam contestationem, Regis nomine, ab irritato Hispano Oratore propositam suscepit Pontifex, iudiciumque promisit.

* *Melita Insula.* J De obsidione, qua Turcæ Melitam vexarunt, Panuinius, à quo discrepat nonnihil Cabrera. Sexcentos milites Hispanos, Duce Robles, fortissimo, noctu vrbem oppressam silentio ingressos Rhodiorum victoriæ, & Tutcis pellendis magno vsui fuisse, testatur Panuin. Melitensis obsidionis historiam scripsit Vbertus Foltera.

* *Febri affectus.* J Vehementis catharri vis, febri accedente, Pium ad tumulum compulit. Panuinius.

* *C. Carolo Borromeo.* J Vnico exemplo, vsque ad sua tempora, dixit Panuinius. Cardinales Palæortus, & Sirletus extrema prius religiose recitarunt, Sirletum id facturum Pius præfagierat.

* *Quinto Idus, &c.* J Hora noctis secunda, ait Panuinius in Pij Vita: at in Elogio 4. Idus.

* *Nunc dimittis.* J Ex Panuini in Vita: qui de corporis statura, & moribus Pij pauca adiecit.

* *Ad Cœnobium SS. Trinitatis.* J In Ædis SS. Trinitatis sacello epitaphium, quo illum Pius, honorauit, habes etiam apud Gaburiu lib. 1. c. 6. Vitæ Pij V.

Alia quamplurima de Pio IV. narrari possent, quorum nonnulla paucis indico. Lauretanam Virgineam veneratus, Canonicorum, aliorumque ministrorum numerum suppleendum duxit, Collegium Lauretanum Societatis Iesv stabiliuit Diplomate, auxitque prouentibus; veteri Xenodochio nouum ædificium adiecit. Turfell. lib. 4. c. 1. Historia Lauretana Pauli IV. legem contra Religiosos transfugas mitiorem effecit. Sodalitatem, sub inuocatione sanctissimæ Trinitatis in Vrbe institutam, necnon Precum, & Mortis, & tertiam ad amentes pauperes curandos firmavit. Rotam Romanam, Apostolicæ Penitentiarie officium, Auditoris Carneræ, & Signaturæ Iustitiæ Tribunalia, aliosq. magistratus reformauit. Cosmum Florentiæ, & Senarum Duci indulgit, vt ordinem Militarem, S. Stephani institueret, ipsumque firmavit: de Electione Romani Pontificis, & Conclauis legem condidit: Gymnasium Bononiense, illius Rectorem, Scholareq. priuilegijs ornauit: quod pars maior Cardinalium sanctissimæ Inquisitionis decernit, à tota Congregatione decretum censuit, Beneficiorum confidentias vetuit; professionis Fidei formulam, qua docentes, lauream susceperunt, Parochique vterentur, præscripsit, contra Nuncios Apostolicos fauores aucupantes, ad dignitates, apud sedem Apostolicam cõsequendas, Constitutionem edi, iussit. Venetorum legem in Consistorio laudauit; qua cautum, ne quis ex Venetis patritijs honorem, aut cõmodum, reipublicæ non indulgente, ab alio Principe accipiat: Pontificias, insignes, ædes à Veneto Pontifice ad S. Marcum Romæ erectas, eidem reipubl. donauit; de qua re ea in illis extat inscriptio.

PIVS. IV. MEDICES. PONT. MAX.
HAS. ÆDES. REIP. VENETÆ. ARGVMENTVM. AMO.
RIS. ET. STVDII. SVI. SPONTE. DONAVIT.
IACOBO. SVPER. ANGIO. EQVITE. ORATORE. MDLXIV

Cardinale S. Clementis referente, Pius anno 1564. 8. Kalend. Februarij Carolum Borromeum, nepotem, Mediolanensem, Ludouicum Simonettam Capuanæ præfecit Ecclesiæ; vterque tum Episcopali charactere insignitus, Pallium, & suam quisq. Ecclesiam in administrationem, acceperat; 15. Kal. Decemb. Pius in Consistorio dixit, non currus, non rhedas, ætate sua, Romæ in vsu fuisse; Marchionissamq. Mantuæ primam viam patefecisse; cæteraq. mulieres, quæ pedibus prodibant in publicum, eius exemplum secutas; mox Cardinales omnes hortatus est; vt, relicto mulieribus rhedarum vsu, senatoria maiestate, quam Imperator Romæ à se visam, demiratus fuerat, ad negocia publica prodeuntes, equitarent; & 18. Kal. Ianuarij in Consistorio, Romam gaudio triumphasse, memorauit, quia; ijs diebus, Cardinales, dimissis rhedis, Romanæ Curie decorem, & dignitatem, equis vecti, restituerant; eoque ad idem faciendum impostorum, non elumbi sermone inflammavit.

Anno 1565. die 18. Cardinales in Consistorio alloquens, ætatem suam senio confectam in occasum, quasi, precipitem fetti, narrans, adiecit; scite se, quæri à Iurifconsultis, An Romanus Pontifex successorem sibi deligere queat; & sub Paulo IV. agitatum quæsit; An idem Pontifex adiutorem, cum futura successione, adsciscere possit; & quamuis nonnulli, Decius in primis, id affirmant, eã tamen sententiã Pius, vt falsam, reiiciendam censuit; volebatq. declarare, & si opus fuisset, statuere, Pontificem, Cardinalibus etiam assentientibus, id facere non posse; maior Cardinalium numerus, decretum scribendum iudicauit; Gambara dixit, declaratum olim à Pontifice, in Consistorio, & decreto firmatum; hoc à Pontifice effici, non posse: quare, aiebat, videndum, quibus verbis constitutio conficienda. Pius auditis sententijs decretum inutile non futurum, asseruit; seque declaraturum, Pontificem non posse successorem, adiutoremque, cum futura successione, sibi eligere.

Ante paucos annos, Iurifconsultorum Mediolanensium Collegio concesserat Pius; vt ex illo Auditor Rotæ Romanæ, & Consistorialis Aulæ Aduocatus perpetuo deligeretur. Carolus V. & Philippum I. innocentes declarauit, M. Antonio Columnæ Principatum restituit. Cosmum Florentiæ, & Senarum Ducem, cum, Eleonora coniuge, & Ioanne Cardinale, Garziaque filijs, Romam ad se salutandum profectum, in Palatinis ædibus splendide accepit. Mantuæ Ducem in eadem Vrbe lætis oculis vidit. Paulum Manutium, vt sacros præcipue libros emendatos cuderet, ad Vrberem acciuit; Paulus illi, Pontifici creato, liberalium disciplinarum nomine, cultam epistolam scripserat; euocatus alteram non minus cultam scripsit. Pius de Seminario Societatis Iesv tradendo in frequenti Purpuratorum Patrum conuentu egit; consensere omnes. Pridie Kalendas Augusti Pius sex Cardinalibus comitantibus, Præsulumque, & Principum virorum non paucis, domum Societatis Romæ vidit; deinde ad Collegium Romanum profectus, atrij partem carminibus, sexdecim linguis conscriptis conuestitit, in huius vultu conspexit; & ad Germanicum perrexit. Sacchin. lib. 8. Lainij, Lainium Pius amauit, audiuit, eo suadente, singularia vetuit certamina; in Societatem priuilegia contulit, quam Patrono, Cardinalis Carpenfis excessu, orbatam solatus est, inquiens. *Patrociniuum vestrum ipsi Nos recipimus, Nos erimus vester Prætor.* Excel-

V. Bullar. par. 2.

Ex C. M. S.

Eodẽ ann.

Ex C. M. S.

loc. cit.

loc. cit.

Ex Panuin.

Lib. 5. ep. 1. li. 2. c. 1.

ad an 1464

ibid. au. 7.

V. Panuin. in fine Pij Quarti.

ferat

hora 23.

serat è vita Ferdinandus Imperator, anno 1564. 8. Kalendas Augusti, Pius, in frequenti Cardinalis signis editis, summa lenitate, dum omnibus optimi Imperatoris signis editis, summa lenitate, nullo animi angore, Sacramentis, quæ morientibus præberi solent, munimur, quasi agnum innocentem in meliorem vitam demigrasse, sperareque se Maximilianum, Romanorum Regem, paternæ pietatis imitatorum futurum: hunc, natu maiorem, prudentia, liberalitate, animi magnitudine, clementia, & doctrina præstantissimum Imperij, regni Bohemiar, & Principatus Austriæ successorem fuisse, narravit etiam in Pio IV. Panuin. Quanto Pius tuendæ, propagandæq. Catholicæ religionis studio arderet, quantum adhiberet diligentiam, ut hæresis, exitiosa pestis qui summum collimeretur, & interiret prædixerat oratione ad Cardinales in eius exequijs habita. Beneficia, & privilegia ab eo accepta Collegij Mediolanensis Iureconsulti, ipsius imaginem è collo pendente deferentes, indicat, fatenturque se tanti Pontificis beneficis Iurisperitendia, laurea decoratos. Tridentinum Concilium sacrosanctum summa diligentia confectum à Pio posteritas admirabitur, populorum Catholicorum voces celebrabunt: veram cuius historiam erudite, & culte scribit Theologus clarissimus Terentius Alciatus Societatis I. S. V., refellitque mendacia auctoris non pij, cuius libros, ingenti hominis oculis indignos. M. Antonius de Dominis, dum Catholicæ religionis defensor esset, excudi, curavit. Pio viuenti, Vrbs optimis artibus, ingenijq. floruit. Viderunt homines Sirletos, Borromeos, Hosios, Seripandos, Simonettas, Boncòpagnos, Palgotos, Amulios, Nauagerios, Atestinos, Columnios, Aualos, Alciatos, & ut multos præteream, Paulum Manutium, & Flaminiū Nobilium Luculentum, qui tres libros de Manutius Felicitate Pio IV. inscribens dixit, studia litterarum iacencia magnis propositis præmijs ab eodem Pio excitata floruisse, ijsque temporibus traditum illi à Deo Romanæ Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ clauum, quæ eodius Pontificiam, & postulat, & patetfacerent.

Eodem Pontifice nondum erepto, prodijt in lucem Anna Catherina (Iuliana etiam) Gonzaga, Archidux Austria, & deinde Sanctimonialis ordinis S. Mariæ Seruorum, quæ motum sanctitate insignis, anno 1521. die 3. Augusti, ad Beatotum sedes, multi putarunt, euoluit; cuius vita Latine, Italice, & Germanicè excussa magnarum virtutum mulierem refert.

De Vrbe Pia apud Hadriani molem à Pio IV. extructa, extat illius Constitutio Romanum, &c. ann. 1565. 10. Kal. Sept. p. 2. Bullar.

** Christianos Reges, & Principes omnes literis, & legatis hortatus.*] Circa Concilium Tridentinum coëgendum scripsit Pius ad Philippum II. Regem Hispaniarum, ut Catholicum, ita, & omnium calculo prudentissimum, suasque adiunxit litteras S. Carolus Borromæus. Rescripsit vtrique Rex id se valde commendare, nec suo defuturum auxilio, ut omnia in Dei obsequium S. R. E. commodum, & Christianæ religionis cedant incrementum. Sumptum litterarum, quas piissimus Princeps ad S. Carolum Cardinalem reddidit; & à natuio in latinum versum sermonem, hic rescribere placuit in testimonium propensæ animi verè Catholicæ Regis ad promouendam, & propagandam vbiq. Catholicam religionem.

PHILIPPVS &c. A Sanctiss. Domino per suum Nunciū Episcopum Terracina, & à meo Oratore Vargas accepit, rationabiles causas propter quas magno zelo S. Sanctiss. Consilium celebrare proponit, statimq. assensu sancto eius desiderio; nihil enim mihi magis est in votis, quam toto conatu promouere re Christianam, & prouocare sacra nostræ religionis incrementum. Atq. ita oretentius respondis. Nunc etiam per epistolam meo Oratori vici ab ipso legatus per vos facio, & volo, ut in omnibus rebus meis cum S. Sanctitate tractandis intercedas tamquàm interpres, & sequer utiq. charus omnia proficias summa prudentia, & sincero affectu, præsertim in prudentissimo Concilio coëgendis negotiis, eoq. libentius id præstabis, quo omnia mea vota tendunt in Dei, & Ecclesiæ Catholicæ obsequium, &c. Dat. Toleti 18. Junij anno 1560.

NOVA ADDITIO AVGVSTINI OLDIOINI SOCIETATIS IESV.

ANTEQVAM quæ de Pio nobis occurrit, attingamus, monendum est Lector, ut Cardinalibus, qui Conclauē ingressi sunt post Pauli obitum, addat Iacobum Sabellum Diaconum Cardinalem S. Mariæ in Cosmedin; & Ioannem Michaëlem Saracenum Presbyterum Cardinalem tituli S. Anastasie; quos nec inter presentes, nec inter absentes numerari S. Abrastia: host tamen Conclauē ingressos, & suffragia cum alijs, Cardinali Mediceo, postea Pio IV. dedisse affirmant illius æui monumenta plura. Deinde Roberto de Lenocourt S. Apollinaris, & Carolo de Lotharingia S. Cæcilie titulos, idem Cabrera tribuit; cum vterque die 11. Decembris anni 1555. quatuor ferme annis ante Pauli obitum titulos commutauerint. Robertus enim de Lenocourt S. Cæcilie, & Carolus de Lotharingia S. Apollinaris titulis præterant, quando Pius Petri Cathedram ascendit.

Annus ætatis agens sexagesimum, & nonum ferè mensem.

Iacobus Sabellus Diaconus Cardinalis, & Jo. Michael Saracenus Presb. affuerunt Comitibus Pij IV.

Cabrera error in titulis Cardinalibus.

A Ioannes Angelus Medices, olim Archiepiscopus Ragusinus, & Episcopus Callanenensis, frater Marchionis Mariniani, strenuus illius Ducis sub Carolo V. quique Mediceorum Mediolanensium fortunam fabricauit, non die secunda Ianuarij, vt aliqui scripserunt, sed, vt dictum est supra vij. Kalendas Ianuarij Pontificatum adeptus est; meruitque is vnus, quod non toties alij vni euenisse reperitur, vt tribus celebrioribus anni totius festiuitatibus nasceretur Pontifex renunciaretur, & coronaretur. Vrbs tota de Pij electione gauisa est; & Iulius Peruscius his litteris gratulatus est Pio.

Cesset nunc (Beatissime Pater) cum Roma præcipue ipsa, tum vniversum Christianum genus clamare, vociferari, atque etiam morere, modo tam longa deliberatione in summo deligendo Pontifice non modo status Apostolicæ religionis, & causæ Romani Pontificatus, sed fides, salusque Christiani populi maximum in discrimine vocetur, quod, & iam multis, ac nonis Cardinalium dissensionibus, & eorundem plurimorum non obscuro ad Pontificiam maiestatem ambitu ingens accesserit cumulus ad tot insignes, totque monstruosos, quibus adhuc premisur hæreses, quod tanta, & durissima dubitatione satis admodum fuerit detractum de Amplissimi Collegij existimatione, liberamq. sibi met Cardinales de creando Pontifice facultatem abstulerint. Quo nomine ceperunt calumniosos, & turbolenti homines mirandum in modum exultare. Cesset iam, & vnus quisque ex huiusmodi ordine contendat summis precibus à Prepotente Deo non nihil misericordiæ protulit, insita opinione, tantoque errato. Namq. nec eo erant deducta Catholica res, vt celeri, & expedita potius, quam matra, & elucubrata consultatione potuisset hoc tempore creati optimus, & necessarius Pontifex: nec hercle sic leuis affecta est vulnera Christiana respublica vt leuis cura, leuiq. medicina potuisset eam quis ad valetudinem reuocare. Præclarum quidem fuit dubitare, quem potissimum Cardinales è præstantissimo cœtu sumere deberent: non alium quoque Christianis ritibus, ac rationibus dies Comitiuorū longius prociui, vt, & indagatio fieri exactionibus de cœnoscitur uita, moribus, & doctrina possit, & accuratius dignoscatur, & tanta persona, tantaque Pontificatus dignitas sustinenda esset. Rursus neque modicum intererat nostra huius iactata respublica per Legatos referri ad Principes maximos, & defensores fidei de tanta, tamque opportuna re constituenda maturanda, atq. agenda. Quibus omnibus etiam, atq. etiam perspectis, recognitis, atque auditis, declaratisque insuper, atque remissis Christianorum Principū sententijs, collegerunt se ipsos Cardinales omnes ad vnum statumque alio in primis Dei spiritu excitante, sine mora, sine ambitione villa, sine suspitione, voce vna, vno omnium assensu, omnibus suffragijs, pereximius ille, sed potius celestis Ioannis Angelus Medices Cardinalis, Maximus, & Romanus Pontifex renunciatus est. Te inquam, Ioannes Angele Patres conscripti ex tota eorum classe indubitatum nobis Christi Vicarium in terris adorandum delegerunt; cum nunquam non in causa Dei, & religionis firmisimū extiteris, cum vitam probatam, & constantem egeris, factis continue traduxeris, cumque moribus, doctrina, probitate, ac ingenij vsquequaque infregeris impetum, & consilia perditorum hominum, cum gratiam, qua plurimum valuisti, in genibus, quo admirabilis es præditus, opes, quibus egregie floruisti ad subsidium impotentium, ad tutelam viduarum, & pupillarum, atque ad gratificationem omnium, qui ad tuam opem, auxiliumque confugerent nullo non tempore conuerteris, & adhibueris. Tu sustulisti admirande Medices, hac perlucida ætate diuino tandem aliquando beneficio, vel vocatus ad dignam tua virtute rerum magnarum administrationem, vel non dissimiliter iudicatus supra ceteros, qui sunt etiam in sacro Collegio peregre viri, summe idoneus ad sanctissimam hanc prouinciam gerendam, vniverso Cardinalium conuentu plaudente, omnibus fauentibus, nullo reclamante.

G O quam apte coheret cum primis tuis mentibus extremum alterum ad nos è celo transfusit Deus; vt admiranda, S. tua cura, & sapientia medicaris his tot imminentibus calamitatibus, vt fulcias sanctam sedem hereticorum, atque impiorum scripti, & concionibus labefacta: integres amplitudinem, & existimationem Collegij paucorum vitio, ac culpa insignitè offensam, vt leues denique hominum mentes tot immanibus, & penè immedicabilibus morbis affectas. O insignem Pontificatus delictu, Principatum maxima Christianis difficultatibus accommodatum. Consonum vtrique est, & decorum, ut nos Christiani populi simul ac meritis, immortalisq. ipsi Deo gratias egerimus, qui clauum sui imperij à Principe liberalissimo teneris, & gubernacula respublica à moderatore iustissimo tractari voluit, gratulemur deinde impense, atque ex animo, nec tue dumtaxat sanctitati, Pater Beatissime, quæ secura horum mortalium, & terrenorum bonorum, Deum solum, & veram integritatem constitis tibi tuorum consiliorum finem, sed nostra vndiq. vexata Ecclesie, & cuncto Christiano nomini sterum, & sepius gratulemur. Ad cum nanque virum collata est modo suprema nominandi, & imperandi potestas, quem nulla vnquam rerum corruptet cupiditas, cui rebus pluribus, & exemplis cognitum est summo studio esse ius idem patri tribui, ac diuini, qui tanti ab initio sui honoris totius vn-

D est. Te inquam, Ioannes Angele Patres conscripti ex tota eorum classe indubitatum nobis Christi Vicarium in terris adorandum delegerunt; cum nunquam non in causa Dei, & religionis firmisimū extiteris, cum vitam probatam, & constantem egeris, factis continue traduxeris, cumque moribus, doctrina, probitate, ac ingenij vsquequaque infregeris impetum, & consilia perditorum hominum, cum gratiam, qua plurimum valuisti, in genibus, quo admirabilis es præditus, opes, quibus egregie floruisti ad subsidium impotentium, ad tutelam viduarum, & pupillarum, atque ad gratificationem omnium, qui ad tuam opem, auxiliumque confugerent nullo non tempore conuerteris, & adhibueris. Tu sustulisti admirande Medices, hac perlucida ætate diuino tandem aliquando beneficio, vel vocatus ad dignam tua virtute rerum magnarum administrationem, vel non dissimiliter iudicatus supra ceteros, qui sunt etiam in sacro Collegio peregre viri, summe idoneus ad sanctissimam hanc prouinciam gerendam, vniverso Cardinalium conuentu plaudente, omnibus fauentibus, nullo reclamante.

E O quam apte coheret cum primis tuis mentibus extremum alterum ad nos è celo transfusit Deus; vt admiranda, S. tua cura, & sapientia medicaris his tot imminentibus calamitatibus, vt fulcias sanctam sedem hereticorum, atque impiorum scripti, & concionibus labefacta: integres amplitudinem, & existimationem Collegij paucorum vitio, ac culpa insignitè offensam, vt leues denique hominum mentes tot immanibus, & penè immedicabilibus morbis affectas. O insignem Pontificatus delictu, Principatum maxima Christianis difficultatibus accommodatum. Consonum vtrique est, & decorum, ut nos Christiani populi simul ac meritis, immortalisq. ipsi Deo gratias egerimus, qui clauum sui imperij à Principe liberalissimo teneris, & gubernacula respublica à moderatore iustissimo tractari voluit, gratulemur deinde impense, atque ex animo, nec tue dumtaxat sanctitati, Pater Beatissime, quæ secura horum mortalium, & terrenorum bonorum, Deum solum, & veram integritatem constitis tibi tuorum consiliorum finem, sed nostra vndiq. vexata Ecclesie, & cuncto Christiano nomini sterum, & sepius gratulemur. Ad cum nanque virum collata est modo suprema nominandi, & imperandi potestas, quem nulla vnquam rerum corruptet cupiditas, cui rebus pluribus, & exemplis cognitum est summo studio esse ius idem patri tribui, ac diuini, qui tanti ab initio sui honoris totius vn-

F O quam apte coheret cum primis tuis mentibus extremum alterum ad nos è celo transfusit Deus; vt admiranda, S. tua cura, & sapientia medicaris his tot imminentibus calamitatibus, vt fulcias sanctam sedem hereticorum, atque impiorum scripti, & concionibus labefacta: integres amplitudinem, & existimationem Collegij paucorum vitio, ac culpa insignitè offensam, vt leues denique hominum mentes tot immanibus, & penè immedicabilibus morbis affectas. O insignem Pontificatus delictu, Principatum maxima Christianis difficultatibus accommodatum. Consonum vtrique est, & decorum, ut nos Christiani populi simul ac meritis, immortalisq. ipsi Deo gratias egerimus, qui clauum sui imperij à Principe liberalissimo teneris, & gubernacula respublica à moderatore iustissimo tractari voluit, gratulemur deinde impense, atque ex animo, nec tue dumtaxat sanctitati, Pater Beatissime, quæ secura horum mortalium, & terrenorum bonorum, Deum solum, & veram integritatem constitis tibi tuorum consiliorum finem, sed nostra vndiq. vexata Ecclesie, & cuncto Christiano nomini sterum, & sepius gratulemur. Ad cum nanque virum collata est modo suprema nominandi, & imperandi potestas, quem nulla vnquam rerum corruptet cupiditas, cui rebus pluribus, & exemplis cognitum est summo studio esse ius idem patri tribui, ac diuini, qui tanti ab initio sui honoris totius vn-

Pius frater Marchionis Mariniani Ducis

Vrbs de Pij electione gaude

Italij Pij fici litteræ gratulatio.

uerfam

uerfam orbis terrae salutem animo complexus est: qui qua antea in priuata fortuna praestare republicae non potuit ingenij, doctrinae, sapientiae munera, ea omnia iam, iamque tum ad reponendam in sua sede iustitiam, tum ad confirmandam pacem iam pacem, & concordiam inter Reges ad communem omnium securitatem, tum ad conseruandum aeterna monumentum suae liberalitatis cumulatisime confert. Habes nunc, Pater Sanctissime, certam spem, qua niti re-
 Ete poteris non minus ad immortalitatem, quam ad beatiora altera regna. Habes, & certam, & amplam te in maximis humani generis utilitatibus, & commodis facultatem exercendis: qua una actio rectissima profecto ad aeternam salutem via est. Hanc te infistere. Beatissime Pater, deque hac esse tuam sanctitatem minime deflexuram uti nos certe, ac res omnis Christiana publica non dubitamus: sic illam Deus, cuius vicem in hoc sacratissimo sedis solio, perducatur ad eum felicitatis cumulum, quo, & summatue senectutis dies celeberrimos, latissimosque efficere, & afflicti, ac debilitatis Christianis nationibus, vel tranquillam, vel tolerabilisorem conditionem statuere possis. Vale.

Duo praecipue fuerunt capita, quae Patres antequam ad suffragia illi ferenda iussissent, se obseruato iureiurando strinxerant: vnu de controuersia cum Ferdinando Rege Romanorum terminanda, de illius ad titulos Imperiales praetensione, & inauguratione: alterum, de Concilij generalis ad restringendas haereses indicatione. De primo cum Orator Ferdinandi ostenderet, nihil in contemptum sedis Apostolicae, aut in praerudicium auctoritatis Pontificiae meditari a Ferdinando fuisse; sed quae tum in acceptatione cessionis a Carolo Imperatore factae, tum in actu coronationis Francofurti celebratae accidissent, omnia a necessitate, & iniquitate temporum exorta esse: quandoquidem Protestantes armis potentes alia quam incolumitate Catholicissimi animo versarent, & concilij potius, quam bello in officio continendi esse viderentur. Pontifex tandem ne Germania omnino a se deficeret, excitationes omnes Otatoris pro Ferdinando admittit; & tam successionem, quam inaugurationem Ferdinandi probauit; modo is legatum cum obsequio debito ad sedem Apostolicam quamprimum destinaret, & iuribus Apostolicae sedis caueret. Ferdinandus porro statim atque ista accepit, legationem adornauit, ante quam has ad Pium Pontificem litteras praemittit.

BEATISS. IN CHRISTO P. ET DOMINO PIO III.
 diuina providentia Sacrosanctae Vniuersalis Ecclesiae Summo Pontifici, Domino Reuerendissimo.

Si umquam alias, his certe proximis diebus gratissimum nobis nuncium allatum est, quando nimirum (quod felix ac faustum sit toti Christianae republicae) intelleximus, Sanctitatem Vestram, Reuerendissimorum Dominorum Cardinalium vnanimi consensu, Spiritus sancti gratia cooperante, ad fastigium summi Pontificatus, & supremum sanctae Romanae, & Vniuersalis Ecclesiae curam, atque administrationem, electam, & susceptam esse. Nam praeterquam quod haec letitia sit, & esse debeat publica, atque communis omnibus Christianis, & ipsi praesertim, qui afflictio religionis, & omnium rerum publicarum status consultum cupiunt, eo quod diuina benignitate talis Pastor Ecclesiae Dei obtigerit, qui praeditus sit tot virtutibus, ut spes sit eius eximiam prudentiam, sapientiam, summamque pietatem, & praclarissimum in rem Christianam studium, eidem republicae Christianae non nisi maximo ornamento, & commodo futurum: nobis tamen specialis etiam causa est letandi, propter veterem notitiam, & familiaritatem, nobis a pluribus iam annis cum Sanctitate Vestra intercedentem. Cui quidem tuenda, & conseruanda Sanctitas Vestra, nullis umquam officijs defuit. Eam vero nostrum letitiam, cum ita commota esset primo illo nuncio, ut eius incrementum vix videretur reliquo esse locus aliquis, auerunt tamen supra quam dici queat, litterae Consiliarij, & Oratoris nostri, nobilis fidelis nobis dilecti Francisci Liberi Baronis de Turri, nec non ea quae nobis nobilis fidelis noster dilectus Georgius a Madrutio Liber Baro, coram nobis retulit, summam illam paternam beneuolentiam concernentia, quam Sanctitas Vestra non modo in his sermonibus, quos cum eo saepius post auspiciatissimam suam electionem conferre dignata est, verum etiam in publica sacri illius Collegij Reuerendissimorum Dominorum Cardinalium congregatione erga nos palam declarauit, ubi scilicet tam amanter, tam paternae, tamque sapienter negotio, & difficultati illi, quam olim nobis Sanctitatis Vestrae praedecessor Paulus Quartus mouerat, iustum, & operatum finem imponere voluit. In qua quidem re pluribus explicanda, non est, quod has nostras litteras absuamus, praesertim cum id apud Sanctitatem Vestram, quae eius est summa aequitas, superuacaneum censeamus, ut quae causa nostra rationes, non omnino habebat incognitas. Sed tamen si Sanctitas Vestra, uberior adhuc, & exacta istius negotij notitiam teneret, clarius adhuc cognitura esset, quam praeter omnem rationem, & aequitatem, & absque omni culpa nostra diuersis cauillationibus oneratis, & traducti fuerimus, quibus iam tandem appositum esse iustum finem merito. Sanctitatis Vestrae cum optima, & paterna erga nos voluntate, tum eximia integritate, ac iustitia acceptum ferimus. Porro licet hoc triduo, vel quadriduo hinc profecturus sis solemniter noster Orator, cui munus San-

A
 ctitatis Vestrae nomine nostro, quae par est submissio, congratulandi, debetumque, & solitum reuerentiae, ac deuotionis officium, more Dominorum praedecessorum nostrorum, Electorum Romanorum Imperatorum praestandi imposuimus, tamen cum is non possit illic peruenire tam breui, quam nos vellemus, equidem tenens non potuimus, quin haec litteras nostras praemitteremus, quibus saltem possit quadamtenus satisfieri ardentissimo nostro desiderio, Sanctitati Vestrae animi candorem quamprimum contestandi. Quamobrem non modo Sanctitati Vestrae ex animo, & obsequenter congratulamur, sed etiam pro ista mirifica in nos paterna, & pia voluntatis suae demonstratione, quae possimus maximas agimus, & habemus gratias, eidem Sanctitati Vestrae ingenue pollicentes, nos summo studio operam duros, ut nec vbi Sanctitas Vestra vllum, vel grati animi, vel filialis obseruantiae Sanctitati Vestrae, & istis sanctae Sedis debite officium in nobis requirere possit: Deum Optimum Maximum summis precibus orantes, ut pia Sanctitatis Vestrae consilia, & instituta, ad laudem suae diuinae maiestatis, ac beneficium totius orbis conuertere, eamque diu saluam, & incolumem tueri, ac conseruare, ac prosperis rerum successibus, omnique demum felicitatis genere fortunare dignetur. De qua quidem nostra studiofissima intentione, ac filiali erga Sanctitatem Vestram, & sanctam Apostolicam Sedem obseruantia, & deuotione, supra dictus noster Orator Franciscus Liber Baro de Turri, Sanctitatis Vestrae plenior fidem facere poterit, cui dignabitur Sanctitas Vestra de his, & alijs rebus cum ea humiliter tractaturo, inserendum alter Orator noster subsequatur, benignas aures praeberet, & nos quoque loco, & tempore, paternae, ac beneuolae commendatos habere. Datum in ciuitate nostra Vienna die 16. mensis Ianuarij, anno Domini 1560. Sanctitatis V. humilis, & obsequens filius. Ferdinandus.

C
 Satisfecit pollicitis Ferdinandus: namque misso Romano Scipione Comite Arcorense legato, & obedientiam mote maiorum 10. Februarij anni 1560. Pio Pontifici in solempni confessu praestitit, & Apostolicae sedis iuribus diligentissime cauit.

D
 Cum autem audisset Pius deliberatum in conuentu Fontebellaqueo fuisse de Concilio nationali in Gallia celebrando, valde de successu anxius Episcopum Viterbiensem ad Regem Galliarum misit, qui multis rationibus, & argumentis demonstraret, fore eiusmodi conuentum instar Schismatis ab Ecclesia vniuersali, alijque nationibus, pessimi exempli, atque ipsius etiam Regiae dignitatis diminutioni magnae. Quandoquidem cum ardentibus votis cuperet Galli Praefules sanctionis Pragmaticae restitutionem, prima, ac potissima futura eis cura haec esset, vnde Regi collatio regalium, & Episcopatum, atque Abbatiarum nominatio, quae concessa ei fuisset in compensationem extinctionis Pragmaticae, decessura foret. Salutare fore remedium, ut Praefules, & Parochi in sua quisque Ecclesia ad sui gregis curam attenderent, luporumque rabiem amolirentur. Ad quod etiam Constitutionem edidit pridie Nonas Septembris anni 1560. qua grauissimis poenis omnes vndique ad suas Ecclesias intra breue tempus praescriptum se recipere praecipit, ac residentibus priuilegia, & exemptiones concessit, scripsitque pariter ad Philippum Hispaniae Regem, ut affinem suum Regem Galliae ab eo consilio dimoueret; quod, & ipse diligenter per Antonium Toleranum Legionis Priorem ad Regem missum efficere conatus est propter scissurae periculum, & praerudicium. Concilio generali breui indicendo, quod vnum erat malorum remedium inde exoriturorum. Ad quae Rex Galliae vtrique respondit, sibi decretum esse, se, regnumque suum in Ecclesiae Catholicae vnione conseruare; neque de Concilio nationali cogitasse, nisi ad deuios in viam reducendos promptiori remedio, quam ex longissima generalis expectatione. Neque vero nationale aliquam vim aliunde habiturum, quam a sede Apostolica, & Pontifice; illudque vbi primum generale conuocatum foret, mox desitutum, & in vnum cum generali corpus coaliturum. Ac propterea rogare Pontificem, ut Legatum mitteret in Galliam cum auctoritate congregandi omnes Episcopos, ad turbas religionis componendas.

E
 Pontifex autem eiusmodi consideratis difficultatibus, ut eas praescinderet, necessarium existimauit, Concilium generale indicere, eique post multas de loco dubietates Tridentum destinauit, vbi iam bis Paulo III. & Iulio item III. Pontificibus celebratum esset, & maxime quod illud non finitum fuisset, sed solummodo suspensum, adeo ut suspensione sublata Concilium sicut antea apertum intelligeretur. Quod tamen cum, & Ferdinando Imperatori ratione Protestantium, & Francisco Regi propter Hugonottas regni non adeo acceptum esset, tum ratione loci ipsidem Protestantibus, & Hugonottis inuisi, quem mallent in aliqua ciuitate vtrique nationi, Germanicae, & Gallicae commoda deligi. Tum etiam quod si nouum Concilium indiceretur, in quo quae ante tractata, & decreta fuissent, ad examen denuo reuocarentur, spes esset, eo venturos Germanos, & Gallos, qui alioqui continuatione praecedentis repudiaturi forent, a quo inauditi damnati fuissent. Nihilominus reconsiderans Pontifex nisi Concilium continuari diceretur, omnia, quae fuissent in eo decreta, inania, atque irrita merito aestimari posse, quippe a nullo haecenus Pontifice confirmata; post multas, ac diuturnas super his cum praedictis Principibus, eorum-

Cardinales ante electionem iureiurando promittunt cum Ferdinando Rege controuersiam dirimere, & Concilium generale indicere.

Ferdinandus legationem ad Pontificem parat, & litteras scribit.

Scipio Comes Arcoensis legatus Ferdinandi obedientiam Pio praestitit.

Episcopi Viterbiensem ad Regem Galliae legatum Concilium nationale celebrat.

Constitutione edita ut vniuersae ad suam Ecclesiam breui se recipiant. Philippus Hisp. Rex Nationale Concilium in Galliam impedit. Regis Galliae responsio Catholica.

Concilij generalis indicitio. Tridentum locus pro Concilio.

que Oratoribus dilputationes, & cum Cardinalibus consultationes, cum decretum omnino esset Pontifici, de plurium Cardinalium, ac ceterorum Principum Oratorum consensu, & consilio Concilium Tridentinum continuare, promulgato vniuersali Iubilæo, die 15 Nouemb. anni 1560. ad implorandum in cinere, ac cilicio diuinum auxilium, quod ipse Romæ die Dominico subsequenti, nempe die 17. eiusdem mensis cum solemnibus supplicationibus ab Ecclesia S. Petri ad S. Mariæ supra Mineruam pedes procedens celebravit. Kalendas Decembris Concilij sub Paulo inchoati, & à Julio suspensi repetitam conuocationem, sublata omni suspensione publico Diplomate indixit ad diem Resurrectionis Dominicæ proximè futurum. Continuo missis ad Imperatorem, aliosque Reges, ac Principes Nuncijs significauit non esse, cur aliquis voce continuationis offenderetur; quippe quod per eam non obstat, quin iam proposita denud tractari possent. Tanta autem in his vltus est diligentia, & sollicitudine, vt etiam ad Reginam Angliæ, magnum Ducem Moscouiæ, & Principes Germaniæ, quamuis à professione fidei Catholicæ, & Apostolicæ sedis obedientia alienos, pariter Nuncios miserit, qui eos ipsorumque Episcopos ad Concilium inuitarent. Ad Principes enim Germaniæ Zachariam Delphinum, Pharesem, & Ioannem Franciscum Commendonum Zacynthi Episcopos legauit: primus diuersis superioris Germaniæ peragratis ciuitatibus frustra persuadere conatus est ad Concilium mittere, apud Cæsarem legationis munus obire iussus est. Alter, Commendonus scilicet Lubecam profectus, inde ad Federicum Daniæ Regem iter suum direxit; at non est auditus; cum ille respondisset, neque cum parente suo Christiano, neque se cum Pontifici quicquam vnquam negocij intercessisse, nec proinde legationis eius audiendæ se cupidum esse. Hieronymus quoque Martinengus Abbas ad Elisabetham Angliæ Reginam missus, haud permittus ab ea est mare transire, licet illum audiri etiam Philippus Rex Hispaniarum sedulo instaret; & Ferdinandus ipse Cæsar litteris amantissimis hortatus esset, summi Pontificis, ac generalis Concilij iudicio, ac Regum Christianorum exemplis promoueri, idque ipsum ceteri Principes Catholici facerent. Nicolaus Gaudanus Societatis Iesu ad Mariam Reginam in Scotia Legatus, vitæ diuinitus in nauigatione hæreticorum insidijs, & mutato habitu ad eam secreto introductus est, protinusque remissus, referte Pontifici iussus, se obedientem quidem Ecclesiæ Romanæ filiam esse, futuramque semper; verum tanta angustia premi, vt neminem ad Concilium mittere posset, habituram tamen serata quæcunque Patres decreuissent. Canobius in Poloniam missus cum mandatis, vt in Moscouiam etiam transiret, ac Moscum, eamque gentem, etsi Græcanicæ Ecclesiæ addictam euocaret ad Concilium. A Rege quidem Poloniæ benignè acceptus, ad Moscum tamen penetrare non potuit propter bellum tunc inter Moscum, & Poloniam excitatum. Sed in Prussiam profectus, à Duce responsum accepit, ipsum esse Augustanæ confessionis socium, ac propterea Concilio Pontificio nequaquam assensurum. Heluetij conuentu Badenis habito Nunciū Pontificis admiserunt; sed de re facta consultatione. Catholici se Theologos ad Concilium missuros; Zuigliam se neutiquam illud agnituros responderūt. Catholici verò Principes non sine difficultatibus, Pontificis Diplomate de indictione Concilij receperunt. At cum tempus Concilij reassumendi, nempe dies Resurrectionis Dominicæ, qui eo anno 1561. in sextum Aprilis incidit, appeteret; Pius Pontifex ne officij sui partibus deesset, Legatos delegit, qui præsent, Herculem, scilicet Gonzagam Mantuanum, Presbyterum Cardinalem S. Mariæ Nouæ; Iacobum Puteum Nicensium, Iurisconsultum eruditissimum, Presbyterum Cardinalem S. Simeonis; istoque interea in grauem morbum delapso, ei succedit Hieronymum Seripandum Neapolitanum fratrum Eremitarum Augustinianorum olim Magistrum, magniq. nominis Theologum, linguarum peritia conspicuum, Presbyterum Cardinalem S. Sullanæ. Duobus autem his Legatis tertium deinde adiunxit Stanislauum Hosium Polonum, Episcopum Varmiensem, Presbyterum Cardinalem tituli S. Laurentij in Pane, & Perna. Quibus post nonnullos menses duos alios adiecit, videlicet Ludouicum Simonetam Mediolanensem in iure Canonico valde versatum, Presbyterum Cardinalem S. Cyriaci, & Marcum Siticum Altaempsiū, Diaconum Cardinalem ex sorore nepotem. Mortuo deinde Cardinali Mantuano, in locum eius, & Altaempsiū, quem ad se vocauerat, duos alios Legatos promulgauit, nempe Ioannem Moronū Mediolanensem Episcopum Prænestinum, magnarum rerum tractatione versatissimum, & in ciuili conuersatione consumatissimum; & Bernardū Nauagerium Venetum, Presb. Card. tituli S. Nicolai inter Imagines, vitum humanorum litterarum scientia, & reipublicæ gerendæ experientia clarissimum. Egerat quidem prius Cardinalis Burdigerus Gallus cum Pontifice, vt Cardinalem Lotharingium tantæ auctoritatis virum legatum pronunciaret; sed respondit Pontifex Lotharingium venisse ad Concilium tanquam caput vnus è partibus inter se contendentibus; sibi autem decretum esse homines mittere neutri parti addictos; & qui nullo priuato studio ducerentur.

Vt autem Pastoris vniuersalis munere fungeretur Pius, legationem ad Gabrielem Cophorum Patriarcham direxit cum litteris,

A quibus suadebat, legatum ad Concilium Tridentinum mittere. Ad hoc opus duo è Societate IESV electi Sacerdotes, Christophorus scilicet Rodericus Hispanus; & Ioannes Baptista Elianus, qui vij. Kalendas Decembris, anni 1561. Cairum tenuere, & salutato Patriarcha homine sene, beneuolè ab eo accepti, deq. causis missionis auditi non paruum felici successus spem initio conceperunt. At postquam munera Patriarcha recepit, segnius agere incipiens, apertè demū negauit debere se vllam obedientiam Papæ, nisi quæ humaniter amici, parelq. inter sese officium obsequij offerunt. Inter hæc cum audisset Pius, Odetum Cardinalem de Chastillon, ac nonnullos alios Episcopos in hæresim prolapsos esse, sacerdotijs illos priuauit, ac sententiam damnationis in illos pronunciauit. Synodi Tridentinæ Decreta confirmauit; & Congregationem octo Cardinalium instituit super executione, & obseruatione tam Decretorum Concilij; quam aliorum à Pontifice de reformatione durante Concilio factorum. Ac de se ipso in Cardinalium consensu professus est, vtcunque non teneretur, tamen ea se obseruaturum, & nunquam derogaturum, nisi vrgenti de causa, & de consensu Cardinalium. Episcopos deinde ad suas Ecclesias amandauit, Constitutione de eorum, & aliorum residentia curam animarum habentium edita; qua etiam bona non residentium, vti spolia, ad Cameram Apostolicam spectare decreuit. Aliam insuper seueriorem contra non residentes addidit, insuperque declarauit gratias de non residendo, & percipiendo fructus ratione studij, nequaquam valituras sine consensu Ordinariorum. Quoscumque item Ecclesias, & beneficia Ecclesiastica in confidentiam retinentes, siue recipientes varijs, & grauibus pœnis subiecit. Formâ iuramenti professionis fidei Catholicæ per omnes beneficia, aut dignitates Ecclesiasticas, vel monasteria, aut loca quæcunque in ordinibus Regularibus, aut Militaribus obseruantes; necnon per quoscumque siue Clericos, siue Laicos, vel Regulares ad aliquam liberalium artium facultatem edocendam electos, vel etiam ad eorum gradus promouendos præstandi publicauit. Indicem quoque librorum prohibitorum à delectis in Concilio perfectum; & à se diligenter examinatum, cum regulis ab iisdem delectis, & confectis approbavit, & promulgauit, prohibitis illis legi, aut teneri; ac reuocatis alia sanctione facultatibus omnibus de ijs legendis, vel tenendis eatenus quibuscunque personis concessis, exceptis, quod alio decreto declarauit, Cardinalibus Congregationis Inquisitionis; quibus non solum tenendi, & legendi facultatem, verum etiam illam alijs impertiendi concessit.

Controuersiam à centum ferme annis de præcedentia agitatum Romæ inter Congregationem Lateranensem Canonicorum Regularium ordinis S. Augustini, & Casinensem, aliàs S. Iustine Monachorum S. Benedicti ita decidit die 18. Ianuarij anni 1564. vt in processibus, & omnibus alijs actibus publicis, & priuatis Abbates, Prælati, & Canonici Regulares, vti Clerici in linea veste incedentes præcedant, & præponantur Benedictinis; Abbates verò vtriusq. ordinis singulariter, & in proprijs personis accepti, in Concilij, & alijs quibuscunque actibus, in quibus votum habent inter se iuxta antiquiorem eorum ad Abbatis promotionem præcedant, ac præferantur. Cum autem in Sicilia citra, & vltra Pharam, & alijs ciuitatibus, & locis magna Græcorum esset multitudo, qui Ecclesiæ Græcæ mores, & ritus obseruantes; seque suos proprios Prælatos eiusdem nationis habere dicentes, ex indulgentia Apostolicæ sedis subessent, non autem Episcopis Latinis locorum Ordinarijs, impunitate sibi proposita in diuersas hæreticas, nefariasque opiniones passim prolaberentur, quibus Purgatorij, Romani Pontificis in Græcos auctoritatem, indulgentiarum ab ipso concessarum, & censurarum latorum valorem sanctissimæ Virginis, Apostolorum, aliorumque Sanctorum festiuitatum obseruationem negabant; sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum suis infantibus in baptismo exhibebant; cadauera defunctorum superstitione quadâ impia, & sepulchris eruentem igne conburebant; Ordinariorum visitationes, in iudicium emq. detestabant: his, alijsque sacrilegis opinionibus, in iudicium emq. detestabant: Pius eiusmodi scandalis providere studens, Constitutione edita die 16. Februarij omnes illorum Græcorum exemptiones respectu Ordinariorum reuocans, cunctos, tam Laicos, quam cuiuscunque generis, aut dignitatis Ecclesiasticos, & Monachos Ordinarijs Latinis subiecit in omnibus, quæ Dei cultû, Sacramentorum administrationem, animarum curam, hæresumque extirpationem concernerent: Reliquis ipsorum Græcorum in diuinis celebrandis, alijsque ritibus à sede Apostolica approbatis, intactis remanentibus.

Celebrem quoque, ac saluberrimam Sodalitatem sub vocabulo nominis IESV institutam, cuius partes potissimum sunt, diligenter cauere, ne, vel ipsi Sodales, vel alij coram ipsis aliquo modo nisi ob grauisimam causam iurarent, confirmauit, & Indulgentijs, ac Priuilegijs auxit. Aliam quoque Sodalitatem sub inuocatione duodecim Apostolorum Romæ institutam in Ecclesia eorundem SS. duodecim Apostolorum, ordinis fratrum Minorum Conuentualium pro decentiori sanctissimæ Eucharistiæ veneratione, ac pro subuentione ægenorum mendicare erubescens, vel alias oppressorum confirmauit, & Indulgentijs muniuit. At postea hæc Sodalitas retenta sibi pauperum ægenorum cura, quam diligentis-

Principes omnes ad Concilium inuitat.

Rex Daniæ Pontificis Legatum non vult audire.

Neq. Regina Angliæ

Nicolaus Gaudanus Soc. I. Legatus ad Reginam Scotiæ. Maria Regina Scotiæ se obedientem Ecclesiæ non proficitur.

Rex Poloniæ Legatum Pontificis benignè recipit.

Dux Prussiarum non vult ad Concilium mittere.

Heluetij Catholici promittunt mittere ad Concilium.

Hæretici respuunt. Legati Concilij Hercules Gonzaga Presb. Card. Jac. Puteus, & in eius locum Hieronymus Seripandus Stanislaus Hosius.

Ludouic. Simonetta & Marcus Siticus Altaempsius Legati alij

Io. Moronus, & Bernardus Nauagerus Card. Legati Conc.

Cardinalis Lotharingum non vult Legatum mittere ad Concilium, & quare.

Legatio ad Cophorum Patriarcham Christiano Roderico, & Io. Baptista Eliano Legati ad Patriarcham Cophorum. Sed Patriarcha negat obedientiam. Pontifici. Odetum. Card. Chastillonem & alios in hæresim prolapsos damnat. Synodi Tridentinæ Decreta confirmat. Cardinalium Congregationem instituit pro executione Decretorum Conc. Constitutionem de residentia promulgat. Iuramenti formam præstandi ab Ecclesiasticis publicat. Librorum prohibitum indicem, & Regulas approbat.

Controuersiam de præcedentia inter Benedictinos, & Canonicos Regulares terminat.

Græcos in Sicilia Episcopis subiecit illis, quæ ad Dei cultû spectat.

Sodalitatem sub nomine IESV Romæ erectâ confirmat.

Itē SS. XII Apostolorum.

Equites S. Lazari restituit.

Oratorij S. Marcelli in Archiconfraternitatem erigit.

Sanctorum reliquias Ecclesie S. Bartholomaei in Insula restituit.

Vrbium in Metropolim, & Montem Politianum in Cathedrali erigit.

Milites Pios in Basilicam Vaticanam perficere curat.

Turres Campanarias Basilicae Lateranensis restaurat.

Arcem S. Angeli propugnaculis cingit.

Palatium Vaticanum ornat.

Burgum Pium constituit.

Vias Aureas, & Campanas restaurat.

Aquam Virginem Vrbis restituit.

Capitolium ornat.

Papae Collegium instituit.

Villam Iuliam restaurat.

Officinam Typographicam Romanam instituit.

Vrbem, & Statum Ecclesiasticum vestigaliibus onerat.

Coniuratione in Pium.

simè etiam nunc exercet, alia partem venerationis sanctissimi Sacramenti cessit Sodalitati Corporis Christi à Paulo III. olim erecta in Ecclesia B. Mariae super Mineruam ordinis Praedicatorum. Quarto vetò nonas Maij anni 1565. Constitutionem edidit pro restitutione Ordinis antiquissimi, ac militiæ Pauperum leproforum S. Lazari Hierosolymitani, quem amplissimis gratijs, & varijs privilegij decorauit. Priuilegia quoque Oratorij sanctissimi Crucifixi in Ecclesia S. Marcelli de Vrbe confirmauit, illudque in Archiconfraternitatem erexit. Sanctorum reliquias Ecclesie S. Bartholomaei in Insula restituit: in Tabulario enim Vaticano hæc leguntur. *Pius Papa IV. Motu proprio &c. Cum sicut accepimus, de anno 1557. Ecclesia S. Bartholomaei in Insula de Vrbe, vsu fluminis, quod de illo anno fere uniuersam Vrbem Romam inundauit, notabilem ruinam tam ipsius Ecclesia, quam Monasterij passa fuerit; & Ecclesia disruptis parietibus, vndique aperta. Et propterea ne Reliquia Sanctorum, quae in eadem Ecclesia venerabantur sine custodia, & clausura inibi remaneret; Paulus Papa IV. Praedecessor Noster illas ad Basilicam sancti Petri de Vrbe transferri fecit, sub custodia dilectorum filiorum Canonorum, & Capituli eiusdem confecto earundem Reliquiarum inuentario. Cumque postmodum fratres praedicti ex priorum fidelium elemosynis disetam Ecclesiam restaurauerint. Motu simili, &c. Eisdem dilectis filijs, Capitulo, & Canonicis per presentes committimus, & mandamus; ut eisdem fratribus, & Conuentui easdem Reliquias ut praefertur in custodiam habitas; ad Ecclesiam S. Bartholomaei processionaliter; ut moris est deferendas, restituant, & reassignent: prout die 27. Julij 1560. reassignauerunt ex instrumento pariter rogato in actis q. Simonis Tegeroni Notarij Basilicae memoratae, &c.*

Vrbium in Metropolim, & Montem Politianum Cosmo Primo Magno Hetruriae Duce petente, in Cathedrali sanctae Sedi immediate subiectam erexit Pius. Milites insuper Pios dictos instituit: Templum S. Petri in Vaticano erectum toto terrarum orbe celeberrimum additis mensuris salarijs perfici procurauit, exemplo dato Cardinalibus, ut suos titulos; alij autem Praelatis, ut suas Ecclesias exornarent, discerentque decorem Domus Dei diligere. Turres Campanarias Basilicae Lateranensis restaurauit, eiusdemque laquearia aureis emblematis exornata extruxit: plurimas Vrbis Ecclesias vetustate collabentes, vel deformes reparari iussit. Aedificandi nobili, & generoso studio incensus Vrbem purgare, augere, & pulcherrimis aedibus, visisque ornare constituit: multa vetera, & publica aedificia tam in Palatio, & Hortis Vaticanis, quam in reliqua Vrbe, vel vetustate collabentia, vel imperfecta, vel quae omnino esse desierant, reparare, & perficere aggressus est. Praeter Leonianam Vrbem, & Arcem S. Angeli, quam propugnaculis cingit, & die 8. Maij anni 1561. primum ipsam lapidem in fundamentis iecit, & numismata aurea, & argentea, in quibus hæc erant notae: PIVS IV. PONT. MAX. ANNO II. Palatium insuper, & Villam Vaticanam aulis, cameris, triclinijs, coenaculis, testudine, porticibus, laquearibus aureis, & varijs egregiorum artificum picturis exornauit. Hortos verò Pontificios aedificia, porticus, atrio, limphæo, cubiculis, & turri aedificatis, corruato fonte, nobilissimis signis emblematis, & opere tessellato condecoratos, pulcherrimos reddidit. Partem illam Vrbis, quæ est inter molem Hadriani, ac Vaticanum collem, vulgo *Borgo Pio* dicta constituit: in Diploma enim hac de re edito, anno 1565. legimus. *Ciuitatem Piam similiter de nomine Nostro nuncupandam auctoritate Apostolica tenore presentium perpetuo erigimus, & instituimus, &c.* Viam Auream penitus obstructam, & ignotam pristino vsui restituere curauit: Viam Campanam porta Caelimontana in editiorem locum translata reficere cepit. Aquam Saloniæ, quam antiqui *Virginem* appellarunt, ante annos mille ademptam, purgato fonte, & renouatis formis Vrbi restituit: Ostia, Anconam, Centucellas mœnibus, portibus, arcibus munit. Palatium Pontificium Capitolinum refecit; Praetorium Capitolinum Triumvirorum Vrbis Conservatorum à fundamentis mirabili opere inchoauit. Turrim Palatii S. Marcelli renouauit: Papae Collegium instituit: Villam Iuliam Pontificum secessui, excipiendis Cardinalibus, Oratoribus, & Principibus Romam venientibus, perpetuo vsui esse voluit, quam etiã instaurare, & perficere aggressus est: Lauacrum ad Velabrum extruxit: Officinam libris sanctorum Patrum accuratè, & integrè imprimendis instituit: Rosam auream Lucensium reipublicæ dono dedit anno 1564. Quibus rebus peragendis cum ingens pecunia ius requireretur, varijs tributis, vestigaliibus, & pecuniarum indicationibus Vrbem, & ditionem Ecclesiasticam omnem non sine populi querelis oneravit. Hinc varij in Vrbe rumores orti, & libelli contumeliarum referti, in Pontificis ministros per Vrbem noctu affixi, suspiciones auctæ, aliqui nobiles homines in carcere coniecti, odiumque Pontifici conflatum.

Pium, deliri aliquot facta coniuratione de medio auferte moliti sunt, qui detecti, aliquibus impunitate data, à carnifice necati sunt. Coniurationis ducem narrant fuisse Benedictum Accoltum, Accolti olim Cardinalis filium, qui vnà cum alijs quibusdam aere alieno oppressis, nec satis sanæ mentis, præde spe, & emendationis Ecclesie obtentu, auidax facinus Pium perimendi susceperat, dum publicè daret audientiam, simulatione porrigendi libellum sup-

Aplitem. Aiebat siquidem, Pium non verum Pontificem esse, eoq. sublato alium Angelicum susceptum iri, qui etiam totius orbis Imperator futurus esset, sub quo Ecclesie concordia castigatis erroribus sarciretur. At cum serr. el iterumq. oblata occasione animus Accolti defuisset, nata inde inter conuictos dissensione, ab vno eorum res patefacta est, omnesque capti tormentis subiecti fuere. Nec tamen vllis, vel supplicij, vel promissis induci potuerunt, vt consiliorum rationes, & auctores aliquos profertent; nisi quod Accoltus ab Angelo se suatum fuisse dicebat, qui, & inter mortis tormenta semper ridens conspectus est.

Societatem Iesu dilexit, auctorq. fuit, vt Victoria Tolsia Marchio Vallis, Camilli Vrsini Marchionis Guardie olim vxor, Pauli IV. neptis, ædes obtentas à Paulo, quas ipse Cardinalis incoluerat, & tunc ipsa habitabat, & vicinas à se coemptas, ac Templum à se inchoatum, Patribus Societatis, ac ipsi Collegio Romano dono daret; & ne alimenta iisdem deessent, præter quosdam immunitates, sexcentos in singulos annos è suo ærario nummos aureos assignauit. Gymnasijs Societatis vbique terrarum ad gradus litterarios euehendi idoneos potestatem fecit: pro illa Venetæ reipublicæ, & Philippo Regi Hispaniarum, Ferdinando Cæsari, & Archiepiscopo Moguntino litteras scripsit. Defuncto Cardinali Carpenli Societatis Patrono, eiusdem patrocinium ipse assumpsit, Laynio Generali dicendo: *Nos erimus vester Protector.*

Ecclesiam S. Laurentij de Caualluzzi anno salutis 1565. Armenis ad Vrbem propterantibus concessit; quæ Ecclesiam Pium huius nominis V. vt Hebraeis Romæ domicilium munitet, funditus deleuit: Domum Piam pro puellis recipiendis erexit.

Pio inscripsit Tractatum de Concilio Reginaldi Poli Cardinalis, Paulus Manutius: eidem Marianus Victorius Reatinus dedicauit S. Hieronymi Opera omnia cum notis: & in Epistola nuncupatoria hæc habet. *Fluit autem necessitas, nempe restituendi sanctos Patres, optime Sanctitas Tua Pie IV. prospexit, Romam Paulum Manutium Aldi filium aduocando, ut sua doctrina, & sedulitate Sanctorum Patrum libros correctos excuderet, ac peruulgaret; magnoq. cum iudicio ad hanc rem præter alios ornatisimos Proceres, M. Antony Amulij amplissimi Cardinalis, adsumxit. Ita enim is ad hoc opus sustentandum, promouendumque intentus, & assiduus est, ut desiderari in eo non possit amplius.*

Pius ante Pontificatum litteras scripsit Cosmo Duci Florentino, quæ sunt in lucem editæ in tomo primo Litterarum Principum: Orationem Romæ coram frequentissimo Cardinalium, conlesu de Decretis Concilij Tridentini, morumque reformatione confirmandis habuit; quæ Romæ anno 1564. in lucem edita est. Constitutiones insuper Ecclesiasticas varias, & litteras Apostolicas scripsit, quæ leguntur in Bullarijs, & Collectionibus Constitutionum. Diploma, seu Bulla de Confirmatione Concilij Tridentini prodijt cum Canonibus, & Decretis Concilij, Coloniae, Leodij, Venetijs, & Romæ. Extant apud Vghellium tomo vij. Italiae sacrae, Pij litteræ ad Isabellam sororem P. Claudij Aquauia Societatis Iesu Propositi generalis, Abbatissam monasterij S. Benedicti Cisterciensis ordinis Cupertanensis diocesis. Edidit Diplomata plura: de Rosario videlicet B. Virginis: de Confraternitate B. Mariae Pietatis de Vrbe: de Lauretana Aede: & pro Ordine Conceptionis. Catanensis Episcopo litteras dedit, quibus hortabatur, vt ea, quæ in Concilio Trid. sanctissimè fuerant sancita, executioni darentur: institueretur scilicet Clericorum Seminarium, & Clericorum virtutibus, ac litteris præditorum diocesis Catanensis, qui ad obeunda Ecclesiastica munera idonei viderentur, indicem transmitteret.

Eidem litteras dedere Iulius Perufcus: Ambrosius Spinula Orator reipublicæ Genuensis Orationem ad Pium Romæ habuit: Alexander Leonardi instante Petro Antonio Alciato Orationem edidit Patavij anno 1565. Latine, & Italicè de Pij IV. laudibus ad Carolu Cardinalem Borromæum. Ioannes Barbo à Burdesia Galus, Francisci II. Galliarum Regis nomine Orationem, quam habuit ad Pium, in lucem emisit: & Pomponius Cotta Mediolanensis, Collegij Mediolanensium Iuriconsultorum nomine coram Pio Orationem recitauit, atque in lucem edidit anno 1560. Est quoque in lucem edita Oratio Oratoris Sabaudi ad Pium Pontificem.

Meminere insuper eiusdem Marcus Antonius Murerus, Petrus Alberetius, ac Thomas Rinus, seu Rius, & Achilles Stadius in Orationibus, quas publicè Romæ dixerunt, cum primi Antonij Borbonij Nauarrorum Regis, tertius Ignatij de Mendocæ Regis Catholici Legati; postremus Laurètij Pieret de Tauera, Sebastiani I. Portugallie Regis nomine Pium Romanu Pontificem venerati sūt Eundè celebravit Ioannes Perpinianus Hispanus, Soc. Iesu in Oratione, quæ ipsemet habuit; cum Pius Collegiu Romanu inuileret.

Pio IV. suum de Auctoritate sacrorum Conciliorum inscripsit librum Thomas Campegus Bononiensis Episcopus Feltrensis. In Pij mortem hæc edidit Carmina Franciscus Panigarola.

*Visaceret fortuna PIV M omni parte beatum,
Vita, aut, huic dulcis, mors quoque dulcis erit.*

Post obitum sepulchrum habuit in Vaticano iuxta Sacellum Innocentij VIII. inde ad S. Mariae de Angelis in Thermis Ecclesiam anno 1583. die 4. Ianuarij translatus est: sepulchri delineationem hic propono.

Victoria Tolsia Pauli IV. neptis propria domum Collegio Romano suadente Pio IV. concecit. Sexcentos in singulos annos Collegio assignat. Amor in Soc. Iesu Seminarij Romani curam Patribus S. I. demandat Ecclesiam S. Laurentij Armenis assignat. Pio Reginaldi Poli librum de Concilio Manutius inscribit. Eidem Marianus Victorius S. Hieronymi opera.

Pij scripta

Qui litteras Pio dedere. Alexander Leonardi Oratione de laudibus Pij habuit

Carmina in Pij mortem. Post obitu sepultus in Vaticano, inde ad Templum S. Mariae Angelorum translatus



D. O. M.
PIVS. III. PONT. MAX
MEDICES. MEDIOLANENSIS.
SEDIT. ANN. V. MENS. XI. DIE S. XV.
VIXIT. ANN. LXVI. MENS. IX.
OBIIT. V. IDVS. DECEMB. MDLXV.
IOANNES ANTONIVS SORBELLONVS.
EPISCOVVS PRAENESTINVS.
CONSOBRINO.
CAROLVS BORROMEVS. S. PRAXEDIS
MEDIOLANENSIS.
M. SITICVS. DE. ALTAEMPS. GERMANVS.
CONSTANTIEN. S. MARIAE TRANSTIB.
TIT. PRESBB.
AVNCVLO.
S. R. E. CARDD. POSVERE.

Statuta Pij
Mores Pij

Statura fuit Pius iusta fronte lata, oculis cœruleis, aspectu obliquo, naso eminenti, & rubido, barba mediocri, habitudine corporis pinguiore, prospera valetudine, manibus, pedibusq. articularimorbo debilitatis. In risum magis, quam in tantum Magistatus gradus expolceret, aliquanto pronus. Morum ei diuersa iuxta diuersa tempora egregius vita, fama, fuit, quoad priuatus, vel in Magistratibus sub Pontificibus vixit. Pontifex renunciatus, dum Tridentinū Concilium vigit, multa optimi, preclariq. Pontificis documenta dedit: Concilio abfoluto, suo ingenio liberè vtens, in multa, quæ non ita ab omnibus probabantur, prorupit. Inerat ei docilitas maxima ad omnes, tum pacis, tum belli artes; litterarum scientia, ac negotiorum magna experientia, mira animi patientia, atque in laboribus perseverantia, eloquentia non mediocri, memoria singularis, qui veterum Iureconsultorum, Poëtarum, & Historicorū accuratè de improviso integras paginas memoriter recitaret. Pij Pontificis mores initio Pontificatus descripsit, Aurelius Porcelaga his litteris ad Vincenium Gonzagam datis.

In maximas curas me coniecisti litteris tuis die decima quinta Octobris datis, quibus petebas, ut omnino certior te facerem, quo loco res essent huius Aule, & quo animi sensu in ea commorarer. Sanè hæc duo tantum capita, si vellem ire per singula, non epistolam, sed ingens volumen implerent: ego vero in hoc temporis articulo, quo scribo, maximis occupationibus distineor, ac innumeris negocijs, ut ita dicam, diuor. Sed tamen, ut tibi morem geram, res leniter perstringam, ut inde plura conicias, & admirabili iudicij præstantia intelligas velut ex ungue Leonem. Status huius Urbis, in qua sumus, omnium sapientium sententia, ne dum mea spe, ac re ipsa florentissimus est, ac pulcherrimus, cuius res laus tribuenda post Deum est virtuti, & clementiæ Pij IV. reuera ingenio, & moribus pijs: qui pæque opportuni, & pro tempore iustitiam, pietatem, & misericordiam severitate temperat, ac permiscet, ut est optimi Principis. Optime enim nosti, & a te, cum simul Patavij studijs operam daremus, dictum sepius rationem bene regendi bonorum præmijs, ac malorum poenis constare. A prima eius Pontificatus usque ad hanc labentem diem pollicitus est, ac rebus ipsis semper præstitit, ut nempe religio, pax, iustitia, virtus, & annona maximè florent. Deus, qui liberalissimè pijs desiderijs adest, ita cumulatè eius vota implent, ut indicium ferri nequeat, quamquam ex ijs hoc tempore primas teneas. Ego hæc cursim attingam, tu autem reliqua ingenio tuo ex ijs magis, quæ prætereo, quam quæ afferro, coniectabis. Vilius hic quæ tritici, & vini, quæ aliarum rerum ad vitam agendam spectantium uberrimus est, adeo ut tam exteri, quam ciues, & omne hominum genus presentium rerum statu valde lætentur. Virtutes cultas, & ingenio præstantes liberaliter foveantur, & summo opere exultant, quod videant suū Patronum, & vindicem in tam sublimi, & augusto loco mortalius præsidere, ex quo auctoritas valet, sapientia sciat, & bonitate velis eis studere, exornare, & extollere. Contra verò improbi, & nefarii timore percussis ne hiscere quidem audent, & vel sponte ad bonam frugem redeunt, vel seuera pietate multantur, aut solū veritatis, sibi ipsis exilium indicentes. Quam alta pace, quæ publice, quæ privatim fruamur, quam incundū oculum, ac tranquillitas floreat, iam perspicue omnibus ubique gentium agentibus patet, ut superuacaneam sit explicari. Quo tandem studio, atque animi cōtentione Pontifex operam adhibeat ad bene institutas res sacrosancti Concilij, neque ego verbis assequi, neq. tu facile unquam crederes: hic totus est eius scopus; ad hoc omnia eius consilia spectant; in id perditus, ac pernox excubat; ut omni ex parte hoc sanctissimum opus bene instituat, feliciter progrediatur, & optimè absoluat ad Dei gloriam, amplificationem Apostolicæ sedis, ac totius orbis Christiani commodum: in eam rem omnibus in locis Deo dicatis publicæ preces peraguntur. Hoc Pontifice maximus Romam numerus Principum, & Procerum, quam unquam antea confluit; plurima negocia conficiuntur, vel in Purpuratorum Senatu, vel in utroque Iustitiæ, & Gratia amplissimo Tribunali; vel in varijs conuentibus. Admissiones, quæ ad Pontificem, quæ ad Nepotes adeo sunt faciles, adeo benigne, ut tu facilius animo conyeres, quam ego verbis exprimere queam. Me quoque diebus proximè ex altis clementissimè audiuit, dum coram eo oratiunculam Latinam haberem presentibus Camerario, & Ferrariensi Purpuratis; & adeo humaniter respondit, ut ego non minori admiratione, quam voluptate fuerim perfusus. Posses planè hoc loco afferre innumera eius præclara facinora, quæ ipsi immortalem laudem, maximam omnibus voluptatem parant; ut sunt magnificæ, & per amplè substructiones Templorum, Palatiorum, Viarum, & Aquarum è longinquo derivationes sumptuosæ, ut his molitionibus summum decus, ac fere animam huic alic, & in cheta Urbis addiderit. Verum tamen temporis angustijs hæc prætermittere cogor; & quia non est mei instituti laudare Pontificem, nisi quando ex ipsis rebus occasio nascitur, & veluti in calamum incidit; non enim me lætet, ad laudandum tantum Pontificem opus esse ornatissimæ oratione; cui me longe imparè agnosco. Hactenus inculcè alteri tuæ petitioni respondi mihi videor, modò alteram aggredior. Ego valeo, & quidem disunctus, cū à Medicis deploratus, ac penè depositus essem, & uti mortuo lacrymis à meis parentatum.

A foret; sed Deo perennes gratiæ habendæ sunt. In eam spem veni, fructurum in posterum tanto firmiori valetudine, ac proinde mihi magis consulturum. Hic autem adsum Pontificis à cubiculo summa animi mei voluptate. Proditum est litteris, Platonem Dignitatis acere solitum, ac plurimum debere factum esse de tribus præsertim rebus; quod Vir non bellua, quod Græcus, non barbarus, & demum quod tempore Socratis natus esset. Ego autem diuinæ beneficentiæ maximis nominibus sum obstrictus, quod in Christi cultu, ac tempore Pij IV. me nasci, & vitam agere concesserit, in cuius clientelam, & obsequia receptus fuerim, quod Regni libertissimè præfero. Pontifex est ingenij humanissimi, nobis omnibus arridet, ac plurimis muneribus proficitur. Nulla mihi se occasio obtulit periculum in aliqua re faciendâ, sed pro certo mihi persuadere, data occasione facillimè à me exorandum pro sua munificentia, & comitate. Eadem præstant pijs propinquis, qui reuerentia, & singulis, & omnes simulacrum sunt, & ipsa imago humanitatis, & clementiæ. Sed quæ mea felicitas est, sunt hic tot Domini mei veteres culti à me olim summis obsequijs in celeberrimo Lyceo Patavino, portu scilicet octy, ac tranquillitatis; sed præ alijs, veluti Sol inter Sidera, Cardinalis Gonzaga germanus tuus, qui quidè modo splendore generis, morum, virtutis, atque integritatis non minori ornamento est Purpuratorum Senatu, quam fueris nostra tempestate illi clarissimo Gymnasio. Unde autem mutuabor verba ac sententias, ut laudibus pro dignitate exornem tam sapientem, tam præstantè Antistitem Sfortianum Apostolicæ Camere, ut aium, Clericum, & Parmensem Episcopum designatum, eiusq. fratrem Cardinalem Camerarium, cuius gratia, & rogatu inter Pontifici familiares adnumeror, & cuius beneuolam in me voluntatem ihservans antefero? Hic Heros, & Patronus meus singularis sacro magis silentio, quam verbis colendus, ac suspiciendus est: in humilitate, ac breuitate dicendi detractum illi videatur. Sed forte fatius erit iam nunc à descriptione desistere, ne dum tibi morem gerere studeo, radio te afficiam: in posterum verò ut hanc meam loquacitatem cōpensem, Spartana breuitatem polliceor, licet me in contraria abire dicturus fueris. Magno te studio colo, oroq. ut tuam mihi gratiam confirmes, & me frequenter sis memor; ita enim aliorum obliuionem, & offensam nihil faciâ. Rome 25. Octob. 1561

Sedente Pio in Petri Cathedra scriptum ab aliquibus reperitur, anno salutis 1560. Regem Fessanum in Mauritania cum magna hominum multitudine, octoginta millia, quidam dicunt, abiecto Mahometismo conuersum esse ad Christianam religionem, & baptizatum Kalendis Iulij. Verum cum tanta res, nec adeo longinqua idoneos non habeat assertores eam in medio relinquitur. Sub Pio mortem subiere Gustauus Suecæ Rex, qui deserta religione Catholica, susceptum Lutheranismum vsq. ad obitum retinuit, quæ ei anno 1560. iij. Kalendas Octobris obtigit, ætatis eius nono septuagesimo; occupationis regni trigesimo octauo. Genus item diem obiit eodem anno, ætatis nonagesimo tertio, vij. Kalendas Decembris Andreas Auria, seu Doria, fortissimus ille, ac plerunq. fortunatissimus Dux. Post nonnullos annos, anno scilicet 1564. Ferdinandi Cælaris obitus contigit. E castris verò hæreticorum obierunt Ioannes Caluinus, qui tantum malorum in patriam, & in Ecclesiam Catholicam intulit, ut meritò cunabula eius detestari, atque odisse omnes debeant. Eundem præcessere, vel fecerit sunt euidenter alij: Ioannes scilicet à Lasko Polonus, insignis Sacramentarius, & magna Poloniæ pestis, Philippus Melancthon, Auctor Confessionis Augustanæ, princeps mollium Lutheranorum, & Adiaphoristarum. Petrus Martyr Vermilius Sacramentarius. Vuolfangus Musculus Lotharingus ex monacho, & Presbytero factus apostata. Sebastianus Castalio Allobrox, qui ex puriori linguarum cognitione Bibliorum interpretationem insolenti temeritate molitus est. Conradus Gesnerus Tigurinus, Medicus, & Polyhistor, multis ingenij sui monumentis clarus; & P. Paulus Vergerius olim Episc. Iustinopolitanus, postea apostata.

Doctrina, scriptis, ac fide Catholica illustres obierunt sub Pio, Ioannes Brodzus Cæsaroduno primaria Turonum vrbe, familia honesta natus, qui in Italia Sadoleti, Bembi, Egnatij, Manutij per familiaris ad puriores litteras, Philosophiæ, Mathematicarum artium, ac sacræ linguæ cognitionem adiecerat. Arnoldus Ferronus Senator Burdegalenis, qui patrias, leges doctissimis scriptis illustravit, & Historiam Gallicam profectus est. Federicus Staphylus, qui cum decem annis Luthero adhæsisset, ad Ecclesiam Catholicam reuersus, & Ferdinando Cæleri factus à consilij, aduersus Lutherum scripsit. Adrianus Turnebus, eruditione, atque omnium litterarum præstantia, & fecundissimi ingenij monumentis clarus. Antonius Goueanus Lusitanus genere, sed vita Gallus, Poëta elegantissimus, summus Philolophus, & præstantissimus Iuris interpres. Nec prætermittendus Michael Angelus Bonarota Florentinus, præstantissimus post præcos Græcos, Picturæ, Statuariæ, & Architecturæ artifex, qui Romæ obiit anno salutis 1564. ætatis nonagesimo, cui defuncto tantum honorem Cosmus Dux Florentiæ habuit; ut eius corpus Roma Florentiâ transterri curauerit, ut in patria sepeliretur. Quod summa pompa peractum deducentibus funus octoginta præstantissimis artificibus ad ædem S. Laurentij, vbi à Benedicto Varchio publicè laudatus, in ea cõditus est.

Rex Fessanus Christianam religionem amplectitur.

Obitus Gustauus Suecæ Regis

Andreas Auziz.

Ferdinandi Cælaris.

Io. Caluini

Ioannis à Lasko. Philippi Melanctho nis. Petri Martij Vermilij, & aliorum hæreticorum

Sub Pio Catholicis obierunt Ioannes Brodzus. Arnoldus Ferronus. Federicus Staphylus

Adrianus Turnebus

Antonius Goueanus. Michael Angelus Bonarota.

¶ Pij

Pij memo-
ria.

¶ Pij diuersarum memoriarum Romæ, tum alibi.

Bononiæ.

PIVS IV. PONT. MAX.

Concilium Tridentinum quod sub Paulo III. & Iulio III.
Inceptum fuerat, perfecit Anno 1564.Romæ in Æde S. Mariæ in Thermis Diocletiani, quam, ut di-
ctum est supra, Pius restaurauit.Quod fuit Idolum nunc Templum est Virginis auctor
Est PIVS ipse Pater, & Dæmones aufugite.

In Ecclesia S. Saluatoris in Lauro.

LIGNVM CRVCIS A PIO IV. PONTIF. MAX.
dono datum Melchiori Michaëli S. Marci Procuratori, &
Equiti, ab eodem Pontifice dilecto, cum secum initio sui Põ-
tificatus pro Reipub. Orator Romam congratulatum adif-
set. Quod quidem lignum Crucis idem Melchior, cum magis
conueniat, loco seruari sacro, hic reponi voluit, vbi tumu-
lum ossibus præparauit 1570.

In Æde S. Antonij in Esquilino in fronte Hospitalis.

PIVS IV. MEDIOLANENSIS P. O. M.
Huius Hospitalis instaurator.

In Vaticano Palatio in primo fornice.

PIVS IV. MEDICES PONT. MAX. MEDIOLANENSIS.

In secundo fornice ad Pontificis Pij IV. insignia.

PACIS AVCTOR ET CVSTOS
Parata securitate rerum omnium copiam, & vbertatem
introduxit.

In tertio fornice ad eiusdem insignia.

IVSTITIAM COLVIT, CAVSARVM EXPLICATIONE
Reuocata, iudicij ex æquo, & bono constitutis.

In quarto fornice.

EGENTES HOMINES MOLESTA,
Et fallaci mendicitate sublata, certis locis distributos alit.

In quinto fornice.

PORTAM, ET VIAM
PIVS publicè commoditati aperuit, & muniuit.

In sexto fornice.

THERMAS DIOCLETIANAS MARIE VIRGINI
Dedicatas magnificentissimo Templo exornari mandauit.

In septimo fornice.

PORTAM, ET VIAM FLAMINIAM REVICIEBAT,
Hadriani Molem noua munitione cingebat.

In octauo fornice.

ANCONAM, HOSTIAM, CENTVMCELLAS
Moenibus, Portibus, Arcibus muniēbat.

In nono fornice.

VIAM AVRELIAM
Penè in viam restituēbat, Aquam Saloniam deducebat.

In decimo fornice.

VIRTVTEM, ET LIBERALIA STVDIA HONESTABAT,
Imprimendi Artem in Urbem inducebat.

In vndecimo fornice.

CONCILIO TRIDENTI INDICTO
Principes ad rem adiuuandam cohortatus, omnibus euocatis.
In duodecimo fornice.CHRISTIANÆ RELIGIONIS DISCIPLINAM
Multis locis perturbatam omni ope, & contentione corrigen-
dam, restituendamque curabat.

In decimotertio fornice.

IN HIS ACTIONIBVS,
Et cogitationibus ambulationem hanc magnificentius ex-
structum ornauit, Anno Pontificat. Quarto.¶ Subsequuntur deinde alie eiusdem Pontificis memorie.
AVENIONEM, ET REGIONEM VNIVERSAM
Præsenti periculo, & calamitate liberauit.GALLIAM DISSIDIO RELIGIONIS
Exorto à domesticis hostibus vexatam opibus, copijs,
pecunijs adiuuit Anno Quarto.IVSTITIAM RESTITVEBAT, MORES EMENDABAT,
Sacerdotes ad veteris formam instituti reuocabat.

A

RAVENNAM VRBEM

Ciuium numero, & virtute instructam, firmissimis
etiam propugnaculis muniēbat.GENERALE CONCILIVM ANTE XXVI. ANNOS
Inchoatum, summo omnium consensu feliciter absoluit,
comprobauitque.In Hortis Palatinis, qui vulgo *Belvedere*.PIVS IV. MEDICES MEDIOLANEN. PONT. MAX.
Quo commodiores, honestioresq. Sibi, Successoribus Hor-
tos Vaticanos redderet, & complures Aulas, Cubicula, &
Scalas circum, supra hemicyclum, pleraque à fundamentis
extruxit; quedam in veterem formam restituit, atq. exornauit
salutis Anno 1562. Pontificat. sui Anno III.
Kalendis Ianuarij absoluit.

B

In Lymphæo Palatino.

PIVS III. PONT. MAX.
Lymphæum hoc condidit, antiquisque Statuis ornauit.

Ibidem.

PIVS III. PONTIF. MAX.

In nemore Palatij Vaticanæ Porticum absidatum cum Co-
lumnis Numidicis, Fontibus Lymphæo imminente è regio-
ne arcis extruxit, Anno 1561.

Ibidem.

PIVS IV. MEDICES MEDIOLANENSIS PONT. MAX.
Hanc in nemore Palatij Apostolici Aream, Porticum, Fon-
tem, Edificiumque construxit, vsuiq. Suo, & Succedentium
sibi Pontificum dedicauit Anno Sal. 1561.

C

Viam, & Portam, quæ prisca temporibus *Nomentana* diceba-
tur, à Pio in ampliorem restitutam formam, *Piam* ipse appellari
voluit; hac in marmore sculpta memoria.

PIVS III. PONT. MAX.

PORTAM PIAM
SVBLATA NOMENTANA EXTRVXIT
VIAM PIAM

ÆQVATA ALTA SEMITA DVXIT.

Ad Portam Iuliam, aliàs *Angelicam* quam restaurauit duoruq.
Angelorum imaginibus venustauit.

PIVS III. PONT. MAX.

ANGELIS SVIS MANDAVIT DE TE,
VT CVSTODIANT TE IN OMNIBVS VIIS SVIS
QVI VVLT REMPVB. SALVAM NOS SEQVATVR.

D

Eandem quoque Portam, ac Viam in sui primi nominis, ante
Pontificatum memoriam iuxta antiquam Cassiam aperuit, ac du-
xit, ut ibi hæc adiecta marmorea inscriptio refert.PIVS. IV. MEDICES. PONT. MAX. VIAM. ANGELICAM
TRIBVS. MILLIBVS. PASSVVM. AD. CASSIAM. DVXIT
ANN. SALVTIS. MDLXII.

Ex altera verò parte.

PIVS. IV. MEDICES. P. M. PORTAM. ANGELICAM
IVXTA. CASSIAM. APERVIT.
ANN. SAL. MDLXIII.

E

Eodem etiam anno nobili structura, varijsque exornatam mar-
moribus Portam alteram, quæ ad *Populum* dicitur Pius illustri-
orem reddidit, Flaminiamque Viam strauit, ut ex inscriptione, quæ
in ea adhuc visitur edocemur.

PIVS. III. PONT. MAX.

PORTAM. IN .HANC. AMPLITVDINEM. EXTVLIT
VIAM. FLAMINIAM. STRAVIT. ANNO. III.

Ad Portam Velitum.

PIVS III. PONT. MAX.

VTILITATI PVBLICE ET COMODITATI EQVITVM
CVSTODIÆ PONT. ANNO SAL. MDLV.Prope Hadriani Molem aliam aperuit Portam, quam vulgares
appellant *di Castello*; hac insculpta memoria.

F

PIVS III. PONT. MAX.

PORTAM. ET. VIAM. A. FVNDAMENTIS. EREXIT
VIAM. LATAM. ET. RECTAM. AD. ANGELICAM. DVXIT
QVI VVLT SALVAM REMP. NOS SEQVATVR.Numismata plura inueniuntur, quæ Pij illustria facinora repre-
sentat: illa tantum hic indicabo. 1. Centumcellarum munitiones
exprimit cum litteris: *Portum Centumcellarum instaurauit, ac
vallo cinxit.* 2. Molis Adriane munitiones: *Instaurata.* 3. Edi-
fium Mediolanense; ut indicant litteræ sequentes: *Instauratio*

Collagij

Collegij I. C. Mediolan. 4. Portam Flaminiam, & lemmate: *Portam in hanc amplitudinem retulit, Viam Flaminiam stravit.* 5. Portam aliam Piam dictam cum litteris: *Porta Pia.* 6. Viam ornata cum lemmate: *Via Pia.* 7. Fontem cum litteris: *Aqua Pia.* 8. Romam cum Pontificis insignibus, ac litteris: *Roma insurgens.* 9. Mulierem cum pueris, ac lemmate: *Mendacis in redactis.* 10. Mulierem cum duobus pueris, ac litteris: *Pietati Pontificis.* 11. Mulierem solam cum litteris: *Securitas P. Romani.* 12. Mulierem aliam stantem, cum lemmate: *Annona Pontificis.* 13. Aliam Mulierem pariter stantem, cum litteris: *Prudentia Pontificis.* 14. Pontificem ipsum bene Populo Romano precantem, cum lemmate: *Indulgentia Pontificis.* 15. Eundem Pium calce prementem Hydræ monstrum, cum litteris: *Pio III. P. M.* 16. Pij effigiem cum litteris: *Pius III. Opt. Max.* 17. Christum è mortuis resurgentem cum insignibus Pontificis, ac litteris: *Exurgat Deus.* 18. Christum Petro clausas porrigentem, cum litteris: *Claves Regni Cælorum.* 19. Virginem Matrem cum Christo, ac lemmate: *Virgo tua gloria partus.* 20. Christum eijecentem è templo ementes, & vendentes, cum litteris: *Domus mea Domus orationis.* 21. Christi Natiuitatem cum litteris: *Hodie in terra camunt Angeli.* 22. Iustitiam, cum litteris: *Dyscite Iustitiam moniti.* 23. Insignia Pij, cum lemmate: *Memoria optima Principis.*


Præter Concilium Tridentinum, auctoritate Caroli Borromæi Presbyteri Cardinalis titulo S. Praxedis, Archiepiscopi Mediolanensis, ac sedis Apostolicæ per vniuersam Italiam de Latere Legati habitum est anno 1565. Concilium Mediolanense primum; ac Verlauense ad corrigendos Ecclesiasticorum mores, tertium.

CREATIONES CARDINALIVM PII PP. IV.

Pius IV. Pont. Max. quatuor Ordinationibus Cardinales quadraginta sex creauit, inter quos, Presbyteros nouem, & viginti, ac Diaconos decem, & septem hoc ordine.

PRIMA CREATIO CARDINALIVM.

Anno à partu Virginis 1560. Pontificatus primo, die Mercurij pridie Kalendas February, Romæ Pius tres renunciauit Cardinales, & sunt.



I. IOANNES Antonius Sorbelloni nobilis Mediolanensis; Sorbellonia enim familia Mediolani prisce nobilitatis luce fulget, viroq; dedit eximios, & militari gloria insignes: Iohannis Petri, & Elisabethæ Raynoldæ filius, anno Domini 1519. natus, ciuili prudentia, & rerum publicarum tractatione Pio Papæ IV. acceptus, eiusdemq; amitinus; Fulginatensis Episcopus primo,

mox Presb. Cardinalis S. Georgij in Velabro deligitur; è quo titulo ad alium S. Mariæ in Thermis, quem ipse Pontifex exererat, gradum fecit; dictus est tamen semper Cardinalis S. Georgij. Post hæc Nouariensem annorum 14. spatio, & Camertem Episcopus ex aliquibus rexit Ecclesiis; ac Perusiam, Umbriaq; legationes magna iustitiæ, & religionis gloria moderatus est. Hunc in serie Cameriniensium Episcoporum non recenset Vghellius, licet alij quamplures id affirmant: quicquid sit; cum illum in omnibus sui Pontificatus negocijs à consilijs adhibuisset Pius, eius opera postremò cum Cardinale Vitellotio Vitellio in fraudibus Apostolicæ Sedi factis iudicandis vsus est. Sub Pio V. S. Petri ad Vincula, deinde S. Clementis, demum S. Angeli in foro Piscium diuersis temporibus titulos obtinuit: à Gregorio XIII. eidem Episcopatus Albanus, Pregnestinus, ac Tusculanus; à Sixto V. Portuensis, demum Ostientis datus est. Cum Nouariam se contulisset, Seminarium instituit. Synodum celebravit, in qua plura decreuit ad Sacramentorum vsum, diuina officia, Clericorum disciplinam: Libellus Synodi, & Decretorum extat; Edidit etiam Monita quædam ad Confessionum sacrarum ministros instituendos: Statuta Canonorum S. Gaudentij confirmauit: litem intulit Fisco Marchionis Nouariæ ad Vespolati iurisdictionem recuperandam, quam postea non est prosecutus. Nihil igitur omisit, quod gregi videretur conducere. Rediit deinde Romam, ibique interfuit pluries Comitijs Pontificijs Pij V. Gregorij XIII. Sixti V. Urbani VII. & Gregorij XIV. sub quo anno primo Pontificatus, salutis 1591. ætatis 72. die Veneris 15. Kalendas Aprilis hora 23. Romæ sacri Collegij Decanus è vita migravit. Corpus eius honorifico tumulo in Ecclesia S. Mariæ ad

A Thermas è regione nobilissimæ memoriæ, quam ipse viuens, simul cum Carolo Borromæo, & Marco Altaempio Pio Papæ IV. posuerat, inscripto in marmore, hæc encomio donatum est.

D. O. M.

IO. ANTONIVS. SORBELLONIVS. MEDIOL. PII. IV. PONT. MAX. AMITINVS. CARD. S. GEORGII EPISC. OSTIEN. SACRI. COLLEGII. DECANVS VIR. CIVILI. PRVDENTIA NATIONVM. NOTITIA. MVLTQ; RERV. VSV. PRÆSTANS PERSONÆ. DIGNITATEM. APVD. SVMPOS. PONTIFICES AVCTORITATE. CONSILIO. PVBLICI. BONI. STUDIO PER. ANNOS. II. ET. XXX. SVMMA. CVM. LAVDE SVSTINUIT. VIXIT. ANNOS. LXXII. OBIT. XV. KAL. APRIL. MDXCI. FABRITIVS. SORBELLONIVS. IO. BAP. F. GABRII. NEP. TESTAMENTO. HÆRES. PATRVO. MAGNO. B. M. FECIT.

B Romæ in regione Parionis palatium construxit, seu potius ampliavit, ornauitque; nostris hinc temporibus Prætores Urbani solent illud incolere; extant etiam hodie aureis characteribus ad ianuas hæ notæ.


IO. ANT. SORBELLONIVS CARD. S. GEORG.

De illo hoc edidit epigramma Vincentius Robardus in quinquennialibus Sixti V.

*Aethero sociate Patri virtutis auitæ
Munere, qua supero fulget amana Polo,
Inchlyte Purpurei Dux SORBELLONE Senatus,
Dum Pater Imperij fulmina Sixtus habet:
Accipe cum tenui iuuenilia Carmina plectro;
Accipe, sunt animi symbola parua mei.
Sic te, quem rutilans exiit ad Aethera virtus,
Et Sacer eximia Religionis honas.
Nam sacra Siderea redsmistis tempora mitra
Præmus honorati scepra tuere soli,
Quamlibet exiguis sis despumata caminis
Transfert in rutilum nostra Camæna Polus.*

II.

IOANNES Medicus Florentinus Cosmum Florentiæ, & Senarum Ducem, & Eleonoram Toletanam parentes habuit, optimæ indolis iuuenis annum septimum supra decimum agens, in parentum gratiam inter Diaconos Cardinales absens cooptatus est. Cardinalitium pileum Florentiæ præsentibus Guidone Ascanio Sfortia. Camerario, & Ludouico Lotharingio de Guisfa S. R. E. Cardinalibus, qui vt Cosmum



viferent, eò venerant, accepit. Præfuit Diaconus Ecclesiæ S. Mariæ in Dominica, & Archiepiscopus Pisana; ac Ecclesiæ illius gubernacula nutu Pontificis Archiepiscopo Ragusino commisit, vel potius commendauit, donec sibi per ætatem eam liceret administrare. Romæ Ioannes aliquando vixit; semper tamen, & vbiq; corporis voluptates, (lethales iuuenum sirenas) magno animo contempsit. Cum verò propter Tyrreni littoris aërem infectum, quo se contulerat, vt cum parentibus Senarum Statum viferet; vel ex potione aquæ in cuiusdam rustici casa apud Campiliam inuentæ, dum ætatum, & sitim expellere tentat, in morbum incidit. Pisas ductus, cum diem è mortali carcere abeundi aduenisse perspiceret, sacrosanctos Principes terræ Petrum, & Paulum, intimis sensibus exorauit, vt perennem in cælo sedem sibi obtinerent à Deo; cum Pontifice absente, quasi præsentem verba faciens, vt se indulgentia, & benedictione donaret, obsecrauit. Magnæ igitur indolis, & spei adolescens paulò post immatura morte Pius obiit anno salutis 1562. ætatis 19. die Veneris, 12. Decembris. Corpus illius Florentiam delatum in sacrario Ecclesiæ S. Laurentij sepultum est. vbi, & ipsius, & Garciae fratris, & Mariæ epitaphium quod sequitur, legitur.

D. O. M.

F *Maria Saluiata Cosmi Medicis Florentia, & Senarum Ducis Mater, &
Iohannes S. R. E. Cardinalis, vnâ cum Garcia fratre,
Ambo misifica indolis adolescentes, & eiusdem Cosmi filij,
Hic ad tempus quiescunt.*

In Cardinalis funere vij. Kalendas Decembris in festo S. Catharinæ eiusdem anni, in eadem D. Laurentij æde celebrato, Petrus Victorius Orator egregius funebrem habuit Panegyrim. Huic Cardinali Iohanni litteras dedit Gregorius Cortesius.

CARO

Cabrera...
Andr. Vi...
borell. in...
adit ad...
aconi...
Perramell...
abery in...
...
Petrus...
...
S. Carol...
...
L. de Ep...
...
ghell. in...
...
Carol. E...
...
sc. Noua...
...
ouaria...
...
beat. Ve...
...
Bapt...
...
Histor...



III.

CAROLVS Borromæus patritius Mediolanensis, Giberti Aronæ Comitit, necnon Margarithæ Pij I V. Pontificis Maximi fororis filius, in arce Aronæ, quam Comites Borromæi ad Lacum maiorem possident, quadraginta à Mediolano leucis Italicis, anno à Christi natiuitate 1538. vi. Nonas Octobris, seu, vt alij volunt, postridie Kalendas Octobris natus est, cuius futuram

sanctitatem splendor supra parietis matris cubiculum effulgens indicauit. Hunc adhuc puellum clericali veste ad eius mores valde accommodata pater indui curauit: alijs quippe eiusdem ætatis sodalibus ludentibus, aut per urbem vagantibus; iste se ab eorum societate subducens, vel Templi religionis causa adibat, vel domi sacris lectionibus, ac orationi vacabat, vel ibidem paruis altaribus erigendis, ornandisque studens; iam tum quid toto vitæ suæ cursu facturus esset, præsignificabat, qui se, & alios Dei viui templum effecit præclaris monitis, & exemplis. Adolescens SS. Gratiani, & Felini Abbatæ Aronensis Sacerdotium consecutus, patrem modestè submonuit, ne sacros hosce redditus in domesticas, & profanas expensas conuerteret. Pater Caroli indole lætatus, eas illi administrandas cessit, quas in pauperes erogabat, solo sibi necessariorum vsu seruato; quod si quid ex ijs pater peteret, mutuo dabat, quod postea suo tempore restitueretur egentibus.

Ticini Liberalibus disciplinis, & iuris, ac legum scientiam operam dans, honestatem quoque ita coluit, vt impudicas etiam mulieres ad labefactandam eius pudicitiam pluries immisissas inuicta constantia fugauerit. Cum ei vltimo ferè studiorum tempore Ioannes Angelus Cardinalis Medices auunculus Abbatiam Romanianam, & Caluentinianum Prioratum contulisset, de Collegio ijs opibus in ea ciuitate construendo, iam tum cogitare cepit; ac loqui. Eò vsque enim litteras amauit, vt ob nimia animi contentione, qua in ipsas incumberebat, in grauem, ac periculosam incidere egritudinem, pituita ex capite defluente ad postremos vitæ illius annos, quo tempore ipsa assiduo ieiunio valde imminuta, in prouerbij consuetudinem abiit, vt remedium Caroli diceretur. Interea musici cantus oblectatione eidem à Medicis præscripta sic utebatur, & quamuis ex suaapte natura mire caperetur, citra tamen valetudinis necessitatem vix illam adhiberet; ea que fuit verecundia, vt si quid ad lasciuam tendens carminibus esset admixtum, id omnino præmitteret, vocuque modos, non autem verba tantum exprimeret. Quo etiam tempore disciplinæ sacræ tenax, Aronensis Ecclesiæ monachos à suo instituto procul aberantes, ad meliorem formam, ac frugem reduxit; ipseque Doctoris insignia publice in Academia Ticinensi accepit; quibus à Francisco Alciato donatus est, viro doctrinæ, & pietatè conspicuo. Caroli discipuli gratia, & auctoritate ad Cardinalitij honoris gradum postmodum euecto.

Pius igitur Carolum Romam accitum, Protonotarium primò Apostolicum, vtriusque Signaturæ Referendarium renunciauit, ac Libellis referendis præfecit; deinde etiam post mensem in Senatum Cardinalium allegit. Diaconiam SS. Viti, & Modesti in Macello martyrum primò, mox S. Martini in montibus illi tribuendo. Et quamuis annum tantum vigesimum tertium agenti Mediolanenses detulit infulas, Ecclesiasticæque ditionis eidem mandauit regimem; & eum omnium consiliorum suorum participem, & administrum esse voluit. Hortabantur plurimi Carolum, vt Sacerdotia pinguiora peteret; quibus respondit, se satis diuitem futurum si Deum timeret; & si nosset vti illis, quæ sua sponte, pro eius benignitate Christi Vicarius illi donauerat. Probyterum deinde S. Præxedis, Maiorem Pœnitentiarij, & S. Mariæ Maioris Archiprebyterum, Bononiæ, ac Romandiolæ Legatum, multorum sacrorum Ordinum Patronum, Franciscani videlicet, Carmelitani, Monachorum Camaldulensium, Fratrum Humiliatorum, Canonico-rum Regularium sanctæ Crucis Conimbricensis; ordinis Equitum S. Ioannis Hierosolymitani, & Crucis Christi in Lusitania: Congregationum item plurimarum defensorem, Flandriæ, Lusitaniæ Heluetiorum Catholicorum, Germania que inferioris Protectorem nominauit. Mirâ enim in publica negocia, & res grauissimas gerendas ostenderat propensionem. Ad sustinendum quoque tantæ dignitatis pondus addidit Pius Carolo amplissimas facultates, quibus ille splendore ferè regio vitam instituebat: erat ei familia, seu aula, culta, numerosa, & viris apprime litteratis, ac nobilibus referta; cumque plures viros eruditissimos apud se haberet, quorum plerique magno Ecclesiæ vsui, & ornamento fuce, & Episcopiper multi, Cardinales non pauci prodierunt; ex ijs, & alijs nobilibus composuit Academiâ, cuius exercitationes Noctes appellauit Vaticanas; quoniam publicis plerunque negocijs interdum occupatus, certas eis dabat ipse intempestè noctis horas. Sedis tamen Apo-

A stolice negocia, maxima fide, & singulari diligentia tractabat; Principum legatos audiebat, negociorumque omnium summam ad Pontificem bis in die referebat, neminem vnquam pollicitationibus, & inani spe lætavit. Eduxerant importunè Carolum in Suburbanum viri principes, qui, & mulierculam in comitatu clam habebant, quæ forma excellenti in Principum dedecus abuteretur. Hæc enim ineptis, ac profanis hominibus expeditissima ratio visa est. Caroli ab ea tristi, vt ipsi quidem interpretabantur, seueritate euocandi. Solus, dilapsis de industria comitibus in cubiculo cum sub noctem relictus esset, affuit occultis submissa scalis, veluti ex Inferni machina procax mulier; iamque blanditias audebat. Sed Carolus, quem improuisa res paululum defixerat, suos illico austeriori voce inclamat, ac pestem illam irarum plenus abigit, abominatusque, relictum; quod periculo, ac fraudi senierat opportunum, inferni equos iubet, in urbem reuertenti se velle. Abijt profunda iam nocte, nullisque precibus de sententia potuit dimoueri, quasi maiores nusquam tenebras offensus, quam ibi reliquisset.

B Inter hæc Federicus ipse frater in medio honorum cursu præter omnium opinionem immatura morte sublatus est. Ex hoc florentissimi iuuenis, sibi, sanguine propinquissimi interitu factum est, vt ad huius vitæ despicientiam, & quod iam pridem voluebat animo, arctioris instituti propositum, sese apertè conuerteret. Per solutis ergo charissimo fratri Christianæ pietatis officijs, accersito Sacerdote, apud quem peccatorum suorum sarcinam solebat deponere, de insigni morum mutatione cum eo egit; continuoque sacris ordinibus, & Sacerdotio ipso initiari curauit; quo ex eo tempore mutatus est in virum alterum. Singulis diebus sacrificium Deo offerre, cum pijs, & doctis hominibus versari frequentius; aliquot horas singulis diebus, quamuis varijs, & magnis occupationibus distentus, in optimis libris ponere; redditus Ecclesiasticos vltro ab auunculo sibi oblatos modestè reculari; magnas opes cepit ipse habere suspectas, quippe quæ si attrectentur, veluti spinæ confodiunt, & exulcerant animam. Dum autem maiori gratia, & auctoritate apud auunculum Pontificem valeret, nihil maiore studio, aut diligentia contendeat, quam vt ad sacrosancti Concilij Tridentini Decreta Ecclesiasticorum vita institueretur. Nam confirmato à Pio Tridentino Concilio, monuit diligendos esse, qui controuersias tollerent, institutaque est Congregatio Cardinalium Tridentini Concilij interpretum; & viuente auunculo Pontifice magnis precibus ab eo impetrauit, vt sibi liceret Mediolanum ad Prouincialem Synodum celebrandam accedere. Concessit tandem Pontifex, quod instanter petebat; at, vt honorificentius illi contingeret iter illud Legati à Latere in tota Italia dignitatè ei contulit. Roma Mediolanum versus discessit, vbi conuocatis prouinciarum Episcopis, mira celeritate, & Ecclesiasticorum vtilitate Concilium habuit. Quo perfecto, litteris illum Pius iussit proficisci Tridentinum tum ob alia; tum ad Ioannem Maximilianum Cæsaris forem, quæ Francisco Cosmi Florentiæ, Senarumque Ducis filijs, roremque eiusdem Barbaram, quæ Alphonso Ferrariæ Duci desponsæ erant, excipiendas. Dum autem Ioannem Florentiam deduceret Carolus, de extremo Pontificis morbo tristitem nuntium accepit: quare relictis omnibus, citatis equis magna cum celeritate ad auunculum Pontificem redijt. Quem cum morti proximum aspexisset, vultu sereno, Pater sanctissime, inquit, nunc de patria illa cœlesti cogitandum est: in Christo Crucis affixo spes nostræ collocandæ: hic vita nostra: hic resurrectio nostra: hic intercessor, hic, vt hostia pro peccatis nostris Deo oblata. Hic neminem reliquit in se credentem; illum verum Deum confitentem, & in se suas spes collocantem: dolore peccatorum commissorum, & vera pœnitentia delectatur Dominus benignus, patiens, misericors, & clemens. Adhibuit deinde, & ipse diuina omnia salutis instrumenta; qua in re, & accommodatam summam Pœnitentiarij muneri functionem, & egregiam in auunculo, supremumque parentem, ac dominum pietatem exhibuit.

C Demortuo Pontifice, cum Conclauè ad successoris electionem intraret, Francisco Crasso Cardinali sciscitanti, quæ crearent Pontificem; quem Deus elegerit, inquit, nihilque præterea aliud addidit. Et reuera postpositis quibuscunque humanis rationibus, ac domesticis vtilitatibus, in id omnem curam, operamque contulit, vt Pontifex Ecclesiæ daretur, qui vitæ sanctitate, doctrinæ, atque prudentia ei præesse, ac prodesse posset. Cumque talem inter alios esse Michaellem Ghislerium ex ordine Dominicanorum, Alexandrinum, vulgo nuncupatum sciret, nulla habita ratione quid in Carrarâ causa aduersus Pij IV. memoriam fortasse facere posset, qui à Paulo IV. Carras Cardinalis factus esset; in eius creatione omni consensu incubuit, atque in eandem sententiam alios Pij IV. Cardinales traxit: atque ita quod volebat, Dei in primis benignitate consecutus est, vt Cardinalis Alexandrinus Pontifex renunciatur, qui Pius V. appellari voluit.

D Post Pij electionem nihil antiquius habuit, quam vt dilectam Ecclesiam suam pro veteri desiderio, & Tridentini Concilij mentem repetere posset: concessit Pius Carolo ab Vrbe discessum ea tamen conditione, vt proximo autumno in aliam Urbem reuertetur, Mediolanum peruenit Carolus nonis Aprilis, anni 1566. & ad ea perficienda, quæ in prouinciæ suæ Concilio, superiore anno

E **F**

statuta fuerant, Ecclesiamque omnibus suis partibus recte componendam animum cepit intendere. Vespere in Archiepiscopali palatio de necessarijs ad salutem luculentos tractatus haberi curauit, fierique preces publicas musicæ suauitate conditas, quibus omnis conditionis homines aderant, & sensibus capti à prauis delectationibus, aut studijs reuocabantur. Instituit quoq. Sodalitatem è primoribus ciuitatis, qui se sanctis operibus misericordiae in primis, à qua, & nomen tulit, reis nimirum in morte, aut supplicio confortandis, & alia eiusmodi exercent. Non defuerunt tamen Carolo multi, magnique obices; nam è Magistratibus nonnulli pijs eius consilij publicè se opposentes conquerebantur, regium ius à Carolo occupari. Quare cum Synodorum suarum Constitutiones in lucem edere vellet, id minime ferendum, palam assererent, petendamque à Magistratu licentiam, priusquam Apostolicas litteras, aut edicta promulgaret, ijsque vteretur. Nimiam eius feueritatem arguebant alij, nec deerant, qui fieri pleraque affirmarent ad captandum nomen falsæ sanctitatis, occultorum etiam vitiorum suspensionem mouentes. Inter hæc pretiosissimam suppellectilem Romæ, & Mediolani in sacrarum adium ornamenta distribuit: Sacerdotijs item se abdicare instituit, quibus simul bonos, eruditosq. viros, quorum fidei opera diu vltus fuisset, remuneraturus esset. Illorum enim nonnulla ex Monasticis, quæ commendationis ei nomine tributa fuerat, Monachis ipsi liberè dimisit; reliqua familiaribus suis, prout iustum esse iudicauit: tum litteratis, & Cardinalibus item egentibus varias ex fructibus eorundem constitui curauit pensiones; quas verò è varijs Ecclesijs in Italia, Lusitania, Belgio solebat exigere, liberaliter illarum Præsulibus, qui tenues habebant fructus remisit, & quibus è sacris vectigalibus dandas non existimauit, ijs ex patrimonio statuit pensitari stipendia.

Interea graues ei pro defensione iuris Ecclesiastici cum Regijs Ministris fere contouersia; contententibus illis Archiepiscopo minime competere apparitores armatos, seu laicos habere, excepta fidei causa; super quibus dum Pontificis, ac Regis exquiritur, ac expectatur voluntas, nec ille partium consensu sopiri, aut dirimi possunt; & vtraque possessionem sibi vendicat; ecce tibi licitor primarius Ecclesiastici fori cum armis edicto Principis vetitis comprehensus in ergastulum ducitur, ac publicè reuinctus post terga manibus, sublimis tunc tractus ad summum palatij arcum, & ad solum vique repente dimissus, ter repetito quassu acerrimè torquetur, & Mediolano exulare iubetur. Carolus verò immunitatem Ecclesiasticam hoc factò grauitè lædi, ac violari cernens, ac etiam Pontificis auctoritatem ad quem deuolutum esset negotium, ipsos confestim Iudicem, cuius iussu licitor ille apprehensus fuerat; Aduocatum Fiscalem, Notarium, & carceris Custodem anathemate ferijt, eiusque scriptum palam proponi iussit, ac eo ad fores palatij affixo, Senatus Præfidi diem dixit.

Anno 1567. ad eam suæ diœcesis partem, quæ profano imperio trium pagorum Heluetiorum paret, ac pertingit ad montem S. Gothardi, se contulit; ibi singulas Ecclesias visitauit, Presbyteros, & alios incolæ correxit; Clerum vniuersum conuocauit; ipsos optimates admonuit, pièque hortatus est ad Concilij Tridentini Decreta publicè recipienda, & ad Synodi prouincialis Constitutiones seruandas; itaque se gessit, vt vnus mensis spatio totam penè illius Ecclesiæ faciem immutauerit. Non eodem prospero successu à Scalensi Ecclesia, quàm visitare decreuerat, redijt; opposuerant enim Canonici dicentes ab Archiepiscopali se potestate solutos esse: Regi tantum in ea Ecclesia tanquam patrono ius esse. Quare in Archiepiscopum aduentantem cum suæ dignitatis insignibus impetum faciunt, impellunt, eijciunt armatis hominibus, quos conduxerant; deinde in Carolum sententiam solemnè ritu, campanarumque sono adhibito his verbis edunt, litteris maximis in Ecclesiæ pariete, alijsque publicis vrbs locis, & compitis contumeliosè descriptis: *Carolus Borromæus Cardinalis, & Archiepiscopus sacris interdicitus ob Pontificæ dignitatis contemptum.* At Carolus ad coercendam illorum audaciam, Canonicos ab Ecclesiæ corpore abscessos declarauit; illorumque Ecclesiam Ecclesiastico interdicto subiecit: ad Pontificem scripsit, & ad Regem Catholicum, vt aduersariorum studia eluderet: Pontifex Romam Canonicos nonnullos vocauit.

Humiliatos Monachos, quorum Patroni, vt supra diximus, munereungebatur Carolus, optimis legibus astringere quotidie studebat: at illi pristinum, & liberum vitæ genus retinere toto pectore conabantur. Quare cum rapidissimo huius liberæ vitæ torrenti se opponeret diligentia, & auctoritate sua Carolus; illi è contra, quasi ruptis aggeribus exundantes, in eum furere cœperunt, ac nefarium inierunt consilium Cardinalem quacunque ratione de medio tollendi. Hieronymus quidam eiusdem ordinis Sacerdos, cognomento *Farina* se ad tantum scelus alijs in idem coniuratis, & deliberantibus, offert paratum, quadraginta nummos aureos tanti sceleris vilem mercedem, ac sanguinis pretium, tanquam alter Iudas pacificetur. Septimo Kal. Nouembris anni 1569. dimidia circiter hora post noctis initium, orante flexis genibus Carolo in sacello sacrilegus tormenti rotam laxat ab ostio per eius rimam, pillulæque plumbeas plures explodit in Carolum, cuius ictu, ac sonitu perterritis omnibus, qui aderant, & ad Cardinalem festinatò

accurrentibus ipse solus animo, & corpore immotus significauit omnibus, ne quisquã loco abscederet, sed vt sacrum opus vesperinarum precum, quod cœperant, perficerent. Paruerunt omnes, ipsoque postea ab oratione surgente, illæsus vir Dei repertus est, cum pila ne vestimentum quidem traiecisset, sed in linea tantummodo exteriori, ac breui tunica, quam rochetum appellant, impresso vestigio, in terram è panno vestis humi strato cæcidissent: aliæ pillulæ, vel parieti adhæsisserent, vel percussione, aut exustione signa in summa cute reliquissent.

Interea Prorex tanti facinoris accepto nuncio ad ædes Archiepiscopales aduolat, & salutato Carolo, omnem operam suam offert pro vlciscendo hoc scelere; qui gratijs actis ostendit nolle, quod erat in se, in reum illatæ sibi iniuriæ animaduerti, maximè quando Deus illum singulari sua prouidentia à periculo seruasset; optareque potius, vt eiusmodi studium, diligentiamque ad Ecclesiæ ius tuendum conferretur, & ad ea vindicanda, quæ in eam quotidie fiebãt, ea præferret, quæ ad Ecclesiam Scalensem publicè commissa fuerant. Vbi non ipsi priuati, sed personæ auctoritatique Archiepiscopali insignis iniuria facta fuerat, quod nimia dissimulatione ab eo, & à Magistratibus in ea re adhibita aucta esset improborum audacia. Eadem sententia ad Senatum Mediolanensem, qui postridie sequenti officij causa illum cœuenit, Carolus locutus est; quod idem quoque fecere consilium vrbantum, & præcipua Ecclesiarum Collegia. Mox Carolus vnà cum Clero sacros ordines duxit ad agendas Deo gratias pro accepto beneficio, quem frequentissima plebs piè admodum, atque amanter prosecuta est. Tum contulit se ad vicinum Carthusiensium Monasterium, ibique de periculo, ex quo saluus, & incolumis euaserat, ad Pontificem scripsit his verbis. *Quod mihi ante tres dies accidit, Ormanetus exponet Sanctitatis Tuæ: id auribus tuis molestum erit; sed Domini Dei nostri misericordiam etiam indicabit, quæ usus est in me, haud vsitata ratione protegendo; neque id meo, qui nihil eiusmodi sum meritus; sed veloci, officijque mei gratia, vel vt longius, quod mihi opus est, ad penitentiam temporis spatium daret, aut verè alijs de causis, quæ nobis curiosè inuestiganda non sunt. Est igitur hac in re potius vnde letaris, quam molestiam capias: equidem Deo gratias ago, speroque non sine fructu hoc fore honoris, & gloriæ diuine. Sanctos pedes Tuos osculor, sibi omnia bona precor, &c.*

Rescripsit sua manu Pontifex verbis amantissimis, atq. in Cardinalium conuentu ea de re verba fecit, casum deplorauit: ita scilicet euenire, cum ijs, qui potestates, & imperia regunt, odium in Episcopos, aut alienam voluntatem ostendunt; improborum animos in eos, furoremque confirmari; hortatus est denique, vt de tanto viro per miraculum seruato, Deo gratias agant. Tum verò suo nomine Catholico negotium grauisimè commendari iussit, vt ad prouinciam Mediolanensium Rectores pro rei grauitate mandata daret; quod fecit studiosè pius Rex præcipiens ministris suis per litteras, vt temerarios illos, qui sese cum gladijs Carolo opposuerant, diligenter perquiri facerent, supplicioq. affici; præsertim verò de nefario homine, qui facinus execrabile in ipsum Cardinalis caput committere ausi fuerant. Tantum verò abesse, vt Caroli iurisdictioni vellet eximi Scalense Collegium, vt potius ad illud visitandum, resque illius componendas hortaretur, atq. in omnibus Caroli difficultatibus paratum se ad eius defensionem præberet: Placuisse sibi admodum quicquid officij erga illum in eo casu præstiterat. Ijs mandatis animum suum Dux amicissimè adiungens, grauiam illa in primis Ecclesiasticæ iurisdictionis impedimenta, quæ adhuc perseuerabant, sustulit: Scalensis Ecclesiæ Canonici, vbi Carolum regia manu, ac diuina potenter adiutum viderunt, metu, & conscientia tacti supplices anathematis vinculo liberari petierunt, & obtinere, imposta illis salutari, & publica penitentia.

Pius verò V. de tentato in Carolum parricidio piè sollicitus Antonium Scarampum Episcopum Laudensem Mediolanum misit, vt de sicario diligenter inquireret, quamuis Carolus etiam, atque etiam curasset, ac publico scripto testatus esset, nolle se in quemquam omnino legibus agi. Quare Iacobum Augustum Thuanum satis mirari non possum, dum non minore scribendi licentia, quam veritatis indiligentia viro longè sanctissimo crudelitatis infamiam aspergere non dubitauit in rei morte describenda. Episcopus verò ne per Caroli virtutem alterius parricidium esset impunitum, Pontificum edictum promulgauit, quo anathemati subiciebantur omnes quicumque non indicarent; quid de eo factò nosset, indicantibusque impunitas promittebatur, etiam si sceleri consensissent. Auditi sæpe ab Episcopo iudice Humiliati, & in respondendo cępitanes in vincula conijciuntur, habitaque diligentius quæstione facinus confelsi sunt. Sceleris conscij de gradu sacræ sacerdotialis dignitatis solemnè ritu deiecti, & religioso habitu spoliati à seculari potestate damnati sunt. Deinde post aliquos dies iudicans Pontifex Humiliatorum ordinem vix ad sanitatem posse reduci, eum, tanquam ramum inutilem præscidit ab Ecclesiæ trunco, penitusq. extinxit. Eorum bona, & facultates, ac sacerdotia, alijs pijs locis, atque Collegijs vniuit, vt pluribus narrant, qui Pij V. Pontificis, vel Caroli Cardinalis acta ex professo descriperunt.

Mortuo subinde Pio V. Romam Carolus quamuis valetudinis non optimæ esset, ad Comitata se contulit: Gregorius XIII. qui Pio

succesit, eum Romæ manere iussit, ut eius, aliorumque optimorum Præfulum consilio melius res Ecclesiæ ordinari possent. Mansit à Maij mense, usque ad Octobrem in Vrbe; quo tempore, ut totum se Ecclesiæ suæ regendæ daret, omnibus muneribus, officijs, ac dignitatibus renunciauit, quæ præsentiam eius in Vrbe requirebant: cuiusmodi fuere Archipresbyteratus S. Mariæ Maioris, summa Pœnitentiarij præfectura; Regnorum, Prouinciarum, & ordinum Religiosorum patrocinia. Imò, & vectigalibus amplissimis, & pensionibus, Abbatijque de Cornu, Nonantulana, Felina, & Romagna, alijsque Sacerdotijs diuissimis, quorum redditus quinquaginta nullia aureorum excedebant, præter Vritanum Principatum, quem iam ante triennio distraherat, vltro se exonerauit; quorum pretium in Ecclesiis, ac egenos distribuerat, vno ex tot, tantisque Sacerdotijs, Archiepiscopatu retento, paucisque alijs, quæ ad viginti aureorum millia nummorum, & paulò plus ascenderent.

Obtenta deinde facultate, Mediolanum rediens, Lauretanam Aedem visitauit, & nocte integra in sacrosancta illa beatissimæ Virginis ædícula vigilauit, sacrisque meditationibus, ac preceationibus mentem exercuit. Mediolanum reuersus, alias habuit controuersias cum Aluaro Governatore pro iuris Ecclesiastici tuitione; cuiq. illatas Ecclesiæ iniurias dissimulare amplius non valeret Carolus, post multas admonitiones suo nomine per viros graues Governatori priuatim factas, quas ille pro nihilo habuit, eo vsq. ut scriptum ferendæ censuræ sibi præostensum laceraret, ac proijceret; iste tamen Ecclesiæ illatam iniuriam dissimulare amplius non valens, contumacem, ac rebellem ab ipsius Ecclesiæ corpore abscessum declarauit. Aluarius grauisimè offensus Comitem quendam, elegit, qui Aronensem Borromæorum arcem ad Carolum pertinentem Regis nomine occuparet: Carolus autem cum id accepisset, arcis præfecto iussit, ut Comitem reciperet, arcemq. traderet: tum etiam ad Governatorem misit, qui non arcem illam solum, sed omnia sua, familiaq. suæ bona ad Regis nutus esse, ac semper fore nunciaret.

Carolus ita conflictatus in ea, quæ salutaria essent Ecclesiæ suæ pergebat intendere; & cum homines illi molesti essent, tanquam alter David Rex, & Propheta sanctus induebat se cilicio; & Aduentus Domini solemne tēpus colebat quotidiano ieiunio, quam observationem alijs commendabat. Cum nobilem quendam Clericum in foro aliquando offendisset capillo quidem fluxiore, cultuq. contra quam latæ à se leges præscriperant, stare contestim currum, tum præcidi prolixam, intortamque Clerico comam, aliasque coram se afferri honestiores vestes, illumque indui iussit. Romanarum stationum munus Ecclesiæ suæ cum acquisisset, earum usus ne in abulum verteretur, cauit: laudabilem morem muliebris capitis, & vultus operiendi piè renouauit, cum ab Apostolica doctrina, disciplinaq. Ecclesiæ nascentis primùm ille profectus esset. Dum diocæsim peragraret, ac lustraret, Henricum Polonia Regē ad regnum Galliarum capellendum redeuntem è Polonia per Mediolanensem agrum transeuntem Modoëtiæ conuenit, eumq. ad pietatem colendam, & extirpandas è regno suo hæreses pluribus hortatus est. Vbi etiam agens, nobilem mulierem ita furentem, ut à Dæmone possessa, & energumena videretur, cum nec sacræ Eucharistiæ, nec Sacerdotum præsentiam ferre posset, ad corporis, & animi quietem signo Crucis factò reduxit.

Annus interim aderat septuagesimus quintus supra mille, & quingentos, Iubilæi nomine insignis; quo non satis habuit Carolus exemplo proprio Mediolanenses suos, aliosque ad Romanam peregrinationem suscipiendam excitare: fecit id quoque litteris editis, quæ per alias vrbes, & prouincias disseminatæ magnos Christianis omnibus ad limina Apostolorum proficiscendi stimulos adhibuerunt. Mense igitur Decembri suam obiuit peregrinationem Romam versus Carolus: commoda enim loca ab amicis, virisque Principibus inuitatus de industria præteribat, hospitia rustica amabat, ut libentiùs in illis diuinarum rerum contemplationi vacare posset: loca omnia circa viam Romanam religione insignia, egregia pietatis significatione lustrauit. Romæ deinde ita versatus est, ut eius virtutum odore Vrbs omnis sancta completeretur: præteritas peccatorum confessiones amarissimè contritus repetijt: itatas Basilicas pedes vnà cum familia longo ordine procedente, datis summæ pietatis, modestiæque signis adiuit. In via litaniarum sacras, aliasque preceationes continuò recitabat; & si quem obuium habebat Principem virum, nihil amplius præstabat, quàm ut illum aperto capite salutaret. Imò cum septem sanctiores Basilicas pedes aliquando obiret Romæ, obuium sibi Marcum Antonium Columnam, sororemq. suam ex curru profilientes, nec quidem salutare sustinuit, sed precibus intentus, ac dissimulans ire perrexit.

Mense Februarii Roma discedens, Valtallam se contulit, à Cæsare Gonzaga oppidi Principe, Camillaque sorore sua, illius vxore ad consecrandam Ecclesiam, quam ædificauerant, inuitatus, ibi Cæsarem cognatum graui ægritudine ægrotantem maximè iuuit, tantoque fuit illi Dei benignitate, ac salutaribus verbis auxilio; ut is demum felicissimum ex hac vita exitum obtinuerit. Quibus peractis Carolus Mediolanum repetijt; propriæ familiæ nomen, & insignia dimisit, eorumque loco v. terum Præfulum imitatione, ad humanarum rerum despicentiam, cœlestium Patronorum Gerua-

lij, & Protasij martyrum, sanctique Ambrosij inter eos medijs imagines substituit, appositis hæc verbis: *Tales ambio Defensores.* Etenim ea tantum amore prosequeretur, quæ populum salutem, & commodum spectabant. Cum aliquando per floridissimum hortum iret in se suspensus, ac speculabundus, monentibus pulcherrimos esse flores, ac tonsiles siluarum viriditates, altius assurgente animo respondit. *Pastoribus animarum pro omnibus hortis, proq. omnibus villis, commissas illorum fides Ecclesias esse debere.*

Post annum sanctum Romæ celebratum Iubilæo etiam ciuitati Mediolanensi concessio nullum est pietatis opus, quod non tentauerit Carolus, aut ad quod alios non excitari. Vix, & compita peregrinorum à vicis, & vrbeb. vicinis aduentantium, Dei que misericordiam implorantiu clamoribus personabant, qui Mediolanum pedibus etiam nudis veniebant; quamuis viginti, atq. adeo triginta passuum millia quidam abessent, & vnum quodq. agmen in Ecclesia maiore, primò pia concione, optimis admonitionibus referta excipiebantur: quod munus frequenter ipse sæpius in die ad id in Templum veniens obibat. Deinde rebus omnibus procuratis, quæ ad animæ salutem pertinerent, ad vires quoque corporis reficiendas peregrini præsertim pauperes inuitati veniebant: hospitio suscipiebantur in ædibus amplissimis, quas ad mares, fœminasq. separatim recipiendas Carolus constitui curauerat. Mensæ longissimæ ordine multiplici positæ conspiciebantur, hominū millibus interdum quinque, aut sex vno tempore sæpe accumbentibus; quibus ante cibū visitato antiquitus Christianæ charitatis officio, ab itinere fessis pedes lauabantur. Quo munere cum Carolus ipse fungeretur; illudq. cum Canonicis, & domesticis suis frequenter, ad idem faciendum multos quoque ex optimatibus excitauit: Cui assiduo labori illud quoq. asperitatis addidit, ut toto Quadragesimo solemnibus ieiunij tempore, in asseribus nudis cubaret. Auxit quoque Iubilæi celebritatem sacrarum reliquiarum translatio, quando illas tutiori, ac honoratori loco repositi, ac solemnè pompa more maiorum per vrbem Mediolani circumgestauit.

Inter hæc affuit clades à Carolo pluries præuisa sæuæ pestilentiæ per vniuersam ferè Insubriam grassantis, quæ nec Mediolanensi ciuitati pepercit. Cum familiarium nonnulli Carolum hortarentur, ut aliquo secederet, ipse se victimam Deo pro salute ouium, bonus pastor obtulit, & ad extrema quæque paratus, mortemque ipsam, si Deo ita placeret, obeundam: testamentum scripsit, in quo pauperum Xenodochium hæredem ex asse reliquit; legatis tunc quibusdam Ecclesiæ familiaribus, & amicis. Tum cœpit quoad potuit pauperibus subuenire è palatio Archiepiscopali pharmaca, & edulia quotidie mittere; eleemosynas tum foris, tum in vrbe vndique erogare. Et cum eos diuinorum subsidiorum ope in primis destitutos videns, varios Sacerdotes tentasset, si tam miserè desertos iuuare vellent, vnusque tantum se obtulisset, qui confessiones quidem ægrotorum audiret, & sacrosanctam præberet Eucharistiā, sed vngere tamen ritè recularret. Helueticos Sacerdotes accersiu, qui operam suam in tali calamitate, mortis metu posthabito locarent; cum is sit gentis genius, ut pestis contagium non magnopere timeant. Adhibuit etiam ad id religiosos viros laicos, & sacros: ipse quoq. per vicos, & plateas incedebat, omnium saluti consulens, ac omnibus prospiciens. Verum cum hyeme ingrauescente homines seminudi vehementer algerent, memorabilis Christianæ pietatis exemplo Carolus, cum aliud non haberet, vela, tapetes, conopœa, stragula, quibus tecta operiri, mētas sterni, & ostia obtendi solebant, conscindi, & ex ijs indumenta confici iussit, singulisq. tradi. Quin etiam vestimenta sua, solis necessarijs retentis, vendidit, totamque domum suppellectile exhaustit, ut pauperum egestati subueniret. Præterea supplicationes instituit, quibus ipse nudus pes interfuit, funesta veste indutus, & funem collo circumdans, ac diuinā implorans misericordiam, & veluti reus pro charissimis filijs veniam petens, seque pro eorum salute morti deuouens. In Ecclesia principe è suggestu sermonem habuit ad populum; illum ad scelera sua deslenda, & calamitatem salubriter ferendam, vitæq. rationes melius instituendas efficaciter incitando; vouitque totius ciuitatis nomine S. Sebastiano martyri nouam veterè diruta Ecclesiam condere, tum propter similia beneficia ab eo impetrata, tum quod cum matre Mediolanensi natus, Mediolani quoque eruditus esset; non temere speraret, illum se apud Deum deprecatozem habiturum. Viuum ipse infantem defunctæ matris vberè auellere non dubitauit; interque putrescentia, & aërem ipsum lethali tabe inficientia caduera incelsit impavidus. Ceterum ut omni ex parte suo fungeretur officio, cogitans Carolus, multos esse in vrbe, atque in tota diocæsi, qui Confirmationis sacramento muniti non essent; indixit sacri Chrisimatis vnctionem ad certum diem ad quod recipiendum cum multi confluisissent, non est dubium, quin plurimos etiam peste infectos confirmauerit; cum vnus vix vnctus ante pedes suos corruerit exanimis. At vbi resciuit, nonnullos Parochos lue lecto decumbere, eos, ut ante promiserat, piè visitauit, amanterque consolatus est; sanctæ Eucharistiæ cibo refecit, extremam vnctionem ipsis administrauit; rogatusque à Proceribus, ne se in tantum vitæ discrimen conijceret, ne forte si contracto morbo interiret, res ciuitatis, quæ pro periculi magnitudine ipso gubernante bene se habebant, ipso sublato in summā despe-

desperationem adducerentur, constitit aliquantisper ad amantissimas filiorum, filiorumque preces audiendas, quibus ad vnum lachrymantibus respondit, gratias agere se de tali amore, pietateque in Pastorem suum; sed ne agrè ferrent, si munus illud obiret; suum scilicet id esse officium, suaeque partes: in quibus si vitam ipsam amisisset rectè collocatam omnes iudicare deberent. Neque ipsis ideo desperandum, sed diuinæ bonitati confidendum, cui facillimum erat sine ipso ciuitatem seruare, aut alium Pastorem meliorem dare. Atripuit ex hac plaga Carolus occasionem multa emendandi, quæ alias magnam habuissent difficultatem. Ignis deinde leuamentum per hyemem sibi interdixit, abiecta culcitra, paleas e-legit ad cubandum, carnem à mensa sua repulit, ipsamque cœnulam, quæ ieiunij diebus vespere, medicinæ potius, quam alimenti causâ sumitur, reiecit.

Innumera tandem pestilentia vi, ac postmodum omnino sedata, in gratiarum actionem accepti beneficii, supplicationes instituit ad primarias vrbes Ecclesias, quas nudis pedibus obambulans, singillatim visitauit. Mox in festo S. Crucis inuenta, Dominici clauicolum incredibili religione, ac solemnitate celebravit, eumdemque loco suo demissum, publico conuentu, festoque apparatu tulit ad ædem S. Sepulchri nomine appellatam. Vbi euenit non sine magna piorum exultatione, vt cum cœlum timijs imbribus madefaceret humum, ex quo fata omnia putrescerent, sanctissimo pignore in altari deposito, subito serenum redderetur. Deinde sancto-cum nonnullorum sacras Reliquias è subterraneo sacello, in quo iam pridem iacebant, in Ecclesiam maiorem transtulit, & augustiore loco recondidit, vel thecis argenteis inclusit, & celebritatis causa in altari de more veneranda proposuit. Etiam si Caroli virtus publico in patriæ funere, furentes pestilentia, vt vidimus, maxime enituerit; ea tamen qua domesticos suos complexus semper est, haud præmittenda. Nemo erat domi tam abiectus, quem si aduersa occupasset valetudo, Caroli non subleuasset suauissima humanitas. Etenim sæpius inuisere, atque alloquio creare, obuium nimis quid reputans, in culinam eorum causa descendere, diligenter inspicere, & quæ medicus iusserat, accurate; & ne quid per inuriam in ægni fastidium peccaretur gustu explorare. At si cui eius fastigio hæc inferiora, aut etiam indigna videbantur, respondebat, patres nulla pro salute filiorum dedecere officia. Sacros libros non nisi nudo de genu, apertoque vertice diutius inspexit.

Illud etiam curauit exemplo S. Augustini, vt cœnobiticam vitam clericali coniungeret, ac Metropolitana Basilicæ Canonicos ad communis vitæ obseruationem, in qua olim sub Oberto Archiepiscopo vixerant, reduceret; ipso etiam reditus suos, vt alij in commune ararium conferente, & æquali conditione cum ijs veluti cū fratribus vnanimiter in domo Domini viuente, ac seruente. Quod cum ab omnibus obtinere non potuisset, ipse Societatem instituit Clericorum cœnobitico, & monastico ritu, & more, veste tenus viuentium, qui Ecclesiæ Mediolanensi multo magis quam cæteri Clerici mancipatis, sacra munera, quæ pro tempore, vsuque Ecclesiæ oporteret, prompto animo ex ipsius iussu obirent, quos Oblatos S. Ambrosij nominauit, quod Ecclesiæ Ambrosianæ obsequio sese addicerent, atque ad obediendum in omnibus Archiepiscopo specialis voti vinculo se altringerent. Eorum hæc præcipua munera: Ecclesias vrbes lustrare, ac recognoscere, Parochi munus, vbi-cumque necesse esset, ad tempus sustinere; Sanctimonialium cœnobij ad sacra ministeria inseruire; Christianæ doctrinæ rudimenta docere; Collegiorum à Carolo institutorum gubernationi operam dare, atque Archiepiscopalis etiam domus munia obire. Scholas quamplurimas, quibus separatim pueri à puellis in Christianæ doctrinæ rudimentis informarentur, instituit; quas ipse frequentare consueuerat, in quibus sæpe ipse sermones habebat; centum, & viginti scholæ puerorum, centum itidem puellarum diebus festis Mediolani frequentabantur. Seminarium centum, & viginti amplius puerorum instituit, quibus ædes commodas admodum, & honorificas ædificandas curauit; Clericos tamen adultos in alium locum cogendos decreuit, vt gubernandarum animarum artem edicerent, & mediocri Ecclesiasticarum rerum cognitione imbuti in Ecclesiasticis moribus instituti ad regendas Parochias idonei efficerentur. Collegium Papiæ Borromæorum nuncupatum erexit, quod magnificis sumptibus ædificandum curauit, vt in eo è Mediolanensibus, & Papiensibus ciuibus præclara in optimis disciplinis, & in Christiana pietate educarentur. Heluetijs quoque paternæ cura prospexit diligentissimus Pastor, Seminarium itidem Mediolani ad illius nationis vsum erigendo. Pias feminas, quæ Capucinæ nominantur primus Mediolanum introduxit: in Mediolanitione Templum plura erexit: Romæ titulum S. Prædix ad elegantem formam rediguit: Collegium, domumque patribus Societatis Iesu Mediolani instruxit.

Iamdudum animo destinata Carolus, præsertim sæuiente pestis calamitate, vt pretiosissimam Iesu Christi Domini nostri Sindonem, quæ Taurini exhibetur, inuiserit; tandem perfecit; ad quod iter breuiori veste, & baculo sumpto pedes se accinxit cum vniuersa penè familia sua, multisque alijs viuis pietatem profitentibus, qui se illi socios adiunxerunt. Ibant bini sacris summo mane procuratis, nunc taciti, & meditantibus, nunc Hymnos alternatim mo-

A dulantes, aut pronunciantes, vel ex calculatorum corona precationem, Dominicam, & salutationem Angelicam inter se repetentes. Philibertus Emmanuel Sabaudie, & Subalpinorum Dux, cum vniuersa Curia, præeunte Taurini Archiepiscopo, audito tanti Cardinalis aduentu, obuiam cum Principe filio, armatorum militum præmissis cohortibus ad aliquot passuum millia procedens, faustique salutationibus, cum magno tormentorum bellicorum sonitu, aduenientes tanti nominis peregrinos excepit, & summis honoribus toto tempore, quo apud ipsum mansit, affecit. In discessu amplissimus Princeps ad Caroli pedes prouolutus vnà cum Carolo Emmanuele filio, supplex, vt sibi, filijsque benedicere vellet, rogauit, & obrinuit. In reditu arrepta itineris occasione Carolus diuertit ad Varallum montem: tibi animum diuinarum rerum cogitationibus; corpus verò pane, & aqua tantum sustentans, noctem totam ad ædiculam quandam ex ijs, quas mons plurimas habet, vigilas egit. Mediolanum reuersus ad Heluetiorum, & Rhetiorum Ecclesiarum, ac præsertim Vallis Tellinæ, seu Volturenæ res in fide promouendas animum adiunxit. Et cum nemo esset hæcænus, qui in illis regionibus Romanæ sedis auctoritate res Catholicas procuraret, primus ad eas Internuncium Apostolicum decernendi apud summos Pontifices auctor fuit.

B Cum autem Carolus totus pro sua Ecclesia staret, de nouo adductus in inuidiam tum apud Regios ministros, tum apud ipsius ciuitatis Præsides, qui primò litteras, deinde etiam legatos ad Pontificem Romanum miserunt de ludis publicis, saltationibusque prohibitis conquirentes, de peccatorum quorundam absolutione à Carolo nimia seueritate, vt ipsi dicebant referuata; de marium, ac fornicarum in Ecclesia separatione, & alijs similibus, quæ duriora quibusdam visa fuerant. Quare Romam se conferte decreuit, itineris autem consilium prudenter secretò haberi curauit, ne vehementius ad contentiones aduersarij concitarentur: donec oblata mense Augusto Dominici Bollani Episcopi Brixienfis grauiter ægrotantis inuisendi occasione, Brixiam statim aduolauit. Mortientem Episcopum assidua præsentia, officioque, quibus oportebat, pie iuuuit, mortuo in funere, & exequijs in precationibus, & sacrificijs non defuit. Inde Mantuam ob Principis sororis suæ negociæ ex charitatis officio se contulit; tum ad Camaldulensem Eremum accessit, vbi aliquot dies solus orationi, contemplationique diuinæ vacauit. Inde ad sanctissimam Laureti Ædem transtulit, cui appropinquans viginti millia passuum pedibus confecit; hocque iter Deus optimus maximus miraculis illustrauit, Sacerdote, qui ab Epistolis ipsi erat, loco præcipiti à calu seruato. In sacrosancta Virginis ædícula, tota nocte in oratione vigilauit, ac peracto mane Missæ sacrificio, summo pietatis ardore ad populum ibi præsentem verba fecit. Denique Romam accessit, vbi magna subita facta rerum conuersione, maximis honoribus exceptus est, Gregorio ipso XIII. Pontifice ad Pontificium palatij hospitium vltro illum euocante; In quo pro sui in illi amoris, ac beneuolentiæ testimonio non paucos dies detinuit. Seruabat ille Romæ solita discipline suæ domesticæ instituta; cœnaculum in ædibus S. Prædix ad similitudinem cœnobitici parati iussit: mensam ad præscriptum Conciliorum Mediolanensium habuit instructam, in qua lectio factorum librorum adhiberetur. Pij loci colendis, dum ibi fuit, operam edidit, maxime ad Præsepe Domini, in ipsius Saluatoris nocte Natalitia, quam totam ibidem in precando, diuinisque mysterijs contemplandis transegit, donec illucescente die ad Cappellam Pontificiam reuertetur. In perugio item festi S. Sebastiani in eius Basilica, Martyrum cineres, & sepulchra veneratus, similiter in oratione pernoctauit. Ipse rerum suarum Mediolani controuersarum rationem reddidit, ac tandem probatis, Conciliorum actis, quæ inter alia publicis querelis impugnabantur, Mediolanum à summo Pontifice dimissus, repetijt.

E Paulò post iterum ad sacram Sindonem Taurinensem venerandam cum Cardinale Paleotto primò, tum solus profectus est: in reditu ad Varallensem montem diuertit; vbi in febrem incidit, cuius impetum cum triduo sustinuisset, eam patri Francisco Adorno Societatis Iesu Presbytero, magnæ pietatis viro significauit. Mediolanum versus iter arripuit, vbi statim accersitis medicis curandum se illis penitus tradidit: post aliquot dies medici obseruato brachij motu, vires ad interitum declinare cernentes, instare periculum, vite denunciant. Sanctissima Hostia allata, eam linea veste breuiori indutus, ac stola ornatus pro Viatico religiosè accepit, ac postmodum extremam vnctionem. Cumque suis benedixisset, cilicium illi cum sacro cinere imposuerunt ex instituto veteri, quod ille in libro Rituum Ecclesiæ suæ renouari voluerat. Vbi agere animam cœpit, qui lectum circumlabant, de sacris eius exuuijs, quod poterunt, certatim rapuere, ciliciumque ipsum, quo uti solebat in particulis diuisum, plurimis enixè postulantibus est distributum: alia res, libri, vestes, imagines omnibus modis quesitæ; & inter res pretiosissimas habitæ. Obijt die Sabbati, iij. Nonas Nouembris circiter tertiam noctis horam, inter Sabbatum, & Dominicam, anno 1584. ætatis 47. Corpus in Archiepiscopalis palatij sacello expositum fuit, Pontificijs vestitum indumentis, cancellisque munitum: feria verò quarta elatum est corpus, ac funus ductum comitantibus vniuersis vtriusque Cleri, ac piarum Sodalitatum ordini-

bus. Secuti sunt Pontificio habitu ex Episcopis prouinciæ nonnulli, Nicolaus in primis Stondratus Cardinalis, qui pro suo eximio in Carolum amore, Cremona, vbi tunc Episcopum agebat, protinus aduolauit. Affuit quoque prouinciæ Præses, Senatus, Magistratus, ac tanta hominum ex varijs partibus multitudo, vt contineri longissimis viarum spatijs minimè potuerit. Mulieres, honestæq. matronæ funebria iusta in Ecclesia maiore suis sumptibus fieri curarunt, & quasi agmine facto ijs per solutis, septem stas Ecclesias toto itinere supplicantes, effigie Crucifixi prælata cum Carolo insignibus adierunt; quod idem primò quoque cuiuslibet mensis Dominico die postea seruauerunt. Fuit autem tanta erga Carolum statim ab eius obitu fidelium veneratio, vt multa in eius honorem erecta Tempora paucorum annorum spatio viderit Christianus Orbis. Laudationem eidem defuncto panxit Franciscus Panigarola Astensis Episcopus, ex ordine Minorum Concionator eloquentissimus: factis exequijs auctus est potius, quam elanguit populari seruator: adeo vt necesse fuerit sacrum corpus tutiore loco inter ferreas crates collocari. Demum in arca plumbea inclusum in subterraneo sepulchro conditum est ad primos gradus, quibus ad Altare summum ascenditur; prout ipse testamento mandauerat, in ipso Chori aditu, vt ingredientium, & egredientium pedibus tereatur; lapidq. impositus cum epitaphio, quod ipse pariter conscribi iusserat his verbis.

*Carolus Cardinalis Tituli S. Praxedis, Archiep. Mediolani
Frequentioribus Clero, Populoq. ac deuoti femine sexus precibus
Se commendatum cupiens, hoc loco sibi monumentum
Viuens elegit.*

HUMILITAS.

*Vixit Annos XLVI. Mensem 1. Diem 1. præfuit Ecclesia
Mediolanensi annos XXIV. menses II. dies XXVI.
Obijt ij. Nonas Nouembris 1584.*

Huic sepulchrali inscriptioni Petramellarius addit hanc vocem *Humilitas*, maiusculis, ac aureis scriptam litteris, ipsamque diademate coronatam; quippe quæ virtus hæc fuerit ei præ alijs maxime commendata.

Ante annos octo, cum pestilentia Mediolanum inuaderet, supremam suam voluntatem scripserat Carolus: bona omnia, quæ ipse acquisierat, præcipuo pauperum valetudinario vrbis Mediolani legauit, & hæredem dixit. Verùm à maioribus accepta dominia Comiti Francisco Borromæo patruo reliquit; eique patruales suos substituit Comites Renatum, & Federicum; postea Cardinalem. Ecclesiasticam fere omnem suppellectilem magni pretij Ecclesiæ maiori legauit: Scripta ad Conciones pertinentia Io. Franciscus Episcopo Vercellensi; familiaribus annuas pensiones ex auitis ferè bonis persoluendas; religiosi Collegijs, amicisque alijs varia reliquit. Cum singulis annis diœcesanam Synodum celebraret, ac tertio quoque anno Prouinciale Concilium; Ecclesiam suam sanctissimis institutis ordinauit, & auxit. Collegiũ Societatis Iesu, & Domum itidem Professorum Mediolani instituit: Theatinos quoque Clericos innocentissimos, & in omni Ecclesiæ cultu, & decore domus Dei diligentissimos Mediolanum vocauit. Abbatiam Arona auctoritate Gregorij XIII. Pontificis Collegio Societatis Iesu vniendam curauit. Fuisse traditur Carolus statura communi, colore pallido, ac exanguis, nigris cœruleisq. oculis, naso oblongo, barba subrufa, & incôpta, corpore alioqui fatis robusto, sed quod vigilijs, ieiunijs, assiduisque studijs, ac laboribus ante tempus fractum, ac debilitatum est.

Scripsit Carolus multa, quæ referuntur ab Antonio Possuino tam in Bibliotheca, quam in Apparatu sacro: extant Mediolani in Bibliotheca sancti Sepulchri triginta, & vnus tomus Epistolarum eius ad Laicos, Principes, ac Monarchas.

Innumerabiles Synopses, siue tabulas, quibus tractationes de Symbolo fidei; de Decem Præceptis; de Sacramentis; de Oratione Dominica; de Passione Domini; deque singulis sacrosanctis Mysterijs ita in omnes solemnitates, in omnia etiam Euangelia; quæ diebus festis recitantur: in Epistolas D. Pauli confectis; quæ si in vnum librum redigantur, & in locos quosdam à Pastoribus tractandos referantur, magnam profectò utilitatem Episcopi, ac Parochi, omneque Euangelij præcones ex eius industria percipient.

Cum sex Episcoporum Concilia celebrauerit, sex etiam edidit Decretorum volumina. Orationes in eisdem conuocandis habitas.

Tractatus de ratione conferendi Sacramentum Confessionis. Concionem de Iubilæi anno, ac spiritualibus inde fructibus percipiendis.

Pastorum, Concionatorumque Instructiones ad suæ diœcesis vsum editas.

Libros duos Instructionũ fabricæ, & suppellectilis Ecclesiasticæ. Modũ visitandi Basilicæ S. Petri Apostolorũ Principis in Vrbe. De Cura pestilentie Tractatum.

Acta Ecclesiæ Mediolanensis, Federici Cardinalis Borromæi eius nepotis iussu edita anno 1599.

Ipsi verò Lucubrationes suas nuncuparunt, Augustinus Cardinalis Valerius Episcopum suum, Petrus Ioannes Perpiniatus è Societate Iesu librum de Rhetorica: Nicolaus de Bralion Con-

Agregationis Oratorij D. N. Iesu Christi in Gallia Presbyter, Tractatum de Pallio Archiepiscopali.

Litteras Carolo dederunt Petrus Victorius, Iulius Peruscius, Hieronymus Ruscellii, Claudius Tolomei, alijque quamplures.

Sanctissimæ Virgini Mariæ impensa deuotione addictus semper fuit: eam à pueritia ipsa sibi in patronam singularè assumpsit; eiusque perfugio in rebus aduersis semper fidenter dum vixit, vsus est. Officiũ beatissimæ Virginis recognouit, atq. in optimam formam restituit à sede Apostolica approbatam; quod, & quotidie flexis genibus recitabat, addita corona, quam ne ipso quidem itinere omittebat. Omnibus festiuitatum Deiparæ Vigilijs, & insuper singulis Sabbatis in magnæ Dei matris honorem, pane tantum, & aqua ieiunabat: publicum audiens salutationis Angelicæ signum, statim etiam in publica, & cœnosa esset via, genua ponebat in solo: & de equo etiam, si equitaret, desiliebat, vt genuflexo salutationem Angelicam recitaret. Statuit, vt annis singulis feria iij. Dominica Quinquagesimæ solemnissimè supplicatio, cui semper ipse interfuit, ad Templum S. Mariæ Gratiarum perageretur; & vt mense Julio in die Visitationis B. Virginis, in solemnissimè supplicatione, quam ipse comitabatur septem vrbis Mediolanensis Ecclesiæ visitarentur. Festa sanctissimæ Dei genitricis summa deuotione celebrabat. Romæ degens secretò noctis tempore, paucis suis intimis aulicis comitatus Basilicam S. Mariæ Maioris deuotè frequentabat; totamque illam montis partem, quæ à Templo S. Fudentianæ incipit, genibus ascendebat. In ea Basilica, dum eius esset Archipresbyter, non semel concionatus est, atq. ipsius Chorũ restaurari procurauit: cultum etiam diuinum in ea auxit, dum Prebendas, vt vocant beneficiarias in ipsa instituit; & candelabra argentea non exigui valoris eidem donauit; cui propterea Canonici ad grati animi significationem hoc in Sacrario monumentũ posuere.

S. Carolus Borromæus huius Basilicæ Archipresbyter Cardinalis Canonorum Odorem magnificentissimè apsidis circumduxit, instituit Beneficia: ijs octodecim, ac duodecim etiam Clericis, Templi cultum maris sic auxit; suppellectilem sacram plurimis donarijs amplificauit.

In eadem Ecclesia ingentem pecuniæ summam ex rebus, quæ sibi ob fratris obitum obuenerant, venditis retractam aliquando post Missæ sacrificium, in centum pauperum virginum, quas ibi supplicatione præuia congregari iusserat, dotem liberaliter distribuit. Ecclesiã Metropolitanam Mediolanensem, quæ lacris B. Virginis Natalibus dicata est, varijs, iisque insignibus ornamentis decorauit: inter alia autem Altare magnificum in ea extruxit sanctissimæ Dei genitricis sub titulo B. Virginis de Arbore consecratum, in quo pretiosam illam, & ad viuum expressam Diuæ Annunciatæ de Florentia imaginem à Francisco Mediceo magno Hetrurie Duce sibi antea donatam, collocauit. Ibiq. Rosarij beatissimæ Virginis Sodalitatem cum omnibus priuilegijs, indulgentijs, & gratijs quibus quilibet alia dicti Rosarij Sodalitas Romæ, vel alibi gaudet, instituit. Collegium Nobilium Mediolani à se fundatum, vt sub beatissimæ Virginis Mariæ patrocinio illud poneret, Collegium S. Mariæ nuncupauit: omniaque, quæ ipse condidit, Sodalitatem, Confraternitates, & loca pia, sub eiusdem Virginis Mariæ tutela, præsidioq. constituit. Deceuit, vt in cuiuscunq. Ecclesiæ, præsertim Parochialis frõtispirio, superiori scilicet parte ostij maioris extrinsecus pingeretur, aut sculperetur decorè, religiosèq. imago beatiss. Virginis Iesum filium in cõplexu habentis. Præcepit, vt vniuscunq. Virginis Mariæ imaginè domi suæ locis honestis statueret; & vt milites in stationis loco eandem ob oculos propositam haberent; quod, & infirmis, & carcere detentis iniunctum voluit. Mandauit, vt quicumque contumeliosus, aut obscœnis verbis matrem Dei expressè blasphemasset, si Clericus esset, primùm fructibus vnus anni beneficiorum Ecclesiasticorum, quæcunq. habuisset, multaretur: si iterum in eo peccasset, beneficium illò, quod haberet, priuaretur; & si plura obtineret, eo priuaretur, quo Ordinarius priuandum censuisset; si tertio blasphemasset, dignitates, ac beneficia omnia quæcunq. habuisset eo ipso amitteret, ad eaque deinceps retinenda, aut obtinenda inhabilis esset. Si verò Laicus fuisset, primùm, aut etiam secundò pecunia multaretur ex præscripta in Concilio Lateranensi ratione; tertio grauem pœnitentiam publicè ageret eo modo, quo à sacris Canonibus præscriptum est. Clericos sui Seminarij ad quotidianum Officij, Rosarij, & Coronæ B. Virginis pensum adstrictos voluit.

Lapidem primùm Ecclesiæ S. Fidelis iustitiam, posuitq. his caracteribus inscriptionem.

D. O. M.

Carolus Borromæus S. R. E. Presbyter Cardinalis Archiepiscopus Mediolani in hac Diuisi Fidelis Martyris Aede restituenta Lapidem hunc à se ritibus Ecclesiæ benedictum primo posuit ij. Non. Julij MDLXIX.

His licet, alijsque virtutum ornamentis, ac miraculorum gloria toti orbi Christiano Carolus clarus, nonnulli tamen tanto in illum odio accensi sunt, vt præter non paucas molestias, quas viro Dei,

dum

dum viuerent, intulerunt; eius quoq. famam, ac nomen post mortem maledictis proscindere non sint veriti. Inter quos quidam Cœnobitici ordinis homo inuentus est, qui præter alia omnem mouit lapidem, ne tractatus quidam à Ioanne Petro Giussano in Caroli laudem composuit ederet. Insuper Franciscum Panigarolam ad sacri Officij Tribunal detulit, quod in Oratione funebri, quam de illo habuit, sanctum vocasset. Ille obtrectator perfidiae, ac maledicentiae suæ meritas haud multo post pœnas luit, dum quorundam criminum reus factus supplicio vita finiuit. Alius eiusdem institui scriptor nequissimè scripsit, Caroli admiranda, ea ut plurimum ficta, ac mala intentione facta, ut scilicet humanam gloriam aucuparetur, & ad summum Pontificatum aliquando ætatis progressu gradum sibi faceret: imprudentia sua pestilentiae morbum prolongasse; dominandi animo ductum ministros Regis turbasse; ijsq. relictis: nec verè globo tormetario, aut ignea glande percussit; quin illum in murum impegisse, cecidisseq. ad illius pedes, ac deniq. celebrioribus eius actionibus apertè detraxisse, piamq. eius mentem in sequiorem partè detorsisse. Sed Sixtus V. Romanus Pontifex eiusmodi libros omnes è Bibliothecis erui præcepit, purgariq. famosis hinc criminationibus, & recuperari aliqua exemplaria, quæ iam in manus hominum transierant, in ipsumq. auctorem grauius animaduerti, qui paratas sibi pœnas sola morte præuenit.

At qui malos, & impios quosdam tantum habuit inimicos, & obtrectatores, bonos è contra, & pios plures habuit laudatores. Henricus Rex Christianissimus eius nomenclaturæ Tertius, auditò Caroli obitu, palà pronunciauit; *Si omnes Itali Præfules huius sanctimonie essent amulatores, vel Ioannis Baptista Castellij Ariminensis Episcopi, qui apud eundem Regem Nunciij Apostolicis munere fundus erat, se vix alios villos, quam ex ea natione ad Regnorum, ac Dominiorum suorum Ecclesiis esse nominaturum.* Philippus II. Hispaniarum Rex Catholicus Caroli imaginem statim post eius obitum in cubiculo suo religiosè asseruauit cum sacris eius lipsanis in arca crystallina magni pretij inclusis. Gregor. XIII. accepto de Caroli morte nuncio, vicem Ecclesiæ dolens, exclamauit: *Extincta est lucerna in Israël; à quo honorabile sedis Apostolica membrum, vir admirabilis sollicitudinis, & spectatæ integritatis, multiplicumq. à Deo muneribus gratiarum insignitus, dictus est.* Clemens VIII. quanta in exultatione illum habuerit, ostendit, cum eum cœlituù honore dignum iudicauit: nam accepta Mediolanensium legatione, qua pro sacris honoribus eidem Cardinali, & Archiepiscopo suo decernendis Pontifici supplicarunt; mandauit sacre Rituum Congregationis Cardinalibus anno salutis 1604. ut in hoc negocium omni diligentia incumberet. Quanti verò Carolum fecerit Paulus V. ostendit, dum illum sanctorum cœtui solemnè pompa anno 1610. adscripsit. Urbanus VIII. *Decus insularum;* & Pius V. *Virum innocentem, egregieque animi puritatis, sedule deuotionis, & summa morum integritatis,* illum appellarunt.

Alexander Cardinalis Mediceus, qui ad Pontificatum assumptus, dictus est Leo XI. ad Mediolanenses ciues sequentem epistolà de Carolo dedit. *Molto illustri Signori. Io hebbi già seruitù tale col Cardinale Borromeo, santa memoria, che sono à pieno informato, non solo dell'innocenza della vita, e della santità de' costumi, ma ancora egli stesso per sua gratia mi fece partecipe di molti suoi pyconceiti: & io con gli occhi proprij vidi nelle sue attioni effempi rari di virtù Christiana. Onde con ragione affermo non hauer conosciuto in vita mia mai, nè il più vero, nè il maggior seruo di Dio. Creda dunque costèta Città, che si come m'hà apportato piacere infinito l'intendere il concorso che hà il suo corpo, la quantità de' lumi, e voti, che si offeriscono, la diuotione, con che si offerua da costèsti Popoli il giorno del suo felicissimo transitò, così assicurarini d'hauer à trouare in mè desiderio grande d'impiegare tutte le mie deboli forze per la Canonizzazione d'un Cardinale tanto degno, e sì benemerito di questa santa Sede.* Maphæus Card. Barberinus, postea Urbanus VIII. in Ode, quam cecinit de Cardinali Bellarmino, illum Carolo Borromeo virtute exæquans sic ait.

*Incedit illo per vestigia CAROLI,
Cui vota fundit, quem decus Insularum
Miratur Orbis, quem Senatus
Roma sacrum veneratur ostrum.*

Quasi aliquem Carolo parem, aut similem facere idem sit, ac omnes laudum flores, atque decora in illum congerere.

Gulielmus Cardinalis Sirletus, ut dolorem intimum aliquatenus leuaret, quo affectus est ex amissione illius, quem semper beneficentissimum patronum expertus fuerat: cui eius suffragio promotus fuisset ad Cardinalatum; nec per eū stetit, quin ad Pontificiè quoq. maiestatis apicè esset prouectus, de eodem hæc scripsit. *Carolus Borromeus, qui corpore tenebatur in carcere, anima verò in cælo; in quo nihil carnis erat ferè, nisi visio sola: Is homo speciei, Angelis gratia, Christianæ pietatis exemplar, Episcopalis dignitatis speculum, Cardinalitæ dignitatis specimen, antemurale aduersus impios firmissimū: Decus Ecclesiæ Dei speciosissimum. Fuit sal, lux, ciuitas supra montem Sion: fuit lucerna ardens Evangelica; sal in vita, & moribus; lux in doctrina, & prædicationibus; ciuitas in præsidij, & diffusionibus. Effulsit in Ecclesia fide, sa-*

pietate, vita, & regimine: fide, ut Martyr; (neq. enim ipse martyrio, sed ipsi defuit martyrium) sapientia ut Doctor; vita ut Confessor; regimine ut Pastor; innocentia fuit Abel; probitate Noë; Abraham fide; obedientia Isaac; labora Jacob; castitate Ioseph; caritate Moyses; humilitate David; zelo Elias; operarius inconfusibilis, & nunquam oculos; rectè tractans verbum veritatis, neque aliud gerens, quod ad Deum non tenderet. Cuius animum ita Deus spiritus solidauit, ut eum inuictum undique, & inuulnerabilem præstiterit: Omnium denique fuit ferè charismatum erarium, & habitaculum. Is seruus fidelis, postquam sibi commissi operis impleuit pensum, ante faciem Domini apparere gestans, in celebritate Sanctorum omnium ad cælum fuit vocatus; in tempore festiua nobis, cõgrua sibi ipsi hæc transmigratiois dies. Cum enim ipse iuatus, & veneratus esset omnium ferè Christi militum dignitatem, eorumque mores pie foret emulatus, ab eorundem Sanctorum legionibus decus ante thronū Altissimi præsentari. Et in libro de Successoribus S. Barnabæ integer vita dicitur, quique sanctissimam vitam more veterum sanctorum Patrum duxit.

Augustinus Cardinalis Valerius Veronenfis Episcopus, magnè litteraturæ, & pietatis vir, scripsit, ac edidit vitam Cardinalis nostri, vtpotè testis fidelis, & oculatus gestorum illius; vbi, & eundem S. Ambrosio contulit; ac vtriusq. imaginem scriptis suis ad viuum exprefsit. Tantamque de illius apud Deum gratia, dum hæc scriberet, idest paucis ab eius morte elapsis annis, habuit exultationè, ut in sanctorum Catalogum referendum eum prædicere, aut prædicare non sit veritus. Gabriel Palæottus Cardinalis, & Archiepiscopus Bononiensis, in libro de Bononiensis Ecclesiæ Administratione. *Carolus nouum vocat reliquiarum genus intra intus uiuentis hominis sensus conditum: Elaboratum tabernaculum; Spiritus sancti, præcorum morum exemplar; sanctitatis, & innocentie simulacrum: Virtutis domicilium: Vera dignitatis Episcopalis forma, noua quotidie præbens exempla vigilantie, & sollicitudinis Pastoralis, & rerum cœlestium cupiditatis, humanarum desipientie, perpetui laboris, insolite, & admiranda absentie, imitæ in omnium rerum varietate constantia: Præclarissimus, & sanctissimus Præsul, cuius merita sole clariora. Cardinalis sanctissimus, verum nostri temporis Episcoporum exemplar.* Cæsar Cardinalis Baronius consultus à Mediolanensibus Ecclesiæ maioris Canonis, quomodo se gerere deberent, cum iuxta mandatū Apostolicū impedire conati essent concursum insolitæ plebis ad B. Caroli tumulum aduentantis, prohibentes illius ostiarijs, ne vel minimum votum reciperent, aut lumen accenderent, cultumq. aliquem Dei seruo exhiberent, aut exhiberi permitterent absque auctoritate Romani Pontificis; illaque quod magis prohibebantur, eo amplius irgeret; ac ne ipsa quidem nocte à sepulchro discederet; & quasi vim Templi custodibus faceret: relatione totius rei Clementi VIII. facta, respondit ipsius nomine, mentem Pontificis esse, ut sinnerent fideles religioni suæ satisfacere; additq. in ea epistola hæc verba ex Psalmo: *Scitote quia mirificauit Dominus sanctum suum.* Cardinalis Siluius Antonianus in epistola ad Andream Bathoriū sic habet: *Nuper ipsi vidimus magnum illum seruum Dei, imaginem antiquitatis, specimen temperantie, exemplum veteris discipline, alterum nostri temporis Ambrosium; Carolus dico Borromeum Cardinalem S. Prædixit, Archiepiscopum Mediolanensium, qui illustri genere natus, & virtute, ac pietate multò illustrior, in sublimi loco, Dei prouidentia collocatus, summi Pontificis fororis filius, non solum Mediolanensem prouinciam, finitimamque regiones suauissimo Christi odore compleuit, sed tamquam lucerna ardens, & lucens in excelso candelabro, toti luxit Ecclesiæ. Et in libro de Educatione Puerorum: *Vigilantissimū Pastorem, & sanctæ Ecclesiæ clarissimum lumen, eundem nuncupat.* Robertus Cardinalis Bellarminus de Borromeo verissimè dici posse scripsit in epistola ad Clementem VIII. hunc Ecclesiastici verum: *Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem Excellsi.**

Horum Cardinalium iudicia, Antistitem clarissimorum, aliorumque elogijs, & oraculis confirmantur; & in primis Gabriëlis Flammæ è Canonis Regularibus, Episcopi Clodiensis in dominio Venetorū, qui in notis ad vitam sancti Heriberti Colonienfis Archiepiscopi de Cardinali Borromeo sic ait. *Santo Prelato, Angelo terreste, la cui vita perfetta possi forse lodare, ma nò già imitare. Questo con le prediche, humiltà, e carità, ci rappresenta à Basilio, Chrisostomi, Gregorij, con la mortificazione, gl' Ilarioni, gl' Antoni; con la costanza gl' Atanasy, gl' Ilari; con la diligenza, à Cirilli, à Girolami, à Paolini. Vso episcopo de' Prelati, norma de' vescouis, maestro de' fedeli, soccorso de' afflitti, sferza de' gl' osinati, freno de' licentiosi, vita della disciplina Ecclesiastica.* Franciscus Panigarola Astensis Episcopus in geminis Orationibus de Carolo Cardinale, & Archiepiscopo Mediolanensi à se habitis, & in lucem editis; agens de illius penitentia, vitæque asperitate, asserit non vacasse miraculo, quod tamdiu vitam produxerit, cum sæpe manum illius excolatus, antequam ipse Episcopus initiaretur, eam semper etiam in media ætate, quasi gelu rigentem inuenerit, ac si calore extincto corpus emortuum langueret, soloque spiritu viueret. Franciscus Bonhomius Vercellenfis Episcopus inter sui temporis Præfules eximius librum in Caroli laudem scripsit;

& Pau-

& Paulus Fulcus Serni Episcopus in suis de Visitatione Episcopali libris inquit: *Civitas Mediolani exultat de sanctitate, vigilantia, ac sapientia Caroli Cardinalis Borromæi Archiepiscopi, eius illustratoris.* Antonius Seneca Episcopus Anagninus hanc pro posteris in suis m. ss. de Carolo memoriam reliquit: *Carolus perpetua natura violentia, sensuum vigilantissima, & indefessa custodia, bene vivendi exemplum, irreprehensibilis. Evangelica vite norma; purum, ac lucidum spiritualis vite speculum, lucerna officium gerens, passionum, & appetituum emundorum aurum; casta omnium virtutum. Fuit enim cum simplicitate prudens, cum misericordia iustus, cum humilitate magnanimus, cum mansuetudine severus, cum modestia gravis, cum zelo discretus, Domini gregis non dissipator, sed benedictus Pastor; invidiosus defensione civitas munitus; columba ferrea, murus aeneus; in vitis evellendis virga vigilans, in correctione benevolus, in iudicio iustus; in vindicta pius, & mitis, humana fragilitati compatiens.* Nec prætermittendus Franciscus Mucantius Pontificiarum Cæremoniarum præfectus, qui in Diarijs hæc adnotavit. *De Carolo enim obitu omnes Roma contristati sunt, tum ob vite innocentiam, moreque exemplares, indefessum studium in corrigendis subditorum vitijs, remonendisque abusus, summam erga omnes charitatem, spectatamque in difficillimis temporibus constantiam, singularem pietatem, aliasque virtutes cunctis admirabilis, carusque esset.*

A Rogerio Tritonio Abbate Pinaroli in Vita Vincentij Cardinalis Laurei dictus est: *Clarissimum sanctitatis, religionisque lumen.* A Stanislao Relcio in Vita Cardinalis Hofij: *Dominus ille, ac stupendus vir Carolus Cardinalis Borromæus.* Ab Andrea Valaderio S. Arnulphi Metensis Abbate in Prefatione ad Panegyrum Cardinalis Giurij: *Dei amicus; Episcoporum speculum; Idea Cardinalium; tutelaris Mediolanensium; ornamentum Italia; & gloria orbis Christiani.* A Ioanne Chappeauuillo in Historia Pontificum Leodiensium, in Ernesto Bauaro Episcopo 89. *Lumen Ecclesie singulari turbidis hisce temporibus.* A Francisco Sacchini in Historia Societatis Iesu: *Vir singularis, & iam Apostolico iudicio sanctus, atque communi Christianarum gentium quasi suffragio publicus terrarum patronus.* Ab Achille Gagliardo Societatis Iesu Theologo, sancto viro per familiaris: *Pelagus, & Oceanus divinatorum charismatum, & virtutum.* A Iuliano de Congregatione Oblatorum S. Ambrosij: *Sanctæ Ecclesie lumen, seu luminare maius.* A Claudio Roberto in Gallia Christiana: *Purpure lumen auxisse dicitur, candore morum niveo.* Ab alijs tandem: *Dilectus Deo, charus Christi Vicario, gratus, & amabilis sacro Collegio, admirabilis alma Vrbs, sacer, atque venerandus Ordo uniuerso.*

Quid absque Poccinolis hæc obcuri nominis inter suos heretica licet lue inquinatus, Borromæum nostrum summis laudibus effert ob ieiunia, preces, charitatis opera, pietatem exemplarem; qui vanitatem omnem tam in verbis, quam factis aspernaretur, vocatq. pium Episcopum, & acriter perstringit aduerfarij contra sententiam. Demum Io: Baptista Malculus è S. I. tale de Carolo encomium edidit.

Oriente CAROLO prodigiosa oborta lux dicitur;
Cæteri infantes à matre proferuntur in lucem,
Hic infans parienti matri peperit lucem.
Cæteri accipiunt lucis vlturam, hic etiam dedit.
Piè colendus est odorati fragrantia thuris,
Qui in graueolente peste tam pius fuit.
Eius virtus nunquam enituit purius
Quàm sub infecto aëre.

Pallor in fitus auro tunc maius accepit decus,
Cum hoc CAROLVS effudit in pallidos.
Elusit pilæ ictum, licet non affuetus lorice, sed loris.
Nullum mollius pectus, quam quod liqueceret DEO:
Nullum durius, quam quod impenetrabile fuit aeri:
Nimirum nihil illi erat commune cum puluere,
Cui cognatio fuit tanta cum Cælo.
Noxius pulvis ei adherere non debuit,
Qui alienus à noxis non inhæserat terræ.
Fumosas maiorum imagines despiciendo fecit illustres:
Non ex luce fumum, sed ex fumo protulit lucem:
Præposuit ijs imaginibus apud Varallum montem
Sculptam DEI è Cruce sanguinem fundentis imaginem.
Eam ambijs Purpuram, quam tingit aut amor, aut pudor.
Nondum accepto galero insigni, sed nuncio
Ad ipsum Romani muricis nomen erubuit statim.
Ita contulit illi decus Purpuræ virtus,
Antequam Roma.

Agunt de illo Cabrera, & qui Notis illustravit Ciaconium Andreas Victorellus: *Historiæ Mediolanenses: Virgilius Ceparius è Societate I. in Vita beati Aloysij Gonzagæ: Gabutijs in Pij V. ac Turrigius in Vita Roberti Cardinalis de Nobilibus: Hæricus Spōdanus in Continuatione Annalium Ecclesiasticorum Baronij: Andreas Saussayus in Martyrologio Gallicano: Hilarion à Costa, Antonius Sanderus, Carolus Tornellus è Societate Iesu in Oratione, quam habuit Romæ in æde D. Ambrosij nationis Mediolanensis*

A 4. die Nouembris anni 1610. quo die primùm eiusdem S. Caroli festum cepit in Ecclesia Dei celebrari: Sulphurius in Vita, quâ Gallicè edidit: Augustinus Cardinalis Valetius in Vita: Franciscus Peña Romanæ Rotæ Decanus in Vita Italicè scripta, quam Latino sermone donauit Ernestus Gholinus Theologus Colonienfis: Io: Petrus Iulianus in Vita: Carolus à Basilica S. Petri in Vita, & in Epistola ad patrem Ludouicum Granatensem de eius felici ad Deum migratione: Dominicus Cardinalis Pinellus in Relatione in Consistorio facta Paulo V. super actis Canonizationis eiusdem: Ioannis Franciscus Episcopus Vercellenfis in Poemate: Antonius Godellus Grassensis, & Vincienfis Episcopus, ac Aubery in Vita, ac mortis Caroli Historia Gallico idioma con scripta: Ludouicus Donius d'Attichy Episcopus Aduenatis in Historia Cardinalium: Paulus V. in Oratione, quam ad Cardinales habuit: & Urbanus VIII. in Poematibus: Aurelius Grattarola in libro à se Mediolani edito anno 1614. hoc titulo prænotato: *Euentus miri uenerationis S. Caroli Cardinalis S. Præxedis.* Quentem autem antequam sanctorum coetui adnumeraretur, sequentem posuit inscriptionem Franciscus Pola.

BEATIS. MANIBVS
CAROLI BORROMÆI CARDINALIS
QVO
NULLVM SANCTIOREM ANTISTITEM
TEMPESTATE HAC NOSTRA
DIVINITAS POTVIT INVENIRE
PER QVEM
HVMANO GENERI
NON PRÆCIPERET SED CONVICIVM FACERET.

Eidem iam in cœlitum numerum solemnè ritu, ac pompa relato arcum triumphalem erexere Mediolanenses, eique hanc affixerunt epigraphem.

S. CAROLO CARDINALI. PARENTI. OPTIMO
RERV. HVMANARVM. CONTEMPTIONE
VITÆ. ASPERITATE
REIPVB. CHRIST. CONSERVANDÆ. STUDIO
PASTORALI. VIGILANTIA. FORTITVDINE
CARITATE. ET. MIRACVLIS. VERB. MAGNO
MEDIOL. ECCLESIA
ADMIRATIONE. RETRAHENTE
SED. LÆTITIA. STIMVLANTE
ET. PIETATE. COGENTE. P.

Aliam posuit Philippus Archintus in oppido Canturio diceffis Mediolanensis ex Puccinello, ac Boldonio, videlicet.

S. CAROLO
Cuius incomparabilem sanctitatem auctoritate Apostolica
examinavit, quemq. in suum, ac Familia Patronum adoptauit
Philippus Archintus Episc. Comensis, ac summi Pontificis
Assistens Sacellum hoc à fundamentis extruxit 1617.

In tanta denique fuit veneratione, dum vixit beatus Carolus Cardinalis, apud omnes, qui eum nouerant; quod post eius obitum etiam mansiones, in quibus inter visitandum dicecesim, noctu diuerterit, in Oratoria, & sacras Aedes, dedicauerunt: vt fecisse Paulum Marlianium refert Io. Petrus Iulianus in ipsius Vita; ibique in marmore affixa memoria demonstrat.

QVOD MIRARIS SACELLVM EX CVBICVLO EFFECTVM? P. CAMILLVS MARLIANVS, ET IVLIA MARTINGA OPTIMA, ET AMANTISSIMA EIVS VXOR, REVERENTIÆ CAUSA ERGA B. CAROLVM ILLVD COMMYTARVNT, NE PROPHANVM HABRETVR, QVOD OLIM TANTVS ANTISTES IN OBEVDNTE DIOCESI NOCTVRNA COMMORATIONE CONSECRAVIT.

Mediolani Corpus S. Caroli, & Lutetia Parisiorum eiusdem Stola, & Pontificalis veneratur: Clemens VIII. in Beatorij; & Paulus V. in Sanctorum ordinem Carolum retulit; idemq. Paulus Caroli memoriã intulit in Breuiarium Romanum ab omnibus Christianifidelibus Officio Eccl. ac Missa, sub ritu semiduplici colendum; quem ritum in duplicem commutauit nouissimè Alexander VII.

Huiusce Cardinalis numismata plura inueniuntur; primum, quod vidi, illius insignia cum lemmate: SOLA GAVDET HVMLILITATE DEVS; in vna facie, & nomen hoc modo exaratum: CAROLVS BORROMÆVS CARD. ARCHIEP. MEDIOLANENSIS; in altera referebat. Aliud præ manibus habui, in cuius prima facie, nomen vt supra expressum; in secunda Agnus aderat super aram cum lemmate: SOLA GAVDET HVMLILITATE DEVS.

SECVNDATA CREATIO CARDINALIYM.

Anno salutis 1561. Pontificatus II. die 26. Februarij, Romæ Pius IV. summus Pontifex Cardinalium Collegio decem, & octo adscripsit; Presbyteris scilicet septem; & Diaconis vndecim; quorum series hæc est.



IV.

HIERONYMVS Seripandus, natione Italus, patria Neapolitanus, patritia gente natus Troiae in Apulia Anno 1493. die 6. Maij. Ioannis Ferrantis, seu Ferdinandi, & Isabellae, seu Loysae Galeottae filius, in Baptismo Troianus dictus; fuit ingenio acris, docilique. Et cum ad religionem propolius esset, Anno 1506. religionis Dominicanae amplexus, ex illorum Patrum sanctimonia, qui D. Catharinae ad Formellum Cenobium incolebant, eam iij. Kalendas Octobris ingressus est; sed die sequenti a fratre suo Antonio per vim abstractus, Deo sic disponente, ut Eremitarum ordinem illustraret.

In iuuentute Pomponatium audiuit. At perseverante religionis desiderio, Aegidij Viterbiensis Viri celeberrimi fama, ac sermone accensus, & Ioannis Baptistae de Neapoli postea Carthusiani hominis integerrimi hortatu illectus, animum ad Eremitanos S. Augustini tradidit. Mense igitur Maij die 6. eadem, qua in lucem venerat, anno 1507. aetatis decimoquarto, Aegidio excipiente, & Hieronymo nuncupante, regium S. Ioannis ad Carbonariam Cenobium Neapoli ingreditur, & in illius obseruantiae Congregatione Eremiticis institutis addicitur. In qua magno virtutum omnium progressu humaniores disciplinae, & singulari linguarum cognitionem, Hebraicam, videlicet, Chaldaicam, Graecam, & Latinam adeptus est. Inde Romam ab Aegidio sui ordinis generali Magistro vocatus, Philosophiae, ac Theologiae studium deditur inclaruit, magnaque laude, Secretarij, & Cancellarij in religiosa familia munus exercuit. Cumque spem omnem in vno Deo collocasset, illud in ipsa iuuentute proferre solitus erat: *Mihi autem adherere Deo bonum est; ponere in Domino Deo spem meam.* Post magisterij lauream Bononiae susceptam, luculentis Verbi sacri concionibus, & miris sacrae Scripturae interpretationibus, tantam sibi gloriam peperit; ut sub Paulo III. summus sui ordinis Vicarius, & Prior generalis fuerit in comitijs Neapoli, anno 1539. habitus renuntiatus; cui etiam ob eximias dotes annis 1543. & 1547. in comitijs Romae, & Recineri celebratis, bis per quadriennium idem officium, prerogatum est. Anno vero 1551. cum in paralyticum morbum ob exantlatos labores incidisset, & Bononiae quo conuenerant patres, interesse non posset, litteris, & nuncio, eo se munere abdicauit; cuius abdicacionis causas, quas in illis comitijs Aurelius Rocca recitauit, apud Signi Episc. in ipsius ord. Eremitani Chron. videre est.

Huius viri doctrinam, vitaeque exemplum admiratus Carolus V. Imperator, ad illum enim apud Belgas commorantem, pro Neapolitano regno Orator missus fuerat; Sacellanum regium, & Salernitanum Archiepiscopum, quamuis recusantem nominauit, qui paulo ante ab eodem Imperatore oblatum Aquilanae Ecclesiae Sacerdotium, priuatae vitae sorte contentus non admiserat. Salernum anno 1554. solemniter ingressus, Synodum statim habuit, Cleri mores correxit, ouesque commissas verbo, & exemplo instituit: palatium, atriumque Episcopale vetustate fatiscens reparauit, Odorem, & Sacrarium exornauit nouis additis subfellij; sacra indumenta, ex serico, auroque contexta ad Altaris ministerium Ecclesiae donauit. Interfuit sui ordinis Generalis Concilio Tridentino; ibi non modo doctrinam, sed, & modestiam, sanctosque mores, quibus praeditus erat, Patres admirati, illum ad colligendos abusus circa sacram Scripturam, eosque corrigendos deputarunt. Hac munera singulari prudentia, & pietatis laude administrata Pium IV. Pontificem compulerunt, ut Seripando Purpurae insignia, honoremque deferret, ac Presbyterum Cardinalem titulo S. Sufannae, & postea Tridentini Concilij Apostolicum Legatum, in magnum reipublicae Christianae, & Apostolicae sedis ornamentum crearet. Qui dum Tridenti rebus Concilij intentus comoratur, febris correptus anno reparatae salutis 1563. 16. Kalendas Aprilis die Martis, hora 23. cum dimidio, viij. Idus Martij, ait Felix Milesius, ibidem Synodo nondum absoluta, e vita demigrans; dum annum aetatis septuagesimum primum ageret. Quo die decessit; tumpturus sanctissimum Eucharistiae sacramentum, lectulo egredi voluit, & flexis genibus suscipere, redditusque lecto orationem Latinam habuit de fide Ecclesiae Romanae, de operibus hominis Christiani, de resurrectione mortuorum, & de rebus Concilij promouendis; eamque quoad spiritus eum defecit, continuauit. In Templo S. Marci sepelitur; inde postea Neapolim translatus in Ecclesia eiusdem Monasterij, in quo habitum Eremitarum S. Augustini induerat, quiescit, cum hac sepulchrali inscriptione.

HIERONYMO SERIPANDO CARDINALI
CONCILII TRIDENTINI LEGATO
CHRISTOPHORVS PATAVINVS SODALITII EREMIT.
MAG. P.
VIXIT ANNOS LXX. MENS. V. DIES XI.

Si quis honos tumulis, quantum Sol lampade iustas Terrarum, Caelique tuum est SERIPANDE sepulchrum.

Tridenti hanc sepulchralem inscriptionem additam scribitur laudatus Milesius: Antequam animam efflaret, familiares accersiri iussit, & de augustissimo Eucharistiae sacramento, morientium Viatico eruditè disseruit, ut ea migraret, qua semper vixerat fide. Male igitur Cabrera in serie Cardinalium mortuorum sub Pio IV. scripserat, Hieronymum Seripandum Presb. Cardinalem S. Sufannae vj. Kalendas Maij obiisse, & in Ecclesia S. Mariae super Mineruam sepulchrum habuisse. In eius funere Aegidius Marchesinus Dominicanus Bononiae in aedibus D. Iacobi orationem habuit.

In S. Pauli omnes, & Canonicas septem Epistolas eruditè, ac disertè Seripandus Commentaria edidit; & Quadragesimae Evangelia luculenter interpretatus est. Libros aliquot De Peccato originali, De Homini iustificatione; & Quaestiones contra nostrae aetatis Haereticos; & Compendium Chronicorum sui ordinis conscripsit. Monumenta ingenij à Seripando relicta quindecim voluminibus contineri testatur Milesius; conscripsit enim sex Quadragesimalium, ut vocant Concionum distincta volumina. Orationem in funere Caroli V. habitam ab eo Neapoli anno 1559. vj. Kalendas Martij Italicè, quam Cardinalis de la Cueva Prorex Latina lingua excudi praecipit. Quae omnia in vrbe Neapolitana, apud patres Eremitanos, in Bibliotheca S. Ioannis de Carbonaria ab ipso extructa, & libris scientiarum omnium tum impressis, tum m. ss. referta extare Episcopus Signinae in ordinis Eremitarum Chronico refert; ex quo, vti etiam ex epistola Hieronymi Ruscelli ad Philippum II. Hispaniarum Regem scripta, quae libro tertio Epistolarum Principum extat, quibus poterit delibare. Litteras insuper dedit Paulo Manutio, Scipioni Ammirato, Ioanni Vincentio Pinello, aliisque, quae typis impressae inueniuntur inter Epistolas Virorum doctrina illustrium.

Insuper praeter Augustinianorum Historicorum, Paulus Manutius, Garimbertus, Petramellarius, Cabrera, Aegidius, Marchesinus Dominicanus, Felix Milesius, Andreas Victorellus, Antonius Sanderus, Ferdinadus Vghellius, Aubery, & Ludouicus Donius d'Atichy Cardinalem Seripandum mirè celebrarunt; ad quem M. Antonius Flaminius in commendationem Amici hoc dedit carmen.

Commendo tibi SERIPANDE magne Gulselmum hominem pium, eruditum, Et candore animi parem Columbae, Doctum praeterea vtriusque Linguae. Quodque existimo plaris aestimandum, Pauperem, iuuenes tamen docentem Grati pauperie mala grauat. Illum Graecia magna procreauit, Antiqua probitate, moribusque. Dignis Pithagora Virum, suaque Dignum amicitia; idque ita esse, certò Scens hunc tibi magne Amice dono Virtutisque tuae dico, nec alter Cliens aptior est tibi, nec ipse Patronum inuenias sibi aptiorem.

Nec de illo tacuit sui temporis Poeta nobilis Hieronymus Borghius, Episcopus Massae lubrensis.

In Caelo SERIPANDE Deus tibi premia seruat, Nos meritas laudes accumulare decet. Hos omnes peperit scelorum caligine mersa Parthenope, in lucem te duce sana redit. Ista quidem supero maneat sacundia fonte, Ad Superos, hominesque trahit usque Choros. Cedat Threicius, qui traxit in oppida Vates Siluestres homines, sanctaeque iura dedit. Orpheus terrenam SERIPANDVS relictus arcem Cali mortales nunc habitare docet.

De quo etiam Nicephorus Sebastus Melisenus Eremitarum ordinis alumnus adiectum epigramma scripsit.


Si qua fides fastis, eademque, & diua Britannis Pelagium Afris haec protulit Aurelium. Tristia sic laetus miscet Deus; unde venenum Prodit; hinc fundit Scorpius antidotum: Augustinensis sic tu SERIPANDE Lutherum Falce Tridentina sternis, & interimis.

Vidi numisma cum nomine tantum hoc modo expresso: HIERONYMVS SERIPANDVS ARCHIEP. SALERNIT. Superest, vt elogia aliqua, quae illi à varijs Auctoribus tribuuntur, indicemus. Dicitur enim à Papyrio Massono: *Seripandus sanctitate, & praestantia insignis.* Ab Henrico Spondano Apamearum Episcopo: *Praeclaris virtutibus, egregia linguarum peritia, ac doctrina excellens; quam multis etiam libris compositis probatam fecit.* A Paulo Manutio Aldi filio in Praefatione ad librum de Concilio, Reginaldi Poli Cardinalis ad Pium IV. *Summus Vir, cui Pij IV.*

sapien-


sapientia debetum iam pridem eius integritati, ac doctrinae Cardinalium Collegio locum tribuit; sed fufius idem P. Manutius in Epistola ad ipsum Seripandum nuper Cardinalem. Allato de tuo dignitate nuncio, quem hic ingenti laetitia boni omnes exceperunt, non sane tua causa magis, quam antea pro communi quidem Ecclesiae bono, cui tantum ex honore tuo praesidium tantum splendor accesserit, magnopere sum laetatus. Tu enim is es, cuius animus hac humana nunquam speltaueris, semper omnem spem, omnemque gloriam, ac felicitatem in vno Deo, & in illa caelesti vita, recte, ac laudabiliter agentibus proposita collocauerit. Cui sunt occulta mirabiles illa tot annorum cogitationes, actiones, conciones tuae, quae si obscura fuissent, vno illo factio illustrarentur maxime, cum illa praesentia Generalis insignia, quae libenter omnes assumunt, multo ipse libentius deposuisti. Quo circa non equidem magis, quia nunc Cardinalis es, quia quia semper ita vixisti, vt Cardinalium Collegio dignissimus esses, & mihi, & omnibus laetandum intelligo. Nec vero singulararem, ac diuinam Pij IV. Pontificis Maximi sapientiam admirari, & efferre laudibus vnquam desinam; qui peccatam assiduo prauarum opinionum impetu, nec mediocri periculo fluctuantem Christianae Republicae nauem, auditoris, & doctrinae tuas pondere constituendam putauerit. Si aequo non iam illas a Septentrione horribiles procellas, a quibus antea naufragium impenare videbatur, posthac timebimus, Pio Quarto gubernante, quod vnam diuina benignitas diuinitum esse patitur, tua Seripande, tuorumque similium ope, summa tranquillitate perfuemur. Id, & speratur iam in dicto Concilio quod vnicum tantis malis eximia superiorum Pontificum sapientia remedium inuenit. Et mihi quidem si contigerit, vt ad eam diem spiritum diuere liceat; cum sublatas in perpetuum exitiosas dissidii causas vnam in communi salute voluntate, vnum gregis vniuersi Pastorem, ac moderatorem videam, satis me vixisse arbitrabor, & plane laetus ex hac vita discedam. Omnes laudant, vixisse imitari, & tibi, cuique virtutibus, quas omnes laudant, vixisse imitari vellent, eam, quam deo obseruantiam, benevolentiamque praestabo

V.



FR. Bernartus Saluiatus nobilis Florentinus, Iacobi, & Lucretiae Mediceae filius, Leonis X. ex sorore nepos, Ioannis Cardinalis Saluiati frater, miles Hierosolymitanus, iuuenis adhuc, sed strenuus sui ordinis tremium praefectura consecutus, Turcarum maritimas oras perulstrans, sancta quadam pro expulsa ab vrbe Rhodo militia indignatione correptus, Coronem, & Modonem ciuitates, quae in Peloponnesi ditione sitae sunt, vi, & armis expugnauit, ac deuictas sacrae religioni adscripsit. In tanti beneficii remunerationem Romano Prioratu ab ipso ordinis magistro donatus est. Orator ad Carolum V. cum Philippo Strozio, & Laurentio Rodulpho Barcinonem missus, pro patria libertate pugnavit; in Galliam postea profectus cum eodem Philippo strenuorum militum Dux factus fortem, & imperterritum se in bello saepe sapius ostendit. Sed a Catharina Fracorum Regina in fello sanguinea in Aulam aduocatus, (ea ab incertis belli euentibus, ac periculis ad vitae pacationis statum adhortante, Clericali habitu sumpto) a Rege nonnulla Sacerdotia, mox eiusdem Reginae maioris Elemeofynarij munus obtinuit; in quo obeundo tantam praesentantia Ecclesia Guilielmo du Prat Antonio Cardinalis ex legitimo matrimonio filio successerit ann. 1561 mense Maio, electus etiam S. Papuli Episcopus ex cessione Ioannis Cardinalis germani 7. Iulij anno 1564. quod sacerdotium progressu teporis Antonio Mariae Saluiato Cainerae Apostolicae Clerico, postea S. R. E. Cardinali nepoti cessit. Regina deinde instante, a Pio IV. inter Cardinales coopatus est titulo S. Simeonis, ex quo titulo sedente Pio V. ad illum S. Prisca gradum fecit. Interfuit comitijs regni generalibus apud Lutetiam tum illis, in quibus nunciatus est Romanus Pontifex Pius V. sub quo anno sal. 1568. Pontificatus tertio, die Iouis prid. Nonas Maij hora noctis prima ad Superos euolauit: post obitum in S. M. super Mineruam sepulchrum habuit. Titulus Prioris in Vrbe ex eius morte vacans Card. Alexandrino sacrae militiae Melitenis Patrono a Pio V. tributus est. Romae nobile palatium Bernardus ad Tyberim a fundamentis extruxit, seu perfecit ad Henricum III. Gallorum Regem Vrbs iter meditantem hospitio recipiendum: alij tamen huic palatij auctorem non Bernardum, sed Ioannem fratrem auctorem faciunt, vt in eius vita supra indicauimus.

VI.



STANISLAUS Hosius in ea, quae regni Poloniae caput est, ciuitate Cracouiae, si natus anno 1504. die 8. Aprilis, patrem habuit Vlricum Hosium Regi Sigismundo Primo charissimum; matrem verò Annam. Adhuc puer pueros discipulas, Grammaticam videlicet, aliaque scientiarum rudimenta, & praeter Latinam, Germanicam quoque linguam, non modò æquales,

verum etiam parentum, praepceptorumque expectationem antecellere visus sit. A puero ieiuniorum dies magno studio, ac diligentia cauit, ne vel cibo lege, vel consuetudine prohibito, vel intempestiuo tempore sumpto violaret; praecipue verò diem, quam feriam sextam vocamus, in qua Dominicae passionis memoria, peragitur, in summa cibi, potulque abstinentia transigebat. Quadragesimae verò tempore abstinentiae rigorem augebat, nec vllis vel parentum, vel nutricum precibus concedere consueuerat, vt aliquid de seueritate ieiunij relaxaret; adeo vt pater coactus aliquando fuerit ab hoc tam accurato ieiunandi studio, interposita Confessarij auctoritate filium auertere, ac poenitentiae etiam loco praecipere, vt paulò liberalius alimentis necessarijs vteretur. In elemosynis erogandis erat procliuus, ac liberalis; quicquid pecuniae a parentibus, aut aliunde collegisset, id totum manibus ipse lauis in egenos partiri gaudebat. Ad quem adeo illi consueuerat tanto cum impetu, ac frequentia, vt aliquando praeturbu obrueretur; neque tamen ob id a pio hoc exercitio cessabat, quin potius ad pedes parentum iterum ac tertio se proieciat, causam pauperum tam diu agens, donec quod singulorum necessitati deerat, accepisset.

Optimis insuper semper viris adiungere sese curauit, vt ex eorum consuetudine melior in dies, ac perfectior euaderet. Erat igitur in Ecclesijs, & in Monasterijs religiosorum hominum assiduus; Religiosos S. Dominici tanquam Angelos Dei vnicè colebat, & intima cum illis familiaritate coniunctus vitae instituta, & regulæ obseruationes curiosius inuestigabat, quorum Angelica conuentione tantum fuit ad vitam quiete, & a tumultibus remotæ auertentem incensus, vt ipse quocumque seculo renouare, seque ad illius regulæ societatem adiungere, aliquando cogitauerit. Vfus est Hosius per nouem integros annos vnus praepceptoris opera, quibus elapsis, parentibus ille denuntiati, vt tantos praepceptores pueri, & proficiendi cupiditati contentanos inquirerent. Quare annum agens duodecim, Vilna Cracouiam missus est, vt in celeberrima Academia pijs, & eruditissimis praepceptoribus vteretur. Ibi in noua Lutheri dogmata conscriptis carminibus, impurissimè doctrinae foeditatem, & Catholicæ, Apostolicæque legis veritatem aggressus est magno prorius, & inuictò animo ostendere. Quo tempore illud quoque memoria dignum accidit; quod cum in eadem Academia bonis litteris operam daret iuuenis nobili loco, & familia in Prussia uatus, & Hosio domestica familiaritate coniunctissimus, nisi quod non æquè, vt ille à rebus nouis abhorrebat, & blasphemos lutheranæ factionis libellos Germanica praefertim lingua scriptos, non grauatim lecebat, in acutam aliquando febrem incidit; cuius vicem cum Hosius doleret, officia consolantium, & libenter, & studiosè praestabat, ac saepe ad lectulum decumbentis assidebat. Quadam ergo die sub capite iacentis, quendam libellum aspexit, quem in diebus illis accepisset, ac haereticum esse cognouisset. *Hec est, inquit, ista febris, quae te adeo grauius excruciat: tu malum hoc ipse tibi scions, & volens accersisti, dum istas pestes non solum in animum, sed, & in lectulum tuum, praeis ab anima tuo blasphemiarum studium, & omnem haereticorum librorum colluuiem à tua consuetudine quam citissime remoue; nec dubites quin te statim febris acerbitas deserat, & corporis sanitas remota peste consequatur.* Ac ita libellum flammis vltricibus obiecit. Postridie verò cum ad visitandum Amicum reuerlus esset, a febris relicto illo ipso tempore inuenit, quo libellum ignibus exterminatum consuetudinem fugiebat: ipsis quoque bacchanalium diebus cum amici, & cognati pro veteri patriæ vfu, paulò liberius conarent; in cubiculo reclusus, D. Ioannis Chrysoltoni Homiliam de comparatione Regis, & Monachii ex Gregæa Latinam faciebat, à quo studio velut ab intermitione occupatione, cum à forore, cæterisque domesticis abreptus ad conuiuium, & ad extremum deliciarum, & ad saltationes traheretur, in medio cenaculo conspectu conuiuatum fugiens euolauit, & ad intermissam scripturam se recepit, nec vnquam toto suae vitae cursu ad has lusiones, animique relaxationes accessit.

Habebat in vfu ad Ecclesiam S. Stanislai singulis ferijs sextis accedere; quam consuetudinè constantissimè seruabat, nec aut morbo, aut aeris intemperie, aut viarum impedimentis, aut cæteris oc-

cupationibus à propofita fententia vnquam reuocabatur. Cumq. aliquando febrī, ac diflenteria fimul laboraret, & à fuis prohiberetur, ne ad Ecclefiam accederet, quod ex eo motu non vulgare periculum attritæ valetudini poffet accerfiri, ex fuo præceptore, ceterifq. domesticis percontatus eft, nunquid rectè in cœleſtem patriam euolaret, fi in illo itinere è vita excederet. Et licet illi difluaderent iter illud, & fui, & periculi oblitus ad fancti Martyris, & Patroni fui cineres colendos in fummo febris languore accedere non dubitauit. Sic pietatem litterarum ftudijs adiungebat, ftudiaq. pietate exornabat. In litteris humanioribus, Græcis pariter, ac Latinis, & in Philofophia non fine omnium admiratione adeo profecit, vt Ariftotelem fua lingua loquentem legeret, Ciceronem maximo cum fructu octies totum perlegerit. Quare tantam pietatis, doctrinaeque famam apud omnes collegit, vt ceteri coſtanei, & ex ijs multi, qui ætate præcedebant, Hoſij adoleſcentiam imitantem ſibi proponerent.

Relicta Polonia, in Italiam ſe contulit, vt Patauī ftudiorum curſum proſequeretur: ibi Lazarum Bonamicum virum doctrinæ clarum in præceptorem habuit. Ibi quoque duas tantum vias, ad Eccleſiam vnã, alteram ad Academiam nouerat: magna ibi familiaritas, & conſuetudo cum Reginaldo Polo adoleſcente graui, ſenili iudicio, ad omnem laudem, & apud ſuos illuſtri loco nato interceſſit. Par erat in vtroque ftudium pietatis, par doctrinae, aberat ab vtroque inuidia, ſola æmulatione flagrabant, non vter eorum primas ferret, ſed vter alteri primas cederet. Seceſſit poſtea Bononiam Bonamicum, quem Hoſius ſecutus, curſu ftudiorum feliciter abſoluto, Doctōratus lauream maxima cum laude adeptus eſt. Bononiam in patriam rediturus, Baſileam deſectere cogitauit, vt Eraſmum Roterodamum virum doctum videret, eoq. etiam familiariter vteretur; at mutata ſententia, rectè Cracouiam ſe contulit; Vbi in Regiam aulam admiſſus, Cancellaria Regia primò, & mox Canoniatu Cracouiẽſi inuitus donatus eſt: quare ſacris initiatus ordinibus, primum Sacrum fecit in Eccleſia Cracouiẽſi S. Stanislao ſacra, ſine vlla propinquoſum, aut amicorum frequentia, ac celebritate. Rogatus de diſſolutione Matrimonij Regij litteras ſcribere, reſpondit: *Prũs ſe de gratia Regis, de fortuna, ac de ipſa quoque vita deceſſurum, quam rem Sacerdotis officio, qui non diuifionis, ſed reconciliations miniſter eſt, ac perſona, vocationeque ſua indignam commiſſerit. Quæ cum eſſent ad Regias aures perlata, ſic animum illius perculerunt, vt ipſe quoque reſcindi matrimonij cogitationem abiecerit, & quæ ſemel fuerant conſtituta, rata habuerit. Dixitque aliquando Regina Bona, habere Hoſium in animo ſerpentis prudentiam, & in moribus columbæ ſimplicitatem.*

Ad Episcopatum Culmenſem Sigifmundus II. Poloniae Rex Hoſium nominauit: decreuerat iſ pro officio Episcopali ad Eccleſiam Culmenſem ſponſam ſuam proficiſci, & oues fidei ſuæ creditas, verbo veritatis paſcere; at Sigifmundus Rex Oratoris ſui munus apud Cæſarem, & Ferdinandum Romanorum Regem eidem commiſit. Profeſſus igitur in Germaniam, Ferdinandum Regem Viennæ, Carolum eius fratrem Bruxellis, & Gandauī, & Philippū Catholicum Regem Caroli filium Antuerpiæ conuenit; legationemque expoſuit, in qua tantis ſententiarum ponderibus, tanta loquendi elegantia, pacis, & vnitatis commoda recentuit; vt ea omnia, quorum cauſa miſſus fuerat, ex re, & vtilitate regni, & ex dignitate ſui Regis conſecrerit. Cum autem diutiùs, quàm initio conſtituerat, moram in Belgio Hoſius traheret, Sigifmundus Rex quandam pecunie ſummam in ſumptus itineris ad eum tranſmiſit, qua cum non indigeret Hoſius, raro exemplo integram eam ad Regem ſuum remiſit. In itinere verò cauit ſemper diligentiffimè, ne ad hoſpitiæ hæreticorum diuertere cogeretur; ac læpe maluit per integros dies ſine vlla refectione iter inſtitutum proſequi, noctes etiam in ſonnes aliquando ducere, vt in Catholicorum potiùs conſuetudine, ſeltis præcipuè diebus, quos in offerendo incruento ſacrificio, & in audiendis officijs diuinis, & concionibus ponere conſueuerat, quàm in terris hæreſis peſte infectis conſiſtere. Ex itinere quoque ad magnum illum Othonem Truchleſium Cardinalem Auguſtanum diuerſit: viros doctos, religionis Catholicae defenſores vbique ſalutauit, amicitia fundamenta iecit, ope, opeta, conſilio, auxilio, re iuuit; de pace religionis, de hæreſibus extirpandis, de ſcripturarum locis, de hæreticorum argumentis, deque pace Eccleſiæ Dei concedenda ſollicitè conſuluit.

Post legationem ad Eccleſiam Culmenſem, nulla interpoſita mora, expoſita priùs coram Rege legationis ſuæ ratione, ſe recepit; cumque Turonenſes rerum nouarum in religione cupidos agnouiffet, ad illos profectus ne Catholicam fidem abiecerent, tam ſedulam nauauit operam, & reliquas omnes curas, & vitæ quoque tuendæ ſtadium excluſiſſe videretur. Inter hæc Culmenſem Eccleſiam relinquere, ac Varmienſis curam ſuſcipere, Iulij III. Pontificis maximi auctoritate iuſſus eſt. Ibi in legendis, & euoluendis veterum Patrum, & Eccleſiæ Dei Doctōrum immenſis voluminibus aſſiduam ſine vlla intermiſſione operam nauauit: maxime autem omnium ſanctiſſimi Doctōris Auguſtini, quem ſexies à capite ad calcem legiſſe, ac centies ſi legiſſet, ex eo quotidie proficere potuiſſe memorabat. Horas octo ſtudijs, octo item negocijs, & pro-

A ximorum commoditati, octo valetudini propriæ ſingulis diebus impendebat. Diuinas preces ſolus in Eccleſia proſtratus in genua deuotiſſimè recitabat; diebus feſtiuis ad Eccleſiam principem deſcendebat, & rebus ſacris omnibus intereſſe volebat. Pauperes in publicis Xenodochijs ſæpe viſitabat, largiſque elemoſynis ſubleuabat; ceteros omnes indigentes, quicumq. tandem acceſſiſſent, nunquam indonatos à conſpectu ſuo dimittebat.

Otium, vitiorum omnium parentem fugit, & ne illud domeſtici admitterent, omnes honeſtiſſimis occupationibus deſtinabat; aliū lectione; aliū ſcriptione; aliū in ſacra Scripturæ, & in Doctōrum librorum inueſtigatione; aliū in ſcribendis, in reſcribendis; alterum litteris occupabat; ac omnes in vniuerſum aliquibus officijs implicitos, & conſtrictos eſſe volebat. Miniſtris ſuis, & publicorum munerum procuratoribus, charitatis ſtadium, amorem iuſtitia præcipuè commendabat, vtque ſubditos humanitate potiùs, & beneuolentia, quàm metu in officio continerent; peccatis eos, non peccantibus iracū iubebat. In cognoscendis, & dijudicandis controuerſijs, vt alteram ſemper autem, alteri parti referuerent, admonebat; legis, non Legislatoris animum, & perſonam aſſumerent; & ſicut illa notos, & ignotos ſine vlla differentia, ſed nonniſi reos damnat; ſic illi ſine perſonarum acceptione iuſtum iudiciū iudicarent; alieni ſanguinis eſſent parciffimi, vltima ſupplicia, nonniſi vltimis ſceleribus adhiberent, nec quenquam vnquam perire permitterent, niſi viderint etiam pereuntis intereſſe, vt pereat: Illudque ante omnia exploratiſſimum haberent; non modò ijs, qui munus aliquot iuſtitia cauſa accepiſſent, ſed & his qui deſiſſent, inimicum ſe, ſi id cognouiſſet, futurum. Nunquam aurum ſiruit; ſolius tantum temporis, & horarum auaritiã honeſtiſſimam eſſe Episcopis iudicabat. Facilis erat in admittendis hominibus: oſtia domus ſuæ accedentibus aperta ſemper eſſe voluit: familia non valde numeroſa, equitatu honeſto, ceteriſque ornamentis ita vtebatur, vt ea dignitatis magis, quàm poteſtatis inſignia videretur.

E Erat in oppido Braunsbergenſi vir nobilis, qui coniuge duce à Catholica ad Lutheti fidem gradum fecerat: fungebatur hic in oppido illo præfectura: indignum orthodoxus Episcopus, vt Eccleſiæ ſubditis deſertor Eccleſiæ imperaret, iudicauit. Quare cum paternis admonitionibus ad officium reuocare illum non valuit, eundem non modò à præfectura, ſed à diœceſi reiſcere decreuit: Regiæ Maieſtatis præſidium ille implorauit: Rex ad Episcopum pro præfecto litteras dedit, quibus ſtatim reſcripſit. *Tantum abeſt à Rex, vt hæc in ſubditis noſtris noua toleremus dogmata, vt eos etiã, qui ea profiteri voluerint, piè abdicare, & anathematis ſubijcere cogitemus. Abſit, vt hoc fiat à Rex Chriſtianis. & ſi quis vim facere voluerit, veritatis auctorem Deum teſtatur, quod vſq. ad ſanguinem reſiſtemus, & libenter animam pro reſta fide profundemus, nec quenquam permittemus aliquid ſentire, tantum abeſt, vt dicere quod diſcrepet à ſanctis Patribus, & Oecumenicis Concilijs. Hunc potiùs à Rex, qui ſuperbi, & errat, admonere, quam me ab officio, munereque meo reuocare debuiffi: nam, eſſi peccata Hoſij tanta ſunt, vt paſi talia debeat; Petri Apoſtoli peccata nulla ſunt, vt regni ſui temporibus ab eius Cathedra talis ſecefſio fieri debeat. Quamobrem à Regia Maieſtate viciffim poſtulaui, ne quid ſibi velis imperare, quod Episcopo Catholico non ſit dignum: & in quo niſi vellet animam ſuam, qua nihil habebat charius, Sæana iradere, Maieſtati ſuæ parere non poſſet; nec etiam deberet; omnia potiùs alia velis imperare. Quod ſi mihi etiam ad mortem vel in exilium proficiſci, ſic imperante Maieſtate Veſtra licebit, modò ne quid contra Deum, & conſcientiam meam facere cogar, id mihi beneficij loco futurum eſt: In te Domine ſperauī, non confundar in æternum. Agnoſcat me præfectus pro ſuo Episcopo, conſcientiam ſuam non ipſe ſibi liget, aut ſoluat arbitratu ſuo, ſed à me Episcopo, & Paſtore ſuo ſolui, ligarique patiatur; à me non ab vxore de vero ſenſu, & intelligentia Scripturarum doceatur; in quarum meditatione bonam vitæ meæ partem conſumpſi, vt eam, quod ſine arrogantiã dictum velim, melius intelligere mihi videar non modò quam ipſa mulier, verum etiã quàm pater eius. Tum ego facilè patiar, vt bona conditione ſua, aliquo etiam cum detrimento meo præfectu agat caſtri, & oppidi mei Braunsbergenſis. Ita factum eſt, cum Episcopus regio Imperio vinci non poſſet, vt Rex Episcopi conſtantia vinceretur, & præfectus vxoris potiùs, quàm Episcopi ſui religionem ſecutus, præfectura illa decedere cogeretur.*

F Ad cæteras quoq. Episcopatus vrbes partim repurgandas, partim in officio retinendas ſtadium conuertit; ſi quos autem ex vicinorum hæreticorum conſuetudine vitium traxiſſe cognouerat, nullum laborem docendi, monendi, rogandique tam per ſe, quàm per Sacerdotes, Parochos, ac Theologos ſuos nullam prorfus occaſionem prætermittebat, libros Catholicos pro ſingulorum intelligentia tam Latinos, quàm Vulgares offerbat: Hæreticorum errores, audaciam, impudentiam, crudelitatem deteſtari, ac in odiū adducere non ceſſabat. Quoniam autem in tenera iuuentute rectè, & honeſtè, ac laudabiliter inſtituta, rem vniuerſam ſitam eſſe ad vniuerſe pietatis propagationem iudicabat, nobilium puerorū ſuis expenſis ſub diſciplina Catholicorum præceptorum aluit, atq. vt in recta fide inſtruerentur, maxima adhibita diligentia laborauit.

Cum Gedanū aliquando Sigismundus Rex accessisset, vir quoque Dei Hofius tum saluandi Regis, tum religionis causa ad ciuitatem illam se contulit. Cumque ciues Augustanz confessionis approbationem magna contentione aureis armati gladijs à Sigismundo Rege peterent; Hofius contra, ne Rex tantū se admitteteret, toto peccatore impediuit, Regi liberè dicens: *Ne te immisceas à Rex rebus Ecclesiasticis, neque Episcopus in hoc genere præcipe, sed ea potius ab illis discere: tibi Deus imperium commisit, nobis ea, quæ sunt Ecclesie, concredidit: ad Regem palatia, ad Episcopum Ecclesia pertinet; quare tu potius defende contra Hereticos in concussam Ecclesia statum, ut tuum Christi dextra defendas imperium.* Comitibus omnibus, quæ in Prussia habita sunt, interfuit; non tam ut negocijs secularibus se immisceret, quam ut ne quid detrimenti religio Christiana acciperet. A mensa tamen sua, & congressu venientes Hæreticos, & Schismaticos prohibere non solebat, sed eorum conuersione ad ipsorum tamen emendationem vtebatur, atque ad omnes occasiones erat intentus, quibus posset hæreticarum fabularum vanitates omnium mortalium oculis subijcere, & in summum odium, atque contemptum, tanquam pestes omnium nocentissimas adducere. Neque certi pauci sunt ex eius familiari sermone ad mentem meliorem reuocati; plurimique quoque ex lectione, quæ refectionis tempore habebatur, admoniti, nonnunquam etiam fracti, seriâ de salute sua cogitatione susceperunt.

Coegerat interea Synodum prouinciæ suæ Nicolaus Dziergowski Gnesnensis Archiepiscopus, ad quam etsi nõ pertineret Varmienensis Episcopus, noluit tamen illic Hofius eius præsentiam desiderari; quod quamuis Ecclesiastica iurisdicctio limites haberet; at communis charitas, & sollicitudo omnium Ecclesiarum nullis in eius peccatore circūscriberetur limitibus. Profectus est igitur Petricouiam etiam cum proprij capitis, naufragij discrimine, transiit enim Vistulam procelloso tempore, reclamantibus licet nauis, ac domesticis suis. Cumque esset in medio flumine, ac fluctibus obrui cœpisset, ad orationem conuersus. *Christe tua,* inquit, *agitur causa adiuua nos;* sicque periculum euasit, & opportunè ad Synodum accessit. Quo loco sapientibus sententijs, quas pronuntiavit, consilij, quæ suggestit ad Ecclesiam Dei pristinæ paci restituendæ, Episcoporum, aliorumque animos ad studium reformationis vitæ sic accendit, ut ante omnia constitutum in ea sit, ut fidem Ecclesie Catholice iuramento singuli profiterentur; cuius formulam de mandato Synodi conscripsit Hofius. In quibusdam comitijs nonnulli Burgimagistri Lutherana lue infecti Hofium Episcopum, tanquam illorum præfidentem pro veteri consuetudine portecta manu cum salutare vellent, ille ne atque quidem dicere volens, iuxta consilium Apostoli, ipsi, qui à Deo, & recta eius fide recessissent, manum subtraxit, nec à profanis, & ab Ecclesie corpore abscissis illam contingi passus est.

Paulus interim huius nominis IV. ut laboranti Ecclesie maximè necessaria remedia adhiberet, mores corrigeret, atque omnia, quæ prauis iam pridem exemplis in consuetudinem adducta fuerant, tolleret, ac hæreses tam longè, latèque disseminatas extirparet, optimum esse duxit, viros aliquos sanctitate, ac doctrina claros, quorum consilium, & operam ad eadem exequenda sibi vtilia fore arbitrabatur, ad Urbem accersere; inter quos Hofium esse voluit. Quare hæc eum litteris, in Urbem ut veniret, in virtute sanctæ obedientie præcipiendo, ex Polonia euocauit.

Paulus PP. IV. Stanislaus Hofio Episcopo Varmiensis. Ad hoc grauissimum Sacerdotij munus sine ullis meritis nostris à Domino vocati, propositum hoc nobis iam inde ab initio habuimus, ut agrè, & grauius laboranti Ecclesie idonea, & maximè necessaria remedia adhiberemus. Quamobrem, & filiorum mores corrigere, atque omnia, quæ prauis iam pridem exemplis in consuetudinem adducta fuerunt, & hæreses tam longè, latèque disseminatæ extirpare, & harum rerum causa Concilium celebrare Deo inuicem statuimus. Quæ quidem consilia nostra exequendi cū iam maturum tempus sit, sublati belli impedimentis, quæ nobis antiquus hostis obiecerat, optimum esse duximus, priusquam Synodum congregemus, aliquot Venerabilium fratrum nostrorum accersere, quorum, & consilium, & operam ad eadem exequenda in primis vtilia nobis fore arbitrabimur. Inter ceteros autem cum fraternitas tua nobis in mentem venerit, ac de te merito ita sentiamus, ut præsentiam tuam maximo ad has res vsui nobis fore confidamus; & simul decere etiam intelligamus aliquem ex istis regno Episcopum in consilium tantarum rerum adhibere: hortamur in Domino fraternitatem tuam, & quamuis necesse esse non putemus, tamen in virtute sanctæ obedientie præcipiendo mandamus, ut postquam has litteras nostras acceperis compositis Ecclesie tuæ rebus, & us, quæ ad iter necessaria sunt comparatis, ad charissimum in Christo filium nostrum Sigismundum Augustum Polonia Regem illustrem, te conferas, & litteris, quas ad illum scribimus, quas ipsas, & earum exemplum cum his accipies, ei redditis, expones nostro nomine ea, quæ de consilijs nostris, tuæque ad nos professionis causa scripsimus, atque hoc officio, ubi functus fueris, ipso salutato, iter ad nos quam primum ingrediaris, quibus fraternitatis tuæ aduentus gratas admodum esse futuras. Roma, 8. Martij Pontificatus nostri. Anno tertio.

Hofius ad Pontificis Romani vocem nulla valetudinis imbecillæ, nulla sumptuum, ac temporis ad iter faciendum, minime omnium opportuni, Iulius enim mensis agebatur, ratione habita, maximis itineribus Romam vltima mensis Augusti die peruenit. Accepit est à Pontifice humanissimè, qui in primo congressu per tres integras horas sermonem de pace Ecclesie restituentæ, elegantissimè, & sapientissimè produxit: progressu temporis Hofium, amplissimis ornamentis dignum iudicauit, ac in numerum S. R. E. Cardinalium cooptare decreuerat, ac cooptasset, etiam si ipse Hofius ad accipiendum decretum honorem animum adijcere noluisse. Quem tantum abest, ut appeteret, ut etiam cum ab ipso Pontifice de suscepto consilio cognouisset, ad genua Sanctitatis suæ prouolutus, supplex ab eo postularer, ut quiduis potius aliud, quàm hoc imperare dignaretur. Dignus enim Paulus est viua migravit: Paulo Pius huius nominis IV. accessit, cui nil prius, aut antiquius visum est, quàm ut ad conuocandam Synodum, Christianorum Principum animos accenderet, atque ad eam rem perficiendam, Hofium legatum ad Ferdinandum Cæsarem, & ad Maximilianum Bohemiarum Regem mitteret; cuius fide, & industria sperabat pijsissimi Principis studium, & voluntatem ad tantam rem aggrediendam, facile sibi adiunctum iri. Ferdinandus Hofio adueniente surrexit è solio, & in caput eius incubuit, ac lacrymans dixit, *Gratia Spiritus sancti vobiscum est; Spiritum Domini labia vestra mouentem video, verè dicitis.* In hac legatione egregiam operam Ecclesie Dei nauantem Hofium summus Pontifex in Cardinalium Collegium, vniuerso Senatu approbante allegit iij. Kalendas Martij anno 1561. qui etiam illi ad maius honoris incrementum per duos Cubicularios suos Strafoldum, & Fidelem sacre dignitatis insignia, rubrum videlicet pileum, & galenum Viennam moleque transfudit. Quibus auditis, & quod magnum curarum, ac molestie molem huic Magistratui coniunctam esse sciret, maioris potius, quàm lætitiæ signis datis, omnes familiares suos ex intimo cubiculo exclusit, prostratusque in terram ante Crucifixi Domini simulacrum per vnam prope horam orauit cum lacrymis, ut ea consilia in animum Dominus fugeretur, que sciret ad gloriam suam, & Ecclesie suæ sanctæ vtilitatem pertinere. Per pauperum domos, & religioforum monasteria largas distribuit elemosinas, & quos nosset piorum orationibus, se rationesque suas diligentissimè commendauit. Quamobrem per vnum ferè mensem, ne quicquam instantibus Pontificis Cubicularijs, quid sibi faciendum esset, deliberebat. Quam eius conuentionem cum cognouisset Ferdinandus Imperator, misit è vestigio Georgium Dracontium, tunc Episcopum Quinqueecclesensem, postea Colocensem Archiepiscopum, & S. R. E. Cardinalem, qui Maiestatis suæ nomine ad oblatam dignitatem suscipiendam Hofium vrgeret. Eiq. dixit: scio tibi mandatum in virtute sanctæ obedientie, ut oblatam dignitatem accipias: an tu non es obedientie filius? an non eam à nobis semper exigit? Idem ab illo plerique Germaniarum Principes, Regum Oratores; ipseque Rex Sigismundus, Episcopi, & Palatini Polonici summis precibus per litteras contendebant. Quibus morè gerens Hofius, atque hanc vocationem planè diuinam esse iudicans, humeros tandem supposuit oneri, ac post oblatum Missæ sacrificium, eo ipso die, quo Gabriel Archangelus lætissimum sanctissimæ Virginis nuntium attulit, futurum ut conciperet, ac pareret Saluatorem, inuocato Dei nomine, ex manibus Archiepiscopi Strigonienfis insignia Cardinalatus accepit, ac simul etiam ad Pontificem litteras hæc dedit.

Quanto cum onere sit coniunctus honos isto, non adeo sum hebes, ut non intelligam: sed facis præcipiens auctoritas, ut recusem amplius, quod imperatur, non audeam; tuum enim vocem non hominibus, verum Christis per te loquens, tuam esse potest per suum habere. Quamobrem quiduis imperes licebit; non aliud responsū à me ferere unquam, quàm quod ille dedit, qui dixit: Paratum cor meum; paratum cor meum: cor tibi paratum offero, facultatē illi suppeditet, qui per te mihi præcipere dignatur. Quæ sit horum temporum difficultas, video quibus quantum quanto quis in locu altorem ascendit, tanto manet eum cura, sollicitudines, labores, pericula grauiora. Sed nec hæc ego, nec quæ vires meæ possint, verum quid impeteret ille, quem per te loqui certum est, & indubitatum attendendū esse puto: dabit is parendi vires, qui tibi me parere præcepit. Quamobrem si propterea mihi purpureum hoc honoris insigne mittendū esse duxisti, ut admonitus eo, pro Dei religione, pro quæ Catholica non modo nullū laborem recusem, nullumque certamen detrectem; verum, & sanguinem ipsum, si sit vsus, vna cum vita profundere vel dubitem: Paratum cor meum, paratum cor meum. Vnam autem hoc me tanto honore Deum dignaretur, ut Ecclesie tam grauius afflētæ salutem, vel morte mea representare possem: quid me felicius? quid me fieri posset beatus? Mihi verò non vnus, sed mille mortuum instar est, quod miserandum in modum sic eam a seuisissimis lupis laceratam, & ex illa tot esse particulas vidēdo. Vellem, ut in mei corporis membra seirent, & ea lacerarent potius, dummodo per hunc modum pristina possit integritati restitui corpus illud mysticum, pro quo Christus verum, & vnum suum corpus in mortem tradidit. Ad omnes quamlibet graues labores tolerandos, ad durissima quæque certamina perferenda, ad

mortem

mortem etiam appetenda pro Christi religione, pro Ecclesia tranquillitate, pro sancte sedis Apostolice dignitate, paratum cor meum, paratum cor meum. Neque dubito, quoniam qui dedit cor paratum, idem quoties usus fuerit, vires etiam se suffecturus ad hac omnia summa cum alacritate pro sui nominis gloria sustinenda.

Præfuit primò Presbyter Cardinalis Ecclesiæ S. Sabinae, deinde S. Laurentij in Pane, & Perna; mox S. Patrcratij, & S. Clementis, postremò S. Mariæ Transtiberim. Vix duo menses abierant, cum Hosium Pontifex iterum magno vniuersi sacri Collegij consensu, suum, & sanctæ Sedis ad Concilium Tridentinum de Latere Legatum pronunciauit; atque vt Tridentum statim se conferret, mandauit; qui se ocius ad iter accinxit. Cù autem illi à magno Principe terrores quidam obijcerentur, quasi essent Concilij progressum impedituri Protestantes, ita magnanimè respondit. *Si vni aliquam adhibere voluerint Hæretici, eorumque fautores, cumsumq. tandem sint illi potentia, vel auctoritate, ut ipsa experientur, quod Sacerdotes Dei Euangelium tenentes, & præcepta Dei custodiunt, occidi possunt, vincis non possunt. Quamobrem seruis ista sunt, & delicatis obiciant; Nos qui per Dei gratiam assidua mortis meditatione mortem non timere discimus, terrores isti non efficiunt. Nullus rei timor potest in animum eius ingredi, qui ex animo mortis timorem eiecit.* Assuit inter primos in vrbe Tridentina, & pompam illam, quæ in Legatorum ingressu solet adhiberi, euitare volens, in ipso diluculo paucis comitatus ciuitatem introiuit. At eum statim morbus excepit ex itineris incòmodis, assiduisq. laboribus, curis, atq. vigilijs, quas Concilij cogendi causa sustinuerat, contractus. Inciderat is morbus in tempus Ecclesiastici ieiunij, cuius obseruationem cum afflictæ valetudini incommodare posse iudicarent medici, monuerunt, vt cibis salubrioribus vteretur, & vfitatum illum abstinentiæ rigorem relaxaret; sed Hosius vt id faceret, adduci non potuit, ac non multo post pristinam valetudinem recuperauit. Extorres à patria sua Episcopos, eiecit ex Anglia, alijsq. locis Sacerdotes in domum suam benignissimè colligebat; pauperem nullum vnquam à se vacuum, & in donatum abire permittebat dicens, nullum id magis facere decere, quàm Legatum Apostolicum. Quos verò in Anglia, vel Germania propter confessionem Christianæ fidei in carcerem, vel in custodiam compactos, vel loco motos, fortuniquè spoliatos audiebat, eos epistolis gratis consolabatur, pecuniam submantebat, & ad se inuocabat. Ipso Parasceues die, cum pridie modico tantum pane se refecisset, noctem in vigilijs, & orationibus exegit ad compatiendum Christo spinis coronato, flagellisque lacerato: media verò nocte, omnibus quiescentibus; cum duobus familiaribus, extra ciuitatem Tridentinam ad Ecclesiam Dominicanorum egressus est, vbi ante sepulturæ simulacrum, in quo Christi verum corpus de mbre asseruabatur, in terram prostratus per duas ferè continuas horas in oratione, lachrymis, & singultibus interrupta perseuerauit. Ac postea reliquis Ecclesiæ extra mœnia ciuitatis positæ, in tempesta nocte, aspero coelo ambulauit, coelitem opem ardentissimè implorando, pauperes ad sepulchrum vigilantes salutando, copiosasq. elemosinas in singula capita porrigendo.

Aboluto Cocilio, obtema à Pio Romano Pontifice facultate, in Poloniam iter suum Hosius direxit ad commissum sibi gregem curandum. Ibi plura ad suæ diocesis, ac regni spirituale bonum molens Societatis Iesu viros ex Italia, & Germania in Prussia primus euocauit, Templum assignauit, Collegium instituit, reddidit attribuit, suppellectilem, ac reliqua omnia vitæ præsidia maximis suis sumptibus comparauit, eidemque Seminarij ex decreto Concilij instituti curam, ac procuracionem demandauit. Poloniæ Regè hortatus aliquando, vt hæreticos despiceret, Rex ad eius prouolatus genua, post lachrymas dixit: *Age tibi gratias quod me tanta libertate ad ea, que sunt muneris mei, hortari non desinis: valeam te semper agnoscere salutis, honorisq. mei cupidissimum: valeam nunc experiri, perge ut fecisti Dei mihi voluntatem annunciare.*

Paulò post idem Rex Poloniæ Sigismundus datus ad Hosium litteris postulabat, vt in Hispaniam ad Philippum Regem Catholicum proficisci vellet, ac de materna sua hæreditate, Barensi nimirum, & Rossanensi Ducatu, quem Regina Bona eius mater in regno Neapolitano moriens reliquerat, deque cæteris ad hanc causam pertinentibus negocijs, & difficultatibus ex sua, & vniuersi regni Poloniæ dignitate, & utilitate transigeret. Quem laborem, ille quamuis ætate prouectus, cumque publicis penè consumptus, & exhaustus non detrectauit; sed cum ei ante omnia cordi esset incorruptam seruare Dei religionem, sumpsit inde occasione eius causam ad Regem suum propugnandi; quoque ab eo in primis flagitauit, vt cum scilicet; quod cum ad Regem Catholicum eius nomine pergeret, qui cum hæreticis nihil commune habere volebat, prius atquam Sigismundus Rex significationem publicam daret, se quoque ab omnibus huiusmodi nouatoribus animo, & voluntate esse alienum; eorumque ministros, qui nomen, & existimationem laudatissimi illius Principis in vniuerso orbe Christiano insigni macula polluerant, dum illi venenosos, & pestilentes libellos inscribere, & nuncupare non verebantur, & regnum eius profanè nouiratis asylum vocare non dubitabant; ab eo protinus expelleret. Alterum, vt serenissimam Reginam consortem suam, eiusdem

A Catholici Regis sortem maritali animo, ac studio complecteretur. Sic enim existimo, ait, quod si tam longum iter in hac iam deuexa parte et assis mea suscepero, nec patriam meam charissimam, nec Mæstatis vestra faciem amplius vnquam videbo; sed vtilis est mihi terrestri huius habitationis mora, eamque non inuisit deseram; modo hæc duo, que à Mæstatis vestra emixæ peto, antequam hinc pedem efferam, obtinero; imò cantabo canticum Domini, quamuis in terra aliena: nec me exulem, sed beatum esse predicabo.

B Cum autem Pio IV. iam defuncto, in Pontificatu successisset Pius V. qui Cardinalis Hosij insignia in Ecclesiam merita optinè perspecta haberet, eum protinus nihil tale cogitantem, suum, & sanctæ Sedis in Poloniæ regno Legatum pronunciauit. Vilum tandem est Sigismundo Regi, & suis, & regni rationibus expedire, vt Hosius Romam proficiceretur, qui ne id faceret, excusauit se, quoad potuit; sed vrge Regis prece, ne grex sibi commissus aliquid de Pastoris absentia pateretur, Martinum Cromerum virum cuius iam in Ecclesiam Dei, & in patriam multa, & magna extabant merita; quique scriptis suis magno cum fructu hæreticos oppugnauerat, Coepiscopum, successoremq. accedente Regis consensu, ac Pontificis maximi approbatione designauit. Tali itaque viro cum pacendum gregem Christi commisit; iter Romam versus arripuit, qua in Vrbe publico applausu exceptus est. Ibi egenorum inopiam largissimis reficere elemosinis solitus fuit, eorum enim singulis singulos aureos Hungaricos numerari faciebat in ipsa aurora, vt hominum notitiam effugeret. Obtinuit à Ioanne III. Sueciæ Rege licet hæreticorum sue infecto, vt aliquot adolecentes in aliam Urbem mitteret, qui rectæ fidei, ac timoris Dei præceptis erudirentur, atque vt Societatis Iesu Sodales in eodem regno reciperentur. Fuit autem Hosius ad vltimum vlq. vitæ diem hilaris semper dator, ac proinde Deo hominibusque dilectus, qui egentium greges, virosque doctos, aut pro fide exules, aut facultatibus suis spoliatos pecunia subleuabat, ita vt mirarentur plurimi, quomodo tam exigui census, quos habebat ad explendos tantos sumptos sufficere possent. Qua de re sic alibi scriptis doctissimus ille Theologus, ac pro fide exul Nicolaus Sanderus. *Nam vs de solis Anglijs loquar, quis Romam venit ex illa orbis parte, qui domum Hosij non experitur hospitium suum? habent ibi locum sui Presbyteri; habent, & milites: denique fratres etiam Miores, etiam Miores, Hosij hospitalissimi Cardinalis nomen non minus diligunt, quam honorant. Germani, Angli, Bohemi, Hungari, Sclauis, Moschi in domum Hosij tanquam ad communem misericordiam perfluum confluunt. Sed cum portas domus, & ingressum scalarum obsedissent, pro veteri sua consuetudine audebat singulos placidissimè, libellos supplices ex omnium manibus ipse excipiebat; nec vnquam quengquam supplicantiem in donatum dimittebat. Imò sæpe verbis placidissimis exiliam, egestatem, nuditatem, & alia incommoda, quibus se oppressos queritabantur, consolatus est: sæpe etiam Reicum, qui erat ei à secretis, ac elemosinis, pauperibus, ostendens, Nolite, inquit, istum in Regnum caelorum intromittere, si vos malè expederit; inuenens eos Paradisi ianitores, & caeli ostiarios, & propterea in honore habendos. Si quando autem solitè eorum pauciores conuenisse videbat, culpam omnem in suos referebat, quasi minus placidè, minus liberaliter venientes acciperent, aut etiam domus suæ aditu prohiberent. Trecentos, refert Reicus, aliquando Moschos, & Ruthenos Turcarum captiuos, per aliquot dies in domo eius, mensa, & prandio exceptos vidimus; cum in patriam suam, post insignem illam, & memorabilem Turcarum cladem apud Naupactum à classe Christiana factam libertate donati, per urbem reuerterentur. Quorum plerosq. etiam in fide instruendos curabat, & ad verum, ac legitimum Patriarcham Constantinopolitanum, qui tunc erat Scipio Cardinalis de Pisis, mittebat, vt hunc potius pro Pastore, Patriarcha suo, quam illum, quem se Constantinopoli vidisse, & saluasse gloriabantur, agnoscerent, atq. ab eo benedictionem acciperent. Viatico quoq. singulos prout poterat, iuuabat: quare accidit nonnumquam, vt ad explendam tot indigentium inopiam pecunia deficeret; quod cum illi eius Oeconomi denuntiarent, Vendite, inquit, vasa, vel quippiam è domestica suppellectile detrabite, & pauperum necessitatibus sine mora succurrite, nec vnum ex illis in donatum abire sinite. Quare in rei familiaris penuriam sæpe accidit, quam cum sciuisset Christophorus Madrutius Cardinalis Tridentinus ad Hosij vsum non mediocri pecuniæ summam eidem misit; idem quoq. fecerunt Cardinales alij clarissimi, Aloysius, scilicet, ac Hippolitus Cardinales Estenses. Et Gregorius XIII. sapientissimè semotis arbitris, in cubiculo suo oblata sponte magna pecuniæ summa cum beneuolentiæ, paterniq. animi significatione, onustum à conspectu suo dimittebat, vt illi exercendæ liberalitatis in egenos, & inopes materiam ministraret.*

C
D
E
F

Cum de Sigismundi Regis morte nuncium accepisset, non solum Sublaci, vbi tunc temporis menses æstiuos ducebat, verum etiam Romæ solennes, & regia magnificentia dignas exequias in Ecclesia S. Laurentij in Damaso illi instruxit, quas presentia sua, Cardinales quadraginta præter alios primarios viros cohonestarunt, & plusquam centum mendicos pullis vestibus donatos, tum tria fere pauperum millia, quibus viritim pecuniam distribuendâ

curabat, ad preces tanto ardentius pro defuncti Regis anima ad Dominum effundendas locavit. Orationem præterea funebrem de laudibus Regis à Stanislao Rescio pro concione recitatam conscripsit, ut ne prorsus viliam grati, & acceptorum beneficiorum, memoris animi significationem prætermitteret. Post Sigismundum electus quippe est Henricus omnium ordinum, sensu, & voluntate Rex Henricus Dux Andegauenis, Caroli IX. Galliarum Regis frater, cui hæretici ne regni statuta à Sigismundo Primo huius nominis Rege in eos lata, vel potius renouata executioni mandare vellet, libellum portexerunt, quo supplicabatur, & quasi pro conditione proponebant, ut pacem inter dissidentes de religione conferuaret. Quod cum ex amicorum litteris cognouisset Hosius, nullum non mouit lapidem, ut omnes istos hæreticorum conatus eluderet. Rescium suum in Galliam misit, qui post gratulationem electo in Regem Henrico factam, illum etiam, atque etiam rogaret, ut sui, maiorumque suorum Christianissimorum Regum summi pateretur, ut iuramento interposito promitteret, quod in regno Poloniæ præter fidem Catholicam Romanam, aliã quamcunque perfidiam impune tolerare vellet. Sed cum plerisque Gallicæ primoribus visum nihilominus esset, ad pacificam regni Poloniæ possessionem adeundam vehementer expedire, vt aliquid hæreticorum clamoribus concederetur, dici non potest, quantum ex ea re dolorem Hosius acceperit, quem etiam datis ad Regem in hæc verba, & ad alios multos vtriusque regni Principes litteris testatus est. *Quid scribam, aut quomodo nescio, sed nec loqui scio: quod factum est, probare non possum; itaque cum ipse nec scribere sciam, nec loqui scio, eius qui per excellentiam quandam à Grecis Theologus dicitur. Viri doctissimi, sanctissimi que Epistolam ad Nectarium Constantinopolitanum M. V. mitto, quam, vt sibi legi iubeat, suppliciter oro. Nam quod ego si presens adessem, dicitur fuisse, dicit hoc Vt ille sanctissimus, atque doctissimus: hoc nihil aliud habeo quod dicam, quam peccatum esse grauius: ego me consolatur, quod non Herodem Regem habemus, qui quod impiè promissit, maiore cum scelere adimpleuit; sed cum, quem ad Regem David accessurum quam proxime speramus. Inuans, & ille se Nabab occisurum, etiam cum executione, sed magna cum laudo sua, quod incantat iurans, non prestitit. Supplex à V. M. peto, sicut peccando Petrum est secuta; sic, & pro peccato suo satisfaciendo Petrum imitetur. Misit etiam descriptum locum S. Augustini, cum auctoritate Regem ad ea, quæ recta essent, inflecteret: quæ tantum abest, vt optimi Principis animum offenderent, vt datis ad Hosium ex itinere, cum in Poloniam pergeret, epistola pro libertate sua ad rationem ex optimo, vt ait, angeret, & scilicet B. Gregorij missa gratias egerit, & his præterea verbis in illa ipsa epistola vteretur. *Quod si Domino bene inuante, ea me obseruans nobilitas Polona colet, qua habemus Reges suos persecuta est, non despero fore, quin vita mea, & religionem intuenis, Principis sui ad exemplum veræ, & antiquæ pietatis laudem retinere, quam nouis quotidie opinionum fluctibus miserè exagitari, & obrui.**

Agebat interim Hosius ætatis annum septuagesimum, quo visum est sapientissimo Pontifici Gregorio XIII. Maioris, vt vocant Pœnitentiarij munus ad eum deferret; cum is nil minus quam de illius dignitatis accessione cogitaret, quam etsi initio remuebat constantissimè, victus tamen non minus constanti Pontificis voluntate, deliberandi saltem spatium postulauit, ac tandem cessit iubente Christi Vicario, qui sui huiusce consilij hanc præcipuam rationem fuisse testabatur coram aliquot S. R. E. Cardinalibus, quod ei committendum duxisset peccatorum aliorum curam, qui proprijs minis esset onustus, vixerat enim semper vitam puram, & castam. A sidebat sæpe Hosius in Vaticana Basilica cum minoribus Pœnitentiarijs ad audienda sacro ritu hominum ad Deum redeuntium flagitia; singulorumque charitate, lenitate, celeritate, & reuerentia vtebatur. Confluebant innumeri ferè homines singulari reuerentia, & pietate ad illum, quem tanquam vnum ex antiquis Patribus admirabundi suspiciebant. Et licet in alios mitis, in se ipsum tamen seuerus corpus suum alioquin imbecillum, non virgulis solum, & flagellis, sed nodosis etiam funibus, aut ferratis cingulis, acurisque, & pungentibus spinis discerpere ad languinem, vsq. solebat. Vt vel hoc modo sensum, certè non sine sensu ad quatuor maiores acerbitate, atque ad duriora pro Christi causa patientia se exerceret. Cumque ipse animi sui viribus nequaquam fideret, timeretque ne corpori suo nimium indulgeret, adhibuit percussorem, cuius ministerio ad vltimū vsq. vitæ suæ diem infirmi castigationibus vtebatur. Vixit tamen vique annos supra septuaginta, valetudine vsus satis prospera: accedente verò tempore, quæ seruum suum, ac militem Dominus coronare statuerat, cum iam viribus corporis per aliquot menses languere cœpisset, inuasit eum alui vehementior fluxus; nunquã tamen adduci potuit, vt plulculum quod otio, aut quieti, vel alijs vitæ commoditatibus indulgeret; sed in suscepto pietatis colendæ proposito, eiusque exercitijs constantissimè perseverabat. Vnde paulò post stomachus atate, laboribus, atque inedia debilitatus cœpit ita relaxari, vt minus cibum appetere, vel acceptum retinere, aut concoquere diutius posset; inde ortum habuit diarrhœa, quæ nunquam posset consistere.

A Cum igitur morbus in eo auerteretur, vireque minuerentur, mornebat ab amicis, ac familiaribus, vt valetudinis suæ rationem habere vellet; & antequam cœlum Romanum vehementioribus ignibus, quibus solebat per illud anni tēpus, inflammaretur, vique totam languidi corporis exhauriret, ab Vrbe rusticarum secederet, leque Christianæ reipublicæ, quæ eius ope adhuc indigebat, seruaret. Sed is à perpetuo suo inquit reuocari non potuit, vt ante festum beatissimorum Apostolorum Petri, & Pauli Roma pedem efferret; maluit potius valetudinis suæ periculum subire, quàm honori tantorum Apostolorum eo loco desse, in quo, profulo pro Christi fide sanguine Deo suo spiritum reddiderunt.

Celebrata horum Sanctorum diuinitaria festiuitate Capranicam paucis ab Vrbe miliaribus distantem se contulit; vbi primum aliquantulum ægritudine leuari visus est. At paulò post magis, ac magis ventris profluuium cœpit laborare, qui ei, & cibi appetenti, & lomni vltum ademit. Rogatus in illo temporis articulo, vt nepotum suorum facere Gregorio XIII. antea, respondit, Pontifici commendare vellet, id facere noluit. *Timeant, respondit, Dominum, & custodiant mandata eius, & nihil eis deest; scriptum est enim: Beatus vir, qui timet Dominum: Gloria, & diuitia in domo eius.* Gregorius cum accipisset, tantum hunc Virum in tantam corporis ægritudinem incidisse, misit è vestigio vnum ex Camerarijs suis qui suo nomine paternam ei benedictionem impertiretur. Accessit quoque ad Hosium ex Vrbe officij causa Vincentius Laureus Cardinalis: Aduocatis deinde medicis, cum omnem eorum operam esse superuacaneam animaduertisset, hæc ad eos protulit verba. *Postquam malis meis nullum potest remedium inueniri, ego ad alium medicum Galeno vestro longè præstantiorem me consero, qui sanare potens est omnes humanas infirmitates, qui renouat vs. Aquila iuuentutem nostram, qui potiones habet vestras suauiores, & multo magis salubres, quas quis semel degustauerit, nulla incōmoda, nullam æternam sententiã amaritudinem nec letitiam a morte secunda, nullam mortis ætatem qua laboratur emine perit sanctam a morte Ecclesia.* Post Eucharistiæ sacramentum Extremam Vnctionem impertiri sibi petijt, illamque summa cum deuotione recepit. Deinde ad familiarium suam conuersus, omnibus eleuata manu bene precatus est; deinde se ad orationem retulit, & tertiam, & sextam Horas officij diuini B. Mariæ ad Niuem recitauit; cum ad nonam ventum esset; *Sufficit, inquit, non enim nonam dicemus, vsq. vt spero, cum Angelis in Cælo.* Quia verò Nepesinus Episcopus pro tanti viri incolumitate per omnem dioccesim suam triduanas supplicationes indixerat, transeuntibus ante palatium moribundi Cardinalis virginibus Litanias decantantibus, audita earum voce, cum quid sibi vellent ea cantica decantantibus, responsum est fieri pro ipsius salute de mandato Episcopi; tunc ille vultu læto, eleuatus in cœlum manibus: *Magnas, ait, ago Reuerendissimo huic Episcopo gratias, & castissimis illis, ac Deo amabilibus puellis, que pro me apud Deum intercedunt. Scio enim quantum apud cælestem Numen valeant innocentiū virginum, & puerorum orationes: tamen nihil aliud opto, quam, vt fiat voluntas eius, nec momento quidem temporis viuere cupio vsq. quod constituit mihi Dominus, qui posuit mari terminum suum, & legem aquis, ne transirent fines suos.* Iulsi deinde Dominicæ Passionis historiam prælegi his verbis: *Domine in manus tuas commendo spiritum meum.* Illo ipso beate semper Virginis Dei genitricis Mariæ festo, die scilicet quinta Augusti, anno salutis, non vt est apud Cabreram 1578, sed 1579, ætatis septuagesimo quinto, vel sexto, sub Gregorio XIII. plenus dierum, ac meritorum in senectute bona quieuit, obdormiuitque in Domino. Cadaver Romam deductum, sepulchrum habuit, vt mandauerat, in Ecclesia sui tituli S. Mariæ Transiberim ad dexteram partem aræ maxime, sub imagine Assumptionis beate Mariæ, mosaico opere olim facta.

Funebrem Orationem habuit eundem Ecclesiæ Canonicus Thomas Freterus, quam ad complendum omnium, quæ hæcenus dicta sunt de hoc eximio Cardinale, hoc loco excribere putauimus opportunum.

Qvis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo: non, vt Hieremias ait, vulneratos populi mei, nec vt Iesus miseriam Hierusalem: sed plorabo vanitatem, misericordiam, innocentiam, castitatem: plorabo omnes pariter in vnius morte defecisse virtutes? Ecce enim vir innocens, cum quo de vtero matris suæ egressa est pietas, & à diebus infantia; creuit miseratio: qui nunquam in vanitate, sed coram Domino ambulauit in veritate, & in corde perfectus, oculis omnium vestrum, Auditores exposuit, viam vniuersæ carnis ingressus est. Neque tamen lugendus est nobis ille, qui cælestem illam in domum migravit, sed nobis impatientius est dolendum, qui talem, videre desimus. Cuius quidem doloris, vt tantum iustorem vos habere causam intelligatis, quantum grauius damnum est quod incurrimus, faciendum mihi putauit, vt quali quantoque viro Ecclesia Dei sit orbata breuiter ostenderem; & quantum ad ammirabilem spiritualem profectum pijs omnibus eius ad cælestem gloriam transitus consolationis adferre possit, oratione commemorarem: quod dum facio, vt mihi benignas aures præbeat oratio. Possem autem hic, & generis, & pijsimorum eius parentum

mentionem facere vnde non obicere disceretis, quod verè de v-
 tero matris egressa est secum pietas: sed ad ea quæ sunt eius pro-
 pria, huicq; loco, muneris, & dignitati, in qua spiritum suum Do-
 mino reddidit, ac vestra expectationi magis consentanea, cursu
 orationis meæ conuertere malo.

Ac primam quidem illam ætatem suam innocentissimè sem-
 per egit, quando quidem in eo domum sibi constituerat castitas,
 & continentia radices fixerat in profundis. Et virum, & iuuenem
 se esse nisi per patientiam laboris ignorabat. Vtebatur lectione
 pro requie, & ludos omnes, & otii cane peius, & angue fugiens
 orationibus, & studijs intendebat. Cæterum cum ex Italia, vbi
 partim Parauij, partim Bononiæ, litteris diligentem operam de-
 derat, in Poloniam rediisset, sicut olim in Samlonem, ita quoque
 in illum irruit spiritus Domini, vt dilaceraret leonem rugientem
 Diabolum, qui per nefandas hæreses vineam Domini in patria
 sua vastare coeperat. Quamobrem totam animi contentionem
 ad oppugnandos, & persequendos hæreticos conuertit: & cum
 esset singularem innocentia, pietatisque laudem apud omnes in
 patria sua consequutus, vitæ suæ exemplo cepit vniuersos viam
 veritatis docere. Postea verò ad munus Episcopale à Paulo III.
 Pontifice Maximo vocatus, totum se, tanquam potestatem habens,
 huic vni cogitationi immergit, vt ab oculi suo rabiem hæreticam
 arceret, & reliquis etiã Regni vulneribus inuaderetur. Partim
 igitur consilij, partim admonitionibus, partim scribendis cõ-
 cionibus, quæ per prædicatores vbiq; populis annuntiarentur,
 partim libris Catholicis subministrandis, partim, & alendis edu-
 candis in fide Catholica hæreticorum liberis, veluti communis
 patriæ Pater, pro omnium salute conuersioneq; tota animi con-
 tentione laborauit. Quæ res adeo illi successit, vt si hæreticos spe-
 ctes, nullus eorum repertus sit, qui Hosiu Episcopum, erro-
 rum suorum inimicum non senserit, si Catholicos consideres, nul-
 la sit orbis Christiani pars, ad quam laborum, & scriptorum il-
 lius fama non peruenerit, adeo vt propter gratiam, elegantiam,
 & quod maius est, spiritum intus loquentem, ex Latina in Gal-
 licam, Germanicam, Polonam, Anglicam, Scoticam, & quemad-
 modum à magni nominis viro quodam super accepimus, in Ar-
 menam etiã linguam diuinæ lucubrationes eius traductæ fuerint.

Talis igitur tanquæ viri fama commotus Paulus IV. Pont. ne
 lucerna hæc veluti sub modio abscondita diutius lateret, super
 candelabrũ eam constituendam, ac æternis suis literis Hosiu Episcopum,
 & diocesi sua, ad Urbem hanc, totius orbis theatrum,
 euocandum curauit: de modo, rationeque restaurandæ religio-
 nis consilia cum illo communicauit, in magnoque quoad vixit,
 semper honore habuit. A successore tandem Pauli, Pio IV. ad
 Imperatorem Ferdinandum Nuntius designatus, ita se illo in-
 munere gessit, vt præclaris eius virtutibus incitatus Pontifex, fa-
 cere non potuerit, quin eum absentem, & diu multumq; reluctan-
 tem, primò Cardinalem, postea etiam Legatum ad sacrum œcu-
 menicum Tridentinum Concilium crearet; in quo præter singu-
 larem prudentia, eruditionis, ac pietatis laudem, sanctæ Sedis Ap-
 postolicæ dignitatem ita sustinuit, vt sancti illi Patres ex diuersis
 totius orbis nationibus, auctore Spiritu sancto congregati, planè
 diuinas tanti viri dotes, & incredibilem propagandi cultus diuini
 zelum, admirari satis nõ potuerint: *Foris apud eum non mansit pe-*
regimus, ostium eius visatoris patuit, ardor caritatis omnibus. Ab-
solutum demum Concilio in patriam reuersus, quo in celsiori hono-
ris, & dignitatis gradu se constitutum videbat, hoc maiore studio
ad diuini honoris rationes in ea propagandas ferebatur. Quamo-
brem, quantum apud Sigismundum Augustum Regem gratia,
quantum apud Senatores, reliquosq; Regni ordines authorita-
te valuit, tantum contendebar, & elaborabat, vt quæ in sacrosan-
cto illo Concilio sanctè, pieque constituta fuerant, ea in patria
suæ executioni mandarentur, leuem sumptuum, & laborum, in-
prouecta iam ætate rationem ducens, dummodo pietas, & religio
perditorum hominum temeritate, atque audacia profligata, tur-
lum introduceretur.

Primus ille fuit in vniuerso Poloniæ Regno, qui patribus Socie-
 tatis Iesu, in partes illas euocatis, morum disciplinam collapsam
 in Clero restitueret, ac vt iuuentus in litteris, & Dei timore dili-
 genter institueretur, perficere conatus est: cuius consilij sui eum
 fructum vidit, vt, & alij itidem Antistites, exemplo ipsius incitati,
 Collegia eiusdem Societatis erigerent, ex quibus ad Ecclesiæ Dei
 rationes, in regionibus hæretica labe infectis promovendas, plu-
 rimum emolumenti redundat. In Senatu Regio, quoties suo loco
 sententiam diceret, ad eum finem omnia retorquebat, vt Satha-
 næ synagogis euerfis, Christianam religionem auctam, & propa-
 gatam in patria sua videre posset. Inde tot admonitiones, tot con-
 silia à Spiritu sancto profecta, tot vias ad animarum perditarum
 salutem recuperandam adiuuentas, Regi, Senatoribusque, non
 magis vna voce, quam per diuinas planè epistolas suas suppedita-
 re nunquam desinit; vt vel ex hoc vno quilibet facillè intellige-
 re posset, nihil eum vnquam prætermittere solitum, quod, & ad
 Pastoris vigilantissimi, & ad Senatoris prudentissimi, patrique
 patriæ amantissimi munus pertineret. Animi ad durissima quæ-
 que pro Christiana religione toleranda ita semper præsentem, &

planè inuictum adferebat, vt nec potentiorum hæreticorum mi-
 nas vnquam extimesceret, nec à dicendi libertate sibi temperan-
 dum esse existimaret, etiam si gratia Principum excidendum esset,
 si quando Christi, & religionis causa ageretur. Hinc sæpius di-
 cere solebat, se votis ardentibus id semper à Deo exposcere, quo-
 ties Beati Andrea, qui patronus Varmienfis Ecclesiæ est, in Ho-
 ris Canonicis commemorationem faceret, eam, vt illi constantia
 animiq; fortitudinem largiretur, qua pro sacrosancta fide extre-
 ma quæque pati, quin, & crucem ipsam perferre, si id Ecclesiæ
 proficuum esset, illi concederet.

Decimus iam annus agitur, ex quo ad hanc almam Urbem gra-
 uissimis quibusdam de causis aduenerat. In qua qualem pietatis,
 prudentia, sanctæ conuersationis, & vitæ innocenter actæ odo-
 rem sparserit, norunt omnes: præ cæteris autem sanctissimus Do-
 minus noster Gregorius XIII. Pontifex Maximus: qui pruden-
 tissimus meritum cuiusq; æstimator, cum ad eum vitum Maio-
 ris Pœnitentiarij munus detulisset, id se eo consilio facere affir-
 mauit, vt de peccatis alienis iudicandi ei potissimum potestatem
 tribueret, qui propriorum peccatorum minimum haberet. O ma-
 gnum Maximi Pontificis de magno Cardinali testimonium: quod
 ætas futura admirabitur, Ecclesiæ vniuersa semper compro-
 babit! Sed non huius loci, neque temporis esset omnia recensere,
 quæ de præclaris eius virtutibus rectè dici possent: Quamobrem
 ad hoc iam nostra conuertitur oratio, quod omnium actionum
 illius veluti summam quandam complectitur. Nam cum verè di-
 ctum sit, non posse eum malè mori qui rectè vixerit, sanctissimam
 Hosii Cardinalis conuersationem, nihil magis comprobare
 posse videtur, quam mors sancta, vt quæ ad veram illam, & nul-
 lius vnquam temporum seculis circumscriptam vitam, aditum
 illi patefecerit. Nam ex eo tempore quo humanæ conditionis in-
 firmitatem ratione comprehendere cepit, cum artem rectè mo-
 riendi discere nunquam intermisisset, id consequutus est, vt quò
 magis per decliue senectutis iter, ad mortalis istius vitæ termi-
 num appropinquabar, hoc seruentius bonis operibus, sanctisque
 virtutum exercitijs insistere non cessaret: adeo vt corpusculo, vi-
 gilij, orationibus, ieiunijs, & magnis pro Ecclesiæ Dei susceptis
 laboribus exhausto, seruior spiritus non modò in dies, sed in ho-
 ras, ac momenta penè singula, magis atque magis in eo cresceret.
 Nullam diem intermittere solebat, qua mente ad Deum eleuata,
 paratum se esse non diceret hac vita mortali excedere, quando
 Diuinæ Maiestati illius placitum esset; vt voluntatem hanc suam
 sacrificij cuiusdam loco quotidie Deo offerens voluntarij quo-
 dam modo martyrij coronam sibi contexere videretur.

Creuerat iam in tantum imbecillitas corporis, ætate, diuturno-
 que languore conuulsata, vt cubiculo tuto exire nõ posset. Qua-
 mobrem die quæ festum Diuæ Marthæ Christi hospite præce-
 debat, cum se peccatorem, & indignum pronuntiasset, velle ta-
 men, quod olim Martha, se etiam cras facere dixit, vt Christum
 creatorem, & redemptorem suum hospitio exciperet. Postridie
 itaque facta sacerdoti confessione, postquam sacrificio Missæ, cor-
 pore debilis in genua tamen prouolutus, attentissimè interfusi-
 set, sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, cum maxima humi-
 litate, gemitu, ac lachrymarum effusione deuotissimè suscepit.
 Diebus quatuor sequentibus Missam itidem, & officium Hora-
 rum Canonicarum recitatum, magna cù attentione audiuit. Tan-
 dem pridie festi S. Mariæ ad Niues, cum iam tempus resolutio-
 nis suæ instare intelligeret, & totum se Diuinæ voluntati submi-
 sisset, demò iterum confessionis sacramento se expiuit, ad diem
 sequentem tam sacrosanctam Communionem, quam Extremam
 Vnctionem differendo, indicans quibusdam è suis, quòd extime-
 scere videbantur, se nocte illa non moriturum. Postridie expleto
 Horarum Canonicarum officio, quo tempore manus in calum
 frequentissimè extendebat, Missam audiuit, Viatico sacrosanctæ
 communionis maxima cum reuerentia, & humilitate se commu-
 niens, familiarè vniuersæ iam de hoc mundo cælestem illam in do-
 mum migraturus planè paterno affectu benedixit. Sacramentum
 Extremæ Vnctionis, ad luctam contra spiritus malignos se præ-
 parans, suscepit, gratias Diuinæ Maiestati agens, quòd ad septua-
 gesimum sextum ætatis suæ annum attingere illum voluerit, quo
 sanctus Ecclesiæ Doctor Augustinus, quem præ cæteris maximè
 admirabatur, & colebat, ex hoc sæculo quondam migrauerat.

Longum esset enumerare iustitia, lacrymas, gemitus, orationes
 quas ad Deum ardenti corde iugiter emittebat. Singulari vene-
 ratione quadam viuifica Crucis trophæum, quod sibi offerri vo-
 luit, prosequabatur, spiritum suum Domino commendando, de-
 uotissimè loca vulnerum Domini Iesu exosculando, & illud quod
 Ecclesiæ concinit, *O Crux aue spes unica, sæpius ingeminando.*
 Lectionem Passionis Dominicæ secundum Ioannem, cum sibi
 legi præcepisset, quoties sacrosanctum nomen Salvatoris nostri
 Iesu nominari audiuisset, toties pileolo è capite deposito, aut cum
 iam præ debilitate non posset, saltem leuiter tacto, Creatori suo
 honorem debitum exhibere conatus est: & tandem hora nona,
 qua Dominus in Cruce pro salute generis humani spiritum emi-
 sisset, animam Christo redemptori, omnibus suis inspectantibus,
 & ad

& ad lectulum genu prostratis, placidissime felicissimeque tradidit. Sic die beatissime Virginis, quam singulari deuotione semper prosequatur, Transfigurationis Domini festum precedentem, ipse quoque transfiguratus, de morte ad vitam, de valle lachrymarum ad montem totius letitiae, & felicitatis transiit, corpora reus, vinculis exutus, claritatem vultus Dei intuetur, in qua vera beatitudinis suauitas, & eterne delectationis dulcedo est reposita.

Habetis iam, Auditores, breuem tam sancti Cardinalis Pastoris vigilantisissimi, quem *Sanctissimus* non immerito appellare possumus, vitæ summam, in quo cum summa in Deum pietas, in proximos charitas, in omnibus autem eius actionibus prudens simplicitas, & simplex prudentia eluceat, dubitandum non est, eum in Beatorem Iudex reuertentem, Iesu Christi conspectum dulcissimo persequi, quem semper amauit, in quem credidit, quem palam confessus est, quem ad extremum vsque halitum semper in corde, semper in ore habuit; vt eum non tam orationibus nostris, quam nos potius precibus illius eum ad orationari posse, verisimiliter credendum sit. Effugit enim iam iustus hic de angustia seculi huius in maligno positi, De fructu laborum suorum repletur bonis, & iuxta opera manuum suarum retribuitur ei. Seminanti iustitiam merces fidelis reddita est, & requies æternitatis iam data est ei. Commendemus ergo nos, fratres, orationibus eius, & vicissim commendemus ipsum orationibus nostris, quarum præsidio si iam non indiget, orationes nostræ cum maximo fructu in sinum nostrum reuertentur.

Ante omnia verò demus operam, vt iisdem vestigijs insistamus, quibus ille, eod quod cupimus iam peruenit. Frustra namq. Sanctorum labores, conatus, & merita commemoramus, si ea factis representare non curamus. Inde potius augetur supplicium, vnde sperabamus meritum. Non enim absque causa, diuina misericordia, in hac nocte mundi huius tam conspicuum lumen accendit, sed, vt ad vitam salutem possent venire qui cepiunt, & excussæ, quæ talem genuit; sed felicitior quæ talem Domino tradidit. Sit sanctificata quæ dedit; sit benedicta, quæ sacrum thesaurum in se recipit. Magis nunc in cordibus hominum loquetur vita ablenatis, quàm vox præsentis, magis exempla persequitur, quàm verba. Oremus, vt ille orauit; ieiunemus, vt ille ieiunauit; facultates nostras distribuamus in pauperes, vt ille distribuit; castigemus corpus nostrum, vt ille castigauit; perseueremus in bonis operibus, vt ille perseuetauit. Certum est, quod eiusdem gloriæ possessionem adhibimus, quam ille adiit. Quod nobis contingat gratia, & misericordia D. N. I. Christi, qui cum Deo Patre, & Spiritu sancto viuunt, & regnant in secula seculorum, Amen.

Ad huiusce Cardinalis sepulchrum sequens est affixum epitaphium.

D. O. M.

STANISLAO HOSIO Polono S.R.E. Presbytero Cardinalis, Varmiensis Episcopo, Maiori Penitentiario, vita sanctitatis, eruditionis, & eloquentia gloria celeberrimo, Catholica fidei acerrimo propugnatori, qui, cum antiqua probitatis, & Episcopi vigilantie præstantiam, in humilitate, caritate, castitate, & beneficentia expressisset, hereticas sectas, scriptis, & consilijs sapientissimè, & serueniter oppugnasset: multos ab erroribus reuocasset, grauissimisque legationibus pro pace Ecclesie Dei, cum apud Carolum V. & Ferdinandum Casarem, tum præcipue in sacro Concilio Tridentino, Pij IV. Pontificis nomine felicissimè perfunctus, Christiana Republica plurimum profuisset, omnium virtutum laudibus, & exemplis ad imitandum abundans, obdormiuit in Domino, Nonis Augusti, Anno Salutis MDLXXIX Aetatis suæ LXXVI.
Stanislaus Hosius Patruo, & Stanislaus Rescius Patrono beneficentissimo Executores Testamenti posuere.

Ante decem annos Testamentum scripserat, in quo non fratres, aut nepotes, sed Christum, & seruos eius, exiguæ suppellectilis, quam habebat, heredem instituit. Huius tenorem de verbo ad verbum attexere, cum sapiat egregiè pietatem, ostendatque animum diuini nominis amore vehementer inflammatum, opere precium iudicauit.

STANISLAII HOSII Cardinalis Testamentum.
In nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Ego STANISLAUS miseracione diuina sit. S. Theodori S.R.E. Presbyter Cardinalis HOSIUS, Episcopus Varmiensis, ad Regni comitia Lublinsensia profecturus, Christi præcipue in illis causam acturus, vt ne qua fiat nouatio, vel in Ecclesiasticis, vel in politis rebus, ad has præsertim Prussia terras pertinentibus, & quæ facta iam est, vt inducatur, & antiquetur: tum vt iura, priuilegia, libertates, consuetudines harum terrarum sacra recte conseruentur, & si quid in illis labefactum est, id aut in pristinum statum, quoad eius fieri poterit, restitatur, aut saltem ne deinceps idem euenire queat caueatur; omni cura, diligentia, labore prouidurus, in hac affecta, & atate, & valetudine mea, non potui, quæ solent hominibus humanitus accideret, non eo

Arum subinde recordari. Cum præsertim crebro anibus meis in genua præclara Sapientiarum. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces hamo capiuntur, & aues laqueo comprehenduntur, sic rapiuntur homines: nec unquam illorum verborum obliuisci possim, quibus nos ipsa monet Sapientia, paratæ semper vt simus, & vigilemus, quia nescitis, inquis, diem, neque horam. Quare quoad, & mentis, & corporis viribus non esse videtur desitutus, vt meæ domus disponerem, & ea, quæ sunt nouissima prouiderem facienda esse duxi. Quocirca facultate mihi per Pium Quintum Pontificem concessa, meam vltimam voluntatem continens, hoc Testamentum condo, facio, & ordino, in hunc qui sequitur modum.

B In primis profecto, & præ me fero, ac testari etiam omnibus esse cupio, quocumque tempore Deus de statione vite etiam me decedere iusserit, quod non nisi in Christi nominis, & Catholicae fidei confessione decedere cogito eius, in qua, fidei, quæ non quinquaginta annis nata, sed ab ipsi fundatissimis Apostolorum sedibus, in hodiernam usque diem succedentibus sibi Episcopis firmatam, nobis est per manus tradita, eius fidei quam puer didici, quam à beata matre, deinde, & à matrice mea, cum ipso quodammodo lacte suxi: quam postea in suis auctam incrementis professus orbi testatam feci: quæ ex omnibus mundi partibus in unum congregati Patres frequentis numero, nec pietate minus, quàm doctrina præstantes, in sacro Concilio Tridentino, cui quamuis indignus, Pij Quarti Pontificis nomine cum alijs Legatis S. R. E. Cardinalibus præfati, vniuersi consensu receperunt, & approbauerunt: denique per longam Pontificum Romanorum successionem sibi per manus traditam, sequitur Pius quoque V. Pontifex, qui nunc in eius Cathedra sedens, eandem cum illo fidei doctrinam proficitur. Quam etiam ob causam, quod aliquando quendam à sancti Patris dixisse recorder, cum ad Romanum Pontificem Damasum verba faceret: Non noui Vitalem, Meletium respuo: Paulinum ignoto: quicunque est, hoc ego totidem verbis mutatis hereticorum nominibus ad successorem Damasum, qui nunc præfatus Ecclesie Catholicae dico: Non noui Lutherum, Calvinum respuo, Seruetum ignoro. Quicumque tecum, Pie Pontifex, non colligit spargit: qui Christi non est Antichristi est; qui Papiſta non est, Sathanista est. Nullum inquit nisi Christum sequens, tuæ Beatitudinis, id est Cathedrae Petri communionem confocior. Super hanc petram Ecclesiam edificatam esse scio. Cui si quis inuigilat, meus est. Huc igitur adherere, nec unquam ab ea quoad spiritus hos reget artus amelli me velle clara voce pronuntio. Ac secundum salutem Christi non me minus tribus posse persuasum habeo, quàm si Papiſta vocer. Si quid autem à me vel dictum, vel scriptum est aliquando, quod cum huius Cathedrae doctrina non consentiat, quod certe sciens, & prudens feci nunquàm, id pro non dicto, & pro non scripto haberi volo. Quis si deinceps grauiore morbo correptus dicere mallet, id erroris mentis potius adscribi velim, quàm quod ex animi mei sententia profectum esse iudicetur. Hac enim est vltima mea voluntas, quam Deifretus auxilio mutabo nunquam, quod sicut per omne vitæ meæ tempus ab Ecclesia Catholica me non dissiuasi, sic nec moriens, ab ea, vel eius doctrina dissiuasi cupio: ac non in ea modo, verum, & pro ea, si res ita postulauerit mori me paratum offero. Non meis vili viribus confusus, quas infirmas esse scio, verum Dei misericordiam fretus, quod qui dedit promptam hanc voluntatem, si conferenda fuerit ad rem aliquando, dabit etiam facultatem.

C Hac solemnifaltia protestationis, quod, & viuere, & mori cogito in Ecclesia gremio, in qua sola spiritum veritatis, extracam, verò spiritum vertiginis, erroris, mendacij; in qua solamissionem peccatorum, extra eam verò spem salutis nullam esse molus certum est, & indubitatum: quandoquidem in illius fide permatu, si semper, nec ab ea me dissiuasi, vel etiam deinceps sum dissiuaturus unquam, tanto maiore cum fiducia accedo ad gratia tua thronum, qui Pater es misericordiarum, & Deus totius consolationis, vt misericordiam consequar, & gratiam in tuis oculis inueniam. Quocumque tempore depositum spiritum repetere, quæ tibi visum fuerit, in manus tuas commendando spiritum mentis, quem si tu contempleris, qualis ipse est ex se, fateor quod non est dignus qui sub oculos tua Maiestatis veniat, cum sit omni sorde plenus. Caterum, si filij tui sanguinem, quo lotus, & emundatus est, si crucis, ut nos tibi redderet acceptabiles, digni certe sunt illi, propter quos tanto pretio redemptur facias, eum participem gloriæ tuæ sempiternæ. Noli, Pater clementissime, noli respicere in faciem meam, quæ auerte potius à peccatis meis faciem tuam: & protector noster aspice Deus, respice Deus in faciem Christi tui: respice in faciem dilecti filij tui, pro peccatis meis in cruce pendentis, & morientis: & in eorum remissionem de saucio latere copiosum sanguinem profundentis. Confiteor tibi Pater, quod gratia sunt peccata mea, quibus iram tuam promerui. Sed vitam appendas ea, Domine, in scatera, & quam pro me calamitatem pertulit innocens filius tuus: certè multo grauior apparebit hæc, & magis digna, propter quam effundas in me misericordiam tuam, quàm illa sint, vs

D vel dictum, vel scriptum est aliquando, quod cum huius Cathedrae doctrina non consentiat, quod certe sciens, & prudens feci nunquàm, id pro non dicto, & pro non scripto haberi volo. Quis si deinceps grauiore morbo correptus dicere mallet, id erroris mentis potius adscribi velim, quàm quod ex animi mei sententia profectum esse iudicetur. Hac enim est vltima mea voluntas, quam Deifretus auxilio mutabo nunquam, quod sicut per omne vitæ meæ tempus ab Ecclesia Catholica me non dissiuasi, sic nec moriens, ab ea, vel eius doctrina dissiuasi cupio: ac non in ea modo, verum, & pro ea, si res ita postulauerit mori me paratum offero. Non meis vili viribus confusus, quas infirmas esse scio, verum Dei misericordiam fretus, quod qui dedit promptam hanc voluntatem, si conferenda fuerit ad rem aliquando, dabit etiam facultatem.

E propter

propter ea contineas in ira tua miserationes tuas. Indignus ego sum, quem oculis Maiestatis tue aspicias, verum interea dignissimus est ille, propter cuius passionis, & mortis meritum, non modo respicias me, verum, & corones.

Quamobrem venio ad te, Pater clementissime, venio ad te multis meis, sed multis filij tui Domini, & Redemptoris mei Iesu Christi meritis ornatus; qui cum pretiosa morte sua non modo pro meis, verum etiam pro totius mundi peccatis abunde tibi satisfecit. Huius mortis meritum, in quo solo meam spem, & fiduciam omnem habeo defixam, adfero ad te: hac est iustitia mea, satisfactio mea, redemptio, & propitiatio mea, meritum meum est mors Domini mei. Non sum inops meritis, quamdiu miserationum Dominus non defuerit. Quanto potentior ille ad salvandum, tantum sum ego securior. Vides igitur, clementissime Pater, quibus meritis ornatus ad te veniam, us nimirum quibus negare nihil potes. Quamobrem, quocumque tempore repetero tibi visum fuerit, accipe Pater caelestis, accipe spiritum meum, non corruptibilibus auris, & argento sed pretioso Filij tui sanguine redemptum. In hoc pretium respice, propter hoc pretium esse me dignum pronuntia, quem inter oves tuas a dextris colloques, & una cum alijs electis tuis exoptata illam vocem exaudire facias: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Quod ut consequi possim, B. Mariae Virginis, & Sanctorum, qui vel in caelo cum Christo iam triumphans, vel in hac lachrymarum valle nobiscum adhuc militant, precibus addiuari peto. Spiritu meo, Patri meo caelesti commendato, quod circumfero corpus mortis huius, unde prodys, mandari terra volo. Si cum in mea diocesi fuero, me contigerit etiam illam in domum ex huius vis a diuersiorum migrare, Braunspurge sepeliatur in Templo Societatis Iesu: sin autem extra diocesim, in eo, quod proximum Templum fuerit, modo sit Catholicum, absque pompa sed non absque cultis tamen Ecclesiae ceremonijs terra mandetur. Vestiantur pauperes, detur eleemosyna, & simul, & sacerdotibus, qui prosequuti sunt fuerint. Quoniam vero, quod habui patrimonium, eo pridem Dom. Ioanni Hosio fratri meo natus grandiori cessis, quam cessionem etiam nunc ratam habeo, nullum ut mihi super sit iam quam Christi patrimoniam: quicquid ex illo penes me est, quod valde exiguum est, non alios eius heredes instituendos duxi, quam N. & N. Hos etiam ut in precibus, & sacrificijs suis, mei memores esse velint, rogo, quod possim in extremo die meo propitium habere Deum, supplices misericordiam eius implerent. Hac scripsi manu mea in Ecclesia mea Castro Heilspurgensi Dominica Septuagesima, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono.

Templum S. Stanislao martyri Episcopo Cracouienfis, eiq. contiguum Xenodochium nationis Polonae in Vrbe apud S. Salutorem ad Tabernas obcuras magno sumptu inceptum, morte praeventus imperfectum reliquit. Multos libros reliquit celeberrimae Academiae suae patriae, ad quam locupletandam codicibus centum annalem instituit.

Scriptit Confessionem Catholicae fidei Christianae aduersus Augustanam Confessionem. Confutatione Prolegomenon Brentij libros quinq. De Expresso Dei Verbo. De Communionis sub vtraque specie. Latini Sermone Obferuationes. De Sacerdotum Coniugio. De Missa vulgari lingua celebranda. Explicationem Salutationis Angelicae. Iudicium, & Consulam de adoranda Trinitate aduersus Ministros Tigurinos, & Heidelbergenses. De Loco, & Auctoritate Romani Pontificis in Ecclesia, & in Concilijs, contra Oecochouium. Fabiani Quadrantini Recantationes. De Oppresso Dei Verbo. De Adis cum diuersis Haereticis. Epistolae triginta duas supra decentas. Examen, siue Excursionem confederationis Haereticorum. Alteram Excursionem eiusdem confederationis. Orationes funebres duas in exequijs Sigismundi Primi, & Secundi Poloniae Regum. Homilias plures Latina, Germanica, & Polonica lingua. Litteras ad Flaminium Nobilium, qui S. Ioannis Chrysolomi Orationes ad Viduam iuniorum Latinas a le redditas ad illum miserat. Apologiam Romanae Curiae, & Ciuitatis. Tractatum contra Politicos pro Episcopali, & Ecclesiastica Iurisdictione, & Ciuili. Collationem veteris Ecclesiae cum hac nostra.

Sunt vicissim ad Hosium S. Caroli Cardinalis, Herculis Gonzagae, Aloysij Estensis, Iacobi Putei, Gulielmi Sirleti, Henrici Luffitani Cardinalis, postmodum Regis, Ferdinandi a Toledo, Petri Victorij, Latini Latini, Iulij Gabriellij, & aliorum litterae.

Quae Hosij scripra tanto Christiani Orbis consensu, & approbatione accepta sunt, vt ipsomet adhuc in viuis agente, bis, & trigiesies praelo subiecta esse ferantur, Romae, Lutetiae, Lugdani, Antuerpiae, Coloniae, Louanij, Moguntiae, Cracouiae, Venetijs, & alibi, atq. in Gallicam, Italicam, Germanicam, Flaudricam, Anglicam, Polonicam, & Arabicam linguas translata.

Sanctissimam Virginem Dei matrem Hosio scribenti libros distasse nonnulli opinati non dubitarunt: neq. etiam dubitauit Vir quidam etuditus Germanos suos admonere, vt Hosij Catholicae fidei Confessio in omnibus Templis, & Cathedralis ab omnibus Petrochis populo perlegeretur, & iterum, atque iterum repeteretur: cum vix quiquam isto, vt ait, saeculo plenius, vtilius, apertius, magis etiam ordinatè totum corpus doctrinae Christianae, totamque

A illius vim, & rationem complexus esse, nec efficacius Lutheri errores, & aliarum sectarum vanitates refutasse videatur. Imò ex Episcopo Ruremundano Vuilhelmo Lindano, viro in Ecclesia Dei notissimae pietatis, & doctrinae, scimus, quod sicut olim de Basilio, ita nunc in quibusdam Germaniae Academijs cõmuniter iudicent, nefas esse in fidei doctrina ab Hosij sententia discedere. Ipsi quoque Lutherani Catholicam fidem, Hosianam fidem, & ipsam Hosium Deum Polonorum vocant: tanta virtute, tantaque doctrina semper apud omnes claruit. Et quanquam in perpetua quadam vigilia; atque exercitatione virtutum animum continuisset Stanislaus, pridie tamen eius diei, quae Sacrum ad aras operaturus erat, seuerissimo ieiunio tranfigebat. Tanta quoque lexta feriae religiosius peragendae illi cura fuit, vt nulla tuendae valetudinis esset: cū aliquando decumbenti forbilis, ac recentia oua, medicus prescripsisset, liberè abnuuit: instanti ea esse delicatissima; atqui respondit: *Hoc ipsum mihi molestum est; quo enim suauiora sunt, eo huic ego diei minus intelligo conuenire.*

Tanta polluit memoria, vt saepe saepius tribus amanuensibus de rebus grauisimis, ac diuersissimis eodem tempore dicere prolixo las visus sit; imò si quis interuenisset, ac diu sermonem produxisset, perattentè audiebat; eo tamen abeunte nihil haerens, nec dictata quidem relegens incredibili felicitate continuabat. Semper tempus plurimi fecit; quare cum Anagnostem, dum curru ueheretur, audire consueuisset, illum minus ad numeros quaedam pronuntiationem aliquando corripuit, dicens: *An me satis intellexisse non putas? perge porrò ne ad sapientiam intentis per hac inaniam, dicendis tempus elabatur.*

Placet hoc vitimo loco exhibere simul collecta grauisimorum Virorum de Hosio nostro testimonia. Illum igitur Pius V. & Gregorius XIII. Romani Pontifices: *Solidam Ecclesiae Dei columnam*, appellarunt. Christophorus Madrutius Cardinalis Tridentinus: *Optimum Orthodoxae religionis parentem, & de Apostolica sede benemeritum.* Sed supra omnes à Stanislao Relicio dicitur: *Magnus veritatis predicator, omni virtute cumulatus Vir, Angelus Dei, exemplum veteris sanctitatis, pietatis imago, quiddam e caelo in terram delapsus, & diuinus homo, Episcopus natus Ecclesiae, memor sui nominis, quod sanctitatem sonat, imitatorque maiorum.* Et repetitis, aglomeratisq. alijs encomijs per varias eius epistolas sparsis, potissimum in quadam nuncupatoria ad Stephanum I. Poloniae Regem, collectione illorum facta vocatur: *Ornamentum sacri Collegij, Curiae Romanae splendor, Religiois Atlas, vox, & manus altera Pauli, Mors Lutheri, Caeli ianitor, Orbis amor, Sanctissimus, & omnium memoria, & predicatione dignissimus Cardinalis, in cuius morte orbis Christianus incredibilè fecit iacturam, amisitque Ecclesiae Dei confessorum, Religio propugnatorum, Haereticorum euerforem, Patria Senatorem, antiquitas conseruatorum, nouitas depulforem, populus doctorem, docti praecptorem, pietas tutorem, impietas persecutorem, Pastores exemplum, impostores aduersarium, veritas domicilium, falsitas inimicum, Orbis vniuersus in tantis tenebris lumen clarissimum. Iterumq. In hoc religionis naufragio portus iustissimus, nauarchus perisissimus, rerum agendarum regula, vir Dei, virtutum omnium domicilium. Io. Canonicus Varmienfis hoc disticho sic eum compellat*

Clara fide, praclare actu, clarissime fructu.

Quis meritis titulum nominis aequiparas. Ab alijs: *Phoenix Cardinalium* dictus est: *Polonicus Patriarcha, senex verè Abrahamicus, malleus haereticorum, sui temporis Augustinus, alter Poloniae Stanislaus, nouus Bessarion, nunquam satis laudatus Ecclesiae defensor, orthodoxae fides custos, vigilantisissimus; Orbis miraculum, pater patratu, decus Romani Senatus, Apostolicae sedis propugnaculum, formidabilis haereticorum aduersarius; senex Nestoreus, & suauis loquens, sincere pietatis magister, Dei interpres, quem cantant, predicantque, & docti in bibliothecis, & indocti in circulis, & magistri in scholis, & Antistites in sacris, & praedicatores in cathedris, & in versibus suis Poetae, Sidus quoddam ad illuminandos sui temporis mortales, & viam veritatis ostendendam à Deo in Ecclesia caelo productum, arca virtutibus abundans, ac denique sol Christiani Orbis extinctus.*

Nominatim verò à nobilissimo illo superioris saeculi Theologiae moralis doctore Martino Azpilcueta Nauarro dictus est: *Pietatis, integritatis, & eruditionis fama celeberrimus, qua etiam ante Purpuram toti Orbi notissimus erat.* A Gabuio in Vita Pij Quinti: *Singulari doctrina, parique vitae sanctitate praeditus.* A Papyrio Massono in Gregorio XIII. *Praestantissimus Cardinalis, qui Concilio Tridentino praesedit, cuius immortalis sit gloria necesse est, propter Catholicam fidem egregie defensam, quemq. posteris magnopere commendabunt, Christianae eloquentiae dignitas, quae in eo eluxit, & opera quae scripsit.* A Francisco Sacchino in Historijs Societatis Iesu: *Sanctitate, & doctrina conspicuus.* A Iulio Cesare Capaccio appellatur: *Catholicae fidei chypcus, qui se uenitibus Centuriarum procellis, insanam Matthiae Flacco Illyrico tempestatem excitante, haereticorum fallacias Pij V. sanctissimi Pontificis moribus detexit, protriuit, confutauitque.* A Cardinale Bellarmino: *Vir aeterna memoria dignus, quem haeretici implacabili odio prosequuntur, quod eius sapientia Tridentina Synodo*

non parum ornamentis, atque emolumentis sit allatum. A Florimundo Remundo: Optimus, & doctissimus Cardinalis Hosius, qui per diu, ac pernox pro Ecclesie confirmatione exortauit.

His omnibus adiungam Petrum Canisium virum doctrina, & pietate clarum e Societate Iesu, qui hęc de Hosio scripsit in Prædicatione ad lectorem de Hæresibus nostris temporis: Hosium pro dignitate laudare tam est nobis difficile, quam præclarum alijs Episcopum spectatissimum imitari: nec est nomen illius orbi Christiano obscurum, aut incognitum. Quandoquidem tot annis in Aulis maximorum Regum, & Imperatorum versatus, & ab ijs ad negotia grauisissima, ad legationes honorificentissimas diu multumque adhibitus fuit. In quibus ille comprobauit suam fidem, industriam, atque virtutem. In quibus Polonijs suis, Lithuanis, Ruthenis, Prussis, Masonijs, aut illis regno vicinioribus prouincijs Germaniæ, & Bohemiæ; verum etiam Italiæ, Galliæ, Hispaniæ. Vbi propter excellentem doctrinam, qua in omnibus suis libris elucet; quibus ille vitam pro Catholicis, & Orthodoxis præcipue discurit; & propter rebus, & Catholicis in fide Christiana continens, & vacillantes confirmans, & infinitos hereticos ad viam veritatis reuocans, immortale sibi nomen comparauit, ut merito, & scriptor elegantissimus, & præstantissimus Theologus, & optimus Episcopus haberi debeat ab omnibus. Fuit, & alius Hosius eiusdem nominis Episcopus Cordubensis, cuius fidem, & industriam summam probauit Patres in Synodo Nicena, cum Ariana scilicet Ecclesiam Dei, & Catholicos omnes miserè exagitaret. Nunc habet etiam quoque nostra Christi gratia summam Hosium Episcopum Varmiensis cui neque simplex pugna est cum Ariano, & Seruiano illis, quos malis in locis herens contagis, sed qui cum omnibus fere mensuris hodie in Ecclesia grassantibus congregatur, eaq; sic dextra conficit, ut si hunc ducem sequere, reliquas quidem agnoscat veterum, & iam pridem damnatarum hæresum superesse. Vires autem, & robur illis ipse inesse nullum videas, quo inferorum portæ, & inferi illis iam inter se disiecta consistere, ne dum aduersus columnam veritatis Ecclesiam præualere possint.

Præter supra recensitos auctores, Hosium peculiaribus elogijs exornant Io. Antonius Petramellarius, Sauerius in Historicis rerum memorabilius in temporis; Chronico; Bozius de Signis Ecclesiæ; Antonius Possuinus in Apparatu, & in Bibliotheca; Antonius Sanderus in Elogijs Cardinalium; Aubertus Miræus in Bibliotheca Ecclesiastica; Starauolscius de illustribus Polonijs; Hieronimus Costa in Historia Catholica; Henricus Albi in Elogijs Cardinalium; Ludovicus Donius d' Artichy Episcopus Eduensis in suis Floribus Historicis Cardinalium; Habet insuper Iulius Cæsar Capaccius Senatui, populoque Neapolitano à secretis elogio à se Cardinali Hosio conuocato sequentes Pinti versus.

*Hæc STANISLAVS, si querat, Hosius urna est,
Purpure ille Patrum gloria prima chorus,
At vnam liquere satis sua scripta, Latinis
Dæta notis: Pallas sic ait, atque abijs.*

Huiusmodi Cardinalis numisma vidi aliquando, in cuius prima facie ipsius Cardinalis nomen ita expressum: STANISLAVS HO SIVS CARD. VARMIENSIS. in altera vero: supra basim plures libri erant cum lemmate: HÆC SCRIPSI VOBIS DE IIS, QUI SEDUCENT VOS.



VII.

Petrus Franciscus Ferrerius, natione Italus, patria Vercellensis, Loffredi Cafalis Valoni Domini, Mediolanici Senatus pro Francisco Galliarum Rege Præfidentis filius; Ioannis Stephani Bononiensis, & Bonifacii Eporedienensis Episcoporum, ac S. R. E. Cardinalis nepos, & frater Philiberti item S. R. E. Cardinalis, à Paulo III. Romano Pontifice ex Abbate S. Stephani de Cusadella de

Vercellis, atque ex Abbate Pinaroliensi, dum Romanam Curiam sequeretur, non post Augustinum patrum, ut aliqui scripserunt, sed post Bonifacium Ferrerium 20. Decembris anni 1536. Episcopus Vercellensis electus est, quam Ecclesiam nouem in ea Sacerdotij, Cappellanijs dictis, institutis, & dotatis, ac palatio Episcopali restituito, ad pristinam restituit dignitatem. Sub eodè Paulo III. Pontifice, Bonifacium Cardinale Eporediensem patruo, de Latere Legato Bononiam Prolegatus mittitur: Concilio Tridentino cum interesset, quædam in suæ diocesis utilitatem salubriter scripsit, ac edita Vercellas transmisit. A Paulo IV. Carolo Card. Carratæ Legato ad Philippum Hisp. Regem in Belgium eunti adiunctus est: Sub Pio vero IV. cum apud Venetos legatione fungeretur, Presbyter Cardinalis S. Cæsarei in Palatio primum, deinde S. Agnetis in

Agone, postea S. Anastasiæ renunciatus, quartus in suam familiam purpuræ honorem intulit. Vir animi magnitudine, litterarumque scientia, virorum Principum consuetudine clarus. Magno animi ardore Concilij Tridentini Decreta, ut executioni mandarentur, curauit; quare Seminarium ad eisdem Synodi nemet in ciuitate Vercellenfi instituit; quam Ecclesiam Guidoni nepoti ann. 1562. resignauit. Hic propter eximia in sedem Apostolicam merita Guidonem nepotem suum sacra etiam purpura ab eodem Pio IV. insignitum, quintum familiæ Cardinalem vidit. Interfuit Comitij, quibus Pius V. Romam Pontifex renunciatus est, ac paulò post, quibus scilicet Idus Nouembris anni 1566. ætatis 53. suum diem Romæ obiit, & in S. Mariæ Maioris Templo in leua Templi parte sepelitur, vbi à nepote suo, Cardinale Guidone marmoreo sepulchro, & statua, & hac inscriptione donatus fuit.

D. O. M.

PETRO FRANCISCO FERRERIO
TIT. S. ANASTASIE S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI
IO. STEPHANI BONONIEN. ET BONIFACII PORTVENSIS
CARD. EX FRATRE NEPOTI
PHILIBERTI EPOREDIENSIS CARDINALIS FRATRI
GUIDO CARDINALIS VERCELLIEN.
PATRVO OPTIMO OPTIMEQ; DE SE MERITO P.
VIXIT ANN. LIII.
OBIIT ANN. SAL. MDLXVI. PRIDIE IDVS NOVEMBR.

Dum hic Venetijs Nuncijs Apostolici munere fungeretur ante Purpuram, Canonicis secularibus S. Mariæ de Horto conceffit, vt ritu D. Marci Templo, alijsque quibusdam peculiaria sacra Natalitijs vigilijs Seruatoris nostri, alijs post mediam noctem consecrata, hic sub crepusculum vespertinum fierent, vt refert Iacobus Philippus Tornasinus Æmonix Episcopus in Annalibus Canonico-rum secularium S. Georgij in Alga.

VIII.


Ludovicus Simonetta Italus, nobilis Mediolanensis, Iuris vtriusq; doctor insignis ad Episcopatum Pisauriensem, quem Iacobus irè Simonetta Pauli III. Cardinalis gentilitijs multis annis sanctissime rexerat, tum ob ipsius Iacobi in Apostolicam sedem merita, tum ob Ludouici Legem sapientiam, & virtutem grauitatem, & vitæ integritatem anno sal. 1536. assumptus est. Quam Eccle-



siam vique ad annum 1560. administrauit; deinde sub Pio IV. cum euasisset ad purpuram, Pisauriensem cum Laudensi commutauit. Hic igitur raras virtutes non solum in Concilio Tridentino sub Paulo III. anno 1546. sed etiam in alijs muneribus à Pontificibus Romanis sibi demandatis, summa cum integritatis, humanitatis, & iustitiæ laude palam fecit. A Pio IV. ex Datario inter Presbyteros Cardinales titulo S. Cyriaci in Thermis cooptatus. Cum Pontifex vniuersale Christianorum Concilium Tridentinum prosequendum vniuersæ, Apostolicæ sedis Legatis Præfidentibus Hercule Gonzaga Mantuano, Hieronymo Seripando Neapolitano, & Stanislao Hosio Polono Cardinalibus missis; his haud ita multo post Ludouicus Simonetta, & Marcus Sitticus impositus, idem Simonetta, & Ioannes Cardinalis Moronus, duo ex ipsis Legatis, quibus id publicè fuerat à Patribus Concilij demandatum, Romam reuersi, ipsorum nomine, omnium in ipso Concilio actorum confirmationem à summo Pontifice petierunt, & Diplomate eisdem dato Romæ viij. Kal. Februarij anno 1564. obtinuerunt. Delectus quoque est vnus inter octo Patres, qui ipsius Concilij decretorum obseruatiõnem curare debebant; ac inter nouem, qui sanctissime Inquisitionis Tribunali præpositi erant, deputatus. Signatorem tandem Iustitiæ Præfectura ornatus, atque ex Presbytero S. Cyriaci, Presbyter S. Anastasiæ renunciatus, cum interfuisset Comitij, quibus Petri Cathedram ascendit Pius V. ad Superos euoluauit Romæ die Veneris pridie Kalendas Maij hora noctis prima, non anno 1564. vt per typographi errorem dixit Cabrera, sed anno sal. 1568. Pij Pontificatus tertio, & sepultus ad S. Mariam Angelorum in Thermis sine vlla sepulchrali inscriptione. Contra illum scripsit Petrus Suauis in Historia Concilij, illumque more suo falsè ambitionis arguit; verum quidem est, in Concilio diffidentiam aliquam cum in diuersa essent opinionones, intercessisse inter ipsum, & Cardinalem Lotharingum.

Verum non ab re erit, ex Petramellario sceleratum facinus patratum à nefario quodam homine, qui Simonetta Cardinali facie per similes, ipsius nomen, habitumque usurparat, in memoriam reuocare. Erat iuuenis infimæ conditionis, qui spretis patris consilijs prædonibus comitem se addixit, ac talem se in latrocinij ostendit,

stendit, vt breui inter ipsos primum sit consecutus locum, eoque reuerentis venit, vt quò facilius furari sibi liceret, cum Ludouicum Simonettam facie representaret, Cardinalis habitum indutus, & ipsius Cardinalis grauitate simulata, sibi Legati nomen arrogas, magna latronum caterua insequente, quasi honesta familia, qui ipsi in diuersis officijs coram inseruebant, coronatus, multis in locis in ciuitatum finibus, in montibus præsertim vagans, impedimenta matrimonij in secundo, ac tertio affinitatis gradu dirimens, & dispensationibus concedendo, renunciationibus beneficiorum admittis, excommunicationis vinculo annexis liberatis, indulgentijs concessis, & alijs similibus, vel etiam multo maioribus, quæ Legatus de Latere facere consuevit, perpetratis, tantam auri copiam ex his sibi comparauit, vt tota domus suppellex ex auro, atque argento esset confecta. Ex quo factum est, vt multi eum nobiles aliquando comitati sint, hospitio exceperint, necnon pretiosis donis fuerint profecuti. Cum autem in ditionem Bononiensem venisset, Petrus Donatus Cæsius vrbs tunc Præfectus, postea S. R. E. Cardinalis missis lictoribus, vinculis primò, postea reterrimo carceri eum mancipauit, ac demum furcæ addixit, quod factum est laqueo aureo ad collum appenso, & marsupio vacuo, ac inscriptione, qua populus monebatur, non hunc esse Cardinalem Simonettam, vt se iactabat, sed grassatorem tunc sine moneta. Itaque tot aureis, argenteisque per fas, nefasque congestis thesauris hoc effecit, vt aureo laqueo suspensus, vitam, quam scelestissimè transegerat, reapte finiret.



IX.
ANRONIUS Perenottus Granuellanus Burgundus, Nicolai Perenotti Domini à Granuella, Caroli V. Cæsaris Cancellarij, & Nicolaë Bonauolte nobilissimè fœminæ filius, in ciuitate Vefontio, vel in pago d'Ornaus ad Lupam fluuium diocesis Bisuntinæ, anno ab orbe redempto 1517. xiiij. seu, vt alij volunt, ipsiis Kalendis Septembris natus est. Penes parentes educatus infans virtutem simul cum lacte hausit; itaut in

tenero corpusculo certissima signa diuinæ cuiusdam indolis effulserint. Mox curriculum studiorum in omni disciplinarum genere per celeberrimas Christiani orbis Academijs diligentissimè transegit; serijs deinde aulae Regiæ negocijs intentus, Canonicus primum Bisuntinus, deinde Abbas Atrebatensis, Protonotarius Apostolicus, & anno salutis 1539. ex Canonicis Bisuntino Archidiaconus eiusdem Ecclesiæ primò, tum Atrebatensis Episcopus electus, vnà cum Nicolao patre ad Concilium Tridentinum à Paulo III. indictum, Cæsareæ Maiestatis nomine se conferens, ibi ad Patres, qui conuenerant, Orationem ea de re habuit eloquentem. Anno verò 1544. ad eiusdè Cæsaris secreta consilia admittus, Orator de pace ad Franciscum Gallorum Primùm, deinde ad Henricum Anglorum Reges, demum ad celeberrimum illum prope Caletum conuentum mittitur; & anno 1559. à Philippo II. Hispaniarum Rege Margaritæ Austriacæ forori Belgarum Gubernatrici, Orlauij Parmæ, & Placentiæ Ducis vxori Consiliarius est datus. Apud quam adeo potentia valuit, vt inuidiam nobilium, & multorum æmulationem sibi conciliauerit. Sed vt erat animo forti, facillè omnes æmulorum minas contempsit; donec apud Gubernatricem odio laborans, siue hominis pertæsi, quasi moderatoris, è Belgio in Hispaniam euocatus est. Archiepiscopatu Mechliniensis Ecclesiæ donatur; atque à Pio IV. Presbyteris Cardinalibus titulo non S. Mariæ Transyberim, vt scripsit Cabrera, sed S. Bartholomæi in Insula primò, mox S. Siluestri absens adscribitur. Huic iam Cardinali enunciato, idem Pius Apostolico Diplomate Societatem Iesu in Belgio commendauit: à Pio V. ad titulum S. Priscæ, tum S. Anastasiæ, mox S. Petri ad Vincula translatus est. A Philippo Catholico Rege anno 1570. cum Cardinale Pacheco eligitur, vt cum Pontifice Romano de fœdere Principum pro bello contra Turcas suscipiendo tractet, & sit Neapolitani regni Prorex, qui ciuitatem illam ingressus 13. Kalendas Maij anni 1571. ibique 19. Kalendas Septembris eiusdem anni in Ecclesia S. Claræ vixit. Legatus Apostolicus vexillum bellicum sacratum Ioanni Austriae comiti contra Turcas fœderis Imperatori tradidit. Sub Gregorio Decimotertio portò Pontificatu, relicto Eudoxiæ titulo, illum sanctæ Mariæ Transyberim assumpsit, ex quo, anno 1584. ad Episcopatum Sabinum translatus, Archiepiscopatu Bisuntino post obitum Claudij de la Baume donatus est. A Philippo Hispaniarum Rege Consilij rerum Italicarum supremus Præles declaratus est; Sponsalia inter Carolum Philibertum Sabaudia Ducem, & Catharinam Philippi II. filiam Cæsaraugustæ celebrauit, vbi paulò ante Gregorij XIII. iussu Roderico de Castro Cardinali Hilpalen-

A si pileum Cardineum contulerat. Madriti interfuit inaugurationi Philippi III. Hispaniarum Regis, vbi illi Maiestati Euangelium, & pacis osculum præbuit: sacro verò finito Principem ad summum altare manu deduxit, atque ibi à Cardinale Toletano sacramento Confirmationis munitum, sacroque oleo perunctum ad priorem locum reduxit.

Mantua Carpetanorum, seu Madriti in Hispania annos natus septuaginta duos, ante lucem die Dominico xj. Kalendas Octob. anno salutis 1586. Pontificatus Sixti V. secundo è vita migravit, Corpus in S. Philippi Templo apud Eremitanos S. Augustini depositum, Bisuntinum postea, quam Ecclesiam ad biennium reuerat, cuius Academiam instaurauerat, & Gymnasium instituerat, translatum, ibi, non in Metropolitana Ecclesia, sed apud Carmelitas in osuario familiari iuxta patrem conditum est. Huic Cardinali sequentem posuit inscriptionem Ioannes Metellus Sequanus.

- Hospes. Aulicus.**
- H. *Quis cubat hic modica magnus tellure sepultus?*
 - A. *GRANDIA cui celsos VELA dabant iuuulos.*
 - H. *Cur pelagus Vsa fulcant: Durate secundis*
 - Inquis? A. *Ne quondam nomina parta cadant;*
 - Clara illa Imperio Carols, Regnoque Philippi,*
 - Quorum consilijs præfuit arte potens.*
 - H. *Ergo manu clauum strinxit? nauimq. gubernans*
 - Duraus fatis? A. Insuperabilibus*
 - H. *At ne diu? A. Decies septenos vixit in annos,*
 - Sequanicique fuit gloria prima solis.*
 - H. *Quo capitur portu? A. Cunctis qui meta laborum,*
 - Seu pueri, iuuenes, bis puerine senes.*
 - H. *Suffice Rex talem; dubijs, qui DVRET in undis,*
 - Quas fera, Rex, sacris gens ciet, atque sibi.*

Forma fuit heroica, & procera, colore nitido, summa morum facilitate, singularique liberalitate præditus: valetudine fuit perquam secunda, ac robusta, vt qui ad extremam senectutem peruenit expers podagre, calculi, stranguriæ, herniæ, & hoc genus morborum, quibus ea est ætas obnoxia: istud quidem primum beneficio naturæ, deinde verò temperatissima quadam victus ratione, qua semper vsus est; præterea cognitione, & peritia multorum medicamentorum, quibus præcauebat, aut depellebat ægritudines: satione quoque herbarum, & consitione arborum delectabatur. Nec minus amplectebatur opifices, quàm litteratos: itaque insignes pictores, architectos, coloratores, phrygiones, & operum automatum artifices amabat, ac muneribus prosequabatur. Septem linguas, Gallicam scilicet, Latinam, Græcam, præter Italam, Hispanam, Belgicam, & Germanicam ita calluit, vt singulas natiuas diceret. Operæ pretium erat astare ipsi discumbenti in prandio, cœnare enim non consueuerat, cum conuiuii subinde nouis, atque alienigenis, ac multifariam peritis. Siquidem illos proprio cuiusque sermone appellabat, tanta facundia, & aptitudine disferens, vt non peregrinari apud eos, sed in ipsèdè laribus vnà cum ipsis educatus ab vbere videretur. Fuit enim creber sententijs, præmijs, adagijs, salibus: genus ipsum orationis magnificentum, splendidum, generosum. Totidem quoque linguis scribebat, totque epistolas dictabat; vt vix septem amanuenles ijs excipiendis, describendis, & in regestum referendis sufficerent. Memoria fuit fidelissima, ac perennis, adeo vt vetustissima quæque exempla de scripto recitare, non memoriter dicere videretur. Ingenio acri, & perspicaci, non nihil quidem ad iracundiam pronior, sed ita vt prius sedaretur, quàm excandesceret: seueritatem cum comitate ita miscuit, vt dubites, grauior ne fuerit, an vrbanius apertus, simplex, exorabilis aditu cuique facillimus, fuci, lenocinijsque omnis nescius. Labori plurimum, quieti minimum dabat. Sacris quotidie intererat, frequenter etiam ipsis operabatur, minus tamen assiduè propterea quod non nisi reuerentissimè, ac vacuo prorsus à cæteris curis animo sacrosanctam Eucharistiam adeundam putabat. Tempora, Xenodochia, Cœnobioque inuisebat, elemosynis iuuabat, præsertim verò eo anai tempore, quo agonizans Domini, eiusque sepulturæ memoria recolitur: quo quidem tempore quamplurimas Ecclesias noctu pedester circumibat, vt sanctissimum Christi corpus, in ijs tunc solemniter expositum adoraret. Tanta præterea religione ieiunia ab Ecclesia indicta obseruabat, vt inde sibi mortis causam asciuisset compertum sit. Homo enim septuagenarius dum quadragesimalie ieiunium anni 1586. eadem qua antea consueuerat, seueritate à se exegit, non modò pulpamentis omnibus, sed etiam ouis, & lactarijs abstinens, primò ad imbecillitatem maximam redactus est, deinde in febrim quandam assiduam, & insidiosam incidit, ex qua septimum tandem post mensem totus contabuit. Fama interitum certissima diu prius dissimulata imminentis Antonio fati, ad Philippum Regem peruenit, qui tam terribili nuncio percussus statim è laurentino secessu litteras proprijs articulis exaratas ad ægrotum dedit; ipsius ægritudinem amantissimis verbis miserans, ac solans, simul quàm liberalissimè studium, operumque suam viuo, & mortuo deferens. Quas moribundus senex exosculatus perlegit, & ipsis quàm officiosissimè respondit, fratris filios, & domesti-

cos suos regie benignitati commendans. Didacus Stella clarus Evangelij præco, ordinis Minorum illi fuerat à confessionibus; languentem tamen assiduus affuit Ioseph Angles Valentinus eiusdem familiaris Minorum alumnus. Placide obdormiuit in Domino, vt dictum est, die 20. Septembris S. Mattheo Apostolo sacra; qui finis nec omne quidem caruit; quoniam imperatorem; cuius vt viuentis, sic, quoque die obiisse Carolum V. Imperatorem; cuius vt viuentis, sic, & morientis vestigia secutus est Cardinalis. Nec defuit suus honos extincto; siquidem populus certatim ad expositum cadauer confluit: tanta præterea inter Presbyteros. & Monachos pietatis contentio fuit in efferendo mortuo; vt Aloyus Henriches vir magnus vnà cum selecta manu procerum litem dirimere sit coactus: etenim ipsi pro fecerit tantisper feretrum subtrahunt; donec id muneris Presbyteris nominatum demandatum est. Funus tanta celebritate ductum, quanta vllas vnquam supplicationes habitas celebrare historiarum; & quidem merito, vir enim fuit, vt luculenter describit Præcipuum obseruandum, quod abque adulationis tormento, quadraginta circiter annos incorrupta fide arcem obtinuit principalis aula: ex eaque semel eiectus, ab eo casu, tanquam à quiete repetito ad fauorem curiu longius, quam ante processit. Quippe natus Principem, apud quem licuerit: multis æquauit patrem, multis ad extremum vsque tenere licuerit: multis æquauit patrem, multis superauit ingenij celeritate. Mortuo Pio IV. ad Comitiam de electione noui Pontificis Pij V. profectus est; quo vita tandem auctior fuit vt Gregorius XIII. Pontifex crearetur, cuius tamen animum offendi postea, dum aduersus Archiepiscopi Neapolitani iura impotentius se tulit. In eius funere Iohannes Baptista Saccus perorauit. Ita omnibus gratus semper fuit, vt eius imago à sexcentis artificibus penicillo, scalpro, gypso, materiae quaque, fusili ad aduersum fuerit expressa. Paulo IV. & Carrahis omnibus aliquando aduersis, Caroli Caesaris animum contra illos, non tamen contra Ecclesiam promeritis est; quare ciuili potius quam Ecclesiastica scientia illum ornatum prædicant scriptores multi.

Præter insignia domestica, ac propria Granuellani Cardinalis nauim in medio mari velis plenis iactatam adiecit verbo: DVRETE, gestante, & vosmet rebns seruate secundas.

Vidi etiam illius numisma, in cuius prima facie nomen tanti Cardinalis expressum apparebat: in altera verò signum militare cum lemmate: IN HOC VINCES.

Ad quod alludit G. Modicius non vulgaris nominis Poëtarum illius sæculi; hoc prenotato disticon.

Si species animi, seu corporis, esset in auro: GRANVELLANE, foret par tua forma Deis.

Antonio Cardinali Perenotto Laurentius Gambaria libros quatuor de Navigatione Christophori Columbi versibus eiusdem Cardinalis nutu conscriptos dicauit: audi canentem.

PERENOTTE virum referam, qui littora primus Ingentes tetigit Cuba, non cognita nautis Hætemus, oppositumque Polum, nouaq. astra vorexii Naper, & inuentas Cancris subsidere terras Accipe qua quondam cussisti carmina, ab Afris Cum domitus Cesar dulcem, claramque reassee Parthenopen vistor, &c.

Illum deinde laudat his verbis.
Te Carolus semper magno est dignatus honore; Namque tibi curam soli commiserat omnem Regnorum, Imperijque simul, belluq. togæq. Tempore, nunc breuiter tibi dicamque genitori Restulit ipse tuo longè admiranda Columbus.


Demum ad ipsum Perenottum hæc habet.
Sæ hæc PERENOTTE leges, tibi cum dabit ocia magnas Hesperia Rex extrema; quo Principe terras Iustitias, & Pietas, Virtusque antiquareuissis.

Eidem Petrus Nannius Alemarianus S. Athanasij opera, a se in Latinem verba inscripsit.

Præter Orationem in Concilio Trid. habitam; de qua supra, nihil, quod sciam, posteritat: commendauit; inter tamen viros doctos locum merito sortiri videtur; cum ex eius familia Iustus Liptius, Franciscus Richardotus, Morillonus, Ellepodius, Stephanus Pighnus, Petrus Suffridus, & Bocchius viri clarissimi prodierint.

Sunt ad ipsum Iacobi Sadoleti litteræ. Præter supra recensitos scriptores huiusce Cardinalis diffusè meminerunt Paulus Louius libro 45. Historiarum sui temporis; Iacobus Augustus Thuanus libro 84. qui virum rara eruditione, linguarum multarum peritia, facundia non fucata, longo rerum maximarum, quas tota vita administravit vsu clarum celebrat. Petrus Bembus libro 6. Epistolarum; Chiffletius in Historia Bisuntina; Vghellius in Episcopis Sabinenibus; Petramellarius; Nomenclator Cardinalium; Gallie Christianæ Auctores; Petrus Frizonius in G. lilia Purpurata; Iustus Liptius Academia Bisuntinae alumnus, dum varias lectiones, primum ingenij sui factum ei dicat; Antonius Delrio; Solinus; Anni-

bal Cruceus; Honoratus Fascitellus in Carmine; Fuluius Vrsinus in Epistola dedicatoria ad selecta Polibij; Iohannes Moianus; Franciscus Suuertius; Antonius Sanderus; Henricus Albi; & Aubertus Miraus in Elogijs Belgicus.



X.
PHILIBERTVS Naldius Babou de la Bourdesiere Gallus, Philiberti domini de la Bourdesiere in Turonibus equestris ord. viri, ac totius Gallie regni exaridificationibus præpositus, & Martionibus Gaudin præfuit, anno salutis 1513. in Parisiensis Academia ita litteris vacauit, vt nulla habita ætatis ratione adhuc iuuenis, vix enim vigesimū attingebat annū, Latine tamen, & Græcè doctissimus erat; Engo-

lismensem primò anno 1533. xij. Ianuarij defuncto Iacobo fratre, deinde post Philippum Cardinalem de Lenoncourt anno 1563. die 8. Iunij Antiodorensis Ecclesias susceperit moderandas, & quæ sit de Consilio Henrici II. In cuius aula Libellorum supplicum Præfectus, ac Decanus S. Martini Turonensis, duplici cum laude, & prudentiæ, & doctrinæ florisset, ab eodem Rege Romæ ad Paulum IV. Pontificem Orator destinatur; in quo munere obeundo magna cum sui gloria, & Henrici, ac duobus Regibus successu floribus satisfecit. Quare Carolo IX. Rege instante, à Pio IV. Presbyter Cardinalis S. Sixti primò, deinde S. Martini in montibus, demum S. Anastasie renunciatur. Galliarum Regem de Synodo Nationali conuocanda abstrixit. Anno salutis 1570. Pij V. Pontificatus quinto, ætatis 57. vij. Kalendas Februarij morte repentina Romæ occubuit; cuius corpus in S. Ludouici nationis Gallicanæ Templo sepulturæ demandatum est; vbi in ipsius Ecclesie pavimento prope maiorem ianuam lapis inuisitur sequenti epitaphio inscriptus.

D. O. M.
PHILIBERTO. NALDIO. BVRDESIO. S. R. E. CARD. TRIVM. GALLIÆ. REGVM. HENRICI. II. FRANCISCI. II. ET. CAROLI. IX. APVD. PAVLVM. IV. ET. PIVM. IV. PONT. MAX. LEGATIONE. PER PETVA. EGREGIE. FVNCTO. MARIA. GAUDIN. MATER. PHILIBERTVS. ET. FABRITIUS. NEPOTES. POSVERVNT.
VIXIT. ANN. LVII. OBIIT. ANNO. MDLXX. VII. KAL. FEBR.

Engolisimensis Philibertus creatus Episcopus, magna animi constantia plura à factiosis hominibus Catholicam religionem pollutentibus pertulit, gregemque sibi commissum, quamdiu potuit, ab hæretica rabie conseruauit; eius enim tempore omnia sacra impuris manibus hæreticorum Engolisima polluta sunt. Huic inscripta pictam poësim Bartholomæus Annulus Biturix, vbi carmine eius stemma gentilitium expressit, quod non bene à Cabrera excussum olim fuit. Rectius insculptum visitur in eius marmoreo tumulo ad D. Ludouici Templum in Vrbe; ibi enim scutum quadratum I. & IV. laterculo argenteo muricato, brachio è nobilitate caerulea nascente, ramumque vicie complectente; II. & III. item argenteo tribus palis præstinis expressum.

Huiusce Cardinalis maiores Catanei diuise Vecciano castro Braccellæ Fautentinae diocesis in Æmilia fuisse tradunt Faustina monumenta; vt refert Vghellius ex Ioanne Castellino; Naldi dicti à Naldo eorum progenitore. De Naldorum apud Fautentinos nobilitate, & antiqua familia, ex qua Philiberti Cardinalis maiores prodierunt, nonnulla Bembus libro 7. Venetæ Historiæ, Leder, alijque scripserunt. Nalda familia non solum Antistites, sed Bellatores quoque dedit insignes: sub statua Ioc. Naldi Patavij in Carmelitarum Templo extant versus, virum celebrantes, quorum primus.


Naldus ego hic iaceo montu mentium, & gloria belli Non leuis Atsonios inter habenda Duces.

Dionysium Naldum exercitum ductorem fortissimum, virtute, & fide in Venetam rempublicam illustrem, marmorea statua Venetij in æde sanctorum Iohannis, & Pauli, adiectoque sequenti elogio eadem republica extulit.

IMPERATOR. DVCTOR. EQVIT. MILITISQ. DIONYSII NALDI. CONDVTVR. HIC. OSSA.
HIC. IVNIOREM. FERDINANDVM. REGNO. A. GALLIS PVLIVM. RESTITVIT. FLORENT. REMPVBL. PEDITAVI PRÆFECT. ORNAVIT. VENETIS. DIGNITATEM. IMPERII SVSTINUIT. FIDE. AC. FORTITVDINE. INCOMPARABILI INTER. ALIOS. DVCEB. PEDITVM. PRÆFECTVS. PATAVI. VM. SER VAVIT. MORIENS. NIMIS. VIGILIS. HOC. VIRTVTIS. MONVMENTVM. CLARISSIMO. LAVREDANO. PRINCIPI. EX. AMPLISSIMO. SENATVS. AVTHORITATE. MERVIT. OBIIT. ÆTATIS. ANNO. XLV. ANNO. MDX.

Cabrera. Filice. in Elog. m. s. Peumell. Ande. V. storell. in Addit. ad Ciceron. Aubery in vita. Sforza. Card. Fab. laudat. in Hist. de. C. C. Trid. Gallie. Christiane. P. Frizon. in Gallia Purpurata

Cabrera. Petramell. Andr. Vi- storell. in Addit. ad Ciacconi. Jac. Gad- dius de Eccl. script. non Eccl. script. Ferdin. V. ghell. de Episcopis Reatinis. Io. Petrus Giuffan. in V. S. Carol Borromai Jacob. Bos- sius in hist Meliten. Petrus Iu- stinianus in Histor. Veneta. Aubery in Vita. Nomencl. Cardinal. Sleidan. Maurocen Panuini in Pio IV.



XI. **M**ARCVS Antonius Amulius patritius Venetus, natus anno sal. 1505. pridie Idus Februarij hora post meridiem, eximiam eloquentiam, ciuiliū rerum, singularem peritiam, & multiplicem doctrinam iam inde à prima etate assecutus, pro patria reipublice ciuitates prudenter rexit, legationibusq. apud diuersos Principes diuersis temporibus functus est, & præsertim apud Carolum V. Cæsarem; Phi-



XII. **A**LOYSIVS Estensis, vel de Este, seu Atestinus, Italus, Hercules II. Ferrariæ Ducis, & Renata Ludouici XII. Francorum Regis natæ filius, anno sal. 1538 in lucem editus, ob præclarā indolem, & egregias animi dotes in tantam Paulum III. Romanū Pontificem rapuit admirationem, vt ab eo adhuc adolescens Ferrariensis Ecclesie adhuc Episcopus electus sit. In Galliam postea profectus, Henrici II. Regis,

Cabrera. Petramell. Filucc. in Elog. m. s. Manut. in Epistol. Gabut. in Vita Fij V. Andr. Vi- storell. in Addit. ad Ciacconi. Jacob. Phil. Toma. in An. Cler. seculari. Hist. Ferrariensis. Pappius Ma. fionus in Elogijs Ferdin. V. ghellius in Ital. sacra. Aubery in Vita. Gallie Christiane Auctores. Dom. Gæberus in Idea Princ. Christiani

lippum II. Hispaniarum Regem; & Pium IV. Romanum Pontificem, apud quem auctoritatis, & honoris locum illum obtinuit; vt nihil prorsus Pontifex nisi de Amulij consilio ageret. Cuius singulæ merita amplissimis dignitatibus remuneratione dignissima cū gratus Pontifex iudicasset, Veronensem Ecclesiam ipsi Marco Antonio conferendam statuerat, sed Senatus Venetus re perspecta, id grauius ferens, quod antiquissimis legibus, quibus Oratores vllam dignitatem accipere prohibebatur, aduersaretur, Hieronymo Soranzo illi successore decreto, Marcum Antonium ab officio reuocat. Ob id commotus, & offensus Pontifex ad Senatum litteris manu propria scriptis affirmavit, quæ in Amulij personam agere ipse proposuerat, omnino illi ignota fuisse, atque ob id nil contra patrias leges egisse; quare, vt pristinae dignitati restitueretur, etiam, atque etiam eundem Senatum rogabat. Obtinuit quod petierat Pius à Senatu, qui eundem pristinae dignitati restituit, & honorifico quingentorum aureorum dono donauit. Hunc paulo post idem Pius nil tale cogitantē, imò inuitum, vt in publico Consistorio Pius ipse affirmavit; S. R. E. Diaconum Cardinalem, postea Presbyterum S. Marcelli pronunciauit. Quod ægrè tulit re publica Veneta, quæ Amulij prosequi prohibuit, ne vllum lætitiæ signum publicum darent, neq. quoad vixit, cum ipso, & eius gente reconciliari, licet ipse enixè multoties tentauerit, voluit: tota tamen re publica Christiana de noua tanti viri dignitate lætata est. Episcopus postea Reatinus ab eodem Pontifice, mox Apostolici Palatii Bibliothecarius, atque ad coercendas Tyberis inundationes cum alijs Cardinalibus electus, cum Cardinale Alexandrino, postea Romano Pontifice, Abdilu Patriarchæ Muzale Orientalis Assyriæ, qui vt Apostolorum limina, & Pium Pontificem salutaret, Romam venerat, Romanæ, & Catholicæ fidei professionem excepit, eumque Romæ agentem fouit, ac in patriam redeuntem, vt à Pio pretiosis muneribus liberalissimè donaretur, auctor exiit. Editurus Pius Constitutionē contra Apostolicæ sedis Nuncios litteras à Principibus extorquentes ad Vaticanæ Sedis dignitatem assequendam, à Cardinalibus Morono, S. Clementis, & Amulio conscribi præcepit. Quem etiam cum Morono, Farnesio, Ferrariensi, ac fororum iuarum filijs delegit, vt necessaria ad Turcas repellendas compararent; cauerentque, ne eorum classis oram nostram maritimam læderet. Eidem à Pio V. cuius Comitij interfuerat; vt etiam Simonette, & Vitellotio Cardinalibus Agricultura cura demandata est.

Romæ anno Virginei partus 1570. Pij Pontificatus quinto, ætatis 65. iij. Idus Martij, die Lunæ è vita migravit: corpus in S. Iacobi Hispanorum depositū, Venetias postea translatum, in S. Iob, ordinis fratrum Minorum de Obseruantia in Sacratio sine vlla sepulchrali inscriptione conditur.

Scriptis Amulius Epistolas plures familiares, quarum aliquæ editæ inueniuntur inter litteras Virorum illustriam, vt sunt illæ ad Aloysium Melchiorum.

Orationes item Italicæ, & Latinæ.

Tractatum de sublimi genere dicendi.

De Amulio Cardinali præclarum testimonium extant Epistola familiares Petri Cardinalis Bembi inter suas lib. 2. & altera Iulij Perusci.

De illo Marianus Victorius Reatinus in nuncupatoria Epistola operum S. Hieronymi ad Pium IV. hæc habet: *Pi Sanctorum veteri libri Romæ excuderentur, magno cum iudicio addidit Pius IV. ad hanc rem præter alios ornatissimos Procures, M. Antonij Amulij amplissimi Cardinalis, patria mea Episcopi, viri omni laude cumulatim vigilantiam pariter, & protectionem. Ita enim is ad hoc opus sustentandum, promouendumque intentus, & assiduus est; vt desiderari in eo non possit amplius.*

Patauij hic, vt refert Victorellus, ad Pratum vallis Collegium Venetæ nobilitatis adolescentibus exiit: Huius Cardinalis numisma extat cum ipsius effigie, & nomine tantum sic expresso: **M. ANTONIVS AMVLIVS CARD.**

ipsum consobrini gratiam, ac beneuolentiam ita sibi conciliauit, vt nobilissimis, ac ditissimis sacerdotijs, & præsertim Ecclesia Auxitana, vltro abdicatæ Hippolyto patruo sit auctus. A Pio IV. Diaconus Cardinalis S. S. Nerei, & Achillei absens, ac penè inuitus renunciatus, quadriennio post Maximiliani Imperatoris sororem Barbaram Alphonso fratri nuptam Tridenti excepit, ac Ferrariam comitatus est: Gallie Protektor in Romana Curia designatus, Christianissimus Reges Carolum IX. & Henricum III. cum summis Pontificibus Pio V. & Gregorio XIII. officijs, & studijs omnibus conciliauit. Ex Diaconatu prædicto ad S. Lucie in Silice primò, mox S. Angeli in Foro piscium; & paulo post ad S. Mariæ in Via lata translatus, Innocentio Cardinale de Monte defuncto in S. R. E. Diaconorum principatu successit. Bis Romanorum Pontificum iussu Legatus in Galliam se contulit; semel anno 1576. mandante Gregorio XIII. vt conuentui cuidam sedis Apostolicæ nomine interesset: iterum anno 1582. ad persuadendum Henrico III. Regi, vt patrocinium Alenconio Duci fratri, quod Belgis Philippo Regi rebellibus opitularetur, aufertet. Cisterciensium quoque; & Canonicorum secularium S. Georgij in Alga ordines iuuit Patronus. Vnus Suffraganeus est in Ferrariensis Ecclesie administratione Alphonso Rosseto Episcopo Comacensi, in què post duodecim annos Sacerdotium illud conferendum curauit. In Gallia, Aloysius comitij Cleri Blefensis præfuit. Hic Gallos omnes in Italiam venientes humanissimis excipiebat vnijs; exceptos, auctoritate fouebat, ope, opibusq. iuuabat: Ioannem Leues Aluernum, magnum religionis S. Ioannis Hierosolymitani Magistrum, qui Romam anno 1581. venerat, vt apud summum Pontificem de notis calumniarū sibi falsò iniustis se expurgaret; trecentis, & amplius eiusdem militiæ Equitibus comitantibus domi excepit, propriaq. impensa per duos ferè menses regia munificentia aluit. Stanislaus Hosio Cardinali Varmiensis, Viro pietate, & doctrina insigni, cum illi Romæ ad explendas pauperum indigentium necessitates pecunia quandoque deficeret, liberalissimè sepe sapius succurrit. Quare meritò pauperum thesaurarius, sacri Collegij splendor, Aula Romanæ ornamentum, ac Princeps inaudita liberalitatis dictus est. Affuit Comitij Pontificijs, in quibus renunciati summi Antistites Pius V. Gregorius XIII. & Sixtus V.

Tantus hic Cardinalis annos 48. natus, Romæ in Quirinali, in hortis suis, die Martis, hora 16. iij. Kalendas Ianuarij anno salutis 1586. Pontificatus Sixti V. secundo animam exhalauit. Cor in Gallia, in Auxitana Ecclesia; intestina Romæ in S. Ludouici nationis Gallicæ; corpus in eadem Ecclesia per annum reconditum, postea in S. Francisci Templo Tiburtinæ ciuitatis prope Hippolytum patrum, contumulatum materiem pulcherrimi epigrammatis Guillelmo Blanco Episcopo Venciensi in Prouincia, prætantissimo Poëtæ dedere.

*Cur voluit Princeps Roma sua viscera condidit
An quia visceribus condita Roma suis.
Cur voluit magnum Gallis cor, vt esset in oris?
An quoniam cordi Gallia magna fuit.
Cur voluit pulcro sepeliri Tibure corpus?
An ne in delicijs quod sibi Tibur erat.
Fallor, habet magnum cor Gallia magna, quod excors
Audo Patris funere facta fuit.
Viscera Roma tenet, sam sacro Principe rapto
Quod sua visa sibi viscera Roma rapti.
Corpora Tibur habet, quod propria corpora censeat
In partes sese dissociare suas.
Gallus, Romanus, Tibur, cor, viscera, corpus
Sensere auferri, restituique sibi.*

Cæsar Estensis Marchio, qui Mutinensium deinde Dux fuit, Hippolyti, & Aloyij sepulchrum hoc epitaphio condecorauit.

D. O. M.
HIPPOLYTO, ET ALOYSIO PRINCIPIBUS ATESTINIS,
S. R. E. CARDINALIBVS
CAESAR ATESTINVS MARCHIO
PATRVO, ET PATRVELI BENE DE SE MERITIS
P. C.
MDCXVIII.

Sepulchrales alias inscriptiones clari illius æui Poëtæ eidem. A
scripsere, videlicet.

I.
ESTENSIS prope æcum morti occumberet Hæros
Secula Cum æa vitæ dignus erat:
Lato animo dixit, Cor Gallia, Viscera Roma,
Tu mea Tibur habe Corpora, Frater opes.

II.
Quinon ante sibi, verum tibi Gallia vixit
Hæc tibi nunc moritur, vixit vbi inde sibi.
Sed tibi nec moritur summi nam munere Patris
Protector Celsi fiet in arce, ius.

III.
Qui fuit, est; non est, nec erit; sed mentior, immo
Qui fuit est, velus est, sic quoque semper erit.
Vixit in Orbe fuit, nunc est defunctus in Aula
Empyrea, atque Dei munere semper erit.
Ergo est, est, & erit, sicut fuit ante, sed illi
Nec par est, nec erat, nec fuit, & nec erit.

In huius funere duò celebres viri, Baptista Guarinus iunior, & Leonardus Saluarius eques, alter Latinam; Italicam alter habuit orationem: Iacobus Augustus Thuanus Carmen consolatorium ad Annam Estensem Nemorosij Ducissam scripsit de morte eiusdem Aloysij fratris sui.

Prometheum in manu ignem gestantem, cum lemmate: ALTIOIRA: pro insigni, præter domestica habuit Aloysius Cardinalis Estensis, qui Solem etiam nascentem gessit, titulo illo notatum: NON EXORATVS EXORIOR: ac Testudinem illis adiectis: CVM TEMPORE.

In funere Francisci Ducis Estensis à Dominico Gambero, Aloysio Cardinali aureis Characteribus hoc Elogium exaratum est. ELOGIVM.

Et prope modum immenso ATESTINÆ Palladis Amaltheo Pondus affers auguftæ lucis, & laudis accessionem ALOYAN.

Immortale Sidus, Vaticani Naui præfulgens
Et omine verè prærogatiuo
Orthodoxæ Religionis in Castris
Regalis æquè vexillari, ac excubitor Purpuratæ
Iure tuo Serenissima hæc inter lumina cooparatis:

Quia non tam virilenis in Italia micuit illi, beneficia tui gregis,
Quàm vniuersæ fidei in bono vigilasti prouidenter in Gallijs.
Minus indiget Victore pietas, quàm Conseruatore
Quin imo plus illa debet oculi custodi,
Quàm dextera triumphatrici.

Perrarò tamen à Prouidentia Fortitudo disjungitur.
Malè consulit ouibus, qui ferocire nescit in belluas
ALOYSVS Alcide parente genitus
Scilicet dormitore Monstrorum
Vegetum combibit ardorem pugnaturus in Hydras Erebi
Et Ferrariæ Pastor declaratus

Animaduertit in lupos deuantantis omnia Lutheri.
Vtrinq. sanè didicit in feras armari magnanimus Olympionices.
Qua virtute sordidum plagiarium
Rebellatricis Hæreseos insignem Piratam.

Suum in pectus contentiosè spicula collineantem prouocauit,
Dum à perfidiæ signis obnoxius illum reuocari contenderet.
Vix sceleri bella mouit,
Cum vniuersas Eumenides, scelerati capitis indigenas
Ad arma sacrilega concitauit.

Demum reus est
Quicumq. apud homines olidè vitiosos, æquitatis arguitur:
Iniqua flagitiosæ nationis ad sublellia
Nigrum sibi Theta præfiget,
Quisquis candidæ probitatis nota signabitur.
Eodem momento, quo lux emergit è cunis
Nonne in scuta repat, & in arenâ descendit, infensa tenebrionibus
Et morum integritas vix enudata, classici canit exosa sicutijs.

ALOYSVS
Non detrectauit abiectione cum gladiatore certamen;
Qui non hostis merita, sed causæ momenta pendere;
Staturam gregarij pumilionis
Conspicuum fecit, in Superos coniuurata temeritas:
Cui feuerioris vindictæ fulmina debebantur.

At verò grassatoris ipse nefarij cæcos impetus pertulisset,
Nisi cautè sensisset insidiatorem
Quem opportunè præsenarat impietatis à se oppugnatæ sectarij,
Mortem non horruit, suæ vadem æternitatis.

Vt Gallico in Cælo superstiosa lues extingueretur,
Fluuias in venas abire, generosa metamorphosi non recusauit.
Fortassis Ægyptiacum Lutheranae pertinaciæ rigorem
Felici sanguine redundans mitigasset hic Nilus:
Saltem piè reddidisset Vaticanæ Sedi Purpuram
Quam susceperat à PIO.

Auro, vt opinor, emtram, quod in pauperculos erogatum
Toties regia manu disseminauerat.
Captiosa tamen consilia Retiarij versipellis euerit,
Non cedendo, sed itando.

Declinauit ictum, Romæ nactusus pro suo fato theatrum.
Obijt in vertice Quirinali, fracto corpore futurus multiplex.
Si vbiq. suo nomine vixerat,
Non vno sarcophago contentus vita concessit.

Auxitano, Romano, & Tiburtino in Templo,
Corde, vilceribus, & corpore tumularis,
Splendide Æternitatis congeminata possessione donatur
Verè Gigas, qui vel afflictus in terrâ, vno in Cælo non tenebatur.

Huic Cardinali suam inscripsit Orationem quam habuit Italico sermone in funere Christophori Madrutij Cardinalis, Iosephi de Bastiano Malatesta.



XIII.
LVDVICVS Madrutius Germanus, cuius & Episcopus Tridentinus, & aliquorum sententia, Braxiæ, Romani Princeps Imperij, Christophori Madrutij Cardinalis ex fratre nepos, tum maiorum stemmatibus, tum propria virtute, clarissimus in Cardinalium numerum, quoniam doctrina, probitate, beneq. gerenda teipublicæ perita excellabat, Diaconus Cardinalis

S. Callisti diploma Germanicæ legationis à Gregorio XIII. Nonas Martij anni 1581. illi traditæ se vidisse affirmat Victorellus. Ad Rodolphum Imperatorem electum, alioque Principes, qui ad comitia Augustana conuenturi erant, Apolliticæ sedis de Latere Legatus destinatus fuit. In ijs autem comitijs de magnis rebus ad Imperatoris potestatem, ad Germanorum Principum, aliarumq. Christiani orbis regionum vtilitatem spectantibus agendum erat, vt in eo Diplomate dixit Gregorius; à quo illa etiam in Ludouici Cardinalis laudem dicta. Ea enim tua est in Nos, & sanctam hanc Sedem fides, ea religio, is rerum usus, & prudentia, ac summa apud Germanicam nationem, vbi virtus tua iamdiu enatus, opera in hoc munere obeundo uteremur. Per vniuersam etiam Germaniâ eadem potestate missus fuit, ad prouincias scilicet omnes, vrbes, & terras Imperatori subiectas; ad quælibet præterea loca adiacentia, aliaque, ad quæ illi diuertere contigisset, pro ardua eorum, & Christianæ fidei negocijs, fecitque facultatem conscribendi iudiciales actus contra Antilites Germaniæ quacunq. heresi infectos; non tamen sententiam contra eos ferendi. Alio Diplomate instituit eundem, suum, & Apostolicæ sedis Commissarium, & hæreticæ prauitatis Inquisitorem in locis Germaniæ commemoratis. Alijs Diplomantibus concessit eidem facultates alias, præcipuè, vt cum Germanis, illustribus præsertim in secundo consanguinitatis, vel affinitatis gradu, ex grauib. causis dispensare possent. Pater Pauperum dictus est, populumque sibi commissum, omni qua potuit ope, semper fouit.

Ex S. Callisti Diplomate ad S. Onuphrij gradum fecit non sub Pio IV. sed sub Gregorio XIII. vel Sixto V. Sixtus enim in Diplomate scripto 5. Kalend. Decembris anni 1585. quo illi Prioratum S. Iusti oppidi de Rebodio commendabat, ab ipso Sixto renunciat: sic illum presbyter deinde S. Anastasiæ, die 10. Kalendas Februarij anni 1587. edito, quo eidem monasterium S. Petri de Luxouio ordinis S. Benedicti Bisuntinæ diocesis de Iurepatronatus Catholici Regis ex priuilegio Apostolico dedit. Ex titulo S. Anastasiæ ad alium S. Laurentij in Lucina gradum fecit, ac tandem die 18. Augusti anni 1597. Episcopus Sabinus primò, mox anno 1600. die 21. Februarij Tusculanus declaratus est. Germanici, & Vngarici Collegij in Vrbe Patroni munere Pontificum Romanorum iussu sanctus est, & mirificè patrocinatus, dum vixit. Beneficentiam in pauperes quinta hebdomadæ sanctæ feria mendicis opiparam mensam infundebat, singulis nouam vellem, aureumque nummum in crumena dono dabat, tum breui sermone, & pio eos hortantem pietatem, corpora reficiebat, & mentes. Concilio Tridentino sub Pio IV. interfuit non tamen Legatus Apostolicus: inter fuit quoque pluribus Comitij Pontificijs, in quibus semper Cæsares, & Regi Hispanorum partes tanto studio sustinuit, vt ab aliquibus dictus sit Comitiorum non director, sed tyrannus: magni illum Austriaci omnes faciebant, vt Austriacæ domui addictissimum.

Sub Clemente VII. die secunda Ieiunij, vt alij referunt septima,

Cabrera.
Petranel.
Elog. m. i.
Nicol. Or.
landin. in
hist. soc. i.
Gabus. in
vita Pij V.
Guidonis
Card. Ben.
tiul. in
Memoria
Historia.
Andr. Vi.
ctorell. in
Addit. ad
Cicconi.
Ferdin.
Vghell. in
Ital. fact.
Sforza.
Card. Pal.
laucin. in
Historia.
Coc. Trid.
Aubery. in
Vita.

vel veriùs vigesima Aprilis anni 1600. ex mortalitatis carcere, Rome Episcopus Tusculanus obiit: cadaver in facello suæ familiæ in S. Onuphrij æde tumulatum sine vlla sepulchrali inscriptione. Præter propria familiæ gestit Ludouicus in signe; Columbam scilicet radijs cinctam super Orbis imaginem, ijs verbis additis: FERRO LVCEM. Christophoro, & Ludouico Madrutij S. R. E. Cardd. dedicavit S. Augustini Opera per Theologos Louanientes ex m. ss. Codicibus emendata, & in lucem edita anno 1586. Christophorus Plantinus, qui in litteris nuncupatorijs hæc habet. *Cuius quidem honoris amplitudinem, commemorabilis animi vestri pietas cum pari eruditionis laude coniuncta, præcipuaque generis inter Germania Principes; ortusque vestri claritas iure sibi optimo, nostro iudicio vindicant: vt scilicet D. Augustini monumenta, quæ à præstantissimis Louanientis Academicæ Theologis maturo consilio, summa diligentia, æquali fide cum vetustissimis exemplaribus collata, sub felici auspicio horum Cardinalium in apertum ederet. Ludouico Cardinali Madrutio Fr. Bonauentura Manentis Brixianus Conuentualis Franciscanus Petri Tarareti Commentaria in quatuor libros Sententiarum inscripsit.*

Ecclesiam S. Vigiliij in vrbe Tridentina restaurauit; quare in ea leguntur notæ sequentes.

*Veterem lapidem, quippe pavimentum extuberans
Non paruo erat rebus Diuinis incommodo,
Pia prouidentia LVDOVICI MADRVTII CARDINALIS,
Et Ecclesia Tridentina vigilantissimi Præfulis
Hoc commodiore mutauit Anno 1574. Prima Iulij.*

De huius Cardinalis stemmate Vincentius Robardus in gestis quinquennialibus Sixti V. sic cecinit.

*Quid sibi vult patulas referans Iouis armiger alas?
Curue coronatum tollit in Astra caput?
An ne velut vulturum solus volat ille per auras,
Nec stupet ad radios Phæbe coruscæ tuos:
Sic LVDOVICÆ tuam tollens ad Sidera mentem,
Qua tibi terrena libera faceat.
Ardua conspice Virtutum munia pandis!
Et facis æria compita plana via:
Scilicet assidui sunt hæc monumenta laboris,
Illaque sunt large symbola certa manus
Hoc ago dum tremulos vento perlaboræ fluctus
Sic capient portus carbasa plena suos.*

XIV.

MAREVS Siticus ex nobilissima in Germania Altaempisiorum Comitū familia, parentibus Theodorico, & Clara Medicea, nobili Mediolanensi muliere, Pij IV. forore xiv. Kalendas Septembris, die Dominico anni 1533. in Empisiditione natus est. Iuuenis adhuc in vita tamen matre, quæ eum ad Ecclesiasticam vitam adhortabatur, militiæ sub auunculo Io. Iacobo Mediceo,

armorum gloria eo tempore omnium inter Italos longe principe se dedit, & in bellis Hetruscis, & contra Turcas vti fortis dux, militiæ acer militauit. At Card. Mediceo ex auunculis altero ad supremum humanæ dignitatis fastigium euecto, Eques S. Iacobi factus, cū Pontificis, qui eum ad Ecclesiasticam vitam hortabatur, dicto non obsequeretur, in propria persistens sententia, quadã die apud S. Petrum ad Vincula, curru non sine vitæ discrimine super eum, cadente ensis fractus est: qua re commotus, cum voluntarem Dei esse agnosceret, vt habitum clericalem indueret, Pontificis voto obsecundauit. Qui initio anni 1561. Episcopum Cassanensem electum, sedis Apostolicæ Nuncium ad Ferdinandum Imperatorem legauit pro conuocatione Concilij: & jv. Kalendas Martij eiusdem anni, die Mercurij inter Diaconos Cardinales illum cooptauit. Præfuit primò Diaconus Ecclesiæ S. Angelij; deinde SS. duodecim Apostolorum; quem titulum postea ex Diacono Presbyter rexit: eodem anno, quo inter Diaconos Cardinales cooptatus est, die 11. Decembris Cassanensem Ecclesiam resignauit. Episcopatu Constantiensis, perpetua Auenionensis legatione, Archipresbyteratu S. Ioannis Lateranensis, Maioris Penitentiarij munere, & Abbatia Casanouæ in finibus Carnagiolæ diocesis Salutarium Capranicæ præfectura, & legatione Piceni ab eodem Pontifice ornatus, spatio trium mensium Picenum totum ab exulibus illud vexantibus liberauit. Cumq; idè Pontifex indichio Concilio Tridentino, eoq; legatis præfidentibus missis, Hercule Gonzaga, Hieronymo Seripando, ac Stanislao Hosio Cardinalibus timeret, ne Patres ob Hæreticorum arma inde discederent, cum Ludouico Simonet-

Ata, Marcum Siticum Cardinales direxit ea auctoritate, vt etiam si opus esset, milites cogeret, qui eo profectus Patribus timorè omnem, ac causam timoris abstulit. Ab eodem Pio patruo Legatus à Latere missus est ad Maximilianum Imperatorem post obitum Ferdinandi patris: Constantiæ Imperatorem ipsum hospitio recepit; & sub Pio V. Synodum, qua populi, & Cleri mores corrigeret, celebrauit: Episcopus Constantiensis vti Imperij Princeps comitijs ab eodem Imperatore Augustæ habitis anno 1565. interfuit. Ex SS. duodecim Apostolorum titulo ad illum S. Georgij in Velabro primùm, deinde ad S. Clementis, & demum ad S. Mariæ Transyberim gradum fecit. Atque vbi Gregorius XIII. Romæ Collegium Germanorum à Iulio III. incœptum amplificare decreuit Marcum Cardinalem ab Altaemps, cum Cardinalibus Io. Morono, Alexandro Farnesio, Ptolemæo Nouocomensis, & Ludouico Madrutio Patronum nominauit; qui de sedis Apostolicæ licentia Sacerdotium de *Mirafole* dictum prope Mediolanum, spontè Collegio Helueticorum Mediolani à S. Carolo Archiep. instituto cessit. Fuit hic primus, qui Altaempisiam familiæ à Germania in Italiam transtulit, Roberto ab Altaemps cum Cornelia Virginia in matrimonium coniuncto, quam innumeris honorum titulis, multique castris insigniuit, copiaque bonorum omnium confirmauit. Ecclesiam S. Mariæ Transyberim instaurauit, ornauitque, ac in ea nobile sacellum à se à fundamentis erectum dotauit; atque in ea imaginem B. Virginis à *Clementia* appellatam solemnè ritū collocauit. Et pro recuperata pueri propinqua cognatione iuncti salute eius imaginem ex argenteo expressam, decem librarum pondò B. Virgini Lauretanæ donum misit, cui etiam obtulit Sacerdotalem ornatum ex auro, argentoq; opere tam reticulato, quàm Phrygio contextum; atque eidem moriens preciosa donà legauit. Palatium Constantiense summa impensa restituit; Ecclesiam sacris vestibus, argenteis vasis, alijsq; pretiosis donis ditauit: quam piam liberalitatem etiam in Lauretanam domum, aliasque Ecclesias sibi commissas ostendit: Domum Piam Romæ donis amplissimis afficiens ampliauit.

Vixit Pontificibus Pio V. Gregorio XIII. Sixto V. Urbano VII. Gregorio XIV. Innocentio IX. & Clemente VIII. sub quo anno scilicet Pontificatus quarto, cum esset S. R. E. Presbyterorum primus, ætatis annorum 62. salutis 1595. die Mercurij xv. Kal. Martij Romæ è vita discessit. Corpus in facello à se extructo in Ecclesia Transyberina S. Mariæ conditum est: De illo hæc Vincentius Robardus in libro gestorum Sixti V.

*Si mea Castalius cocuntibus undique risus
Turbine perpetuo perluat ora liquor;
Qualiter Aemathios fecat irrequiesus Enipeus
Qua tulit Aemonium Pelea Thetis, agros:
Non tua Pierio celebrem præconia cantu
Nec fingam meritis Carmina MARCE tuis.
Incluta Mæoniden lux deterretur Aurum
Claraque Theutonico gloria nota solo.
Qui mea, qui tantis igitur virtutibus impar,
Accedet solidis parua Thalia bonis?
Cum nequeat dubia condit caligine virtus;
Debetur rursus scilicet illa chely.*

Prosperum Farinacium virum peractis ingenij, qui Fiscis partes in Vrbe Romana probè sustinuerat, ne publica animaduersione ob vitia puniretur, summo studio defendit: hominis enim illius casum æqua lance cum totidem eiusdem virtutibus compensandum non abs re esse iudicauit Marcus Cardinalis; & quidem benè. Nam Prosper reliquum temporis spatium, compresso naturæ ferocioris impetu, scriptioni dedit, præclarissimis editis ingenij monumentis; quæ non tam Prospero, quàm Marco Cardinali eius Vitæ auctori debentur.

XV.

FRANCISCVS Gonzaga Ferrantis, Federici Mantuæ Ducis, fratris Ducis Arriani, & Isabellæ Capuanæ Mofetæ Domine filius, Herculis Cardinalis Mâtuanus nepos, qui inter ceteros fratres, Casarem Arriani Ducem, & Ioannem Vincentium militiæ Hierosolymitanæ Equitem, Barulij. Priorem, quem postea Gregorius XIII. sacra purpura insigniuit, habuit. Franciscus iuuenis mortim,



elegantia, scientiarum, forensium præsertim rerum cognitione, vitæq; integritate, ac sanctimonia insignis, dignus à Pio habitus est, vt ex Abbate Aquæ nigræ, & ex Protonotario Apostolico Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano primò, inoxt Presbyter S. Laurentij in Lucina, ac prouinciæ Campaniæ Legatus, atq;

Archie-

Cabrera. Petramell. Filiucc. in Elog. m. s. Leonard. Malaspina. in Orat. funebri. Catena in Vita Pij V. Ferdinand. Vghell. in Ital. sacra. Iulius Perullius in Litteris. Aubery in Vita.

abrera. Petramell. Filiucc. in Elog. m. s. Leonard. Malaspina. in Orat. funebri. Catena in Vita Pij V. Ferdinand. Vghell. in Ital. sacra. Iulius Perullius in Litteris. Aubery in Vita.


Archiepiscopus Colentinus renunciaretur. Præfuit huic Ecclesie Annis quatuor, eamque dimisit ad fauorem Thomæ Tilefij Colentini, germani fratris Bernardini Tilefij acutissimi Philosophi. Euasit ex Vghello die 12. Ianuarij anno 1565. Episcopus Maturanus. Palatium ipsi titulo S. Laurentij in Lucina contiguum restaurauit, ornauitque, maiora in dies facturus, nisi Roma in Conclau, dum Comitia pro Pij IV. vita functi, successore deligendo haberentur, viij. Idus Ianuarij die Epiphaniæ, hora 21. anno salutis 1566. ætatis 29. In sepulchrali inscriptione dicitur obiisse anno 1565. at si è vita migravit post Pium IV. qui ad superos euolauit mense Decembris anni 1565. dicendū est, Franciscum Cardinalem Gonzagam cessisse è vita anno 1566. die 6. vel, vt refert Vghellius, die 10. Ianuarij. Corpus in pauimento sui tituli sub marmoreo lapide æneis trophæis, elogioque sequenti ornato, sepelitur.

D. O. M.
FRANCISCO GONZAGÆ
CARDINALI
QVI SI AD SENECTVTEM
PERVENISSET CVM HERCVLE
GONZAGA CARDINALE EIVS PATRVO
CVIVS DISCIPLINÆ FVERAT
ALVMNVS CONFERRI IVRE
POTVISSET TANTA IAM IN
EO RELIGIO PRVDENTIA
OMNIVMQVE VIRTVTVM
INDOLE ELVCEBAT
VIXIT ANNOS XXVIII. MENSES VI:
DIBS XXV. OBIIT ANNO SALVTIS
NOSTRÆ MDLXVI.

Funerari panegyrico à Leonardo Malaspina laudatus est. Hieronymus Catena in Vita Pij V. Pontificis prælagium Francisci de eodem Pontifice enarrat his verbis. *Franciscus Cardinalis Gonzaga cum in Conclau morbo elaboraret, paulo ante obitum, quadam nocte semiuivus è somno excussus, de suis familiaribus conquestus est, quod de creato summo Pontifice Cardinale Alexandrino nemo commonefaceret: famulantes cum nihil scirent, veritate paulo post intellecta, miram Francisci mentis sagacitatem non mediocriter sunt admirati.*

Præter familiæ nota stemmata supra expressa, Franciscus ad animi sui tranquillitatem omnibus notificandam, Aquilam ramo Oliuæ insidentem, Laurique ramum pede ferentem, hoc adiuncto elogio: BELLA GERANT ALII: pro insigni gestabat.

Ad Franciscum Cardinalem Gonzagam sunt Iulij Perusci litteræ, in quibus hæc de illo habet. *Facile in eam spem veni, vt tu, qui summa in beneficiorum copia, & in diuina tua virtute, mansuetudineque potes cum omni Regum specie, ac dignitate adæquari, mihi si illos tua singulari commendatione propitios, ac beneficos præstaturus.* Eidem plures litteras scripsit Curtius Gonzaga; quæ inueniuntur inter Litteras Principum.



Cabrera. Petramell Andr. Vistorell. in Addit ad Ciaconi. Aubery in Vita. Ferdinand. Vghell. in Ital. sacra Guidonis Card. Benitiuol. in Memoria historica Mambri. Rosius in Historia Neapolit.

XVI.
INNICVS Aualos de Aragonia Neapolitanus, nobilissimis Italiae, & Hispaniæ familijs sanguine iunctus, Alphonfi toto orbe terrarum clarissimi viri, Vastij Marchionis, & Mariæ Aragoniæ filius, ex S. Iacobi Hispaniarum Equite, ac Neapolitani regni Cancellario, à Pio IV. Cardinalitatis dignitate insignitur; illum enim Pius Diaconis Cardinalibus adscripsit, eidemq. Ecclesiam ex Vghello S. Hadriani; ex alijs verò S. Lucie cōmendauit. Post S. Lucie Diaconiam Presbyter tituli S. Hadriani primò, deinde S. Laurentij in Lucina, postea anno 1586. Sabinus, mox Tusculanus anno 1589. & demum anno 1591. Portuenfis, & S. Rufinæ Episcopus renunciatur. Vir vtrique magno ingenio, singularique prudentia præditus; adeoque regio animo valuit; vt si praeceptorum Aduorum opes eidem subministrasset fortuna, regis partes cumulatissime compleuisset. In Vrbe legatione functus est, dum Clemens VIII. Romanus Pontifex Ferrariæ, quæ Ecclesie recuperaret, moraretur: quo in munere quantum ingenio, & prudentia valerent, quanto reipublicæ studio, & religionis ardore teneretur expressit. Archiepiscopus Taurinensem rexit Ecclesiam ex Petramellario, & Vghello; illam enim anno reparatæ salutis 1563. obtinuit, ac præfuit ad duos annos, quo munere deinde se abdicauit in fauorem Hieronymi Roborei. Episcopus quoque Militensem Ecclesiam in Calabria die 21. Augusti anno 1566. suscepit administrandam, quo munere functus est ad annum 1573. boni semper publici fidelis minister, diligens curator, assiduusq. defensor; vt vir primarius, & alti spiritus habitus est semper, & præcipuè in Comitij Pontificijs, quibus interfuit, & dux semper fuit

Cardinalium præcipuè iuniorum. Propriæ domus optimæ, & optatè instructæ se studium semper ostendit; illam enim modò laeis, modò sericis, aliquando etiam aureis; vestiebat aulis, illa cōmutando iuxta anni tempora: Sacellum habebat ornatum, picturis iconicis, quas etiã variabat, variantibus anni temporibus. Migravit è vita Romæ anno salutis 1600. die 20. Februarij. Cardinalem hunc insignem laudant Antonius Querengus diu illi ab epistolis, & Vincentius Robardus; primus in epistolis, alter sequenti epigrammate.

INNICE Nobilium quis stemmate cretus Auorum
Exuperas animi nobilitate genus:
Rara tua mentis præfers insignia, cum te
Quis rogat ex facili cuncta ferenda videt.
Quippe licet capitis feruata reuerentia canis
Quæ rutilant parua sidera nocte polo
Sic tamen in placido sinuatur pectore virtus,
Quæ sua de facili nomina voce trahit.
Vt septem gemina lustres dum compita Roma
Dicarvs supero proximis esse Deo
Vive diu talis memorabilis INNICE mente,
Sic tua conuenient moribus ælia tuis.



XVII.
ALPHONSVS Gesualdus Neapolitanus, Alphonfi Gesualdi Compæ Comitit, ac postea Venusæ Principis à Philippo II. Hispaniarum Rege renunciati filius, nobilissima Normandorum Principum, qui vtrique Siciliae præfuerunt, ex Isabella Fenella Alphonfi Muri Comitit filia, stirpe natus, cum Protocotarius Apostolicus summe generis claritati egregium vitæ candorem, & doctrinæ laudè adiungeret, Dia-

conus Cardinalis S. Cæcilie primò, & Archiepiscopus Compæ nus à Pio IV. creatus est. Sub Pio V. Presbyter eiusdem Ecclesie S. Cæcilie titulo insignitur. Sub Gregorio XIII. Episcopus Cardinalis Albanus, & Sixto V. sedente Episcopus Portuenfis, & S. Rufinæ; ac in Pontificatu Gregorij XIV. Episcopus Cardinalis Ostiensis, & Veliternus, ac facti Collegij Decanus renunciatur. Legationis munere functus est iubente Sixto V. in Piceno, vtriusque Siciliae, & Lusitaniæ Protector, Rituumque Præfectus; sub Clemente VIII. die 25. Februarij anno 1596. Archiepiscopatu Neapolitano donatur. Alphonso Gesualdo renunciato Cardinali sequentes dedit litteras Iulij Perusci.

Cum iam pridem renunciato te Cardinali, optimo tue iuuentutis ætatis tempore omnia præclara, omnia egregia de misificata probitatis, atque ingenij indole, adductus quidem ad hoc ipsum, vel multorum bonorum testimonio, vel sermone etiam tui Io. Francisci Sonantij viri mehercule ingenius, atque uberrimis artibus ornati: tum verò illa tuorum morum, illa tue humanitatis suauitas, quam ego, & frater meus Episcopus Ciuitatensis cognouimus ex tua liberalissima erga nos voluntatis significacione: cum te ambobus honoris causa viseremus; ita confirmatus meum primum de te iudicium; vt non solum præcipua te quadam obseruantiâ colendū, quem antea communi illo studio quoque maxime illustri nominis, tuæque amplitudini debeatur; antummodo diligebam: sed dolendum mihi præterea duxerim, quod non eiusmodi fuerit mea fortuna conditio, vt idoneus essem, qui rebus, & commodis tuis seruirem, facile enim intelligere potuisses, quanti apud me sint virorum talium, taliumque Cardinalium ornamenta; & quam deuotique plena essent mea erga te officia cum amoris rû fidei. Quapropter cum nullis queam te prosequi officijs absente, nostrisq. amantissimum; oro te, atque obtestor, vt exiles, incultasque has litteras velis loco maximorum officiorum in manus sumere; teque nobis talem in beneuolentia, benignitateque præbere, & qualem tui generis nobilitas, animique præstantia, & Senatorum istud munus, quod tibi à Deo assignatum est; possit, ac desiderat.

Vir iste solerti ingenio, prudentia, & rerum vsu excellens tantum iustitiæ sapientiæ, religionisque speciem in grauissimis reipublicæ negocijs semper dedit; vt eius in rem Christianam pro meritibus omnia summa omnium iudicio deberentur. In eo summa modestia, vitæque integritas emicabat; pauperes vnicè diligebat, ac fouebat, virorum doctorum, ac virtute fulgentium fautor illos summo studio perquirebat, ac sustentabat. Archiepiscopatum Complatanum, quem adeptus fuerat, die 14. Aprilis anno sal. 1561. Saluatori Caracciolo ordinis Clericorum Regularium ex sorore nepoti anno 1572. annuente Romano Pontifice cessit, cum præfuisset supra annos decem; quibus Archiepiscopatum illum ita restituit, auxit, & ampliauit, vt eius non modò rector, sed fundator dici

Cabrera. Petramell Cesar. Eg. in Neapol. sacra. Ferdinand. Vghell. in Addit. ad Ciaconi. Aubery in Vita. Ferdinand. Vghell. in Ital. sacra. Guidonis Card. Benitiuol. in Memoria historica Mambri. Rosius in Historia Neapolit.

dici conuenientissimè, ac merito debeat, ac possit. Metropolitana Ecclesiam Neapolitanam, ac Episcopale palatium ædificiorum fabricis auxit, atque exornauit; argentea quoque, aureaque uasa, ac facta indumenta eidem dono dedit. Paræcias quindecim in ciuitate, ac suburbij de nouo erexit; ac triginta nouem antiquis superaddidit. Ciboriũ, seu testudinem, vel, ut vocant, Tribunal Ecclesie principis ingenti sumptu restaurauit, exornauitque auro, ac picturis à Ioanne Balduccio Florentino pictore illius æui insigni elaboratis. Candelabra argentea cum Cruce pro ara maxima librarum centum, calices duos ex argento, pixidem, thuribulum, scyphum cum aspersorio pro lustrali aqua, Crucem aliam, quam præferēbat, globum etiam ex preciosissimis margaritis eidem Ecclesie in obitu elargitus est. Libertatem Ecclesiasticam ubique, & semper egregiè vindicauit, suæque iurisdictioni Prociatam Insulam adiecit. Nec Neapoli solum, sed Romæ quoque Alphonsi Cardinalis liberalitas apparuit: ille enim singulari quadam mentis celsitudine, contruendum sibi nobilissimum ædificium in honorem S. Andreae Apostoli, ac S. Sebastiani martyris prope domos patrum Theatinorum à fundamentis suscepit, obligataq. patribus illis publica fide, cum ad aræ animiq. amplitudinem delineandum schema, formamque operis curasset, inchoata faustè anno salutis 1591. Basilica est: eò quidem flagrantius, quod inter operosiores Urbis structuras non vltimã, & planè fore illam D. Andreae moles ipsa descriptio, ac lineamenta pollicebantur. Primarium ipsemet lapidem Cardinalis iecit Gregorij X I V. Pontificis nomine, qui facultatem datis breuibus litteris fecit, addita augendæ pietati munificentissima cœlestium munerum erogatione fidelibus, qui iaciendis ijs ritè fundamentis adessent. Ergo cœptum alacri, magnoque animo Templum proferebatur magnificè Gesualdus Cardinalis, cum ad Neapolitanas insulas, curasque translatus abscedere Roma coactus est. Ac siue, multiplex Neapolitanæ Ecclesie negotium animum alio auocauit, siue quod faciliè conatus, ardoremque remittitur, ubi aspectu rerum non incitatur, abrumpi ædificationem oportuit. Eo tamen ab humanis sublato, hæredes inceptum opus prosequi nolentes, ius omne ipsis Clericis Regularibus cessere: tantæ molis substructionem Alexander Cardinalis Montaltus resumpsit, & ad summam manum perduxit, ut dicemus in eius vita.

Obijt Alphonsus Cardinalis Neapoli die 14. Febr. anno 1603. & sepultus in Cathedrâ, in dextero altaris latere, è regione sepulchri Alphonsi Cardinalis Carrasæ, erecto ibi à Carolo Gesualdo Venusie Principe, magnifico, ac nobili sepulchro è pretiosis marmoribus, ac quatuor columnis, duabus nempe ex viridi antiquo, & reliquis ex alabastro cidonio multis statuis ornato, ubi nulla adhuc est apposita inscriptio sepulchralis. Eo defuncto Canonici Ecclesie Neap. suis litteris Romanum Pontificem de eius obitu certiores fecerunt, Pastoris decessum deplorantes, eumq. exorantes, ut aliũ similem eis præficeret: ad quos idem Pontifex rescribens defuncti Cardinalis vitam, moresq. commendat in hunc modum.

Dilectis filijs Canonicijs, & Capitulo Ecclesie Neapolitane.

Clemens Papa VIII. Dilectis filijs salutem, & Apostolicam benedictionem. Pie, ac merito litteris ad Nos scriptis deploratis iacturam, qua à vobis, & ab insigni ista Ecclesia nuper facta est in obitu Venerabilis fratris Nostri, Archiepiscopi vestri Alphonsi Cardinalis Gesualdi, cuius anima sempiterna gaudia tribuat Deus; & Nos etiam Viri pietate, & vitæ integritate, ac multis meritis preclari, atque in hoc sacro Ordine amplissimi mortem doluimus, sed in Dei voluntate omnes conuiescere equi est, &c.

Interfuit Alphonsus Comitij Pontificij, in quibus renunciati summi Pontifices Pius V. Gregorius XIII. Sixtus V. Urbanus VII. Gregorius XIV. Innocentius IX. & Clemens VIII. sub quo è vita excessit, ut supra diximus. Vir fuit ab ore honestus, agendi scientissimus, amicus non luxus, sed munditijs; ociosam fugiebat vitam, illam tamen varijs negocijs suaue distentam ducere mirum in modum delectabatur; quare nec exquirebat negocia, nec fugiebat. Anno lubilæi 1600. Episcopus Ostiensis, Portam sanctã aperuit, & clausit: extat numisma cum ipsa Porta sancta, ac lemmate: **IVSTI INTRAVNT IN EAM: in prima facie: in altera verò, ALPHONSVS EPISC. OSTIENSIS SACRI COLLEGII DECANVS, S. R. E. CARD. GESVALDVS, IVSSV CLEMENTIS PAPÆ VIII. APERVIT, ET CLAUSIT ANNO IVBILÆI MDC.**

In Alphonsi Cardinalis gentilitium stemma lusit Vincentius Robardus hoc epigrammate.

*Cur Leo sanguineam vibrans ad Sidera linguam
Natus in Aethiopum sanguinolentus humo:
Vnoq. terit veris primos variantis honores
Candida Puniceis Lilia mista comis?
An quia cœruleum sublatum ad Aethera mente,
Mente, tua pignus que pietatis habet.
Terrenas ALPHONSE vices, & munera tenuis
Que colis ut summas Mundus auarus opes?
Macte tua virtute Pater, Pater in chlyte macte:
Sic aderit vita cum tibi summa tua.
Mystica Sideris referentem verba Parentis
Almus inexhausto flamine pascet Amor.*



XVIII.

FRANCISCVS Pachecus, natione Hispanus, patria Ciuitatensis, quæ ciuitas Roderici etiam dicta, sita est inter Castellæ veteris, & Lusitaniz fines, natus ex nobilissimis Cerralui Marchionibus, à puero sacram doctrinam, & aulam regiam complexus, Carolo Imperatori ac Philippo filio Regi maxime vsui fuit. Is in Italiam cum Petro Cardinale Pacheco patre suo, sedente Paulo IV. Pontifice se conferens, à Ferdi-


Cabrera. Petramell. Filluce. in Elog. m. s. Gabut. in Vita Pij V. Andr. V. florell. in Addit. ad Ciaconiũ. Aubery in Vita. P. Strada de Bello Belgico. Hippolyt. Marzac. in Purpura. Mariana.

nando Toletano Albæ Duce, tunc Neapolitani regni, atque Italiae Vicario, ob bellum circa res Palliani ortum, ut mandata, quæ pacem respicerent, à Rege obtineret, in Hispaniam missus, ijs conditionibus pacis acceptis pro votis Caroli Cardinalis Carrasæ nepotis Pontificis, cum Romam venisset, negato à Pontifice alloquio, Neapolim Roma reuocatur. Qua in vrbe commoratus est vltq. ad Pontificatum Pij IV. qui Franciscum ex Canonico maioris Ecclesie Toletanæ, Eleonora Toletana, & Cosmo Mediceo coniugibus, in Aloysij Toletani Eleonoræ fratris, qui ad Ecclesiasticæ vitæ institutum, & Romanam purpuram animum non adiecerat, impetrantibus, S. R. E. Presbyterum Cardinalem titulo primùm S. Susannæ, mox S. Pudentianæ, alijs Pastoris renunciauit. Paulò post protectione Hispaniz regnorum suscepta, defuncto Cardinale Francisco de Mendocæ, Burgenfis Ecclesie administrator extitit, quæ in ipsius gratiam Archiepiscopali dignitate, aucta est. Et in Synodo Burgenfi ab ipso celebrata anno salutis 1575. ut habetur in libro Constitutionum Synodaliũ Burgenfis Ecclesie, statutũ edidit, quo coelestibus diem immaculatæ Virginis Conceptioni sacrum Indulgentias concessit amplissimas. Antè hoc tempus anno videlicet 1570. à Philippo Rege, vt sacrum fœdus cum Pio V. summo Pontifice, & Venetis contra Turcas iniret, Antonio Cardinale Granuellano, & Ioanne de Stunica Regis apud Pontificem Oratore, procurator regius constitutus est: à quo Pontifice ad titulum S. Crucis translatus, vnus ex supremis Hæreticæ prauitatis Inquisitoribus deligitur. Interfuit Comitij habitis pro electione in Romanos Pontifices, Pij V. & Gregorij XIII. Cabrera tamen illum non recenset in serie Cardinalium, qui Pij V. Comitij affuerunt, neque inter absentes numerat; scimus tamen ex monumentis Vaticanis præsentem illis fuisse. Cũ verò sub Gregorio XIII. Pontifice Hispanias repetisset, idoneus iudicatus est, qui in Lusitaniam ad Henricum Regem, & Cardinalem pro successione Philippi in regno illo procuranda mitteretur. Quam tamen legationem non perfecit, contra Historicum quemdam, qui contrarium affirmat, vt refert Hieronymus Conestaggius in sua de Portugalliz, & Castellæ coniunctione Historia, his verbis. *Porro Rex iudicabat non tantum aliquem in Lusitaniam mittendum, quos exaltius, & accuratius tractaret negotium à Christophoro Moro inchoatum; verum etiam necesse esse, vt vnus ex præcipuis regni Proceribus, iisque scientia politica peritissimus ad causam successione promouendam eo proficisceretur. Fuerunt itaq. v. f. fama erat, propositi Gaspar Quiroga Cardinalis, Archiepiscopus Toletanus; Ferdinandus Aluarezus de Toledo Dux Albanus; Antonius de Toledo Prior ordinis S. Ioannis, & magnus stabuli magister; & Franciscus Pachecus Cardinalis Burgenfis: omnes homines summa auctoritatis. Quiroga propter dignitatem, & prudentiam valde idoneus ad hoc munus videbatur, & in primis propter rerum usum, quem sibi in aula Romana, ubi diu Rota Auditorem egit, comparauerat. Ducis Albani auctoritas, experientia, & prudentia multorum iudicio merebatur, vt ceteris antepone-retur; & quia res ad arma spectare incipiebat, videbatur ille non tantum negotium successione urgeret posse; sed etiam explorare vires Lusitanorum; & à quo auxilium spectarent; ac deinde si opus esset, tanto meliori cum iudicio, & eò tutius pro ea, qua præditus erat, res militaris scientia, bellum totum administrare. Antonius de Toledo probabatur multis, quia prudentie opinioni, quam de se concitaret, adiuuaret studium pietatis, religionis, aliarumque virtutum, quæ ipsum Henrico non mediocriter commenda-turæ esse credebantur. Verum iudicio cordatissimi cuiusque omnibus antecellebat Cardinalis Burgenfis; nam non tantum instructus erat illis dotibus, quibus caeteri; verum etiam ad res politicas tractandas reliquis iudicabatur aptior, ac quia erat Sacerdos, & Cardinalis, ad Henricum, veluti collegæ quidam mitti videbatur. Verum quantumvis inter Proceres Hispaniæ præter hos nemo esset vsu rerum ita edoctus, vt tam grauis negotij, nunquam enim huic regno grauius occurrat, ponderi sustinendo par esset, sicut illis prælatum fuit Petrus Gironius Dux Ossunæ. Non igitur missus Franciscus Cardinalis Pachecus in Lusitaniam, neque electus, sed tantum propositus cum alijs ad prouinciam illam sub-*

Obrulit

Obtulit Franciscus inter alia Virgini Lauretanæ Sacerdotalem amictum opere Phrygio conspicuum, sui in illam affectus testem. Anno salutis 1579. die Dominico, x. Kalendas Septembris Burgos morte præuentus Franciscus obiit, cuius corpus in patriam translatum, in Cathedrali conditum est. Extat eiusdem numismata cum nomine tantum sic expresso. FRANCISCVS PACIECVS S. R. E. CARD. EPISCOPVS BVRGENSIS.

Cabrera. Petramell Gabut. in Vita Pij V. Andr. Vitorrell. in Addit. ad Ciaroniū. Petr. Coctin. de Episcopis Viterbien. Ferdinand. Vghell. in Ital. sacra Franciscus Sacchin in tō. 3. hist. Soc. Iesu. Aubery in Vita. Hippolyt. Marrac. in Purpura. Mariana.



XIX.

IOANNES Franciscus Gābara, natione Italus, patria Brixienſis, Brunorij Virolæ, & Præzelboni Comitij, Caroli Quinti Cæsaris Equitum ducis strenuissimū, & Virginię Pallauicinę nobilissimę sceminę filius, natus xvj. Kalendas Februarij anno salutis 1533. adolescens sub patris Vberti Pauli III. Pontificis Cardinalis disciplina educatus, qui S. Laurentij Cremonensis diocesis Abbatiam ordinis S. Benedicti sibi commendatam illi detulit, Patauij, Perusięque legum studijs incumbens, luris vtriusque doctor, rerum gerendarum experientia præstantissimus, atque in dicendo eloquentissimus euasit. Is patruo Cardinale vita functo, ex Imperiali aula, quo se contulerat, vt Carolum Imperatorem obseruantię ad se inuiferet, Romam concelsit, ibique inter familiares Iulij Papæ III. adscriptus, ipsius Cubicularius declaratus est. Præpositura Virolæ insignitus, Apostolicę Camerę Clericus, Præsidiens à Pio IV. & nondum elapso anno Diaconus primus, mox Presbyter Cardinalis SS. Petri, & Marcellini; deinde S. Pudentianę, aliàs Pastoris renunciorum. Vir sapientię, consilij, & religioſis plenus, qui maiorū virtutum ornamentis cumulauit. Anno verò 1565. xj. Kalendas Septembris Camerini de Latere Legatus ab eodem Pio declaratur. Legationem tamen illam ob Pontificis mortem non obiuit. A Pio V. succedore ad secreta consilij, in arduis Pontificatus curis, maximè ad religionem spectantibus, cuius erat acerrimus defensor, admittus, & inter eos Purpuratos Patres, quibus Christianę fidei, & contra impios hæreticorum conatus conseruandę, præcipua cura commissa erat, annumeratus, eam prouinciã ita sustinuit, vt pro eadem fide, ac religione tuenda, atque amplificanda nullis laboribus die, ac noctu, ad extremum vsque spiritum subterfugerit. Tam verò eodem Pontifice Pio sedente in Petri Cathedra, ad titulum S. Priscę translatus, & Abbas Aquę nigre diocesis Mantuanę factus, mortuo Sebastiano Gualterio Episcopo Viterbiensi, eiusdem Ecclesię Ioannes Franciscus in demortui locum anno 1566. sufficitur. Sub eodem Pontifice, ægrotorum in Vrbe curę (mense enim Augusti, primo anno Pontificatus Pij, magna Romę pars periculoso morbo correpta) cum duodecim primarijs viris præpositus est. Hic reuocata auita Ecclesiastica disciplina, Ecclesię Cathedrali, atque alijs ea in Vrbe, sumptibus magna ex parte proprijs, instauratus, Canonicorumque redditibus annuis auctis, atq. etiam Archidiaconatus dignitate cum quatuor Canonicis Diaconis, qui Episcopo inferrent, institutis, celebrata in ea Synodo, Balnearijque ipsi Ecclesię restitutis, vbi viuas virtutum suarum imaginis reliquit, ipsam Ecclesiã Carolo Montilio, Gregorio XIII. Pontifice suadente celsit. In tabulario Viterbiensi seruator Epistola Capitulo inscripta, in qua causas huiusce resignationis recenset: extat in Templo Viterbiensi hæc Cardinalis memoria.

Anno Domini 1577. Die 8. Aprilis.
Io: Franciscus Gamba Misericordie Diuina
Tit. S. Anastasia S. R. E. Presbyter Cardinalis de Gamba
Nuncupatus, qui à felicis recordationis Pio Papa V.
Viterbiensi Ecclesia Præfatus;
Cuius sanctissimis manibus, munus consecrationis suscepi,
Consecratis Ecclesiam, & Altare hoc
In honorem Natiuitatis Beatissimę, & Gloriosissimę VIRGINIS
Et Reliquias posui.

Sub eodem Pio Pontifice obtento primū titulo S. Anastasię, mox S. Marię Transtiberim, & Presbyterorum Cardinalium primus, atque ex Presbytero Episcopus Albanensis, deinde Prænestinus nominatus, Archiconfraternitatis Incurabiliū S. Iacobi in Augusta de Vrbe Patroni munere functus est. Vir fuit Ecclesiastica seueritate insignis, iustitia conspicuus, in seruanda fide diligentissimus, singularis prudentię, ac tanti acuminis, vt præter reliquos, de republica, atque imperio grauissimę, sapientissimęque differentem in periculosis temporibus multi Europę Principes, & coram, & litteris de summis rebus gerendis consulere, & quod


ille vnus responderet, tanquam oraculum quoddam reciperetur, & probaretur. Quam præclaram Orbi terrarum per sepectam prudentiam ea ratione sibi, cuius præcise fertur, quod à puero præter B. Virginię patrociniū, cuius precibus infinita prope ad Deo beneficia se accepisse identidem asseuerare consueuerat, patronum, sibi elegit S. Laurentium martyrem, mirumque fuit, quod omnia ferè sacerdotia, quæ polsidebat, polsidebat autem plurima, sub inuocatione eiusdem S. Laurentij essent. Suffragium suum tulit in Comitij, in quibus renunciati tres summi Pontifices, videlicet Pius V. Gregorius XIII. & Sixtus V.

Obijt maxima reipublicę Christianę iactura, Romę die Martis iij. Nonas Maij anno redemptionis humanę 1587. ætatis 54. Sixti V. Pontificis tertio. Cuius corpus in D. Marię de Populo depositum, de porta moenia Viterbiensis vrbis positam, quam ipse consecrauerat, & cuius sacellum annuis redditibus dotauerat, vbi ipsius effigies extat citra vllum elogium ante gradus maioris arę sepulturę mandatum est. Ibi vniuersus eius celestium est, & sacri ordinis Prædicatorum, qui eam Ecclesiam incolunt, orante in ipsius funere Francisco Scoto Collensi sacre Theologię professore, Archiepiscopo Viterbiensis maioris Ecclesię.

Vltimis tabulis, quas scripsit, multa Archiconfraternitati Incurabiliū S. Iacobi in Augusta de Vrbe, ac sacre Lauretanę domui, & alijs pijs locis non pauca legauit: Virginitis de Quercu Templo calicem aureum, sex argenteas lampades, & plura alia preciosa ornamenta donauit.

XX.

BERNERDVS Nauagerius patritius Venetus Andree filius, natus anno 1537. optimè educatus à puero, cum iam maioris litterarum in patria didicisset, Philosophiã, quam M. Antonij Genua, & Vincentij Madij publicè docebant Patauij, diligenter operam nauauit. Adolecens Venetijs causas cum laude egit: & ad publicas res animo adiecto, ordinū Sapiens



creatus, eo in munere magnam eloquentię laudem ab illo adeptus. Petijs & Grittus Dux Venationem non semel audire voluit. Cum Marco Antonio Amulio ad Dalmatiam subleuandam missus à Senatu, tum solus ad Herculem Gonzagam Cardinalem Mantuam, mortuo fratre dum hæres adoleceret, regentem. Militiã etiam, consultor, deinde ad Carolum V. Orator, à cuius colloquio se prudentiorem semper redire affirmabat: ab illa reuersus legatione, præfuit annonæ, legum custos fuit, & Patauinos Prætor rexit. Annum agens 38. ad Henricum Gallię Regem Taurinum profectus, nondum absoluto Prætoris munere legatus, tum Byzantium missus vt reipublicę nomine cum Rege Turcarum ageret, opes inde non retulit, pecunię enim non erat cupidus, quamuis vxorem, & filios haberet nec diues esset; Delatam Anglię legationem moriente Rege non obiuit: è Collegio Decemuirum vnus aliquando Pontificis & Patauino gymnasio præfuit. Apud Paulum IV. Romanum Pontificem reipublicę Oratoris munus gerens, & Consiliarius, mox Legatus ad Ferdinandum Imperatorem, deinde ad Franciscum II. Gallię Regem cum Nicolao Pontio. Reuersus Consilij Sapiens erat, cum inopinato, & præter omnem cogitationē ex Carolo Card. Borromęi literis agnouit, se à Pio IV. Romanę additū purpure; obierat enim ante aliquot vnus vxor. Vocatus à Pio, mense Maio Romam se contulit, vbi S. Pancratij Ecclesię Diaconus primus, mox Presbyter præfuit: è S. Pancratij titulo ad S. Nicolai in Carcere, tum ad S. Susannę gradum fecit; & anno 1562. iubente eodē Pio Episcopatum Veronensem administrandum suscepit. In sacro Cardinalium Senatu tam egregie sententiam dicebat admiram, vt Carolo Cardinale Borromęo teste, Patres, & Consiliarius ad summum adduceret: gratissimus erat eidem Pio. A quo anno 1563. ad Concilium Tridentinum, non in Serapici Cardinalis, & Legati defuncti, vt aliqui scripserunt, sed in Marci Sittici Cardinalis Altaempsij loco de Latere missus, iij. Kalend. Maij eiusdem anni ingressus est. Cui de Latere imposto sine indulgentie Pido, sponia desiderio captus Veronam, Venetorum Patriarcha, Coadiutore Aquileiensi Daniele Barbaro, & decem Episcopis committantibus adiit; conspectis Veronę moenibus dixit. *Hæc respici me, hic habuabo.* Die 9. Decembris anni 1563. vrbem ingressus est ingenti omnium lætitiã, altera verò die in Cathedrali exceptus est oratione, quam Cleri Veronensis nomine habuit Vincentius Ciconia.

Ciuitatis nomine aliam habuisse orationem Franciscum Morandum Adamus Fumanus Canonicus Veronensis in suis monumentis,

Cabrera. Andr. Vitorrell. in Addit. ad Ciaroniū. Petramell. in Elogij Jac. Gualterij d. ca. Eccl. Lud. Jacob. à S. Caroli in Biblioth. Pontific. Ferdinand. Vghell. in Ital. sacra. Nomencl. Card. Sforzi. Card. Paul. laurica. in Hist. Cæ. Trid. Petri in Hist. Venet. Io. Bapt. Adria. in Hist. Franc. Po. la. iul. apud No. uaria.

mentis, quæ cum multa scitu digna mihi videantur continere, hic ad verbum ex Vghellio subiungo.

Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Bernardus Nauagerius Card. tit. S. Nicolai inter Imagines, & sedis Apostolica ad Concilium Tridentinum Legatus, eo absoluto, die 4. reddens Veronam hora 22. ingressus est, & una cum eo venere infra scripti duodecim Ren. Pralati Pat. Aquil. Daniel Barbarus; Ioannes Treuisanus Pat. Venet. Petrus Landus Archiepiscopus Cretensis; Antonius Iustinianus Chien. Archiepiscopus Naxiensis; Dionysius Græcus Melipotanen. Episcopus senior; Thomas Casella Episcopus Cauenensis; Timotheus Iustinianus Episcopus Calamonensis; Marcus Laurentius Tropiensis, Episcopus Campaniensis; Iacobus Surretus Græcus, Episcopus Melipotanensis iunior; Iacobus Naclantus Episcopus Clodienensis; Hieronymus Nichefola Episcopus Theanen. Die Veneris 10. mensis Decemb. 1563.

Illustriss. & Reuerendiss. D. Card. Nauagerius supradictus, & perpetuus Administrator Ecclesie Veronensis mane ingressus est Ecclesiam Cathedralen, & ex suggestu ipsius publico nomine totius ciuitatis habita est ad illum oratio pulcherrima ab Excellentissimo Doctore D. Francisco Morando, qua finita ingressus est chorum, & Missam solemnem celebravit Reuerendissimus in Christo P. Fr. Hieronymus Nichefola Episcop. Theanen. presentibus infra scriptis Reuerendiss. Pralatis, Daniele Barbaro Pat. electo Aquilien. Petro Lando Archiep. Cretensi; Antonio Iustiniano Chien. ord. Predicatorum, Archiep. Naxiensi; Sigismundo Sarraceno Neapolitano Archiep. Materanen. Dionysio Græco Episcopo Melipotanensi seniore; Thoma Casella ord. Predic. Episcopo Cauen. iuniore; Iulio Cappellata Placent. Episcopo Laquedusensi; Annibale Sarraceno Episcopo Licciensi; Augustino Lofo Hispano Abbate S. Benedicti de Ferraria Cong. Cassinen. Stephano Cataneo Nouariensi Abb. Grauar. Placentim. diocesi. Cong. Cassinen. omnibus à latere dextro. A sinistro autem Ioan. Truisan. Patriarcha Venetiarum; Io. Baptista Castaneo Romano Archiep. Rossan. qui postea fuit Urbanus Papa VII. Gaspere de Fosso Archiep. Rhegien. Antonio Canco Archiep. Corcyr. Iacobo Naclanto ord. Predic. Episc. Clodienensi; Aegidio Foscarario Bonon. Episcopo Mutinensi; Timotheo Iustiniano Chien. ord. Predicatorum Episcopo Calamonensi; Marco Lauro Tropiense ord. Predic. Episcopo Campaniensis; Iacobo Surreto Græco Episcopo Melipotanensi iuniore.

Die Sabbati 11. Decemb. 1563.

Mane Orationem ex suggestu Dominico habuit ad Illustrissimum, & Reuerendissimum D. Cardinalem Bernardum Nauagerium Legatum, & Administratorem perpetuum Ecclesie Veronensis nomine totius Cleri Don. Vincentius Ciconius Rector Ecclesie Parochialis S. Zenonis Orationij. Qua finita, Missam celebravit ad altare maius Reuerendissimus in Christo Pater D. Petrus Landus Archiepiscopus Cretensis, sedente ipso D. Cardinale in sede sua Pontificali, à cuius dextris assabant Reuerendissimi infra scripti, Daniel Barbarus Pat. Aquil. electus; P. Ant. de Capua Neap. Archiepiscopus Hydruntinus; Paulus Aemilius Verallus Romanus, olim Archiepiscopus Rossanen. nunc Episcop. Capuaquensis; Dionysius Græcus ordinis S. Francisci Conuentualium, Episcopus Melipotanen. Thomas Casella ord. Predicatorum, Episcopus Cauen. Io. Antonius Bononien. qui postea fuit Innocentius Papa IX. Episcopus Nicastriensis. A sinistris vero Ioannes Truisanus Pat. Venet. Antonius Iustinianus Chien. Archiepiscop. Naxiensis; Iacobus Naclantus Florent. Episcopus Clodien. ambo ordinis Predic. Marcus Laurentius Episcopus Campaniensis ord. Predic. Timotheus Iustinianus Chien. ord. etiam ipse Predic. Episcopus Calamonen. Iacobus Surretus Græcus Episc. Melipotanensis ord. Minorum de Obseruantia.

Die Dominico 12. mens. supra scr. Missam celebravit peracta predicatione Reuerendiss. Patriarcha Venetus; à dextris autem Illustriss. & Reueren. D. Card. assabant Patriarcha Aquil. Archiepiscopus Panormitanus ord. Franciscanorum; Episcopus Pientinus; Dionysius Græcus Episcopus Melipotanensis senior; Episcopus Campaniensis; Episcopus Grossefanus. A sinistris vero Archiepiscopus Cretensis, Archiepiscopus Naxiensis, Episcopus Clodienensis; Episcopus Calamonensis; Episcopus Melipotanensis iunior; Episcopus Clusinus; Episcopus Alexanensis, Episcopus Capuanus, Episcopus Pennensis.

Die Dominico 19. mens. supr. 1563. Illustriss. & Ren. D. Card. Nauagerius perpetuus Administrator Ecclesie Veronensis audita predicatione, ingressus est chorum, in quo celebravit Missam. Hon. D. Paulus Iustinus Mansionarius Ecclesie, & à dextra D. Card. in sedibus Canonicalibus assabant Reuerendissimi DD. Offensis, & Herdensis Episcopi, fratres ambo germani, & à sinistra isidem Reuerendissimi Episcopi Barchinonen. & Vellensis.

Bernardus reuer. inita possessione, dicecesanaque Synodo celebrata, erudita oratione Clerum adhortatus est ad obseruantiam. Decretorum Tridentini Concilij, totoque peccatore in corrigendis Sacerdotum moribus, disciplinaque Ecclesiastica instauranda incubuit. Maiora quoque patrasset, ni subita oculorum cæcitate opprestus Ecclesie regimen relinquere coactus fuisset. Coadiuto-

reigitur ex permissione summi Pontificis sibi facto cum futura luccessione Augustino Valetio patricio Veneto sororis filio, quem vitæ integritate, litterarum cognitione celeberrimū Gregorius XIII. merito in Purpuratorum Patrum numerum ascitit; ipse subita oculorum cæcitate pressus, pauloque post subita quoque morte correptus, Veronæ pridie Kalendas Iunij, seu, vt alij volunt, vij. Kalend. Iulij anno 1565. Pontificatus sexto, ætatis 59. die Iouis obdormiuit in Domino: Cuius corpus in pauimento Ecclesie Cathedralis ante chorum sepulturæ traditum, marmoreo lapide, in quo inculpsum legitur sequens epitaphium, cooperitur.

BERNARDI NAVAGERII CARDINALIS PERPETVI ECCLESIE VERONENSIS ADMINISTRATORIS OSSA.

Vt ponerentur in maiore Templo Veronensi iussu Bernardi Valerij factus est hic titulus.

BERNARDVS NAVAGERIVS CARDINALIS VIRTUTE SPECTATISSIMVS ET SANCTITATE HIC POSITVS EST. V. ANNIS LIIIX. M. IV. D. XIIIX. EX IIS EPISC. VERONEN. II. OBIIT VII. KAL. IVL. MDLXV.

Vincetium Ciconiam laudatorem in funere habuit: floruit enim Bernardus præstanti ingenio, acri iudicio, singulari prudentia, suauissimis moribus, vfu rerum, & eloquentia: Dicecesanam Synodum habuit, Clerum insigni Oratione lachrymas à nonnullis exprimente ad Decreta Concilij Tridentini seruanda hortatus est. Petrus Valerius Augustini Cardinalis nepos Vitæ Nauagerij Cardinalis ab eodem Augustino scriptam edidit, sed ante purpuram.

Scriptit Bernardus ex Petramellario Carmina multa, quorum aliqua habes in Illustrium Poëtarum Itatorum tomo primo: & Orationes nonnullas, inter quas est illa ad Paulum IV. habita, cum reipublicæ Venetæ nomine obedientiam exhiberet.

Scriptit etiam Relationem de reditu legationis suæ Romanæ, ac Senatui Veneto dedit, quam extare m. ss. Patuij in Bibliotheca Nicolai Treuitani ex Bibliothecis Patuinis Iacobi Philippi Tomasini refert Ludouicus Iacobus à S. Carolo in libro secundo Bibliothecæ Pontificiæ. Descripsit etiam Relationem Vitæ Pauli IV. quæ an alia sit à superiori prorsus ignoro: illius meminit, vt diximus, Tomasinus, ac Ludouicus Iacobus à S. Carolo, & Stortia Cardinalis Pallaucinus in Historia Concilij Tridentini.

Extat eiusdem Relatio redeuntis à legatione Constantinopolitana anno 1552. in qua fusè, prudenter, ac liberè diserit de Solymano Turcarum Imperatore, de eius filijs, & primarijs Consiliarijs. Illustratur epistola nuncupatoria Caroli Sigonij.

XXI. HERONYMVS Auftriacus Italus, de Corrigio, filius Gilberti, & Veronicæ Gabaç Vbetti Cardinalis sororis, formiæ primariæ, cuius nomen bonarum litterarum cognitione, Italicorum Carminum, & Epistolarum scriptioe illustre, ac morum sanctimoniam illustrius, apud Bembum, Casam, Mollam, & similes claros Poëtas sui temporis commendatissimum extat; quamq. Ioannes Mattheus



Toscanus vnâ cum Victoria Columna laudauit his versibus.
Gambara Corrigium decorat Victoria Romam,
Viraque sed sexus debilioris honos.
Quamlibet his priscam quis compararet heroinam,
Aut non doctâ, vel est illa pudica minus.

Cum Bononiæ scientijs operam dedisset, Romanâ Curiam secutus, Paulo III. Pontifici charus ob nobilitatem, & singulares animi dotes; nam præter litterarum scientiam, rerumque generandarum experientiam insitam animi fortitudinem, ac obfirmatas corporis vires habuit. Anno 1540. ab eodem in Gallias Legatus, vt Francisco Primo Francorum Regi, ob Aureliensis Ducis filij immaturo mortem maximo Pontificem dolore affectum fuisse significaret, eumq. consolaretur Mortuo Paulo Pontifice, cum Alexandro Cardinali Pontificis nepoti inseruiret, anno 1556. ad Philippum II. Hispaniarum Regem mittitur, vt Placentina ciuitas à Cæsarianis militibus occupata, Octauius Cardinalis fratri Parmæ Ducis restitueretur, ab eoque in gratiam reciperetur. Quæ omnia cum obtinisset, illi Octauius Dux grati animi ergo primum castrum Medefanum agri Parmensis, deinde Corrigium dono dedit, quam vrberem Hieronymus armato milite defendit contra Ducis Ferrariæ arma. A Pio IV. in secunda Patrum enunciatione Diaconus primò, tum Presbyter S. Stephani in Cælio monte, ac mox S. Ana-

Cabrera. Petramell Augustin. Valer. in Vita Nauagerij. Andr. Viçtorelli. in Addit. ad Ciacconi. Ferdin. Vghellius in Ital. sacra. Aubery in Vita. Bonau. Angeli in hist. Parmensi.

stafig, & Philippo Rege deferente Archiepiscopus Tarentinus re-
nunciatur die 3. Maij anni 1569. quam Ecclesiam absens rexir;
eius tamen iussu habita est Synodus Prouincialis, & Diocelana
anno 1571. cui praefuit Aloysius Compagna Episcopus Mutinien-
sum. Quo anno 1571. Selymo Turcarum Imperatore in Christia-
nos bellum parante, Ancona, ac totius Piceni Praefecturam gessit,
propugnacula erexit, militeseq. collegit ad prouinciae illius defen-
sionem. Interfuit Comitij habitis pro electione Pij V. & Greg. XIII.
cuius Pontificatus anno primo, salutis 1572. Romae in ipso iam ae-
tatis decurru, iudicij, & eximij charissimus; vir enim magnae experi-
entiae, summi iudicij, & maximae auctoritatis erant, non sine magno
dolore e vita excelsit die Mercurij, viij. Idus Octobris hora 24. le-
pelturque in D. Siluestri Ecclesia in Quirinali.

TERTIA CARDINALIVM CREATIO.

Pius IV. Pontifex Maximus anno reparatae salutis 1563. viij.
Idus Januarij, in festo Epiphaniae Presbyterum vnum, & alterum
Diaconum Cardinalem sacro Collegio adscripsit, quorum series
haec est.

XXII.




FEDERICVS, seu Fride-
ricus Gonzaga, Federici
Primi Matue Ducis, & Mar-
garitae Palaeologae Montis-
ferati Dominae filius post-
hucus, ob id patris nomine
vocatus, natus est ann. à par-
tu Virginis 1540. Hic sub
Herculis Gonzagae Cardina-
lis, & Episcopi Matuani pa-
trui tutelae relictus, eius vir-
tutes imitatus, Bononiae, vbi
litteris operam dedit, breui
liberalibus disciplinis erudi-
tus, sic scientias cum virtutibus coniunxit; vt lacris iam initiatus,
non modo dignissimus habitus sit, qui in gratiam Herculis patris
à Pio IV. Presbyter Cardinalis titulum S. Mariae Nouae in coetum
Cardinalium procyteraretur; verum etiam idoneus sit iudicatus, cui
quamuis non excederet quartum annum supra vigesimum, Ca-
thedralis Ecclesia Mantuana, quae ob mortem Herculis patris, qui
Pontificis Legatus in Synodo Tridentina pauld ante mortuus fue-
rat, Pastore destituebatur, committeretur: cuius Episcopatus solem-
ni pompa possessionem iniit prima die Maij anno 1563. ac dili-
gentissime patrum vestigijs in pietate colenda profecutus est sem-
per. Romam postea veniens vi. Kalendas Aprilis Cardinalitium
pileum accepit, & perhonorifica insignitus legatione Montisfer-
rati Cardinalis ad differentiam Francisci Gonzagae Cardinalis ab
eodem Pio renunciati dictus est.

Sed vniu penae diei languor tantum virum extinxit Mantuae
die Mercurij jx. Kalendas Martij anno salutis 1565. Pontificatus
Pij sexti, aetatis vigesimo quinto, hora 13. Corpus conditum est in
Cathedrali eiusdem ciuitatis D. Petro dicata cum hoc elogio.

FEDERICO FEDERICI DVCIS F. POSTHVMO GONZAGÆ
MANTVÆ EPISCOPO CARD. LEGATO
ACERBISSIMA MORTE EREPTO
ANNO ÆT. XXV. SALVTIS HVMANÆ MDLXV.

XXIII.



Ferdinandvs Med-
ices Coloniæ Hetruriae
Ducis, & Eleonoræ de To-
leto filius, anno à partu Vir-
ginis 1549. iij. Idus Iulij ho-
ra 19. post meridiem natus,
& Cardinalis Ioannis Medi-
cicis frater, vt Serenissimæ
Medicee Imperatricis, mag-
nitudine rerum gestarum,
& amplitudine victoriarum,
nominisque gloria floren-
tis, purpura, imbuturo adem-
pta restitueretur, cum iam

tertium supra decimum aetatis annum compleuisset, ac decimum
quartum inchoasset, Diaconus Cardinalis S. Mariae in Domini-
ca absens renunciatur. Apud Petramelluram incuria Typogra-
phi legimus, cum nondum tertium, & vigesimum annum comple-
uisset: in manuscripto Codice Benedicti Cardinalis Iustiniiani se
legisse factus est Victorius, Ferdinandum tunc decimum sextum
agentem annum conuiuij tempore adlectum. Accersuerat Pius

Cardinales ad epulas ante illas in cubiculo orario decoratus, de
Federico Gonzaga, & Ferdinando Mediceo Romana purpura,
exornandis, cum Cardinalibus egit, ac suffragia petiit, nonnulli
sunt aduersarij, praecipue Alexandrinus. Alij nondum decimo ter-
tio aetatis anno expleto lectum esse in Senatum volunt; at reuera
illum expleuerat, si rationes bene putamus. Federico, & Ferdinan-
do in Senatum cooptatis, conuiuium hora 23. ad noctem die illo,
erat enim coronationis anniuerfarius, multorum cubiculo asse-
sus est. Pius igitur Ferdinandum Romam venientem, pileo pos-
tea purpureo cum Angelo Nicolino eiusdem Pontificis Cardina-
le Idibus Martij anno 1565. de more insigniuit. S. Mariae in Do-
minica Diaconia relicta, ad alias, videlicet S. Eustachij primor-
de ad S. Mariae in Via lata sub Sixto V. gradum fecit: Diaconum
primum S. Didaci Apotheosis; & Regularium causis cum alijs Car-
dinalibus praepositus, Archiepiscopus sanctissimae Trinitatis de
Urbe; Religionis item Seraphicae fratrum Minorum Obseruantiae,
regnumq. Hispaniarum patrocinae Cardium summum suscepit
gessit. Magni nominis, & potentiae Cardinalis hic opibus, aucto-
ritate, & gratia praestans, cum Pius V. & Gregorius XIII. Roma-
ni Pontifices renunciarentur, vnus erat ex Comitiorum principibus.
Eleonoram Francisci Magni Ducis filiam, quae Vincentium Mantuae
Duci in matrimonium collocata fuerat, neptem suam Mantuam
eum comitatus est. S. Mariae in Dominica Templum sub Pio V.
instaurauit, vixitque Romae Cardinalis exemplo optimo, vt fidem
facit historia, quam Floremundus Remundus narrat his verbis.

Anno 1575. quibus iubilaeus fuit, senex quidam Lutheranae religio-
nis minister, Polonus natione, non tam ex deuotione, quam curio-
sitate quadam Romam proficisci decreuit, eodem quo caeteri reli-
gionis ergo peregrinantes, habitu indutus, cum isdem commune
sanctae Trinitatis nomine appellatum hospitium ingressus, stridens
in eo, vt ex aere omnia contempleretur, permansit. Eius vero So-
cietatis curam sum Ferdinandus Medices gerebat, et, qui hodie
Magnus Hetruriae Dux est, qui vnus cum multis alijs Proceribus
hospitium pedes abluere solebat. Inter quos cum minister hic for-
te esset, tantam in tanta dignitate humilitatem, vt, & Pontificis
Gregorij XIII. in visitandis Ecclesijs deuotionem, & pietatem
demonstratus, ac tandem loca sacra, in quibus sanctissimum Apos-
tolorum, & aliorum sanctorum reliquia afferuntur, ipse contem-
platus, totius denique velut mundi vnicuique ad reddenda Deo vota,
& fundendas ad S. S. Apostolorum, & Martyrum umbas pre-
ces eo concurrentis religione obstupescens, diuino monente spiri-
tu ad pedem altaris genibus innixus oculos voluerit capere, usque
ad caelum eleuatis, quamuis aliud animo volueret, vt qui spectan-
di causa venerat, uehementer ingemiscens, & consilium
de visita, & religione mutandis amplexus, prope e mediaturba
se proripuit, & ad S. Petri Basilicam accurrens, ad pedes Ponti-
ficis, qui in sacello tum ibi erat, procidit, eos iterum, atque iterum
deosculatus, lacrymans, & singulis verbis intermisco interclusa, ne
verbum quidem proloquens. Pontifex ratus hominem sorte esse,
qui nefarii facinoris sibi conscius, id alijs audientibus propalare
mollet, praesentes aliquantum secedere iussit, vt solum audiret. At
ille recuperata voce exclamans, minime, inquit, pater sanctissime
sube hos manere, quippe peccati mei magnitudinem patenti iam pos-
tulat publicam. Vginti tres iam sunt anni, ex quo Satana sui mi-
nister; at iam posthac Iesu Christi, eiusque Ecclesiae seruus esse cu-
pio, ad quam Sanctitatem tuam humillime rogo, vt me admitte-
re, & transcribere velit. Tum Papa hominem de singulis dilige-
ter interrogatum ipse quoque illachrymans, impertitus a benedictio-
ne, ad Cardinales quosdam remisit, a quibus ille examinatus, &
absolutus, sacra Eucharistia communione munitus, cum aflu ar-
dentissimo pleraq. loca sacra visitasset, non multo post in morbum
incidit, & in Xenodochium sancti Spiritus delatus, post triduum
animam Deo reddidit, vnice se gaudere dicens, quod post tot
sanctam morte percussam, apud quem tum erant P. Hieronymus de Mar-
ca, & P. Bernardus de la Poste Capuccini, sublati in caelum e-
culis, in hac verba cum D. Paulo Apostolo erupit: O altitudo Sa-
pientiae: quam multi miseri peccatores vel in monasteria, vel in
deserta se conferunt, vt peccata sua penitentia, & vita austeritate
eluant; & hic tantus peccator tribus tantum diebus vera mi-
seri contritione peccatorum remissionem, & Paradisum prome-
ruit. Tantum possunt, ac valent Principes Ecclesiae facti boni exem-
pli, vt quemcunq. ad meliorem vitae rationem traducant.

Ceterum defuncto Francisco Magno Hetruriae fratre sine filijs
Ferdinandus Cardinalis, ex duobus, qui superstites erant, fratribus
vatu maior, iure eidem magna cum totius Hetruriae populorum
animi laetitia successit. Qui etsi Cardinalitiam dignitatem ad ex-
tremum vsq. vitae spiritum retinere animum induxerat, nunquam
prudenter intransigentibus posse aliquando, quod contigit, e-
uenire, aliud tamen sibi in rerum statu commutato grauissimis de
causis statuendum fuit, & maxime, vt tam amplae laetiae prouin-
ciae, nec non familiae suae legitima liberorum successione conse-
ret. Romam igitur Nicolaum Tornabonum ciuitatis Burgi S. Se-

pulchri


Cabrera...
Petramell
Fillusc. in
Elog. m. s.
Gabut in
vita Pij V.
Andr. Vi-
storelli. in
Addit. ad
Ciacconiũ.
Ferdin. Vg-
ghellius in
Ital. sacra.
Petrus Iu-
stinianus
in Histor.
Veneta.
Aubery in
Vita.

Cabrera...
Petramell
Gabut in
Vita Pij V.
Petr. Ope-
mer. in O-
per. Chrõ.
A. dr. Vi-
storelli. in
Addit. ad
Ciacconiũ.
Tho. Cos-
tus in hist.
Neapolit.
Ostau. Pã-
cirol. in
Theol. ab-
scondit.
Petrus Iu-
stinianus
in Histor.
Veneta.
Aubery in
Vita.
Scip. Am-
miratus in
Hist. Flor.
Henricus
Spondan.
in Annal.
Ecclesiast.

pulchri Episcopum eadem de causa misit: hic vna cum Ioanne Nicolino Oratore, & Cesare Marsilio Aduocato Consistoriali dicente, in secreto Consistorio habito pridie Idus Decembris anni 1588. Cardinalitium pileum, & purpuræ dignitatem in publico Senatu Ferdinandi nomine dimisit. Quibus peractis, felici, ac fausto auspicio Ferdinandus Caroli Ducis Lotharingæ filiam Christianam in vxorem duxit. Ferdinando Medici Cardinali Epistolarum suarum moralium volumen Ioannes Planerius Quintianus inscripsit: Ad illum Petrus Victorius litteras plures dedit. Cum aduersus Dantis Comœdiæ pene diuinas prodijisset criticæ censura Bellisarij Bulgarini; in illius defensionem, integrum volumen composuit Iacob. Mazzonus, quod tunc Cardinali, & patrono eximio Ferdinando dicauit, præloq. cudendum consignauit Cefenæ 1587

QVARTA CREATIO CARDINALIVM.

Anno à partu Virginis 1565. die 12. Martij, Pius IV. Pont. Max. Cardinalibus Presbyteris decem, & nouem, & Diaconis quatuor adscripsit, quorum series hæc est.



XXIV.
ANNIBAL BOZZVTVS, nobilis Neapolitanus Io. Pizzuti Diaconi Cardinalis S. Mariæ in Porticu cõsanguineus, Iuris doctor, tam viuidi ingenij acie, atque in consilijs capessendis poluit mentis celeritate; vt adhuc iuuenis eo tempore, quo Neapolitani Petrum Toletum, qui pro Carolo Quinto Imperatore regni illius clauum tenebat, quæstionem religionis Hispanico more in eodem regno in-

stituerent conantem, multis seditionibus, ac tumultibus fatigatum, ab incæpto consilio desistere coegerunt, electus sit cum nonnullis alijs ad Proregi obfistendum. Quare ad eundem Petrum Proregem hac de re ciuitatis nomine apertam orationem habuit; armis deinde depositis pacataque vrbe cum alijs, quorum in tumultibus animus magis exanduerat, exilio essent damnati, ipse à Cesare, ad quem eadem de causa à patria missus fuerat Orator; vt exulum numerus ad viginti tantum reduceretur, obtinuit; & licet cù ijs paulò post sit patriæ restitutus, voluntarium tamen exilium sibi conciuuit; & sic Romam veniens per benignè à Paulo III. acceptus, Protonotarius Apostolicus, & Bononiæ Prolegatus renunciatus est. Paulo verò vita functo, cù Cardinalis Montius Romanus Pontifex sub Iulij III. nomine electus esset, Annibalem Auenionensi Ecclesiæ præfecit, quam cum regere ipse non posset, alijs, qui id præstare posset, credere annuente Pio decreuit. Sed Iulio, ac Marcello II. vita functis, dum Comitia pro futuro Pontifice haberentur, bis Bargi gubernatione, & Conclauis præfectura à sacro Cardinalium Collegio coonestatus est. Apud Paulum Quartum, à quo vnice dilectus est, tanti fuit, vt inter eos electus sit Patres, quorum opera, & consilio summus Pontifex ad totius Ecclesiæ causas cognoscendas vteretur; ab eodem quoque Camera Apolliticæ Clericatu (summa liberalitate donatus. Tandem ex Camera Apolliticæ Præsidente, & Referendario Apollitico inter Presbyteros Cardinales titulo S. Siluestri cooptatus, eodem anno, quo purpuram induit, anno scilicet nostræ salutis 1565. pridie nonas Octobris, die Sabbati hora 23. in suburbio Chiaie prope Neapolim dolore calculi obiit. Eius corpus Neapoli in Metropolitana prope odæum in sepulchro marmoreo conditur, vbi, & ipsius effigies ad viuum expressa, instar orantis ante Christum, & clogium, quod sequitur, cernitur.

ANNIBAL BOZZVTVS Patritius Neapolitanus, ex Familia annos ante 410. Cardinalis Orator ad Carolum V. Caf. August. anno ætatis suæ 26. summis de rebus à Patria missus, Bonon. Prolegatus à PAVLO III. Pont. Max. Præpositus Archiepiscopatu Auenionensi à IVLIO III. decoratus, bis vacua Sede, primum IVLIO III. deinde MARCELLI II. cui charus in primis fuit, Vaticano, & Conclauis Præfctus, rerum omnium maximarum, deligendorumq. vniuersæ ditionis Ecclesiasticæ Magistratum potestate, Clericatu etiam Camera Apolliticæ, gratia PAVLI IIII. liberalitate honestatus: Demum à PIO IIII. Presbyter Cardinalis Tit. S. Siluestri creatus, intra septem menses dolore calculi, salutis anno 1565. ætatis 44. Mense 5. Die 4. ex hac vita ereptus est. Fabritius Bozzutus Frater ex Testamento Hæres C. L. P.

Fuit hic litteris, & ingenij acumine ornatissimus, & in suffragio dando superiorem neminem habuit, pares paucos; ita enim concisè, & eloquenter omnia edicebat. Corpore gracilis, natura timidus, & parcus; amicitias antiquas constanter semper retinuit, nouarum tamen haud cupidus.



XXV.
MARCVS ANTONIVS Columna Romanus, ex nobilissimo Columniorum Procerum genere, Camilli, & Victoriz Zagaroli Ducis filius, præter vetustatem, splendoremque familiæ, quæ opibus, potentia, ac varijs Marchionum, Comitum, Ducumq. titulis excelluit, præclaro insignium virtutum, concentu, optimarum artium eruditione, & rerum gerendarum vsu commendatur. Hic enim ab ipsa adolescentia

ad Philosophiæ, ac Theologiæ studium animum adijciens, tanta non modo ingenij, excellæque indolis, verum etiam probitatis, ac virtutis documenta dedit; vt maxima quæque omnium opinione illi destinarentur. In Collegio Romano Societatis Iesu doctoris insignibus ornari voluit; hinc Archiepiscopus Tarentinus à Pio Papa IV. electus, cum Tridentino Concilio singulari doctrinæ, prudentiæ, & religionis laude interfuisset, ab eodem Pontifice in Cardinalium Senatum Presbyter titulo Basilicæ sanctorum duodecim Apostolorum adscripsus fuit. Postea sub Pio V. Archiepiscopus Salernitanus; sub Gregorio XIII. Presb. Cardinalis S. Petri ad Vincula tit. Eudoxiæ; & Sixto V. sedente post S. Laurentij in Lucina titulum, Episcopus Cardinalis Prænestinus, omnibus optimi Præfulis, integerrimiq. viri artibus emicuit. A Gregorio XIII. delatum Piceni, & Campaniæ legationem, singulari iustitiæ, & humanitatis gloria administravit; quæ Campaniæ, & Maritimæ Præfecturam à Sixto V. iterum recepit. Eximia enim Marcum Antonium benevolentia Sixtus semper est profecutus, eius olim discipulus fuerat, & ab eo, quas vocat, Scoti Formalitates auiderat; sub quo etiam Apotheosi S. Didaci, librorum prohibitorum Indici Præpositus, & Belgicarum prouinciarum Protector fuit. A Gregorio XIV. Campaniæ regionis legatione tertio suscepti, in cuius Pontificis, nec non Urbani VII. Innocentij IX. & Clementis VIII. aliorumq. Romanorum Pontificum Pij, scilicet V. Gregorij XIII. & Sixti V. Comitjs ita Marci Antonij prudentia, grauitas, consilium, & integritas eminebat, vt multorum Patrum consensu, perceptis eius virtutibus summus Apostolici muneris magistratus propè fuerit delatus. Vaticanæ Bibliothecæ à Clemente VIII. Præfectus, benignum se omnium doctorum hominum Mercenatem, præstitit, quibus semper antea fauerat, continuo patrocinio pecuniæque; insignis enim fuit, ac penè regia Marci Antonij erga omnes bonos, doctos, & pauperes liberalitas, & nunquam exhausta benignitas.

Obijt Zagarolæ in dicecesi Prænestina, quo se valetudinarius contulerat, vt ibi tota ætate commoraretur. iij. Idus Maij, die Martis, hora 15. anno reparatæ salutis 1597. & ibidem in monasterio S. Mariæ ordinis S. Francisci sepultus fuit.

Præfuit Abbas Cænobio Sublacensi, & caput S. Agapiti martyris Præneste religiosè reposuit, cuius etiam opera venerabile S. Chelidoniæ corpus ex verusta Ecclesiâ in montibus Simbrunijs posita translaturum est in Basilicam S. Scholasticæ apud Sublacum, vt refert Cæsar Cardinalis Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum iij. Idus Octobris. Edidit Relationem de vita, & miraculis B. Didaci factam coram Sixto V. & Cardinalium Collegio in Consistorio. Ad illum Cardinalem litteras dedere Iulius Peruscius, & Scipio Tolomæius. Archiepiscopus Tarentinus sacello S. Agneti virgini, & martyri sacro, dotis nomine modios viginti falis, omneque ius, quod in feudo Castinei habebat, donauit: bis Ecclesiam illam visitauit, Synodum Prouincialem, & Dicecesanam habuit, Seminarium erexit. A Pio V. ad Salernitanam Ecclesiam die 13. Octobris anni 1568. translatus, Seminarium à Gaspare Ceruante prædecesore Archiepiscopo erectum perfecit; & coacto Prouincialium Episcoporum Concilio plura ad suæ dicecesis, ac prouinciæ restaurationem, animarumque salutem sanciuit. Archiepiscopalem Crucem argenteam, nec non vasa per multa ex eadem materia Ecclesiæ donauit; annoque 1574. Archiepiscopatu nunciū remisit annuente Philippo II. Hispaniarum Rege ad fauorem Marci Antonij Columnæ Marfilij eius consobrini. Romæ præcipuum altare Ecclesiæ S. Andree Apostolo in Quirinali à patribus Societatis Iesu erectæ die Purificationis Deiparæ consecrauit.

De illo Vincentius Robardus in gestis Sixti V. hoc scripsit epigramma.

Cabrera... Petramell... Io Iuuenis de Antiq. Tarentin. Andr. Vi... Strell. in Addit. ad Ciconiis. Franciscus Sacchin in hist. soc. I. Aubery in Vita... Ferdin. V. gbellius in Ital. sacra. Gabur. in Vita Pij V. Giuffan. in V. J. Carol. Bozzomari. Iol. Mar. Suarez in Præneste antiqua.

Cabrera... Petramell Gabur. in Vita Pij V. Andr. Vi... Strell. in Addit. ad Ciconiis. Aut. Summont. in Hist. Neap. Aubery in Vita...

tembris anno salutis 1567. ætatis suæ 66. hora 18. Corpus Florentiam translatum in Ecclesia S. Crucis in ornatissimo gentilitio lacello, honorifico sepulchro à Ioanne filio donatur cum hac sepulchrali inscriptione.

ANGELO NICOLINO *Matthæi Filio, Angeli Nepoti, I. C. D. ac Senatori clarissimo, Cosmi Hetruræ Magni Ducis Consiliario, qui primò ad PAVLVM III. Pont. Max. & CAROLVM V. Imp. legationibus egregiè functus: deinde Senarum Gubernationi Præpositus, itemque Pisana Ecclesia Archiep. Postremò à PIO IV. in Cardinalium Collegium cooptatus, integritatem, & innocentiam suam omnibus probauit. Obijt Anno Sal. MDLXVII. Ætat. LXVI. Ioannes Filius legitimo Matrimonio procreatus. Patri Optimo Posuit.*

In M. S. antiquo hæc est huiusce Cardinalis memoria. *Quartus fuit, (recenlet ibi Cardinales à Pio renunciatos) Angelus Nicolinus Florentinus, Archiepiscopus Pisarum, in iure Civili valde doctus, & qui magna cum integritatis, ac benignitatis laude multas urbes, ac prouincias rexerat, Cosmo Florentia Duci gratissimus, ab eoque Pontifici vehementer commendatus; senex iam, qui annum sexagesimum excefferat. Eundem Antonius Angelius Bargæus suis Epistolis carmine heroico scriptis; & Iacobus Gadius Elogio Italico idiomate edito illustrarunt. Tanti Cardinalis prudentiam admiratus Paganinus Licionensis eum Senensium Præsidentem, & Pisatorum Archiprælulem sic affatur.*

*Est in te virtus, in te prudentia summa,
Qua recte, ac iuste te, populoque regis.
Nil igitur mirum est, tantum virtutis amanti
Cosmo, & prudenti si ANGELE doctæ places.
Si te hic diuitijs, si te auget honoribus, ac te
Si Flora, & Sena, totus, & Orbis amat
Si te Pontifices mirantur, debita iamque
Si caput exornat Purpura pulchra tuum.
Si vox una hominum te dignum dicit honore,
Qui superas claudis, qui res eratque fores.
Vos Florentini, & Senenses discite, tuque
Orbis, quem surgens Sol videt, atque cadens.
Tanta virtuti, quanta est sapientia iuncta,
Qua nobis tanta, & talia ferre potest.*

Abreza...
etramell...
adr. Vi...
drell. in...
ldir. ad...
Craconi...
Fetramell...
Anton. Sâ...
der. in Elo...
gij. Card...
Ioâ. Bapt...
Adrian. in...
Historia...
Paul. de...
Angel. in...
deicrip. B...
Liberianæ...
Ferdinad...
Vghell. in...
Ital. sacra...
Gallia...
Christiana...
Sforia...
Card. Pal...
lantic. in...
Historia...
Coc. Trid...
Nomencl...
Cardinal.




XXVIII.
ALOYSIVS Pisanus patritius Venetus, Francisci Pisani Cardinalis ex fra tre nepos, admodum iuuenis, cum nulla in eo desideraretur virtus, patruo Cardinale renunciente, Patauinam Ecclesiâ administrandam suscepit anno 1528. quam dū vixit, summa prudentia, ac felici auspicio rexit. Ad Concilium Tridentinum cum alijs doctrinâ præstantibus Episcopis, sub Pio IV. ex Petramellario

missus; at illum in serie Archiepiscoporum, & Episcoporum eiusdem Concilij recensitum non inuenio. Ab eodem tamen Pio non multò post Apostolicæ Cameræ Clericus, Præsidentem, & intercedente eodem patruo, atq. in virtutum suarum vbique patentium præmium, contra illos, qui scripsere, Aloysium corporis obesi, atq. ingenij docilis, præter id, quod erat Francisci Cardinalis, tunc temporis sacri Collegij Decani nepos, nihil ad hanc dignitatem consequendam attulisse, absens, Presbyter Cardinalis titulo S. Vitalis, aliàs Vestinæ renunciatus, dictus est Cardinalis Pisanus iunior, seu ab Ecclesia, cui præerat, Cardinalis Patauinus. Interfuit Comitij Pij V. sub quo, anno redemptionis humanæ 1570. Pontificatus quinto, ætatis 45. pridie Kalendas Iunij, die Mercurij Venetijs ad Dominum migravit. Cadauer tumulatum in Æde S. Mariæ Gratiarum appellatæ, prope paternam domum, quæ extat in Insulâ parua apud urbem Veneram ante aram principem in pauimento, cum sequenti epitaphio.

ALOYSIO PISANO CARD.
SORORES PIENTISSIMÆ
EX TESTAMENTO POSVERE.
OBIIT ANNO MDLXX.

Patauij sacrarum virginum S. Marci Monasterium condidit, vbi Deo dicatæ virgines alerentur. Cabrera in serie Cardinalium, qui

interfuerunt Comitij Pij V. Aloysium Pisanum recenlet cum titulo S. Pancratij, in Catalogo verò Cardinalium, qui sub Pio è viuis exceßere eundem nominat cum tit. S. Vitalis; quare S. Pancratij titulum per errorem, seu amanuensium, seu typographi Aloysio datum putamus.



XXIX.
PROSPER Publiola Sâcti Crucis Romanus, Tarquinio patre, & Herfiliâ matre natus est Romæ anno salutis 1513. seu, vt alij referunt, 1514. die Dominico, 24. Septembris hora tertiâ noctis, adhuc puer, septimum nondum compleuerat annu, clericalibus indutus vestibus, sub Pauli Vgolini, virtum in Latinis, tum in Græcis litteris docti disciplina, adeo in Latina, Græcâque lingua profecit, vt duodecim

annos natus Isocratis Orationes in Latinum verteret sermonem. Anno tamen 1527. grassante in Vrbe pestilentia, post ipsius Vrbs direptionem vtroque parente orbatus, ac bonis omnibus spoliatus, annum decimum tertium agens, in Sabinos fugit, ac duorum fratrum natu minorum, duarumque fororum curam suscepit. Est in Sabinis oppidum, quod *Tofia* nominatur, Abbati Farfensi subiectum; eo Prosper anno superiore vnâ cum fratribus vitandi ætus vr bani causa secesserat, quod oppidani plurimum Tarquinio patri dediti, deuinctique erant. Ad illos itaque in tanto infortunio, vnâ cum duobus puerulis fratribus, ac duabus item puellis fororibus, ac solo præceptore comitatus confugiens, tanta ad pristinam oppidanorum voluntatem, ac propensionem commiseratio accessit, vt omnes ad eos excipiendos confluerint, bona, fortunas, ac vitam ipsam pro illis fundere vltro offerentes; & vt presenti necessitati subuenirent, in singulas hebdomadas aliquot nûmos aureos ei numerandos constituerunt. Accedit autem vt primâ hebdomadæ solutione facta, repente Hispanorum militum aduentu nunciato omnes fugam arripere, ac magna cum festinatione in propinquos montes secedere cogentur. Quare Prosper vnâ cum fratribus, ac fororibus solo præceptore comite, vt militum manus, iramque effugeret, in aliud oppidum *Vallecupula* dictum, profectus est. Secesserat non multò ante in illud idem oppidum Ioannes Antonius Vrfinus Ducis Grauinæ frater, qui cum multu Tarquinio patri se debere fateretur, puerorum calamitate permotus, tramenti modium, qui tunc viginti aureis nûmis valebat, & aureos quosdam Prospero dono dedit. Eo munere recreatus ad oppidanum quendam diuertit, qui eum domi suæ excepit, vbi permansit, quousque Hispanis militibus Neapolim euocatis, omnibus redeundi Romam facultas concessa est. Redijt, & Prosper cum fratribus, & fororibus, ac præceptore: non multò post in grauissimum morbum vnâ cum duobus fratribus incidit, quorum vnus, vti etiam præceptor decessit. Ipse mensibus octo edicta febre afflictus decubuit, qua medici cuiusdam primarij opera liberatus, pristina sanitati restitutus, ad litterarum studia animum reuocauit. Quare doctorum hominum domos frequentabat, cum illis consuetudinem iungebat; oblectabantur è contra viri illi ingenio, & sedulitate pueri, quodque nemine impellente, & multis disfluadentibus, vix tamen diem intermitteret, quin ad illos se conferret; atq. ab illis diligentissimè exquireret, quod Ciceronem, quod Cæsare redoleret. Inter alios, qui Romæ florebant, viros doctos, vnus erat Antonius Theobaldus Ferrariensis, vir senio consecutus, qui quæ domo raro excedebat, quod pedum doloribus frequenter laboraret. Multæ erant in eo litteræ; bene instructus in poësi; versus conscribebat egregios, ad honestâ vitam ducendam non deerant prouentus necessarij; quare se domi continens, mirificè aliorum consuetudine oblectabatur. Ad hunc virum cum Prosper venisset, dici non potest, quantum senex ille pueri ingenio sit oblectatus; agnoscebat ipse, & familiæ Sanctæ crucis nobilitatem, neque solum Prosperi parentem, sed auum, aliosque gentiles optimè nouerat, vt qui Romæ annos quinquaginta permanserat. Quare non solum hilarè multas vnus cuiusque horas diei in illo instruendo impendebat, sed longa oratione, vt sunt senes natura loquaciores, illum laudando, maioraque præmia quotidie proponendo, ardentem, vt dicitur, inflammabat. Hæc omnia cum Prosperi aures circumsonarent, iam, & ipse ambitione quadam tenebatur, vt tanto præceptore dignus discipulus appareret, æqualeq. suos anteiret, qui gregarijs quibusdam præceptoribus, vt tunc dicere solebat, utebantur. Quare hac occasione quasi diuinitus oblata, ac superatis iam permultis difficultatibus, quæ illum circumstantabant, præteritis quodammodo omnibus scopulis, iam in portu nauigabat; cū nec præceptoris doctrinam, aut diligentiam desideraret, nec propinquorum aut consanguineorū vocibus tereretur, vt potè quos

Cabrera...
Andr. Vi...
ftorell. in...
Addit. ad...
Craconi...
Fetramell...
Anton. Sâ...
der. in Elo...
gij. Card...
Ioâ. Bapt...
Adrian. in...
Historia...
Paul. de...
Angel. in...
deicrip. B...
Liberianæ...
Ferdinad...
Vghell. in...
Ital. sacra...
Gallia...
Christiana...
Sforia...
Card. Pal...
lantic. in...
Historia...
Coc. Trid...
Nomencl...
Cardinal.

omnes

omnes his de rebus celauerat. Biennio itaque tantum profecit, ut iam per Urbem fama percubuerit de sui acumine ingenij, deque nitido dicendi genere: Orationes conscriberebat, quas lenex ipse proponebat, vtpote de alio accusando, vel defendendo, in quo multum in illa tenera ætate excellere est visus, ut iam multi illas perquirere, ac non sine admiratione legere solerent. Quare Laurentij Granæ Romani Episcopi Signini suafu orationem publicè habuit in æde S. Mariæ Nouæ astantibus permultis S. R. E. Cardinalibus. Agebat tunc temporis Prosper sextum supra decimum suæ ætatis annu: quæ cum sibi felici successu euenisset, maximamque inde consecutus sit laudem. Bononiæ die Circumcisionis coram Clemente VII. & Carolo V. orauit. Patauium inde concessit, ut iuri Ciuili, ac Pontificio operam daret: vitam ibi duxit tenuissimam post direptionem Urbis facultates remanserant ad fratres, sororesq. alendos. Eò igitur impensius Prosper studijs operam nauabat; quo sibi properandum esse cernebat: noctu surgebat, & diei nullam præterlabi horam sinebat, quin autem in audiam præceptoribus transigeret; voluptates omnes, quas iuuenilis ætas summo studio conquirere solet, forri animo abhorrens. Quare factum est, ut in febriem edicã, qua, ut diximus puer laborauerat, de nouò incidere; & licet breui Benedicti Victorij Fauentinij, egregij, ac primarij medici opera, ea ex toto vacauerit, tamen cum ad corporis gracilitatem, virium quoque imbecillitas accessisset, de ipsius salute omnes desperabant, tum maximè, cum obstinatum ipsius animum cognoscebant ad prosequenda studia. Ut igitur virium imbecillitati consulere, studia intermisit. Inter hæc Zannechini doctoris Vicentini, qui in Patauina Academia ius Canonicum publicè legebat, domum frequentare cœpit Prosper, amicitiaque cum illo coniunctus adeo est, ut breui ius omne per compendium eo præceptore audierit. Corpore interim firmior factus, cum in patriam Zannechinus indicis ferijs æstiuus secessisset, illum Prosper ne momentum vllum temporis amitteret, securus est. Dum Vicentiæ apud Zannechinum studijs imitetur, ageret, nuncium allatus est, Pompilium Sanctacrucium Aduocatum Consistorialem patruelem suum è vita excessisse. Agebat tunc temporis nuncium Apostolicum Venetis Hieronymus Verallus, qui postea Cardinalis renunciat: Venetis quoque negociorum aliquorum causa à Paulo III. missus commemorabatur Fabius Mignanellus Aduocatus tunc Consistorialis, postea, & ipse Cardinalis. Ambo audita morte Pompilij Sanctacrucij ad Prosperum Vicentiæ degentem scribant, ut primo quoque tempore Venetias se conferat: ibi eum hortantur, ut per equos dispositos Romam quamprimum adeat, curetque, ut in patruelis demortui locum subrogetur. Prosper multum se debere illorum beneuolentiæ profiteretur, valetudinis tamen nondum satis firmæ, ac temporis exultationem adducit, quominus mense Augusti periculoso admodum Romam petat. Dum hæc Venetis tractantur, ecce ex Vrbe tabellarius nuncius, qui Prosperum inter Aduocatos Consistoriales à Paulo III. cooptatum affirmabat. Collegium enim ipsum Aduocatum Pompilij demortui, & aliorum multorum ex eadem familia Sanctacrucia, qui eundem locum obtinuerant, memorie debitum reputarat, ut Prosper Paulo Romano Pontifici commendaretur. Ferunt Principem illum respondisse, se eo libentius hunc honorem Prospero deferre, quo ex eius memoria non exciderat, quam præclare se gessisset in oratione illa recitanda, quam Bononiæ habuerat coram Clemente VII. & Carolo V. Hoc nuncio accepto Prosper Patauium reuersus, Doctoratus insignia in vitroque iure accepit, Romamq. celeriter se conferens, de more publicè disputauit, quamplurimis Cardinalibus astantibus, in quo litterario congressu egregiè se gessit, annum agens vigesimum tertium suæ ætatis.

Anno sequenti, is fuit salutis 1538. Paulus III. Pontifex Maximus Niciam componendæ pacis gratia inter Carolum V. Cæsarem & Franciscum I. Galliarum Regem se conferre decreuisset, eò Aduocatum Consistorialem vnum, se Fabium Mignanellum præmisit cum stipendio menstruo multorum aureorum. Prosper desiderio maximo eundi tenebatur, sed cum Mignanelli auctoritati, atque ætati par esse non posset, se quoque iturum, atque itineris comitem futurum ita obtulit, ut omne stipendium, etiam si vltro offerretur, respuerit. quod Mignanellio, ac reliquis omnibus vltro non graue ita gratum extitit. Post suum ad Urbem reditum, anno scilicet salutis 1542. ætatis 28. Rotæ Romanæ Auditor est renunciatus: post biennium, anno scilicet 1544. cum Alexander Farnesius Cardinalis in Germaniam ire ad Cæsarum rem negociorum causa cogeretur, Prosperum itineris comitem delegit, quod cæteris Rotæ Auditoribus grauissimum accidit; erat enim omnibus iunior, atque in illo cætu nouissimus, itineri tamen illi se commisit, quod quatuor mensibus feliciter absolutum est. Prosper hoc felicitæ rerum successu inflatus factus, multa sibi de Cardinali Farnesij gratia, ac fauore promittens, studia intermittere cœpit, ac in officio suo segnius versari; totum se Cardinali Farnesio tradens, totum fere tempus in illo insequendo conterebar, nihil aliud meditans, & curans, nisi ut Farnesium sibi addicissimum, ac amantissimum redderet.

Inter hæc cum iterum Farnesius Cardinalis in Germaniam Le-

gatus mitteretur, relicto Prospero alium Rotæ Auditorem, Ioannem, videlicet Paulum Tolomæum secum duxit; idque tam secretè, ac tam repente factum est, ut prius ad Prosperum aures, Tolomæi ab Vrbe discessus, quam consilium discedendi peruenerit. Diuè facile non est, quantum Prosperi animus ea de causa exulceratus dolerem senserit; nam qui de Farnesij beneuolentia tantum sibi promitteret, ut de alterius vrbis possessione nullo modo timeret, se excluso alium sibi præpositum modo vidisset. Quod ut magnam in Farnesio voluntatis mutationem arguebat, ita miram in Prospero tristitiam peperit; paulatimque percepit, non aulicis fauoribus, sed propria virtute viam sibi ad honores aperiri debere esse. Quare ardentius institutum suum prosequi decreuit; laboribus non parcere; in adæundo facilem se præbens, in audiendo lenem, ac benignum, multorum ineptias patienter deuorans, summo studio primorum Aduocatorum; ac Procuratorum amicitias sibi concilians, ac quasi ipsi fortunæ, ac Farnesio Cardinali bellum indixisset, ad victoriam continua meditatione aspirabat.

Victoriam hæc Paulus III. Prosperum ad Romanorum Regem, Nuncium mittere decreuit, ut eo intercessore Imperator citius, ac facilius ad vrbs Placentiæ restitutionem inclinaret; quare ante ab Vrbe discessu Episcopus Chylamentis renunciatur. Vndecimo postquam Roma discessit die per dispositos æquos Augustum peruenit Prosper, ubi erat Principum Germanorum conuentus. Ibi cum Duce Bauariæ egit de religione, laudando quæ piè, ac religiose pro fide Catholica ille constituerat, Ferdinandum Regem Romanorum salutauit; cum quo, dissoluto paulò post conuentu illo Viennam se contulit, inde in Hungariam, ac Bohemiam. Pragæ, quæ est Bohemiæ vrbs primaria cum constitisset, ibique hereticos multos inuenisset, statim in animum induxit suum, eos si qua ratione posset, ab erroribus reuocare. Parochum quendam sancti Galli magnæ auctoritatis inter illos superat aggredi decreuit, facili futurum existimans, ut hoc ipso superato, ita hæresis machina in vrbe illa corrueret. Habebat Parochus iote hortum satis cultum, & amœnum, ad eum inuisendum Prosper ex improbitate cum venisset quasi amœnitate loci illectus. Parochus rei nouitate stupidus quid consilij capere nesciebat; nam heretici illi cum Catholicis consuetudinem vllam habere respuebant. Prospero gratias obtinuit per se necire cuius hortus esset, simulauit, seque eo Dei impulsu venisse asserbat; proinde de Diuina prouidentia multa, multa etiam de Ecclesiæ vnitatem differuit, illorum acerbiter reprehendens, qui tam seuerè cum alijs agebat; ut quos à recta aberrantem via viderent, eos, & maleuolentia, & conuictis exactionibusque persequerentur: esse potius Christiani hominis fratrem aberrantem admonere, & in salutis viam reducere. His, alijsque permultis rationibus Parochi animum demulsi, eoque res adducta est, ut Parochus se ad eum venturum, rationesq. adducturum, quas habebat, ad communionem exhibendam laicis sub vtraque specie promiserit.

Per idem tempus Ferdinandus Rex Pragæ conuentum, quem Dietam nominant, conuocauerat; eo in conuentu Prosper sequentem de religione orationem habuit. *Magno me dolore affecterat Viri spectatissimi, quæ ego de hoc nobilissimo regno, & antea legi, & his proximis diebus vidi, & audiui. Etenim quis quantumvis durus non commoneatur, cum legerit regnum hoc, quo nullum in tota Europa tam frequentibus, tam angustis, & ornatis Templis ditatum fuisse traditur, nullum tanta claruisse frequentia populorum, & oppidorum celebritate, annis abhinc ducentis ita in diuersas de religione opinionones delapsum; ut quæ bella secuta fuerint, quæ incendia, & Templorum, & ciuitatum, quæ strages miserarum ciuium, quæ istius clarissima vrbs, ac Metropolis nunc oppugnatio, nunc demolitio, atque exstio, vos ipsos legisset, & magno me dolore legisset existimem. Ego certè, qui huic nationi ex hoc vel maxime afficio, quod eius virtutem, ac fortitudinem in bellis gerendis magno alioquin vniuersæ Christianitati vsui, ac presidio futuram existimo non multo minore, quam vos merore, hæc præteritorum annorum monumenta euolui. Sed ut omittam vetera, veniens nuper ex Vienna, in singulis ferme oppidis, in quibus me morari contigit, singulas fere in religione sectas reperi atque hoc quidem etiam parum esset, nisi in vno, eodemq. oppido due, tresve sectæ reperirentur; ut verè iam dici possit: tot capita, tot sententiæ, eoque religionem nostram redactam, ut quam quisque sibi voluit viuendæ. Hac ego de re ad vos Viri præclarissimi pro persona quam gero, proque meo in vos amore sum hodie verba saluturus, in quo officio, ut alia omnia in me desideretis, purum quendam, ac sincerum sermonem, vobisq. amicis audire. Quæ mala, atque incommoda sequantur immortali Deo, & religionis inobediensiam, neminem quidem lasere arbitror; plena sunt omnia ex-emplorum, ea ne accidant, boni semper, ac prudentes viri præcauere soliti sunt; accidere autem necesse est, ubi diuersa sint, ac inter se discrepantes de religione sententiæ. Fieri autem non potest, ut plus vna vera sit; vnus enim Deus, vna fides, vnus baptisma; & Apostolis, ac Scriptura, cor vnum erat, anima vna, neque verum dari potest, nisi vnum in eadem re. Quid igitur Viri illustres non-*

ne paucis verbis intelligitis, quo iam in statu sint res istius regni nobilissimi, quantum vobis timendum sit ab immortalis, ac potentis Dei ira. Nolo nunc quiscquam dicere de vera nostra, ac Catholica religione, de Ecclesiastica auctoritate, de summis Pontificibus tradita potestate, quodque etiam, ut à diuinis, ad humana transeamus; summi Philosophi illud reipublica genus ceteris praestantius iudicauerunt, in quo ad unum omnia referuntur, quem Principem cognoscere Pastorem, atque Doctorem sequi debeamus: ubi enim non est Princeps, ubi inordinatio, ubi inordinatio, ubi solutio; ut Gregorius Nazianzenus ait. Mitto, inquam ista; tot sanctorum, ac doctorum virorum sententia, vniuersalis Ecclesia consensus, non in uno, sed viginti, & amplius Concilijs totius antiquitatis observatio nihil in hac causa valeant. Sed peto à vobis, quibus cum liberè, & aperte libet loqui, num verum sit, magnam partem hominum istius regni alienam esse à vera ipsius summi Dei, ac religionis cultu; idque necessario. Si enim, ut dixi tam multa, tam varia, & inter se discrepantes sectae reperiantur, veram autem non posse esse, nisi unam loquetur nonne clare patet, reliquas, quibus alij adherent, quam verè à recto tramite aberrare. Ex quo qua animarum salutura, qua cuiusmodi discordia, qui tumultus, que bella, qua tandem quantumvis firmissimorum regnorum, ut non dicam interitum, debilitatio nascatur; & vos ipsi experti estis, & ab alijs didicistis. His igitur malis succurrite vos, ac provideate Viri nobiles, qui huic conuentui non interestis solum, sed praestis: nam, ut non dicam nunc; res est enim, vel nimis perspicua, quam gratiam operam Deo nauaturus sitis. Agentur vobis mihi credite, ab omnibus gratia immortales, summis laudibus isthaec vestra industria extolletur; illi etiam ipsi, qui nunc aliter fortasse sentiunt, commutata a vite ratione, quantum vobis debeant, intelligunt. Quid est enim tam hominibus gratum, quam pax, qua non modo ipi, quibus natura a sensum dedit, sed etiam tellus, atq. agri mihi lazari videntur: quid tam iucundum, quam sine vlla perturbatione vite, quam plerique sapientes viri, magnis aliquando honoribus, atque Imperijs praesulerunt. Quid tam expetendum, quam felicitas, qua Deum Optimum frui dicimus, & nos mortales vix sperare audeamus. Ita qui in vera religione concordēs prepotenti Deo seruiunt, pace fruuntur, ut non solum inter se non dissident; sed inter se ita sine perturbationibus viuunt, ut que maxime conturbat hominum mentes, quaque ultimum terribilium à Philosophis appellatur, mortem in lucro ponant. Ita postremo felices moriuntur, ut cum ex hac vita, atque compage corporum illorum anima euolarint, habeant in caelo certam, ac definitum locum, ubi sempiterna felicitate perfruuntur. Quam igitur vobis laudem, atque gratiam habituros putatis eos, qui Dei primum beneficium, vestra deinde cura, ac diligentia isthaec tanta bona consequuntur? magnam certe. Neque tamen hac propterea dico, quod non existimem afferre vos in hac causa voluntatem mihi parem, prudentiam etiam maiorem; sed ut sit perpetuum hoc mei in vos amoris monumentum, vobis uos currentes, ut dicitur, incitaret, atq. inflammare ardentē, ut Imperatores solent, qui quanquam paratos milites ad praesidiandum videant, eos tamen adhortantur. Quod si vltimum unquam fuit tempus, quo facile his malis prouideri, quo tantis animarum periculis, tantis voluntatum dissensionibus succurri possit; illud certè Dei Optimi Maximi beneficium hodiernum est. Habetis Pontificem Maximum sanctissimum virum iam decennium in hanc causam incumbentem; pari voluntate Augustissimū Cesarē, ac nuncquam satis laudatum Serenissimum, atque optimum Regem vestrum; quibus auctoribus licebit vobis ex tot opinionibus, atque controuersijs in unam veram, ac sanctam religionem conuenire. Neque enim existimandum est us Principibus à Deo constitutis ad gubernationem totius Christianitatis, aut doctorum viros, atque prudentes, Deoq. gratos defuturos, quibus consultiore veritatem facile cognoscant, aut anime suae ita prodigos futuros, ut ipsam perquirere nolint. Quod si iam unanimis tota fere Christianitate consentiente in rebus religionis conuenerint, quid obstat, quod minus Vos summi Pontificis, Augustissimi Cesaris, Serenissimi Regis Vestri, doctissimorum, ac piorum virorum, totius denique Christianitatis iudicium, ac sententiam sequamini, nisi vnusquisque iam sibi persuaderi velit, nihil ingenio, atq. opinionione sua reperiri posse praestantius. Quod etiam ut detur, illud accedat, necesse est, Spiritum sanctum sibi soli magis, vel paucis quibusdam, quam vniuersa Ecclesia se patefecisse; quod quantum sit arrogans, & à sacris scripturis alieni nemo est qui nesciat. Agite igitur Viri clarissimi, & Spiritu sancto propitio, ac volente deliberate nunc unam aliquam vobis omnibus viuendi rationem tenendam, illamque, quam dixi tot, tantisq. tam ornatis iudicij, testimonij, auctoritatibus comprobata, ut tandem cum alijs congruentes animos retinentes in unitate fidei, ac sinceritate Christo Domino nostro vero soli, & immortaliter seruamus, & non solum pacatam habeamus prouinciam, ac regnum, securam conscientiam, & tranquillam, atque unanimes vitam agamus, qua nec Ethnici quidem quicquam reputarunt felicius, sed etiā, quod maxime optandum est, atq. à Deo quotidianis precibus postulandum, et huius vite periculis, atque laboribus exantlatis, in Caelo spiritum ad uitae aeternitatem consecremus.

A In hoc tamen conuentu nihil de religione constitutum est; nam Proceres regni illius intenti ad colligendam pecuniam ad regnum ab hostibus pugnacissimè defendendum, religionis causam in tempus opportunum remisissent. At S. Galli Parochus, quem supra memorauimus, rationes proculit suas, cur communionem sub vtraque specie exhiberet. Eas Prosper benignè audiuit, tempus ad illas discutiendas petijt, nihil interim omittens, quo Parochi animum lenire, ac demulcere posset. Erant Pragae Theologi multi Catholici insignes, eos Prosper conuocat, cum his tractat, non quidem ut res in controuersiam deducatur, sed ut Parochus aliqua ratione de sua decedat sententia; interim Pontificem Romanum admonet, ut consilio, & scriptis vrbis adiumento hac in re sibi sit. Eò tandem pluribus mensibus res deducta est, ut Parochus ipse euictus quali manus daret, & ratio aliqua inuenta videretur, quo reliqui omnes hoc eodem errore decepti, honestius cederent, ac de pristina opinione decederent. Qua de re Prosper tantam apud Paulum III. iniijt gratiam, ut pluries de illo in Cardinalium Collegium cooptando Pontifex cogitaret; cum ecce repente ipsius Pauli obitus renunciatus est. Eo mortuo Prosper, ut magna de spe decidit, ita animo concidit, ipsumque Regem Pragae Viennam venientem secutus, omnia imperfecta reliquit. Post Paulum Petri Cathedram ascendit Iulius huius nominis III. qui statim Prosperum Romam reuocauit, & paulò post in Gallias Nunciū ad Henricum II. Regem destinauit pro pace inter ipsum, & Carolum V. firmanda. Re infecta Romam Prosper redijt, ubi mansit vsque ad Pontificatum Pij IV. semper intentus ad summo studio suum Auditoratus munus obeundum, nihil de pristina in cognoscendis causis sedulitate remittens.

Apud Pium plurima exellebat gratia Prolomæus Gallius Nouocomenis, arctissimo necessitudinis vinculo Prospero coniunctus: hic ut seles occasio offerebat, semper de Prospero honorificè loquebatur. Quare Pontifex vulgari illa fama permotus magnam de illo concepit opinionem; & trigesimo postquam renunciatus est summus Pontifex die ad se Prosperum vocari iussit, & Bononiae Gubernatorem primò, deinde in Lusitaniam Nunciū destinasse edixit. Mandauit tamen, ut nonnullorum mensum spatio in Hispania moraretur, ut cum Rege Philippo Concilij Tridentini prosecutionem tractaret. Die 14. Iulij 1560. Roma discessit Prosper, ac per equos dispositos in Hispaniam contendit, & Toletum sub finem mensis Augusti peruenit; Rege amatissimè, & honorificentissimè exceptus, Concilij prosecutionem breui, & felicissimè obtinuit: primo ipso die mensis Februarij anni 1561. Olyssiponem Regum Lusitaniae sedem peruenit. Regnabat Sebastianus puer decem annorum, qui postea anno 1578. occubuit; eius uia Catharina Caroli V. Imperatoris soror, prudentissima femina, omnia administrabat. Apud illam Prosper magna cum auctoritate, ac maiori cum prouentu Nunciū Pontificium agebat. E Lusitania iterum post aliquot menses in Galliam mittitur; non enim alteri prouinciam illam demandare Pontifex poterat temporibus illis calamitosis, quam homini primario doctrina, prudentia, ac vltu rerum exercitissimo, in quo plurimum ipse Pontifex confidebat. In Catharinae Mediceae Reginae gratiam se insinuauit; ab illa, ut Episcopus Galliae, & cū illis Cardinalibus Lotharingum ad Tridentinum Concilium mitteret, impetrauit. Quod cum Pio gratissimum accidisset, ut Prosperum praemio aliquo afficeret Reginae Catharinae Mediceae commendatione, die 12. Martij S. Gregorio Romano Pontifici sacro, anno salutis 1565. illum absentem, atq. in Gallia idem munus Nunciij obeuntem, Cardinalium Collegio ascripsit. Auditoratus Rotae munus per annos tres supra viginti magna cum laude exercuerat Prosper, ac vtriusque Signaturae Referendarius annos duos supra viginti egerat; in Penitentiaria verò annis duodecim versatus fuerat. Nunciū Apostolicum apud Germanos, deinde Gallos, Hispanos, Lusitanos, atq. iterum apud Gallos egerat; dum constanter haereses extirpare conaretur, purpurae honore à Pio decoratur. Tanto enim odio haeretici in Propterum exarserant, ut non semel vitæ periculum adierit, quam pro Christi fide, & pro Ecclesiae dignitate profundere nunquam recusauit. Cardinalis mansit in Gallia apud Regem ad reipublicae Christianae negotia tractanda, vsque ad Pontificatum Pij V. à quo Romam vocatus praefuit primus Presbyter Cardinalis Ecclesiae S. Hieronymi Illyricorum, quam Ecclesiam Pius ipse in Cardinalis titulum exererat; mox S. Mariae in Thermis; sub Gregorio XIII. titulo S. Hadriani, ac S. Clementis, & tandem Episcopus Ecclesiae Albanensis. Arelatensem cathedram in Gallia adeptus, arcanorūq. regni particeps effectus, rara fide, & prudentia res inter Pontificem, & Catharinam Reginam adminittrauit; ut ex Ludouici Gonzagae Niuernij Ducis ad Sixtum V. Pontificem Commentarijs patet, teste Iacobo Thuano, qui Prosperi istius cum perhonorificam mentione meminit. Praefuit huic Ecclesiae vsque ad annum 1573. qua dimissa Romam fecisset, & interfuit Comitij Pontificij, in quibus renunciati Ecclesiae Praefules Gregorius XIII. & Sixtus V. sub quo è vita migravit Romae anno suae aetatis 76. salutis 1589. vj. Nonas, vel Nonis Octobris, & sepultus in Basilicae Liberianae naui maioris, in cuius sepulchro haec verba marmore insculpta leguntur.


D. O. M.

D. O. M.
 PROSPERO SANCTACRVCIO
 S. R. E. CARD. PPISC. ALBANEN.
 QVI OB EXIMIAS ANIMI INGENIIQ. VIRTVTES
 POST PRIMARIA PALATINA OFFICIA ET
 ECCLESIASTICAS DIGNITATES
 A PIO IV. P. M. CARD. CREATVS
 LEGATIONIB. GERMANICA LVSITANICA
 HISPANICA ET GALLICA BIS FLAGRANTE
 INTESTINO BELLO PROVINCIA EGREGIA CVM
 LAVDE FVNCTVS MAXIMISQ. TOTO VITÆ
 CVRSV PRO REP. SVSCEPTIS LABORIBVS
 OBIT ÆT. AN. LXXVI. SAL. MDLXXXIX.
 MARCELLVS
 SANCTACRVCIVS
 VALERI F. EX FRATRE NEP.
 POSVIT.

Pij V. iussu Prosper proscriptos ab Vrbe, & à statu Eccl. infectatus semper est; lanç artis in Vrbe à Sixto V. ad pauperum subsidiũ introduçtæ Constitutiones scripsit, legeq. illis artificibus indixit. Prosperum Cardinalem litteris sequentibus Petrus Victorius multum commendat. *Cum omni mea vita vehementer laborarim, vt laudis aliquid, benevolentiaq. adspicerer apud honestos, & graues viros, atque id semper bonis artibus vsus, studiisque rectis; in quo non omnino infelix fui, nec penitus carus sine mihi proposito. Non paucos enim valde nobiles, & summe dignitatis homines nactus sum, qui me diligere, & consuetudinem meam, fructusque ingenij non despicerent; in quibus etiam extitere plures tui sacrosancti loci, atque ordinis magnopere laudati Viri; id quod satis notum esse arbitror honorificis sermonibus eorum de me, & crebra mentione officiorum quorundam meorum erga dignitatem suam, atq. etiam monumentis tenus quidem doctrina mea, illis tamen fidelis, pronaque omni tempore ad virtutem colendam, & nobilium personarum, honestatem comendandam. Cum igitur hi mores mei, studiaque fuerint, nescio quomodo indormierim tandem in virtute tua, ac sapientia celebranda; doleoque me occasionem nullam vnquam nactum esse placendi Amplitudini tue, & uoluntati ipsius, honorique inseruendi; atq. id nulla profecto tua culpa. Multa enim sunt quotidianaque facta, que in te laudari possunt, dignaque prorsus sunt omni honore uerborum, atque æternitate monumentorum. Neque sanè aliud expectari debuit à nobilitate tua, institutione optima scientia rerum maximarum, pura, atque incontaminata religione. Qua singula ego, qui longe abssum, notare, & diligenter animaduertere non ualui; non deerunt tamen, qui ea ferent in cælum summis laudibus. Neque enim tanta morum probitas, tanta excellentia ingenij, tanta sapientia, tam assiduum, præclarumque studium positum semper in Christiana re publica domi, forisq. tuenda, ac splendore suo ornanda latere ullo pacto potest. Optandum potius est, summisq. precibus à Deo Optimo Maximo petendum, quod quidem boni uiri, prudentesque faciunt, atque etiam futurum sperant ob communem salutem, quæ etemque p̃i populi, ut dignum exitum aliquando uirtus tua pro tot, tantiq. uisibus laboribus, ac meritis suis consequatur. Vale.*

Scripsit Prosper Decisiones Rotæ Romanæ.
 Gallicarum rerum Commentarios.
 Epistolas ad Fridericum Nauseam, aliosque.
 Præter supra rescriptas Petri Victorij eidem litteras dedit Iacobus Cardinalis Sadoletus: ipsi inscribitur à Lancellotto pars secunda Tractatus de Attentatis: de eodem uerba fecit Antonius Maria Papazonus in Addit. ad Decision. 18. de Rescriptis in fine. Quintilianus Mandosius in Tractatu de Ingratitudine sic Prosperum alloquitur. *Es tu Amplissime, & sapientissime Prosper Cardinalis de Sanctacrucis non casu hisce fluctuosus temporibus lateri Christianissimi Regis assistens, eiusque perturbationum, & periculorum particeps, memor te esse nobilissimum Romanum ex familia præclarissima, que à Sanctacrucis denominationem sumpsit; te per omnes gradus honorum ad supremam dignitatem euectum; memor Dominum dedisse tibi linguam eruditam, ut scias sustentare eos, qui lapsi sunt uerbo: Vere facundissima eloquentia tua, prudentia tua, magnanimitate tua, uirtutibus denique omnibus tuis: suade, &c.*


Duo eiusdem Cardinalis Sanctacrucius numismata asseruantur in Musæo Equitis Caroli Antonij Cassiani fratris à Puteo quorum utrunque eiusdem Cardinalis effigiem elegantissimè curam repræsentat: at in aduersa facie non minori elegantia Patrum, globulum vehementer iactum veloci cursu insequentem artifex expressit, superadditis litteris: SIC CVR-
 RITE VT COMPREHENDATIS. In secundo nobile Viridarium efformauit, ædificijs, fontibusque exornatum, characteribus inculptis: GEROCOMIO
 MDLXXXIX.
 * * *



XXX.
ZACHARIAS Delphinus, patritius Venetus, ann. sal. 1527. jv. Kal. Iunij post meridiem, hora 19. natus, in Patauina Academia sciētij cum vacasset, in multis difficultatibus expediendis domi forisque pro patria re-publica tam se eloquentem, tam prudentem, atq. expeditū monstrauit; vt à Iulio III. primùm Protonotarius Apostolici dignitate insignitus, mox à Paulo IV. ad Fer-

B dinandum Regem Nuncius Apostolicus designatus, Torcellensem primò ex Petramellario, & Cabrera, deinde Pharensem Ecclesiam rexit. At toto cœlo aberrare Cabreram, & Petramellarium scripsit Ferdinandus Vghellius, dum Cardinalem Zachariam Delphinum Torcellanum Episcopum faciunt; nam illum cum Ioanne Delphinio Episcopo Torcellano, qui postea ad Brixensem sedem translatus est, confundunt. Zacharias tamen inter ipsius Pauli familiares adscriptus, ad Ferdinandum Cæsarem, eiusque filium Maximilianum de rebus fidei acturus, semel, atque iterum à Pio IV. missus, dum in Germania conuocandis ad Concilium Tridentinum Episcopis, aliisque religionis negocijs operam daret, Presbyter Cardinalis renunciatus est. Cardinalis S. Clementis pro Cardinali Delphinio absente titulum S. Mariæ à Cardinali Lomellino dimissum optauit, quod Cardinalibus nonnullis non placuit. In Italiam reuersus, tam apertè singularem rerum cognitionem, ingenij vim, mentisque suæ aciem patefecit; vt omnes nihil esse tam arduum, in aula Romana, quod scientiam eius effugeret, affirmarent. In Urbem reuersus miris laudibus celebrauit, quæ à Collegijs Pragensi, & Viennensi Societatis Iesu pro re Catholica gerebantur. Quare Delphinij opera uiri primarij, ac potissimum questionibus de religione præpositi clarius se in diem profitebantur agnoscere, Societatem Iesu ad salutem Septentrionis, & ad Christianam pietatem ubique gentium sue propagandam, seu denique excollandam diuino consilio excitatam. Sub Pio V. Iaurientis Episcopatus administrationem suscepit: Gregorio XIII. sedente, ex S. Mariæ in Aquiro titulo ad S. Analtaliæ translatus est. Suffragium tulit pro Pio V. abfuit tamen ex Cabrera à Comitijs, in quibus Petri Cathedram ascendit Gregorius XIII. sub quo die Dominico xjv. Kal. Ianuarij nocte sequenti anno salutis 1583. ætatis 57. Romæ è vita migravit. Sepultus ibi sine pompa ad S. Mariam Iuper Mineruam, ante maioris aræ gradus prope sepulchrum Ioannis Cardinalis Moroni, ubi, & lapis, & elogium adhuc desiderantur.

Interfuit Conuentui Naumburgensi; egit secretò cum Sturmio Zanchio, & Vergerio fidei Catholicæ defensoribus, vt illos ad melioris vitæ rationes traduceret. Huic Cardinali amplissimo Ioannes Planerius Quintianus de Dierum Criticorum causis perfectionem, quam edidit, dedicauit.



XXXI.
MARCVS Antonius Boba, Alberti patritij Cafalensis, Rossignani Domini filius, nobilis genere, Iuris vtriusque Doctor egregius, primùm à Philiberto Sabaudie Duce in numerum Senatorum Taurinensis Senatus assumitur; mox ordinibus sacris initiatus, Abbas Pinerolij, Secusie, & Caramanix, deinde Augustæ Prætorix in Allobrogum finibus Episcop. à Paulo IV. Romano Pontifice creatus;

F Sabaudie Ducis Emmanuelis Philiberti apud Tridentinam Synodum Oratoris munus egregiè exercuit. Quare ibi tum Oratoris, tum Episcopi partes egit; ac ipso Sabaudie Duce implorante, à Pio IV. S. R. E. Presbyter Cardinalis absens ex Petramellario renunciatur. In monumentis tamen antiquis, quæ apud me sunt, legi, Marcum Antonium Bobam Oratorem Ducis Sabaudie Romæ apud Pium degentem, inter Presbyteros Cardinales coopratum. Romam ille ueniens tantū abest, vt opinionem, quam de ipso summus Pontifex, facerque Senatus conceperat, defraudarit, vt potius auxerit. In sententijs quippe dicendis liber, & grauis, vt Cardinalitia dignitas exoptulabat, & in negocijs pertractandis, vt antea, semper prudentissimus euasit. Obiit à Pio V. S. Siluestri titulum, eundemque Pius V. Ioanne titulo S. Mariæ Tranthyberim, Politiano, Ioanne Francisco tit. S. Cyriaci in Thermis, Commendonò, & Alexandro titulo S. Mariæ in Via, Sfortia, Presbyteris

Franciscus Sacchia in hist. soc. l. Andr. Viçtorij in Addit. ad Cæronij in Vita. Pammis in Pio IV. Thuan in Histor. Scip. Ammiratus in Hist. Flor. Sfortia. Card. Palancin. in Histor. Cœ. Tard.

Cabrera. Petramell. Filtucc. a Elog. m. s. Andr. Viçtorij in Addit. ad Cæronij. Iacob. Bossius in hist. Equitum Hierosol. Franc. Auguſth. in Eccles. in Hist. Pede montan. Aubery in Vita. Nomencl. Cardina.

Cardina-

Cardinalibus locijs adiunctis, pro reſtauratione Viarum publica- rum Urbis, Fluminis, & Portus Tyberis deputauit. Sub Grego- rio XIII. ex titulo S. Silueſtri ad S. Marcelli translatus, e terris ſub- latus eſt Romæ, die Veneris xv. Kal. Aprilis anno Iubilæi 1575. Corpus eius in S. Mariæ in Thermis ſepulture mandatum eſt. Vir fuit, conſilio, fide, & magno in rebus omnibus ingenio præ- clarus, nec non poetica, & oratoria arte inſignis: ſcripſit Oratio- nem elegantiffimam, in Concilio Tridentino habitam; Carmina quædam ad Carolum Sabaudicæ Principem, quæ ſunt edita in to- mo ſecundo Illuſtrium Poëtarum Italarum; & alia de Simeone Paſ- qua Cardinali; plura tamen eiufdem carmina nondum edita Ro- mæ viſuntur. Interfuit bis Comitijs Pontificijs, illis ſcilicet, in qui- bus ſummi Pontifices renunciati Pius V. & Gregorius XIII.

De illo hæc Germani Audeberti Aurelij, in Deliciæ Poëtarum Gallorum habent.

*Exhibet nobis titulo donatus eodem
Pro Signis, pro Marmoribus, ceſſisque, Coloffis,
Rebus in anguſtijs, reſcō ſub paupere diues
BOVA modos Lyricos non inferiora loquutus
Vate Venuſino: cuius deſluxit? ab ore
Grandemelos, cannis Indorum dulcius ipſis;
Scriptis BOVA ſuis opus ere perennis omni,
Nec non Pyramidum conis longè altius altis
Exegit: quod noſtra atas miratur, & offert,
Laudenoua, quod poſteritas æquabit Olympo,
Ob cultos numeros, ob pura uocabula verum:
Roma quibus nihil audiuit numeroſius olim.*

XXXII.



Hugo Boncompagnus, anno ab inſtaurata ſalu- tate 1502. v. Idus Februarij, malè alij vij. Nonas Ianuarij, feria ſexta natus eſt Bononiæ, quæ vrbs, & opulenta ditio- nis, & ſplendore ciuium, & ſtudijs litterarum in Italia ſummopere floret. Mater illi Angela Mareſcalca, honeſta in primis mulier, & nobilis. Pater verò Chriſtophorus Boncompagnus, & auus Ia- cobus, qui publicis virtutum meritis familiaris ſatis veteret, & claræ egregiè illuſtrârunt.

Jacobi certè quanta fuerit apud ciues gratia, & eſtimatione, ex eo comperimus, quod Bononiæ depulſis Bentiuolis, ipſi inter pau- ciſſimos cura demandata fuerit vrbs tuenda. Chriſtophorus igitur plures ex vxore ſuſtulit liberos, Hieronymum, Hugonem, & Boncompagnum; inter quos paterna hæreditate diuiſa, ædes am- pta, ac magnificè à parente exædificatæ Hugoni in ſortem ceſſe- re. Nece id myſterio vacaret, Chriſtophorus ipſe, diuino quaſi mo- tus inſtinctu longè ante præſentit, ac prænuſciat: interrogatus, ſiquidem, ac cui tam ſplendidam domum concederet, Cardinali, inquit, ac Pontifici futuro. Hugo indole præditus fuit perquam amabili, & ſapientia idonea; inde pietatis artibus, & ſcientiæ cupi- ditate flagrans, breui femina iecit acceſſuræ magnitudinis. Pri- ma, & humaniore imbutus litteratura, ſe contulit ad Iuris doctrinam, quam ſibi per conſtantem laborem, & ingenio excellens præ- cæteris comparauit ea omnium commendatione, vt quamuis adoleſcentior in Bononiensij Gymnaſio, quod maturæ ſapientia thea- trum eſt, eiufdem interpres Iuris fuerit renunciatus. Quo in mu- nere quinquennium accuratè verſatus, facilem ſibi ad honores ad- ditum aperuit, ingenij ſolertia, & morum ſinceritate, famam pro- meritus, & beneuolentiam. Habuit præ alijs auditores ſanguine, virtute, ac dignitate præſtantiffimos omnes, S. R. E. Cardinales, videlicet Alexandrum Farnēſium, Chriſtophorum Madrutium, Othonem Truchieſium, Reginaldum Polium, & Carolum Borromæum. Audierat enim ipſe celeberrimos illius æui profefſores, Ludouicum Mazzolam, Annibalem Caccianimicum, Ludouicam Gozadinum, & Carolum Ruinum. At Petrus Paulus Pariſijs gra- uiſſimus Iuriſcōſultus à Paulo III. inter Purpuratos cooptatus, Hu- gonem, & amoris, & ſtudioſum neceſſitudine ſibi coniunctum, acciuit Romam, commendauitque Pontifici, qui acerrimus alio- qui æſtimator ingeniorū, vidit ſimul Hugonem, & probauit, eiuf- que opera vſus fuit. Primum Iudicem Capitolinum eum nomina- uit, mox inter eos delegit, qui ad vtrumque Juſtitia, Gratiaque tri- bunal ſententias ferunt, aut rogant, vtriuſque ſcilicet Signaturæ Referendarius, & Parci maioris Abbreviator. In Ciuilibus quoque Ioannis Baptiſtæ Cicada Camera Apoſtolicæ Auditoris, Locum- tenentis munere functus eſt; Secretarius etiam Apoſtolicus, & Câ- paniæ Prolegatus renunciatus, cauſas omnes tam religioſe cogno- uit, vt nemo non laudaret eius vel ingenuitatem, vel diligentiam. Audire omnes vel incorruptè, nulli parti inſtantius fauere; nihil

A æquitati denegare; diu noctuque pro veritate agere, nec metu ſol- licitus, nec ambitione, ſed gratus omnibus, nemini aduerſus, par e- rat expectationi Urbis, & iudicio Pontificis, cuius voluntas in Hugonem pronior erat, quo ille modeltiaz retinentior, ſtatimque indicauit oblata opportunitate, quanti eum faceret. Nam coacto Tridenti Concilio ad compescendas hæreſes, moreſque compo- nendos, inter alia eximia capita eò deſtinauit Boncompagnum: vnde reſreſſum cauſis ciuilibus præfecit palam, ac ſpontè lauda- tū, quod neſcio quid magnum in huiuſmodi homine proſpiceret.

B Hanc de Hugone Pauli III. prudentiffimi Principis opinionem confirmauit Iulius III. qui expetitâ omnibus, ceu gradum ad pur- puram, dignitatem, honoris ergo illi obtulit, quam tamen ipſe re- pudiauit. Atque id temporis tanta erat de Boncompagno ſpes, vt Iulio Pontifice ſanctioris anni primordia celebrante, cum feſtiue, vt fit, in coetu clariffimorum Virorum diſſeretur, quis nam ead- em ſolemnia poſt quina luſtra inſtauratus eſſet, confidenter Hie- ronymus Federicus, poſtea Laudeniſis Epicoſopus Boncompagnū nominauerit, non ſine præſagio: nam plerunque veri præſaga eſt fama, quam eximia quædam virtus ingenerat. Paulò poſt à cauſa- rum cognitionibus ad regimen vrbiū, populorumque tranſdu- citur, & iubetur loco legati regere Latium, quod rexit amanter, ac quietè non auidus alieni, ſed ſui proſuſus, & gnarus prouincias te- neri amore, non metu, aur vi.

C Sublato Iulio III. Vaticanum in ſolium euehitur Marcellus II. qui virtutum, ac litterarum amans, Romæ, ac Tridenti Boncompa- gnū doctrina æquè, ac virtute gratum complexus fuerat; ſed illi eum vita erepta eſt quoque Hugonis ornandi occaſio. Poſt Mar- cellum Paulus IV. rerum ſacrarum potitur, à quo ſublatis prouin- ciarum legationibus, iuſſus eſt perſiſtere in Latio regendo, nec le- gati, ſed Principis vices agere. Perfunctus regimine, ac inter eos ſanctiſſimos, ac ſapientiſſimos viros delectus, qui faciunt, ne quid labis religio ſentiat, adiungitur comes Carolo Carræſe in Gallias legato, vt eſſet ei à conſilijs, & libellis. Atq. inde reuerſus Romam, ob egregiam nauatam operam alijs cumulatur honoribus; ſed ac- cidit in hoc æſtu gratiæ res memoratu digna, quæ magis accendit Pontificis beneuolentiam, quò videbatur extingueret. Is ob ſuccep- tas Hiſpani Regis ſibi inſenſi ab Alexandro Sfortia ſtudioſius quàm vellet, partes, illum mouerat gradu, cui ſtatim admouit Bon- compagnum, qui reſtitit conſtanter, maluitq. paruo mediocriter, quàm alieno, licet iubente Pontifice ſplendide viuere. Quo facto non modò eluſit præuè æſtimationum iudicia, ſed ſuam vrbi tum- integritatem, tum prudentiam approbavit, eò gloriæ propior, quò alienior à cupiditate. Interim proficiſcitur cum eodem Carræſe Cardinale, qui à Pontifice legabatur in Belgium ad Philippum II. vt compoſitis iam rebus pacem ſeu firmaret validius, ſeu offenta- ret. E Belgio ſe Romam referens, agitatum eo tempore grauiffi- mam quæſtionem mandante Paulo expendit inuictus aduerſus po- tentiam, & gratiam. Renūciatur quoque Veſtanus Epicoſopus; quam dignitatem ſanctè ſuſcepit ad conſcientiæ, famæque præſidium; & mox coepit vrbeſi ſibi creditam ſubleuare, impenſoque omni ex ea prouentu inſtaurauit, ornauitque primarium Templum. Imò cum reliqui Epicoſopi cogentur ad ſua redire, & ipſe Romæ ob communis Eccleſiæ comoda detineretur à Pontifice, onus di- gnitatis cum cenſu dimiſit non alia de cauſa, quàm quia non po- terat per ſe ſuſtinere, raro nihil appetentis, & verè religioſi animi ex- plo. Præterea deſtinatus eſt Nuncius ad Venetos, ſed non miſ- ſus, quod electus fuerit ad Camera Apoſtolicæ negocia tractan- da, quorum ratio à Pontifice immutata fuerat, & Alphonſo Car- ræſe comuniſſa, vt imminueret auctoritatē Guidonis Aſcanij Sfor- tiæ Camerarij adhuc inuiſi, & ſuſpecti ob Regis Hiſpani amicitia; neq. Boncompagnus diſcordias aluit in geſtis, auctiſque ſuſpicio- nibus, ſed iras, & querelas lenire conatus, vtriq. placuit. Ergo mi- ratum virtutem Paulus maiora præmia meditabatur, & iam deſcrip- ſerat Hugonis nomen, quamprimum in albo Purpuratorum no- tandum, niſi fato vetitus fuiſſet, vt Hugonis fortuna eſſet gratior, & grandior, quo tardior.

D Succedente Pio III. & conuerſa aulæ fortuna, omne Carræſe genus cum clientibus afflictum fuit; & in primis Boncompagno ti- mendum erat, quod gratus fuerat; ſed ſempiterna eſt gratia, quam ſola conciliat virtus. Itaque nihil ſibi conſcius, & nulla præteriti temporis diſſidentia Pium adit, rerum à ſe geſtarum rationem red- dere paratus, ac poenas dare ſi peccaſſet. Subriſit ad hæc Pontifex, atque ſe eius innocentia certum, velle hoc vnum, vt pergeret rei- publicæ ſtudere, ſuſceptiſque honoribus fungeretur. Et mox eum adiecit conſilijs Caroli Borromæi, Viri ob ſanctimoniam vitæ in- ter Diuos relati, penes quem omnes Pontificiæ ditionis curæ ver- ſabantur; eoque vetito aliquid exequi Boncompagno inconſulto; nihil, & ipſe poſtremò approbabat, niſi cōperto quid ille ſentiret. Vſque adeo ſemper, & apud omnes in pretio eſt ſincera prudentia. Non tamen in hac aulæ varietate immemor fuit gentis Carræ- ſe, more multorum, qui præſentia obſeruant; ſed eam inter aduer- ſa coluit magis; nec magnitudo periculi terruit, quem amplitudo beneficij ad amorem ſtimulabat. Inter alios Alphonſum Carræſam Archiepiſcopum Neapolitanum, & Purpuratum non minus do- meſticæ rei, quam carceris anguſtijiſ preſſum, ſex donatis nummo-

Cabrera.
Petramell
Andr. Vi-
ſtorell. in
Addit. ad
Ciacconiū.
Ludouic.
Donius de
Atichy in
hiſt Cardd
Ignat. Bō-
plan. in V.
Pomp. Viz
ean. in hiſt
Bononiens
Joſ. Bapt.
Adrian. in
Hiſtoria.
Scip. Am-
miratus in
Hiſt. Flor.
Aubery in
Vita.
Sfortia.
Card. Pa-
ſauicin. in
Hiſtoria.
Cōc. Tri-
d.

rum millibus, quæ ex munere aulico diuendito collegerat, ad redimendam poenam iuuit, aliosq. exemplo incitauit, vt iuuant, aula non fastidiente, nec Pontifice indignante; sed omnibus admirantibus grati animi constantiam, quæ nesciebat fortunæ discrimina. Solemne Romano Pontifici est, cum religio scelere Principum, factione Sectariorum, prauis Sacerdotum moribus, aut dissensione, alij sue causis periclitatur, cæteris instituere, in quibus collecto Christiani orbis flore, omniumque audita sententia, remedia errorum deliberatur; & quid è republica sit in posterum faciendum, sentiendumque, palam sancitur. Itaque Paulus III. cum omnia Lutheri causa turbata essent, huiusmodi coetum indixit Tridentum, quò Boncompagnum, & alios destinauit. Sed conuentum ob difficultates Tridenti solutum, deinde restitutum Bononiæ, demum omnino intermissum Pius III. omni ope contendit ad exitum, perducere, ne remedium in exitum verteretur. Igitur Boncompagnum, qui sacra Canonum eruditione, rerumque experientia pollebat, Tridentum remisit tanta cum auctoritate, vt Legati, qui Pontificis nomine Concilio præerant, sine illius opera, & assensu agerent nihil. Biennium ibi mansit non modò cum abstinentiæ laude, vt potè qui reiecerat oblata à Pontifice pecunia subsidia, quæ alij procurabant, & contentus modico innotescebat virtute, non pompa; sed etiam summa cum diligentiq. fama. Certe allata in medium grauissima difficultate, quo scilicet iure suas Episcopi sedes tenerent; cuius causa nationes inter se altercabantur, & sacrosanctos cæteris scindebatur in partes non sine grauioris periculi metu. Nulla visa est opportunior componendæ dissensionis ratio, quam omnia Carolo Lotharingo, & Hugoni Boncompagno disceptationis argumenta tradere, quorum in verba sancito decreto, quies demum Concilio, & finis fuit. Atque hic aduertere lubet Dei prouidentiam Hugonem non casu Tridentum destinantis, sed vbi cognosceret Ecclesiæ incommoda, pericula nationum, quibus futurus Pontifex consuleret.

Boncompagnum è Concilio redeuntem alijs honoribus Pius excepit, ac demum purpura donauit, addito illo elogio: *Hic est, in quo dolus inuentus non est.* Censuere plerique hanc purpuram, haud honorem, sed gradum ad summum honorem, cui par, ac necessarius videbatur omnium consensu. Præfuit Presbyter Cardinalis Ecclesiæ S. Sixti. At nullo ipse fastu, spe nulla intumescens, arbitratus hoc additamentum gloriæ, incitamentum quidem esse probitatis, sed decrementum ambitionis. Certabant in eo pietas in Deum, & humanitas in homines, verborum, ac morum integritas; moderatè simul, & magnificè agere, instruere familiam probè magis, & grauem, quàm numerosam. Et quamuis re domestica minime affluebat, nihil fordidè, ac infra gradum meditari; nec avaritia, aliove studio in factiones Principum trahi; vni Ecclesiæ ore, animoque libero seruire; adeoque inerat illi plus dignitatis, minus inuidiæ. Hac magnitudine animi motus Pontifex grauiori eum negotio applicuit, in quo Apotolica cardo rei vertebatur.

Bartholomæus Miranda, & Caranza Archiepiscopus Toletanus dum scripta Hæreticorum euoluit, eaque incautiùs quàm par erat, & ambiguè in margine interpretatur, vocatus in suspensionem fuit affectatæ hæresis. Ergo Hispania nouitate rei attonita ob spectatam viri tum pietatem, tum doctrinam, sparsa præsertim opinione, id fieri accusatione nonnullorum opulento Sacerdotio inhiantium; & Pontifex veritus, ne Hispanus Rex nimium auctoritatis aut sibi, aut alijs tribueret, Boncompagnum duobus ante mensibus purpura exornatum in Hispaniam legauit cum imperio, & potestate, vt causam cognosceret, ac de ea statueret. Illustrauit legationem comitatu insignium virorum, & præsertim Io. Baptistæ Castanei, Felicis Peretti, Ioannis Aldobrandini, ac Stephani è familia Seruorum B. Virginis: quorum duo ad Pontificatum, alij ad purpuram euecti postea fuerunt, quasi tam illustri virorum corona indicaret futuram Hugonis maiestatem. Pius igitur anno salutis 1565. iij. Idus Quintilis in Consistorio ad D. Marcum narrauit, Archiepiscopus Toletanum ante sex annos in Hispania, in sanctissimæ Inquisitionis custodia detineri, vt iusserat Paulus IV. sequè decreuisse Legatum illuc mittere, qui rem definiret; Hugonemque Boncompagnum rerum vsu, doctrina, prudentiaque, & integritate tam graui iudicio suscipiendo, & absolucendo parem, in mentem sibi venisse. Egresso è Consistorio Hugone, Patres omnes neminem ad eam prouinciam suscipiendam illo aptiorem inueniri posse dixerunt. Plura in hac legatione acciderunt, quæ Hugonis fidem erga Ecclesiam prodiderunt. Cum enim aditurus Regem Madritum, didicisset ex Duce Albæ, regie domus Præfecto, haud illi Regem ex more fore obuium; quippe ad Regem non legabatur; respondit impavidus, malle se retrocedere. Quo responso plusquam regio audito, Rex statim obuiam ad duo millia passuū processit, comitatibus Carolo filio, Rodolpho, & Ernesto Austriae, ac etiam Ioanne fratre, cum reliqua nobiliore aula; iuitq. Hugo medius inter Philippum II. & Alexandrum Cribellum Nuncium Pontificium iam Purpuratum. Postea cum ad Regem retulisset arcana legationis, & Rex vellet quosdam nominare, qui non tam deliberarent in causa, quàm iudicarent, restitit ipse, vrgentiq. Regi ijs verbis; quid si Pontifex consentiat? resistam, inquit, vel Pontifice assentiente; nec propterea eius iram verebor, quia Pontifex

A non nisi iure acta probat. Quin etiam eo temporis intervallo, quo Caranzæ causam ob iniectas difficultates non attigit, nihil planè vlli quamuis rogatus à Principibus impertitus est per eam potestatem, quæ Legatis conceditur, ex quo summam auri vim collegisset, confidenter testatus, nolle se alia præstare, omnia re, cuius gratia aduenerat. Quibus constantiæ, ac integritatis argumentis commotus Philippus exarsit vehementiùs in Boncompagnum nõ ira, quod obfisteret, sed amore, ac reuerentia, quod esset dignus, quem Philippus amaret, quia Philippum non timebat. Et reuerenti solebat maximus hic Rex eos, qui Apostolicam auctoritatem tuentes, nec odia Principum verebantur, nec gratiam amabant. Interim nunciato Pij IV. obitu, cogitur, & causam, & Hispaniam deserere, ac etiam repudiato, quod liberaliter Rex offerebat, viatico, ne conscientiam libertatis violaret, aut famam integritatis minueret; properauit ad Pontificia Comitata, in quibus ni absuisset, primas erat laturus multorum opinione. Amuli certè vt spem obtinendæ dignitatis illi eriperent, vitam falsò eripuerit, euulgata mendaciter fama, Boncompagnum occubuisse; sed æmulatio, seu inuidia differt, non aufert honores. Neque fautores Hugonis hæc inania rumorum grauius tulerunt, solliciti, ne absentia magis, quàm mortis fama obesset. Sed in alia Comitata Boncompagni spe destinata, conspirarunt in decus Michaelis Ghislerij, qui Pius Quintus dictus est nomine dignus, & munere. Genuam ex itinere se Legatus receperat, cum redditus à nouo Pontifice litteris iubetur Hispanias, rem confecturus repetere, sed enarratis difficultatibus finitur Romam ire. Vbi Romam accessit, fructum sensit bonæ famæ, quam legatione assecutus fuerat, exceptus omnium plausu etiam eorum, quibus ignotus erat; statimq. perrexit ad Pium salutandum, venerandumq. Qui nescius adulandi viso illo exclamauit, se Boncompagni locum tenere; tantam sibi Hugo apud omnes opinionem, ac reuerentiam sui parauerat. Verùm fractis ætate viribus, & corpore itineribus, laboribus, curis attrito, grauiorem in morbum incidit, auxilijs omnibus bonis. Quo tandem exolutus, ac viribus confirmatis, aulica negocia Purpurati hominis propria aggressus est: non illum domesticæ rei augendæ, non fortunæ splendidioris amor incessit; sed instabat modestiæ, cautus aduersus munera præsertim Regum, quibus gratificari, non seruire fas ducebat. Nunquam adduci potuit nisi coactus imperio Pontificis, vt qua ornabatur ab Hispano, annuæ mille aureorum liberalitati consentiret. Vnde aderat illi oratio plena fidei, & sermo ad solam veritatem compositus; nulli offensus, quia nulli addictus; & ab ipso discrepabat Pontifice; cum is quanquam seruantissimus æqui vel acriùs insurgeret, vel faciliùs indulgeret. Quam animi excelstitate tunc maximè præferebat, cum Ecclesiæ iura, quibus explorandis, tuendisq. præfectus fuerat, in discrimen vocabantur. Rogatus aliquando à Cæsare Speciano, vt pro persona, quam sustinebat, concessum à Pontifice Diploma subscriptione assereret, renuit semper subscribere; licet Pontifex ipse subscripsisset, quippe ius Ecclesiæ immutatum iri censebat. Et Pontifex quanquam initio paululum commoueretur, mox commendauit; quod aduersaretur non furo calliditatis, aut specie contentions, sed veritatis studio, & genio prudentiæ iuxta, & recta suadentis. Prodidit etiam argumenta non leuis beneuolentiæ, dum honoribus illum auxit in aula, & consanguineos Bononiæ. Quam in Urbem profectus fuit Hugo necessitate potius quàm ad solatium; & perfecta quæ patens inchoarat, magna domo; quasi rudimento grandium operum, quæ paulò post vbiq. terrarum religioni, ac bonis artibus excitaturus erat, Romam remeauit, animumq. appulit ad recognoscenda Pontificum Decreta à Gratiano collecta, quem in laborem olim à Pio IV. sibi impositum dum nauiter incumbit, maiorem illi fortunam extruxit Deus, Pio V. extincto; de quo plura, cum de felicissimo eius Pontificatu narrationem instituemus, lector inueniet.

XXXIII.
ALEXANDER Sfortia, Bosij secundi S. Flore Comitis, & Constantiæ Farnesiz filius, Pauli III. nepos, præmissis primò, & iactis litterarum, ac virtutum fundamentis, adhuc iuuenis Basilicæ Vatic. Principis Apostolorum de alma Vrbe Sacerdotium; mox Cameræ Apostol. Clericatum obtinuit. Quibus dignitatibus ob triremes, quas reddere apud Centumcellas recusarat, à Paulo IV. cum spoliatus fuisset, ab eodem nonnullorum Cardinalium precibus triremibus restitutus reintegratus est; cuius gratiam ob pacem Guidonis Alcanij Card. fratris opera inter ipsum Pontificem, & Philippum Regem initam meritis fuerat. Annonæ cum Antonio Florentino Archiepiscopo, Cameræ Apostolicæ Decano præficitur, in quam præfecturam,



Cabren-
 Petramell
 Caracc. in
 V. Pauli V
 And. Vi
 Aorell. in
 Addit. ad
 Cicconi
 Frac. Mar
 Turrig. de
 Crypt. Va
 ticam.
 Ferdin. d.
 Vghell. in
 Ital. sacra
 Sfortia.
 Card. Fab
 lantio. in
 Hist. Gio
 lo: Bap
 Adria. in
 Hist. d. A
 Paul. d. A
 Angel. de
 Bas. Liber
 Aubery in
 Vita.
 Hippolyt.
 Manac. in
 Purpura
 Manac.

ram strenue incubuit, vt cum anno 1559. tota Italia extrema Annonę caritate premeretur, vna Roma Alexandri opera re frumentaria laxiore semper vsa fuerit; & quod per ea tempora maius fuit, adiacentibus populis petentibus, nequaquam strictiore manu, & sine Camera Apostolicę detrimento administrauerit. Cuius singularem in rebus gerendis prudentiam cum Pius IV. cognouisset, eundem, & almę Vrbs, ac totius Ecclesiasticę ditionis Annorę Praefectum constitutum, Episcopum Parmensem cedente fratre anno salutis 1560. die 26. Aprilis elegit, & ad Concilium Tridentinum misit; ipsoque Cardinale iam vita functo, Presbyterum Cardinalem tituli S. Marię in Via renunciauit. De illo inter Cardinales ascripto, in monumentis antiquis m. ss. hęc notata inuenio. *Nonus fuit Alexander Sfortia Episcopus Parmensis, Pauli III. Pont. Max. nepos, cuius frater Guido Ascanius Card. non multo ante decesserat, eumque ditissimum reliquerat; Vir, & ipse nobilis, & qui nobilitatem vehementer amabat, & litteris ornatus, & ingenio viuido, ac vegeto, sed precipue libero, annos agens 32.*

A Pio V. eidem pro restaurandis vijs publicis commissam prouinciam, Bononię, & Flaminie demandatam legationem: sub Gregorio XIII. a quo vnicę diligebatur, S. Marię Maioris de Vrbe Archipresbyteratum, Signaturę Iustitię Praefecturam, Hispaniarum Protectionem, totiusque Ecclesiasticę status legationem cum multis facultatibus praesertim ad exules, ac nefarios homines funditus profligandos obtinuit. Quod ipse summo studio perfecit, pacem, ac vitę securitatem populis restituens; vnde meruit a Fauentinis ciuibus marmorea statua, atq. his versibus in lapide sculptis, ad perpetuam libertatę ditionis memoriam donari.

*Cacos disperdit, & Hydras,
Supereff gradus vnus honoris
Maturam fundas populis per secula pacem.*

ALEXANDRO SFORTIAE S. R. E. CARDINALI
TOTIVS FERRE STATUS ECCL. DE LATERE LEGATO:
Alexandrum quoque laudat Camertina hęc inscriptio.

Inclito SFORTIANO Nomini
ALEXANDER SFORTIA qui Bellicis primū
Laudibus insignis
In Clericorum Camera Collegium cooptatus.
Rebus in Vrbe praclarissimę gestis
A PIO IIII.

Magna totius Reipublicę Christianę expectatione
Ad Cardinalatus fastigium euectus
Legatione Emilia
Atque Flaminie sub PIO V. integerrimę functus,
A GREGORIO XIII.

Ob eximiam Iurisprudentiam Iustitię Signaturę
Maxima Prouinciarum, & Vrbs iucunditate Praefectus
Ab Hispaniarum Rege apud Apostol. Sedem
Suorum Regnorum omnium
Praesidioque Praepositus
Italie rebus ingenti penuria, plurimisque alijs
Calamitatibus exagitatus
Et tumultibus Legatus ab eodem Pontifice
Ac amplissima in Vaticano
Totius ditionis Ecclesiasticę potestate
Nullo antea exemplo cognita renunciatus
Ex Vrbe egressus diuinam Crucem
Humanis comitantibus armis
Patrimonij,

Ducatusque Spoleti contumacibus
Profligatis, ac pacatis Ciuitatibus
Perusijque, ac totius Vmbriae compositis rebus
Camerinum gratissimus accessit.

Principi iusto
Clementi, liberali, & auitę clarissimorum
Infubriae Ducum,

SFORTIADVMQVE omnium Heroum
Virtutis, glorięque inclito
Heredi, atque Amplificatori.

Valerius Rusgherius Camertium Gubernator P.P.
Anno Salutis MDLXXX.

Vt singularem in Deiparam pietatis, ac tenerrimi amoris affectum publico monumento testaretur, in Basilica S. Marię Maioris Virginis Assumptę sacellum, modulo nobilissimi Architecti a Guido Ascanio Card. inchoatum, pari liberalitate absoluit, exornauit, atq. dotauit, nomenq. suum conscripsit, sequenti elogio.

ALEXANDER SFORTIA
S. R. E. PRESBYTER CARD.
HVIVS BASILICAE ARCHIPRESBYTER
SACELLVM A GUIDONE ASCANIO
FRATRE INCHOATVM DE SVO PERFECIT
DIVISQVE FLORAB ET LVCILLAE
GENTIS SVAE PATRONIS A SE DICATVM
BONIS AD SACRA: FACIENDA AVXIT ORNAVITQ.
ANNO MDLXXXIII.

Ciacen. Vit. Pontiff. & Cardd. Tom. III.

A Interfuit Comitij Pontificij, in quibus renunciati summi Pontifices Pius V. & Gregorius XIII. sub quo repentino casu, Macerata in Marchia Anconitana die Martis xvij. Kal. Iunij, hora decima octava, anno salutis 1581. omnibus ingenij, virtutisq. dotibus ornatissimus, belli, togaeque artibus instructissimus, magna sacri Collegij iactura e viuis eripitur. Cuius corpus Romam deportatum in nobilissimo sepulchro, quod viuens sibi erexerat, e regione alterius, quo Cardinalem fratrem donauerat, in sacello familliz in Basilica S. Marię Maioris extructo cum hoc elogio conditum est.

ALEXANDER SFORTIA S. R. E. CARD.
PAVLI III. PONT. MAX. NEPOS
BONONIAE ET FLAMINIAE SVB
PIO V. ET GREGORIO XIII. LEGATVS
SIGNATVRAE IVSTITIAE PRAEFECTVS
HVIVSQVE BASILICAE ARCHIPRESBYTER
SIBI MORTIS MEMOR POSVIT
ANNVM AGENS XLVII.

In Tabulario eiusdem Basilicę hęc de eodem Cardinali notata inuenio. *Alexander Sfortia Cardinalis a Pio IV. creatus, Basilica huius Archipresb. viuens sibi sepulchrum posuit in suo sacello.* Floruit in Alexandro Sfortia regia quadam, & maioribus suis haud indigna animi magnitudo, rebus ciuilibus, & bellicis idonea prudentia, qua negocia, quauis ardua, & periculosa feliciter, & cū laude semper gessit, cum prudentia iustitiam, & vitę integritatem coniunxit, celerique motu, & animi, & ingenij semper rapiabatur ad cogitandum ea, quibus homines, qui spem omnem in se habebant, posset iuuare. Nunquam a se pietatem ne vultu quidem laedi permisit, doctrinę cognitionem a libris petitam in grauissimis causis pulcre explicauit; virorum fortium constantiam tam in despiciendis humanis, quàm in sententijs in Senatu dicendis imitatus est. Ad optima, ad alta, ad longinqua tam praesto, tam paratum se semper ostendit, vt niti iam posset res Christiana publica singularibus, ac prope diuinis illius animi dotibus. Quindecim omnino annos Parmensem administrauit Ecclesiam, eoque munere se abdicauit anno nostrę redemptionis 1575. cum prius Synodum celebraisset: Narniensem quoque Ecclesiam per sex menses administrauit.

Vidi huiusce Cardinalis numisma, in cuius prima facie nomen est hoc modo expressum: ALEXANDER SFORTIA CARDINALIS S. M. M. ARCHIPRESBYTER. in altera verò Templi species cum lemmate: CONSTITVIT EVM DOMINVM DOMVS SVAE.

XXXIV.

SIMON Pasqua, patritius Genuensis, alijs Simeon de Nigris dictus, Galeatii, seu Galeotti Gulielmi, & Peregrinę Stellę filius, Philosophię, Medicinę, & Graecę linguae cognitione praestantissimus, Theologiaeq. haud ignarus, in Britanniam a reipublica Genuesi Philippo II Hispaniarum Rege, & Marię vxori patrię nomine gratulatum missus, a Pio IV. Romano Pontifice, cui medicus interijit, Lunensis, & Sarza-

Cabrena. Vbert. Po. lic. in E. log. Clar. Ligurum. Petramell Filiucci in Elogijs Ferdin. V. ghellius in Ital. sacra. Aubery in Vita. Andr. Vi. storell. in Addit. ad Ciacioni.



E nensis Episcopus anno 1562. renunciatus, eiusdem Pontificis iussu Concilio Tridentino interfuit. In serie quidem Episcoporum, qui Synodo illi interfuere, hęc leges: *Simon de Nigris Genuen. Episcopus Sarzanensis, mortuus Cardinalis.* Propter enim doctrinam, & in Superos pietatem, acerrimamque contra haereticos infectionem inter Presbyteros Cardinales titulo S. Sabinae, a laudato Pio cooptatur. In Vaticanis registris hęc de Simeone scripta inuenio: *Simeon de Nigris Episcopus Sarzanensis, Genuensis, ex familia Pasqua: hic iam inde a pueritia ipsi Pontifici charus, in Philosophia valde doctus annum agebat 72. at eodem anno, quo purpuram induit, anno videlicet 1565. die Martis, pridie Nonas Septembris, hora noctis tertia Romę in Palatio Apostolico aetatis anno 73. e vita migravit, & vt erat vir frugi, sexaginta aureorum millia in numerata pecunia reliquit. Corpus in Ecclesia sui tituli, in patriam tamen transferendum, conditum cum hac sepulchrali inscriptione.*

SIMONI PASQVAE
Viro omni Doctrina

Probitate morum suauitate ornatissimo
S. R. E. Presbytero

CARDINALI S. SABINAE

Qui Annum agens LXXII. Menses x. Dies vii.
Anno Salutis MDLXV. Pridie Nonas Septembris
Relicto bonis omnibus

Incredibili sui desiderio ad meliorem vitam
Commigravit.
Genuam post annum cum Maioribus suis
Sepeliendus translatus.
Stephanus Frater Fratri gemino
Faciendum curavit.

ET OCTAVIANVS PASQVA
Referendarius Apostolicus
Fratris Filii moriens.
P.

In alio lapide in pavimento descriptum legimus.

SIMONIS PASQVÆ CARD.
GENVENSIS
CINERES

Ossa tamen illius Genuam inde translata, Maiorum sepulchro
in Templo S. Mariæ de Pace apud Minores de Obseruantia extra
Genuæ portam, quæ ab Arcu nuncupatur, illata sunt. Stephanus
autem germanus frater Sacellum, & Chorum elegantissimum, cū
marmoreo sepulchro construxit; eiq. hanc inscriptionem affixit.

QVI. DORMI VNT. IN. TER RÆ
PVLVERE. EVIGILABVNT.

SIMONI Galeatij F. PASQVA,
Theologo, & Philopho, Romana, Græcæque facundia,
clarissimo: S. R. E. Presb. Card. S. Sabinæ; qui cum præ-
clarè domi, forisque de Republica meritis esset, Romam à
PIO IV. Pont. Max. accitus, Lunensis primùm Episc. factus,
ac post egregiè nauatam Dei Ecclesiæ Tridentino in Con-
cilio operam in Amplissimum Ordinem est cooptatus; Vi-
ro integerrimo, & in summa grauitate iucundissimo.

Stephanus Frater germanus moriens P.
Vixit Annos LXXII. Menses X. Dies XVII.
Obijt Romæ Pridie Nonas Septembr. MDLXV.

Qua autem ille fuerit oris venustate, & insigni morum elegantiâ,
hæc M. Antonij Bobæ Cardinalis de eo scripta carmina testantur.

*Egregio PASQVAM finxit Deus ore SIMONEM
Exmisitque animum virtutibus imbuit; ut quas
Condidit insignes præstanti in pectore dotes,
Protinus exprimerent oculi sub fronte decora.
Ingenua è liquido cœu pulsa corallia fulgent
Crystallo, nullam reses permissa nioris
Iacturam, mittuntque suos illesa colores.
Illustris quantum is Patria celeberrima tantum
Vrbs Lægurum claro felix letatur Alumno,
Consiliumque, operamque hanc rarò experta fidelem,
Quem modo Purpureo ornatum venerata galero est.
Inchyta Roma sacri columenque decusque Senatus
Virtutis propria nistentem fortibus alis,
Dum sublime volat, mors abstulit inuidæ terris
Ingens pollentem acris, viridisque fenestra.*

Eiusdem laudes cecinit Hippolytus Capilupus his carminibus.

*Felix qui potuit natura discere leges,
Immensumque vagi noscere Solis iter:
Sed longe ante alios felix, qui colligit alto
Missa polo è sacris aurea dona libris:
Sed te PASQVA neque discis felicitior alter
Qui vs diuina mentis utrinque facis.*

Hunc aliqui inter Episcopos Sauonenles numerant, sed malè;
nam certò scimus, ex monumentis Vaticanis vni tantùm Ecclesiæ
Lunensi præfuisse. Simoni gentilitium stemma, Pasquæ familie
proprium, ex sepulchrali lapide, alijsque monumentis, restituimus.



XXXV.

CAROLVS ex nobili
Vicecomitum fami-
lia, Italus; & regius Sena-
tor Mediolanensis, vir do-
ctrina, & prudètia insignis,
eiusdem ciuitatis anno salu-
tis 1560. apud Catholicum
Hispaniarum Regem Phil-
lippum II. Orator, à Pio IV.
Romano Põfice ob ipsius
virtutes anno 1561. mense
Nouemb. Protonotarius A-
postolicus primò, mox Al-
binimillienfis, aliàs Vinti-

millienfis Ecclesiæ Episcopus electus, Concilio Tridentino interfuit, & maximis de rebus ad
ipsum Concilium pertinentibus à Cardinalibus Legatis Præsiden-

Cabrera.
Petramell.
Andr. Vi-
storell. in
Addit. ad
Ciacconi.
Sfortia.
Card. Pal-
laucin. in
Historia.
Cic. Trid.
Aubery in
Vita.
Ferdin. d.
Vghell. in
Addit. ad
Ciac. & in
Ital. sacra.
Gasp. Bu-
gat. in hist.

Aribus Romam ad ipsum Pontificem Pium missus, ab eodem anno
1565. Cardinalitia dignitate insignitus, Presbyter tituli SS. Viti,
& Modesti in Macello Martyrum renunciatus est. In monumen-
tis Vaticanis hæc de illo notata inuenio in serie Cardinali Pij IV.
*Carolus Episcopus Vintimillienfis ex nobilissima Vicecomitum
familia Mediolanensis, vir probus; sed ut vultu tetricus, ita ad ne-
gocia gerenda non valde aptus reputabatur. Sed quod erat Car-
dinali Borromæo Pontificis nepoti affinis, id ei ad dignitatem af-
sequenda suffragatum existimatum est: falsum tamen est, Carolum
non aptum se exhibuisse ad negocia peragenda; nam Concilij Tri-
dentini Patres tam multa non illi commisit, si ineptum inue-
nissent: multorum inuidia premebatur, quare mirum non est, si de
illo ut maledicè, dum vixit dictum, ita post obitum scriptum sit.
Huic Pius die 6. mensis Iulij eodem anno, quo purpuram illum in-
duerat, Ferentinam Ecclesiam administrandam commisit.*

B Immatura morte præuentus die Sabbati Idibus Nouembris an-
no eodem 1565. ætatis 42. hora secunda noctis, Romæ in Qui-
rinali è vita migravit. Ferdinandus Vghellius refert, Carolum se-
pulchro conditum in Templo S. Mariæ de Populo; certum tamen
est iacere in suo titulo, vbi ad dexteram in maiori ara marmoreū
sepulchrum cum sequenti elogio habet.

D. O. M.

*Carolo Vicecomiti Mediolanensi, S. R. E. Cardinali
Qui Pio IV. Pont. Max. ex Senatu Regio ad Episcopatum,
Inde ad Cardinalatum promotus, multis ad Reges,
Imperatoresque Legationibus summa cum laude functus,
Vetustissima gentis suæ nobilitati præclare
Omni parte respondit.*

*Vixit Annos XLII. Obijt Roma
Idibus Nouembris Anno Salutis MDLXV.
Carolus Vicecomes Abijtatis Comes
Magno Patro B. M. P.*

C Scripsit Carolus Concilij Tridentini Relationes: habuit etiam
Orationem ad Patres Synodi in Sessione 2. quam Legati ple-
niore ore Pontifici laudauerunt.



XXXVI.

FRANCISCVS Abun-
dius Castillioneus Me-
diolanensis, Hieronymi Cas-
tillionei, viri nobilis, & in
Senatu Mediolanensi Præ-
dis filius vnicus, natus die
prima Februarij anno salutis
1523. Octauiani, Gotifredi,
Brandæ, & Ioannis Cardina-
lium, necnon Cælestini I V.
Pontificis Maximi gentilis
adhuc iuuenis linguæ Græ-
cæ, ac Latine cognitioni stu-
duit, & Ticini in leges Pon-
tificias, ac Cuiules incubuit.

Multum etiam Poëtica arte delectatus, qua nonnulla sermone
Hetrusco composuit, quæ inter alia variorum autorum Hierony-
mus Ruscellius posuit libro sexto. Ijs etiam addidit Philosophiam,
ac sacram Theologiam, quibus animum applicuit. S. Abundij Co-
mænsis Abbatia insignitus, anno 1562. Bobienfis Episcopus, prop-
ter fidem, doctrinam, ac pietatem, quam in Concilio Tridentino,
studio religionis expresserat, à Pio IV. Presbyter Cardinalis titu-
li S. Nicolai inter Imagines abiens renunciatus est. Interfuit Co-
mitijs Pontificijs Pij V. sub quo è vita discessit Romæ xvij. Ka-
lendas Decembris anno salutis 1568. ætatis quinto supra quadra-
gesimum, & ad S. Mariam de Populo in eius sepulchro hoc legitur
immortalitatis monumentum; EXPECTO DONEC VENIAT
IMMVTATIO MEA. Hæres in memoriam tanti patruelis, hoc
in marmore elogium ponendum curauit.

D. O. M.

*Francisco. Abundio. Castillioneo. Mediolanen.
Hieron. Senat. Mediol. Præsidis. Filio
S. R. E. Presb. Cardinalis*

*Cælestini. IV. P. M. Octauiani. Gotifredi. Brandæ. & Io. Card.
Gentilis. Pio IIII. P. M. valde. charo. atq. ab. eodem. ob. fidem. ac
Pietatem. quam. Episcopus. Bobien. in. Trid. Concilio. præstitit
In. Amplissimum. Collegium. cooptato
Vixit. Ann. xlv. Obijt. Ann. MDLXVIII. xvij. Kal. Decembr.
Ioseph. Castillon. I. C. Hæres. Patruelis. & Io. Iacobo. Archiepisc.
Barenfi. Patro. commune
M. P.*

Aliud à superiore scripserat Paulus Manutius epitaphium, vi-
delicet.

FRAN-

Cabrera.
Petramell.
Andr. Vi-
storell. in
Addit. ad
Ciacconi.
Sfortia.
Card. Pal-
laucin. in
Historia.
Cic. Trid.
Aubery in
Vita.
Ferdin. d.
Vghell. in
Addit. ad
Ciac. & in
Ital. sacra.
Gasp. Bu-
gat. in hist.

FRANCISCO ABVNDIO CASTILLIONEI MEDIOL.
 Hieronymi I. C. disertissimi, Senatus Mediol.
 Præsidis Filio **CARDINALI**
 A prima ætate ad beneficentiam, atque ad omnem
 Laudem propenso
 Ea sapientia, integritate, doctrina prædito,
 Acceptam à Maioribus, præsertim à **COELESTINO IIII.**
 Pont. Max. quatuorque Cardin. **OCTAVIANO,**
GOTIFREDO, BRANDA, & IOANNE nobilitatem
 Sua virtute vehementer augetet.
 Dignusque videretur **PIO IIII.** Pont. Max.
 Qui difficillimis Christianæ Reipublicæ temporibus
 Ad tuendam communem causam
 In Amplissimum Ordinem cooptaretur,
 In medio gloriæ cursu, ætate integra
 Bonorum omnium dolore
 Ex hac vita erepto.
 Curatores Testamentarij **IOANNES MORONVS,**
ALEXANDER CRIBELLIVS Cardinales
 Et Iannottus Castillioneus Magnus Magister
 Ordinis S. Lazari
 Hoc Monumentum ex ipsius Testamento
 Cum Patruo Ioanne Iacobo Barenfi Archiepiscopo
 Commune Pos.
 Vixit Annos **XLV.** Obijt **MDLXVIII.**

Franciscus hic Cardinalis mores Collegij Castillionæ Ticini à Branda Cardinale olim instituti restituit: & Collegium proprijs sumptibus restaurauit, eique multa moriens piè legauit. Coelestino IIII. sepulchrum erigere curauit, quod morte præuentus perficere non valuit.

Scriptis præter ea, quæ supra indicauimus, vt in suo Theatro Virorum litteratorum Hieronymus Ghilinus, & Hippolytus Martaccius in Bibliotheca Mariana testantur, pia opera in laudem B. Mariæ Virginis, cum Mathæi Castillionei Commentario Typis euulgata. Scripsit etiam Castillioneæ familiæ suæ monumenta.

Præter gentis stemmata Franciscus in celeberrima Fidentium Academia Ticini præ insignem habuit sertum frondibus lauri quercus, & oliuæ confectum super altare positum, cum hac inscriptione, & lemmate: **TRIPlici VIRTUTE MICATVR.**

XXXVII.

GVIDO, alijs Vido Ferrerius, ciuis Vercellensis, Sebastiani Domini Valate Laco Vallonis, arq. Ponzanzæ, & Magdalenzæ Borromez filius, natus mense Augusti anno salutis, ex Petramellario 1533. seu verius ex alijs anno 1537. primis adolescentiæ annis in litteris tractatis, sub disciplina Petr. Francis Cardinalis patris, S. Stephani Vercellensis, & Iporediensis, ac S. Michaëlis de Clusa, Taurinensis diocesis;

S. Mariæ de Pinarolio, S. Benigni Fructuariensis, S. Petri de Mullegio, Vercellensis diocesis Abbas Commendatarius, animi candore, pietate, multiplici litterarum cognitione insignis fuit. A Pio IIII. vtriusque Signaturæ Referendarius, deinde Petro Francisco patruo Cardinali cedente, anno 1562. die secunda mensis Maij Episcopus Vercellensis renunciatus, sacro Concilio Tridentino interfuit, & ad Senatum Venetum à sede Apostolica Legatus est: ac paulo post, patruo superstite Cardinalium Senatui, & ipse absens ascriptus, Mediolanum profectus, à S. Carolo Borromeo rubrum galero in Metropolitana accepit. Præfuit Presbyter primum titulo S. Euphemij, & sub Pio V. S. S. Viti, & Modesti in Macello Martyrum. In monumentis Vaticanis hæc de isto Cardinali legi. *Guido Ferrerius Episcopus Vercellensis, iuuenis litteratus, & moribus compositis, quisque per illud tempus Veneris Nuncium Apostolicum agebat. Affuit Mediolani Conc. Pro-uinciali primo, mense Octobri habitus; atque ad Maximiliani Austriaci electi Imperatoris sorores in Italia comitandas, vnà cum eodem Carolo Cardinali consobrino Legatus deputatus. Ecclesia Vercellensem sibi commissam, varijs structuris, ac ornamentis illustrauit. Seminarium, quod Petrus Franciscus Cardinalis tenui censu erexerat, multis aduictis beneficijs firmavit; & Collegium Innocentium illi adiunxit: Episcopium proprio gre de nouo extruxit: Ecclesiam S. Petri pro Clericorum commodo instaurauit: Sanctimonialium monasteria in ruribus constructa, in vrben reduxit; litigium, quod diu inter Episcopos Vercellenses, & Collegiū S. Eusebij vigerat, composuit. Chorum Ecclesiæ principis insignis structuræ forma incepit: Ecclesiasticam disciplinam arden-*



Ater amplexus, Synodum celebrauit, ac Decreta pro Clero, & populo sanxit salubria. Bina iterum Collegia post eiusdem Episcopatus resignationem Pontificia auctoritate, alterum Societatis Iesu; Beneficiorū aliud, qui numero sexdecim Ecclesiæ S. Eusebij perpetuò inferuient, instituenda curauit. Neque solum Vercellensis Ecclesia, verum aliæ, sibi creditæ Guidonis Cardinalis liberalitatem expertæ sunt. In Ecclesia Abbatiz S. Siluestri de Nonantula, quâ dimissa Ecclesia Vercellensi obtinuerat, & nunc à Cisterciensibus monachis incolitur, plumbea lamina ab ipso inuenta his litteris exarata.

HIC REQVIESCIT CORPVS B. SILVESTRI SVM. PONT. CVIVS PRECIBVS DEO CREDIT CONSTANT. IMP. MAGNIFICVS DELATVM AB ANSELMO ABBATE PRIMO NONANTVLÆ AB ASTVLPHO REGE ITALORVM ET AB HADRIANO PAPA CONCESS. ANN. DCCLIII. DIE XX. MENSIS NOVEMBRIS.

B Quibus ibidem sacrum S. Siluestri Primi Pontificis corpus ab Hadriano Primo Pontifice, Anselmo primo Nonantulano Abbati concessum quiescere patebat, piè, ac religiosissimè transtulit, honorificentissimèque in vrna columnis erecta super aram maximam ipsius Ecclesiæ recondidit, ac marmorea nobili tumba, ipso Cardinale procurante, à Ioanne Pepulo Comite exornata, sequenti e-logio ibidem insculpto.

D. O. M.
MONVMENTVM. HOC. IN. QVO. D. SILVESTRI. CORPVS. QVIESCIT. GUIDO. PEPVLVS. COMES. TEST. FACIENDVM. MANDA. ANN. MDV. IOANNES. ET. CORNELIVS. EX. PHILIPPO. SICIN. ET. FAB. EX. HIER. ET IOAN. EX. ALEX. PIAM. AV. PATRIQVE. VOLVNT. AMPLISS. SVNT. EXEQVVTI. ANN. S. MDLXXXII. ABB. GVID. FERRERIO. S. R. E. CARD. PONT. MAX. GREGORIO. XIII.

C Monachos S. Benedicti inter Allobroges sine regula, relicta ordinis obseruantia vagantes in vnum congregans, Obseruantibus vnire statuerat, & Academiam, qua litteris instruerentur, eo animo instituere, vt hac reformatione monasteria in regno Galliz existentia, in vnum coalescentia fidem Catholicam conseruarent; ac hæreticis ingressum in Italiam prohiberent: id tamen maximis obiectis impedimentis executioni mandare non valuit. A Gregorio XIII. inter Cardinales, aliosque eruditissimos viros ad sacrorum Decretorum emendationem electos adhibitus est; in quo munere ita se gessit, vt eius doctrinæ, & diligentiz in exquirendis vetustissimis codicibus ad huius rei veritatem eliciendam, vt ex ipsorum Decretorum præfatione patet, Patres illi plurimum tribuerint. Ab eodem Pontifice Emiliæ Legatus electus, eo in munere, vt non auro, sed iustitia, & pietate functum esse posteritati constaret, eiusdem ditionis populi, erectis lapidibus sempiterna monumenta posuere. In palatio Prætorio Fauentiz huiusmodi ad eius memoriam extat marmorea inscriptio.

GVIDONI FERRERIO S. R. E. CARD. AMPLISS. TOTIVS EMILIÆ ET EXARCHATVS RAVENNÆ IVSTISSIMO ATQ. PRUDENTISSIMO DE LATERE LEGATO S. P. Q. F. GRATI ET DEVOTI ANIMI ERGO
 Interfuit sæpe Comitij Pontificijs, illis videlicet, in quibus Romanam Cathedram Pius V. Gregorius XIII. & Sixtus V. concenderunt. Post Federici sui fratris obitum, Romagnani Marchio, annuente Philippo Hispaniarum Rege constitutus est. Romæ cum septem tantum horis infirmus iacisset in lecto è vita migravit xvij Kalendas Iunij hora 18. anno Christi 1585. ætatis 48. seu ex alijs 52. in Ecclesia S. Mariæ Maioris apud patruum effigie, & hoc e-logio decoratur.

D. O. M.
Guido Ferrerius Tit. S. S. Viti, & Modesti S. R. E. Presbyter Card. vt viuens viuens Patruo Petro Francisco Card. & dignitate, & voluntate coniunctus fuit, Ita moriens corpore ab illo abesse noluit: Cum quo etiam summa Dei benignitate fretus, caelesti Ac sempiterna felicitate Se fruturum Sperat.
Obijt Die xxvi. Maij MDXXXV.

F Ad Guidonem hunc Cardinalem sunt Petri Victorij Epistolæ plures, in quibus illum commendat ob eruditionem reconditam, & facultatem Latine, Græcæq. scribendi egregiam. Meminit illius Villæ Tusculanæ Antonius Querengus his carminibus.

I.
REGINA quondam dicta, nunc FERRERIA
*Sum duriore nomine:
 Sed equè amicis grata, amicis hospita.
 Quòd si voluntas penditur
 Hæri benigna, haud ferream fatebere
 Sed auream FERRERIAM.*

II.


REGINA, qua vocabar, in FERRERIAE
Sum iussa nomen transgreds;
Quod voce leads si vereris aspera,
Et proscio inhaeres nomini,
Nil te moramur hospes, in FERRERIAM
Qui me vocabit incoles.

III.

Ne nomen hospes horreas FERRERIAE,
Id namque res haud ipsa, herus sed indidit,
Quod voce maius, si vetusta abutier
Regina inane saepe nomen queritans
Lingues colendam caeteris FERRERIAM.

XXXVIII.

ANTONIUS de Crequy, malè Cabrera Grechius, filius secundogenitus Ioannis viij. Domini de Crequy, & de Canaples, & Mariz & Acigne, ex Abbate S. Iuliani Turonum Connohiarcha S. Petri de Selincourt, & Valliensis, ordinis Cisterciensis, ac hereditario iure domus suae toparcha, Senator consistorianus, & Cancellarius militie sancti Michaelis, vir prudens, & Ecclesiasticae dignitatis



propugnator, Morinensis primò, deinde Nannetensis ab Henrico II. Rege, demum Ambianensis Episcopus anno 1561. constitutus est. Vrbe suam inijt ineunte ann. 1564. die Circumcisionis Domini, & summa festiuitatis pompa exspecta vnijq. Ambianensis Episcopatu Abbatiæ S. Martini de Gemellis, quod indoluit moriens fecisse: Non bene Petramellarius, à quo Cabrera Antonium hunc Episcopum Parisiensem fuisse refert: etiam etiam illi, qui Cardinalem eundem inter Niernienses Episcopos, & Morinenses recensent. Carolo I. X. Galliarum Regi fuit maximo in pretio, & à consilijs secretioribus, quo instante purpuram absens accepit à Pio IV. Romano Pontifice, ac titulo S. Triphonis Presbyter Cardinalis praefuit. Morbo calculi acutissimo laborante medici conuenere deliberaturi de remedio afferendo, vnusq. eorum censuit, vt Absis, inquit, vt saltem aeternam animam faciam pro sanitate temporaria cadaveris.

Ex hac vita migravit die 28. Maij ex Petramellario, seu ex alijs die 20. Iunij anno salutis 1574. in ciuitate Ambianensi, & sepultus in sua Ecclesia Cathedrali. Magnam pecuniarum summam in supremis tabulis Ecclesijs diuersis ad pios vsus contulit: annuos reddidit firmavit pro praecoribus verbi Dei tempore Quadragesimae. Oratione funebri illum laudauit Iacobus Saguier Canonicus, & Cancellarius Ambianensis, & Doctor Theologus. In monumentis Vaticanis hæc de illo scripta inuenio, dum recensentur Cardinales à Pio IV. reuocati: Antonius Crequy Gallus, Episcopus Ambianensis, vir medicis ingenij, sed à Carolo IX. Galliarum Rege vehementer commendatus.

Praeter gentilitium scutum supra expressum Antonij Cardinalis emblema, siue quamma flammis circumdata in parte superiori, in inferiori, quæ ibi inscribitur Israelitica columna auspice, & ducce, cum hac epigraphæ: *VRISCA LVX, DVX CERTA SALVTIS*

XXXIX.

ALEXANDER Cribellus Italus, patria Mediolanensis (ex nobili Cribellia familia prodire Verbanus III. Romanus Pontifex, & Auxanus Mediolanensis, ac Gualterus, Alexander, Lucas, & Christophorus titulo beatitatis insignes viri) Antonij Lumeilij Comitis filius, natus anno 1508. post præclara, & multa in bello facinora, ac Senatoris munere in patria



functus, vxore mortua, à Pio IV. Romam vocatus, Episcopus Gierontinensis, & Cariatensis in Calabria 10. Martij anno 1561. Sedisq. Apostolicæ Nuncius in Hispania declaratus est. Hic ab Vrbe absens dum in Hispania Nuncij Apostolici munere fungeretur, à Pio Presbyteros Cardinales titulo S. Ioannis ante port-

Cabrera. Petramell Io. Chem in Chronolog. Archiepisc. Gallia. Iacob. Seguer. in Orat. Fun. Ferdinãd. Vghell. in Addit. ad Ciaconiã. Aubery in Vita. P. Frizon. in Gallia Purpurata Antiquit. Ambian. Auctores Galliarum Christianarum

Cabrera. Petramell Andr. Viator. in Addit. ad Ciaconiã. Ferdinãd. Vghell. in Ital. sacra. Gaspar. Bugat. in hist. Io. Ferrus in Tractat. de Insign. Franciscus Sacchin in hist. soc. I. Aubery in Vita.

A tam Latinam coopratus, de Latere Legatus apud Regem Hispaniarum constitutus est. Romam postea veniens, titulum S. Mariz de Aracoeli adeptus, Episcopatum volens accipere, titulum S. Mariz quam Collegium, vbi iuuentus familiaris Cribelliz litteris institueretur in Vrbe adificauit. Sub Gregorio XIII. cuius Comitij, vti etiam Pij V. antecessoris interfuerat, die 22. Decembris anno salutis 1574. ætatis 63. vt scripsit Petramellarius, & alij; ex sepulchrali inscriptione, seu ex annorum supputatione 66. è vita abiit, & in Ecclesia sui tituli conditus est, vbi prope factarium effigies eius cum hac sepulchrali inscriptione extat.

A TE VITA; PER TE SALVS; IN TE REQVIES.

ALEXANDER CRIBELLVS MEDIOLANEN.
 TIT. S. MARIE IN ARACOELI
 S. R. E. PRESBYTER CARDINALIS
 SEXAGESIMVM AGENS ANNVM
 VIVENS SIBI POSVIT

AN. MDLXXI. MENSE DECEMB. PORT. A. D. MDLXXIV.
 OBIT DLXXI. DECEMB. A. D. MDLXXIV.

Ecclesiam tituli S. Ioannis ante portam Latinam restauravit: de illo hæc in monumentis Vaticanis: *Alexander Episcopus Cariatensis, Mediolanensis ex nobili Cribellorum familia, ex quatuor summi Pontifices olim prodierunt, tunc apud Philippum Hispaniarum Regem Nuncium agebat, qua in legatione vt ingenij, ac prudentie non multam laudem reportauit, probitatis certè, ac modestissimæ vitæ fama clarebat.* Apostolicus Legatus cum comitij patrum Franciscanorum in Hispania præfuit, vti Societatis Iesu amantissimus dedit operam, vt in posterum non offensionis causæ tantum inter viros religiosos remouerentur, sed sancta etiam conuensio inter vtunq. ordinem nouo appulo Nerulum Collegium eiusdem Societatis Mediolanense. Carolo V. charus ante purpuram extiterat; quare maximam copiarum ab eo dux designatus quadringentos viros è familia, & affinitate sua sub se præliantibus vno, & eodem tempore habuit. Ex legitima vxore tres, Antonij scilicet, Hieronymi, & Aloij filij legitimos suscepit.

Ad Alexandrum Card. Cribellum litteras dedit Petrus Victorius. Praeter gentilitium scutum, in signo habuit, in quo ceruum expressit inter septa, quæ ibi quoque ingenium solitarium seruati, etiam si aliz adfuerint belluæ, cum lemmate: *A SEMITIS IMPIORVM ELONGOR.*

XL.

IOANNES Franciscus Comendonus Venetus, anno salutis 1523. xv. Kalend. Aprilis Venetij natus, liberalibus artibus eruditus, Poëta, Oratorq. apud sectatam, Romana, vernaculaque facundia clarus euasit; vt ipsius Orationes vtraq. lingua conscriptæ testimoniū perhibent. Hic subtili excellenti ingenio in difficillimis negocijs petraclandis, & ad optatum finem perducendis, animū multorum sibi deuinxit.



Hunc Iulius huius nominis Tertius Romanus Pontifex occasione nonnullorum Epigrammatum, quæ Commendopus in laudem Villæ à Iulio ornatae scripserat, ita amplectens, vt inter famulantes alitum, in magna scripturæ imitatione, præsertim obfignandis libellis apud Hieronymum Cardinalem Dandinum ad Cæsaarem in Belgium anno 1553. Legatum adhibuerit, paulò post in Angliam misit, quando mortuo Odoardo fratre, Maria, Regina renunciana est, vt eam ad regnum in Catholice fidei reuocandam adhortaretur, ac de rerum statu Pontificem maximum commoneret; tanta eloquentia, ac prudentia rem totam apud Reginam peregit, vt ab eadem syngrapham, qua obedientiam sedi Apostolicæ pollicebatur, & absolutionem à schismate petebat, impetraret. Qui Romam cum Regina Oratoribus veniens, cum Cardinalis in secreto Cõsistorio patefecit; quare Reginaldus Polus Cardinalis ad expiandum regnum missus est, ac Commendonus ex Protonotario Apostolico Episcopus Hadriensis renunciatus, à Paulo IV. ad Episcopatum Zacinthi, & Cephaloniae translatus est. Cui autem ad eius præstant ingenium singularem eloquentiam, ac non vulgarem doctrinam accederet diuturnum publicum, vt in quibusdam, & intimos eorum sensus bene cognitos haberet, teneretq. ab eodem Paulo anno salutis 1556. ad Venetiam rempublicam legatur, & anno 1561. à Pio IV. ad Ferdinandum promouetur. Imperatorem, vt Episcoporum iter ad Concilium elocueret. Conuentui Namburgensi à Protestantijs habito interfuit Electorem Brandeburgensem, aliosque Germaniæ Principes pro Catholica fide conuenit: Fridericum Daniz, ac Suecum, Reges adire iussus est, vt Concilium illis indiceret, non potuit tamen ista adimplere; nam Ha-

Cabrera. Petramell Franciscus in Hist. soc. I. Aubery in Vita. Thoma in Hist. soc. I. Aubery in Vita. Sponcius in Hist. soc. I. Aubery in Vita. Ecclesiæ in Hist. soc. I. Aubery in Vita. Adria in Hist. soc. I. Aubery in Vita.

retici

retici impedimento illi fuere, ne optatum legationis suæ exitum impetraret. Fridericus enim Daniæ Rex Commendono, qui comitatum accedendi ad eum deposcerat, respondit, neque cum parente suo Christiano, neque secum Pontifici quicquam vnquam negocij intercessisse, nec proinde legationis eius audiendæ se cupidum esse. Quocirca multis alijs inferioris Germaniæ, nonnullisque etiam superioris prouincijs percursis, vbiq. honorificè receptus, cunctisque illarum Episcopis ad Concilium inuitatis, Tridentum se recepit: inde ad Regem Romanorum, Legatorum Concilij nomine salutandum missus est.

Romam à Pontifice reuocatus, anno 1563. in Poloniam vt legationis Pontificiæ munus apud Sigismundum Regem sustineret, dirigitur: illi Synodo Dicecelanæ à Stanislao Hosio Cardinali habitæ interfuit; pique omnia instituta promouit. Cum verò ab ipso Stanislao Card. Patre S. L. in Prussiam tunc primùm accessisset, illiq. in Bransbergeni ciuitate Collegiū instituisset, ac doctasset, Commendonus Regem ob falsos de Patribus ab Hæreticis sparfos rumores dubium, ita perhonorifica Patrum apud eundem facta prædicatione disposuit; vt non modò permiserit, vt idem in regnū ingrederentur, verùm etiam Vlnense Gymnasium Soc. assignauit. Auctor fuit Nicolao Sanderò eiusd. Soc. alumno, quo familiariter utebatur, vt opus præclarum de Visibili Ecclesiæ Monarchia inscriptū conscriberet. Dū ea fungeretur legatione, à Pio IV. absens Presb. Card. tit. S. Cyriaci in Thermis renunciatus, ex Hosij manibus insignia Purpurati Patris sacro Apostolorum Petri, & Pauli die suscepit. In eadem tamen prouincia remansit; & post annum à Pio V. successore in eodem legationis munere confirmatus, è Polonia Augustam Vindelicorum, vt Imperialibus à Maximiliano II. electo Romanorum Rege comitijs, pro Concilij Tridentini Decretis, fidei propagatione, hæresimque extirpatione, sedis Apostolicæ nomine interesset, dirigitur. Iusserat Pius, ne se inconsulto in comitijs illis quicquam ad Ecclesiastica dogmata pertinens statueretur, & Commendono mandauerat, vt Cæsari ipsi, si quid eiusmodi permitteret, abdicationem ab Imperio, & alijs diuisionibus denunciaret. A qua tamen seuera denunciatione, quæ longè maximas turbas commouere potuisset, prudentissimus Commendonus omninò abstinens, meruit etiam ab ipso Pio rebus cognitis cum gratiarum actione laudari.


His peractis in Italiam reuersus, iterum in Germaniam Maximilianum Imperatorem rogatum, ne Augustanam Confessionem duobus Archiducatus Austriæ ordinibus, qui eam instantissimè petebant, concederet, Legatus missus est. Inde cum Romam repetisset, ab eodem Pio ad Vias publicas Vrbs, & Fluminum, ac Tyberis portus instaurandos, cum alijs Cardinalibus deputatus est; & paulò post in Germaniam ad Maximilianum Cæsarem; & in Poloniam ad Sigismundum Regem legatur, vt eos aduersus Turcas commoueret. Inter hæc Rege Sigismundo defuncto, Cardinali Legato, ne ante electionem noui Regis è prouincia illa discederet, imperatum est: cuius opera multis sedatis seditionibus Henricus Caroli IX. Francorum Regis frater, Andegauenis Dux, accerrimus tunc Hæreticorum hostis Rex acclamatus est. Maximè aptum Commendonum ad Principes in Turcas commouendos Pius existimabat, illique in primis confidebat; ad exitum enim consilium, ac præstans, & versatile ingenium ad omnes magnas res tractandas aptum, singularis eloquentiæ, ac neutiquā vulgaris doctrinæ, virtutesq. animi, plurimus, ac diuturnus rerum Germanicarum vltus accedebant.

His legationibus peractis Romam reuersus, anno 1573. Gregorio XIII. Pontifice ex S. Cyriaci ad S. Mariæ Angelorum in Thermis, mox anno 1574. vita functo Aloysio Cornelio ad S. Marci tit. translatus, Patauij vii. Kal. Ianuarij anni 1584. ex vigilia obiit, eiusq. corpus ibidem apud Capuccinos iacet cum hoc elogio.

IOANNI. FRANCISCO. TITVLII. SANCTI. MARCI
S. R. E. PRESB. CARD. COMMENDONO
ANTONIVS. CAVCVS. PATRITIVS. VENETVS
AVNCVLO. B. M. M. P.
VIXIT. ANNOS. LXI. MENS. IX. DIES. VIII.
OBIIT. VII. KAL. IANVARII. MDLXXXIV.

Præter Orationes, & Carmina multa, scripsit Io: Franciscus Relationem Curia Romanæ, quam M. S. vidi apud plures.

Laudauit olim quoq. celebrè hunc Cardinalem eleganti elogio Ant. Quærenus Poëta; laudauit præstans Historicus Vbertus Folieta libro 2. de sacro Fœdere; & vir grauis, doctus, disertusq. Antonius Maria Gratianus Præsul Amerinus libris quatuor de illius Vita nondum in vulgus emissis. Laudarunt Paulus Manutius epistola tertia libri septimi, & Gabutius in Pio V. Sigismundus Poloniz Rex litteris ad Pium IV. datis anno 1564. die 9. Augusti Commendonum prudentiam, & dexteritatem commendauit; fallusque se ab illo librum Concilij Tridentini gratissimo animo accepisse, operamq. se daturum promisit, vt illius instituta in regni Templis, & in populi subiecti mentibus vigerent. In monumentis Vaticanis hæc de Commendono notata inuenio. Io. Franciscus Commendonus Venetus, Zacynthi Episc. Vir litteratus in litteris humanioribus, modestus, & in negocijs gerendis exercitatus, per illud tempus Nunciū Apostol. apud Polonia Regem agens, annorum 40.



XLI.

BENEDICTVS Lomellinus, natione Italus, patria Genuensis, nobili, & opulenta familia, anno salutis 1517. Genuæ natus, iuris tū Pontificij, tū Cæsarei scientia ita excelluit, vt adolescentiam nondum egressus proficendi munus publicè mandatum, summa cum ingenij, ac doctrinæ laude sustinuerit. Post aliqua forensium honorum munia Camera Apostolicæ Clericus à Paulo IV. electus Carolum Car-

Cabrera, Andr. V. Storell. in Addit. ad Ciaconiū. Aubery in Vita. Vbert. Follet. in Elog. Clar. Lugurum.

dinalem Carrafam in Belgas ad Philippum Hispaniæ Regem Legatum, vt ei opera, & consilio adesset, comitatus est. Hunc Pius IV. propter eximiam iustitiæ, & religionis gloriam, cum rerum ciuiliū intelligentia coniunctam, & fidelem reipublicæ nauatam operam inter S. R. E. Cardinales titulo S. Mariæ in Aquiro primò, mox S. Sabinæ cooptauit. Quem ille honorem in gentem suam Lomellinam nobilitate, & opibus florentem primus intulit; quare plus huic viro sui maiores, quam suis ipse maioribus debere videntur. Sub Gregorio XIII. Maritimæ, Latijque legatione functus est; præfuit Episcopus Ecclesiæ Anagninæ, Albintimillensi, Lunensi, ac Sarzanensi; incertum tamen, an primam, au verò secundam, aut tertiam primò rexerit. Cabrera, ac Petramellarius Albintimillensem primò, mox Lunensem, & Sarzanensem, demum Anagninum constituunt Episcopum; Ferdinandus Vghellius in Italia facta non est sibi constans; nam die 7. Septembris anni 1565. Lunensem; Mense verò Martij anni 1572. Anagninum Antilitem renunciatum dicit; in serie autem Episcoporum Albintimillensium alium indicat ordinem: illius verba rescribo. *Benedictus Cardinalis Lomellinus Anagninus Episcopus ad hanc Ecclesiam, scilicet Albintimillensem fuit translatus 1565. die 6. mensis Julij: in eade vix mensem, ac paucos dies expleuit, cum iterum translatus est ad Lunensem, & Sarzanensem Episcopatum, die 7. mensis Septembris eiusdem anni.* Quicquid sit de ordine, tribus hiis Ecclesijs Episcopus præfuit; ac interfuit Comitum Pontificijs Pij V. & Gregorij XIII. sub quo Romæ anno salutis 1579. die Veneris vij. Kalendas Augusti, quarta sequentis noctis hora, 62. ætatis annum agens ex hac vita abiit. Cadauer eius non in Templo sanctæ Sabinæ, vt scripsit Ferdinandus Vghellius, sed sancti Gregorij, marmore conditum hoc epitaphio insignitur.

D. O. M.

BENEDICTO LOMELLINO

Qui eruditione insignis Romane Aule varios honores emensus à PIO IIII. Pont. Max. in Cardinalium Collegium fuit adlectus, cuique ob eximiam pietatem, fidem, iustitiam, summamq. humanitatem maior voto hominum præoptata dignitas morte præcepta gloriam intendit.

LOFREDVS LOMELLINVS Suppl. Libellorum Magister, Cam. Apost. Clericus, & Commiss. Generalis ad memoriam Gentilis, ac Patroni optimi conseruandam posuit.

Obijt VII. Kal. Augusti, Anno à Salvatore nato

MDLXXIX.

Annum agens LXII.

Ad Episcopatum Sabinensem translatus Benedictum Cardinalem scribit Ferdinandus Vghellius in serie Episcoporum Anagninæ; illum tamen inter Episcopos Sabinenses non recenset; quare amanensis errore loco tituli sanctæ Sabinæ irrepsisse Episcopum Sabinensem existimo. Eoque magis ad hoc affirmandum inducor, dum ipsemet laudatus Vghellius Benedicti corpus sepultum apud S. Sabinam, cuius titulo insignitus erat, quando è vita migravit. Si titulo S. Sabinæ ornatus mortem subiit; non igitur Episcopus Sabinus. Ecclesiam Anagninam egregiè administravit, Clerumque tantisper lapsum, ad meliorem frugem traduxit ex præscripto sacrosancti Concilij Tridentini. In monumentis Vaticanis hæc de Benedicto notata inuenio in serie Cardinalium, qui à Pio purpura ornati sunt. *Benedictus Lomellinus Genuensis, Camera Apostolica Clericus, iuris Ciuilis, & Pontificiæ scientiæ clarus, ingenio prompto, ac qui multos annos Roma cum integritatis, & probitatis laude egerat.*

Extat huius Cardinalis numifina cū Virtutis imagine, ac lemmate: **MANSVETVDO.** Benedicti laudes his carminibus cecinere clari sui æui Poëtæ: & Fuluius Cardulus primò.


*Hactenus, & Sophia studijs florebat, & armis
LOMELLINA opibus Gens, Atausq. potens.
At sacra qua clarum decoraret Purpura nomen
Deerat adhuc, ætas hanc quoque nostra dedit
Dotibus en præstans animi, donisque Mineruæ
Et magnis maior iam BENEDICTVS Auis*

Auget

*Auget honore domum, Mitraque insignis, & Ostro
Que Superi debent, hunc potiora dabunt.*

Deinde Ioannes Carga.

*Inter opes, atque arma, quibus Terraque, Marique
LOMELLINA domus clara potensque nstet;
Primus Romano fulget BENEDICTVS in Ostro
Insignis sacra, Purpureusque toga.
Cedite opes, atque arma, nouus ceu Lucifer Orbis
Additus omne suis hic decus auget Auis
Illi magnanimus titulos Heroibus equant;
Hic valet in terris proximus ire Deo.*



Cabrera. Petramell. Anst. Vi. storell. in Addit. ad Ciaconi. Ferdin. Vghell. in Addit. ad Giac. & in Ital. sacra. Io. Philip. Leonellus de Spolet. Ecclesia. Aubery in Vita. Nicol. Gilles in Annal. Franc. Sain. de Fam. Vrl.

XLII.

FLAVIUS, quē alij Fuluium nominant, Vrsinus Neapolitanus, vt scripsit Filiucci, seu Romanus, ex nobilissima Vrsinorum familia ortus, Ferrantis Grauiæ Ducis, & Beatricis Ferrellæ, seu Iulij ex Dominis Montisrotundi filius, Episcopus Muranensis in Apulia à Pio IV. ex vtriusq. Signaturæ Referendario, & Cameræ Apostolicæ Auditore Presb. Card. S. Ioannis ante portam Latinam primò

ex aliquibus, deinde SS. Petri, & Marcellini propter iuris Pontificij, & rerum ciuiliū diuturnum vsum, vitæq. exemplum, prudentia, grauitate, humanitate, abstinentia, moderatione animi, liberalitate, dexteritateque clarus renunciatus est. Adepta purpura Romana Archiepiscopus administrat Ecclesiam Cosentinam in Calabria, non vt alij volunt, Compfanam in vltiori Principatu, cui Ecclesie post quatuor annos nuncium remisit. Sub Gregorio XIII. in Galliam ad Carolum Regem IX. vt fugatis hæreticis, arma contra Turcarum Tyrannum caperet, Legatus, atque inde in Urbem reuersus, Belgarum Protector, & Signaturæ Breuium Præfectus, dum infirmam valetudinem refecturus, Neapolim ad Puteolana Balnea contendit, xv. Kal. Augusti, anno à partu Virginiis 1581. Neapoli in ædibus Triuici Marchionis apud Pizzifalconem hora quarta noctis, die Iouis, anno ætatis 51. vitæ concessit.


Antonius Querengus Pontificus Referendarius, & illius sæculi Poëtæ elaboratissimi, humanitate, & doctrina insignis, Cardinalis huius, anno ipso, quo decessit, ab epistolis, funus hoc carmine honestauit.

*Aspice quem feretro impostum Sebethus, & Annis
Vberibus deflet lachrymis Saturnia tellus
Innumerus hunc prisca Ducum celebrata triumphis
Nobilitas, splendorque opibus fortuna superbis
Muricis, haud sacri decus immortalibus auctum
Laudibus, & Latio impensi procul Orbe labores
Ingentes tibi Roma Poli ad conuexa ferebant.
Iamque illum radijs conuersa fauentibus Astra
Iam concors Regum studium, sanctisque Senatus
Ad summe Imperium Sedis pia vota vocabant.
Aspera cum properant diræ inclementia fati
Inuidit nostris felicia secula terris
Et miseræ hominum curas spe lussit inani.*

In legatione Gallica Datarium habuit vtriusque Iuris peritissimum, prudentiæ, & integritatis laude cumularum Sigismundum Martignonum Saxoferratensem, qui etiam Cameræ Apostolicæ Commissarius, vt aiunt, & maioris Præsentia Abbreviator aliquando fuit. Episcopus Spoleteranus Alexandro Cardinale Farnesio resignante anno salutis 1563. à Pio IV. creatus Ecclesiam illam sanctissimè rexit, variisque structuris, & ornamentis nobilitauit, quam deinde Petro Vrsino anno 1580. resignauit. A Pio V. cū Ioanne Cardin. Riccio, vt Aquam Virginem ad fistulas fontis Triuij deductam in varios fontes distribueret, deputatus est. Aliquando Flauium Ecclesie S. Seueri ante purpuram præfuisse scripsere Cabrera, & Petramellarius, sed malè: nam nobile illud Apulie oppidum in prouincia Capitanata, quarto à Gargano Monte milliaro diues, & opulentum, ciuitatis nomine, & dignitate Episcopali condecorauit Gregorius XIII. anno salutis 1580. Interfuit Comitij Pontificij, in quibus renunciati summi Pontifices Pius V. & Gregorius XIII. De illo hæc legimus in monumentis Vaticanis: Flauius Vrsinus Episcopus Muranus, Camera Apostolicæ Auditor: hic ad nobilitatem familie, iuris Ciuilibus scientiam adiunxerat, annorum 35.

XLIII.

FRANCISCVS Alciatus, natione Italus, patria Mediolanensis, Martini nobilis Mediolanensis filius, natus Kal. Februarij, anno salutis 1522. excellentissimi illius æui Iuris Consulti Andree Alciati imitator, atque gentilis; Andree scilicet illius, qui Iurisprudentiam, sexcentos ante annos à viris barbaris oppressam, captiuitate primus libertate donauit, vt scribit Io: Matia Toscanus in Italia: Pello.



te donauit, vt scribit Io: Matia Toscanus in Italia: Pello.

*..... Princeps polluta nefando
Barbarie sancta heu Legum misteria monstro
Herculeæ purgasti ope, & vinacia ferro
Colla renascentis superasti, & ignibus Hydra
Et paulò post.
Hoc duce sacra petes prisca penetralia Iuris
Hoc sine tuta usa est nullis.*

Franciscus tanti viri hæres benevolentia, & grati animi monumentum; Papæ in sacra æde D. Epiphaniæ in marmore scripsit.

D. O. M.

ANDRÆ ALCIATO MEDIOLANEN. IVRECONS. COMITI PRONOTARIO APOSTOL. CÆSAREOQUE SENATORI QUI OMNIUM DOCTRINAR. ORBEM ABSOLVIT PRIMVS LEGVM STVDIA ANTIQVO RESTITVIT DECORI VIXIT ANNOS LVI. M. VIII. D. IIII. OBIT PRIDIE IDVS IANVARIJ M. D. L.

FRANCISCVS ALCIATVS I. C. H. B. M. P.

Nam eo extincto, successit illi in munere iuris prudentiam imitatus Doctor egregius, & Anagnostes primarius in Ticinensi Academia laudatus; inter alios auditores Carolum Cardinalem Borromæum habuit: nobili quoque Iuriscultorum Mediolanensium Collegio ascriptus, politioribus litteris, & Græca lingua delectabatur. Romam deinde vocatus vtriusque Signaturæ Referendarius primò, deinde Apostolicus Internuncius ad Boemiam Regem, mox Episcopus Claramontanus renunciatus, postea Arienensis, ac Ciuitatensis, non in Hispania, vt dicit Cabrera; sed Ciuitatensis in Beneuentana prouincia. Electus die 5. Septembris anno 1561. per obitum Gerdaldi Rampaldi, cum retentione Parochialis Ecclesie de Comurana nullius, seu Ferratensis diocesis, vt narrant Acta Consistorialia. Rexit absens hanc Ecclesiam iam inde in numerum Cardinalium ab eodem Pio IV. cooptatus annis plus minus 19. eamque dimisit paulò ante obitum Gregorio XIII. sedente, à quo suppressa est. Romani Pontificis Datarium adeo Carolo Cardinali Borromæo charus fuit, vt eo rogante à Pio Quarto fuerit Cardinalium Collegio ascriptus. Diaconus Cardinalis primò S. Mariæ in Porticu; deinde Presbyter Card. S. Lucie in Septifolio; mox S. Sulannæ, quicquid præposterato ordine scripserunt Cabrera, & Petramellarius. Die enim 18. Maij titulum S. Lucie, & die 8. Iunij S. Sulannæ titulum obtinuit, vt ex monumentis Cancellariæ Apostolicæ constare dixit Ferdinandus Vghellius. Carthusianorum, nec non ordinis Minorum, ac Hiberniæ Protector, Collegiorum Capranicensis, & Nardini Restitutor, vnus ex supremis Inquisitoribus, vnusque ex Interpretibus sacri Concilij Tridentini; & ex ijs, qui Episcoporum, & Regularium negocijs præerant; sub Pio V. Caroli Borromæi vice Maioris Pœnitentiarij prouinciam obiuit. Cumque Pius Pœnitentiariorum Collegium dissoluto vetere nouum instituisset, Cardinalem Alciatum Borromæi loco illi præfecit; minoreq. Pœnitentiarios S. Petri de Societate Iesu iussit esse. Pro Pio V. & Gregorio XIII. Romanis Pontificibus in Comitij Vaticanis suffragium tulit.

Romæ obiit suis, atque omnibus charus cum ob reliquas virtutes, tum ob morum elegantiam, atque humanitatem; quarum virtutum laude nulli inferior erat; xij. Kalend. Maij, die Martis, summo mane, anno salutis 1580. ætatis 58. & in Ecclesia S. Mariæ Angelorum sepultus iacet, vbi cum eius effigie hoc est epitaphium.

D. O. M. S.

*Et memoriæ Francisci Alciati Mediolanensis
Tit. S. Mariæ in Porticu S. R. E. Presbyteri Cardinalis
Virtute humanitate officio
I. V. scientia, ac ceteris omnibus disciplinis florentissimi
Carthusiensis Familie Protectoris
Vixit Ann. LVIII. M. II. D. XVIII.
Obijt Ann. Sal. 1580. xij. Kal. Maij.*

VIRTUTE VIXIT
MEMORIA VIVIT
GLORIA VIVET.

Bibliothecam non contemnendam, in qua multa monumenta
 m. s. s. reliquit, nonnulla Andrea Alciati opera Legalia, antea non
 edita, colligenda, editiq. vt posthuma adiungenda curauit.
 De illo Pauliensis Academia hoc scripsit carmen.

*Si quod inauditum tacitis Heliconis in antris
 Carmen habes blanda moduleris, voce Camæna.
 Turpe sit ALCIATVM magna decus Vrbs, & Orbis
 Vulgatis cecinisse modis: vulgaria vulgus;
 Illum rara decent, cui se explicuere merenti
 Tot rare Superum merces, quem rara per omnes
 Ornat vita modos pietas, constantia morum
 Integritas, animusque male ferruginis expers
 Ingenium, solersque animi prudentia rerum,
 Et mixtus granitate lepos, & gratia lingua.
 Hac illum tanti vexere ad culmen honori;
 Illius hæc frontem latio cinxere galero
 Mox triplici cinctura caput Diademate, fallor,
 An Deus hæc aliquid dicit? Deus omnia firmet.
 Dignus enim ALCIATVS cui Ganges turbidus auro
 Cui Tagus, & plenum properet cui copia cornu;
 Dignus florentes palmas cui mittat Idume,
 Hybla fauos, Arabes guttam, Chaldeus amomum,
 Indis candentes Elephantes, vellera Seres,
 Assyrius gemmas, molles sua thura Sabæi,
 Cusque Palestina sudent opobalsama terra.
 Quem colat immensi multiplicis ambitus Orbis.
 Nec me fallaci augurio delusit Apollo;
 Annuit ecce Deus, Cælique è parte sinistra
 Intonuit, multusque nitore cum lumine fulsit.
 Mox tibi, mox triplici flagrans Diadema corona
 Adueniet, totisque potens dominabere terris.
 Ille es qui Turcas, & Barbara nomina Mauros,
 Massa getas, Arabesque, sagittiferosque Gelonos
 Legibus adiungas almis, & lumine Christi
 Pectora Cimmerijs lustris obfessa tenebris.
 Tunc te magna licet teneant molimina, nostri
 Sis memor vsque tamen, nostri sit paruula cura
 Sit tibi quantalibet: votis hoc omnibus vnum
 Poesimus: Interea Superis nos vota, precesque
 Fundemus, Pylios vt cum superaueris annos
 Dene vitam post fata nouam, dignamque laborum
 Mercedem referant, & qua benefacta locasti
 In nos sponte tua, multo cum sænore reddant.*

In monumentis Vaticanis de eodem iam renunciato Cardina-
 li, hæc legimus: *Franciscus Alciatus Episcopus Cuiusatenfis, Me-
 dsolanensis, eloquentia admirabilis, iuris Cuius, ac Pontificij scien-
 tia clarissimus, tunc Datarium agebat; annos natus 35.*

Litteras scripsit Franciscus Cardinalis Italica lingua Gabriëli
 Flammæ, quæ in lucem editæ inueniuntur inter Epistolas Viro-
 rum Illustrium.

Eiusdem virtutes his litteris commendauit Petrus Victorius.
*Fuit mihi iam pridem, sermone multorum, cognita gravis, ac va-
 ria eruditio tua, necnon singularis quedam in rebus agendis in-
 dustria. Quare te amabam, & tacitis tecum tantam ingenij vim,
 magnitudinemque admirabar; letatus postea sum vehementer,
 cum audis amplum dignitatis gradum virtutibus tuis datum
 esse, in quo magis ipsa, & elucerent, & alios etiam ad te quantum
 per ipsos fieri posset, imitandum excitarent. Te vero talem euasis-
 se, & tam honestum tibi locum in ista celebri Vrbe, reginaque alsarum
 parasse, non est sanè admirabile; semper enim Roma hono-
 rem debitum consecutum est, ac dignitatem non paruum honesta-
 rum artium studium: Iuuit etiam te, munivitq. tibi viam ad Am-
 plitudinem istam adipiscendam laus, & commendatio Andrea
 Alciati gentilis tui, clarissimi iuris consulti, & qui ceteros omnes
 atatis nostre in eo genere scientie superauit: cuius tu domi uixisti,
 & cui tamquam vnicus filius charus, iucundusque fuisti. Illum au-
 tem ornasse, & recondita optimarum aliarum artium cognitione
 perpolisse legum doctrinam, satis notum cuique, atque exploratum
 est. Iis igitur omnibus de causis te diu suspexi; ad eundemque te
 tamquam lumen quoddam clarum huius sæculi oculos, mentemque
 conuerti, quem nunc absens epistola hac mea saluto, cupioq. inco-
 lumen diu esse, omniq. laude florere. Etsi aliquid honoris Ampli-
 tudinis istis, cumuloque magnarum virtutum accedere potest, opto
 te ipsum, ut merita tua postulant, facile impetrare. Cum vero ad
 plures tui ordinis, atque loci optimos, & honestissimos viros litten-
 ras scripserim, volui quoque volumen Epistolarum mearum, quod
 cogito diuulgare, gloria tui nominis illustrari. Vale Florent. Ka-
 lend. Martij 1577.*

Præter gentilitia stemmata, gessit Franciscus scutum cum figu-
 ra trianguli, ac Mercurio, & littera B. sic signatam, ac lemmate:
 ERATVM FATI DONVM.



XLIV.

GVILIELMVS Sirletus
 Thomæ, qui ad cente-
 simum, & quintum ætatis an-
 num vixit, filius, natus anno
 salutis 1514. in ea regni Nea-
 politani parte, quæ Calabria
 nostris hinc temporibus, o-
 lim Magna Græcia diceba-
 tur in oppido Stili, nõ vt vult
 Spondanus, in vrbe Squilla-
 ci; Neapoli primùm Græcis,
 Latinisq. litteris operam de-
 dit, & in vtriusque excellens
 ipso magistros longè supe-

Brauit. Quibus Mathematicas disciplinas iunxit, & Philosophiæ, ac
 Theologiæ dogmata è fontibus ipsis Græcorum scriptorum tam
 auidè auxit; vt in omni scientiarum genere perfectus euaserit. Qua
 suppellectili instructus, fortunæ bonis destitutus, vnico sacrorum
 Bibliorum volumine secum delato, Romam se Neapoli conferens,
 breui eruditus omnibus innotuit; ac in familiam Marcelli Ceruini
 Cardinalis S. Crucis transcriptus est. Eo mortuo Paulus IV. illius
 virtutum odore, ac fragrantia captus, Sirletum Alphonso, & An-
 tonio Carrasis præceptorem dedit; & Protonotarium Apostolicum
 de numero Participantium creauit. Quin etiam eius pietatis non
 minus, quàm doctrinæ causa in intimam admisit familiaritatem,
 cum eo de rebus sacris plerumque differens, eumque horarijs pre-
 cibus recitandis adiutorem assumens. Illum super mensam de di-
 uinis rebus, sacræque Scripturæ locis differentem sæpe læpius au-
 dire voluit, priuatique colloquijs in consiliorum, curarumq. par-
 tem multoties vocauit; itaut Antonius Caracciolus in eiusdè Pau-
 li IV. vita hæc scribat. *Amabat Sirletum Paulus, ac in sacrum
 Senatuum referre volebat; vicissimque Paulum Sirletus, & dilige-
 bat vt Patrem, & reuerbatur vt Principem, ac Dominum; vnde
 non tantum viuens perpetuo aderat, atque ab eius latere vix
 discedebat; verum etiam morientem nunquam deseruit, atque ad
 extremum vsque spiritum affuit.* Et paulò post. *Gulielmus Sirle-
 tus fuit vnus ex ijs, qui Cardinalibus cubiculo Pontificio, palatio-
 que digressis assistit Paulo IV. morienti: erat is Protonotarius A-
 postolicus ab eo factus, quem, & inter Purpuratos adscribere me-
 ditabatur.* Quam beneficentissimi Pontificis voluntatem abundè
 compensauit Sirletus singulari in Patrum Theatinorum sodalita-
 tem studio, acceptaque à parente gratias referre soboli voluit, e-
 rudiendæ præsertim in Hebraicis, Græcisque litteris, sacraque om-
 ni eruditione iuuctuti illius ordinis operam dedit in Quirinali do-
 mo, vbi à Pauli morte inter Patres illos aliquandiù vixit, Præceptor
 insulatus, ac victu, cultuque penè Clericus Regularis.

Pius IV. Pauli successor Sirletum, & ipse magno in pretio ha-
 buit, & quod erat ei charius, ac preciosius, sororis filium Carolum
 Cardinalem Borromæum eius fidei, ac tutelæ quodammodo com-
 misit. Qui Sirleti sanctimonia, ingenuitate, ac eruditione mirum
 in modum delectatus cum iam artium liberalium studia summo
 mentis ardore complexus esset, itaut totum quod ei à publicis ne-
 gocijs supererat temporis, illis daret, in ea ex consortio Sirleti dili-
 gentius incubuit. Ob id litterarum coetus in palatio Pontificio
 coëgit aliquoties per hebdomadam, idque vespertinis horis, quos
 ideo *Noctes Vaticanas* appellauit. A Pio IV. in Ordinem, ac Sena-
 tum Purpuratorum Principum ex Protonotario, Carolo Borro-
 mæo intercedente inuitus ascriptus, Diaconus primò, deinde
 Presbyter Cardinalis præfuit Ecclesiæ S. Laurentij in Pane, & Per-
 na. Cumque eum Pontifex lacra purpura exornaret, *Hunc, inquit,
 in Collegium adlegimus, vt quemadmodum Paulo IV. morienti
 officiosissime assistit, ita etiam suis precibus nostram adiuuet apud
 Deum ex hac vita migrationem.* Quod prælagium euentu ipso
 comprobatum est decimo post elapso mense, quo Pius IV. mortale
 carnis spoliolum reliquit, eique in vltimo agone constituto Car-
 dinales Sirletus, ac Palæottus commendationes animæ recitarunt,
 ac postmodum cum alijs Patribus iuxta soluerunt.

Tum vbi post Pij IV. obitum ad Conclauē ventum est, ac de
 successore deliberatum; agnouitque Borromæus Cardinalis clien-
 telis potens, ac præcipue partis in hac electione dux, & caput, se
 Ioanni Cardinali Morono frustra suffragari, quod ei scrutinio, vt
 aiunt, factò quatuor vota deessent, defuturaque amplius forent, si
 idem secundo tentaretur, tunc ad Gulielmi Sirleti creationem ani-
 mum transtulit, qui omnibus ferè gratus erat, maximè verò Car-
 dinali Michaëli Ghislerio, Alexandrino dicto, qui cum nil nisi Dei
 gloriam, & publica commoda spectaret, Sirletum ornando Eccle-
 sia ornari, Christianæque reipublicæ bene consultum iri affirma-
 bat. Vnde non modo studium suum Borromæo vltro pollicebatur;
 sed Patres etiam singillatim adibat, miscendoque preces, & consi-
 lia, omnium gratiam Sirleto conciliare studebat, qui tamen à Pon-
 tificatu paucis admodum votis excidit ea sola ex causa patenti,
 quamuis plurima in eum vota concurrerent; quod nonnulli dubi-
 tarent, an homo totus libris, & litterarum studijs immeritus, parūq.
 rebus gerendis exercitatus tantam negociorum molem sustinere

Cab rera-
 lo. Maria
 Toicauis
 in Elogijs
 Petramell
 Andr. Sco-
 tus, & Ant-
 Sander in
 Elogijs.
 Filiuccius
 M. Anton-
 Muret. in
 Var. lectio
 Andr. Vi-
 ctorell. in
 Addit. ad
 Ciacobiu.
 Ludouic.
 Donius de
 Atuchy in
 hist. Cardd
 Panuia. in
 Marcel. II
 Brouius in
 An. Ecol-
 Ferdin ad-
 Vghell. in
 Addit. ad
 Ciac. & in
 Ital. sacra.
 Carolus à
 Basili. Petr.
 in Vita S.
 Car. Bor-
 iof. Silos
 in Histor.
 Cler. Reg
 lo: Rho in
 Hist. Vitt.
 & Vittor.
 Aubery in
 Vita.
 Nomencl.
 Cardinal.
 Henricus
 Spondan.
 in Annal.
 Ecclesiæ.
 Hæric. AL-
 bij in Elog

exemplo sic me ipsum alloquens: mortuus in Domino; atque ob id beatum lugemus, cur non gaudamus potius? Sacro Collegio hic erat ornamento, de celo precibus suis erit subsidio; Vicario Christi seruebat fideliter, nunc seruit Domino Dominorum, coque fruitur: commoda afferebat Ecclesia Militanti laboribus, & vigilijs suis; nunc in Ecclesia Triumphanti victorie quam de se ipso, & de perennibus inimicis nostris retulit, ut equum fuerat, fructus percipit. Ne causa nostra doleamus nimis, cyciamus molliciem animi; gaudeamus potius migratione amici. & de utroque nostrum de omnibus potius, qui eius consuetudine vsi sunt, benemerit. Iusta perfolimus ut debuimus, laudationi, qua in funere est habita, interfusimus; quid restat, nisi ut ad eandem Patriam aspirmus, ad quam ipse ut credimus iam peruenit. Subsidia, qua nobis est pollicitus precum suarum apud honorum omnium largitorem Deum, in huius vita periculis tam varijs, & magnis expectemus memores documentorum, qua nobis reliquit, memoriam amici veri, tanti Cardinalis ex animo nunquam excidere patiamur nostro. Tu qui tanto magistro es vsus in sanctis Gracorum Patrum libris potissimum perlegendis, & eius consuetudine plurimos annos Te ad maximarum virtutum, quibus ipse prestabat, perpetuam imitationem effinxisti, recordatione Cardinalis Sirletus valde semper delectaberis: Ego vero, & dalelabor, & illum veluti exemplar semper habeo ante oculos. Multiplex rerum humanarum, & diuinarum scientia cum admirabili humilitate coniuncta: Historia Ecclesiastica admiranda cognitio cum perpetuo communicandi studio; sermo grauis, & eruditus, lepore, & charitate Christiana conditus: patientia summa in miserorum querelis audendis: studium in subueniendis oppressis assiduum; mirum in dissimulandis, excusandis, minuendis aliorum erratis: Rerum externarum, diuinarum in primis, & inanis gloria contemptus, lenitas animi amabilissima; cautio valde probanda, ne demeritis eius illi dominarentur: in consanguineis suis minime diuitibus ditandis digna Cardinali, & Episcopo moderatio; orandi studium cum gratiarum ad Deum actione quotidianum: hilaritas a puritate conscientie profecta: Hac omnia animo infixata sunt meo; hac semper libentissime commemorabo: Ad tantarum ipse virtutum imitationem, studia mea, cogitationes meas semper dirigam. Iacturam magna, quam anno vno Collegium sacrum Cardinalium fecit, ut alios omitterem, duorum in primis Cardinalium Borromei, & Sirletus sacris Domini Deo pietate, diligentia, industria Cardinalium, qui viuunt, quos sanctissimis suis donis in dies magis ditat, & pro sua benignitate ditabit. Haecenus Cardinalis Valerius: Nec de illo tacuit Stanislaus Cardinalis Hosius, qui illum vocat, Oraculum, ad quod recurrerent quicunque aliqua in re de Gracis litteris dubitabant, atque ob singularem virtutem, excellentemque doctrinam ad Cardinalitij honoris fastigium euectum. Et in lib. 2. de Legitimis Iudicibus rerum Ecclesiasticarum dicitur, Vir cu primis pius, & doctus, ac insigni trium linguarum peritia praeclitus. Ab Aloyfio Lippomano Episcopo. Veronenfisi in Preparatione ad Vitas sanctorum Patrum veterum, Summa eruditionis, ac doctrina mirabilis, spectata integritatis, singularisq. innocentiae. Ab Onuphrio Panunio in Marcello II. & a Brouio, Incomparabilis doctrina, & pietate praeclitus, quem Marcellus domi suae multis annis alius humanissimè. A Stanislao Rescio in Vita Cardinalis Hosij, Amplissimus Cardinalis Sirletus pietatis, & doctrina laudibus cumulatus, quae assiduo studio, & lectione pectus suam Bibliothecam, Christi effectus. A Gabutio in Vita Pij V. Sirletus non summo quidem loco natus, sed integerrima vita, castissimis moribus, summa pietate, ac multiplici eruditione praeditus; linguarum autem praesertim Hebraicae, Graecae, & Latinae cognitione omnium facile princeps. In sacrarum litterarum studio versatus, ita omnibus doctrina sua copiam fecerat, ut nemo ferme vnus reperiretur, cui charus, ac succundus non esset. A Petro Iustiniiano in Historia Veneta, Solus Sirletus qua erat singularis, & incredibilis animi modestia, Cardinalatus honorem admittere coactus est, eumque suscepit inuitus, quem alij tanto mentis nisu, & ardore ambiunt. Et à M. S. Vaticano in serie Cardinalium Pij IV. eiusdem laudes sic recententur: Guilielmus Sirletus, vir non nobilis, sed quia Latinas, litteras, & Gracas optime nosse diceretur, quique in sacrorum librorum lectione diutissime versati omnia memoria teneret, promptèque, & eloquenter ediceret, quique honestissimorum morum haberetur. Ioannes Maria Tolcanus Sirletum ob insignem trium linguarum peritiam his verbis ornat.

Magnum est Hebraeo, Graeco, Latinoque disertum

Eloquio, triplici promere sensa sono.

Maus at est, vsus quod triplex illa profanos

Responit, & soli lingua dicata Deo est.

Guilielmum verò supra omnes laudat Ianus Nicius Erythraeus in prima parte Pinacothecae sequenti elogio.

Quanta doctrina magnitudo, quantaque virtutum omnium exsuperantia, in Guilelmo Sirleto extiterit, ut cetera alia argumenta desint, ex eo manifeste perspicitur, quod sacer Purpuratorum Patrum Senatus, magni ordinis suo splendorem, ac decus accessurum existimauit, si illud ingenium, illa humanitas, illa virtus, in ipsorum numerum venisset. Quamobrem vniuersi à Pio IV. Pont.

A Max. in beneficio, & gratia postularunt, ut eum quamprimum cooptaret, nec diutius tantum bonum Collegio suo debere pateretur. Ortus est Stilis in Calabria, non summo ille quidem loco, sed honesto, atque à paruo, parentis diligentia, qui, & ipse quoque erat cupidus litterarum, omnibus ingenus, ac liberalibus doctrinis eruditus. Verum, qua erat ingenij docilitate, atque prestansia, ita exquisitam, ita perfectam, trium linguarum, quae ceteris prestare putantur, intelligentiam affectus est, ut nihil in eis sciri discere possit, quod eius notitiam effugeret. Itaque sic Hebraice, sic Graece, sic Latine loquebatur, ut in vnaquaque earum linguarum natus videretur, sic in pronunciando proprium suae cuique linguae adhibebat sonum, ut apparet, in eius oratione nativum quendam colorem esse, non artificium. Deinde assidua sanctorum Patrum lectione, longa sacrarum litterarum obseruatione, tanta diuinarum rerum scientia pectus compleuerat, ut non modo omnium principum haberetur, qui in eodem study genere totos se collocassent, sed tanquam ararium esse diceretur, ubi diuinarum disciplinarum opes omnes, diuitiaeque, tanquam vno in loco, constructae essent atque reconditae. Illud autem mirabilis fatendum est, quod summam rerum, de quibus diximus, scientiam cum incredibili morum sanctitate, utique innocentia coniunxit; ut non satis constaret, utrum ille doctior, an melior vir esset: quae res eo maiorem in illo laudem habet, quod omnibus saeculis inuenti sunt admodum pauci, in quibus vita impura, ac flagitijs omnibus inquinata, non omnem ingenij commendationem euerteret. Atque adeo omnibus Christianis virtutibus floruit, ut nihil ferme illo fuerit in eis excellentius: ac primum de eius in pauperes amore plura testimonia possemus referre; sed duobus erimus contenti, ex quibus facile conijci potest, quantum ad eorum necessitates subleuandas, apud illum ardor studij, quomodo flagrauerit. Etenim cum ex nimia in eos liberalitate omnia profudisset, neque quidquam sibi reliqui fecisset, praeter vestes quibus induebatur, pauperum vni, qui nuda brachia profererebat, detracta sibi subucula tradidit, ut se illa contegeret; alteri, quem nudis item pedibus ingredientem aspexerat, calceos, quibus tum utebatur, detulit; atque suis edixerat, ut si in erogandis elemosynis, nummi defecissent, bibliothecam suam carissimo emptam, disuenderent. Obediens vero, quam nunquam reliquerat, nec abiecerat, sum diuinis imperijs obtemperando, sum superiorum voluntati obsequendo, adeo erat diligens, ut, si quam in alijs aspexerat, in ea clamores, & admirationes efferret. Nam cum S. Philippus Nerius die quadam, una cum octo à suis domum salutatum ad eum venisset, Sirletus fellas poposcit, quibus illi se commendarent; vetuit sanctus Pater eas afferrè, ac nihil sellis esse opus ait; atque eadem opera iussit omnes circa humi sedere; quae res cum ad nutum, & voluntatem eius facta fuisset, admirans Sirletus, exclamauit, o sancta obedientiam, quantam vim habes in hominibus probis, ac relictis, praesertim si accessit studium, & disciplina? At, demissione animi quanta fuerat, quamque, cum tot virtutum laudibus abundaret, nihil de se elate, ac magnifice senserat, ex hoc uno intelligi potest, quod cum Pius IV. Amplissimorum Patrum Senatus honoris gratia, à quo emixè postulabatur ut diximus, eidem de eo Cardinali eligendo, perspicua sua consilia fecisset, restitit quantum potuit, ac ne eligeretur, elaborauit: nouo animi demissionis exemplo; id, vltro sibi oblatum, recusauit accipere, quod aliqui per ignem ferrum, petunt. Sapiens videlicet homo solus intelligebat, quanto maius esset, summos honores fastidire, quam accipere. Sed non aliam decebat Urbem quasi theatrum esse illius ingenij, praeter Urbem Romam, ut non vnus modo oppidis ciuibus, sed omnibus nationibus, ac populis spectaculo esset. Et sane, Deo ipsi fauente, accidit, ut Romam veniens, in eam domum reciperetur, non quae virtutem depressam vellet, sed quae, eandem in altum efferrè perciperet, non quae pessimis exemplis, eius notori tenebras offunderet, sed quae optima disciplina, ac sanctissimis moribus eidem lucem afferret. Etenim exceptus est in aula Cardinalis Ceruini Politiani, qui postea creatus est Pontifex, Marcelli II. nomine; à quo, si vita suppeditasset, exornatus fuisset ex suis virtutibus; sed breue tempus eius augendi, exornandique fuit; nam summus ille Pontifex morte extinctus celeris est, vix diebus undecim post eum diem, quo fuerat ad id fastigium euectus. Nec postremum tenuit locum amicitiae, & gratiae apud Paulum IV. qui Marcello successerat; à quo, & ad interiora eius consilia admittēbatur, & in recitandis horarijs precibus socius adhibebatur. Sed demum Pius IV. multis cumulatum honoribus, ad eam amplitudinem perduxit, quae summa est proxima. Nam, & Protonotarij munere decorauit, & S. Marci primum, deinde Scillacientis Ecclesiae, Episcopi iure praefecit; postremo in Amplissimum Cardinalium Collegiū adlegit; immo eum, ut diximus, angustissimo illi Senatus, sedulo postulanti, concessit. Laudatur eximie à tribus sumis viris, à Mureto, Rescio, & Lippomano. Carolus verò Card. Borromeus tanti hominem fecit, ut post auunculi mortem, summam dederit operam, quo in eius demortui locum subrogaretur. At quis est, qui non putet, cuius illud homini placere oportere, qui tantopere Borromeo probatus sit? At quo erat in pauperes amore, nunquam S. Laurentij in Pane, & Perna Ecclesiam deseruit, quae ipsi, cum Cardinalis crearetur, obtigerat, cum ad honestiores, pinguioreque transeundis facultas daretur, quod inclutus ille

B

C

D

E

F


Ciacom. Vst. Pontiff. & Card. Tom. III.

Q99 ij

Mar-

Martyr, in sublemandis Christi pauperum necessitatibus, eodem, quo ipse studio flagrasse. Multa ex Metaphrasie in Latinum sermonem conuertit, plura etiam alia doctissime scripsit, quae, cognatorum negligentia, Bibliotheca Vaticana custodys inclusa, nondum communem lucem aspexerunt. Obijt unum, ac septuaginta annos natus, ac sepultura affectus est in ea S. Laurentij Aede, quam diximus, Anno 1531.

Cabrera. Petramell. Filuucc. in Elogijs. Andr. Vistorell. in Addit. ad Ciaconiũ. Ludouic. Donius de Atuchy in hist Cardd. Iac. Aug. Thuan. in Historia. Anton. Saderus, & Hæric. Albi in Elog. Cardd. Aubery in Vita. Alexander Ledema in Vita. Ferdinand. Vghell. in Addit. ad Ciacon. & in Ital. sacra. Iac. Gadius de script. non Ecclesiast. s. secũd. Hippolyt. Marrac. in Purpura. & in Bibl. Mariana. Sfortia. Card. Palani in Historia. Cœ. Trid. Franciscus Sacentio in hist. loc. 1. Io. Petrus Giuffan. in V. S. Carol. Borromei. in Hist. Mediol.



XLV.

GABRIEL Palæottus, patre Alexandro Iureconsulto, & Senatore clarissimo, matre Gentili Volca, Bononiæ anno 1524. seu, vt habet Vghellius, ac Ledema in Vita, anno 1522. die Lunæ jv. Nonas Octobris, qui dies sacer est S. Petronio Episcopo, Bononiensium Patrono, cui in Pastoralis muneris successurus erat, natus est: A veritate aberrarunt illi, qui Gabrielis natiuitatem ad 22. Octobris diem referunt.

Sub matris cura, nam citò Alexander maritus immatura morte præreptus erat, litteris, & pietate imbutus Gabriel, in vtrisque miris fecit progressus: nam egregia indole præditus, moribus in adolescentia fulsit Angelicis; eandemque innocentia laudem, ac famam toto vitæ cursu seruauit. Studia verò bonarum artium ita complexus est, vt eloquentia, iurisque scientia florens, eam annum vix agens ætatis quartum supra vigesimum integro decennio publicè legerit summo omnium applausu, auditorumque concursu, & frequentia mirabili: inter auditores habuit Hippolytum Aldobrandinum, postea S. R. E. Cardinalem, & summum Pontificem Clementem VIII. dictum. Inde ad Ecclesiasticæ militiæ castra transiens, & maioris Ecclesiæ Bononiensis auctus sacerdotio, Vassionensem legationem, ac oblatum Maioricensem Episcopatum, admittere noluit, constanterque respuit, sciens, quantum oneris huic dignitati esset affixum. At non potuit alia Ecclesiastica munia effugere: eius siquidem pietatis, ac doctrinæ fama commotus Paulus Papa IV. qui Ecclesiæ reformationi totus intentus, viros eidem procurandæ aptos vndique venabatur, illum sacræ Romanæ Rotæ Auditorem creauit, atque ad Concilium Tridentinum misit, vbi præclara sapientiæ, ac integritatis documenta præbuit. Illius enim præter cætera partes erant, Concilij Decreta digerere, litterisque mandare; Legatos, & Principum Oratores adire, eorum consilia vitro, curoque referre, si quid esset controuersiæ de iure respondere; Amittites ad eum confluentes siue vt quærerent quid agendum, siue vt cum illo disceptantes, sententiã eius explorarent, frequenter audire; eos ad Synodum conuocare; eorumque opinionis pro constituendis Decretis conscribere, & alia huiusmodi peragere. Quare Socinus ad Romanum Pontificem de Gabriele honestissimè pericripit; hæc enim erant illius verba. *Sanctitas tua sibi persuadeat omnino, si quicquam est meum de vilo homine iudicium, existimare me, illam hunc gradum apud Palæottum nobilitate litteris, moribusque insignem optimè collocaturam.* His, aliisque Pio innotuit, fuitque acceptissimus Carolo Cardinali Borromæo: sic enim de illo scribit eius Vitæ auctor Carolus à Basilica Petri. *Consilium piorum, doctorumque virorum, quoddam sibi constituerat, in quo de rebus conscientia consultaret; sed Gabrielem Palæottum in primis tunc ex Senatoribus, quos Roma dicitur Auditores, postea verò Cardinalem ab ipso Pio creatum adhibebat; quem virum ob doctrinam, pietatem, & Ecclesiasticæ administrationis insignem vsum plurimi semper fecit.*

Vnde nil mirum si ab eodem Pontifice Pio in album Cardinalium sit relatus, ac Presbyterali titulo S. S. Nerei, & Achillei decoratus. A Pio V. anno salutis 1566. ad Bononiensem cathedram assumptus, statim Pastoralis munus obiturus, ex præscripto Concilij Tridentini Bononiam concessit, vt ipsemet testatur in Præfatione ad librum suũ de Bononiensis Ecclesiæ administratione his verbis. *Notiss filij charissimi, quo primum tempore Episcopi renunciati fuimus, nullam fere nos moram interposuisse, quam ad desponsata nobis Ecclesia complexum, Pastoralisque illius curæ functiones obeundas properaremus. Cumque singulari Dei benignitate nobis liceret viginti fere annorum spatio apud vos libenti animo permanere. Varsa interim munia pro tenui virili nostra ex ipsius Episcopalis officij ratione exercensibus, erat sane illud animo profusus defixum, reliquumque peregrinationis nostræ cursum vobiscum absolueret. Factum est tamen, vt cum superioribus annis inter sex seniores Cardinales summo Pontifici Assistentes ex veteri S. R. E. instituto cooptati essemus, & sedi Apostolicæ operam nostram quæcunq. nauare suberemur, inde vstra nostræ cursum mutare coacti sumus; ita vt modò in Vrbe, modo Bononiæ quantum oporteret, permittente summo Pontifice, ex eo tempore nobis fuerit comorandũ.*

A Inter cætera quæ ab Oecumenico Concilio ad restituendam Ecclesiasticam disciplinam integritatem, morumque sanctimoniam inducendam, sanctissimè constituta fuere, illud quam maximè salutare extat, vt quotannis, si fieri possit, Diocesana Synodus conuocetur, ea nimirum mente, eoque consilio, vt ad ipsam conuenientes, quibus animatum cura est concredita in confirmanda, restituendaque morum disciplina, à se ipsis primùm exordiantur: tum quidquid consilij, & operæ possint ad ouium morbos curandos, tuendamque Ecclesiastici corporis incolumitatem afferant. Quam Gabriel potissimùm consilij rationem ad Episcopatus fastigium recenter euectus sibi in eundam existimauit. Cum autem virtutum omnium, atque adeo actionum fundamentum fidem esse non ignoret, ab eiusmodi fundamento Synodum consergere par esse iudicauit; fidem ergo professi sunt quicumque ad eam Synodum conuenerant. Multa de Sacramentis ritè administrandis ordinauit; plurima de Clericorum disciplina, ac Rectorum sollicitudine dixit; iussitque de Christiana doctrina vbique à Parochis edocenda, docendique ratione regulas saluberrimas præfinit. Instituit Congregationes, seu Sodalitates duas, virorum vnã, alteram mulierum, modestiæ, ac pietatis laude præstantium, quorum opera, & labore præceptis ad salutem consequendam necessarii pueri, puellæque imbuerentur. Vtramque varijs Apostolicæ Indulgentiæ præmijs, amplisque decretis Pius V. & Gregorius XIII. Romani Pontifices auxerunt; Gabriel verò peculiaribus institutionis documentis diligenter instruxit, ne fructus pietatis, qui inde colliguntur vberissimi, si ordine caruissent, aliqua ex parte minuerentur. Cum autem Bononia in quatuor sit diuisa regiones, in earum singulis quina Templâ puerorum scholis, quinque puellis attribuit; quadraginta igitur scholæ erant, in quas diuidebantur omnes pueri, & puellæ, quæ decimum quartum non excederet annum. Atque vt rectè omnia gererentur, quotannis ex toto Congregationis corpore Rector eligebatur, cui duodecim socij adscribebantur, qui omnes vniuersis præficerent scholis: Sexcenti erant, & amplius administri, qui edocendæ plebi operam sedulo præstabant suam. Cum verò Bononia litterarum cultoribus, potissimùm adolescentibus affluat, vt ijs præsertim cõsuleret Palæottus, curauit, vt Christianæ doctrinæ libellus non solum conscriptus vulgari sermone ederetur in lucem, sed etiam in latinum à Carolo Sigonio insigni eruditionis viro verteretur. Seminarium pro Clericis educandis Bononiæ excitauit. Cum verò multæ apud populum Bononiensem diuini cultus irrepsissent corruptelæ, ac in primis festorum dierum obseruatio negligenteret, id Palæottus ægerimè ferens, varia edicta, eaque minarum plena euulgauit; & crebris vsurpabat sermionibus, reddenda esse, *Quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo,* & cœlestium beneficiorum pensum, veluti quoddam omni iure à nobis, supernis tantum vacantibus rebus, esse soluendum. Vt autem frequens populus ad orandum conueniret, plurimas Ecclesias ad publicam orationem habendam, quasi per circulum designauerat, ac sacram Eucharistiam ad quadraginta horarum spatium exponi iusserat. Verum ne pascendi gregis pretioso potissimùm corpore, & sanguine Christi, partes suæ vilo vnquam tempore desiderarentur, aures à matutinis horis ad Missam vique pœnitentibus mira patientia præbebat, ac vulgata generali communione sacram synaxim ad multas horas suis iple manibus distribuerebat. Plures Confratrum societates erexit non ignarus ex ijs quam plurima, eaque ingentia bona promanare. Adolescentibus quoque Bononiæ, studiorum causa commorantibus, ne à recta viuendi ratione deflecerent, sodalitates Perseuerantiæ aperuit, in quibusdam indictis legibus, non modò Sacramentorum vltus vigeat, sed feruoris disciplinæ monumenta quamplurima conspicerentur. Diuinarum cultum officiorum, quem inuenit non mediocriter diminutum, ituduit pro viribus restituere, præcipuè in Templo maximo; vt cæteræ Ecclesiæ ad eius exemplum componerentur. Pro voto vt res caderet, ad matutinas ipse vigilas primus in Odèu pergebat, neque vespertarum psalmodiam diebus prætermittebat: nitorem rerum Ecclesiasticarum in vrbis Ecclesijs, & in diocesi procurauit. In annonæ caritate horreum suum pauperibus aperuit, triticum dispensauit, & quicquid opis, subsidijque desiderare pauperes in ea annonæ caritate visa est, libenter tribuit. Neque verò in Bononiensis agri incolas modo, sed benignissimè miserorum parens in exteros etiam, qui, & liberalitatis fama, & corporum fame trahebantur, hoc beneficium liberaliter conferebat. Nullum erat religiosorum Cœnobium, nullum Monialium Conclauè, nullum puellarum Asceterium, cui ab inopia subleuando summam non ille opem, non operam collocaret. Xenodochia frequenter inuisebat, & apertis vtriusque munificentia valuis, humano, diuinoque subsidio ijs opitulabatur: calamitosos quosdam homines non modò certis attributis sumptibus, & ædibus alebat, vestiebatque; sed sua identidem præsentia, alloquio, ministrandi quoque officio solabatur. Stipem rogandi dabat, quod quæranti dexteræ sese offererebat primùm, indignum ratus tam circumspectam inire cum miseris rationem. Ab Oeconomo non semel est admonitus, ne in alios nimis effusus, sibi, suisque deesset; verum Deo ille fretus, angustum eius animum reprehendens, annonam miseris duplicabat. Quempiam si fortè inaudisset bonis natalibus virum, à cœlu tamen

deiectum in sordibus vitam trahere, fidos, ac solertes operis ad-
 ministros immittere consuevit, qui nocturnis vrentes insidijs, nul-
 lo strepitu opem misero ferrent. Quidam vir probus nunciauerat
 Cardinali, puellam ob egestatem paratam esse pudicitia fortunam
 redimere; commiseratione commotus Gabriel collata liberaliter
 pecunia, eam honestè dotauit, rogauitque castum hominem, ne
 si res exposceret, suis auribus parceret. Paulo post alias magna la-
 borantes pauperie, de prostitutione cogitare indicauit elegantem
 formam in malam famam commutaturus. Continuo detractam
 auri, atque argenti vim ingentem, non selectam, non numeratam
 in eius ingessit manus, vt alienæ consuleret castimonia. Excusanti
 aliquando huic frequentiam officiorum, quæ pro alijs adhiberet,
 respondit: ne queso hæc mihi subijcias, cui nihil optabilius con-
 tingere potest, quam de alijs benemereri. Caupones serio monue-
 rat, vt si forte ad eos peregrini, pauperesque Sacerdotes diuertif-
 sent, ad Episcopale palatium transmitterent, vbi comiter excepti
 prompta statim omnia habebant, quæ recreando corpori itineris
 laboribus fatigato domus amica reperire consuevit. Congregatio-
 nem, quæ ex nobilibus viris, ac pijs ciuibus coalescebat, instituit,
 eamq. appellari voluit nomine Infirmariorum: hæc autem in eam
 potissimum incumbere curam, vt illorum subleuaretur pauper-
 tas, qui cum se domi, vt vel puellas, vel ægros custodirent, con-
 tinere cogentur, victum sibi, suisque comparare, vel elemoly-
 nas ostiatim queritare nequibant. Anxius quoque erat, ne quid
 ægrotantium familiarium vlli deesset: Medici illis, serui, pharmaca,
 resque preciosæ, quas vel Natura concessit, vel Ars ad arcendam
 mortem inuenit, non deerant; ipseq. herus ægrorum cubilibus as-
 sidens, vultus sui serenitate, quæ vel inter mortis nubes emica-
 bat, tristem annorum caliginem dispellebat. Accersebantur præter
 eos, qui in promptu erant viri medicæ artis peritissimi, nihilque
 intentatum relinquebatur, quod vel infirmorum saluti conduce-
 ret, vel Palæotti foret consentaneum generositati; planè vt ambi-
 gendum sit, felices ne dixerim affectas, quibus ægrotare contigit.
 Hæc autem amoris officia non modò præstabantur ijs, qui latera
 Cardinalis cingebant, verum etiam alijs inferioribus seruis, qui nõ
 tantum eadem habebantur munificentia, sed vxoribus, ac filijs ali-
 menta erogabantur, quæ affixus lectulo maritus, paterue suppeditare
 non posset. Si conualuissent, aliquandiu eos domi sine nego-
 cio, vel labore morari iubebat, donec pristinas vires recuperasset:
 postea verò quæ sita alicuius rei specie, vel aperta recreationis cau-
 sa eos mittebat ad villam aliquam. Quod si post longas eiusmodi
 curationes, atque tentata liberaliter omnia ægrotatio mors accidif-
 set, sacrum Viaticum, animæ commendationem, & cætera officia,
 quibus animam agens confirmari solet, ipse exequabatur. Cæterum
 filij, nepotesue eorum familiarium, qui è viuis benemeriti exce-
 sissent, quandoque sacerdotijs ornabantur, vt satis hac ratione fie-
 ret defunctorum meritis, ac virtutibus. Ijs verò, qui Ecclesiasticæ
 munificentia haud capaces erant, tum congrua sæpe ampla da-
 bat, tum alia emolumenta decernebat, nunquam beneficiando suis
 fatiatus. Hanc clementiam comitabatur par seueritas, vbi sui vitijs
 inquinati reperti essent, eos è familia dimittens. Volebat domum
 suam ijs tantum constare ministris, qui virtutum exemplo popu-
 lis prælucere, eoque ad honestatem amplectendam excitarent.

Sub Gregorio XIII. Iubilæum Bononiensibus indultum sum-
 ma religione indixit, & celebrauit; eiusque rei memoriam in Ca-
 thedrali, hac inscriptione marmori incisa extare voluit.

**ANNO SALVTIS MDLXXVI. IVBILÆO
 A GREGORIO XIII. PONT. MAX. CIVE BONON.
 PER GABRIELEM CARDINALEM PALÆOTTVM
 EPISCOPVM ET CIVEM BONONIENSEM INDICTO!**

Ciuitas Bononiensis repente in studium religionis, pietatisque
 conuersa, obsecratione per urbem ab omnibus sacris, ac profanis
 ordinibus præscribente, ac præsertim cum Magistratibus Episco-
 po habita, subinde viritum, vicarum, collegiatum, ac pacatim instru-
 cta sub proprijs vexillis supplicatione hoc ordine per quinque
 menses ad quatuor Tempa ab ipso Episcopo constituta, memora-
 bili in posterum Christianæ sanctitatis exemplo processit. Ex san-
 ctorum Nerei, & Achillei titulo, ad alium S. S. Ioannis, & Pauli a-
 lias Pammachij; ac sub Gregorio XIII. ad alium S. Martini in mon-
 tibus, seu Equitij; & sub Sixto V. ad S. Laurentij in Lucina gradum
 fecit. Congregationi Rituum eodem Sixto sedente præpositus est:
 at cum Gregorius XIII. Bononiensem Ecclesiam in Metropolita-
 nam erexisset, Gabriel primus hoc honore potitus est anno salutis
 1582. moxq. Pallio decoratus, die B. Virginis Annunciatæ sacro,
 tanquam Archiepiscopus primum sacrum fecit in Ecclesia sua.
 Maronitarum gessit clientelam apud Romanum Pontificem: Episcopus
 ab anno 1589. vsq. ad 1591. rexit Albanensem Ecclesiam;
 cumq. in ea Synodum celebrasset, ad Sabinensem transfijt.

Interfuit translationi corporis S. Ioannis cognomento Boni,
 Mediolanensis Archiepiscopi à Carolo Borromæo solemnè ritu,
 ac pompa Mediolani factæ, cui, & in administrando Confirmatio-
 nis sacramento piè cooperatus aliquando legitur, & vnà cum eo
 Taurinum ad sacrosanctam Sindonem, quæ ibi religiosè seruatur,
 & colitur, peregrinatus fuisse, eiusdemque rogatu in ipsa Medio-
 lanensi Synodo latino sermone concionem habuisse, tum etiam

vulgari idiomate Nouariæ, ac Vercellis, vt pluribus refert idem,
 qui supra Carolus à Basilica Petri: qui, & ait fuisse Gabrielem S. Ca-
 roli virtutum, continuorumque laborum in Apostolicæ vitæ fun-
 ctionibus simul admiratorem, testem, præconem, collegam, parti-
 cipem, ac imitatorum fidelissimum, atque in sacris concionibus
 ab ipsis Cardinalibus puta Borromæo, & Palæotto Taurini, & ali-
 bi factis populos istos mira delectatione, gaudioq. spiritali reple-
 tos, dum Præsules amplissimos è sacro pulpito verba facientes audi-
 de contemplabantur, temporum suorum felicitatem sibi mutuo
 gratulantes.

Sixti V. tempore Bononiæ Synodum habuit Præsulum suæ provin-
 ciæ, à quo Pontifice Congregationi sacrorum Rituum, alijsq. maio-
 ris momenti negocijs est adhibitus; atq. in eiusdem Comitibus Pon-
 tificatu dignus est habitus, ac inter eos numeratus, & recensitus,
 qui sacro Collegio proponerentur ad capessendas Ecclesiæ vni-
 uersalis habenas. Multo verò amplius in Conclauis, vt vocant Gre-
 gorij XIV. in quo vnico tantum suffragio minus ad Pontificatû dig-
 nitatis culmen, ac fastigium proximè accessit: rem narrat Anto-
 nius Ciccarellus his verbis. *Hispani inuisio, & quidem cum magna
 dexteritate, & vehementia urgebant electionem Palæotti Car-
 dinalis, egregijs præditi virtutibus, strenuis, & magni meriti in quo
 omnes erant qualitates, quæ in ijs requiri solent, qui Petri Pallio
 vestendi sunt. Sed causa illius videbatur ardua eo quod Cardina-
 les quosdam habebat minus sibi propitios, nihilominus parum ab-
 erratum, quin die quadam electus fuisset; imò tam certi quidam
 huius electionis in Conclauis esse videbantur, vt nonnulli Concla-
 uista aurum, argentumque, & alia bona magni precij suorum Do-
 minorum in tutum reposerint. Sed, & per Urbem tam constans
 erat fama, Palæottum Pontificem creatum, vt multis locis eius
 insignia cum clauibus, & regno Pontificio erigerentur: in omnem
 quoque plagam veredarij mittebantur, qui nouam hanc electionem
 nunciarent. Erat maximus populû concursus ad S. Petrum, vt
 nouum Pontificem Palæottum viderent: quid multis? in Eccle-
 sia S. Petri, in quam nouus Pontifex mox à creatione descendit,
 omnia iam erant preparata quæ ad huius actus solemnitatem re-
 quirebantur. Canonici, & reliquis Clerus stabant in ordine expe-
 ctantes, vt nouum Pontificem exciperent honorificè. Cum itaque
 mane sacrum esset peractum, Cardinales cœperunt scrutinium fa-
 cere, & Palæottus habuit in scrutinio vota septendecim: deinde
 peruenit ad accessus, quibus hætenus nondum vsi erant. Pri-
 mus, qui accessit, fuit Cardinalis Gesualdus, quem mox alij, & alij
 subsecuti sunt; ita ut accedentium numerus ad quatuordecim per-
 uenerit. Intererat quædam morula, nec iam plures accessuros ple-
 rique arbitrabantur; sed mox decimum quintum accessum dedit
 Cardinalis Simoncellus: erant itaque vota triginta duo: fuerunt
 nonnulli, quod si adhuc vnum additum esset, in tuto fuisset eius
 electio; alios enim duos aiunt fuisse, qui trigessimum quartum, &
 quintum dedissent, quibus si proprium accessisset, iam numerus, qui
 ad electionem Pontificis requiritur, plenus fuisset. Expectabatur
 aliquandiu nouus accessus, sed cum nullus fieret, surrexerunt qui-
 dam Cardinales, & ianuam Sacelli, in quo scrutinium fiebat, ape-
 riri mandarunt: hoc modo actus ille terminatus est. Non obsta-
 tibus his, sub vespere Palæotti causa ventilabatur, si forte in se-
 quentis diei scrutinio duo ista vota, quæ deerant accederent; sed,
 & sæpe cogitatum iam erat de Cardinale SS. Quatuor Coro-
 natorum, videlicet Ioanne Antonio Fachineto, qui postea fuit In-
 nocentius IX.*

Hominum beneuolentiam sibi conciliare nunquam curauerat;
 non enim summam Sacerdotij dignitatem ab illa, sed à diuina pro-
 uidentia deferri aiebat: quare tanta animi tranquillitate illà à Pon-
 tificatu repulsam perulit, vt suffragium suum illis ipsis, qui ei con-
 tradixerant, dare non dubitauerit. Super librorum prohibitorum
 Indicem à Gregorio XIII. deputatus, à Gregorio XIV. inter eos
 Cardinales, qui quibusdam Pontificijs diplomatibus reformandis
 præerant, annumeratus; à Clemente VIII. ad B. Hyacinthi Poloni
 ordinis Prædicatorum Vitam, antequam in sanctorum numerum
 reponeretur, examinandam electus, in dicenda sententia liberum
 pariter, ac modestum religionis propugnatorum indefessum semper
 le gessit.

At calculi dolor, quo sæpissimè tentabatur Gabriel tam vehe-
 menter sauire cœpit anno 1597. vt præter febris accessum, incre-
 dibili laboraret siti, semperque vigilaret. Tertio ægritudinis men-
 se, morbo quotidie magis, ac magis ingrauescente, factis varijs con-
 sultationibus de eius salute actum edixere Medici. Re à Palæotto
 cognita, quæ ad extremum diem rectè obeundum pertinerent, piè
 transigebat. Sub finem vitæ, antequam sacram sibi adhiberi vni-
 ctionem iuberet, familiaribus astantibus, iidemq. ad mortum dis-
 ciplinam rectè colendam, ad amorem Dei conseruandum, inte-
 gris sensibus excitatis, huiusmodi protulit verba. *Morior non la-
 boribus confectus, neque remedijs destitutus, sed quòd hora aduenit
 mea: denuò personam Episcopi à Pio impostam, non à me quæsi-
 tam, hac mea si opus esset, tenuitate sustinerem: non me deseruit
 studium augenda religionis; an deseruissem ego susceptæ causæ igno-
 ro. Vos si aliqua forte offendissem ratione queso ignoscite im-
 becillitati mee; surgia ponite, si qua animos occupauerit: preces*

pro me fundite eo potissimum tempore, quo è vniuersis emigrabo. Tum ea Christi Cruci affixi imagine, quam præ manibus habebat, singulis ad optimi parentis charos amplexus accedentibus magno animi sensu benedixit. Tandem cum omnes corporis partes præ dolore obtupescerent, integra mente placidissime animam Deo reddidit anno reparatae salutis 1597. ætatis verò suæ 75. xj. Kalendaris Augusti; cuius corpus ad tempus in Templo S. Ioannis Euangelistæ nationis Bononiensis Romæ depositum, translatum, est inde Bononiam, ac in maiori Ecclesia conditum, atque in sepulchrum illatum, quod ipse viuens sine villa factus nota simplici figura posuerat, lapidi, quemadmodum ipse iusserat, inscriptum est.

HIC IACET CORPVS GABRIELIS PALÆOTTI
S. R. E. CARD. ARCHIEPISCOPI BONONIÆ PRIMI
CVIVS ANIMA REQUIESCAT IN PACE.

Carolus Caprara Bononiensis funebri Oratione parentauit in eiuſdem Gabrielis exequijs, Bononiæ ad circumfusionem popului, atque in primis ad vniuersos Magistratus laudationem habuit. Æmilius Luchinus. Hæredem ex asse instituit Ecclesiam Bononiensem, ac Bibliothecam, quæ ingenti selectorum librorum numero celebris erat, in ædibus Archiepiscopalibus expositam ad publicum Canonicorum, & Cleri vltim custodiri mandauit. Quædam legata ad gratiam referendam, atque ad honestè collocandas qualdam pauperes ex Palæotta gente puellas, plurimæque alia ad pias causas constituit. Sacello B. Virginis à se Bononiæ fundato, omnem penitus ornatum Pontificium, ac Candelabra, & Crucem, aliaque Vasa argentea reliquit. Agnatorum autem nullam habens rationem, quædam tantum aulæ ad ornandam hospitiij aulam fabricata Galeatio nepoti assignauit. Suxæ mentis executores Federicum Borromæum, & Guidonem Sepulum Cardinales nominauit.

Maphæus Barberinus Cardinalis, postea VRBANVS VIII. Palæotti obitum defleuit sequenti carmine ad Antonium Gigantem familiarem misit.

*Dum, mi doctè GIGAS, te propè mania
Vrbis Felsinæ ruris in angulo
A curis vacuum desinet otio
Musarum, vitreis Rhenus aquis fluens;
Eheu Roma gemens quàm fera funera
Cogit me miserum cernere! quàm grauis
Nunc me pena premit, quos dolor occupat
Antique GABRIEL gloria FELSINÆ,
Et Patrum columen, quos sacra Purpura
Exornat, cecidit flebilis omnibus.
Quanto Christiadum publica res caret,
Et quo presidio quem senis optimi
Mores ingenii, puraque sanctitas,
Quem sincera fides pectoris integri,
Virtus, quæ tenax rebus in arduis
Mentis consilium, & copia diuisis
Lingua, quem celebres ingenij latens
Fætus? hunc querula munere nania
Non fraudare queas: quin tibi plurimum
Dilectis meritis ducere Præfatis
Laudes cogit amor. Post cineres quoquæ,
Non fallor, Domum tu colis. aggredi
Hoc quis possit opus? quem deceat magis,
Quàm te, cui GABRIEL deditis vnicè
Qui vs Puerij carminis, & lyra
In lucem reuocas fluctibus obrutos
Lethæis? rursus nobilis incola
Celi nunc GABRIEL præmia percipit
Vera; & quod posita est meta laboribus.
Letatur; fera non amplius impetet
Illius, quæ miseris discruciet modis
Febris; non lateris corripiet dolor:
Non fratrum interitum cornes: & integram
Carpet lætitiâ, quàm neque toxica,
Nec strictus gladius nec metus horridi
Belli turbet, & hic quæ mala plurima,
Casusquæ ancipites omnibus imminet,
Quos vulgus fatuum non bene iudicat
Felicis. etenim vna potentium
Est regale epulum, sed puer à scyphis
Circumferi patetam sollicitudinum:
Felix, cui cyathos parcius ingerit.*

Laudatus est passim à multis, & primùm quidem à Greg. XIII. in litteris, quibus Bononiensem Ecclesiam in Metropolitanam erexit: in illis enim curam, & sollicitudinè huius Cardinalis in gloria Dei, saluteque animarum procuranda commendat. Petramelarios, atque ex illo Cabreta, Indolem hominis egregiam, moresequæ angelicos predicant. Ab alijs dicitur, Genere nobilis, sed virtute, doctrina, & rebus gestis illustrior, dicendi arte, & legali scientia florentissimus: ob vitæ exemplum, iustitiam, & doctrinam laudem Cardinalis à Pio IV. creatus: Princeps in dicenda sententia liber

pariter, ac modestus, religionis propugnator indefessus, ordinis Senatorij splendor, & Curia totius ornamentum. A Thoma Bozio de Signis Ecclesiæ, Omnium virtutum genere excellentissimus, neque satis unquam laudatus. A Marco Antonio Ciappa in Vita Gregorij XIII. Singulari litteratura, experientia, ac sanctitate, visa clarus. A Ciccarello in Vita Greg. XIV. Gabriel magni moris Cardinalis, & egregius virtutibus præditus, siquæ dotibus præfulgens, quæ in ijs requiruntur, qui ad B. Petri sede assumunt, ac debent. A Ferdinando Vghello in serie Archiepiscoporum Bononiensium, Dignus, ex cuius Præfatu Bononia tantæ ciuitatis sibi putet ad perennem atem incomparabile decus accessisse, & cuius spectatam religionem, animi pietatem, litterarum scientiam, summo Bononia, tum alijs in locis restatur publica, aterna, ac immemorabile monumenta. Ac demum ab Henrico Spondano, Genere, moribus, ac scientijs ornatisissimus, scriptis, ac pie gestis illustris, quæque iustitia, pietate, eruditione, ac eloquentia floruit, & plenus dierum, ac meritum obdormiuit in Domino. Multa quoque extant D. Caroli Borromæi testimonia, quæ eidem Palæotto multum tribuunt, ac præcipuè illud: Illustrissimus Cardinalis Palæotti, quæ pro eo, quo tenetur, amplificanda Ecclesiasticæ discipline desiderio, ad solemnem translationem litteris nostris inuitatus, amplissima auctoritate sua, & virtutum maximarum, quæ in eo elucet, splendore illam collustrauit, singulari pietate commoti. In M. S. Bibliotheca Vaticanæ hoc Gabrielis elogium legi in serie Cardinalium Pij IV. Gabriel Palæottus Bononiensis, annorum 40, qui Rote Audistorem cum doctrina, & integritatis laude agebat. Sed omnia illius præclare gesta, laudesque omnes breui compendio complectitur, ac perstringit Augustinus Brunus Iuris vtriusque Doctor, & Cardinali ab Epistolis, in sequenti inscriptione funebri, ac panegyrica, quam in maiori Templo Sabinensis Ecclesiæ, quam, vt diximus, rexit, eius cœnotaphio, seu mausoleo apposuit.

DEO. OPT. MAX.
ET MEMORIÆ

GABRIELIS PALÆOTTI S. R. E. CARDINALIS, Episcopi Sabinensis, qui Palæottam Familiam veteri, & patritia nobilitate Bononiæ in signem, præclarissimarum virtutum splendore illustrauit; in patria, & pro patria munera ciuis optimi obiuit. A PAVLO IV. Pont. Max. Romæ inter Auditores Rotæ adscriptus. A PIO IV. ad Concilium Tridentinum missus sua doctrina, & sapientia fidei Catholicæ grauisima negocia plurimum iuuit; Cardinalis ab eodem Pontifice creatus. A PIO V. Ecclesiæ Bononiensis Administratione suscepta. A GREGORIO XIII. eiuſdem Ecclesiæ Archiepiscopi dignitate decoratus, mores singulari charitatis, & prudentiæ exemplo reformauit: Clericalis vitæ rationem sanctissimis institutis imbuit. Sacras Ædes instaurauit, atque exornauit, loca pia auxit, ditauitque. Primum Concilium Prouinciale celebrauit. Inter sex Seniores Cardinales Assistentes Summo Pontifici ascitus. A SIXTO V. Episcopus Sabinensis, Seminario Sabinensi in hac Ciuitate fundato, atque erecto, & amplificato Diuino cultu Synodis Annuis, visitationibus, & perpetua Pastoralis vigilantia Dicecesim hanc optima disciplina instruxit. Longitudine dierum repletus, onera Episcopatus, & Cardinalatus æqua lance sustinens, constantia, atque integritate admirabili, ad Christianam Rempubliam propagandam, scriptis, consilijs, & pietate assidue intentus, obdormiuit in Domino x. Kal. Aug. 1597.

Vixit Annos Menses ... Dies ... Augustinus Brunus Romanus, intima, ac familiari seruitute beneficentissimo Patrono, & Principi optimè merito deuinctus, dum ob curam sibi ab eo demandatam regiminis, huius Dicecesis, eius postremo colloquio interesse non potest, hoc qualescunq; iacturæ incomparabilis, ac tempore angustia concessere, grati animi monumentum posuit.

Est hæc eiuſdem Gabrielis memoria in Academia Bononiensi.
*Quod radijs veluti Sol effulgentibus Ostro
Quem Regis, illustras hunc PALÆOTTE Chorom
Ecce opus alterius tibi nunc consacrat Apollo
Cor patriam insigne, & nomina tellæ genus
M D L X X V I.
M. D. LEONARDO CASANO SARZANEN. INCOEPTVM
M D L X X V I I.
M. D. HECTOR COT. A PLACENTINO COMPLETVM
PRIORIBVS.
In eadem Academia.*

GABRIELI PALÆOTTO
S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO
Episc. Bonon. quem postremò suum sibi præcipuum protectorem Lucio Scarano Priore Vniuersitatis Philosophorum, & Medicorum ascitui: ob egregiam ipsius in hunc ordinem voluntatem, & suscepti patrocinij memoriam Consiliarij publici; Lucio Scarano, & Nicolao de Cruce Prioribus anno

post

post humanum recuperatum genus MDLXXVI.
 Lucius Scaranus Brundulinus, & Nicolaus de Cruce anno-
 nis, vtriusque Vniuersitatis Philosophorum, ac Medicorum
 Priores, eiusdem anni Confiliorum insignia, vt aliqua ex-
 taret eorum probitatis, & rei bene gestae memoria, publico
 aere hic statuenda censuerunt, curaruntque.

Meminit eiusdem Cardinalis Palzotti Vincentius Robardus
 in gestis Sixti V. Pontificis maximi hoc epigrammate.

*Flebat Aristidem patrijs Astra fugarum
 Sedibus, indignis facta seueris modis:
 Cum Pater omnipotens flentem miseratus, Amico
 Ore dedit nata talia verba sua.
 Pone modum lachrymis, teque isto solue dolore,
 Subueniam votis optima nata tuis.
 Vixit in Ansonia Caelo PALAOTTVS Alumnus,
 Qui Terris iterum iura fidemque dabit.
 Digna Deo rutilant illi sub pectore dona
 Cuius in illius pectore iura latent.
 Dixit; at illa suo gaudens Genitore, reduxit
 Legibus orbatu te PALAOTTÆ solo.*

Scriptit Gabriel Diatribam de Nothis, & Spurijs, à doctis val-
 de probatam. De Sacris, ac Profanis Imaginibus libros duos non
 vulgaris eruditionis. De Confilioribus Consultationibus libri,
 quem trigesimo anno ab accepta purpura sacro Cardinalium Col-
 legio dicauit. Opusculum de Bono Senectutis, in S. Philippi Ne-
 rij gratiam, quam habuit ab arcanis conscientiae, compositum,
 atque vulgatum.

Ac deniq. Opus illud insigne, quod Archiepiscopale Bononien-
 se nuncupauit, omnium summam continens, quae ad rectam vni-
 uersaeque Dioecesis gubernationem desiderari posse videtur.

Edidit etiam Episcoporum Bononiensium Catalogum, teste
 Francisco Augustino ab Ecclesia in sua Pedemontanae regionis
 Chronologica Historia.

Scriptit praeterea, Nomenclatore Cardinalium teste, Decisiones
 Rotae: Acta Concilij Tridentini nondum edita: De Coelibatu Sa-
 cerdotum; ac Sermones; & Epistolas: Inter Sermones, est ille,
 quem apud Magistratum, & Senatores Bononienses de Virgine
 Annuntiata habuit, Bononiensis Senatus iussu tunc in lucem editus.

Reperitur inter Epistolas Cardinalis Sadoleti quaedam ad Pa-
 laortum nostrum, in qua responderet Consolatoriae alteri ab illo
 scriptae super obitu Cardinalis Bembi, in qua ipsius Palzotti in-
 genium, ac familiam sic laudauit.

*Accepi litteras tuas, testes cum eius ingenij quod ego in te sum-
 mum esse audio: tum etiam officij, atq. amoris, quem erga optimū,
 & clarissimum virum mortuum, quemque in me ipsum habere te
 ostendis: quorum utrumque nequaquam mihi quidem praeter opi-
 nionem accidit. Cognoui enim semper vestram familiam cum
 ingenij, & litterarum laudibus, tum probitate, & in amicis obser-
 uantia, in ista Civitate facile excellere. Quae penè propria, & do-
 mestica ornamenta cui generis in te ipso non relatum solum, sed et-
 iam cumulatam iri confido, atq. opto. Quod autem scribis in lit-
 teris tuis, te arbitrari, collegam meum, vel fratris charissimi potius
 Petri Bembi Cardinalis, importuna morte me grauius afflictum,
 & prostratum sacere: non fallis in eo te opinio tua. Nihil enim
 mihi potuit enenire acerbius, quam diuelli ab eo, cuius ego amici-
 tiam fraternamque coniunctionem quatuor, & quinquaginta an-
 nos inuolatam tenueram: quem propter ipsius praestantissimas vir-
 tutes, summamque humanitatem, probitatem, suauitatem, singula-
 ri quodam, & penè inaudito amore prosequabar: quo cum etiam
 omnibus, & studiorum eorundem, & voluntatum, tam in familia-
 ritate, & consuetudine nostra, quam in ipsa Republica vinculis, &
 necessitudinibus astrictus: ut eo mihi nunc crepto, solus planè, & ab
 omnibus mihi desertus esse videar. Ex quo non possum non dolere
 casum meum. Nam illum quidem lugere non esset fas. Caue enim
 putes quoniam vnquam vlla in gente, vlllo tempore, vixisset am-
 beatè, quam Petrus Bembs est mortuus, siue diuina in eum bene-
 uolentiae indicia spectemur siue humana. Quae magna quidem mi-
 hi est consolatio: sed nequaquam ad huc mærori meo par. Verum
 dabimus operam, quoad Deo adiutore poterimus, ut dolorem mi-
 nuamus, qui est imbecillitatis: memoriam autem talis viri, id quod
 ad fidem amicitiae, & ad illius virtutum gratiam commemoratio-
 nem pertinet, assiduam retineamus. Tu mi Paleote perge, ut capi-
 sti, atque ita te confirma, ut ei expectationi, quae magna de te con-
 citata est, speique tuorum cumulatè satisfacias. Fratribus tuis hu-
 manissimis, ac suauissimis, Galeatio, Camillo, & Astori, plurimam
 à me dic salutem. Vale. Romae, 5. Nonas Febr. 1547.*

Est etiam ad Gabrielem Cardinalem Iusti Lipsij Epistola 44.
 plures Petri Victorij, ac Tolomæi.

Thomas Bozius tomum primum de Signis Ecclesiae; & Caro-
 lus Sigonius librum de Bononiensibus Episcopis; Mutius Tosca-
 nus Apparatum exequiarum factum in funere Cardinalis Alexan-
 dri Farnesij à Collegio Ancharano D. Dominici Bononiae, Car-
 dinali Palzotto inscripserunt.

Est autem pietatis argumentū haud mediocre, quod ab actuo-
 se vitae muneribus, ad ocium lacrum contemplatricis Mariae ali-
 quando transiens pergebat ad Eremum Camaldulensem in asper-
 timis Hetruriae iugis sitam, in qua, & hospitium, seu ampliorem
 cellulam S. Petronio sacram extruxit sibi, & suis successoribus; in
 cuius fronte, ac lumine posita est haec epigraphae.

*GABRIEL PALAOTTVS S.R.E. CARDINALIS
 Tit. S. Martini in Montibus Archiepiscopus Bononiensis
 primus, ob suum religionis affectum erga sacram Eremum
 Camalduli prius à se visitatam, Cellam hanc in honorem
 S. Petronij Episcopi, & Protectors Bononiensis, ad perpe-
 tuum Archiepiscoporum Bononiensium usum, qui pietatis
 causa huc diuerterint, Monachis pio eius desiderio benigne
 assensentibus faciendum curauit.
 Anno MDLXXXIV.*

Humanis igitur, ac diuinis deditus studijs ab ineunte aetate ad
 finem vsq. ab ijs sese voluptatibus perpetuo temperauit Gabriël,
 quae vel mentis, vel corporis integritatem labefactare quoquo mo-
 do possent. Nam, & carnis illecebras nō minus assiduis laboribus,
 quam cibi, potusq. moderatione coërcere, ac turbidos animi mo-
 tus rationis freno temperare, & vires tum mentis, tum corporis,
 ne nimis lucubrationibus fractae succumberent, honestis, & oppor-
 tunisque remissionibus nouerat moderari, haud ignarus sapientiae
 comitem, & quasi nutricem esse temperantiam, nec relinqui vir-
 tuti sedem in regno voluptatis terrenae. Tenui cibo, ac simplici vi-
 tebatur, à cena, quae illi breuissima erat, vt plurimum vnica por-
 tione contentus abscedebat. Nulla praeterea vitiorum contagia,
 nulla corruptorum venena morum, quae illius continentiae vel mi-
 nimam labem asperferint, ei feruntur adhuc fuisse; sed eorum omniū,
 qui in eius intima familiaritate versati sunt, constans fuit opinio
 perpetuo seruatae ab eo virginitatis. Qua de re cum post eius ob-
 itum inter ipsius familiares sermo incidisset, praeter alios, Ioan-
 nes Cecchius vir nobilis Bononiensis, doctrina, fide, & medicae
 artis experientia clarus, quo medico Gabriël utebatur, asserbat,
 quantum medica scientia, quam per annos quadraginta, & am-
 plius profitebatur, exploratum haberet, se nullam vnquam, velle-
 uissimam violatae ab eo castitatis notam comperire potuisse; atq.
 eius rei praeter caetera fecisse fidem meatus, quos appellant, *Se-
 minales*, quos eo vita functo, diligenter inspexit dilecto cadaue-
 re, vt ad sepulturam curaretur.

Defatigatas studiorum laboribus corporis vires recreare sole-
 bat ante purpuram pijs peregrinationibus, quibus praesertim ijs
 aetius ferijs oblectabatur, seu ad sacrosanctam Lauretanam ad
 praeficiens, seu ad alia insignia Deiparae Virginis in Titulo Tem-
 pla, siue Assisium ad sacrum B. Francisci corpus, seu ad Aluerni
 montis recessum. Pro innata erga sanctissimam Dei genitricem
 pietate, ac religione nullum agebat diem, quo illi Corollae, & Of-
 ficij precatorem non adhiberet; & quidem paruum B. Virginis
 Officium, Coronamque Sole ex oriente recitabat; Vesperij verò an-
 tequam cubitum iret, vniuersos domesticos ad B. Virginis Lita-
 nias cum alijs precibus recitandas conuocabat. Ecclesiam princi-
 pem Bononiensem iam vetustate obsolescentem, ingentibus inni-
 xam substructionibus Romano saltu erexit: eam molitionem de-
 scribit Carolus Sigonius his verbis. *Vrbana Basilica Chorum ma-
 gnifico, atque egregio adeo opere Cardinalis Paleotus instaurauit;
 ut qui ingentes illius columnas, ac celsam testudinem picturas
 egregijs, atque auro vndique perpolitam attendat, facile cum no-
 bilissimo quoque veterum aedificio comparet.* Confessionem verò
 subtruxit magnificentissimam, eam sanctorum imaginibus deco-
 rauit, pretiosaq. suppellectili ditauit. Ad perpetuam rei memoriam
 haec sunt notae in eadem Ecclesia.

*HAS SACRAS IMAGINES AB ALPHONSO
 FERRARIENSI EFFICTAS MONIALIBVS
 S. MARGARITAE AD AVGENDVM NOVAE
 METROPOLIT. ORNATVM PIO MVNERE
 CONFERENTIBVS GABRIEL CARDIN. PA-
 LAOTTVS ARCHIEP. BONON. PRIMVS
 INSTAVRARI CVRAVIT DIE XI. NOVEMB
 MDLXXXIV.
 MARCANT. BALZANI NOTARIVS ROG.*

Sacellum quoque quod principem locum tenet, vario distin-
 ctum marmore extruxit, atque in eo collocauit Reliquias S.S. Vi-
 talis, & Agricolae, quas diligentissime recognitas ab alio altari si-
 tu, & squalore oblite, cum omnibus Ordinibus vrbe ipsa efflagi-
 tante, praemisso ieiunio, indicijque supplicationibus, celeberrima
 pompa transtulit. Episcopale palatium ita renouauit, vt non im-
 merito in illius fronte legamus.

DOMINE DILEXI DECOREM DOMVS TVAE.
 Aedes quoque Canonicorum, ac Episcopaliū praediorum,
 domos collabentes multo sumptu reparauit. Tanti fuit auxilij pra-
 clarō illi Bononiensium pietatis monumento, quod *Mendican-
 tum Xenodochium* vocant; vt eius potius fundator, quam instau-
 rator iure merito appelletur. Nanque praeter erogatas munificē in
 eum locum pecunias, tam ordinatam, atq. incorruptam in illo for-
 mauit

mauit disciplinam, vt innumeri fere omnis ætatis, & sexus homines aptis distincti tum conclauibus, tum ministerijs, tum laboribus negotiorum ciuitatis, & optime institutæ reipublicæ imaginem præsentent. Eidem Cardinali, tanquam optimo parenti acceptam referunt Bononiæq. Christianam religionem suscipientes aluntur, Catholicæque doctrinæ præceptis informantur. Vetusissimum quoque Templum Episcopi Sabinensis, cui nil aliud præter Ecclesiæ nomen, reliquum erat, instaurauit, ad pristinum cultum redegit, præclaris intruxit ornamentis, quibus aræ vestirentur, picturis exornauit, ac posteris consulens, Cœnobium refecit, quod religiosus S. Francisci, qui *Reformati* dicuntur, cõmendatum est.

XLVI.

FRANCISCVS Crassus natione Italus, Petri Antonij Iuriconsulti clarissimi filius, è familia generis Crassa inter Mediolanenses nobilissima, ex qua diuersis temporibus præter cæteros, tres ipsius ciuitatis Mediolanensis Episcopi Thomas, Albertus, & Landolphus floruerunt, quorum primus etiã in Diuorũ catalogo adscriptus est. Ineunte ætate Franciscus primos annos litterarum cognitioni, deinde legibus commisit; vnde tam præstanti forensium rerum cognitione excelluit, vt Mediolanensis Senator; Ducalis Filii Præsident, Regiũq. Consiliarius fuerit. Romanam Curiam mortua vxore adiens, à Pio IV. cui veteti amicitia iure coniunctus fuerat, ex Protonotario Apostolico, & Bononiæ moderatore Cardinalis S. Lucie in Septifolio, deinde S. Cecilie Presbyter electus est. Interfuit Comitij Pij V. quo regnante obiit Romæ anno Christi 1566. Kal. Septembris; cuius cadauer ex Ecclesia sui tituli, in qua ad tempus reconditum, Mediolanum deportatum, in Ecclesia de Pace, quam Minores Observantes incolunt, in facello, quod D. Francisco Assisinati ipse antea dicauerat, sepulchro, sequenti elogio inscribitur.

D. O. M.

FRANCISCO P. M. ANTONII F.

I. C. Aduocato Fisci,

Præfetto rerum capitalium, Sena Prætori; Urbini tertio Magistro Questura Ordinariorum Senatori, Consiliario Principali, Questori, Præfetto Urbis Senatorum, Et Bononiæ, Cardin. qui vixit Ann. LXXVI. & in Monumentum Cella huius, quam D. FRANCISCO Vsus fecit inferri voluit.

Petrus Anton. & Hippolyt. parenti optimè merito P. P.

Is in funere Caroli Quinti Cæsaris eloquentissimè ad preconiata tantæ Imperatoris posteritati consideranda, in patria anno salutis 1559. antequam Ecclesiasticam indueret vestem, declamauit. De illo in monumentis Vaticanis hæc legimus: *Franciscus Crassus qui Mediolani Senatorem multos annos cum probitatis laude egerat, grandævus iam, & qui annum 60. excesserat.*

VICECANCELLARIVS S. R. E.
sub Pio Papa IV.

Alexander Farnesius Romanus, Card. S. Laurentij in Damaso, & Episc. Card. Tusculanus, à principio vsq. ad finem Pontificatus.



Cabrera.
Petrus Mell.
Andr. Vi-
strell. in
Addit. ad
Ciacomii.
Gasp. Bu-
gat. in hist.
Aubery in
Vita.

CARDINALES MORTVI
sub eodem Pontifice.

Ioannes Bellaius Gallus, Presb. Cardinalis S. Cæcilie; tum S. Hadriani, S. Petri ad Vincula, S. Chrylogoni; Episcopus Cardinalis Albanus, Tusculanus, Portuensis, Ostiensis, & sacri Collegij Decanus, obiit die 16. Februarij, anni 1560.

Petrus Pachecus Hispanus, Presbyter Cardinalis S. Balbinæ, tum Episcopus Albanus, die 4. Martij, eiusdem anni 1560.

Diomedes Carrafa Neapolitanus, Presb. Card. SS. Siluestri, & Martini in montibus, pridie Idus Augusti, anni item 1560.

Ioannes Bertrandus Gallus, Presbyter Cardinalis S. Priscæ, pridie Nonas Decembrius, eiusdem anni 1560.

Io. Andreas Mercurius Messanenensis, Presb. Card. S. Barbaræ, tum S. Cyriaci, & SS. Quirici, & Iulitæ, die 2. Februarij, anno 1561

Carolus Carrafa Neapolitanus, Diaconus Cardinalis SS. Viti, & Modesti, nonis Martij, eiusdem anni 1561.

Claudius de Giury Gallus, Presbyter Cardinalis S. Agnetis in Agone, 5. Idus Augusti, anni item 1561.

Thaddæus Gaddius Florentinus, Presb. Cardinalis S. Siluestri in Campo Martio, 11. Kalendas Ianuarij, anno 1562.

Robertus de Lenoncourt Gallus, Presbyter Cardinalis S. Anastasie, postea S. Apollinaris, & S. Cæcilie, demum Episcopus Sabinus, die 2. Februarij, anno pariter 1562.

Franciscus de Turnone Gallus Presbyter Cardinalis SS. Petri, & Marcellini, postea Episcopus Sabinus, & Ostiensis, ac sacri Collegij Decanus, 10. Kal. Maij, eiusdem anni 1562.

Bartholomæus de la Cueva Hispanus, Presbyter Cardinalis S. Matthæi in Merulana, tum S. Crucis in Hierusalem, die 30. Iunii, anni item 1562.

Ioannes Medices Florentinus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Dominica, die 12. Decembrius, eiusdem anni 1562.

Hercules Gonzaga Mantuanus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ Nouæ, die 12. Martij, anni 1563.

Hieronymus Seripandus Neapolitanus, Presbyter Cardinalis S. Susannæ, 16. Kalendas Aprilis, eiusdem anni 1563.

Iacobus Puteus Niciensis, Presbyter Cardinalis S. Mariæ in Via lata, tum S. Simeonis, & S. Mariæ in Via, die 26. seu 28. Aprilis, anni item 1563.

Rodolphus Pius Carpenfis, Presbyter Cardinalis S. Pudentianæ, tum S. Priscæ, S. Clementis, S. Mariæ Transtiberim; Episcopus Albanus, Tusculanus, Portuensis, Ostiensis, & sacri Collegij Decanus, die 2. Maij, anni 1564.

Christophorus de Monte Aretinus, Presb. Card. S. Prædixis, die 24. Septembris, seu 25. Octobris eiusdem anni 1564.

Guido Alcanius Stortia Romanus, Diaconus Card. SS. Viti, & Modesti, deinde S. Mariæ in Colmedin, tum S. Eustachij, & S. Mariæ in Via lata, die 7. Octobris, anni pariter 1564.

Franciscus Gonzaga Mantuanus, Diac. Card. S. Nicolai in Carcere, mox Presb. S. Laurentij in Lucina, die 6. Ianuarij, anni 1565.

Federicus Cæsius Romanus, Presbyter Cardinalis S. Pancratij, tum S. Priscæ, Episcopus Prænestinus, Albanus, Tusculanus, & Portuensis, die 28. eiusdem mensis, & anni.

Federicus Gonzaga Mantuanus, Presbyter Cardinalis S. Mariæ Nouæ, 9. Kalendas Martij, anni item 1565.

Bernardus Nauagerius Venerus, Presbyter Card. S. Pancratij, tum S. Nicolai inter Imagines, mox S. Susannæ, pridie Kalendas Iunii, anni pariter 1565.

Alphonus Carrafa Neapolitanus, Diaconus Cardinalis SS. Io. & Pauli, tum S. Nicolai inter Imagines, S. Mariæ in Porticu, & Presb. SS. Io. & Pauli, 4. Kal. Septembris, eiusdem anni 1565.

Fr. Ranutius Farnesius Romanus, Diaconus Cardinalis S. Lucie in Septifolio; deinde Presbyter sancti Angeli; & SS. Quatuor Coronatorum, tum Episcopus Sabinus, die 29. Octobris, anni pariter 1565.

Carolus Vicecomes Mediolanensis, Presb. Cardinalis SS. Viti, & Modesti, Idibus Nouembris, anni eiusdem 1565.



PIVS V. PONTIFEX CCXXIX. ANNO DOMINI MDLXVI.



P I I primordia



PIVS V. Pont. Max. ex familia Ghisleria, tunc quidem tenui, sed amplius quondam, & Senatoria, Paulo Ghislerio, & matre Dominica Augeria, anno Christi 1505. die 16. Kal. Febr. festo sancti Antonij, Bolchi, sex millibus passuum ab Alexandria, apud Infubres natus, in baptismo Antonius in religione sancti Dominici (quam anno aetatis suae 15. fuerat ingressus) Frater Michael appellatus, Philosophiae, & Theologiae studio clarus, & utriusque scientiae varijs in locis Lector, vitae exemplo illustris, Albæ, Sonzini, & Vicleuani Prior, Nouocomensis Inquisitor, in Rhetio, ac Bergomum, à sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui officio sanctae Inquisitionis praerant, bis missus: Sub Iulio Papa III. Inquisitionis in Vrbe Commissarius, à Paulo Papa IV. qui eius indulgentiam, virtutesque mirabatur, Episcopus Nepesinus, & Sutrinus; atque anno Christi 1557. Presbyter tit. S. Mariae super Mineruam, mox tit. S. Sabinæ Cardinalis Alexandrinus vocitatus, summus hæreticæ prauitatis Inquisitor: sub Pio Papa I V. Episcopus Montisregalis, ac tandem Ecclesia S. Sabinæ relicta, ad priorem titulum Mineruæ relatus, post Pij IV. obitum, anno nostrae salutis 1566. die septima Idus Ianuarij, Alexandro Farnesio, Borroingeo, & Altaempio Cardinalibus autoribus, Cardinalium nouem, & quadraginta suffragijs, diuino potius, quam humano nutu, vir integer, atque seuerus, præter suam, & omniū expectationem, Ecclesiae Dei gubernaculis summus rector, atque nauclerus ad mortem fuit. Quam profecto dignitatem ille nunquam ambierat, sed recto itinere gradientem, & de sola virtute cogitantem hominē, ipsi honores vltro sunt consecuti, Nihil in eo purpura, nihil infula mutauerant, nisi vt priuata virtus ad honoris culmen euecta longius coruscaret. Idem enim semper ei adfuit morum tenor, idem vitæ, & disciplinae cultus, iuncta comitati seueritas, clementiæ, iustitiæ, modestiæ libertas, nihil ad gratiam eum facere, aut loqui permiserant. Itaque nolenti plañe, atque reculanti summus rei sacrae Magistratus mandatus fuit qui, precibus amicorum superatus, reipublicæ causa Pontificem se creare, permisit. Sedit autem annos 6. menses 3. dies 23. Maximiliano II. Augusto Imperatore.

P I V S de electio

CARDINALES QUI CREATIONI Pij Papæ Quinti interfuerunt.

EPISCOPI CARDINALES V. LEONIS PAPAE X.

- 1. Franciscus Pisanus Venetus, Episcopus Cardinalis Ostiensis, & Veliternus, ac Decanus.

Ciacon. Vit. Pontiff. & Cardd. Tom. III.

PAVLI PAPAE III.

- 2. Ioannes Moronus Mediolanensis, Episcopus Cardinalis Portuenfis, & S. Rufinae.
- 3. Christophorus Madrutius Tridentinus, Episcopus Cardinalis Prænestinus.
- 4. Alexander Farnesius Romanus, Episc. Card. Tusculanus & S. R. E. Vicecancellarius.
- 5. Tiberius Crispus Romanus, Episc. Cardinalis Sabinus.

PRESBYTERICARDINALES XXXVI.

PAVLI PAPAE III.

- 6. Iacobus Sabellus Romanus, Presbyter Cardinalis titulo S. Mariae in Cosmedin Papæ Vicarius.
- 7. Nicolaus Caietanus Romanus, Presb. Card. tit. S. Eustachij.

IVLII PAPAE III.

- 8. Fuluius Corneus Perusinus, Presbyter Cardinalis titulo S. Laurentij in Lucina.
- 9. Ioannes Michael Saracenus Neapolitanus, Presbyter Cardinalis tit. S. Mariae Transtiberim.
- 10. Ioannes Riccius Politianus, Presbyter Cardinalis tit. S. Vitalis, aliàs Veltinæ.
- 11. Ioannes Baptista Cicada Genuensis, Presbyter Cardin. tit. S. Agathæ.
- 12. Fr. Aloysius Cornelius Venetus, Presb. Card. tit. S. Marci.

PAVLI PAPAE IV.

- 13. Scipio Rebiba Messanensis, Presb. Card. tit. S. Anastasiæ.
- 14. Io. Suauius Reumanus Gallus, Presb. Card. tit. S. Priscae.
- 15. Ioannes Antonius Capisuccus Romanus, Presbyter Cardinalis tit. S. Clementis.
- 16. Fr. Michael Ghislerius Alexandrinus, Presbyter Cardinalis tit. S. Mariae super Mineruam PONT. MAX. electus.
- 17. Fr. Clemens Dolera Ligur, Presb. Card. tit. S. M. de Araceli

P I I PAPAE IV.

- 18. Ioannes Antonius Sorbellonius Mediolanensis, Presbyter Cardinalis tit. S. Mariae in Thermis.
- 19. Fr. Bernardus Sahuiatus Florentinus, Presb. Cardinalis tit. S. Simeonis.
- 20. Ludouicus Simonetta Mediolanensis, Presbyter Cardinalis tit. S. Cyriaci in Thermis.
- 21. Franciscus Pachecus Hispanus, Presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Hierusalem.
- 22. Hieronymus Austriacus Corrigiensis, Presb. Cardinalis tit. S. Stephani in Caelio monte.
- 23. Io. Franciscus Gåbara Brixien. Presb. Card. tit. S. Pudentianæ

R r r

24. Ca-

- 24. Carolus Borromæus Mediolanensis, Presb. Cardinalis tit. S. Praxedis, & Maior Pœnitentiarius.
- 25. Marcus Siticus de Altaemps Germanus, Presbyter Cardinalis tit. S. Georgij in Velabro.
- 26. Alphonsus Gelualdus Neapolitanus, Presb. Cardinalis tit. S. Cæcilie.
- 27. Innicus de Aualos de Aragonia Neapolitanus, Presbyter Cardinalis tit. S. Hadriani.
- 28. Marcus Antonius Columna Romanus, Presbyter Cardinalis tit. SS. Duodecim Apostolorum.
- 29. Ptolomæus Gallius Nouocomensis, Presb. Cardinalis tit. S. Theodori.
- 30. Angelus Nicolinus Florentinus, Presbyter Cardinalis tit. S. Callisti.
- 31. Aloysius Pifanus Venetus, Presb. Card. tit. S. Pancratij.
- 32. Zacharias Delphinus Venetus, Presbyter Cardinalis tit. S. Mariæ in Aquiro.
- 33. Alexander Stortia Romanus, Presbyter Cardinalis titulo S. Mariæ in Via Lata.
- 34. Flavius Vrsinus Romanus, Presb. Cardinalis tit. SS. Marcellini, & Petri.
- 35. Alexander Cribellius Mediolanensis, Presbyter Cardinalis tit. S. Mariæ de Araceli.
- 36. Marcus Antonius Boba Catalensis, Presbyter Cardinalis sine titulo.
- 37. Guido Ferrerius Vercellensis, Presb. Card. sine titulo.
- 38. Franciscus Abundius Castillioneus Mediolanensis, Presb. Cardinalis tituli S. Nicolai inter Imagines.
- 39. Benedictus Lomellinus Genuensis, Presb. Card. tit. S. Sabine.
- 40. Franciscus Crassus Mediolanensis, Presb. Cardinalis tit. S. Cæcilie.
- 41. Gabriël Palæottus Bononiensis, Presbyter Cardinalis tituli SS. Ioannis, & Pauli, aliàs Pammachij.

**DIACONI CARDINALES VIII.
PAVLI PAPAE III.**

- 42. Iulius de Ruere Vrbinas, Diaconus Cardinalis tit. S. Petri ad Vincula.
- IVLII PAPAE III.**
- 43. Innocentius de Monte Aretinus, Diaconus Cardinalis tit. S. Mariæ in Porticu.
 - 44. Hieronymus Simoncellus Vrbeuetanus, Diaconus Cardinalis tit. SS. Cosmæ, & Damiani.

PAVLI PAPAE IV.

- 45. Vitellocius Vitellius Tifernas, Diaconus Cardinalis titulo S. Mariæ in Via, & S. R. E. Camerarius.
- PII PAPAE IV.**
- 46. Aloysius Estensis Ferrariensis, Diaconus Cardinalis titulo S. Lucie in Silice.
 - 47. Ludouicus Madrutius Tridentinus, Diaconus Cardin. tit. S. Onuphrij.
 - 48. Ferdinandus Medices Florentinus, Diaconus Cardinalis tit. S. Mariæ in Dominica.
 - 49. Franciscus Alciatus Mediolanensis Diacon. Cardinalis tit. SS. Gabini, & Sufannæ.

**CARDINALES XIX.
in hac electione absentes.**

- 50. Otho Truch(esius) Germanus, Episcop. Cardinalis Albanus.
- 51. Georgius de Armaniaco Gallus, Presbyter Cardinalis tit. S. Nicolai in Carcere.
- 52. Franciscus de Mendoça Hispanus, Presb. Cardinalis titulo S. Eusebij.
- 53. Henricus Portugallie Infans Hispanus, Presbyter Cardinalis tit. SS. Quatuor Coronatorum.
- 54. Catolus de Lotharingia Gallus, Presbyter Cardinalis tit. S. Apollinaris.
- 55. Carolus Borbonius de Vendosme Gallus, Presbyter Cardinalis tit. S. Chrylogoni.
- 56. Hippolytus Estensis Mutinensis, Presbyter Cardinalis tit. S. Mariæ Nouæ.
- 57. Bernardinus Scotus Sabinus, Presb. Card. tit. S. Matthæi in Merulana.
- 58. Laurentius Strozzius Florétinus, Presb. Card. tit. S. Balbine.
- 59. Stanislaus Hofius Polonus, Presbyter Card. tit. S. Pancratij.
- 60. Philibertus Naldus Gallus, Presb. Cardinalis S. Martini in montibus.
- 61. Antonius Perenottus Granuellanus Burgundus, Presbyter Cardinalis tit. S. Bartholomæi in Iniula.
- 62. Petrus Franciscus Ferrerius Vercellensis, Presbyter Cardinalis titulo S. Agnetis in Agone.

- 63. Antonius de Crequy Gallus, Presbyter Cardinalis titulo S. Chrylogoni.
- 64. Marcus Antonius Amulius Venetus, Presb. Cardinalis tit. S. Marcelli.
- 65. Hugo Boncompagnus Bononiensis, Presb. Cardinalis tit. S. Sixti absens in Hispania.
- 66. Ioannes Franciscus Commendonus Venetus, Presbyter Cardinalis tit. S. Cyriaci in Thermis.
- 67. Prosper Sanctacrucius Romanns, Presbyter Cardinalis sine titulo, tunc in Gallia degens.
- 68. Ludouicus de Guisfa Gallus, Diaconus Cardinalis titulo S. Thomæ in Parione.

Audita Pij V. electione, magnus Romanum populum timor inuasit, quod Paulum IV. in alumno suo Pio V. reuixisse crederent; quem Inquisitionis acerrimum propugnatorem, seueritati additum, propositi tenacem, & ad iram facilem hominem, iam ante cognouerant. Quæ tamen in Pio, ita citò deferuebat, vt nunquam cubitum iratus abierit. Hic populi Romani iudicium, metumque postquam Pius V. audiuit, *Fidamus* (inquit) *in Deo, quo autore, ita nos geremus, vt grauior Romanis nostra mortis, quam electionis sit moror.* Ergo rogatu Columnæ, & Borromæi Cardinalium PIVS appellari voluit; pristinum Michaelis nomen retenturus, si inter veteres Romanæ Ecclesiæ Pontifices, aliquem eo nomine vocatum comperisset. In hanc tamen Pij appellatione libentius venit, vt conceptum à plebe acerbioris ingenij timorem, in spem pietatis, & clementiæ verteret, populumq. melius, & felicius de se sperare iuberet. Ob id, Pontificatum à benignitate, & munificentiâ auspiciatus: Cardinalibus inopia laborantibus viginti millia, & Conclauitibus, (vt vocant) decem millia aureorum, priuilegia, & beneficiorum iura; Comitij. Altaemptio, (qui forem Borromæi Card. vxorem duxerat) quinquaginta millia donauit.

Tiaram sacri imperij, xv. Kalendas Februarij, die natali suo, qui D. Antonio sacer est, tunc annum iniens ætatis sexagesimum tertium ante Basilicam S. Petri more maiorum, pecunias populo adstanti spargi non passus, accepit; ne qua fieret hominum strages, dum pecuniæ auidè à populo arripentur, vt in Pij IV. coronatione contigerat. Eam verò auri summam pauperibus distribui, milleque aureos nummos monasterijs in singulos annos impartiri iussit, qui more veterum in opiparum, lautumq. Cardinalium, & Regiorum Oratorum conuiuium, die Pontificiæ coronationis solebant insumi. Tantaq. fuit, Pio V. Pontifice, erga optimos quoque, remque ipsam publicam liberalitas, vt in subleuenda miserrum inopia, & republica tuenda, aut ornanda, extraordinario sumptu pænè vices centum millia aureorum expensa referantur.

Primo Pontificatus anno Card. Commendonum Poloniz Legatû Germaniz conuentui, quem Maximilianus II. Imperator indixerat, religionis causa tractanda ferebatur, interesse præcepit, ne, se inconsulto, quicquam erga reipublicæ Christianæ mores, aut Ecclesiæ dogmata, per Imperatorem, ad quem id non pertinebat, statueretur. Litteras ad omnes Christiani Orbis Antistites misit, quibus eos vehementer ad Concilij Tridentini obseruantiam, ad pacendos verbo, & exemplo Christi greges hortabatur, vtque nomenclum omnino, qui litteris, & virtute, in cuiusque Episcopati ditione præluerent, conscripta, sigilloq. munita ad se transmitterent, admonebat, præmia, sacerdotia, aut publica munia cuiq. pro meritis, delaturus.

Constitutiones duas promulgauit, renouata Innocentij Pontificis Tertij lege, vt medici ægrotos, post diem tertium, non inuiserent, nisi Christiano more conscientiam expiallent: Præterea, quibuscumque Presbyteris, tam Græcis, quàm Latinis prohibuit, ne ritu alieno sacra peragerent, sed Latinis Ecclesiæ Latinæ more, Græcis verò Græcis cæremoniis vteretur. Meretriciam licentiam, Romano populo reclamante, seuerè coercuit, & Clericorum luxum, cultumque minus honestum castigauit, sanxitque, ne in aula Romana inberbes iuuenes alerentur.

Carrasas à Pio IV. damnatos, ad honorum, & dignitatum iura admittendos, examinata rursus eorum causa, iudicauit, ex quorum familia Antonium fibi notum, & virtute probatum virum, purpuræ honore decorauit. Vtque se Pauli IV. memoriæ gratum ostenderet, monumentum marmoreum, ad Mineræ Templum, cum sacello construxit, sex millibus aureis insumptis, annuo reddito assignato, vt per singulos annos solemnes Pontifici Paulo exequiæ soluerentur. Inquisitioni (cuius semper fuerat amantissimus) annuos census ex quibusdam castris constituit. Domum etiam ad coercendam Hæreticorum impietatem in Pucciorum ædibus propè S. Petrum à fundamentis construxit, vt hæc inscripta marmorea inscriptio super portam posita sub eius insignibus.

**PIVS V. P. M.
CONGREGATIONIS SANCTÆ INQUISITIONIS
DOMVM HANC QVA HÆRETICÆ PRAVITATIS
SECTATORES CAVTIVS COERCENTVR
A FVNDAMENTIS IN AVGVMENTVM
CATHOLICÆ RELIGIONIS EREXIT
ANNO MDLXIX.**

P. II V.
electio ti-
morem.
R. G. popu-
li laici.

COR. O.
natio III.
Pape V.

P. II
legatus
Germani-
cum G.

P. II
Columb.

CARMA
à Pio IV.
damnas
à Pio V.
fianus.

Ad maiorem Urbis commoditatem prope Triuij fontes lanificium instituit, ibique amplissimum ædificium construxit, vt ex marmorea ad eius insignia inscriptione visitur.

PIO. V. PONTIFICI. MAX CVIVS. BENEFICENTIA LANIFICIVM. IN. VRBE INSTITVTVM.

Taurorum spectacula, tanquam à Christiana pietate aliena, proposita anathematis poena, fieri, vetuit. Auxiliare copias peditum quatuor millium, & equites 900. Duce Sanctæ floræ Comite in Galliam misit; quibus auxilijs Catholici homines de Vgonottis hereticis, die tertio Octobris anno 1569. victoriam reportarunt. Signa hostibus capta in Basilica S. Iohannis Lateranensis appendi, & in marmore hæc verba insculpi iussit.

PIVS V. PONT. MAX.

SIGNA. DE. CAROLI. IX. CHRISTIANISSIMI. GALLIÆ REGIS. PERDVELLIBVS. IISDEMQUE. ECCLESIAE. HOSTIBVS. A. SFORTIA. COMITE. SANCTÆ. FLORÆ. PONTIFICI. AVXILIARI. EXERCITVS. DVCE. CAPTA. RELATAQVE. IN. PRINCIPE. ECCLESIAE. VM. BASILICA SVSPENDIT. ET. OMNIPOTENTI. DEO. TANTÆ. VICTORIÆ. AVCTORI. DICAVIT. ANNO. MDLXX.

Ferdinando Cæsari, bella cum Turcis in Vngaria gerenti, 900. millia aureorum, cum mississet, quinquaginta millia in singulos annos, toto belli tempore pollicitus, solemnes preces instituit: quas ipse pietate flagrans pedes celebrauit: eoq. transeunte, nonnulli immundis obfessi spiritibus, tacta Põtificis stola liberabantur. Cosmum Medicem Florentiæ Ducem: quod præter centum, millia aureorum, quæ Gallia regno commodauerat, milites etiam contra Hæreticos, vna cum Pontificis copijs, mississet, Magnum Hetruriæ Ducem, perpetuò in eius successores titulo, creauit, & coronam Cosmo imponendam his verbis inscribi, voluit. PIVS V. PONT. MAX. OB EXIMIAM DILECTIONEM AC CATHOLICÆ RELIGIONIS ZELVM PRÆCIPVVMQ. IVSTITIÆ STUDIVM DONAVIT.

Ecclesiæ quatuor Doctoribus, sanctum Thomam Aquinatem quintum annuerat, ac ne quisquam publicis concionibus de Mariæ Virginis Conceptione disputaret, sapienter edixit.

Hoc etiam tempore, Granatenfes in Hispania Mauri, in Christianorum perniciem conspirantes, Africanos, & Arabes ad ferendam sibi opem, & occupandam iterum Hispaniam sollicitabant. Nec irriti fortasse conatus eorum fuissent, nisi Regij Granatenfis Senatus Præfidis Petri de Deza (qui nunc S. R. E. Cardinalis, titulo sancti Laurentij in Lucina est) in Vrbe custodienda, reique mole administranda mirifica vigilantia, sollicitudo assidua, & non expauescens ad omne discrimen alacritas, sapienter, & fortiter periculum propulsalet. Qua in re quantum in tam graui totius Hispaniæ discrimine, tota Hispania, & respublica Christiana huic tanto viro debeat, temporis, quibus, premor, angustijs, explicare non valeo.

Solymano, ac deinde Selyno eius filio, Turcarum Imperatoribus Cyprum expugnare tentantibus (quam Selynus victor occupauit) cum Hispaniæ Rege, & Veneto Senatu sædus inire Pius inceptor, quo peracto, & promulgato anno 1571. (summo pugnae naualis Duce Ioanne de Austria Philippi II. fratre creato,) Pontificiæ classis, M. Antonius Columna à Pio V. præficitor. Hanc naualem expeditionem solemni ritu nauibus, ac militibus lustratis, Pontifex sacris benedictionibus est prosecutus, militibusque pecuniam distribuens, hæc verbis eos alacriter hortatus est. *Te victoriam relaturi, si spem in Christo habueritis.* Ergo jx. Octobris eiusdem anni, commissis vtrique viribus, incredibili pertinacia, per horas quinque ad Naupactum pugnatum fuit; & fauentibus Superis, victoria Christianis cessit. In hoc prælio triginta duo millia Turcarum, multi Duces, Prouinciarumque Præsides occubuerunt. Ex nostris autem supra septem millia sexcentos quinquaginta homines, septem millia desiderata, & captiuorum quindecim millia redempta sunt. Post hæc, in Urbem M. Antonium redeuntem magna lætitia, & triumphi pompa Romanus populus excepit.

In ipso quoq. naualis pugnae conflictu, Christum Redemptorem nostrum, & sanctos Apostolos Petrum, & Paulum, Angelorum agmine stipatos, strictis gladijs Turcis minitantes in sublimi aere constitisse; id verò Turcæ ipsi, vt aiunt, eo prælio capti se cõspexisse testabatur; quod etiam indicat ipsius prælij affabre adumbrata pictura, quæ in Vaticano in aula Regia conspicitur subiectis hæc inscriptionibus: quarum altera id innuere videtur.

CLASSES OPPOSITAE, TVRCARVM VN A, CHRISTIANAE SOCIETATIS ALTERA, INTER PIVM PONT. MAX. HISPANIAR. REGEM, VENETAM REMPVBL. INITO IAM FOEDERE INGENTIBVS VTRINQUE ANIMIS CONCVRRVNT.

Altera verò sic legitur.

HOSTES PERPETVI CHRISTIANAE RELIG. TVRCÆ, DIVTVRNO VICTORIARVM SVCESSV EXVLTANTES, SIBIQ. TEMERE PRAEFIDENTES, MILITIBVS, DVCEBVS, TORMENTIS, OMNI DENIQVE BELLICO APPARATV AD TERROREM INSTRVCTI, AD ECHINADAS INSVLAS, A COMMVNICLASSE, PRAELIO POST HOMINVM MEMORIAM MAXIMO, PERSPICVA DIVINI SPIRITVS OPE PROFLIGANTVR.

Vix dici potest, quanto gaudio ex hac victoria Pius fuerit cumulatus; qui animo maiora concipiens, vt præclara cæpta perficeret, victoriaq. prudenter, ac fortiter vsus, hostem omnino deprimeret, dum nouum, & maius sædus percutere tentat, dolore renu, & calculi molestia oppressus decubuit. Qui morbo afflictus dicere patienter solebat. *Domine adde dolorem, dummodo addas patientiam.* Ergo incredibili omnium mœrore Kal. Maij hora 22. anno 1572. ætatis suæ 68. & Pontificatus vij. summus, atq. optimus Pontifex virtutum omnium exemplar, vitæ mortali, non tam immortalis memoriæ ereptus fuit. Et in Vaticano apud sacellum S. Andreae, paruo licet tumulto sepultus; nihilominus hoc virtutum elogio memoratus, vt scribit Seraphinus Razzius de Vir. Illustr. Ord. Prædic. lib. 1

PIVS. V. PONT

RELIGIONIS. AC. PVDICITIÆ. VINDEXT RECTI. ET. IVSTI. ASSERTOR MORVM. ET. DISCIPLINÆ. RESTITVTOR CHRISTIANÆ. REI. DEFENSOR SALVTARIBVS. EDITIS. LEGIBVS GALLIA. CONSERVATA PRINCIPIBVS. FOEDERE. IVNCTIS PARTA. DE. TVRCIS. VICTORIA INGENTIBVS. AVSIS. ET. FACTIS PACIS. BELLI. Q. GLORIA

MAXIMVS

PIVS. FELIX. OPT. PRINC

Inde verò à successore Sixto V. ad S. Mariæ Maioris Basilicam sacramque ædem, siue sacellum à se regia structura, & impensa pariter ædificatum; solemni quoque pompa translatus fuit; ibique apposita extat memoria in marmore incisa; tenoris huiusmodi in testimonium immortalis beneficentiæ erga tantum Pontificem.

PIO. V. PONT. MAX.

EX. ORD. PRAED.

SIXTVS. V. PONT. MAX:

EX. ORD. MINOR.

GRATI. ANIMI. MONVMENTVM. POSVIT.

Cui sublequitur.

PIVS. V. GENTE. GISLERIA. BOSCHI. IN. LIGVRIA. NATVS. THEOLOG. EXIMIVS. A. PAVLO. III. IN. INSVBRIA HÆRETICÆ. PRAVITAT. INQVISITOR. A. IVLIO. III. SANCTÆ. INQVISIT. OFF. COMMISS. GENERALIS. A. PAVLO. IIII. EPISCOPVS. SVTRIN. DEINDE. S. R. E. TT. S. MARIÆ. SVPER. MINERVAM. PRESB. CARD. ET. A. PIO. IIII. ECCLESIAE. MONTISREGAL. IN. SVBALPINIS ADMINISTRATOR. FACTVS. EO. VITA. FVNCTO. SVM MO. CARD. CONSENSV. PONT. MAX. CREATVR QVI. VETERES. SANCTOS. PONTIFICES. EMVLATVS CATHOLICAM. FIDEM. PROPAGAVIT. ECCLESIASTICAM. DISCIPLINAM. RESTITVIT. ET. TANDEM. GESTARVM. RERVM. GLORIA. CLARVS. DVM. MAIORA MOLITVR. TOTIVS. CHRISTIANÆ. REIPVB. DAMNO. NOBIS. ERIPITVR. KAL. MAIL. MDLXXII. PONT. AN. VII. ET. SV. Æ. LXVIII.

Ad dexteram.

SELINVM. TVRCARVM. TYRANNVM. MVLTIS. INSOLENTEM. VICTORIIS. INGENTI. PARATA. CLASSE. CYPROQVE. EXPVGNATA. CHRISTIANIS. EXTREMA MINITANTEM. PIVS. V. FÆDERE. CVM. PHILIPPO. II. HISPANIARVM. REGE. AC. REP. VENETA. INITO. M. ANTONIVM. COLUMNAM. PONTIFICIAE. CLASSI. PRÆFICIENS. AD. ECHINADAS. HOSTIBVS. XXX. MILL. CÆSIS. X. MILL. IN. POTESTATEM. REDACTIS. TRIREMIBVS. CLXXX. CAPTIS. XC. DEMERSIS. XV. MILL. CHRISTIANIS. A. SERVITVTE. LIBERATIS. PRECIBVS. ET. ARMIS. DEVICIT.

Ad laenam.

GALLIAM. CAROLO. IX. REGE. PERDVELLIVM. HÆRETICOR VMQVE. NEFARIIS. ARMIS. VEXATAM. VT DE. REGNO. DEQ. RELIGIONE. ACTVM. VIDERETVR. PIVS. V. SFORTIÆ. COMITIS. S. FLOR. ÆDVCTIV. MISSIS EQVITVM. PEDITVMQ. AVXILIARIBVS. COPIIS. PERI CVLO. EXEMIT. HOSTIBVSQ. DELETIS. VICTORIAM REPORTAVIT. REGI. REGNV. CVM. RELIGIONE. RESTITVIT. SIGNA. DE. HOSTIBVS. CAPTA. AD. LATERA NENSEM. BASILICAM. SVSPENDIT.

SIGNV PONT.



PIV. MAX.

ADDITIO ANDREAE VICTORELLI.

* Senatoria.] Bononia in varias regiones, ob ciuiliū discordiarum dissidia, nobilem familiam migrasse ferunt. Gaburius in Pio lib. 1. c. 1. his verbis, Illud vero satis constat, Ghisleriorum plerisq. per idem tempus in ciuili tumultu Bononia pulsus, quae excesserant, portam in odium seditionis protinus obstructam, deinde in huius honorem Pontificis suo tempore ex Bononiem. Senat. consulto apertam, hōnatam, ac PLIAM nominatam fuisse, cum olim porta S. Isais diceretur, quod ibi in lapide excisa huiusmodi testatur inscriptio. Vide etiam Panuiniū.

PORTAM CIVILIS SEDITIONIS CAUSA CENTVM, ET AMPLIUS ANNOS OBSTRVCTAM, PIO V. P. M. IN SVMMA CIVIVM TRANQVILLITATE IO. BAPTISTA DORIA BONONIEN. PRÆS. PVBL. COMMODO, ATQ. ORNAMENTO APERIRI, CONSTRVI, PIAMQ. NOMINARI VOLVIT. EX S. C. MDLXVIII.

Extrinsecus verò portæ, sic legitur.

PIO V. PONT. M. PORTA PIA APERTA ET CONSTRVCTA IO. BAPT. DORIA GVBER. MDLXVIII.

* 1505.] 1504. Idem; & Relatio trium Auditorum Rotæ Romanæ ab Urbano VIII. de vita, & miraculis Pij V. Cabrera Panuini. errantem securus est.

* Bofchi.] In Diocesi Derthonensi. non autem Alexandrina, ut nonnullis visum.

* In baptizate Antonius.] Michæl ad sanctum fontem nuncupatus Gaburius, & Carraccia l. c. Lapsi Cabrera, & Panuini.

* Alba, Soncini.] De his Panuini, & Gaburius.

* Inquisitor in Rhetios.] De hac re Relatio, Gaburius, & Carraccia loc. cit.

* Commissarius.] Io. Petro Carrata Cardinali curante. Gaburius. c. 3. Carraccia l. c. Caracciolus in Pauli IV. Vita.

* Summus Inquisitor.] In Paulo IV. Panu. Gaburius. c. 5. Vide ad eius Cardinalatum.

* 1566. 7. Id. Ianuarij.] à partu Virgineo. Gaburius. cap. 8. hora 22. die Lunæ Panu. in Chron.

* Farnesio, Borromeo.] Præter expectationem in D. Petri solium illatus Pius. Cardinalis Borromæus, Cardinali Morono, cum nonnullis alijs Cardinalibus, fauebat; cum ad suffragia ventum; quatuor ad electionem perficiendam, defuere; in Siletum mox ille oculos coniecit; sed agnouit, non omnes ei æque suffragaturos; multiplices, eaque singulari eruditione, & vitæ integerrimæ exemplo nitēbat Siletus; sed publicis, iisque grauibus negotijs gerendis aptus non iudicabatur: aderant alijs plures; quos merita, & virtutes, plane Pontificiæ, in sublimem illam Sedem poterant euehere: at diuinitus Cardinalium studia in Alexandrinum conuerfa; quem Borromæus colebat studiose, & cum Altaempio, in Christi Domini Vicarium præcipue depolcere cepit: cumque Moronus, & Farnesius consilium inuitum probassent, ad alios illi, sacris precibus intente, conciliandos accessit. at non multi in eius sententiā ibant: pauci virum sanctum, quem Maximi Pontificis trara fulgere, cupiebant, in Sacellum traxerunt: re vulgata, ceteri, cōtentione plane mira, Dei Spiritu impellētes, celeri gressu ad eius pedes prouoluit delectū à Christo adorantes, Romanum Pontificem nominarūt.

* Nouem, & quadraginta.] Quinquaginta duorum, Panu. in Chron. & in Elogio: Cabrera 49. Cardinales (inter quos Alexandrinum refert) in Comitijs agnouit. si erant omnes 49. & se ipsum non elegit Alexandrinus, à 49. deligi si non potuit. Panuini. tum viuens de Pij V. electione hæc. Non, & vigesimo interregni die

Gaburius. c. 3. lib. 1. Vid. etiam Panuini.

A in perpetua illa sua animi aq̄uitate, ac moderazione conq̄uescentem, nihilque tale cogitantem, præter omnium expectationem, de repente diuinitus conflato Patrum consensu, cum priuatum singulis reiecturi viderentur, communiter vn̄uersi Pontificem Maximum declararunt.] Franciscus Cardinalis Gonzaga, graui in Comitijs morbo affectus, Alexandrinum Pontificem creandum, præsentit; & pridie quam crearetur, è vita migravit. Gaburius. loc. cit. S. Philippus Nerius eundem Cardinalem, diuinitus admonitus, Romanum Pontificem euasurum, oraculo docuit. Baccius in S. Philippi Vita, ad ann. 1565. Idem alijs cognouerunt. Gaburius loc. cit.

* Pius appellari.] Ad Pij IV. memoriam renouandam, id petit Borromæus. Idem l. c.

* Michaëlis nomen retenturus.] Quia illo ad baptismi fontem insignitus: quia Michaël Seraphinorum, ceterorumque Angelorum Princeps, eximia ardet charitate, Ecclesiæque, (vt olim Synagogæ) tutor est, ac patronus; & quia Romani Pontificis Ecclesiæ ipsam moderantis custos est; vt ostendi lib. 2. De Angelorum Cultodia.

* Comiti Altaempio 50. millia.] Quem Pius IV. dotis nomine, centum millibus aureorum donauerat: diploma munitum fuerat, & Pius IV. decellerat, antequam nummi illi aurei ex arario eruerentur. Gaburius. c. 9. l. c.

* Tsaram die qui S. Antonio.] A Cardinale Urbinate. Panuini. de eadem re Gaburius. vbi de nummis ad plebem non proiectis, de elemosynis, Pij iussu, erogatis, de conuiuio, quo Pontifices eo die Cardinales, & Principum Oratores excipere solebant, sublato. Pius, eo die, ante coronationem, lachrymans Sacrum fecit. Cum ex more, ad Basilicam Lateranensem pergeret, insigni apparatu, apud Adem I e s v, B. Franciscum Borgiam, Generalem Soc. I e s v Præpositum, cum alijs eiusdem Soc. Patribus, vidit, lecticam stare, præcepit, Borgiam accersiri iussu complexus, per horæ quadrantem, Cardinalium, & Antistitem cætu admirante, benigne allocutus est. Ceparius in Epitome Vitæ B. F. Borgiæ.

* Card. Commendonum Polonia Legat.] Ex Polonia legatione à Pio IV. iniuncta, rediens ad Urbem Commendonus, litteras Pij V. in itinere accepit, quibus virum egregia virtute, & prudentia excultum, ad Imperij Comitiam Augustæ Vindelicorum ab Imperatore indicta, Legatum, vt Catholicam fidem in Germaniam tueretur, ac restitueret, Pontifex destinauerat. In ijs Comitijs de Turcarum exercitu Pannonia imminente compescendo, de alijsq. rebus agendum erat; tum, Hæreticis poscentibus, seu hominibus parum pijs conuientibus, specie pacandi turbas de religione excitatas, quæstio illa petraanda erat. Quæ ratione Christiana religio reuocari posset ad formam meliorem. Pius, zeli Dei plenus, sciens, Principes sæculares, laicosue, pertinentiam ad religionem, definire, non posse, Legatum publico in consessu, antequam ea quæstio tractaretur, Imperatore, & Principibus audientibus, dicere, iussit; se, nisi ea cogitatio abijceretur, sua quacumque auctoritate, ad coercendos Principes, vsurum, Cæsaremq. Imperio priuaturum. At hæc dicere, non fuit opus: nam Legatus, ne articulus ille in Comitijs tangeretur, sua prudentia, & dexteritate effecit. Alia Pius Commendonum demandauerat; de quibus Gaburius diligenter. Commendonus multis legationibus, magna gloria, gestis, multis animi, consilijque cum fide, & religione coniunctis, laudibus clarus.

* Ad Concilij Tridentini obseruantiam.] Quo studio Pius Synodo Tridentinam in mores inducere, studeret; pete à Gaburius lib. 1. cap. 11.

* Vi Medici egrotos.] Constit. 3. Supra gregem & c. 8. Martij 1566. p. 2. Bullarij.

* Presbyteris sum Græcis.] Constit. 12. Prudentia R. P. & c. 13. Kal. Septemb. 1566. Sacerdotibus Græco ritu initiatis datum non semel à Romanis Pontificibus; vt, Latino more, Diuina peragerent: & Græcos ego noui Latinorum ritu, Pont. Max. non inuito, Sacerdotes, & Episcopos effectos.

Libellus Epistolarum Pij Pontificatus Pij Coniugis editus, recens Romæ recusus est: in eo de rebus, quas ille initio summi Pontificatus egit, multa offendes, quibus oblecteris, & proficias. scriptor primæ Epistolæ cum retinendæ, & propagandæ Catholicæ fidei ardorem in Pio perspexit; vt dixerit, se in eo SS. Leonis, & Gregorij Magni inuentum quamdam recognouit: alios in Templis non orare vehementer, quam Pius oraret in mensa, compositiones beneficiorum ab eo sublatis, iniunctum Cardinalibus, ne quid peterent; quod pietati, officio, rei Ecclesiasticæ, Tridentinæque Synodo aduersaretur, cum duobus nepotibus, qui in Collegio Germanico auebantur; non secus agi, ac si ex grege Orphanorum essent; ab eo præceptum, narrat; eamque familiam delectam; quæ, morum, vitæ, vestiumque exemplo, alios ad virtutem accenderet. Senex, infirma valetudine, laboribusque fractus Pius ieiunia ab Ecclesiâ indicta obiit. Diuinam Eucharistiam familiaris ministravit, Plenaria Indulgentia euulgata. in palatio quotidie fere concionem haberi voluit, eam cum Cardinalibus, audiebat; Heluetios præsidij milites concionibus, Germanica lingua, & Catechismo institui, voluit. Hebdomada sancta, septem Ecclesiarum iter

pedes

Ann. eod. mēf. Maio epist. 4.

pedes susceperat; quod tamen, ætate, & parum firma valetudine aduersante, conficere non potuit. Iudæus valde diues (Elias) tunc in Synagoga Princeps, non semel à Card. Alexandrino ad Christianam fidem suscipiendam excitatus, se tunc illam suscepturum, promiserat, cum is ad Romanæ sedis fastigium ascendisset: Alexandrinus, Pontifex delectus, promissionem Eliæ in memoriam reuocauit: nec frustra: nam paulò post baptismum flagitauit, & cum tribus filiis, ac nepote, magna celebritate, die 3. Pentecostes, in Vaticana Basilica, Cardinalibus præsentibus, & nonnullis patrum munere fungentibus, ab ipso Pio accepti: Michaëlque nominatus est: septennem filium Pius loco filij duxit, & celebritati Baptismi Iudæos quam plurimos in Basilicæ angulo interesse, præcepit. Triginta deinde ex ijs, & eo amplius ad Catechismum accessere. Die festo Corporis Christi, Pius imbecillis, & medicis vtens, sacrosanctam Eucharistiam, non triplici corona, non alio diademate ornatus, insigni religione, pedes in supplicatione detulit; Turcis Cæsarem iniustis armis vexantibus, supplicationes, ieiunia, aliaque pietatis opera, ad Deum placandum, & ad Turcas à Cæsare vincendos, amplissimumque Iubilæum indixit; debilis, ac præ fractus trium supplicationum iter, pedibus incedens, aperto capite, (solum pileolo retento) iunctisque manibus, cum solo Deo, & Cælitibus colloquia miscens, confecit, prima die à D. Marci ad Basilicam Lateranensem, secunda ad Basilicam Liberij, tertia ad Aramceli, insigni populi frequentia, itum est: Piusque in ijs supplicationibus demones humana corpora obsidentes fugauit. 5. Kalendas Augusti, & 3. Nonas diluculo in D. Marci Diuina re peracta, ex habitæ supplicationes. Augusto extremo, Vrbe graui morbo laborante, Pius singulis ægrotis pecuniam dedit, decem Medicos, & quatuor Ciues, Florebantque Episcopum, cum his, omnibus præfecit, lanienas etiam, tabernacula, cibarijs, & medicamentis refertas in eorum commodum parari, iussit: nepotem suum à Turcis captum, & suo iussu redemptum, ea veste, qua amictus remigabat, indutum ad se accedere, voluit: cum accessisset, monuit, vt ex remigum captiuorum incommodis laqueos, trirèmes, & carceres deuitare, diceret. Aulicos, quorum mores probati non essent, apud se esse non patiebatur; ocium ab aula repulit, Aulicosq. omnes Magistrum sacri Palatii, Pontificio iussu, ter in hebdomada, sacras litteras explicantem audire; præcepit: philosophicas etiam lectiones in eadem aula, indicto contra ocium bello, instituit. ea autem diligentia ad Aulicorum mores componendos vsus est; vt alia aulae facies, eaque egregia, conspiceretur. suos ipse ad vitam pie instituendam sermonibus inflamabat: præcepit, & exemplis morum disciplinam restituit, diuini cultus, & Rituum rationem ad præscam Patrum normam redegit. in Sacerdotijs tribuendis non viribus, aut gratiæ sed religioni, & virtuti locum esse, voluit; Ecclesijs viris orabat, non onerabat.

Ex epist. 5

Ex epist. 7 & 8. datū mēf. Aug. 1566.

Ex epist. 5 Ex epist. 7 & 8. datū mēf. Aug. 1566.

V. etiam Gabut. lib. 2. cap. 3.

Ex epist. 8

Ex epist. 9

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

Ex epist. 10. 5. Id. Nou. 1566.

A nibus, vt dies festi quatuor priscorum Doctorum Ecclesiæ, ex Bonifacij VIII. lege, coluntur, celebrari iussit. Constit. 36. *Marabilis Deus* &c. anno 1567. 3. Id. Aprilis. Sixtus V. Pium in D. Bonauentura securus est.

* *D. M. Conceptione.*] Constit. 114. *Super speculam* &c. anno 1570. pridie Kal. Decemb. Pius Constitutiones Sixti IV. in Synodo Tridentina innouatas, probauit; statuitque ne in popularibus concionibus, vel vbi promiscua virorum, & mulierum, multitudo conuenit, de alterutra parte quæstionis de B. Virginis Conceptione disputetur, rationibus, & auctoritate Doctorum, vnam sententiam asserendo, & alteram impugnando; & ne aliquis vulgari sermone de eadem re scribere, vel dicere audeat. Aliæ aliorum Pontificum de eadem B. Virginis Conceptione extant leges: quas videas.

* *Selymus victor occupauit.*] Hic Turcarum Tyrannus 200. ferre, militum millia ad Cyprum vi occupandam miserat; Nicosiam, regni caput, cæsis quamplurimis Christianis, vi occupauit, deinde Famagustam, anno 1571. Augusti initio, per deditionem cepit. Gabut. in Pio. De Nicosia occupata, horribilique illius, ex cæditibus, facie Gratianus lib. 2. de Famagustæ deditione, lib. 3. de Bello Cyprico, de vtraque Guarnerius in libris de eodem Bello; & Folieta lib. 1. & 2. de sacro Fœdere Reges Turcarum nominis, regniq. monumentum clarissimum putant, templum pro tumulo sibi condere: laudis huius cupidus Selymus, maiorem ex more, sanum, pecunia, ex hostibus deuictis, collecta, extruere, statuerat. Cyprum, ditissimam Insulam esse, sciebat, & Christianos illius incolæ, domosq. suos hostes iudicabat: hinc exarsit in facinus.

* *Fœdus inire.*] De sacro hoc Fœdere Gabut. lib. 4. c. 5. Gratianus de Bello Cyp. Folieta libris quatuor accuratè, & eleganter. Pius, Cardinale Alexandrino in Hispaniam, Lusitaniam, Galliamque Legato, Lusitanum, & Gallum Reges ad sociale bellum accendit: Cæsarem etiam, Card. Commendonum opera, Italos quoque Principes, nec non Poloniæ Regem, & Magnum Moschorum Ducem. Fœdus post varias contentiones, inter Pium, Philippum II. & Venetam Remp. absolutum, anno 1571. 13. Kal. Iunij coram Pontifice, & Cardinalibus publice solemnè iureiurandum sancitum fuit. Gabut. lib. 4. c. 5. illius conditiones cap. 6. recensuit. Vide etiam Folieta lib. 2. & Ant. à Fonte maiori in Vita Pij V.

* *Pugna naualis Duce Ioanne de Austria.*] Pontificiæ classis Marcus Antonius Columna, Hispanæ Ioannes Austriacus, Venetæ Sebastianus Venerius, Zanio amoto, præerat. Austriacus (Philippi II. frater) præterea, generis altitudine, recentisque belli Granatensis, rectè confecti, gloria clarissimus, exercitus vniuersi fœderatorum declaratus Imperator, nauali, terrestrique rei meritò præfectus est, in communi expeditione communi fœderatorum, vexillo vsurus. Pius deinde Iubilæo amplissimo, ad gratias Deo agendas, diuinamque opem postulandam, indicto, publicas supplicationes pedes obiuit. Fœdus cum Card. Alexandrino in Hispaniam, Lusitaniam, & Galliam Apostolicus Legatus contendit, sancitum erat: Hispanum Regem non ad Fœdus, sed ad auxilia præbenda, ad egregium facinus perficiendum, Gallum, & Lusitanum ad sociale bellum, hortatus est.

* *Pontifex sacris benedictionibus.*] Pius Ioannem Odescalcum Episcopum Pennensem ad Austriacum, & ad alios belli Ducem Messaniam, de prælio cum Turcis committendo, legauit; rem acie, ferroq. decernendam affirmans, & victoriam olim à S. Isidoro Hispanensi Antistite præuisam. Pugnam committendam, omnes tandem senserunt. Ieiunium tridui indictum, supplicationes habitæ, omnes sacro ritu, declaratis noxis, expiati, & diuino altaris Sacramento communiti, granis piacularibus, cereiq. cælestis Agni simulachris singuli, Pij beneficio, & amplissimæ Indulgentiæ thesauro in eximio facinore ditati, tamquam Leones ignem spirantes, se ad prælium compararunt. Classis trirèmes 209. Pontificis 12. Regis Hispaniarum 81. Veneti Senatus 108. & sex maiores, Galeatas appellatas, Ducis Sabaudia 2. Genuensis reipub. 3. ordinis Hierosolymitani 3. Naues onerarias à Cæsare Aualo relictas 24. celoceque 70. continebat; ac Messana, Pij nomine, optime præcande Odescalco, ad Orientem soluit.

* *Ad Naupactum pugnatum.*] Pugnam, & victoriam describit Gabutius c. 4. l. c. & Folieta de sac. Fœd. Pugna hora meridiana cæpta quatuor horis absoluta; victoria omnium, quæ in mari conspectæ, post hominum memoriam, maxima, Pio orante, reportata; quam is hora, qua accidit, Deo indicante, cognouit. nuncio Romam allato, in domestico sacello Deo gratias egit, mox in Vaticana Basilica, & publicas deinde supplicationes celebravit; & quia Dei matris ope parta illa victoria; instituit, vt Christi fideles quotannis jx. Octobris S. Mariæ de Victoria memoriam religiose cultu colerent ipsam Angelorum Reginam veneretur. Veneti sanctæ Iustinae, cuius Martyrio, Lipsanis, & Patrocinio Patavium nitescit, pro victoria, qua, die illi sacro, classis potita est, precibus decertasse, putantes, anniuersaria celebritate, supplicationibus, nummisque his notis insignitus, *Semper memori ero tui Iustina virgo.* acceptum beneficium memoria colunt sempiterna. In Regia aula Vaticani classes depugnantes, demonesque Turcis fauentes, à Christo, à S. Petro, & Paulo, Angelorum acie stipa-

P. 2. Bull.

Pauli I. V. Greg. XV.

Lib. 5. c. 1.

V. Gratian lib. 2.

Lib. 3.

Gabut. l. 4. cap. 9. c. 12. cap. 13.

Gabut. c. 7. loc. cit.

Gab. lib. 5. cap. 2.

Lib. 3.

Gabut. l. 6.

Martyrol Rom.

tis,

tis, in fugam versi, coloribus adumbrati conspiciuntur.
 * *Triginta millia.*] Triginta, fere, hostium millia, duces illustriores, omnesque trierarchas, vel interfecti, vel in seruitutem redacti, exceptis Portao Bassa, eiusque filio, & Lucialio, (cum quibus alij pauci) qui sibi fuga coluuerunt. Gabutius lib. 5. c. 5. at Folieta lib. 3. minus vere, viginti millia circiter ex hostibus partim caesos, partem aquis obrutos occubuisse, scribit; tria millia autem, & quingentos captos, praeter priuatiu caelatos: ex nostris ad 10. millia occubuerunt, pauciores in pugna, plures ex non bene curatis sagittarum vulneribus: Gabutius vero septem millia, quingentos, sexaginta sex cecidisse ex nostris; sed quindecim millia ex ijs, quos Turca captiuos detinebant, libertati restituta, dicit.

* *M. Antonium.*] Loquitur de M. Antonio Columna. spectaculu triumphu, quo illum Populus Romanus excepit, Gabutius descripsit. supra portam Capenam, duobus magnis, tum erectis, trophaeis ornata, qua M. Antonius, equo vectus cultissimo, Urbem iniuit, haec legitur.

MARCO. ANTONIO. COLUMNAE
 PONTIFICIAE. CLASSIS. PRAEFECTO
 ET. DE. APOSTOLICA. SEDE. SOCIORVMQ. SALUTE
 AC. POP. ROM. DIGNITATE. OPTIME. MERITO
 S. P. Q. R.

* *Nonum, & maius foedus.*] De hoc Gabut. cap. 9. l. c. Pius moriens Cardinali Alexandrino sacrum foedus commendauit, ex animo. Caraccia cap. 6.

* *Calculus molestia.*] De Pij aegrotatione idem Gabut. cap. 10. Praesentem mortem Pontifex sanctissimus, cereas Agni Dei imagines, sacra caeremonia, lachrymis genas irrigans, consecrauit, & septem Urbis Lipsana in terris venerat, quos propediem in Beatorum regione consp. turum, sperabat. acuto morbo, Psalmos penitentiam agentium, Historiamque dolorum, & mortis Christi sibi legi, iussit, attenteq. audiuit. quarto ante obitum die, cupiebat Sacrum facere, at non potuit: sed diuinum immortalitatis Epulum, singulari pietate, suscepit; pridie autem quam decederet, sacro exunctionum liquore, saepius petito, delibutus est. Cardinales Alexandrinum, Rusticuccium, Montaltum, Carrasam, Aquauiciam, & Aretium, accersitos, valde pie allocutus est. verba à Caraccia & cententur: post preces, quibus morientium animi iuuantur, sublati in caelum oculis, Crucis imagine iunctis manibus efformata, inter mortuis vocibus, ea verba protulit.

*Quaesumus Auctor omnium,
 In hoc Paschali gaudio,
 Ab omni mortis impetu,
 Tuum defende populum.*

Et placidissime Romae demigravit. Anno 1572. feria 5. Kal. Maij paulo post horam 22. in Apostolico palatio. Ex M. S. Card. Siluij Antoniani apud Flam. Cerasolam.

* *In Vascano sepultus.*] Temporario tumulo, in Basilica Principis Apostolorum, prope aram S. Andreae. M. Antonius Muretus in funere perorauit.

* *Sexto V. traslatus.*] Sacro, solemnique pietatis officio, anno 1588. 6. Idus Ianuarij, cadauer translatum, & in nobile illius memoriae erectum, monumentum ab ipso Sixto pene illatu, Antonio Buccapadulio teste, Oratione tunc habita, apud S. Mariam Maiorem. 11. Id. Ianuarij, Sixti iussu, in eadem Liberij Basilica collocatum fuit Pontificium solium, & ad aram supra cuius ciborium aileruantur Reliquiae, Cardinalis Carrasa, pro aeterna Pij salute, lacris operatus est, solemnique ritu: Sacro illi Sixtus, & 44. Cardinales, Oratoresq. ex Gallia, Resp. Venetae, & Ducis Sabaudiae, atque alij, qui sacro Pontificio adesse solent, interfuerunt. Pius, Cardinalis in Aede ad Mineruam sepulchrum sibi parauerat, & his notis insigniuerat.

A. D. L. A. V. D. E. M.
 D. O. M.
 F. MICHAEL. GISLERIVS
 EX. OPPIDO. BOSCHI. AGRIC.
 ALEXANDRINI. ORD. PRAEDIC.
 D. MIS. TT. S. SABINAE. S. R. E.
 PRESB. CARD.
 NOSCENS. TERRAM. TERRAE
 SE. REDDITVRVM. OB. CERTAM
 RESVRRECTIONIS. S. P. E. M. IN
 VIRGINIS. DEI. GENITRICIS.
 TEMPLO. CVIVS. ET. SANCTOR. AC
 PIORVM. VIVENTIVM
 CVPIENS. ADIVVARI. SVFFRAGIIS
 LOCVM. HVNC. VIVENS
 SIBI. STATVIT
 IN. QVO. CADAVER. CVM. SVVM
 OBIERIT. DIEM. PONI. CVRAVIT.
 AN. AGENS. AETATIS. SVAE. LX.
 ET. HVMANAE. SALVTIS
 AN. MDLXIII.

De tumulo, quem Cardinalis sibi fecerat in templo D. Mariae super Mineruam, anno 1564. lo. Hieronymus Catena haec cecinit.
*Ante obitum Tumulo Michaelis nomina FRATRIS
 Religio, ac pietas dum tua scripta legunt,
 Riserunt ambe, tantum quod te ipse putares
 Marmore in exiguo claudere posse virum.
 Et quod iam voluit nomen trans aequora ponti,
 Quodque vel ignotos currit ad Antipodas,
 Saxis aritari breuibus. Sic ergo loquuntur,
 Non Michael FRATER, sed PATER Orbis erit,
 Pontifex Boschi in templo à se condito sepulchru sibi extruxerat, ad illud corpus suum, post obitum, deferri iusserat, adiuuanteq. sepulchro à se dictatam inscriptionem.*

PIVS PAPA V. BOSCHENSIS
 EX FAMILIA GHISLERIORVM ORIVNDVS
 ORDINIS PRAEDICATORVM PROFESSVS
 DIEM MORTIS VNIVERSALISQ.
 RESVRRECTIONIS SVAE AD APICEM APOSTOLATVS
 MONVMENTVM ISTVD ERIGI MANDAVIT
 PRO CADAVERE SVO REPONENDO
 QVANDO DIVINAE CLEMENTIAE VISVM FVERIT
 IPSVM AB SAECVLO NEQVAM ERIPERE.

Cum diuino consilio, illuc post nonnullos annos, delatum non fuisset, Sixtus eo, quasi thesauro, Urbem priuari, non est passus. De his sepulchris Siluius Antonianus, quem Clemens VIII. purpurauit, belle cecinit.

*Sacra PIO velaret adhuc cum Purpura crines.
 Ipse sibi exiguum constituit Tumulum.
 Mox celsio Petri in solio, pietatis amore,
 Nostra, aut, ad patrii monumentum referte lares:
 At SIXTVS patri Monumentum insigne locauit,
 Qua Templi Augusti nobile surgit opus.
 Ossa PII hic, dixit, Christi ad Praesepe quiescant,
 Cui Caelum patria est, Orbis erit Tumulus.*

Corpus Pij, quod lignea est, continet. Sixtus in plumbeam inferri, iussit, his verbis CORPVS PII PAPA E V. in eius autem operculo haec fuerunt incisa.

HIC. RECONDITVM. EST. CORPVS. BON. MEM. PII. PA.
 P. A. E. V. IVSSV. SIXTI. V. PONT. MAX. CVM. ILLVD. GRATI
 ANIMI. ERGO. E. BASILICA. S. PETRI. AD. HANC. BA.
 SILICAM. S. MARIAE. AD. PRAESEPE. SOLEMNITER
 TRANSFERRI. ET. IN. HOC. SVO. SACELO. REPO
 NITVR. AVIT. V. IDVS. IANVARI. ANNO. A. NATIVIT. DO
 MINI. MDLXXXVII. AB. EIVS. AVTEM. OBDORMITIO
 NE. QVAE. FVIT. KALEND. MAII. MDLXXII.
 ANNO. XV. MENSE. VII. DIE. XXIX.

Plumbea illa arca, in cupressae clausis ferreis clausa fuit, nobilique pallio, operis attalici auro intexti, quod Sixtus curauerat, contecta.

Mortem Pij Vbertus Folieta commemorauit, eum potestate Maximum, & virtutibus clarissimum breui hoc elogio commendauit. *Insidebant animo mores casti, & integri, vna omni cum Sacerdotali continentia alta, haud quaquam lapsa pietas, perpetuum religionis studium in disciplina Ecclesiae sacra resuscitanda, licentia superioris saeculi cohibenda, moribus corrigendis, sceleribus, & flagitijs exterminandis indefessus labor. Accedebat constantissima virium Ecclesiae propugnatio, animus maiestatis officicia acerrimus vindex, & assertor; quam praeva multorum superioribus Pontificibus indulgentiam magna ex parte soluerat. Contra Pius nihil inra Ecclesiae minnendo, dum offensiones Principis pro bono publico, contemnit, sese illis venerabilem, vltro fecerat. ad hoc animus celsus, & erectus, & ab omni seruo, omnisque cognatorum, & affinium ditandorum cogitatione liber. ornabat praeterea liberalitatis splendor, animusque regie munificus. &c. Auditor factae Rotae Romanae viri Clarissimi, & Reuentissimi Ioannes Baptista Coccinus, Philippus Pirouanus, & Clemens Merlinus Urbani Papae VIII. ex publicis monumentis affirmant Pij V. virtutes, fidem, spem, charitatem, prudentiam, iustitiam (legalem, commutatiam, obseruantiam, grati animi detiae annexationem, pietatem, pietatem, fortitudinem, perseverantiam, patientiam, temperantiam, abstinentiam, virginitatem, pudicitiam, humilitatem, moderationem animi, mansuetudinem, & miti- racula, duo, quae ante illius obitum, sex, quae post illum, acciderunt, constare. Ante mortem, stola, & benedictione daemones, à quo mulier obsidebatur, eiecit; naualem victoriam agnouit, Deo monente, & praedixit, foederis confectio, & ipsa victoria, pro qua Pius se ipsum in preces effudit, videtur prorsus admirabilis. post obitum, Pij imagines in flammis non solum non combultae, sed nil laesae: mulier ex graui febre exspirata tactu subuculae Pij statim conualuit: idem accidit alteri, quae foetum mortuum gestabat in vtero. alia praetereo. ex alijs indicijs Pij sanctitatem colli-*

cap. l. c.

idem e. 11

Carac. l. c.

Ex C. Oct.

Lib. 4. de

Sac. P. 12.

Pa. 12.

Pa. 12.

gunt,

part. 3.
Lib. 3. c. 23
Carac. c. 7
Gabus. c. 8
lib. 3.
ann. 1575.
5. Kal. Mar.
tij Gabus.
cap. 9. l. c.
Gabus. c. 9
lib. 9.
Et lit. 13.
Octob. l. c.
Cofit. 92.
ex incum-
beni.

gunt, ex dono Prophetiae, quo claruit: ex carne, quae quarto ab obitu die mollis erat, viuidique coloris; ex meretricibus ad lachrymas, & ad pudicitiam sectandam, ex aspectu, & osculo cadaueris eius incitatis, ex odoris suauitate, quae ex ossibus eiusdem afflabatur, ex visionibus, quibus obitum eius illustratum ferunt. S. Philippus Nerijs eum, vt sanctimonia florentem, coluit, Baccius in illius Vita. Sacra Rituum Congregatio, ann. 1615. die 1. Februar. die anniuersaria depositionis Pij, Sacrum de sanctissima Trinitate celebrandum, censuit: & Urbanus VIII. confirmauit decretum. Adeas Sacellum Praeepis in Libertij Basilica, & signa multa, argentea etiam, apud magni Pontificis tumulum pendentia aspicias: quae, & beneficiorum diuinitus collatorum, & precum sanctissimi Pontificis cum Christo regnantis indices existunt.

Si quae de Pio V. dici possunt, perlequi diligentius quis vellet, duo iusta volumina, fortassis, non sufficerent: ex innumeris, fere, pauca haec non potui non adijcere: tum ne lectori fructum adinam, tum ne illius reprehensione carpar. Pius mores, disciplinam Ecclesiasticam, Curiam in Vrbe componere, & restituere, contendit, Visitatores Templorum eiusdem Urbis instituit, ipse Patriarchales Basilicas inuisit, insignioraque pauperum Hospitia, quae etiam pecunijs iuuat. Dei honorem Principum gratiae, & rebus omnibus praetulit, de diuino cultu, & disciplina Ecclesiastica leges, aliasque (consule 2. Bullarj partem) Reip. vtilissimas tulit: omnium Ecclesiarum Pater, & Pastor omnium sollicitudine afficiebatur. Caesari, Regi Gallorum, Venetis, Militenibus, Germaniae, Galliae, Hispaniae, Italiae, Poloniae, Lituaniae, Angliae, Scotiae, Indijs, toti Orbi opitulari, non desistit. In Indijs rem Christianam procurauit, in Prussia, in Belgio, in Germania, in Gallia, in Polonia Catholicae religionis cultum restituit: pro Scotia, & Anglia quid, diuina charitate inflammatus, Pontifex non fecit? Mariae Stuartae lectissimae, & religiosissimae Scotorum Reginae, & Scotico regno Hereticorum seditionibus vexata, quod potuit, auxilium praebuit, & Mariae ipsi paternam scripsit epistolas, quas Franciscus Cardinalis Barberinus asseruat, magnificat, & ex quibus Georgius Conques Scotus, patritij generis, in Vita eiusdem Reginae a se conscripta, excerpta exempla recentit. Maria altera multis laudibus cummulata, Anglicum regnum ad Catholicam fidem, bonamque frugem redegerat: at illa in caelum rapta, (vt licet conijcere) regnum illud nobilissimum inuasit, occupauit. Elisabetha, & Anglicanae Ecclesiae capitis locum usurpauit, regnumque vniuersum in miserum prorius exitum impulit. Pius praeterea Regnam hereticam, Haereticorum fauorem, ei, in narratis, adhaerentes anathematis sententiam incurrisse, ipsamque se Angliae Regnam appellentem, pretenlo regni iure, dominio quocunq. dignitate, & priuilegio priuatum declarauit. (Constit. 101. Regnam in excel- sis, & c. p. 2. Bullarj) Catholicisq. illius persecutione afflictis subuenit. Lituaniam, & Poloniam ad concordiam reuocauit. in Neapolitano regno Ecclesiasticam restituit rem, Tridentinae, & Mediolanenensis Ecclesiae iura defendit, haereses euellendas curauit; Archiepiscopum Toletanum, & Carnesiccam ad se Romam mitti, iussit. Haereticos ad Ecclesiae vnitatem redeuntes benigne excepit, vitis bonis, & doctis praesidio fuit. Turcas vicit, & in timoris voraginem misit: ad Aethiops, Persarumq. Reges, & ad alios Orientalium regionum Principes litteras dedit, hortans; vt Turcas exercitibus percellentes, foederatis auxilio essent: Lucialium Archipiratam ad Christianam fidem reuocare, contendit: multas Epistolas Principibus sua ipse manu scribebat, Geneuesem expeditionem aggredi in animo habebat. Oratores illos, qui religionis studio, ingenuique animi laude illustres erant, a Principibus ad se mitti, postulabat. Ecclesiasticis legibus aduersantia non concedebat. postulantibus faciles praebat aures; libellorum autem per- rigendorum facultatem faciebat omnibus: Haereticorum, & perduellium bona Fisco addita religiosis locis attribuebat: homine modos proponentem exigenda; sine populorum damno pecuniae Roma discedere, iussit: id enim sine populoru damno effici posse, non putabat. in nepote Cardinali Alexandrino humilitatem, & paupertatem adamauit; cum pauperis Cardinalis, & Pontificis nepos esset, eius aedes tapetibus exornari, vetuit, argentea, vala a mensa reijci, & terrea adhiberi, praecipit: nepotem Cardinalem se Cardinali paupere ditioem esse nulla ratione, volebat. Religiosos ordines euexit. Canonicos sancti Georgij in Alga religiosorum votorum obligatione deuinxit. Cistercienses, Crucigeros, Minores, Conuentuales appellatos, Fratres, & Moniales tertij ordinis S. Francisci, & Seruitas reformauit. Dominicanos alij Mendicantibus praetulit. Catechismum Romanum edendū, Mis- sale, & Breuiarium expurgandum, & cudendum, curauit. Societate Iesu vnum esse ex Mendicantibus ordinib. declarauit. Rudimetro- rum Christianae religionis scholas instituit. Patribus Dominicis scribarum ex suis creandorum facultatem fecit. Abbatissae monasterij Sanctimonialium S. Benedicti Conuersani Cisterciens. ordinis (Isabellae Aquauiae) indulsit; vt, opera Vicarij, sui, iurisdictionem, quam ex iure, vel consuetudine, aut Apostolico priuilegio in Clericis Castellanae, quae in Conuersani diocesi extat, exercebat, exerceret. Littere sub Annulo Piscatoris datae fuerunt ad Isabellam & c. anno 1569. die 5. Augusti Romae apud sanctum Petrum, de

A huius Abbatissae iurisdictione Lambertinus de Iure Patronatus, artic. 5. quaest. 5. parte prima, lib. secundo, num. 30. haec habet. *Abbatissa S. Benedicti de Conuersano in Clericis, Laicis, & beneficijs Terra Castellanae.* Iudaeos ab Ecclesiastica ditione, (Roma, Ancona excepta) expulit: Sclauos baptismo regeneratos ad Urbis Conseruatores confugientes libertati reddidos, & ciues Romanos declarauit, statum sibi à Populo Romano decretam, erigi noluit: dicebat enim, *Deo bonorum omnium fonti, omnia debent: non sibi, qui Dei Minister erat; & eius ope agebat.* Congregationes nonnullas instituit, de quibus Gabus. lib. 6. c. 9. alia plura effecit, quae referre, longum esset, non superuacaneum. Sedes Episcopales nouas erexit, Episcopos 306. per diuersa loca, creauit. Pius IV. Synodum Tridentinum absoluit, at V. propagauit, defenditque egregie: cuius zelum secutus sacri Apostolici Palatij Magister, Fr. Nicolaus Richardus, Theologica doctrina, recodita, variaque eruditione linguarum peritia, & Concionandi praestantia in Vrbe, & Orbe notissimus, eandem Synodum, ab Anonymo impie, & imperite contumelijs petitam, propugnandam, suscepit, propugnataque praclare. Nobile, eruditissimum opus, *In Historiam Poeta Sacrosancti Concilij Tridentini Defensio*, aliquando prodidit in lucem.

Societatis Iesv, multis à Pio beneficijs aucta, multum se illi debere fateatur. Collegium Pœnitentiarum Vatic. Basilicae, quod olim ex Sacerdotibus Saecularibus, Regularibusq. constabat, vni Societati Pius, sicut S. M. Maioris suis Praedicatoribus, & S. Ioan. Lateranenensis Fratibus Minoribus, tribuit, reiectis, quae B. F. Borgia, per Cardinalem Alciatum, obijcebat. Concionatorem, quem ipse, & Cardinales audirent, ab eodem B. Borgia petijt: Benedictus Palmius omnium primus, (è Societate) deinde Alphonsus Salmeronus, mox Franciscus Toletus, & Paulo V. audiente, Benedictus Iustinianus insigni munere praclare functi sunt. Clericoru Sacerdotio Romae initiandorum, & Sacerdotum, aliorumq. Sacerdotia postulantium examen, cum alijs, vni ex patribus Societatis commisit B. Borgia, cum socijs petente, duas instituit Cardinalium Congregationes; quarum altera Haeresum extirpandarum, altera fidei propagandae rationem pertractarent. Societatem non semel litteris defendit, & commendauit: cum rumor apud nonnullos percubisset, velle Pium habitum, & institutum eiusdem Societatis mutare, is Pacheco Cardinali roganti dixit. *Abstine Nobis hoc grande peccatum, & patres laudauit; quorum firmavit Constitutiones; decreuitq. vt humaniores litteras, Philosophiam, & Theologiam, aliasq. liberales artes in vrbibus etiam, in quibus Vniuersitas, seu Gymnasium publicum extat, docere possint.* Cuius priuilegij, vi, Rota Romana Decisionibus, & sententijs recentibus id Cracouiae in Polonia, vbi nobilis Vniuersitas floret, & Romae aduersabatur à patribus fieri, posse, pronunciauit. statuit praeterea Pius; vt Collegij Romani professores discipulos suos Philosophica, & Theologica laurea cohonestare, queant. Quod etiam à Paulo IV. statutum.

Hoc Pontifice Ecclesiae gubernacula tractante, obiit, imo incælum abiit B. Stanislaus Kostka, Polonus, Societ. eiusdem Tyro, (Beatus à Clemente VIII. nuncupatus est) qui cognata Angelis virginitate candidus, Virginum Sponsus in Angelico pane, & vinum geminans virgines ab Angelis, S. Barbara, assistente incendio, reuerentique animo accepit.

Ordini Fratrum Seruorum B. Mariae fauisse Pium V. ostendit Archangelus Gianius lib. 3. Centuria 4. Annalium ordinis Seruorum, cap. 9. & 10.

Nec obliuioni tradendum Vaticanum Cardinali Ghislerio factum à Marcello Palonio poetice scribendo, dū ipse cogitaret, ab Vrbe recedere: quoniam Urbis scamnum foret sibi.

*Tu corde inuicelo properas discedere ab Vrbe,
Dicis, & in patria viuere velle tua,
Ex humilis ad magnum Dii aliquid te certe vocarunt,
Consilique tibi signa dedere sui.
Prodsyque abstint deterrent. ecce recessis,
Te Pirata mari, morbus in Vrbe premis.
Ergo mane: votsque hominum, aspicijsque Deorum
Assensire, tibi Vrbs scamnum erit, & patria.*

In eiusdem Pij V. obitu Hieronymus Catena dum Vitam, & mores transcriberet; & addidit carmina felicitate certa, si eadem octauum annum Parca dedisset.

*Instituit leges, mores sacra foedera iunxit,
Edidit, & regnum prelia magna manu.
Confregit bello Turcam, Hydram contudit, Orbis
Felix, si huic annum Parca dedisset adhuc.*

Ad eundem, & Sixtum V. cucullatos Pontifices, ita laudatos cecinit Petrus Carrera.

*Hos equos numero PAPA, equosque cucullo
Experta est claros in chrysa ROMA PATRES.
Alter Christi adum Socialia foedera iunxit,
Quis fracta Ionio res Hostiomana mari.
Alter in antiquum decus Urbem ingentibus auxit
Structuris, Orbis relict, seuera bilanx.*

v. Gabus.
& Caracc.
Ribad. &
And. Scot
lib. 3. c. 4.
Vit. B. Fr.
cisci Borg
& Cep. in
Compend
Dat. Dipl.
1571. in
Maritj.
v. F. Sa
chinum in
eius Vita.

NOVA ADDITIO AVGVSTINI OLDOINI SOCIETATIS IESV.

Pij Patria.
Parentes.

Nomen in baptismo, & in ingressu Religionis.

Prædictio Põtificat.

Electus sumus Pont.

In patria Pij vulgaritur eius electio.

Initio Põtificat. Religionis cui sumus.

Missiones instituit.

Vrbi graui morbo afflicto adest.

Christianorum Principum Oratores benignè recipit. Meretricibus ab Vrbe expellit.

Vestium & coniuuorum luxum reprimis.

Michael Ghislerius, seu de Ghislerijs, Boscho oppido in Insubria diocesis Dertonensis, agri Alexandrini, antiqua, Bononiæ enim Senatoria fuit, sed tunc tenui Ghislerio familia, ut dictum est supra, natus xvj. Kalendas Februarij anno 1504. patre Paulo, matre Dominica, seu, ut alij referunt Dominina, aut Dominina Angeria, die festo S. Antonij, ynde in baptismo Antonij nomen accepit; Michaelis verò, quando anno gratis decimo quarto, Vogeriz in Dominicianorum familiam alcutus est. Dum iudicium poneret Michael in sacro Prædicatorum ordine, cum iuuenes iocula erit illi illaderent, quidam, qui affuit, iuuenes compellendo, aperte dixit, quid facitis, ne contemptis istum fratrem, pauperem licet, & abiectum, erit enim aliquando Ecclesiæ Romanæ Caput, illamque Pastor reget. Renunciatus igitur Romanus Pontifex anno 1566. die iij. ex Vloa; ex Sacchino verò die vj. vel teste Bruno vij. seu ex Balingem xij. Ianuarij. Galliarum Regis voredarius eius creationem nunciaturus, Roma per dispositos equos in Galliam properans, cum ad oppidum Boschi peruenisset, ignarus eam Pij patriam esse, diuino potiùs, quàm humano ductu, præter consilium ab ordinaria, qua extra loci muros recta transitur, declinans via, oppidum est ingressus, ac celeri cursu transire conant, quo vehebatur, equus in medio foro ante summum Parochiæ Templum tam pertinaciter substitit, ut quibusuis adhibitis stimulis progredi, quasi alter Balaam nullo modo posset. Accurrentibus auxiliij causa multis, atque equum vndique nequicquam extimetantibus, ac demum vnde, & quo pergeret, & quid noui esset percunctantibus, vbi Cardinalem Alexandrinum, Boschum, quippe Alexandrini agri finibus continetur, Alexandria autem, sex passuum millibus à Boscho distans, renunciatum esse Pontificem maximum, seque ea de re litteras ad Galliz Regem afferre significavit, statim equus per se repetito cursu cõptum iter insistere: subindeque re diuulgata, summis gaudijs exultare omnes, ad Templum properare: immortales Deo gratias agere, atq. alia multa publicæ lætitiæ signa edere ceperunt.

In Petri sede collocatus, quàm antiquius, quàm sacrosanctæ religionis cultum, omniumque Ordinum, sed Cleri præsertim mores ad pristinum splendorem reuocaret. Qua re familiaribus omnibus ad se vocatis significauit, nolle se, qui aulam, aut domum suam incoherent, fõdere vitijs, sed innocentiam, puritatemque sectari. Cardinalibus, & Episcopis has Christi Domini voces inculcavit: Vos estis lux Mundi: Episcopis omnibus Christiani orbis, ijsq. omnibus, quibus animarum cura esset iniuncta, mandauit, ut ad suum quisq. gregem, aut Ecclesiam se conferrent, tẽpore ad hoc illis indicto: qua etiã de re ad eos Apõtolicas litteras pastoralis officij zelo, paternæque charitatis spiritu plenas transmisit. Iudicibus districtè præcepit, ut iustitiæ rectum iter tenerent, à quo descedendi nemo ex Pontificia familia rector, & suator eis esset futurus, quod id eis specialiter vetitum esset. Missiones illico instituit plures. Ad Augustanum conuentum Hieronymum Natalem, & Iacobum Ledesmam Societ. Iesu Sacerdotes (elegit: Andream Quiedum Æthiopiæ Patriarcham, & Melchiorum Camerium Nicarum Episcopum eiusdem Societatis, missis ad vtrumque Diplomatum, quando Æthiopica expeditio, cuius gratia consecrati erant, vota sefellerat, transferre se ad Iapones, & Sinas iussit. Hieronymum Pistoriensem è Capuccinorum ordine in Candiam destinauit.

Primo sui Pontificatus anno, mense Augusto, cum grauis morbus almam Vrben vexaret, adeoque latè le ipsius vires diffunderet, ut pauperum præcipuè, & artificum, qui solo manuum labore victum sibi comparauerant, familiæ integræ iacerent in lectulis, Pius singulis agroris pecuniam misit, eisque decem Medicos assignauit, ac omnibus opopannæ misericordiam Gambardello affligentium Florebelle Episcopum, necnon duodecim delectos Ciues proposuit, qui vt rectè se haberent, diligenter inquirerent, prouiderentque, ne phararca, aut alimenta opportuna deessent, vel Sacerdotes, qui animarum saluti consulentes eos inuiserent. Ferdinandum Menesium Sebastiani Portugallic Regis, ac Petrum Borzum Poloniam Senatorem, & Sigismundum Augusti Regis Poloniæ Oratores benignè excepit, eosq. in aula Regia dictorum Regum nomine orantes, ac obedientiam præstantes audiit. Meretricum coluuiem edicto grauisimo ab Vrbe, atque ab omni ditione Pontificis expulit; cumque Triumviri Vrbris Conservatores acriter obfisterent ob locandam ædium Vrbs, Pius illico silentium imposuit, dicens: Ergo ne Romani Senatus erit mulierculas basse tueri, & impudicitiæ fauere? atqui nisi ille Roma discedant, Nos cum vniuersa Curia discedemus. Discesserunt plurimæ; nonnullas, vt peiora vitarentur, tolerare necesse fuit, quæ in vnum Vrbs angulum reiectæ, ac remoto, ignobilique loco conclusæ sunt. Interdixit etiam, ne quis virorum sacrorum popinas frequentaret, luxumque vestium, & coniuuorum tota Ecclesiæ ditione repressit. A singulis Cardinalium mortuorû quingentos aureos, qui annulorum nomine exigebantur, ac præterea decem aureorum millia erigendo sacrum virginum Dominicani instituti Cœnobio,

A quod in Quirinali colle magnificè constructum est, attribui voluit. Tenuioris census Cardinalibus viginti aureorum millia; singulis sacre Rotæ Iudicibus ducentos dedit: portionem Canoniam Patrochis, seu eorum Vicarijs perpetuis assignauit. In Sacerdotiorum resignationibus vitiosas hereditarias sustulit, cauens, ne illa hoc modo ad cognatos quasi conuetudinario iure peruenirent. Cumque his legibus, Romanam Curiam euersum iri pleriq. conuenerent, præstata, inquit, Curiam, quam religionis, & Ecclesiæ Catholice statum eueriti. Sanctoribus, ac strictioribus legibus Clerum impletum aliter; nigelum pectus, aut mundanis spectaculis absterent, ne talis, reseris; pagemus pictis, aut vilo veteri ludi genere luderent, neue comœdijs, aut compositationibus interessent, vel alia Clericali dignitati minimè conuenientia facerent.

B Mariz Regina Scotiæ angustijs vehemente condolens, tum præcibus apud Deum pro eius abijs liberamente agens, tum Regè Catholicum, aliosque Christianos Principes ad eius auxilium incitans: ipse quoq. Vincentium Laureum Montifregalis in Subalpinis Episcopum, Nuncium suum in Scotiam destinauit, qui apud eam resideret, & consilij suis, ac rara prudentia, qua erat præditus, ei adesset, scriptis ad eam eo sensu litteris propria manu 6. Iunij anni 1566. datiq. insuper viginti millibus aureorum ad subueniendum Reginz necessitatibus, plura cum ferret occasio, erogaturus. Regina Maria his acceptis litteris ad Pium rescripsit vij. Idus Octob. eiusdem anni, humillimis actis gratijs, delitteris eius consolatorijs, & liberalitate exhibita; pollicita est, omnibus viribus conuixuram se ad restituendam in regno suo, propagandamque Catholicam religionem, auxilio potissimum Nunciij ipsius, qui adhuc in Gallia subsistebat, & quem se breui visurum sperabat. Nuncios deinde filij natiuitatem, & elicitum non sine magna difficultate, Procerum suorum consensus de baptismo ei more Ecclesiæ Catholicæ publicè confensum; sperate se ait. Sacramentorum Ecclesiæ vili, iamdiu per maximam, grauissimamq. religionis mutationem, interceptum, ac propemodum exoleum, cepturum in baptismate filij instaurari, ac renouari. Denique mittere se ait familiarem suum Stephanum Vuillonem, qui litteras ad Pontificem perferret, gratulatus est Pius per aliam litteris eidem Stephano ad ipsam datas die 22. Ianuarij anni 1567. cum adhuc Vincentius Apõtolicus Nuncius in Gallia esset. Qui post longam, & inuilem. ibi moram, cum vidisset, clausum sibi esse omnino per continuas Scotiæ turbas aditum ad eam, per litteras sapienti Regni ad patientiam, & constantiam eam hortatus, in Italiam remigravit.

C Aduersus Iudæos multa sanxit; eos primùm in regione illis attributa noctu foribus oberatis cõcludi iubens: innouata Pauli IV. Constitutione, & speciali Diplomate, ob causas ipsi Vrbe Roma, tota Ecclesiastica ditione depulsi, præterquam in ipsa Vrbe Roma, Auenione, & Ancona. Illos sæpe ad Christianam fidem hortando, monendoq. vt eorum quamplurimos ad Christi fidem adduceret, eius labores non irriti fuerunt; quando multi vtriusque sexus ab ipso aqua saluari perfusi, Christianam religionem amplexi sunt. Inter quos præcipuus fuit Elias quidam, Eliæ leuitæ doctrinam præstantis filius, qui à Pio sapius dum adhuc esset Cardinalis, ad fidem Christianam suscipiendam excitatus, cum ille per iocum responderet, se tunc Christianæ religioni nomen daturum, cum is Pontifex esset, Pius ad Petri sedem subuectus, promissionem Eliæ in memoriam reuocauit, qui post paululum sacri baptismi gratiam petijt; & cum tribus filijs, ac nepote, totaque familia, magna celebritate, feria tertia post Pentecostem, pridie Idus Iunij anni 1566. in Vaticana Basilica, nonnullis Cardinalibus susceptoribus munere fungentibus, ab ipso Pio accepit; Michaelis ei nouis emendictis, & cum suis in Ghisleriorû gentem adoptatus: cuius exemplum plusquam trecenti sacro baptismate initiati sunt. Nec Hebræi tantum, sed Hæretici quoq. tanti Principis exemplo permoti, viam veritatis amplexi sunt. Inter quos insignis fuit Olicæ Princeps, qui Romam profectus, ac Pij sanctitatem demiratus, hæreses, quas hæreticus professus fuerat, eiuerauit. Alter quoque ex Anglia vir pius, qui primùm sacros ritus irrident, ubi interfuit solemnibus, & anniuersarijs Corporis Christi supplicationi, viditq. qua reuerentia Pius adorandum illud circumferret Sacramentum, abdicato errore poenitens in sanctæ Ecclesiæ gremium receptus est. Congregationem fratrum Ioannis Dei ab Vrbeno VIII. Beatorum catalogo adscripsi. Imò sub eadem regula militantes Congregationem Clericorum Regularium de Somalcha dictorum. (qui Iocationem Mediolanensis diocesis; seu S. Maioli, quæ Ecclesiæ fuerat ordinis Cluniacensis, dictis Clericis à Parrolo Veneto institutio attributa) ab Hieronymo Emiliano Carolo Veneto instituto, & Cisterciensium ordinem in vtraque Sicilia mirè collapsum reuocauit. Cumque iam antehac ordinem Seruorum B. Mariæ, & duas familias diuifum, in vnum, idemque corpus, ac in vnam, eandemque familiam, vni dumtaxat capiti subiectam, sub eadem regulari disciplina reduxisset, Constitutione desuper edita id firmari præcepit, iij. Kal. Iunij anno 1570. & incommoda, quæ bonum religionum peruerterent, excidit. Humiliatorem ordinem, tentata prius

Cœnobio sacramentum vrg. a- duos red. dius ali. guat. in Cardi. tales, in. Rose An. ditores, & in Pa. thos libe. ralis. Sanctiõ- bus legi- bus Cleri. aliisq.

Mariz Regiæ referri potest.

Mariz Regiæ referri potest.

In totius quæ reg.

Ere ad Christi ditionem fuit.

Olice in Principe Angl.

Congregatio fuit de S. Maioli, quæ Ecclesiæ fuerat ordinis Cluniacensis, dictis Clericis à Parrolo Veneto institutio attributa) ab Hieronymo Emiliano Carolo Veneto instituto, & Cisterciensium ordinem in vtraque Sicilia mirè collapsum reuocauit.

Mon-

Humilitos extinguit.

Doctrinam Christianam Sodalitat. instituit.

Ripæ Tranlonis Episcopi concecit.

Seuerus in fidei suspectos. Equitibus Hierosolymitanis tauer. Amplificandæ religionis percipit.

Cruces, et reliq. Agnos consecrat.

Sacro Agno miles munitus non leditur.

Exundantem Tiberim reprimit.

Beneficentia in pauperes, & bene de Ecclesia meritis.

Catechumenos & dibus amplioribus donat. Armenis Ecclesiam assignat.

Monachorum emendatione, sed frustra, Constitutione data anno salutis 1570. vij. Idus Februarij extinxit, & aboleuit. At ne homines in errorum circa fidem pericula inciderent, magisque in fide instruerentur, anno salutis 1571. die 6. Octobris Constitutionem edidit, qua decreuit institui vbique locorum ab Ordinarijs Sodalitates Doctrinæ Christianæ, eisque viros doctos præfici, qui pueros, aliosque diuinæ legis expertes, bonis moribus, sanaque doctrina statis temporibus instruerent. Ripam Tranlonis Piceni urbem, dignitate loci perspecta, Episcopali cathedra ornauit, ac Pontifici Romano principem loci Ecclesiam S. Iuliano dedicatam immediate subiicit. Sixtus tamen V. cum Firmanam Ecclesiam in Metropolitanam erexisset, ei Ripæ Tranlonis Præsules suffragari mandauit.

Erga verò suspectos de religione seuerissimum se Pius exhibens, eos per Italiam conquiri iussit, & Romam deductos puniri: Religioni Melitenium ad condendam nouam ciuitatem Valetam in loco, ubi fuerat arx S. Elmi, consilio, pecunia, hortationibus, præstito fuit. Erat adeo Pius tuendæ, & amplificandæ religionis Catholicæ ardore succensus, vt nihil prætermitteret, quo frementium luporum rabiem à Domino grege vigilantissimus Pastor arceret. Inprimis, vt in Gallia veræ pietatis cultus restitueretur, & conseruaretur, & Hæreticorum secta ab Ecclesia, & Rege suo deficientium deleteretur, ab ipso sui Pontificatus exordio, & deinceps continenter, & consilijs, & pecunijs, quinimo, & armatorum subsidij opportune iuuare non desistit: ipsosque Episcopos ad officium suum ritè, rectèque exequendum, curamque suarum Ecclesiarum diligentem habendam monere, ac Regem, vt auxilio ei rei esset, hortari. Cumque Ioanna Regina Nauarræ in iudicium vocata, toto animo, & conatu hæresi patrocinaretur, eamque foueret, & promoueret, Regiam Catharinam Regis matrem hortatus est, vt vel eius regni sibi vindicandi occasionem caperet, vel patretur, vt ipse Apostolica auctoritate, eius aliquem à Valesia domo Regem constitueret. Alioquin esse sibi in animo ea vti hæreticæ, condemnata, & sceptri iure spoliata, Hispaniarum Regem ad eam regni Nauarræ partem, quam Ioanna tenebat, quamprimum fieri posset, occupandam inducere. Nec verbis tantum, sed operibus hæresim profectus est: aurea scuta sexcenta millia, & quinquaginta in Hæreticos tantum, præter thesauros, quos in Turcas exhaufit, consumpsit.

At vt omnium mentes ad Deum colendum excitaret, cunctisq. salutis remedia, & adminicula suggereret, precatorios globulos, & reas, aut argenteas cruces, Sanctorumue imagines, ac cælestis Agnicereas effigies ritè consecrauit. Nec defuit illis religionis instrumentis, ac Pij benedictis sanctitati virtutis diuinæ testimonium; nam ex Agno sacro, quem ille consecrauerat munitus miles Catholicus, igneis globis non modo non penetrari, aut transdidi, sed nec lædi vnquam potuit; eo verò destitutus, primo ictu transfueratus est. Cumque intumescerent Tiberim, atq. ex alueo, summo populi Romani, & Incolarum Urbis terrore exundantem, vnus ex cereis illis orbiculis à se benedictis, ipso iubente fuisse proiectus, confestim impetus aquæ reledit.

Quanta verò esset eius in egentes, & viros de Ecclesia benemeritos charitas, & beneficentia, credi vix potest. Episcopis è sedibus suis pulsus, piè subueniebat, ijsque qui Apostolicarum litterarum statum pretium ante consecrationem soluere non possent illud libenter condonabat. Ministris etiam vtiliter pro ipsa Ecclesia laborantibus in extremis, & operosis præsertim legationibus præter consueta stipendia pro modo periculi, & laboris multa largiebatur identidem. Non moris retinendi causa, sed integro animi affectu, pauperem pedes abluere, atque osculari consueuerat: quod si qui corruptis fœdo aliquo vicere cruribus occurrebant, amantissime complexus osculis etiam suauizabatur. Xenodochia Urbis ipse inuisitabat interdum, ibique decumbentes ægros præsentia, & alloquio suo consolabatur, & qui cum illis ageretur, an latis eorum tum animi, tum corporis salutem consultum esset, perhumaniter interrogabat. Nofocomio, quod à sancto Spiritu cognominatur, viginti aureorum millia dono dedit: Clericorum Seminario sex; Sodalitati B. Virginis Annunciatae quinque, & plura in dotem puellarum matrimonio collocandarum; quarum ideo cunctorumque pauperum Romæ degentium nomina certo libello censeri, ac describi curauit, vniuersisque pro singularum necessitate prouidit: etiam in carcere detentis, aut lites prosequi præ facultatum tenuitate non valentibus, vt gratuito ius fieret, curabat. Catechumenis, & Neophytis, cum multi eius opera Christianam religionem susciperent, vt iam antiqua domicilia eis à Paulo III. parata non sufficerent, laxiores, & commodiores aedes cœmit, quibus, & non mediocre vectigal attribuit. Ecclesiam S. Mariæ Aegyptiacæ olim B. Virgini Mariæ dicatam, Armenis, atque in ea ritu Armenico la-

tra faciendi iisdem concessit. Aquæ Virginis ductum restaurauit: Cœnobium S. Dominici in regione Montium ædificauit, atque ad illud Moniales è monasterio S. Sixti transtulit: S. Syluestri, & Martini in montibus Ecclesiam parocchiam instituit. Iussit in festo S. Thomæ Aquinatis, quem Ecclesiæ Doctorem nominauit, Symbolum in Missæ sacrificio recitari: concessitque Regem in Hispanijs in Canone nominari. Ad augendam Belgarum religionem numismata primus omnium consecrat, sacrosq. eiusmodi nummos gestantibus Indulgentias concedit. Albanum Ducem litteris, & pecunia in Gheusios animat, eiusque precibus attribuitur victoria ab eodem Albano Duce reportata: quare pro ea gratias Deo solemnè ritu agit, & galerum, ac gladium Pontificijs precibus sacros eidem Albano Duci transmittit. Fame quondam insolita Roman premente, tum ex Sicilia, tum ex Gallia Cameræ Apostolicæ sumptibus ad centum aureorum millia ingètes tritici aceruos collegit, quod etiam longè vilius vendi statuit, quàm emerit sibi constitisset. Qua de re expostulanti quæstori ærarij sapienter, & magnanimè respondit. *Turpe esse, & indecorum Principi maxime sacro, seu Pontifici, ex omni occasione questum odorari, quod in Vespasiano Cesare reprehensum est.* In vrbanis quoque, ac in externis ædificijs magnificum se ostendit Pius: Lateranensis Basilicæ laquearia perfecit, & inaurauit: Fabricæ S. Petri structuram continuauit, lacellis, & cubiculis pluribus Vaticanum palatium auxit. Templum Heluetiæ militibus Pontificiæ custodiæ destinatis erexit, & attribuit. Gymnasij Romani, quod *Sapientiam* vocant domum absoluit: in ea publicè docentium numerum, ac stipendium auxit: S. S. Thomæ Aquinatis, & Bonauenturæ Opera lulentiore caractere in gratiam studiosorum magnis sumptibus excudi curauit: Fontes deduxit, labantia mœnia, sacras ædes, turres, pontes, aquæductus, & alia vel extruxit, vel inaurauit. Foris verò apud Bolchum natalium eius oppidum, templum; Cœnobiumque sui ordinis Prædicatorij coniunctum erexit, lanctæ Crucis, & omnibus sanctis dedicatum, vectigalibus ei annuis attributis, quæ ad quinquaginta locos commodè sustentandos latis essent, & sacris vasis, picturis, ac Sanctorum reliquijs, necnon Bibliotheca insigni ditauit. In Ticinensi etiam Academia Gymnasium ædificauit, quod *Ghisleriorum* dici voluit: Anconam vrbem propugnaculis, vnde ad mare prospectus est, communiuit: Centumcellarum quoque portum, ac munitionem absoluit. Inter beatos Iuonem Episcopum Carnotensem vitæ sanctitate, & sacrorum Canonum collectione, alijsq. opusculis clarum retulit, colendumque in Cœnobijs Canonicorum Regularium S. Augustini, cuius professor fuerat ante Præfulatum anniuersaria commemoratione die 23. Octobris, præcepit. Sunt tamen alij non infime fortis scriptores, qui Iuonem inter sanctos à Pio numeratum testantur; at Apostolicæ tabulæ Romæ exarata anno quinto Pontificatus beatorum tantum nominant.

Accedit ad publici cultus, & obsequij amorem referendæ priuatis quibusque gratiæ studium. Cum à Laterano Pontificali diademate tum primùm coronatus in Vaticanum rediret, vniuersæ Curia stipatus, atque in medio confertæ, & circumfusæ multitudinis rusticum quendam agnouisset, qui sexdecim ante hac annis in tuguriolum suum ipsum receperat hospicio Bergamo Cremonam versus à vijs itineribus diffugientem: homini ad se accessit, licet alia omnia tunc cogitanti, ego, inquit, Dominicanus frater ille sum, quem tu iam dudum hospicio suscepisti, statimque mille nûmos aureos ad duas eius filias collocandas, aliosque præterea quingentos in ipsius vsus illi numerari iussit. Inuariatum immemor, bonum sæpe pro malo reddidit: nebuloni cuidam, qui se iam Pontificem famoto scripto lacessauerat, pepercit, cumque capitis damnatus esset, iussit illum coram se sitti, & carmen suum recitare. Tum Pius, si tu mihi, vt Pontifici male dixisses, haud ferres impune; verùm, quia in fratrem Michaëlem, & Cardinalem Alexandrinum ob crassiores calceos conuicia iactasti, abi liber quo velis: ego namq. humilitatem vitæ, & habitus mei semper, & animo retinebo, & libens confitebor, eroque vilis, & abiectus in oculis meis: tu verò abi, & in posterum lingua te abstineas, ne maledicendi libidine, vitæ tuæ compendium facias. Sed maius est, atque admirabilius, quod ex Massonio modò subijciam. Cum quidam vir primarius vitæ eius insidiatus esset, deprehensæque essent litteræ eius rei indices, vocatis duobus præstantissimis Cardinalibus, eas exhibuit: cum reus à se scriptas, ob signatasque fateretur, supplexque procumberet ad pedes sanctissimi senis, lachrymanque demisse veniam peteret, ei vltro benedixit, imposita reo, sibi, ac testibus qui aderant, perpetui silentij pœna.

Obijt Pius, vt dictum est supra, anno salutis 1572. & iacet in sepulchro à Sixto V. illi magnificentissimè in Basilica Liberiana erecto, cuius delineationem hic exponimus.

Cœnobij S. Dominici excitat.

Festum S. Thomæ Aquinatis honorat. Numismata instituit.

Restaurat Ecclesiam Lateranensem.

Gymnasij Romani absoluit.

SS. Thomæ & Bonauenturæ opera excudi curat. Cœnobij in patria religiosis Dominicis excitat.

Gymnasij Ghisleriorum in Ticinensi vrbem edificat. Anconæ, ac Centumcellarum portum munit. Iuonem Episcopum Carnotensem inter Beatos refert.

Gratus pro beneficij acceptus.

Inuariatum immemor.

Pij obitus.

Sepulchrum.



Pecuniam reliquit successores

Oratio fuerit

Post obitum Pius in aeterno Pontificio decies centena millia numeris aureorum reliquit; ac quingenta millia in nominibus post tres inde menses exigenda; praeter tredecim millia in eius cubiculo inventa, quae tenebat ipse in pauperes eroganda; & centena millia, quae praeter manibus habebat intimus eius quaestor aetarius ad varios, & inopinatos casus. M. Ant. Muretus Orator clarissimus elegantissime in eius funere sic peroravit in aedibus S. Petri in Vaticano.

Dicitur ex veteri consuetudine de Pij V. sanctissimi, & in omni virtutum genere summi Pontificis laudibus, in hoc orbis terrarum augustissimo, nobilissimoque consessu Patres amplissimi, maxime opere commoverer, ac conturbaver animo, tum ob virtutum mearum imbecillitatem, tum ob brevitatem temporis mihi ad me comparandum dati: si existimarem aut ullam in quoquam vim dicendi meritis ipsius parem posse reperiri, aut ullam longitudinem temporis suffecturam ei, qui tam copiosi, ac multiplicis argumenti partes omnes pertractare, ac persequi vellet. Sed cum, & omnibus, & vobis praecipue, qui propius illum cognovistis, notum, exploratumque sit, si illum supra ceteros mortales virtutibus floruisse, quarum praestantiam non dicam exaequare dicendo, sed assequi cogitando difficile, atque arduum sit, ipsa me animosior, atque, alacriorem facit suscepti numeris difficultas, cogitantem, quod mihi necessario eveniet, ut, & multa memoratu dignissima praetermittam, & ea ipsa, quae attingam, scilicet multo, atque exilius, quam pro ipsorum dignitate, percurram, id cuiuslibet quamlibet exerceat, & omnibus rebus ad dicendum instructio homini euenturum fuisse. Ac quoniam auguratur animus, cum iam in aeternas illas beatorum sedes euectum, & cum Deo coniunctum, quae hoc tempore a nobis dicuntur, quaeque sunt, audire, atque intueri: eundem in hoc munere obendo modum tenebo, quem tenerem, si ipse, mortali adhuc corpore indutus, praesens adesset: ut, & eo genere orationis utar, quo ipsum praecipue oblectari solitum nonimus, non pigmentis ac fucis obliis, sed sereno ac solido: & ea sola in ipso commendem, quae ipse in rebus humanis sola commendanda ducebat. Qui Ethnicorum more vixerunt, Ethnicorum more laudantur: ego tam sancto, tamque Christiano Principi nullam laudem committere arbitror, nisi vere, ac proprie Christianam. Itaque, in quibus exaggerandis, & amplificandis veteres plurimi erant, & a quibus fere huius generis orationum principia ducebant, patriae claritatem, quam etiam quidam ex illis primam partem felicitatis esse dicebant, nobilitatem generis, opes, ac copias, ea nos, etiam si vere ac copiose id facere possemus, in talis tamen viri laudibus numeranda non dicere. Quamvis haec sint, declaravit ipse Christus, qui, totius Orbis Dominus, obscurum, & ante id tempus ignobilium pagum, in quo nasceretur, elegit: Deus, & Dei filius, faber, & fabri filius haberi voluit: Rex omnium in paupere iugurio natus, non habuit vbi reclinarer caput. Immo vero y demum gloriosi mihi praeter ceteros, atque illustres videntur, etiam si hoc humanarum rationum momentis expendere liceat, qui Deo tantum freti, ea, quae inter homines summa habentur, sine ullis eiusmodi praesidijs sua sibi virtute pepererunt. Pulchrum est enim ita abundare, ut nemini quidquam debeas: ita illustrare alios, ut nihil ipse splendoris, ac claritatis ab alijs mutuatus esse dicaris. Sed, his omissis, quae semper sapientissimus quisque contempsit, iam quasi thesaurum quendam verum pulcherrimarum, ac preciosissimarum aperiens, spectandumque proponens, evoluam, & explicabo vera illa, & divina bona, quae semper illum bonis amabilem, improbis formidabilem, utrisque admirabilem reddiderunt. Qui statim ab ipso incunabulis aetatis principio, cum, & divino lumine illustratus, & domestica, ut credibile est, institutione commonefactus, is qui in saeculo viverent, difficile esse in calum viam iudicasset, impulsu Spiritus sancti fugit & patriam inferiorem, ac terrestri, ut Abraham; iterque illud arripuit, quod ad illam superiorem ac caelestem tendens cursum, atque expeditum esse intelligebat. Fugit ut Loth; neque post tergum respexit; cum sciret, eos, qui manu ad aratrum apposita respiciunt retro, aptos non esse ad regnum Dei. Fugit ut Jacob; & in ea demum terra conquisivit, in qua videt scalas per quas itur in caelum. Dedit enim nomen in laudatissimam illam, D. Dominici sodalitatem, in qua, ut primum instituta est, tamquam in opimo ac fertili agro, eodemque bene, ac diligenter subacta, & excolto, viri, & doctrinae magnitudinis, & vitae sanctitatis, praestantes, nunquam alij alijs succrescere, alij ex alijs continenter propagari, ac profeminari deserunt. In ea ita vixit, ut iuvenis senibus, iro veteranis, novitius exercitatis, tamquam exemplum continentiae, solertiae, frugalitatis obedientiae, omnis denique virtutis proponeretur. Neque vero cepit quidem ita vivere, sed in eo non persistit: neque persistit quidem, sed non longius progressus est; neque progressus quidem, sed in medio cursu defatigatus. Immo vero totum vitam spatium ita transiegit, ut, cum iam pridem ad summam virtutis perfectionem pervenisse iudicaretur, ipse tamen, quotidie seipso melior ac perfectiorerneretur. Cum autem alia in hoc viro admirabilia fuerunt, tum singulare studium conservanda vera, ac Catholicae religionis, & adversus eos, qui illam vlla ex parte labefactare conarentur, implacabile odium semper eluxit. Quibus cum ille perpetuum bellum gerens, ne punctum quidem temporis in vita ab eis vexandis, & exagitandis conquisivit. In-

A abis erratis condonandis atque ignoscendis quamquam, & sui, & aliorum severissimus censor, non ita se durum atque inexorabilem praebebat: qui ab Ecclesia descivissent, nisi aut ipsos erroribus, aut ipsi Orbem purgaret, visam sibi acerbam, atque insuam esse dicebat. Excedebat animum ipsius zelus Ecclesiae: neque quisquam unquam verius idem, quod olim David, dicere potuit. Nonne qui oderunt te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? perfecto odio oderam illos. Ergo cum ei munus in eos inquirendi publice mandatum esset, quas ille potentum inimicitias, quas minus, quae pericula, quas visa, ac capitis dimicationes sibi, dum illos modis omnibus persequitur, defugiendas putavit? quas non potius ultro ac cupide appetit, quam sepe ab illis petitus, a Deo mirabiliter servatus est? ut de eo dici possit, quod alicubi; aut Cyprianus, non animum martyrio, sed martyrium animo defuisse. Ob haec tanta, ac tam praecleara in Christianam rem publicam merita primum creatus Episcopus Nepestinus, deinde a Paulo IV. in vestrum Patres amplissimi Collegium adscitus, atque aggregatus, quanta cum dignitate dignitatem illam sustinuerit, quid opus est, praesertim apud vos agentem, pluribus verbis exponere? Quantum ei prudentia, & acuminis ad videnda ea, quae vera, & recta essent, quantum animi, & libertatis ad eadem proferenda, quantum auctoritatis ad obtinenda semper fuit? Nihil unquam ille in dicenda sententia aut metu aut gratie dedit: nunquam ad cuiusquam voluntatem orationem suam accommodavit: nunquam quidquam veritate prius, aut antiquius habuit. Itaque, vulgo, etiam dicebant, nihil ab eo precibus peti oportere: preces enim apud eum ne ad iusta impetranda necessarias esse, neque ad iniusta extorquenda efficaces. Quod si quida ex veteribus Romanis eo nomine felix habitus est, quod ab eo nemo ullam rem improbam petere auderet: quid hunc dicemus, quem omnes qui quid peturi erant, in quo vel minimum turpidinis inesset, tamquam scopulum quendam refugiebant? Vi autem divino consilio vestris suffragijs, in Pij IV. locum suffectus est, tanta subito extitit bonorum alacritas, & exultatio, tanta improborum fuga, & trepidatio, ut nequissimi quidquam sibi optatus potuisse contingere, nequibus ipsam se iam tuto posse consistere arbitrarentur. Cernere erat bonos hilares, & erectos, tristes, improbos, & abiectos, illos gaudia triumphantes, hos de confisendo sibi voluntario exilio consilia inter se communicantes; illi gratulatum ad Templum conuolabant, hi aspectu hominum lucemque vitabant, illos sublato in caelum, hos amandatos infra terram putares. Neque vero multis edictis, aut programmatibus opus fuit ad postes quosdam hominum ex Urbe pellendas. Vi Sol exorrens nebulas dissipat, ut ventus aream purgat, ita nomen ipsum novi Pontificis dissipavit improbos, & Urbem tetra illa impiorum hominum colluione purgavit. Iam in ipso Pontificatu qualis fuerit, si quis subtilius requirere instituat, ita reperiet, multis saeculis nullum Pontificem fuisse qui ad veteres illos Silvestrum, Gregorium, Leonem, eiusdemque generis alios vivendi ratione, & consuetudine propius accesserit. Primum enim, si privata, & domestica spectemus, eandem in victu, cultuque parcimoniam retinuit, quibus a principio se, cum adhuc in monasterio esset, assuefecerat. Eadem ieiunia erant, eadem preces, eadem stans anni temporibus a certis ciborum generibus abstinentia, eadem interioris vestitus asperitas: neque quisquam unquam intemperans tanto studio voluptates corporis confectatus est, quanto ille eas perpetuo repudiavit. Immo vero, quarum Ecclesia constitutionum propter senectutem, aut propter imbecillitatem corporis gratia plerumque petentibus fieri solent, is ut ipse se solueret, quamquam, & affecta etate, & corpore admodum imbecillo, nunquam tamen adduci potuit. Quotidie se sacrificabat; si id non poterat, omnino tamen sacrosancto missae sacrificio intererat. Nunquam ex eius ore verbum unum prodijt, quod non aut ad Dei laudem, aut ad eorum qui aderant emendationem pertineret. Sic quamquam adhuc in terra positus, versabatur in caelo, & cum hic nobiscum viveret, iam tamen civis erat Sanctorum, & domesticus Dei. Tota quoque eius familia ad exemplum domini composita erat: cumque, multis in locis familiares Principum sumptuosos vestis genere, arrogantia, & contemptu ceterorum, licentia, & dicendi, & faciendi quidquid collibus distingui ab alijs soleant, hic suos ita instituerat, ut nulla rem magis quam modestia singulari, & praecipua quadam sanctimonia vna a vulgaribus discernentur. Atque hac privatim, publice autem quot, quantaque beneficia, & in hanc Urbem, & in totam Christianam rem publicam contulit? Renouavit veterem Ecclesiasticam disciplinam: quae ita iam obsoleverat, vix ut eius imaginem in veterum scriptis agnosceremus. Iudiciorum severitatem, quam iam improbitissimus quisque aut eludere, aut perumpere solebat, renouavit: cumque acrioribus remedijs egere hoc saeculum iudicaret, propositis etiam acerbioribus supplicijs, hominum libidinem, audaciamque frenavit. In quo, si qui sunt, qui cum ut nimis severum, ac rigidum culpae audeant, & ut molles egroti de medicamentorum amaritia conquerantur, facere id non possunt, quin eadem opera de sua nequitia, & lenitate fateantur. Nam si adversus extraneos tantum severitas adhibuit, in se autem, & in suos remissus, atque indulgens fuit, tum sane hos reprehenses audiamus: in, & domi, & foris, & in suos, & in alienos sui se similem praebuit

neque quemquam vsquo eo charum habuit, ut ad eius peccata conueniendum duxerit: is ac amur, id quod res est, severitatem illam ab eximio quodam sustulisse studio profectam his temporibus necessariam, ac salutarem fuisse. Jam cum, & ab omni auaritia, ac fordibus longissime abfuisse, & liberalitate, ac magnificentia excelluisse, & res ipsa loquitur, & ij quoque, qui propter eas quas dixi causas parum eius gloria fauent, consentunt. Cui rei argumento est, & innumerabilem priuatorum inopia subleuata, & infinita illa vis pecuniarum, qua omnibus prope orbis Christiani partibus aliqua difficultate pressis, ac laborantibus sine ulla cunctatione subuenit. Illud vero immortale, & omnium gentium, omniumque seculorum pradicacione celebrandum beneficium, quo uniuersam Christianam rempublicam affecit, inuita, & constituta cum Philippo Rege vere Catholico, & cum Venetis belli aduersus Turcas gerendis societate, quis unquam satis pro dignitate laudauerit? Quam in societatem, ut ceteros quoque Principes Christianos perduceret, cum alia multa molitus est: tum anno superiori, periculosissimo tempore, maximis caloribus, cum quem semper meruissimo vnicui dilexit, fororis sua nepotem, Michaelem Cardinalem Alexandrinum, sibi sanguinis quidem communione proximum, sed virtutis imitatione propiorē, in cuius adspēdu, ac colloquio acquiescebat, cum quo cogitationes, ac consilia sua communicabat, in quo maximum posteritati sua praesidium collocarat, eum igitur Legatum in Hispaniam, in Lusitaniam, in Galliam misit: neque eius, quae tantopere amabat, vitam in apertum discrimen exponere veritus est: dum ne quid intentatum relinqueret, quod ad Christi gloriam, & ad Christianorum utilitatem pertineret. Haec ego cum laudo, Patres Amplissimi vos laudo. Magna enim vestra laus est, aliorum quidem, quod ex corpore vestro talem principem elegistis; aliorum vero, quod vos talis princeps in amplissimum Ordinem adlegit. Singulares principis nostri virtutes Deus Optimus Maximus singulari felicitate cumulauit, datus ei de publico genere hostium duabus maximis, pulcherrimisque victorijs, altera terrestri de ijs qui in Gallia, & à Christo, & à Rege defecerant; altera navalis, cuius recens adhuc memoria est, de sempiterno Christiani nominis hoste, Turcarum Tyranno. Sed, & haec, & alia plurima, quae sciens, prudensque, ne longior sum, praetero, historicarum scriptorum monumentis suis commendabunt aternitati; mihi autē breuiter de ipsius exitu, ac migratione ex hac vita dicendum est: ut intelligant omnes, vitam ita laudabiliter actam non minus laudabili sine esse conclusam. Duo sunt, quae cum ad extremum vita ventum est, etiam spectata virtutis viros de gradu deicere interdum solent, doloris acerbitas, & mortis metus. Et sunt tamen, qui quamdiu à se mortis periculum abesse confident, dolorē satis fortis animo ferunt. Sunt etiam, qui, dum ne graui, & diuturno dolore crucientur, imminentem mortis necessitatem satis equo animo expectant. Qui autem vtrunque praestet, ut neque doloris acerbitate, ac diuturnitate frangatur, neque aduentantis, atque imminentis mortis metu terreatur, ei peccus incredibili quadam fortitudine armatum esse, ac munus non necesse est. Quae laus si cui unquam merito tributa est, huic certe omnium confessione tribuenda est. Qui cum quadragesima totos dies tantam vim doloris perpeffus sit, quanta maxima cadere in hominem potest, numquam tamen vlla vocem parum se dignam emisit: sed illud in ore frequentissime habuit, Domine adde sane ad dolorem, dum addas, & ad patientiam. Mortem autem sibi ab ipso morbi principio certam, atque exploratam ita non exhorruit, ut de ea sine vlla proffus aut vultu, aut animi perturbatione loqueretur: planeque ostenderet eam, à segete Diuus Paulus ait, in lucro poni. Ac ne cui dubium sit, praefuisse eum, sibi ex illo morbo moriendum fore, duas apertas, atque illustres eius rei significationes dedit. Vnam, quod Cardinalem Alexandrinum pridie Parasceues, hoc est vigesimo nono ante ipsius obitum die, sacrosanctam Eucharistiam sibi porrigentem, & visitata verborum formula videntem, iussit insistere, & ita verba concipere, ut in ijs tantum sit, qui sanctissimum illud Sacramentum pro viatico accipiunt, ut paulo post ad aliam vitam conuertiatur. Altera quod cum, ob quandam morbi leuationem, depulsum ab eo esse mortis periculum, constans opinio esset, septem illa praecipua Urbis Templam inuicere voluit, eiusque sterneris, quamquam viribus morbi grauitate, & longinquitate deieclis, magnam partem pedibus confecit, aperte proficens, velle se eorum reliquias postremum videre, quos se non multo post visurum esse speraret in caelo. Mortem autem illius, & praecesserunt multa prodigia, terra fremuit, terrae motus, fluminum inundationes, crebris fulminum tactus, & secuta est tanta populis consternatio, ut eius desiderium vix longo tempore mitigari posse videatur. Sed nos quidem alienissimo rei publica tempore, optimo, & praesantissimo principe orbati sumus; illo autem, ut confidimus, e tenebris, ac vinculis corporis in lucem, libertatemque productus, promissam pps omnibus possidet hereditatem, ita ut mors ipsius, si sortem nostram respicimus luctu, & lamentationibus, sin ipsius cultu, & gratulationibus prosequenda sit. Vos vero, Patres Amplissimi, quos iam vnos maestanti gubernatoris obitu intuetur Ecclesia, quorum ex auctoritate, ac suffragijs, secundum Deum, tranquillitas temporum, & salus republ. pendet, consulite quamprimum rebus afflictijs, & ex

A vestro nobilissimo corpore, ac Collegio aliquem eiusmodi Ecclesie rectorem deligite, qui, & sedare possit marorem, ex huius morte conceptum, & voluntate, prudentia, vfu rerum, auctoritate, apertissimus sit ad perficiendam pulcherrimam, ac praeantissima opera, quae pro propria huius morte imperfecta, atque inchoata manserunt.

Sixtus V. quindecim post felicem Pij ad Deum transitum annis exactis, hoc est salutis anno 1588. in grati animi testimonium, quod eum Collegio Cardinalium ascriptisset, in splendidissimum, ornatissimumque monumentum à se vnà cum iplo sacello magnificentissime exedificatum, praclarisque operibus astatè expolitum in Basilica Liberiana in Esquilino monte ad Praelepe Domini ingenti celebritate deterrui curauit. In hac corporis Pij translatione Antonius Buccapadulius ad Sixtum V. sic petorauit.

Vt nulla unquam esse poterit Pater Beatiss. vilius omnino mentis tanta vis, quae possit habere plane cognitam, & comprehensam summam Dei bonitatem, ut pote res finita, causam infinitam, sic, quod illa omnibus in rebus eluceat, nunquam poterit nobis deesse materia eius agnoscenda; tacitaeque existimatione suspicienda, & veneranda; cuius etiam, in congressibus, sermonibusque celebranda, quaecumque, facultas datur cupidissime est arripienda. Quod quidem nunc fieri velle, neque ipsa facere te P. B. omnes videmus, in corpore Pij V. Pontificis Maximi summo cum honore transferendo; augustissimoque hoc in Templo excipiendo; inque monumentum amplissimum, eius memoria à te constitutum inferendo; ac tuis pene manibus collocando. Diuino autem consilio factum esse interpretamur, ut eo ne exportaretur, quo ille maxime voluisset. Primum, ut nobis ne admiretur; quo nomine vnuerfi tibi gratias agimus: neque enim incundissima hac illius memoria hac Urbis aequo animo carere potuisset. Deinde ut haec officij illius memoria tribuenda facultas tua potissimum laudis feruaueretur: postremo, ut quod ille Pontifex fecisset Paulo IV. Pontifici sanctissimo à quo Cardinalis creatus fuisset, hoc idem à te Pontifice, quem ipse eadem dignitate ornasset acciperet. Sic enim omnes censent, officij vicem cuique reddi aequum esse eodem in genere in quo quisque alium officio complexus esset. Quod si tantopere celebratur praesens Ioseph, in Jacob parentis sui corpore, frequentissimo, & nobilissimo comitatu, & pompa inferendo in speluncam duplicem, anorum scilicet suorum Abrahae, & Sarae sepulchrum in agro Hebron, quibus tandem laudibus prosequemur hoc tuum officium P. B. si personas inter se, si res cum rebus conferamus? Fecit ille vir summus, summo Patriarcha: facis tu summus Pont. & Christi Vicarius, summo ite Pont. & Christi Vicario. Contulerunt se Aegypti Proceres ad execrabilis cohonestandas, Pharaonis iussus; conuenerunt sanctissimi Ordo sacerdotum ad Dei gloriam celebrandum tuo iussu, ades, circumstas Ordo amplissimus S. R. E. Cardinalium, & tuo imitatu; & sua etiam summa voluntate. Intulit ille in speluncam duplicem triplici cum loci honore, intulisti in Basilicam hano religiosissimam, in eadem, à te hic magnificentissime exedificatam; in monumentum, egregio à te ibidem opere extructum. Ille, magno cum sterno, & luctu; tu, nisi quod interdum tangeris, ut necesse est, nonnullarum rerum recordatione, ceterum haec facis, & cernis latus. Ille nullo adhibito sacrificio; tu adhibito verissimo, & sanctissimo, Christi Domini carnis, & sanguinis sacrificio. Est igitur hoc tuum factum, omni ex parte laudatissimum; nobis incundissimum; optimi Pontificis memoria maxime debitum; tua praesantissimae pietate dignissimum. Quid enim est, in quo summo opere commenderis P. Beatiss? Summa quadam à te habita ratio Dei gloriae, cuius tu semper studiosissimus fuisti; quā nunc etiam in primis spectasse te, (quod huic orationi propositum est) perfacile erit ostendere. Abducamus animum parumper à Pio V. ne quis forte existimet, hoc à te homini magis, quam cause tributum esse, neue ego videar illius laudationem suscepisse. Neque suscepisse, neque facile praestare possumus; conari necesse est. Quae enim maxime excellent, ut ipsa per sese admirationem mouent, sic nullius laudationem desiderant. Postquam laudibus exornari ea, quae speciem, parumque aliquam recti, atque boni habent; non quae omni ex parte perfecta sunt, maximaque apparent. Abeamus nunc igitur à Pio V. fingamusque nobis cogitatione alium quandam illius persimilem. Sit aliqui magni quibusdam virtutibus cumulatus: neque ijs modo, quas humana Philosophia agnoscit; sed ijs etiam, quae Christianorum propria sunt, quaeque hominem Deo gratum atque acceptum reddunt. Adhuc at vero sibi hic, quem ponimus, in his praecipuas quasdam, in quibus excellat; in iuuentute, perfectionis professionem; progrediente aetate, adeptisque honoribus, in sacerdotio eximiam sanctitatem: in omni manere obeundo, perpetuam, pro Catholica religione dimicationem: in Pontificatu summam vigilantiam, atque animarum salutis curam; in summo Pontificatu, summum studium Catholicae Ecclesiae amplitudinis: omnibus in rebus incredibilem quandam Dei gloriae zelum. Extent etiam huius talis, ac tantae viri summa quadam in Christianam rempublicam promerita. Qui poterit bonus huius memoria tribuere, cuius vita nihil aliud fuit nisi perpetua Dei laus, non cum summa eiusdem Dei, bonorum omnium auctoritate, & largitoris laude esse coniunctus? Haec omnia in Pio V. recognouisse, in quo eius memoria ornanda cogitasse te P. B. omnes intelligimus: voluisse inquam Deum in illo, illum in Deo spectari.

Corpus Pij, iussu Sixti V. translatum in Basilica Liberiana

Oratio in translatione corporis Pij habitata

Deum celebrari, quia hunc potissimum elegisset, quem tam multis tamque perfectis bonis cumularet: hunc honore affici, quia in omni vita, semper sese Dei voluntati commississet, totumque tradidisset; indeque res, rationesque suas omnes pendere voluisset. Et quamquam equissimum est putare te, qui bene de te meritis gratissimum semper animo, reg. ipsa praeuisti, aliquam etiam in hoc officio, eius, qua tibi cum illo intercesserat amicitia rationem habuisse; amen, non id solum, aut maxime spectasse te certum habemus, resque ipsa loquitur. Vnus hoc eodem officio es, hoc eodem in templo (& quidem tum, cum res tua admodum angusta esset) in Nicolao IV. eius statum, monumentumque ornatisimum statuisti, quem tu certe nunquam videras; neque ullis ab eo beneficiis affectus eras; multis enim iam saeculis antecesserat. Quid igitur secutus in vitroque es? quid spectasti? id unum, quo illorum virtutes, & res gestae referenda erant, ad Dei gloriam. Illa praeterea que eodem pertinebant, quae a te mihi dum hoc dicendis manus imponeres, diuinitus sunt exposita. Fidelium corpora esse (ut Apostolus frequenter appellat) templa Dei, membra Christi, templa Spiritus sancti: Sacro nimirum baptismo expiata; chrismate delibata; Christi sanguine consecrata; eius cruce insignita, fidei lumina collustrata; Christo Domino sacrosancta Eucharistia sumenda, in intima penetralia admissa in perpetuum dicata: fore enim ut haec ipsa corpora reuiuiscant, fruunturque siquidem pie, sancteque vixerint beatitudinem sempiterna. Addebas etiam, si haec tanta dignitas communis esset corporibus fidelium omnium, quantum esse oporteret sacerdotum? quantum Pontificum? quantum summorum Pontificum? quantum Pij V. denique? Tam pretiosum igitur vas, tam praclarum Spiritus sancti instrumentum, honorificentissime condici oportere. Diuinitus plane esse hac in re sententiam B. Dionysij Areopagite, cuius etiam verba a me recitari voluisti. Is igitur exponens ritum eius temporis sepeliendi claros, & virtute praestantes viros, ceteris enarratis sic ait. His peractis Pontifex reponit in loco honesto corpus, cum ceteris eiusdem ordinis sanctis corporibus, si enim anima, & corpore, Deo gratam, atque acceptam vitam egit is, qui decessit, in honore, & pretio erit cum sancta anima corpus quod sacris sudoribus decertauit. hinc diuina iustitia largitur ei digna praemia cum suo corpore, ut comite, & particeps sanctae vitae. Hoc tuum fuit consilium P. B. in hoc honore Pij V. memoria tribuendo. Refert igitur hinc uterque vestrum fructum permagnu: ille si quid forte haeret (ut est humana natura infirmitas) serena contagionis, maximum proculdubio ex tuis precibus, atq. ex sanctissimo sacrificio lenamentum accepit: Si vero (quod sperandum est) beatus iam Deo fruiatur, oratio tua in sinum tuum est conuersa, simulque illi Deum intuenti, haec nunc peragi conspicienti nouum quoddam gaudium accedit; sicq. ipse exultans secum. En haec mihi nunc facit Sixtus meus; quem ego Felicem, haud felicibus suis in rebus unice dilexi; quem consilio, auctoritate, opera semper iui, cuius necessitates subleuaui; quem Pontifex factus, amplissima dignitate, sed ipsius virtuti debita ornauit, quem nunc successorem meum conspicio. Redde eius pietati Pater, bona omnia. Adesto ei Christe Verbum Patris in tantis laboribus ac molestiis, quantum ego Pontificatum referam esse expertus sum. Da ei, quod mihi assidue oranti, proque mea parte etiam conanti es largitus; ut videat Ecclesiam tuam, tuo sanguine acquisitam, amplissimos de Haereticorum, ac Barbarorum impietate triumphos referentem. Impetra haec tu Virgo sanctissima, a Filio tuo, ad cuius nunc Praesepe commodiore tunc tibi eius pariendi loco denegato (immensam, tum Matris, tu Filij Dei humilitatem) ad cuius Praesepe, in me seruo tuo celebratur gloria Filij tui. Haec ille tibi, Catholicaeque Ecclesiae precatur P. B. Nos eadem omnes demisso, humilisque animo, votisq. omnibus precamur.

Claruit Pius in vita, & post mortem miraculis, quibus permotata sacra Rituum Congregatio anno salutis 1615. censuit, anniuersaria die depositionis eius rem lacram non amplius pro re quae animae defuncti, sed de sanctissima Trinitate in gratiarum actionem receptae illius animae in consortium Beatorum esse faciendam. Quod decretum Urbanus VIII. postea confirmauit, & merito, na tanti viri virtutes, quibus ornatus in terris fuerat, eiusdem gloriae, ac beatitudinem, qua fruitur modo in caelis satis superque, testantur. Rem diuinam quotidie si posset facere, vel si per valetudinem non posset, facientibus interesse nunquam intermisit; ut propterea boni, ac prudentes viri dicerent, minime fieri posse, ut is quicumque consilij caperet, nisi prouidum, ac salutare, qui nullum diem feret praetermitteret, quo non hospitem, ac tanquam sui consilij auctorem reciperet Deum. Quos vero Christus Dominus noster acerbissimos pro nobis pertulit cruciatus, iugi penae memoria pie recolerebat: ob idque ipsius Saluatoris de Cruce pendentis effigiem coram habere consueuerat, Apostolicis hinc verbis in scriptis, Absit mihi gloriari nisi in Cruce Domini Nostri Iesu Christi: atque hinc vsus obtinuit, ut imaginem eiusmodi ob oculos habens depingi solear. Erat porro vehementer assiduus in studio sacrae praecationis: quod sane cum ceteris omnibus, tum praecipue Pontificibus singulari dicebat esse praedicio: ac propterea ante lucem in ea exercitatione, stans Sacerdotum precibus recitatis, ita defixus immorari consueuerat, ut ad se interpellandum accedentes, nisi vel-

tis tractu sibi restitutus, aliquando vix exaudiret; indeq. recedens, in diuina raptus, saepenumero videretur esse, neque percunctantibus ad rem satis respondere: quod quidem certo efferebant in Deum charitatis, animique diuina patientis erat indicio. Dum autem in Turcas faciendi publici foederis vrgeret difficultas, singulis noctibus in preces effusus diu vigilabat, & lachrymis, ac ieiunijs sese continenter afflictans, diuinoque magis, quam humano fretus auxilio victoriam a Deo deprecabatur, quam sibi diuinitus reuelatam, & praedixit, & summo Christianae reipublicae bono meruit obtinere, quam, & orandi orationem grauioribus in rebus conficiendis perpetuo Pius adhibuit. Liranas vero, Praefectusq. alius in palatio Apostolico coram se, nisi grauius impediretur, a tota familia ferotinis horis quotidie recitari voluit.

Beatissimae Virgini Dei matri ita se deuouerat, ut nullum ageret diem, quo vel dum summus esset Pontifex, tantique rebus occupatus, sacri Rosarii pensum ei non perfolueret. Quem quidem precandi ritum a D. Dominico institutum, & ab Ecclesia Catholica receptum, maximoque cum animarum fructu iam vbiq. gentium apud Christi fideles vsitatum decreto renouauit, & amplissimis sacrae Indulgentiae donis illo pie vtentes, vel publicam supplicationem, quae ab eius sodalitijs fratribus, singulis mensibus fieri consuevit, deuote comitantes exornauit. Inclita quoque Pij pietas in Virginem Lauretanam enituit; nihil quippe illi antiquius fuit, quam ut eam suo aliquo munere insignem faceret. Proinde inter primum sui Pontificatus rudimentum, illustre in suo monumento testimonium aedi Lauretanae dedit: nam ceteros agnos de more consecraturus, effigiem Domus Lauretanae Angelorum humeris vecta, multis eorum imprimendam curauit, cum hoc titulo: VERE DOMVS FLORIDA, QVAE FVIT IN NAZARETH. Nec nulla ille sui erga Lauretanam Virginem meriti gratiam, ac mercedem retulit. Michaëlem Bonellum Cardinalem Alexandrinum sororis filium, graui periculo quoque implicatum morbo, iamque morti proximum dolens, B. Virgini Lauretanae pro illo vota fecit; haud frustra. Nam exemplo Pij Pontificis preces audire: moribundo Cardinali salus reddita, & Pontifex voti celeritati diuini muneris pari religionis celeritate respondit. Ut primum Michaëlem per valetudinem iter illud exequi potuit, eum ad Lauretanam Virginem misit recepta diuinitus salutis testem votiuo cum dono futurum. Sed, & pro mortuis, quod sibi magnis in periculis aliquando fuisset praesidio testabatur, pie, ritèque precari quotidie consueuerat. Sacro Quadragesimae tempore licet senex, & imbecillis, ac laboribus fractus non solum abstinebat a cibis per eos dies interdictis; sed quotidiano fe quoque ieiunio macerabat, quod item faciebat per Dominicum Aduentum, & alijs diebus tam accuratè, ut nulla aetatis ingrauescentis, aut morbi ratione habita, sacris se legibus solutum esse noluerit. Quin etiam cum tribus tantum hebdomadae diebus, ab ineunte aetate carnes edere consueuisset, eiusque feruorum magister ei grauius, & ad mortem aegrotanti, de Medicorum consilio, vno ex illis diebus, quibus isdem abstinere vltro consueuerat, contusas carnes contritis amygdalis commistas ei potrigi iussisset, nec pietatem necessitas vincere, nec palatum pia potuit astutia fallere. Nam ut ori cibum admouit, benignam ministrorum artem odoratus gustare noluit, expostulans, quod vellent ob duos breues vitae dies ipsum a custodia per sexaginta annos viuendi lege se a consuetudine reuocare.

Statuam sibi in Capitolio à populo Romano decretam exponi veruit dicens, Satis esse, longeque praestabilis, ut quis in pectoribus honorum virorum insigniretur, ac perenniter viueret virtutum exemplum, quam in foro marmoream, aut arcum stare, cum re ipsa hoc est fama, & visa plumbeus esset, aut stupens. Qui autem ipsum, vel in minimis quibusque corripere, eos valde diligebat, parumque fidebat ijs, qui eius dicta, factaque omnia dilaudabant. Cum aliquando vnus de familia sua probatus, ingenuusque vir; isq. praeditus virtutibus, quae Domino suo amabile, efficere solent, apud ipsum Pium commendaretur. Bonus ille quidem intulit Pius; sed mihi nunquam contradicit: non enim ignorabat miserum esse Principem cui vera reticentur; ac Regum opes saepius astantatione, qua hostibus euerti. Saepè familiaribus dixit, se pro adipiscendo Pontificatu, neq. fauore hominum, nec vllam quidem cogitationem vnquam adhibuisse; nec gradum illum cuiquam esse desiderandum, & commiserandum potius, quam inuidendam esse conditionem suam, qui ab eo die, quo ad Pontificale solum fuerat euectus, nullam horam sine sollicitudine, ac molestia transegisset, quin potius splendorem illum externum, quem in me, inquit, intuemini, nihil aliud, quam spinas pungentissimas ego semper reputo, quae animum stimulant meum, quoties subit recordatio, quid ex officio praestare debeam, & qualem rationem commisi mihi muneris omnipotentis Deo sim redditurus. Quare coenobiticae vitae recordatio sibi cum saepius veniret in mentem, velut alter Gregorius ad eam summis votis anhelans, aiebat, se tranquillitate vitae, aut perfecta quiete nunquam positum esse, nisi in prouincia sua, dum vitam duce-ret religiosam. Cum verò Medici, ac familiares aliquando illum iam senem, ac valetudinarium; non ideo tamen sibi parentem, atque a tantis laboribus vacationem aliquam daret, vrgerent, quasi eius violaretur charitas, egregie iratus respondisse fertur, ego alic-

Claruit mi-
raculis.

Rem diui-
nam singu-
lis diebus
facit, vel
illi adest.

Christum
Cruci affi-
xum ante
oculos ha-
bet.

Affiduus
in precib.

B. Virgini
deuotus.

Pietas in
Virgine
Lauretanæ

Cardin. A-
lexandrin.
sanctam
à Virgine
Lauretanæ
recipit.

Pro mor-
tuis quoti-
die orat.

Ieiunia se
macerat.

Statuam
in Capito-
lio respuat

Amator
correctio-
nis.

Alienus à
Pontificatu

Aliquis sibi
viuebat

nis,

Iustitie cultor.

Veritatis amator.

Pij castitas

Sectatoris esperantia

Conscientie potius quam corpori laudificari studet. Pio laudes à scripro- nibus date

P. Manut.

Orator Ducis Ferrarientis.

Natalis Comes.

nis, non meis commodis curandis huc admotus sum vigilanz: vna mihi cura, vt omni officiorum genere Pontificie satisfactio, va- letudinem, ac vitam in postremis habere Pontificem decet.

Super omnia iustitiam coluit, atque vt illa sancte, & incorrupte exerceatur, omnem operam adhibuit: Pontifex lectus, cum in rebus omnibus, preteritum vero in grauissimo, quem vocant vniu- que Signaturæ, hoc est tum Gratia, tum Iustitiaz Consistorio, seu Tribunali integerrimum se prestitit. Si quis enim pauper, vidua, pupillulæ preteritum, aut diuitem haberet aduersarium, Pius causa cognita, pauperis patronum agebat; cumq; nihil clientibus perniciosius, quam lites extrahi, certum diem cuiusque mensis in- dixit, quo miserabilem quarumvis personarum caues, & petitio- nibus, cognoferendis, atque examio inuocabat. Neque solutio- nitiaz, sed Veritatis, quoque Pius fuit innatus, ac familiaris: ne- mo illo vnquam fuit, aut mendaciorum inimicior, aut amantior ueri. Nam si quem semel mendacem deprehendisset, is nunquam amplius in eius gratiam redire posse videbatur, quod exemplo cuiusdam sibi sanguine propinqui demonstrabimus. Paulus Ghi- silerius ex fratre pronepos, miles egregius à Turcis modica pecu- nia liberatus, quod in eorum manus, dum nauigaret deuenerat, suburbanæ regioni, custodiæque Pontificis prepositus, cum iu- uenili lapsus errore, prescriptas Pontificie familie leges aliquan- do violasset, ac præterea culpam mendacio, quod Pius maxime o- derat, contegere voluisset, eum non solum officijs, sed suburbana villa priuauit, & accenso ceruo vocatum, & verbis seuerè castiga- tum, extraditionis Apostolicæ fines abire iussit, antequam accen- sus ignis extingueretur.

Iam supra enarratis virtutibus fuit iunctus flos ille, candorque castitatis anagallis, quæ non modo illibatus, & incontamina- tum perpetuò custodisse, imò nec vnquam se villa lethali culpa in- quinasse, viri grauissimi, qui ei à confessionibus fuisse, & in ijs Archangelus Blancus eiusdem Dominicanæ familie alumnus, atq; ab ipso S. R. E. Cardinalis renunciatus, non exasperatur. Calcabo cum cruciaretur, Medicis censuerunt exemplandum, sed ille nudare corpus infipientibus abnuuit, leuius ducens cruciari, quam videri: cumque acerbillimis cruciamentis extingueretur, in ipso æstu dolorum, ac mortis limina adducta veste brachium ope- ruit, ne quid minus è disciplina dolor exprimeret. Et quia dicere, tum alias, hominum, gule illecebris addictum, castum esse non posse, solum alios, ob causas, quæ ob id maximè temperantiã toto vitæ tem- pore mihi sectatus est, cibumque veluti medicamentum sumi de- bere monebat, ac munimentum ad instaurandas corporis vires ne- cessarium, non ad voluptatem. Quare sicut vt plurimum ex lecti- bus amiarer, volebat esse conditus. Accumbens mense, cum re- rum omnium munditiem, tum sacram perpetuò voluit lectionem adhiberi; tanto mane ante lucem exurgebat, vt ad eum confulen- dum prelatis scibus accederet. Medicis suis, ac familiaribus ni- mios labores in tam assidua, diuturna, animi contentione illi bre- uioris vitæ causam fore momentibus, Principe viro Ecclesiastico sanè dignam sententiam protulit, *Se videlicet à Deo in eo gradu collocatum, non ut sua, sed ut aliena commoda procuraret, ac rei- publice profectum, conscientie magis, quam corpori suo satis face- re oportere.*

Pius Pontificem laudarunt Catholici scriptores ferè omnes: in his Paulus Manutius Epistola ad Marium scripta Romæ vj. Kal. Sextiles anno Christi 1566. *Optimum, ait, qualem etas nostra non vidit, Pontificem habemus.* Idem in Epistola præfixa libro de Deilocatione, vocat, *Pium, doctum, integrum, humanum, recta, simplici, & ab omni furo, fastuque aliena natura præditum, qui in omni uita cursu diuinitus, dignitate, omnibus diuina studi- prætulera.* Orator Ducis Ferrarientis hæc de illo verissimè pro- tulit, à Papyrio Massono relata, qui se adolefcentem huius Pontifi- ci coronationi testatur interfuisse. *Nunquam tu honores secutus es, sed recto semper itinere gradientem, & de sola uirtute sollicitum; de alijs rebus non laborantem, ipsi se ultro sunt honores con- secutus; nihil te Cardinalatus dignitas immutauit, nisi quod ut tua uirtus à pluribus cognosceretur, effecit. Eandem, quam priuatus comitatem, atque affabilem, eundem cultum, eandem uitæ, ac disciplinæ seueritatem retinuit: una erat omnium uox; neminem esse, qui maiori libertate sententiam diceret, qui minus ad gratia loqueretur, quique uera, rectaque erant, constantius, aut animosius tueretur; itaque non in sermone tantum, sed in uultu ipso, ac nutu tuo magna inesse putabatur auctoritas. Tanto igitur, & tam re- pentino omnium consensu Pontifex renunciatus es, ut scuis fortè adhuc dubium fuerat, homini ne iudicio, an diuino Numine sum- mi Pontifices crearentur, quod tamen nemini unquam bono dubiū fuit, ea tota dubitatio proximis Comitibus sublata esse uideatur. Non enim sumose maiorum imagines, non inuidiosa diuinarum magnitudo, non blanditæ Principum commendationes uiam tibi ad Pontificatum munerunt. Eadem illa uirtus, que te ab ipsis in- curabilibus susceptu perpetuò comitata erat, seruat omnino, & uotis nostris, & meritis tuis, sed tamè isto te tandè celsissimo dignitatis inter homines Deo proxima, solio suis ipsamet manibus collocauit.* Natalis Comes eundem summis laudibus extollit ad annum.

1572. nam Virum bonum, & acerrimum religionis Catholicæ do- fensorem nominat; & alibi, Principem magnæ integritatis, & in- nocentia, cuius mors non parum Christianam turbauit felicitatē. Genebrardus lib. 4 Chronographia, Virum sanctum, eo nomi- ne etiam Hæreticis venerabilem, ac Turcis formidabilem, aduer- sum quos fœdere collegauit Hispanos, Venetibus, Italiz Pro- ceteris, Equites Melitenes, cateris Christianis Principibus ad hoc fœdus inuitatis, etiam Molchis, Presbytero Ioanne, item ex pro- phanis Sophi Persa: diuinitus electū præter omnium expectatio- nem mirè sanctitatis Pontificem longiore sessione dignissimum ad corruptelas suorum temporum profligandas. Ioannes Chap- peauillus in Chronico, quod est ad calcem tomi tertij suæ de Leo- dienlibus Episcopis Historiæ, multis miraculis clarum obijisse af- firmat. Franciscus Sacchinus in secunda parte Historiæ Societa- tis Iesu eundem Cardinalem Alexandrinum appellat Virum opti- mum, Senatorem sanctæ Ecclesiæ sapientissimum, naturæ prudent- tem, experimento eruditum. Et in tertia parte enarrat illi- lius obitum subdit: Pontifex vigilantia, & cura, & animi illam so- lij augustissimi maiestatem merito æquare uisus præclare meritis de Orbe terrarum, nihiloque secius de Societate Iesu. Quamuis Spondanus eum minus prudentem in rebus agendis fuisse scribat, cum tamen multa singularis prudentia signa in eius adminitra- tione claruerint. Nec omittamus Cananum illum temporis poetam haud ignobilem, qui in Pij laudem sequentes versus panxit.

Quinque fuere Pij post Diui tempora PETERI, Sed QVINTVS felix dicitur, atque PIVS. Nam PIVS Hæreticis curam defendit uile, Felix cum Turcis maxima bella gerit. O PIA prosperitas, pietas, o prospera, que sic Commissum duplici seruat ab hoste gregem.

De Pio hæc Ioannes Planerius Brixienfis in descriptione patriæ. *Hic erat candidus Lector, Pontifex ille maximus, cuius liberalitate recepturas expectabamus; ut qui prius ab uniuerso Cardinalium cœtu Pius fuit appellatus, mox etiam pium re ipsa se ipsum prest- titit. Nam Maximiliano Cæsari pia arma aduersus Turcam hos- titem infensissimum induenti, maximis suis sudoribus est auxili- tus, quod munus pium, sanctum, & memorabile Christianis omni- bus Principibus extitit. Superioribus etiam annis Equitibus He- rofolymitanis pro Melita Insula aduersus Turcæ fortiter pugnan- tibus opem attulit. Agè uero ob stultitatem propter suam bellum Galliam Regi Christianissimo Pius Pontifex uniuersum Ecclesiam pientem effudit, Romanamque Aeternam pro Christiana pientia defensionem contra Turcas exhausit. Illustrissimo enim Senatus Veneto aduersus Turcam elassem paranti, multis triremibus au- xilium attulit. Urbem Romanam uisæ sanctitate, innocentia, san- ctissimis institutionibus, & legibus instruxit: literatos omnes ad summos honores euexit; uirtus tunc, & probitas sub Pionis Pio reuifescere, atque efflorescere cepit. Zacharias Bouerius in Anna- libus Capuccinorum dum narrat Pij obitum, hæc habet: *Flebilis hic annus millesimus quingentesimus, septuagesimus secundus in- credibilis omnium maxore Pium V. Pontificem Max. Pontif- cum gloriam, sedis Apostolicæ decus, uirtutum omnium columen, Infidelium terrorem, sanctæ ac Catholice Ecclesiæ delicias, ma- gna etiam animo cogitantem, maximo totius Christianæ rei- publice damno Kal. May nobis eripit.**


Quare Henricus Galliarum Rex obtenta Hæreticorum victo- ria, equestria signa duodecim ex ijs, quæ prælio cepta fuerant, ad Pium Pontificem tranfmisit, per Oratorem suum in publico Car- dinalium consensu restatus, hanc se Deo uictoriam Pij precibus in- tercedentibus acceptam referre.

Scriptit Pius, ex Petro Louueto Catechismi pro instructione Sa- cerdotum. Contra Hæreses Tractatum. Epistoliarum libros quinque. Catechismum ad Parechos ad Concilij Trid. decreto copilatus: iussu eiusdè Pontificis publicatus, & deinde in pressum uario idio- mate iuxta nationum Christianarum diuersitatem linguarum.

De rebus gestis Pij V. plures clari nominis scriptores scripserunt. Illius Vitam edidit Agatius de Summa, Antonius Ciccarellus, Ar- changelus Caraccia, Franciscus Ioannetus, Hieronymus Catena Card. Alexandrini iunioris secretarius Italicè: Antonius à Fonte- maiori Hispanicè, Ioannes Antonius Gabutiuis, Hieronymus Man- fredus, Thomas à Costa, Auberius, Ludouicus de Rebus gestis Pij V. Mutius Sfortia scripsit Elogium, seu Poëma de rebus gestis Pij V. Badefius uersu heroico Elogium sepulchrale; Gulielmus Blancus iunior Epigramma de illius imagine marmorea in sacello Sixti ad Præsepe Domini collocata; Antonius Querengus elegia in translatione cinerum in eodem sacello: Io. Antonius Gabutiuis Diaria. Meminere eiusdè præter supra recensitos Guillelmus Rouil- lius, Petrus Galefinus, Ioannes Riualdellus, Seraphinus Razzius, Antonius Maria Gratianus, Guarnierius, & alij.

Extant plura Pij numismata in Musæis diuersorum: quæ nos hic ob lectorum oculos ed eruditam eorum curiositatem explen- dam exponimus.

Præter



DE PROMPTA EX MVSAEIS BARBERINO

Gotifredo, Rondanino, Milesio, et Gualão.

Matthæus Greuter faciebat.



CONGRATVLAMINI MIHI



IN Pauli benefactorem grati animi monumentum

Ecclesia am re purgat

Ecclesia pax reddita

Classis aduersus Turcas instructa

Contra Hydrae Otto manica capita

Italica pace custodia

Venia petentibus impertita

In ædibus Capitolinis.

Præter supra recensita monumenta, alia inueniuntur: & primo A in ædibus Capitolinis ad Pij insignia, hæc legimus.

PIO V. PP. M. LEONARDVS TASCA I. V. D. MATTHÆVS VERALLVS FERDINANDVS DE TORRES } VRBIS COSS. ABSOLVTA SENATORIS IVRISDICTIONE INTERIM QVO ALIVS EIVS LOCO SVBSTITVERETVR IVRIDICANDO POPVLO PRÆFVERVNT.

In Cœnobio fratrum Prædicatorum Boschenſi.

In Cœnobio Boschenſi.

D. O. M. PIO V. PONT. MAX. Anima piaculo, & gratitudini perpetua nota Fr. Seraph. Cabal. Brixien. Ordinis Prædicatorum Generalis Magister Fratribus hic commemoraturis indicxit quaque die primum Sacrum semper dici, atque post completum Psalmum: De profundis, &c. cum Oratione, Deus qui inter Apost. &c. recitari mortuorum Officium, omnis hebdomada celebrata demum qualibet prima sexta feria cuiusq. mensis, Sacrificium, atq. Offertorium per Cœnobij Prælatum toto cū Fratrum cœtu solemniter decantari Boschi Non. Ianuar. MDLXXIII.

In Templo eiusdem Cœnobij.

In Templo Boschenſi.

Templum hoc à Pio V. PONT. MAX. ex Gisloriorum Boschenſium Familia erectum, dotatumque 1571. Hieron. Ragazonis Episcopus Famagustanus, Visitator Apostolic. apud Insabres sub fratre Vincentio Tiscinensi huius loci Priore solemniter consecrauit xiv. Kal. Septembris 1576. Quadragesimæque quotannis dierum Indulgentiam concessit in ipso consecrationis die annuersario suppliciter excedētibus. Horum autem omnium Iacobus Antonius Costa publicam scripturam confecit.

Adolescentis, & aliorum ex Iustiniæ familia.

Anno 1566. Adolescentis cuiusdam Iustiniæ familiæ morte pro fide Catholica Constantinopolis nobilitata est, ut habemus ex notabilibus actorum Consistoriali Cardinalis Gamaræ, quæ asseruntur m. s. in famigerata Bibliotheca Barberina.

Pio Papa V. sedente, die 6. Septemb. anno 1566. Sanctiss. D. noster dixit adolescentem, tres, & decem annos natum Iustiniæ familia ex Chio oriundum, cum captus à Turcis, Constantinopolim delatus esset; vel premio, vel metu nequaquam potuisse ad duci, ut Turcico ritui initiaretur; quin imò cum ei Bassa mortem minaretur, & de ipsum ex fenestra præcipitem dando, vel ferro confodendo; non solum non expauisset, sed martyrij inuens præ se tulisset desiderium; dicendo nullum sibi maius munus fieri posse, quam pro Christi fide vitam cum morte commutare. Tandem in carcerem iniectus, cum ante Deum orationes suas fudisset, ut sibi martyrij coronam donare dignaretur, intæctus, ac sine labe post triduum mortuus inuentus; cuius quidem rei Sanctitas sua Reverendissimos participes fieri voluit, ut Deo gratias haberemus, quod nostris quoque temporibus huiusmodi gratias impertiretur. Dixit afferri nuncium Byzanti homines esse agri, ac consternati animi ob nonnulla, quæ ibi euenerant, quæ ipsi, ut portenta ducebant, inter cætera extinctos ignes, quos in Moschea æternos habebant, & Lunam delapsam, quam primus Othomani nominis Imperator Moschea pinnaculo fixerat. Neque tunc temporis huiusmodi tantummodo adolescentis virtute, ac constantia, sed aliorum ex eadem Iustiniæ familia certamine, & Catholicæ fidei professione Chios nobilitata est. Ex viginti quippe, & vno adolescentibus, quos, capta Chio, Constantinopolim Turcæ abduxerunt, ut narrat Iacobus Bosius Hystor. Hierosol. Religionis parte 3. lib. 36. Decem, & octo vitam, & sanguinem (tormentorum vario genere cruciati) pro fide Christiana profuderunt. Quatuor ex ijs nobis Octavianus Saulius Selectiorum lib. 2. nomina expressit, Scipionis, Hippolyti, Cornelij, Hercules.

Ante alios celebres diuino Numine Diui Scipio, & Hippolytus, Cornelius, Hercules iuncto, (Quos cernis fratres) fera post tormenta cruentum Martyrium passi, immans quo Thracia tellus Sanijs in mites, agitata furore, fideles.

Decem ex varijs Archiuijs Abbas Michael Iustinianus, à quores illius Insulæ à primo eius ortu ad hæc nostra tempora, illustrati, & per annorum series distingui, audimus, eruit; Antonium, Bartholomæum, Britium, Philippinum, Franciscum, Ioannem, Paulū, Paschalem, Paschalem alterum, Raphaelem; reliqui quatuor nondum innotuere, noti sunt tamen Deo, illius libro vitæ descripti. Neque sine admiratione legi debet quod de vno narrat Bosius, nempe cum impactis atrocissimis verberibus iam expiraret, custodes tentasse digitum illius indicem erigere, apud Turcas eiuratæ Christianæ fidei, & Mahometismi recepti signum, sed inani labore; id enim cum perlenſisset adolescens complicatos, compressosque in pugnum digitos, in extremo vitæ adeo validè constrinxit, ut neq.

eo viuo, neque demortuo, licet id sapius Turcæ conarentur, & varijs modis pertentarent, digitum explicare, nec manum aperire vnquam potuerint. Quare Genuæ in reipublicæ Palatio Senatus iuſſu hæc adest horum puerorum memoria.

Duo de viginti Iustiniæ gentis Pueri, omnes sermè decenes Chio à Turcis capta, in Ephesium Constantinopolitanum abducti potius quam à CHRISTO ad Mahometi vel indice in altum sublato, desciscere, magnas animas, ut inuenirent sub fustibus constantissime perdidit.

Supralaudatus Abbas Michael Iustinianus eorundem duo de viginti puerorum obitum vulgari idiomate anno 1656. integro libro, cuius titulus est Sciro Sacra, representauit imprimiq. curauit; eorumque elogja ex pluribus diuersis Auctoribus in vnum collectis

Sub Pio V. anno salutis 1568. in loco dicto Duruello in Hispania opera S. Teresæ de Iesu, nobilis virginis Hispanæ fundatum est primum monasterium fratrum Carmelitarum Discalceatorum.

Eiusdemque gloriosi Pontificis sedula Pastoralis sollicitudinis cura, & vigilantia simul; factum fuit quod Occumenici Concilij Tridentini decreta; ad corrigendos potissimum deprauatos mores accommodata in vnum poneretur in prouincia, & statu Auenionensi; dictaque de causa Carolo Cardinali Borbonio nuncupato rescripti; ac eorum obseruantiam, illi vii sedis Apostolicæ Legato efficaciter exequenda committitur, his adiunctis litteris.

Dilecto Filio Carolo Cardinali, Borbonio nuncupato, Civitatis nostræ Auenionensis, nostro, & Sedis Apostolicæ de Latere Legato.

DILECTE Fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem. Allatum est ad nos, in Legatione ista nostra Auenionensi, quæ tuæ fides vigilantiaque regenda à nobis commissa est, sacrum Generale Tridentinum Concilium, neque antea obseruatum esse, & hoc tempore minime obseruari: quæ de re, tum pro commisso nobis Apostolica seruitutis officio, tum pro nostro erga te amore, existimatiōisq. tuæ paternæ curæ solliciti, non potuimus non magnopere commoueri. Quamuis autem nobis eximium tuum diuini honoris zelum recordantibus, prorsus incredibile videatur, te, in re Omnipotentis Deo tam acceptæ, tamque animarum salutis necessariæ, illo modo negligentem fuisse; tamen nostro ipsi Pastoralis sollicitudinis munere deesse volentes circumspectionem tuam, quo maiori possumus animi studio, in Domino hortamur, ut, si ad hanc vsque diem Tridentini Concilij Decreta in ista Legatione non obseruantur, des operam, ut ea in posterum fidelissime, ac diligentissime, quem admodum equum est, & officij tui ratio postulat, obseruentur. Non modo tibi, cui Legationis istius gubernandæ munus præcipue incumbit, sed etiam nobis, qui iam inde à Pontificatus nostri principio, omnes Christianos Catholicosq. Principes, omnes item Venerabiles Fratres Episcopos nostros, accuratissime per litteras ad id cohortati sumus, turpe esset, si in locis ditionis nostræ Ecclesiæ immediatè subiectis, Concilium non obseruaretur: quod tantis laboribus, tanto Catholicorum omnium Principum consensu celebratum est, quodque nos ab omnibus obseruari, custodiriq. suffimus. Prouide circumspectio tua, si quid in hac re hucusque aut negligentia cessatum, aut indulgentiam peccatum est, corrigere festinet; ac si qui monitis tuis parere neglexerint, in eos sine vlla personarum exceptione animaduertas. Denique quæ Concilium ipsum decreuit, ea sic ad effectum perducere, atque etiam in usum adducere studeas, ut tuam in hac re, sicut in ceteris quæ ad officium tuum pertinent, operam, ac diligentiam, quem admodum hucusque fecimus, laudare debeamus. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xxv. Junij, MDLXIX. Pontificatus nostri anno quarto.

Sedente eodem Pio in Petri Cathedra Iulius Feltrius de Ruere, Ducis Urbini filius, Cardinalis S. Petri ad Vincula Archiepiscopus Reuennas vltim conuocandi Concilia Prouincialia annorum 250. spatio in ea Ecclesia intermissum reuocans, Clericorum abusus reformauit, mores populorum pia castigatione correxit, omniaq. ad sacri Concilij Tridentini decreta instituit anno à partu Virginis 1568. Anno verò 1570. in Belgio ad restaurandam disciplinam, & confirmandam fidem Catholicam celebrata reperit die quarta Iulij Mechliniensis Synodus, cui nomine Antonij Perenotti Cardinalis Granuellani, & Archiepiscopi præfuit Martinus Rythouius Episcopus Iprensis tanquam senior comprouincialis, vir doctrina, & pietate clarus. Carolus quoque Cardinalis Borromæus secundum Mediolanensē Concilium celebravit, in quo multa egregia, quæ ad fidem tuendam, Sacramenta ministranda, & alia pastoralia munera obeunda pertinent, vitæ sunt constituta.

Demum placet hic repræsentare delineationem, atque ex Gabutio in Vita Pij V. naualis pugnæ descriptionem, in qua omnium sæculorum maximè memorabilis victoria de Turcis, eiusdemque Pontificis ope, præcibusque Altissimo effusis reportata est.



DE HOSTIVM apparatu certiores facti classis Christiana Praefecti, pridie IX. Octobris, hora tertia noctis, fauente caelo ac Luna, e Cephalenia mouent. ac postera die, quae dies erat Dominica, ad Echinadas insulas primae luce deuecti, Ioannem Cardonam cum octo triremibus ad portus naturam perspicendum emittunt. subinde classis ad aquandum sensim progrediebatur ad amnem Acheloum, qui Aetoliam ab Acarnania diuidens late tortuosus in mare deuoluitur. Praecedebant dextri cornu triremes, quae praetoriam Auriae sequebantur. qui ut primum ex illis insulis euehi coepit, sub alteram lucis horam, Turcicam classem circiter quindecim millia passuum distantem prospectans, id continuo significauit Aultriacis: qui etiam ex Regia trireme, albescente caelo, aduentantem hostem prospexerat. Neque inde triremes admodum accelerandas esse ratus, ne qua illis in aciem dirigendis confusio nasceretur, culpam indulgentiam, quam vniuersis depugnantibus pro potestate Pivs liberalissime concesserat, iubet promulgari, pugnae signum extolli, & omnes se ad dimicandum comparare. Sacerdotes à Pontifice missi, triremes omnes obibant, militum errata breuiter per confessionem expiantes; Christianique de cruce pendentes effigies per naues circumferentes, praclare hortabantur omnes, ut bono essent animo; nec dubitarent, Christum Deum, pro cuius sanctissimo nomine dimicaturi essent, e caelo ipsis opem allaturum. mox Aultriacus cum in celocem descendisset, idemque Columinam & Requiesensem facere mandauisset, illum ad sinistrum, hunc ad dextrum cornu circumspectandum, classariosque ad pugnam adhortandos emisit. ipse vero mediam aciem circumuectus, suum quemque locum tenere iussit, atque omnium animos ad certamen pie, ac fortiter ineundum optimis rationibus acuebat. Nam praclare cum illis agi putandum, siue superessent, siue mortem opterent. Superstitres quidem, quod sibi tam felici certamini interesse contigisset; demortui vero, quod pro Christi nomine, Christianaque Reipublicae salute fortiter occumbentes se per amplissimam peccatorum expiationem cum beatissimis mentibus feliciter confociare potuissent. Neque vero esse de victoria dubitandum: praesertim tam sancto Pontifice pro ipsis apud Deum, cuius res ageretur, intercedente. Ad haec autem respondebant milites, ne, quicquam de illorum virtute dubitaret, facturos se, quod fortes viros deceret, Columna quoque, & Venerius, alijque duces optime confirmabant suos, nec quicquam eorum omitebant, quae ad ipsam victoriam opportuna fore viderentur. quae res ingentem Aultriacis laetitiam attulerunt. quo ad Imperatoriam suam reuerso, tympanis, tubis, & id genus alijs instrumentis magis etiam erecti & accensi sunt militum animi; atque voce Deus omnipotens, trinus & vnus iuocatus est, & ipsa quoque sanctissima Virgo Christi mater, ut quae plurimum possit apud filium suum (quod illis praescripserat Pivs) reuerenter saluata.

His igitur cum humanis diuinis munita praesidijs Christiana classis procedebat in hostem, qui nostros prospectans, e vestigio se ipse quoque ad pugnam accingens, in hunc modum acies instruxerat. Medio agmine, quod xvi. fere cum triremibus, tum biremibus constabat, Alis, & Portaus, summi duces procedebant. Dextrum cornu, quo lvi. triremes vehebantur, regebant Syrochus, Cauraliusque archipiratae. Sinistrum vero xcv. cum triremium, tum biremium constans numero, ducebat Lucialius. à quo non nihil remotae xii. triremes remigabant. biremes vero xxx. quibus praerat Amurates Dragutes, & alia minora nauigia cogeant agmen. Caracolla magno cum leuiorum nauigiorum numero alios antecedeat. His omnibus archipiratae plurimi, idemque fortissimi, qui luminum insignia praeferebant; adiutores accesserant. Constabat Turcica classis triremibus ducetis & octo; quadraginta & septem biremibus, praeter alia multa minora nauigia. iam vero hostes inflati animis, ac velis propius aduecti, sinuosa fronte in modum semiplena Luna, acie compositi, mare latius occupabant. quippe qui Christianos prius aduersos, mox eos praeteruecti, auersos etiam aggredi, atque ita perstringere cogitarent, ut ne vnus quidem eorum effugere nauigium posset. Nam quoniam Christiana classis diuersis erat subiecta Principibus, putabant fore, ut capta fuga sibi consuleret. praeteritque victorij elati, nihil minus, quam nostros superiores fore existimabant. minorem enim credebant classem Christianorum, quam re vera esset. Itaque ad pugnam se se expediunt, pollicentur duces militi gratiam sui Tyranni, spoliaque amplissima. mox praeliabundi dispolo magno tormento conferenda manus signum edidere. quibus pari signo nostri respondere, pugnam nihil detrectantes. eaque praelij denunciatio eodem tormentorum strepitu, iterum ac tertio, vltro citroque repetita est.

Collatis inde signis, principio, sex illas maiores triremes, quae nostram antecedeant classem, Turcae obuias habuerunt. quae multis, ac validis tormentorum ictibus eminens eos percipientes, illos varias in partes fusos dispulerunt. eorumque acies ita perturbauerunt, ut ingentem suorum stragem intuentes, timore correpti, ordines seruare non possent: Quae res Turcis eo magis improuila fuit, ac terribilis, quod nulla tormenta in eiusmodi tritemium lateribus disposita esse, speculatores retulissent; neque ipsi se ad

id genus certaminis antea numquam visi praeparare potuissent. sed id ut initium calamitatis illis attulit, ita maximo nostris adiumento ad victoriam fuit. Assulere hoc loco Christianis nonnulla praesentis auxilij diuini, eorumque conatus feliciter prouehentis, indicia non obscura. Primum ventus, qui in eam vsque horam fauerat Turcis, reflauit illico, mareque proflus conqueuit; & omnem se ad praelium componendi, & in pugna consistendi sustulit difficultatem. Dein Sol, qui nostris aduersus incurtebat in oculos, prospectumque impediabat, transmissa media caeli regione, radijs suis hostium offendeat obtutum. simulque aera quaedam ab occasu leniter spirans, fumum, quem tot tormentorum excitabant tonitrua, a nostris in Turcas deferebat. At vero Turcae, collectis animis, ac viribus pergebant, & magnas illas triremes vi penetrare conabantur. Sed adeo male tum accepti sunt a nostris, ut bona pars classis eorum dissecta, fractaque fluctuaret. nam quo minus possent hostes ictus illos celeri cursu deuitare, a vento mox non nihil aucto retardabantur. qui etiam fumo omni in illos adacto, fere omnem eis videndi facultatem adimebat. Audiebant tunc nostri fragores magnos, ruinaeque malorum, & tritemium, Turcarumque pereuntium stridorem inauditum. Videbant non paucas illorum triremes flammis absumi; alias amissis gubernatoribus subsistere; plurimorum cadauera, remos, antennis, vasa, diuersi generis arma ferri super aquas. Et haec quidem a solis illis magnis triremibus perpetrabantur. Sed hostes quamuis distractam multis locis classem suam, perturbatosque ordines viderent, tamen furoris quodam aestro perciti, maioreque naues nostras praeteruecti, non deseruerunt sese. Itaque mox praetoriae, triremesque fere omnes ita confligere, ut non iam missilibus, aut tormentis eminus, sed gladijs prope collato pede praeliarentur. nam & prora inter se iunctae haerebant; & naues in arcto sic erant constipatae, vix ut telum vllum in mare vanum intercederet, & cum alij in aliorum triremes insilirent, ac ferreis malleis, militaribus sicis, pugionibus, alijque varij generis armis inter se confingerent, tantus fufus cruor est, ut mare sanguineum esse, atque ex frequentibus tormentorum ignibus ardere videretur. Ducibus, ac militibus tam atroci praelio dimicantibus, iam totis classibus pugna conferta erat. Sinistri cornu sociorum triremes, quae vergebant ad Acarnaniam, acriter primae conflixerunt: graueque & longum certamen sustinuerunt. Sed praefecti Barbadii praestantia, ac reliquorum praeterea Venerorum ducum, ac militum virtus sic enituit, ut ex ea parte victores primum euaserint. At Barbadi non minus egregij militis, quam fortissimi ducis partes implenti, ancipitique praelio strenue dimicanti coniecta sagitta, laevo effosso oculo, caput traiecit. ipseque praepes cadens, inter manus ablatus est. sed extrahi sagittam noluit, donec pugnatum esset. quod illa extracta, praedolore se illico moriturum cognosceret, optaretque se victoriae laetitia fruentem emori. absoluto certamine, cum victores Christianos fuisse intelligeret, e capite sagittam elici passus, gaudio plenus, elatis in caelum manibus, immortales Deo gratias agens, vir singulari pietate, consilio, eloquentia, ac militari virtute clarus, aeternaque memoria dignus e vita excessit. Tanti ducis casum sensit vtraque acies. nam Turcis in turbatam, duce amisso, praetoriam impigre transilientibus, actum de illa foret, ni Federicus Nanius, & Siluius Portius citato cursu hosti se fortiter obiecissent. horum subsidio factum, ut semicapta triremis reciperetur, & atrocior praelio nostri in hostium triremes irruentes, caeso Turcarum robore mixta cum dolore laetitia, eas obtinerent. Non aliorum vero magis in hoc cornu pugnantium virtus enituit, quam Ioannis Contareni, Sfortiae Comitae Sanctaeflorae, Ioan. Baptistae Benedicti Cyprij, Marci Quirini, Antonij Canalis, & Marci Ciconiae. Quorum fortissimorum ducum non minus, quam & aliorum singulari ardore dimicantium, robore, fractis, hostibus, eorumque ducibus Syrocho, Caracolla, & alijs multiplici vulnere confectis, inde Christianis assulere victoria coepit. Sicuti mox etiam euenit in acie media: vbi Imperatores nostri cuuctis se se pugnae periculis inuictis animis obiciebant. hostemque gladio ferire, ac clypeis, & thoracibus, quibus insigniter muniti erant, telorum hostilium ictus cominus, eminusque excipere tanto vitae contemptu non formidabant, ut mortem vltro pro communi salute appetere viderentur. Hoc enim loco inter summos vtriusque classis duces atrocius certamen exarsit: hic pars firmior tritemium, hic militantium robora constiterant. Aultriacus in Ali Bassa regiam inuectus, ad proram ab eo grauissimi certaminis impetum sustinuit: caeteris Turcarum triremibus passim suis opem ferentibus; seque tam pertinaciter defendentibus, ut Hispani vulneribus affecti, graui cum periculo, caedeque mutua identidem repellerentur. Interea Columna cum tritemem, qua cum diu admirabili contentione dimicauerat, in potestatem redegit, aliasque vicinas velut tempestas pari virtute discississet, quacumque pergeret, magnam hostium faciebat stragem, ac denum in Turcarum regiam sese insinuauit. Pontificia vero triremis, cui praerat Honoratus Caetanus, cum insigni Archipirata Caracolla fortissime congreddens, eum oppugnauit. Sed is postea in Ioannis Baptistae Benedicti Cyprij tritemem incidens, cum illo praelian-





interficitur. quem dum Cyprius exanguem armis expoliat, immisso ab hoste eminus spiculo, & ipse transfigitur. Ex altera parte Venerius, alioqui senex LXXVI. annis maior, eximia virtute cum hoste congressus victor discesserat. acceptumque vulnus in crure tam diu dissimulauit, donec hostes essent delati: idque sic vltus est, vt prætoriam sibi infestam ceperit, atque deprefferit. Animaduertente periculo, in quo versabatur Austriacus, a puppi Alim aggredi constituit; si terga cæderet, fore sperans, vt ancipiti dimicatione distractus vinceretur. Prætoriam eo dirigenti, Portaus alter summus belli dux cum triremium globo tam celeriter sese objicit, vt cum in fronte se ostendisset, mox in latera pugnam verteret. At Venerius, cuius virtute res Veneta nitentur, suos verbis, & factis itidem confirmans, pugnantibusque se immiscens, optimi ducis, & strenui militis munera non omittit. Pluribus hinc inde peremptis, acrius Turcæ pedem inferunt. ducibus, ac militibus nostris non animus, non virtus deerat. sed multitudine prelli cessissent loco, ni Ioannes Lauretanus, & Catharinus Maripetrus, Veneti trierarchæ militari fortitudine conspicui, periclitantibus succurrissent. qui dum aliquandiu procedente pugna pari certamine strenue dimicando hostes profligant, glandibus transfusi cecidere. His ducibus amissis, nostri non deiciunt animos. Sed maiore ira succensi vehementius in hostes irrumpunt. aliosque trucidant, alios vulnerant, alios propellunt. Paulo Iordano Ursino duas triremes fortiter oppugnanti, grauique in discrimine versanti præto fuit Comes Sanctæ floræ, cui bene dimicanti brachium duplici glande transfigitur: eiusque ope cæsis hostibus, triremes ipsæ fractæ deprimuntur. Ursinus & ipse in crure faucis, Pontificiorum militum robore munitus, in Portau Balæ prætoriam inuehitur: triemique potitus, eum fuga elapsam non inuenit. nam ille, vt in Christianos victoriam inclinare prospexit, clam e sua prætoria scapha exceptus, abiectis dignitatis insignibus, euaserat. Tanti fuga ducis, vt Turcis adinere, ita nostris adijcere animos visa est. Tandem Austriacus, & Columna, aliorum ducum ac militum viribus suffulti, cum Ali per tres fere horas acerrime dimicantes, singulari virtute hostium Regiam superarunt, Turcis quamplurimis contrucidatis. Ali dissilente ligni fragmento ex adacta pila de triemi Pontificia, cui præerat Alfonso Appianus, summum caput effringitur; duplicique vulnere transfoditur. exangui detrahi spolia, caput abicindi, idque in hasta suffixum extolli Austriacus imperauit. Turcarumque vexillis depreffis, ac signo Crucis erecto, captam hostium Imperatoriam post Regiam suam agebat remulco, Victoriam conclamans. Interfecti hostium Imperatoris cognitum os, & vincentiū Christianorum clamor illico totis classibus exauditus, ac præcipue salutare Christi signum in hostili prætoria elatum, & nostros alacriores ad victoriam perficiendam fecit, & Turcarum ardorem adeo retinuit, vt capta fuga plerique sibi consulerent. Nec fere iam cædendis, sed colligandis hostibus, spoliisque capiendis victores operam dabant. Multi capti, plures celi proceres Turcæ, militesque præcipui. non pauci in mare dedere se præcipites, vt vel aquis obruerentur, vel ad continentem enatarent. Complures subsistete mortem deprecantes, tum quod euadendi deesset facultas, tum quod de Christianorum pietatem, & clementia bene sperarent.

Sed quæ in subsidijs erant triremes, acriter & ipsæ dimicantes, egregie se quoque præstiterunt. nam & Bazanus, & Requeleus, & Cardona, & Linus, alijque præterea duces, vt quæque pars præmi, aut laborare videbatur, pro communi fide, quam omnibus debebant, auxilia impigre submisere. ipsique strenue dimicantes, ad victoriam non mediocrem opem contulerunt. Eodem tempore, qui ex Christianis in vinculis apud Turcas durissimam seruitutem patiebantur, cum nostros vincere lensissent, alij catenas confringere, alij soluti vincos soluere, omnesque raptim captis armis ingentem cædem facere. Dum hostes in acie media, ac dextro cornu strenue ceduntur, in dextro nostrorum cornu minus feliciter pugnat. Ibi duo clarissimi, ac veterani duces ex utraque acie inter se aduersi constituerunt. Io. Andreas Auria, atque Lucialius. ambo strenui, & inter se notissimi, quod eadem litora sæpius obijissent. Sed Auria certaminis initio decem, aut duodecim triremibus instructus in altum se subduxit. Siue quod triremes, in quibus dignitatis suæ summa periclitabatur, in discrimen non adducere caute statuisset: seu veritus, ne hostis, qui multitudine nauigiorum longe erat superior, cornu latius extenderet, Christianamque aciem circumuenirent. Id enim potissimum Lucialius agebat, vt nostrorum aciem cingeret: Auriamque ad latus præteruectus, ad puppim cum illo congregaretur. Sed id consilij ab Auria fuit anteuersum: licet in mare se latius extendere, feriusque pugnam commiserit. Hinc varias subiit reprehensiones: plerisque suspicantibus eum in fugam dare se voluisse. Sed illum alij vindicabant a culpa, quod arte cautus artem eludere studuisset. Quoquo modo se res haberet, grauius hoc loco perculsa sunt complures Christianorum triremes; in primisque prætoriam Melitenis. nam Lucialius nostrorum triremes, quæ ab Auria se disiunxerant, nulloque ordine, & incerto imperio mari ferebantur, conspicatus, eas incredibili celeritate continenti tri-

Amium agmine circumsepsit: easque aggressus, cæsis propugnatoribus, ferocissime percussit.

In hac pugna Ierosolymitani Ordinis milites, quibus est quasi naturale bellum cum Turcis, ad quinquaginta, & S. Stephani equites Florentini complures, Venetique aliquot trierarchæ, atque alij non pauci fortissime dimicantes cecidere. Prætoriam Melitenis acriter cum Lucialio congressa, tandem in eius venit potestatem. sed mox a nostris recepta est: Petro Iustiniano, strenuo duce, faucio, e Turcarum faucibus erepto. grauioremque plagam hostes intulissent, nisi Auria, mox Austriacus, Columna, Venerius, Bazanus, & Cardona, conspecto periculo, celeriter suppetias attulissent, hostemque profligassent. Quos cum Lucialius appropinquantes, & Auriam triemes in se obuertentem conspexisset, virtuteque nostrorum mediam aciem, ac dextrum cornu cæsum, superatumque fuisse cognouisset, metu ardorem pugnae remisit. ac relictis, quas ceperat, triremibus, quam citatissimo potuit agmine in fugam se coniecit. Eum nostri cum sex, aut septem nauigijs ad promontorium vela facientem inlectati, reliquas Turcicas triemes, quæ erant ad triginta, ad litus allidere compulerunt; easque omnes, vna dempta, remulco extractas, sed inanes, & male multatas receperunt. Lucialio velocissime, vt diximus, effugiente. qui cum semifractis aliquot nauigijs, quæ xxx. ferme esse ferebantur, Methonem versus, Constantinopolim properauit, vt ereptum Melitenibus vexillum, captamque triemem fortitudinis suæ signa, Selymo præstaret. Eum vero, quod iam aduersperasset, remigesque fractis viribus defatigati essent, nostri persequi nequiverunt. Hostibus igitur maxima ex parte cæsis, compluribus in vincula, reliquis paucis in fugam coniectis, integra nomini Christiano victoria stetit. Qua peracta, nostri collectis triremibus, ac spolijs, in portum se receperunt. mox sæua exorta tempestate, marique vehementer perturbato, ne in portu naufragium facerent, nihilque inde læderentur, qui victoriam dedit, Deus incolumes protexit. Spectaculum visu fœdum, miserandum, ac terribile omnino erat, cæsoforum hominum corpora, cruentati- que maris fœditatem, arma, simul & contractarum triemium partes vndique fluctuantes circumspicere ipsaque cadaverum, supernatantium multitudine remorum pulsum præpediri.

Erat in Regia Christiana, præter alios, delecta quadringentorū Hispanorum militum manus. qui sub tabulatis ad longioris pugnae casus, & ad vltimum discrimen reseruabantur. ij nutum Austriaci ad consurgendum expectantes, vt primum ex condito editum surgendi signum audire, integri vigentesque ex improviso exorti, fessis nostris, atque extremo in periculo versantibus succellerunt; sublatoque clamore in lassos hostes strictis gladijs impressionem fecerunt. Hæc inexpectata acies, improvisaque procella primo confudit, turbauitque barbaros; mox vasta strage cecidit. Austriacum Hispani complures proceres viri consilio manique prompti, præliando circumstabant. In ijs Ludouicus Requeleus, eius legatus; Bernardinus Cardenas, qui fortiter dimicans mortem oppetit; Lupus Figueroa, castrorum Magister; Michael Moncada, Petrus Padilia, & alij plerique viri summo loco nati. qui strenue pugnantibus egregie virtutis specimen ediderunt. In prætoriam vero Pontificia præter fortissimorum militum cohortem, florentem Romanorum procerum globum Columna secum habebat. In ijs erant Pompeius Columna, Zagaroli Dux, quem illi Pontifex legatum adiunxerat, & Prosper eius frater, Troilus Sabellus, Vincentius Vitellius & alij, quorum virtus, consilium, impigraque opera hoc bello spectata in primis est. ex ijs vero Horatius, & Virginius Ursini, & Horatius Carafa strenue dimicantes inuidis animis occubuerunt. sed hoc prælio egregia virtus etiam eluxit Parmæ & Urbini Principum, Linij Sabaudienis prætoriarum ducis, Francisci Diodi, maiorum triemium Præfecti, & Alcanij Cornet. Nec ijs in hoste cædendo inferiores fuere, Gabriel Sorbellonus, & Pompeius Specianus, Mediolanenses, & alij genere, & bellica virtute insignes. Paulus vero Giflerius, P. II Pontificis consanguineus, in hoste proterendo nemini secundus, strenue dimicans vulnus in faciem accepit, triememque sibi infestam, cæsis hostibus. aliorum ope deuictam in potestatem redegit. Michaelque Bonellus, Pontificis sororis nepos, impiger adolescens, acriter pugnas hostes cædebat. Denique omnes, & Pontificia, & Regia, & Veneta classis siue duces siue milites tam egregie se gesserunt, vt ope diuina ingens ille Turcarum exercitus totus fusus, ad internecionem cæsus, captusue fuerit.


Hunc igitur dies ille, memorabilisque conflictus hora cæptus meridiana felicem exitum consequutus est, atque tam breui temporis intervallo, videlicet quattuor circiter horarum spatio, placuit Deo, maximam omnium quæ in mari post hominum memoriam extiterint, victoriam dare Christianis. quæ res eo fuit admirabilior, quo nostri & militum, & nauigiorum numero erant hostibus inferiores, & sane perspicere nemo non potuit, id factum esse diuinitus.

CREATIONES CARDINALIVM PII PP. V.

Pius V. Pont. Max. tribus ordinationibus vnum supra viginti Cardinales, Presbyteros scilicet duo de viginti, Diaconos tres hoc ordine, ac tempore creauit.

PRIMA CREATIO VNIVS CARDINALIS.

Anno salutis 1566. Pontificatus primo, Pridis Nonas Martij, die Mercurij, Pius V. Pont. Max. Romæ vnum Cardinalem pronepotem suum Cardinalibus ascripsit, qui fuit.



I. FR. Michael Bonellus, Pij ex Gardina sorore Boschi, diocesis Dertonensis anno reparata salutis 1541. ex honestis parentibus natus, ac honestis moribus imbutus, ad sacrum fontem Antonij nomen à parètibz accepit, litteris humanioribus Romæ in Collegio Germanico vacauit, & in ipso iuuetutis flore, magni auunculi sui Michaelis Ghislierij vestigia sectari cupidus, relicto humilioris vitæ institu-

to, cui fuerat pridem ab eodem additus, mente diuinitus adnata, sacrum S. Dominici ordinem in monasterio S. Mariæ super Mineruam Romæ professus est, vbi Antonij nomine reiecto, Michaelis assumens, vitæ exemplo, morumque modestia mirabilis, præter ipsam auunculi existimationem, quæ iam ab honorum accessione cœperat increbescere, plurimo apud omnes in pretio habebatur. Ergo ex sancti Officii supremo Inquisitore, Episcopo Nepefino, & Sutrino Michael Ghislierij purpureo galero insignitus, ac tandem summo totius Ecclesiæ Sacerdotio præfectus, & Pius huius nominis Quintus appellatus, vt tantam rerum Ecclesiasticarum molem commodius ferre posset, toto Cardinalium Senatu adhortante pronepotem suum Perusiam Theologicis studijs intentum, Romam venire iussit, pileo, quem ipse gestauerat, eiusdemque Ecclesiæ S. Mariæ super Mineruam titulo, atque Alexandrini cognomine, ac prouincia vniuersa status Ecclesiastici administrandi annos tantum vigintiquinq. natum decorauit. Ioannis Quentelij hæredes anno 1567. nonnullas Epistolas Roma in Germaniam missas, ad Pium V. spectantes collegerunt, Coloniæq. typis euulgarunt, quas iterum Fr. Archangelus Caraccia Theologus Dominicanus Romæ anno 1629. cum narratione rerum à Pio gestarum in lucem edidit. In harum tertia leges, Pium Cardinalibus primarijs vrgentibus, vt Michael Bonellum in Cardinaliû cœtu cooparet, sæpius restitisse. Cum idem Catholicis Regis Operator, Regis nomine, & Cardinales omnes in Consistorio, duo dignitatem scilicet Cardinalitiam, & rubeum dignitatis insigne pro Bonello petijissent: dixit, *Cardinalem eum constituam, vestras oramus animas; rubeum autem insigne nequaquam tribuam: religiosi instituti vir est, ordinis sui vestibus utatur, pauperem vitam viuat: quare familiam non magnam, sed insigni habito probitatis delectu ei dedit. Michael vnice Pius diligebat, Non tã, ait Folieta ob sanguinis necessitudinẽ, quam ob egregias virtutes, ac prestans ingeniu, inuegit, & castos mores, & vita cursu continenter alit.*

Anno 1568. S. R. E. Camerarium eundem Pius nominauit: at pro cogenda contra Turcas pecunia, magistratum illu Pio petenti remisit Michael dicens, se multo magis eidem debere, quod illum ab eo pro bello contra Turcas suscipiendo petijset, quam cù sibi contulisset. Quare Pontifex Aloysio Cardinali Cornelio septuaginta millibus aureis Camerariatum vendidit, ac Michaeli anno 1571 Prioratum Vrbis, qui ad Hierosolymitani Ordinis Equites pertinebat, Abbatiamque S. Michaelis Clusini contulit, ac Legatum de Latere constituit. Quare Michael in Hispaniam, Galliamque grauissimis de rebus cum Regibus acturus, amplo, honestoq. excellentium virorũ comitatu contendit. Sex ex ijs Cardinales deinde fuerunt ex Cardinalibus sex vnus Romanus Pontifex Clemens Octauus; quare legationem illam Seminarium quoddam Cardinalium, & Romanorum Pontificum dices. Fuerunt autem in ea legatione Hippolytus Aldobrandinus Rotæ Ro. Auditor, Alexander Riarius Cameræ Apostolicæ Auditor, Patriarcha Alexandrinus, Mattheus Contarellus, Franciscus Maria Tarasius, Cæsar Specianus, Gulielmus Baltonus, Vincentius Herculanus, B. Franciscus Borgia Societatis Iesu Generalis Præpositus, & Bartholomæus à Lugo. Romæ in Bibliotheca Dominicani ordinis ad Mineruam, duo volumina in. ss. Commentariorum earum rerum, quæ in itinere illius ad tres Reges acciderunt, completentia se vidisse fal-

A sus est Andreas Viorellus. In sociale bellum Regio arario ex bellis contra Hæreticos exhausto Gallus Rex consentire non potuit; at se nunquam sacro foederi impedimento futurum pollicitus est, detractumq. annulum magni pretij Adamante ornatum; *Accipe, ait, Legate pignus hoc arrabonem promissionis, fidesq. mea, quam tibi do, me ob sancta Sedis Apostolicæ obedientia nunquam defuturum; & quacunque sum pollicitus aduersus horum scelestorum hominum impietatem, cumulatè præstaturum.* Repudiavit annulum Cardinalis dicens, testatam tanti Regis fidem se cuius pignori anteferre: Post Pij mortem missus est annulus Cardinali à Rege, in cuius pala hæc incisa legebatur: *NON MINVS HÆC SOLIDA EST PIETAS, NE PIETAS POSSIT MEA SANGVINE COLI*

B In Urbem rediens sub Gregorio XIII. Congregationi Regularium interfuit, quæ sub nomine Reformationis Apostolicæ nuncupabatur, vt innuunt regeltra Decretorum, & Litterarum eiusdem Congregationis, eidemque postea præfuit: Sixto V. sedente, B. Didaci apothecæ caulam examinauit, ac relicto S. Mariæ super Mineruam titulo, gradum ad alium S. Laurentij in Lucina fecit. Sub Gregorio XIV. ex Presbytero S. Laurentij in Lucina Episcopus Albanus renunciatus, sub Clemente Hungariæ rebus præpositus, Equitum Hierosolymitanorum, & Canonicorum secularium S. Georgij in Alga, & Sabaudia Protector, necnon à Philippo II. Hispaniæ Rege Boschi Marchio creatus est. Confraternitatis S. Bernardi Romæ patrocinium post obitum Cardinalis Motoni gessit. Seminarium erexit apud Rhetios, annuoque redditus assignauit pro triginta quatuor illius nationis iuuenibus erudiendis in litteris, ac pietate, ad Rhetiorum gentem in fide Catholica continendam.

C Interfuit sæpe sæpius Michael Cardinalis Bonellus Comitij Pontificij, illis scilicet, in quibus renunciari Romani Pontifices, Gregorius XIII. Sixtus V. Urbanus VII. Gregorius XI. Innocentius IX. & Clemens VIII. sub quo, anno salutis 1598. ætatis 57. cum septem Vrbis Ecclesiis inuisens incalisset, laborans morbo, quem Medici *Perermsiam* vocant, spatio septem dierum, vij. vel iij. Kalendas Aprilis, die Veneris, hora noctis sexta è viuis abiit, legatis prius tum familiaribus, tum pauperibus pecunijs multis, qui eum miserorum, & egentium parentem nuncupatum, diu multumque, quod quotannis multa aureorum millia in ipsorum inopia subleuanda impenderet, luxerunt. Corpus funebri pompa in Ecclesia S. Mariæ super Mineruam in humili sepulchro conditum. Petrus Cardinalis Aldobrandinus, Clementis VIII. Pontificis maximi nepos, Auunculi voluntatem secutus, qui ob Ioannem Aldobrandinum fratrem in Cardinalium numerum à Pio V. coopratum, monumentum ad S. Mariam super Mineruam, vbi Bonelli cadauer conditum, vt diximus, fuerat, instituerat, magnificè absoluit, elogioque hoc nobili ad pulcherrimum sepulchrum insculpto, huius Cardinalis memoriam exornauit.

FR. MICHAELI BONELLO ORD. PRÆDIC.

S. R. E. CARD. ALEXANDRINO

Episcopo Albanensi PII V. ex eodem Ordine sanctissimi Pontificis Sororis Nepoti; ab eoque ad grauisima Sedis Apostol. negocia moderanda adhibito Legato Sacri Fœderis inuendi causa ad Reges in Galliam, Hispaniam, Lusitaniam, cunctis à se pro Republica susceptis stremit, ac feliciter perfuncto religionis, prudentia, integritatis, eximique virtutis laude præstantissimo.

Vixit Annos LVI. Menses XV. Dies VI.

Obijt. iv. Kal. Apr. MDXCVIII.

Quod illi monumentum ob Ioannem Aldobrandinum Fratrem in Sacrum Collegium à Pio coopratum, aliaque eius Auunculi in se, Familiamque suam merita

CLEMENS VIII. PONT. MAX. instituerat.

Petrus Cardinalis Aldobrandinus S. R. E. Camerarius gratam Patris voluntatem secutus Collegæ opt. Pos. Ann. MDCXI.

F Michaelis Cardinalis Vitam; Michael Pius de Viris Illustribus ordinis Prædicatorum tomo primo: de illo Seraphinus Razzius, alijque plura scripserunt.

Huiusce Cardinalis numisma præ manibus aliquando habui cum nomine sic expresso: MICHAEL BONELLVS CARDINALIS ALEXANDRINVS. Collegij Romani Patres olim Michaelis Cardinalis effigiem expresserunt cum hoc Epigrammate.

Pileum ALEXANDRINE geris, quem sideris instar Vertice sidereo gesserat ante PIVS.


Annulum ALEXANDRINE geris, quem dextera vindicæ Caroli agit domitam in Tartara perfidiam.

Heroum MICHAEL decora alta capeffe, vocat te Hinc caeleste caput, regia, & inde manus.

SECUNDA CREATIO CARDINALIVM.

Pius V. Pontifex Max. anno Dominica Incarnationis 1568. Pontificatus tertio, die Mercurij 18. Kal. Aprilis, Cardinales quatuor, Presbyteros videlicet duos, totidemq. Diaconos renunciauit, quorum series hæc est.

Cabrera. Petramell. Andr. Vi. storell. in Addit. ad Ciacoitii. Io: Baptista Adria. in Histori. P. Strada in Histor. Belgica. Aubery in Vita.



II.

DIDACVS Spinosa Hispanus, Petri filius, illustri genere, seu, vt alij volunt, honesto genere in Martin. Muñoz de las Posadas, Castellæ veteris vico natus, post humaniores litteras, Legum studio, & Iuris Canonici peritriæ vacans, eam de ingenij sui, & virtutis excitauit opinionem, vt in Conchen. Collegium coopertus, ac in Salmanticensi Academia iuuenis adhuc legalem scientiã

tam feliciter professus est, vt inter Hispaniæ Iurisconsultos illa tempestate præstantissimos breui primas tenens, vtramq. laudem, doctrinæ scilicet, & reipublicæ bene gerendæ consecutus merito sit. Sunt qui scribunt, Didacum hunc in Compluten. Academia, quoque litteris vacasse: tabulæ Compluten. hoc affirmant, atq. ex illis Aluarus Gomesius, aliique, qui Francisci Cardinalis Ximenez vitam scripserunt. A Philippo igitur II. Hispaniarum Rege, post alia minora reipublicæ munera feliciter administrata, supremo Regio consilio præesse, summumq. gerere Magistratum, inquit *Presidentem Castella* vocant, iustus est. Cui etiam honori, Inquisitionis in Hispania Generalis, & Episcopi Serguntie dignitatem, anno 1558. Philippus adiecit: ita verò eidem Regi charus fuit, vt in sua prudentia, consilio, atque moderatione, summa regni illius versaretur. Neque hoc contentus Philippus, vt viri tanti meritum satis faceret, à Pio V. propensio in omnes bonos Pontifices, purpuram Didaco absenti impetrauit, qua indutus, inter Presbyteros Cardinales tituli S. Stephani in Cælio monte locum obtinuit.

Hic Regem ad fœdus cõtra Turcas adhortatus semper est: primus in Peruano regno sacrum Inquisitionis Tribunal erexit; ac Michael Bonellum Card. Alexandrinum Legatum ad Philippum honorificè in Hispania accepit, obuiamq. Procerum, & Regij Consilij Præsidum corona circumdatus ei processit. Marchionastitulum pro suis à Philippo Rege oblatum respuit: Palatium in patria construere, etiam suadente Rege noluit dicens, in Principem Ecclesiasticum non cadere opus marmoratum, nisi ad Deum cultum consruere: cumque Rex instaret, paruit hac conditione, vt Regis insignia apponeretur ædificio illi iussu Regis extructo. Senatores Hispaniæ vrbis, vt seuiam, qua prenebatur vrbis illa, luem effugerent, à Cardinali discedendi facultatem petierunt, & obtinuerunt illa conditione, vt eorum nullus, qui vrbem illa occasione relinqueret, pestilentia terminata vrbem ad exercenda præclara munera repeteret: nam Magistratus non propriæ, sed reipublicæ commoditati est institutus. Iustitiæ cultor singularis publicum ministrum in administranda iustitia desideriosum, vt impendium ad allem redderet, impetrauit.

Febri, quem tertianum vocant, correptus die Mercurij Nonis Septembris anno salutis 1572. ætatis septuagesimo, Greg. XIII. Pontificatus primo, Madriti è vita migravit. Corpus in sacello à se in vico Martin Muñoz vbi natus fuerat, constructo sepulchro cõditus quiescit cum sequenti sepulchrali inscriptione.




DON DIEGO DE ESPINOSA

Obispo de Siguença Cardenal de Santeztuan en Monte-Cælio, Presidente de los Consejos Real, y de la Inquisicion, dotado esta Capilla con musue Capellanos perpetuos. Don Diego de Espinosa su Sobrino, Apoyentador mayor del Rey Don Felipe Segundo, primer Patron, lo mandò poner.

MDLXXII.

Post Didaci Cardinalis obitum, cum Philippus Secundus Rex Hispaniæ vrbes inuiseret, per vicum, in quo Didaci corpus iacet, transiens sacrificanti interfuit in ipso sacello, in quo Didaci ossa, seruantur re diuina peracta filio sic effatus Rex est: *Hic iacet ministrorum, quos habui optimus.*



III.

HERONYMVS Socherus seu de Souchier Aruernus, vel vt alij volunt, Capanus, Gallus, nobilibus, ac ingenius parentibus natus, anno incarnationi Verbi 1508, ab adolescentia pietati miti in modum studuit, & litteris. Ordinis Cisterciensis monachus, Theologiæ, & virtutis laude clarissimus, eodocetrinæ, & sanctitatis apud omnes peruenit, vt summis Principibus, præcipue cha-

rus semper fuerit. Monasticam vitam in Môtispetrosi Claromontanæ diocesis ordinis Cisterciensis Cœnobio primùm excoluit; indeque missus ad Bernarditarum Gymnasium, quod est Lutetiæ Parisiorum, ac ab absoluto philosophiæ, ac Theologiæ cursu, lauream doctoratus consecutus, inter Doctores Sorbonicæ annumeratus est. Accessit ad eius doctrinam singularis iudicij maturitas, ac prudentia, quibus præclaris animi dotibus innotuit primùm Carolo Card. Lorharingo litterarum sui sæculi Patrono, ac Mœcenati: eiusque opera ipsius Regibus Christianissimis Henrico, ac Francisco huius nominis II. & Carolo IX. qui hominis ingenium, sapientiamque singularem admirati sunt. Ad Clarualensis Monasterij regimen, administrationemque vocatus, & Abbas illius quadragesimus secundus electus, tanta illud pietate, ac sapientia moderatus est, vt virtutem suam vniuersæ Galliæ testatam fecerit; sequemque in super germano S. Bernardi filium, eiusq. sedis, & sanctimonie successorem ostenderit. Ad Concilium Tridentinum profectus Ecclesiæ causam, & Romanæ Sedis dignitatem, summo studio defendit, ac ita se gessit, vt meruerit præstantissimi Cardinalis Hosij, eisdem Concilio summis laudibus præconio laudari: Carolo Cardinale Hieronymum sequentem dedit epistolam.

Abbatì Clarualensi ad Concilium.

Reuerende Pater. Mirabiliter delectatus est sanctissimus Dominus Noster litteris Reuerendissimi Cardinalis Varmiansis Legati, quibus ille eius sanctitatem certior fecit de singulari studio, & cura sua indefessa in Dei gloriam, & salutem reipublicæ Christianæ. Itaque nec dici potest, quanto opere is laudari diligentiam, & religionem officij sui; quantum etiam grauitatem, & vim sui nominis re, ac actione tuæ dicit; cupitque, & à Deo precibus petis, vt ceteris, qui eodem honore sunt homines, quid sacrum, & graue ab ætatis munus possulet, suo exemplo meminerint imitari. Perge, vt facis, tenere institutum tuum officij laudisq. plenissimum: Deum enim habebis auctorem, & adiutorem optimorum consiliorum, & actionum tuarum, & sanctissimi Domini Nostri egregium in te studium, & amorem experire: operam vero, & studium erga te meum semper tibi proprium, & preparatum esse intelliges. Christus Iesus D. D. R. T. incolumen seruet, quàm diutissime. Roma, &c.

Re bene gesta, è Concilio ad propria reuersus in locum Ludouici Bessæi defuncti toti ordini Cisterciensi Præpositus, per triennium Magistratum illum gessit, eoque pietatis studio puncta gubernauit; vt minimè expectata, ne dum quæ sita purpura ei vltro à Pio V. delata fuerit. Respuit ille nouam dignitatem; fuit namque in eo primatia modestiæ virtus, & humilitatis exemplar; curauitq. modis omnibus, vt eam à se excuteret dignitatem: cuius rei æternum extat monumentum ex litteris ad eum hac de re scriptis.

Dilecto filio Nostro Hieronymo Abbatì Clarualis S. R. E. Cardinalis. PIVS PP. V.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Acceptis litteris tuis, & cognitis rationibus, quas attulisti, cur tibi commodiùs esse existimes manere in Ordine tuo, quàm suscipere munus, ad quod superiores diebus, de consensu Fratrum Nostrorum te promouimus, modestiam quidem, & probitatem tuam agnouimus; sed excusationem non esse accipiendam duximus: nam quod existimas promotionem hanc impedimento tibi fore ad agendam curam Monachorum tuo regimini commissorum, & Monasteria, quæ abs te visitari vt à Clarualensi Abbate debent visitanda, ea res sese aliter habitura est, quàm censet. Cardinalatus enim dignitas adiumento potius erit ad officium illud maiore cum auctoritate præstandum, & ea, quæ Monasteriorum necesse est expescet, agenda. De id vero, quæ in eo esse debent, qui ad hoc munus assumitur, quæ tibi deesse scribis, laudamus quidem istam tuam humilitatem; sed non est tuum, de re quàm sis ei muneris idoneus, iudicare. Nostro acquiescere iudicio debes, & ita cogitare per ministerium Nostrum te à Deo vocatum fuisse; quandoquidem te nec opinantem, in curarum, & sollicitudinibus Nostre partem non sine diligenti deliberatione assumpsimus ad Nosendum Nobiscum Dei honori, & sanctam eius Ecclesiam tam graui, & turbolento tempore regendam, qui potens est, & ea, quæ tibi dedit, dona augere, & quæ in te desiderari forsam possunt, addere. Pro cuius obsequio, & honore nullos debet nec animi, nec corporis labores subterfugere; sed in eius

Cabrera. Ferdinand. Vghell. in Addit. ad Ciacoitii. Nic. Bar. in Hist. Sepiman. Christoph. Merique. in P. 55. Ber. Montalban in Histori. Cisterciæ. Bern. B. to ibidem. Azolans. Vicos in Ligno Vi. Gabar. in P. F. 17. in Gallia. Purpurata. Aubery in Vita. Petramell. Gasp. Iogel. in Purp. Dni. Bernani. Ludovic. Donu. de. Attichy in Hist. Coad. Claud. Rob. Gall. Christian. Papyria. Ma. forma. in P. 10.

vocatione confusus, ipsius gratia, & auxilio humiliter obedire. De-
 bes verò, & charitatis officium postulas, vicem Nostram dolere, qui
 hac aetate omni multò gratius sustinemus, ad quod ferendum tua,
 & tui similitum opera indigemus. Accepto igitur quòd ad te mis-
 mus, huius honoris insigne, omni excusatione omisso, constituis
 prius Ordinis tui istic rebus, ad Urbem, quam breuissimo tempo-
 re te conferas, quòd ut facias in virtute sancta obedientia tibi man-
 damus. Datum Roma apud S. Petrum sub annulo Piscatoris,
 die 8. mensis Maij anno 1568.

Stanislaus Hofius Cardinalis litteras eidem scripsit gratulato-
 rias ob Cardinalitiam dignitatem illi collatam: quae cum Hiero-
 nyimi laudes contineant, hic rescribam.

Longo iam tempore non audiebantur ex Christianissimo Gal-
 liarum regno nisi tristissima quaeque: nam, & arma parricidalia,
 contra Regem, ac Dominum suum à subditis, qui fidem illi suam
 iurando obstrinxerant, esse sumpta, & in longum bellum trahi,
 quòd citò confectum iri sperabatur, & parum aquis ac honestis ad
 extremum procorum conditionibus pacem esse factam renuntiaba-
 tur, quae non minorem animis multorum, quam ipsum bellum per-
 turbationem attulisset. Ecce autem inter hac tam tristitia, cum pri-
 mis letus aduenit nuntius, qui te S. D. N. iudicio, quo nihil potest
 esse limatius, in Senatorum totius orbis Christiani numerum re-
 latum esse diceret. Quem autem ornatis prudentissimus uniuscui-
 usque meritum estimator hic, quando te ornatis? litteras orna-
 tus facras, praesertim virtutem, ornauit pietatem, & sanctimoniam
 ornauit, quae in te ornando spectasse sola, & alijs ostendere iu-
 se videtur, quae ratione viam ad summos honores munire sibi de-
 berent. Sat scio quae est animi tui modestia, quòd in hac praesertim
 tanta rerum omnium perturbatione, nulla de re minus, quam de
 hoc honore cogitabas. Verum tanto maior est S. D. N. & tua laus,
 quòd ille nihil aliud in te ornando spectauit, praeter multa precla-
 ra Dei munera, quibus affatus es ab illo cumulat, & tu sola vir-
 tute tua ambiente tantum hunc honorem es consecutus. Quem tibi
 gratularer, nisi scirem plus ex eo laboris, & molestiae, quam volup-
 tatis ad te peruenisse: nam quanto sublimiore loco positus es, tanto
 plus curarum, & sollicitudinis accessit. Quamobrem Ecclesia po-
 tius gratulatur, quam ego cum primis felicem indicarem, si mil-
 tos tui similes haberet in orbis Christiani Senatum coaptatos. In-
 primis autem gratulor Christianissimo, quondam etiam floren-
 tissimo regno vestro, quòd si unquam antea, nunc maximè talium
 virorum subsidij, qualem esse te persuasum habemus, indigere vi-
 detur. Deum precor, ut cum tibi, tum Ecclesiae vniuersae, praeser-
 tim verò Christianissimo regno vestro feliciter honorem hunc tuum
 euenire velit, in quo si quid valebunt consilia tua, non dubito, quin
 sint illius rationes multo meliori statu futurae. Quoniam verò, cum
 essemus Tridenti, summa fuit inter nos animorum coniunctio, cum
 essemus vnus ex his, qui tuas excellentes virtutes admirabantur, cõ-
 fido non modò nihil decessurum de tua in me beneuolentia, postquàm
 auctus es, & honestatus hac tanta dignitate, verum accessurum
 potius aliquid. Nec enim animum in me tuum, nisi de meo in te
 metiri possim, & cum eiusdem ordinis facti simus, eadem nos mu-
 tua beneuolentia prosequi debemus. Hoc tibi de me certo persua-
 dere potes, quòd nescimus habere, qui te plaris faciat, quam ego.
 Qua quidem in re, ne illi, à quo te plurimi feri scio, Illustrissimo,
 & Amplissimo Cardinali Lotharingo facile cesserim, quem ego
 maximam voluptatem, non tamen, quam sit mea, maiorem, ex
 hac tua promotione cepisse non dubito. Quasi autem res, quae da-
 bitur occasio, ut me illi diligenter commendare velis. Sum enim
 vnus ex his, quos habet sibi seruitores adscriptissimos, nec aliud pre-
 cor Deum diligentius, quam ut felices illi consiliorum omnium
 progressus, & exitus tribuat. Datum Heilspurg. 8. Iunij 1568.

Romam igitur accersitus veniens inter Presbyteros Cardina-
 les cooptatus, titulum S. Matthaei in Merulana obtinuit: vixit in
 Romana Curia singulari opum, & mundanae gloriae contemptu
 mirum in modum refulgens, ita ut de illo loquens, hominem
 secundum cor suum se inuenisse dicitaret. Supremum sui ordinis
 Magisterium licet Cardinalis non dimisit, vnde Cardinalis Clara-
 uallensis voluit nuncupari. E vita migravit Romae, die Veneris, an-
 no salutis humanae 1571. aetatis 63. x. Kalendas Nouembris, & in
 Ecclesia S. Crucis in Hierusalem nobili sepulchro à Cisterciensi-
 bus Monachis erecto tumulatus iacet, superposita eius effigie è
 marmore nigro cum sequenti inscriptione.

D. O. M.

DOM. HIERONYMO SOCHERIO, Arverno Parisien.
 Theologo praestantissimo,
 Qui Henrico II. Francisco II. & Carolo IX.
 Galliarum Regibus, Carolo Cardinali Lotharingo,
 Bonisque omnibus eximia charus,
 Clareuallis Abbas, in Tridentina Synodo sententias
 Doctrinae, pietatis, & prudentiae plenissimas dixit.
 Inde Cisterciy electus Abbas, ipsiusque Ordinis
 Generalis, à Pio V. P. M. delatam absentis
 Cardinalatus dignitatem, ut acciperet, vix aduocari potuit;
 Deinde in Urbem accitus, singulari opum,

Ciaccon. Vst. Pontiff. & Cardd. Tom. III.

Ac gloria contemptu, & visa moderatione
 Omnibus admirationi fuit.
 Vixit Annis LXIII. Obijt x. Kal. Nouemb. MDLXXI.
 Monachi Clareuallis poni curarunt.
 Siste rogo, & precibus, Lector, venerare sepulchrum;
 Siste, feres parua premia magna mora.
 Vita prior mortem, sed mors tibi prima secundam
 Vitam, qua nunquam est interitura dabit.


Pius audito Hieronymi Cardinalis mortis nuncio, alta voce di-
 xit, *Moriatur anima mea morte iusti huius*: Tum ad astantes con-
 uersus, *Miror quòd ad tam sancti viri ex hoc mundo discessum,*
omnes Urbis Campanae vltro non pulsent: Et in proximo Consi-
 storio ad Patres verba faciens, addidit: *Sublato Cardinali Cla-*
reuallensi, magnum Ecclesiae lumen extinctum. Felix proculdubio
 qui tantae sanctitatis Pontificem, virtutum suarum praecorem, &
 laudatorem nactus est. Cor suum Claramuallensium in Galliam transfer-
 ri madauit in supremis tabulis: quare ad illud clarus illius aevi poe-
 ta acutè, & eleganter sic lusit.

Cur voluit Praesul Rome sua viscera condi?
 An quia visceribus condita Roma fuit?
 Cur voluit magnum Gallis cor ut esset in oris?
 An quoniam cordi Gallia magna fuit?
 Cur voluit Roma sepeliri marmore corpus?
 An ne in delicijs, quòd sibi Roma foret?
 Fallor; habet cor Gallia ... magna quòd excors
 Audito Patris funere facta fuit.
 Viscera Roma tenet, tam sacro Praeside rapto.
 Quòd sua visa sibi viscera Roma raps.
 Corpus Roma tenet, quòd propria corpora sensit
 In partes sese dissociare suas.
 Gallus, Romanus SOCHERI viscera, corque
 Sensere auferri, restituitque sibi.

Merito ergo à Thoma Bozio Congregationis Oratorij Roma-
 ni Presbytero in tomo primo de Signis Ecclesiae, in selecto praef-
 tantissimorum virorum numero recenletur, qui sacrum Cardina-
 lium Collegium sanctitatis, ac sapientiae suae radijs non mediocri-
 ter illustrarunt; ipsique purpurae à virtutum splendore lumen ad-
 diderunt. Illum quoque summis laudibus extollit ad caelum vsque
 Stanislaus Hofius Cardinalis, praesertim epistola ad Antonium
 Cardinalem Carrasam, in qua sic habet. *Abbatem Clareuallensè*
familiariter noui, quo non puto, quòd habeat Gallia, vel doctrina,
vel omnium virtutum genere excellentiorem virum: Et epistola
 ad Cardinalem Lotharingum, *Multum, inquit, & hoc nomine Cel-*
situdinis tua debeo, si fratrem Edmundum, quem sancto illi Card-
inals Clareuallensi, cuius anima sit in benedictione, non medicri-
ter charum esse scio, diligenter commendatum habueris.

Et merito tanti habitus est à Romano Pontifice, alijque, cum
 nunquam vniuersae Ecclesiae defuerit: Ante Cardinalatum in Col-
 loquio Poissiacò aduersus Bezam strenuè certauit, atque in Comi-
 tijs regni tum Parisiensibus, tum Aurelianensibus res nouas circa
 religionis statum, ac dogmata molientibus, fortiter se opposuit, po-
 tissimum ne calicis vsus laicis concederetur; vbi autem se inter
 augustos Ecclesiae Patres sedentem vidit, scriptis etiam voluminibus
 pro Ecclesia pugnavit, grauiissimaque, ac zeli, & succi plenas sen-
 tentias in Senatu Romano coram summo Pontifice, & sacro Car-
 dinalium Collegio dixit.

Hieronymus igitur nonnulla ingenij, ac eruditionis suae moti-
 menta transmisit ad posteros; inter quae numerantur liber De Re-
 formatione sui Cisterciensis Ordinis, qui vulgo ab eius nomine
 vocatur *Hieronymianus*: Epistolarum item volumen vnum, & ali-
 ud de Controuersijs aduersus hereses sui temporis: quae cum alijs
 m. ss. in Bibliotheca Claramuallensi religiosè seruantur.



Paulus ab, seu de Ec-
 clesia, natione Italus, pa-
 tria Terdonensis, nobilibus
 parentibus natus, anno salu-
 tis 1521. ac in puerili aetate
 patre orbatus, se in Patauino,
 ac Ticinensi Gymnasio, cum
 litteris nauiter operam dedi-
 set, doctoratus laurea dona-
 tus, tanta excelluit iuris, Le-
 gumque peritia, ut omnes sui
 temporis in causis agendis pa-
 tronos Mediolani longè su-
 peraret. Inde in Hispaniam
 cum Thoma Marino Terre-
 nouae Duce abijt, ut Ducis causam apud Philippum Secundum
 Hispaniarum Regem defenderet, ita eloquenter, & doctè perora-
 uit, ut Regis, ac totius Regij Senatus animos beneuolentia sibi cõ-
 iunxerit. Quare Mediolanensis renunciatus Senator, ac deinde

Cabrera-
 Petramell
 Gabur. in
 Vita Pij V
 Aubery in
 Vita.
 Franc. Au-
 gutt. n. ab
 Ecclef. in
 Historia.
 Piedmont
 Andr. Vi-
 storelli. in
 Addit. ad
 Giacouii.

Vuu ij


Ticini

Ticini Prætor electus, nouæ gloriæ incrementa ab ipsa iustitiâ, & æquitatis obseruantia parauit. Vxorē mortuā à Mediolanensibus Romam missus, vt apud Pium V. Pontificem maximum Senatus nomine controuerfiss, ac litibus, quæ inter Carolum Borromæum S. Prædix Cardinalē, & Mediolanenses ciues vertebatur, tanquam Iuris scientissimus adesset, Pontifici ab eximia Iuris prudentia, & morum religione gratissimus, Protonotarius Apostolicus primū, & Abbas S. Petri de Mulegio diocesis Vercellensis ob singularem integritatem, & iuris scientiam, ac in gratiam Seraphini patris, Canonici Regularis S. Augustini Congregationis Lateranensis, qui Pium in priuata fortuna coluerat, ac deinde Diaconus, & paulo post Presbyter Cardinalis S. Pancratij in amplissimum Patrum Collegium cooptatus fuit. Postea in eundo federi contra Turcas, alienandis Ecclesiæ Censibus, & Signaturæ Iustitiæ Præfectus, cum Comitij Pontificij, in quibus Petri Cathedralam ascendit Gregorius XIII. anno lubilæi 1575. ætatis suæ 55. Romæ die Iouis Idib. Ianuarij è vita migravit: cuius cadauer in Ecclesia sui tituli, hoc imposto elogio conditum est.

D. O. M:
 IO. PAULO. ECCLESIO. DERTONENSI
 S. R. E. TIT. S. PANCRATII
 PRESB. CARD.
 VIRO. INGENIO. MEMORIA
 FACVNDIA. ET. PROBITATE
 SINGVLARI
 IVRISCONSVLTO. EXIMIO
 A. PIO. V. PONT. MAX.
 SIGNATVRÆ. IYSTITIE. PRÆFECTO
 LVDVICVS. VICECOMES
 AFFINI. OPTIMO. ET. AMANTISS.
 P.
 VIXIT. ANNOS. LIII. M... D...
 OBIT. IDIB. IAN. AN. IVB.
 M D L X V.

Oblatam purpuram Ioannem Paulum, quo Pius à prima ætate familiariter vsus fuerat, repudiasse ex Petramellario scripsit Andreas Victorellus, de Seraphino patre testatur Petramellarius.

Præter domestica insignia superius expressa Cygnum super aram impostum, cum lemmate: DVLCIVS VT CANAM, gestauit Ioannes Paulus.



V.
ANTONIVS Carrasæ Neapolitanus, Reginaldo, seu Rinaldo, & Ioannella Carrasæ, Anno salutis 1538. die 8. Kal. Aprilis Neapoli natus, Pauli IV. gentilis sui, Cubicularius, & Pincerna, Basilicæ Vaticanæ Canonicus, linguæ Græcæ præceptor Gulielmo Sirleto peritissimus, post Pauli obitum in communi Carrasarum casu à Pio IV. Canonicatu spoliatus est. Quo fortunæ telo

vulneratus, præcisâ purpuræ spe, quàm à Paulo IV. expectabat, infractus animo, ad virtutis studium sibi fortius incumbendum, omnesque neruos ad superandam hominum inuidiam, & infortunii acerbitatem subleuandam paternos lares primò repetijt; deinde Patavium Legum studio operam nauaturus accessit, indeque in Brutios contendit, ibique mansit vsque ad Pij IV. obitum. A Pio V. successore ad Canonicatum reuocatus, ac mox annum agens trigessimū, in Senatum Diaconus Cardinalis S. Eusebij electus est. Hunc honorem destinauerat ei pridem Paulus IV. Pontifex gentilis eius: nam inter arcana chirographa morientis eiusdem Pontificis, nomen Antonij repertum est, insertum nominibus aliorum, quos euehere ille ad purpuram statuerat. Bibliothecarius Apostolicus sub Gregorio XIII. ac Diaconus S. Mariæ in Cosmedin primò, deinde anno 1577. die 8. Nouembris S. Mariæ in Via lata, & paulo post anno scilicet 1583. die 12. Decembris, Presbyter Card. S. Eusebij, postea S. S. Ioannis, & Pauli, aliàs Pamphili: à Sixto V. Congregationi sacrorum Bibliorum, & eorundem correctioni, nec non Tridentini Concilij interpretationi, Breuiarij, ac Missalis castigationi, Regulariū ordinibus, & Vaticano præpæficiuntur. Ad huius Cardinalis preces Gregorius XIII. festum Cathedralis S. Petri Romæ instituit. At præcipua in laude disciplina domestica illius fuit, in qua cum multa essent, quæ laudares, tum nihil erat, quod reprehenderes: ita enim ille omnia exigebat, vt cū honestati quam plurimum tribueret, vtilitati concederet quam minimum, non enim à forma, aut elegantia, frugique opera, sed ab honestate, quos domi haberet in famulatu, eligebat præter numeros, quos larga manu pauperibus sapissimè distribuēbat, ab ipsa mensa dapum partes illis identidem submittebat. At si plura

A de tanto Cardinali scire lector cupidus es, percurrere Orationes illius funebres, quas legere quis poterit apud Franciscum Bencium, & Remundum Societatis IESV. Defuncto Cicadio Cardinali Oliuetanæ Congregationis Patronus renunciatus, ad pristinam, regularum obseruantiam, illam reddere toto pectore curauit: studia litterarum in ea instituit, vel reparauit: Montem Oliuetum ad comitia se contulit, eaq. omnia perfecit, quæ ad tanti ordinis conseruationem, instaurationemque opportuna iudicauit.

Interfuit sæpe sæpius Comitij Pontificij, illis videlicet, in quibus renunciati Gregorius XIII. Sixtus V. Urbanus VII. & Gregorius XIV. sub quo, Romano Maronitarū Collegio ab ipso Gregorio XIII. instituto, cuius fuerat Patronus, testamento à se scripto anno 1590. die 12. Septembris, mobilia omnia suppellectilem, & alia legauit, atque ædem, quæ extat, ære suo construi iussit. Romæ è vita migravit pridie Idus Ianuarij, anno 1591. ætatis 53. & ad montem Quirinalem in Ecclesia S. Siluestri sepultus est: paucis his pro epitaphio, quasi solo nomine audito: cætera viri maximi se se proderent ornamenta, adscriptis.

ANTONII CARASÆ
 S. R. E.
 PRESBYTERI CARDINALIS
 SEPVLCHRVM.

Morienti affuit Andreas Auellinus, & Marcellus Tolosa duo ordinis Theatinorum clara lumina: curatum in æde S. Siluestri finus, vbi simplici marmore in æta, haud sanè magnificè iacent sibi ossa: contentus namq. cælo, atque immortalī fama, quam sibi pietas, religio, probitas, ac studiorum monumenta comparauerant: adornari suo cineri molis superbiam, & cultū noluit vir solidè pius

C At vt Antonij doctrinam ob lectorum oculos exponamus, nonnullas S. Gregorij Nazianzeni Orationes è Græco in Latinum sermonem vertisse notum est: Latine etiam reddidit Commentaria Theodoretī in Psalmos; aliorumque Auctorum in Pentateuchum. Emendandæ autem diuinorum Bibliorum editioni Vulgatæ, vna cum aliquot eximijis viris à Sixto V. Pontifice maximo delectis, ob singularem eius eruditionem præfectum, vt diximus, ipsam potissimum LXXII. Interpretum editionē ferè antiquatā, & aliquatenus typographorum vitio deprauatam expurgasse, certum est. Quod opus planè diuinum, ac diuinitus inspiratum Cardinalis Baronius in Apparatu ad Annales Ecclesiæ dicere nō dubitauit. Et eorundē Annalium tomo 2. veterrimam illam LXX. seu LXXII. Interpretum editionem, quæ penè videbatur extincta, & obliuione sepulta, diebus, quibus ista scribebat, sedente nimirum in Romana Cathedra Sixto V. opera, & industria Antonij Carrasæ Cardinalis Bibliothecarij, cui etiam Catholicam Ecclesiam hoc nomine plurimum debere, addit, quasi rediuuam comparauisse. Et ibidem paulo post: in vulgata editione, qua Ecclesia vititur, ex Decreto sacrosancti Concilij Tridentini emendanda eundem Illustrissimum, & Reuerendissimum Cardinalem Carrasam operi præfuisse, ob eximiam doctrinam electum à S. D. N. Sixto V. vna cum selectissimis alijs viris: è Græco in Latinum sermonem conuertit quoque Catenam explicationum S. S. Patrum in omnia tam veteris, quàm noui Testamenti Cantica. Quin, & ad latentes quasdam Græcæ linguæ diuitias nobis communicandas alios excitasse, cum Paulo Comitolo Societatis Iesu Theologo fuerit auctor, vt Catenam Græcam S. S. Patrum verè auream, ac pretiosam in Iob latinitate donaret. Ioannis Calsiani, & Eliæ Cretenfis opera ab innumeris mendis expurgauit: Gregorij Magni Epistolas per locos communes digessit, & in lucem edidit. Epistolarum Decretalium summorum Pontificum tomos tres edidit: maximèq. in colligendis Concilij Oecumenicis Græcis, & Latinis, pristinoque candori restituendis elaborauit.

E Scripsit etiam Notas Apologeticas in Vitam Pauli IV. Romani Pontificis, quæ postea Coloniz Vbiorum anno 1612. in lucem prodierunt. Ioannes Liuineus S. Io. Chrysostomi de Virginitate librum à se latinitate donatum Antonio Card. Carrasæ dedicauit.

F Apotheosi sacre S. Didaci ordinis Minorum laici, quem Sixtus V. ex eadem Seraphica familia summus Pontifex in Cælitum numerum solemnī ritu retulit, præfuit. Pietatis quoq. eius fuit argumentum non vulgare, quod S. Io. Chrysostomi sacros cineres è neglecto loco, in quo hæctenus iacuerant, ad honoratiorem in Basilicam Principis Apostolorum transferri curauit: quodq. sacrum Missæ sacrificium nisi morbo præpeditus, quolibet die celebrare nunquam omisit. Imò tanquam Angelus non iam carne viuens, sed spiritu, spontanea castigatione in proprium corpus, vt in hostem domesticum sæuijt, illudque ne in rectam rationem, aut Dei legem insurgeret, spiritui seruire compulit: sic enim de eo scribit Hieronymus Platus de Dignitate, & Officio Cardinalis. De Antonio Carrasæ compertum est, optimo certè Cardinali, quem magno Ecclesiæ damno ante paucos menses amissimus: ita enim ipse quoque coercendi corporis studiosus fuit, vt præter cateram, vultus parsimoniam, ter etiam in hebdomada voluntariè verberibus se afficeret, ter cilicio vteretur.

Facit quoq. ad Antonij laudem, quod Pio V. de hac vita migranti vocatus affuit, eumque cum Cardd. Michaële Bonello Alexandrino dicto, Rusticuccio, Montalto, Aquauiuua, & Aretio, ad mor-

tem sancte, ac feliciter obeundam adiuit. Et aliud quod obseruat Ioannes Antonius Gabutijs: cum scilicet sanctissimus hic Pontifex grato animo in memoriam Pauli IV. purpureum pileum, que ab eo acceperat, in aliquem e propinquis eiusdem transferre vellet, nec deessent alij Paulo sanguine iuncti, ipsoque Antonio propinquiores, ex omnibus vnum tamen illum elegisse utpote virum, ait idem auctor, spectate virtutis, ac multiplicis eruditionis.

Antonio duo immortalis meriti, ac nominis Cardinalis elogium non vulgare panxerunt: primus est magnus ille Stanislaus Cardinalis Hosius, Varmienfis Episcopus, S. R. E. maior Pœnitentiarius, & sanctæ sedis in Conc. Tridentino Legatus, qui ad eum ita scribit, & gratulatur de dignitate Cardinalitatis ipsi receniter delata

Cum ex qua disciplina prodieris mecum reputo, in sanctissimis Pontificis illius familiaritate versatus, quem vere descripsisse videtur, qui regulam virtutis, & rectæ doctrinæ normam eum fuisse dixit, non potui non letari plurimum, quod te talem virum in Cardinalium Collegium cooptatum audis, quod multo illustrius factum, se collega, nec parum ex ea re ornamentis ad ordinem nostrum accessisse video. Adhuc quidem cum Roma fuisset, nulla tecum familiaritas intercessit: sed nisi fallor, videor mihi vidisse te Sirleto nostro, quem singularis virtus, & excellens doctrina ad idem honoris fastigium ante paucos annos euexit, familiariter usentem, & subinde ad illum, tanquam ad oraculum quoddam, si qua de re dubitabas, in Græcis litteris excurrentem. Cum igitur ex tali tanti Pontificis disciplina prodieris, tali, tanquam præceptore tam familiariter usus fueris, nihil mirum est, si talis euasisti, qualem te videre, nunc admirari licet. Cum præsertim etiam reliquum vitæ tuæ tempus omne non alijs in rebus, quam in sacrarum litterarum studijs consumpsisse videaris. Indicat hoc Theodoretus per te Latinus factus, ut ei elegantius Græcè scripsisse non putem; quem ego magna cum voluptate, neque minore fructu legi. Quamobrem honorem hunc tantum ex animo tibi gratulor, neque tibi magis, quam Ecclesiæ vniuersæ, ad quam plurimum ex te, & ornamentis, & emolumentis redundaturum certo persuasum habeo. Neque satis laudare possum sanctissimi Domini Nostri iudicium, quem ad amplissimum totius orbis Christiani Senatuum viris exciguos numero, sed quorum est vniuersa virtus, ascisuisse video. Abbatem Claraualensem familiariter noui, quo non puto, quod habeat Gallia vel doctrinam, vel omni genere virtutis virum excellentiorem. Quamobrem ex te, & ex illo coniecturam facio, quales etiam sint reliqui duo, qui mihi, neque nomine, neque de facie noti habentis fuerunt. Sed hoc mihi tamen certo persuadeo, quod summus Pontifex hic noster vniuersaque meritum prudentissimus estimator, ex præcipuis totius orbis Christiani nationibus iuxta sancti Concilij Tridentini sanctiones, quatuor elegerit, quos Cardinales creauit, in quibus singulis quatuor hæc simul omnes virtutes præcipue inessent, quas quibusdam Cardinales vocare visum est, ut planum faceret omnibus, in illis augendis, & honestandis nihil aliud se, quam quatuor has virtutes spectasse. Seruet Deus Pontifex hunc in multis annis, qui tales ad suum consilium accersit, quos dubium non est, non alio, quam ad Ecclesiæ salutem omnia consilia sua collaturus. Seruet etiam electos ab illo Deus, vel à Deo potius per illum, ac diuturnam eis incolamitatatem, rerumque omnium prosperitatem largiatur.

Accedit huic tanto Cardinalis nostri laudatori alter eximius eius virtutis præco, Caesar Cardinalis Baronius, qui tum prænotatis locis, tum alijs Annalium Ecclesiasticorum tomis, debita Antonio Cardinali Carrasæ perfoluit encomia; est in ijs multus, imò fere totus. Cum enim post recensita S. Hilarij Pictauiensis Episcopi trophœa proflus illustria, Antonium Cardinalem nostrum è sæculo migrasse accepisset, protinus ad illius laudes oratione conuertens, sic ait. Sed lucus iam cedit oratio, & stylum è manu excutit inopinatè euentus: cum inter hæc de Hilario conscribenda, essetur nuncsum acerbissimum obstus Illustrissimi, ac Reuerendissimi D. Antonij Cardinalis Carrasæ S. R. E. Bibliothecarij, quo auctore, monitore, dicam, & impulsore Annales hi nostri, qualescunque sint, intra ipsa tamen septa domestica cellula, instar puella, sese verecundius continent, prodire tandem cæperunt in lucem. Ceterum qui tanti viri claritudine, atque splendore prævio summa alacritate feliciter incedere videbantur: eius discessu, densa obiecti caligine, moesti resiliunt. Nam sicut eorum egressus, ac progressus ipse extitit dux, atque promotor, & totum id, quod sunt eidem lector debes acceptum ferre. Ita iacturam quoque tuam in eo ex ipsius obstu senseris, si forte lentiore gradu eosdem senseris morrentes incedere. Quanta verò putas illum sollicitudine pro te laborasse, cum miti, voce, quin, & clamoris impellebat ad cursu, & addebat currenti calcaria? licet ad longioris viæ terminum Nisæus quoque, equus ipse segnior videretur. At priuata hæc dixerim damna, & nullus ferme momenti si conferas cum illis, que vniuersa Christiana res publicæ passa est tanti obstu Sacerdotis doctrina et si non primi, inter primos certe adnumerandi, probitate verò nulli secundis. Quis unquam compluribus retrò decursis sæculis adeo de Christianis litteris bene meritis reperitur? cuius industria, inter mortua edisio Septuaginta duorum rediuit, in expellatâ comparsis; & nostra Vulgata plurimo excussio puluere, enitescit: cuius, &

A diligentia Oecumenica antiqua Concilia tam Latine, quam Græcè conscripta, tam sunt candore pristino restituta. Sed, & eiusdem veneranda memoria vni industria tres etiam tomis Epistolarum Romanorū Pontificum (ingens planè Ecclesiæ Romana thesaurus, à ruderibus antiquitatis effusus) tam habentur excussis. Quo quidem nomine quis neget vniuersam eī Ecclesiæ Catholicæ debere plurimum, nisi ille tantum, qui instar porci negligit margaritas, & Sacerdotum merita redituum amplitudine, & excrecentia sordide dimittitur? At dum hæc mecum verso, haud absque speciali Dei prouidentia accidisse videtur, ut post Hilarij recensita trophœa, præclarissimi Sacerdotis monumentum hic intexamus. Quippe qui in eo, quod spectat ad ingenuam illam, nulloque humano affectu præpeditam in discendo sententiam, & reprehendendo, qui reprehensibilis esset, animi libertatem, Hilarij egregie fuerit imitatus. Quis, & ceterarum quoque virtutum splendore coruscus, ac virginis præsertim nitore refulgens, verè Reuerendissimus, atque Illustrissimus, & v. x. i. & obiit.

B Idem verò Baronius huic ipsi præstantissimo Cardinali primū tomum Annalium Ecclesiasticorum dicat post Sixtum V. & in Epitola nuncupatoria ad eundem Pontificem, Antonium Carrasæ Cardinalem optimum, & de se optime meritum vocat. Imò in Notis ad Martyrologium Romanum, de Charitate, qua Orientalem Ecclesiam prosequatur Antonius Cardinalis Carrasæ; & in qua apud Maronitas gloriosa viget eius memoria, hæc habet. Comperit habemus S. Maronem Abbatem in Syria claruisse sanctitate, fuisseque Monasterium illud dictum Maronis, cuius Monachi appellati sunt Maronitæ, sicut à studio, Studis, & c. inde fortasse nomen Maronitarum prouenit: illorum inquam Christianorū, qui proprios habentes Episcopos degentes in Monte Libano, magna fidei sinceritate, & animi ardore communicant Romane Ecclesiæ, quorum est Roma nobile Collegium à sanctissimo D. N. Gregorio Papa XIII. laudabiliter institutum, quod summa industria, consilio, & ope curat Illustriss. & Reuerendiss. Antonius Carrasæ S. R. E. Card. Bibliothecarius, cuius immensos labores, studia, & animi affectum in restituenda, ac propaganda fide Catholica collapsa in Orientali Ecclesiæ nouit ille melius, qui solus laborem, & dolorem considerat.

C A Cardinali verò Valerio Veronensi dicto, in Epistola nuncupatoria ad Carolum Cardinalem S. Prædixis præfixa Opusculo, quod titulo Cardinalis inscriptum dicitur, Vnus è Diaconis Cardinalibus, vir amabilissimus moribus, doctrina, & vitæ integritate insignis Antonius Cardinalis Carrasæ.

D Ceterum laudantur Cardinalem hunc præ alijs Petramellarijs, Cabrera, Thomas Bozius in opere de Signis Ecclesiæ, Antonius Caracciolus in Vita Pauli Quarti Henricus Spondanus in Annalibus Ecclesiasticis, Siluester Petrasancta in Præfatione Symbola Heroica, Ioannes Rho in Historia Virtutum, & Virtiorum, Ioseph Silos in Historia Clericorum Regularium, Andreas Victorius in suis ad Diaconum Additionibus. Meminerunt quoque illius Fuluius Ursinus, Paulus Comitulus, Nomenclator Cardinalium, Antonius Sanderus, Antonius Posseuinus, Antonius Auberius, Ludouicus Donius d'Attichy, alijsque quamplures, quos recensere opus non est.

TERTIA CARDINALIUM creatio.

E Pius V. Rom. Pont. anno à Virginis partu 1570. Pontificatus quinto, die Mercurij xvi. Kal. Iunij, Presbyteros quindecim, & Diaconum vnum Cardinalium Collegio accripit, quorum series hæc est.



VI.
MARCVS Antonius Massæus, nobilis Romanus, Hieronymi Massæi, & Antonij Mattheij filius, Bernardini Cardinalis, & Achillis sacri Consistorij Aduocati frater, Romæ natus est pridie Kal. Septemb. anno humanæ redemptionis 1521. In adolescentia cum iuri civilium operam dedisset, multis Dominij Ecclesiastici vrbibus Præfectus, ex populi Romani Aduocato, à Paulo III. inter Consistoriales Aduocatos cooptatus est. Deinde Basilicę Lateranensis, mox per obitum Achillis Massæi fratris, Principis Apostolorum de Vrbe Canonicus renunciatus est, & non multo post, Bernardino fratri in Archiepiscopatu, non Tarentino, sed Theatino successit Iulij III. iustu, in cuius administratione ea pietatis, & prudentiæ signa dedit, vt cum Pius huus nominis IV. Romanus

Cabrera, Petramell Andr. Vi-torelli. in Addit. ad Ciaconij. Aubery in Vita. Vghell. in Addit. ad Ciaconij. & in Ital. facta.

Pon-

Pontifex titulos, & Diaconias S. R. E. Cardinalium, reliquaque sacras Urbis ædes, aut vetustate collabentes, aut deformes ex Decretis Concilij Tridentini reparare decreuisset, Marcum Antonium Maffæum, Iacobum Sabellum Cardinalem Urbis Vicarium, & Africanum Cælarinum Episcopum ad id munus delegit, & sub Pio successore, Apostolici Nuncij partes apud Poloniæ Regem egit. Paulò post Papæ Vicarij vices gessit in Vrbe, quibus muneribus perfunctus, cum idem Pius ob iuris peritiam, fidem, & integritatem supplicibus Libellis subnotandis, Datarium dicunt, præfecisset, eundem anno 1570. inter Presbyteros Cardinales tituli S. Callisti ex Cabrera, ex alijs verò S. Vitalis acrispsit, ac religioni S. Ambrosij, quam ad Nemus vocant, Patronum dedit, eiusque opera, & consilio in Ecclesiastica republica bene gerenda cum vteretur, illum vt citius arma contra Turcas stringerentur, cum alijs Cardinalibus ad alienandos Censuræ super bonis Ecclesiasticis impositos deputauit.


Sub Gregorio XIII. portò, mortuo Flauio Cardinale Vrsino Signaturæ Breuium Præfectus, cum in dies magis fidei Catholicæ, ac sedis Apostolicæ sua opera inseruisset, in ipsa maiori de se concepta expectatione inopinata vi morbi oppressus, Romæ anno Pontificatus eiusdem Gregorij XIII. duodecimo; ætatis verò suæ annorum 62. xj. Kal. Decemb. 1583. hora 14. ex hac mortali ad immortalẽ vitam migravit. Corpus sine pompa in Æde S. M. super Mineruam apud Prædicatores sepulchro conditum in ipsius gentilitio sacello Deo, & S. Sebastiano dicato, vbi è regione monumento Bernardini Card. fratris ad ipsius aræ dexteram extat lapis cù elogio, quod Hieronymus Maffæus ex fratre nepos vtriusque Signaturæ Referendarius eo sacello restaurato, eidem posuit.

D. O. M.
MARCO ANTONIO HIERONYMI F.
MAFFÆO S. R. E. PRESB. CARD.
TITVLI S. CALLISTI VIXIT ANN. LXI.
MENSES XI. DIES XXII OBIIT XI.
KAL. DECEMBRIS
MDLXXXIII.

Alexandro Farnesio, & Ferdinando Mediceo Cardinalibus maxima familiaritate coniunctus. Interfuit semel Comitij Pontificijs, illis videlicet, in quibus renunciatus Romanus Pontifex Gregorius XIII. sub quo, vt diximus è vita migravit.

VII.


GASPAR de Zuniga, seu à Stunica Auellana, Mirandæ Comitis, è primaria inter Hispanos nobilitate viri filius, Theologus insignis, & in florentissima Salmantice Academia, propter acce, secundumque eius ingeniũ publicus Theologiæ Interpres, cum parem litterarum cognitioni, religionem, ac vitæ sanctitatem adderet, nihilque minus vel ambiret, vel cogitaret, à Carolo V. Imperatore inuitus,



Cabrera, Petramell Aubery in Vita. Hist. Philippi II. Didacus de Colmenar in Hist. Segobien.

Episcopus Segobienfis, ac postea à Philippo II. eius filio Hispaniæ Rege, Archiepiscopus Hispalensis nominatur. Quas dignitates piè, sapienter, ac laudabiliter cum administrasset, à Pio V. Romano Pontifice, apud quem Ioannes à Zuniga eiusdem Gasparis consobrinus pro eodem Rege Oratoris partes agens, ipsi Pontifici in fœdere contra Turcas ineundo magnificè satisfecerat, purpura decorari, & Presbyter Cardinalis titulo S. Barbaræ abiens, anno 1570. deligi meruit. Et paulò post eodem Philippo Rege mandante, Annam Maximiliani Cæsaris ex Maria Regis sorore natu maximam ipsi desponsatam è Sicambrijs in Hispaniam venientem, vnà cum Francisco à Zunica Beari Duce ea, qua decuit, pompa comitatus, dum celebratis nuptijs, Segobia Hispalim ad gregem sibi creditum curandum reuertitur, in castro Martos Elenensis diocesis, siue in ciuitate, vulgo Saén dicta, quo vt exemplar

Veronicæ, & sanctissimi Christi Sudarij inuideret, ac veneraretur, iter arripuisse affirmat Gaspar de Illecas in sua Historia Pontificali: E vita migravit extorum dolore jv. Nonas Februarij anno sal. 1771.
 Huius Cardinalis corpus in Ecclesia Hispalensi, in sacello Deiparæ sacro ante aræ gradus quiescit.



VIII.

GASPAR Cervantes Geta Cauriensis oppidi de Caceres Placentinæ diocesis, Theologiæ, & iuris eruditione nobilitatus, ex Vicario Archiepiscopi Hispalensis Inquisitor generalis primò, deinde Messanensis, mox sub Pio IV. Salernitanæ, deum anno 1568. Tarraconensis Ecclesiæ Archiepiscopus renunciatus est. Sub Paulo IV. Hispalensis Antistitis vices præclare gessit:

Concilio Tridentino interfuit, eiusque sapientia, atque doctrina. Patribus illis admirationi fuit. Romam accessit, causam Bartholomæi Carranzæ Archiepiscopi Toletani apud Pium V. acturus, ab eodem Pontifice, hortatu Philippi II. Regis in Patrum Senatuum tituli S. Martini in montibus, alias Equitij Presbyter Cardinalis declaratur. Ferdin. tamen Vghellius ex monumentis Cancellariæ Apostolicæ perperam scribit, Cabreram Ceruanti titulum S. Martini in montibus assignare. Die enim Veneris 9. Iunij anni 1570. Gaspari Presbytero Cardinali Ceruanti datus est tit. S. Bartholomæi in Insula, quem titulum die 16. eiusdem mensis dimisit, & illum S. Martini in montibus optauit; imò sub eodem Pontifice ad alium S. Balbinæ transijt. Hic à collata purpura post annos duos in Hispaniam ad Philippum Regem grauissimis de rebus Legatus, ibique triennio commoratus obiit Tarracone die Lunæ xvj. Kal. Septembris anno 1575. ætatis 64. & in summa æde Tarraconensi iacet cum sequentibus epitaphijs Latina, & Hispanica linguis exaratis.

MICHAELI ARCHANGELO S. GASPARI. CERVANTI. GÆTE. EX. INQUISITORE. ARCHIEPISCOPO. MESSANENSI. ITEM. SALERNITANO. ITEM. TARRACONENSI. PRESBYTERO. CARDINALL. ANTISTITI. SANCTISSIMO. ET. VIGILANTISSIMO. DE. TARRACONENSIBVS. OPTIME. MERITO. EX. TESTAMENTO. VIXIT. ANN. LXIV. PRÆFVIT. ECCL. ANN. VII. OBIIT. XVI. KAL. NOVEMBRIS. MDLXXV. VIRGINIBVS. SACRVM.

*Inquisitoris primùm functus munere,
 Creatus inde Antistes Messanensium
 Salernitanorum, & Tarraconensium
 Romana, & Purpura coruscans verticem
 Late CERVANTES tantillus pulvisculus
 Jam fiet hospes, dein resurget integer;
 Pia interim parentem lugens Tarraco
 Suae Magistrum visa habebit optimum.*

**Fuy Arcobispo en Tarragona,
 En Roma fuy Cardenal,
 Inquisidor General
 En la Española Corona.**

**CERBANTES era yo antes,
 Poluo y tierra soy despues,
 Que caben en fiere pies
 Dignidades semjantes,**

Moriens Academiae Tarraconensi à se conditæ facultatum maximam partem reliquit, vt ex eo Gymnasij titulo ab Antonio Sanderò in eius elogio reposito colligitur.


Cum Gaspar Cervantes S. R. E. Cardinalis optimus, atque religiosissimus, Tarraconensis Antistes, magnam vim auri, ex quo veltualia mercedibus soluendis Præceptoribus omnium disciplinarum emerentur, Respublica nostra dedisset: S. P. Q. Tarraconensis tanto beneficio excitati locum hunc eidem disciplinis docendis extrui iusserunt VII. Idus Septemb. Anno Salut. Christianæ MDLXXII. Pet. Riber. Cos.

Electus Archiepiscopus Salernitanus Diocesanam Synodum ex Concilij Tridentini mente celebravit; cuius acta postea Romæ edita sunt in lucem. Puerorum ibidem Seminariũ, & insuper Clericos, vt perpetuò festis diebus dictæ Ecclesiæ Altari maiori inseruirent, instituit, quibus Clericis mille aureos legauit. Locum, & deq. ad reliquias Sanctorum asseruandas cõstruxit: aquam à riuo Faustini extra urbem opere subterraneo ad Ecclesiam, ac palatium Archiepiscopale deduxit: Seminarium quoque Tarracone instituit. Cumque Nouitiorum Societatis Iesu disciplinam summo opere amaret, Domum probationis ibidem cõstruxit; ac animaduertens, dum Quæstitoris munere fungeretur, in contemptum sedis Apostolicæ decretum quoddam in Societatem Iesu euulgari, eaque multis sermonibus, quibus obedientia Romano Pontifici debita sensim laxabatur, passim materiam suggeri; pro potestate edixit,

Cabrera, Petramell Aubery in Vita. Hist. Philippi II. Didacus de Colmenar in Hist. Segobien.

vt quisquis ea super rescripta haberet, ad sanctum Tribunal afferret, grauiusque de eo negotio obloquentes, tanquam de Pontificia, ac legitima Religiosi ordinis approbatione malè sentientes sancto Magistratui indicaret.

Cabrera. Petramell. Andr. Vi. florell. in Addit. ad Ciaconiũ. P. Frizon. in Gallia. Purpurata Aubery in Vita. Gallia. Christiana. Henricus Spondan. in Annal. Ecclesiast. Fraciscus Sacchin in Hist. Soc. L. Lesleus. Cozuz. Gordon. in Histor. Scotorum



IX.

NICOLAUS de Pelleue, alijs Pelleuius, natione Gallus, patria Rothomagensis, in paternæ ditiosæ castro de Iouy diocæsis Rothomagensis, ortus est, die Lunæ xv. Kal. Nouembris anni 1518. parentibus nobilibus, & multorum pagorum dominio clarissimis. Patrem habuit Carolum de Pelleue, & matrem Helenã de Fay: Iuri Canonico, & Ciuili, ac sacris litteris multam nauauit operã in Bituricensi Academia: in qua publicè leges docuit: postmodum Senator Parisiësis, Supplicum Libellorum in Curia Magister, ac Abbas S. Remigij Rhemensis euasit. Ambianensis Ecclesiæ regimen suscepit mandante Henrico II. Galliarum Rege, anno salutis 1553. ad Senonensem Archiepiscopatum anno 1563. gradum fecit. Tandem Archiepiscopus Rhemensis, ac Presbyter Cardinalis tituli S. Ioannis, & Pauli, aliàs Pammachij Carolo IX. Rege instante absens renunciatur: biennio post, anno uidelicet 1572. Romam ueniens publico in Senatu purpureum pileum à Gregorio XIII. accepit. Habuit etiam S. Praxedis titulum, & in Romana Curia protectionem regnorum Scotiæ, & Hiberniæ, & Clericorum S. Hieronymi suscepit. Hic non modo Pio V. qui eum ob iustitiã, & fidei Catholicæ studium, doctrinã, vitãque excellentiam in Senatum legerat, gratissimus fuit, verum etiam Gregorio XIII. successori mirum, in modum placuit: à quo maximis reipublicæ negocijs, & Episcoporum Congregationi prepositus est. Ante purpuram Nunciij Apostolici munere cum potestate Legati Apostolici functus est, regnante Paulo IV. apud Mariã Guiliã Mariæ Stuartæ Scotiæ Reginæ matrem regnantem, tumultuantibus pro religione Scotiæ populis: Theologos aliquot Parisienses secum duxit. Antilitites regni Edimburgi coëgit, ad meliora, & quo potuit consilio armauit aduersus Hæreticæ prauitatis infidias; Templã profanata à Sectarijs, sacris reddidit, aras erigi curauit, Regentem Reginam, & Catholicos omnes magna lætitiã cumulauit. Post reditum à Scotia, gessit regionum Sigillorum prouinciam, atq. Alenconio Duci Carolo IX. fratri regendo præficeret: ad Tridentinam Synodum comes Cardinalis à Lotharingia, cuius aliquando fuerat familiã: œconomus proficiscitur: in comitijs regni conuocante Henrico II. Rege præfens fuit. Presbyteris Cardinalibus ascriptus S. S. Ioannis, & Pauli quorum corpora (dum Ecclesiã sui tituli proprijs sumptibus instauraret) inuenit, & eodem in loco, ubi nunc maxima ueneratione colluntur collocauit. Romæ cum esset, Vnionistarum, Gallorum Procuratoris partes sustinens, apud Gregorium XIII. instare non desinit, vt Principes Hæreticorum, Nauarrus scilicet, & Condeus profcriberentur. Gregorius tamen natura cunctabundus, & pro sua prudentia considerans, quanti res hæc esset momenti, deliberationem de die in diem ducens, adeo egit, vt prius è vita discesserit; quàm id ab eo obtineri potuerit. At Parisijs agrotans Nicolaus Cardinalis, cuius præcipuè industria vnionis Gallicæ fabrica imputabatur, quique austerissimo erat ab Henrico Rege animo, ubi audiuit, eum Parisiorum urbe potiri, cum uix, vt crederet, adduci posset, adeo percussus est, vt uersa ad spondam lecti, quaiacebat, facie, nihil vnquam deinceps usque ad mortem mox secutum loqui auditus fuerit.

Obijt Lutetiæ in Archiepiscopalis Ecclesiæ Senonensis palatio, die Sabbati v. Kal. Aprilis hora circiter 13. anno salutis 1594. ætatis suæ 77. Ad urbem illam comitiorum causa se contulerat, ibique omnes ad religionem, & labefactandas hæreses hortatus, egregium se Catholicæ religionis propugnatores exhibuerat; & cuiuscunq. sessionis initio sequentem orationem alta uoce audientibus omnibus recitare solebat.

Adsumus Domine sancte Spiritus, adsumus quidem peccati immanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter aggregati. Veni ad nos, & esto nobiscum, & dignare illabi cordibus nostris, doce nos quid agamus, quo gradiamur, & ostende quid efficere debeamus, ut te auxiliante tibi complacere in omnibus ualeamus. Esto salus, suggestor, & effector iudiciorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre, & eius Filio nomen possides gloriosum. Non patiaris nos perturbatores esse iustitiæ, qui summam diligis æquitatem: non in sinistram nos ignorantia trahat, non seuer in seclitas, non acceptio munerum, uel persona corrumpat. Sed iunge nos efficaciter tibi solius tuæ gratiã dono: ut simus in te unum, & in nullo aberremus a uero, quatenus in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum mode-

A ratione pietatis iustitiã, ut hic à te in nullo differas sententiã nostrã, & in futuro pro bene gestis consequamur præmia eterna. Corpus in Ecclesiã Cælestinorum depositum, postea Rhemos delatum, & in maiori Ecclesiã terræ mandatũ prope aram S. Crucis cum sequenti epitaphio.

D. O. M.

Ac æterna memoria NICOLAI DE PELLEUE Sanctiæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis Tituli Sanctiæ Praxedis, Archiepiscopi, & Ducis Rhemensis, primique Francia Paris, quem cum generis antiqua nobilitate, animi fortitudo, uitæ integritas, singularis eruditio, pietatisq. & iustitiæ studium ad amplissimos honores gradatim prouexit. Nam primum in Senatorum supremæ Parisiensis Curiæ Ordinem adscriptus, dein Supplicum Libellorum in Aula Regia Magister eligitur, mox Ambianensis scilicet Episcopus, in sanctius Regis consiliis adoptatus, in Scotiam pro restituenda Religione Catholica à Summo Pontifice, & à Francisco II. Francia, & Scotia Rege cum amplissima potestate mittitur: in Regnum Gallie reuersus fit Archiepiscopus Senonensis, & in sacram Tridentinam Synodum proficiscitur: unde rediens, cum Rex Carolus IX. longè à Lætitiã occupatus abesset, sanctiori Regis consilio Lætitiã constituto cum auctoritate Procancellarij præficeretur, quo in munere Regi, & Regno uilem operam nauauit. Tandem à Pio Quinto Summo Pontifice Sanctiæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis creatur, qui dignitati ne deesset, Romam profectus, sed cum ciuili tempestate Rhemensis hæc Ecclesiã suo Pastore orbata fuisset, senis huius fidei tam prospere committitur, cuius muneris exequendi studio, cum in Galliam remeasset, plenus dierum, ac in spem melioris uitæ erectus, altero post anno ex hac mortalitate discessit, die xxvi. Mensis Martij, Anno Salutis MDXLIV. Aetatis uerò suæ LXXVII.

Anima eius demoretur in bonis.

PELVE decus Patriæ, spes maxima PELVE tuorum, Quos fouet Aonio Gallica terra sinu, Et dum dira fremunt reuoluta per æquora uenti Diceris dubiæ portus, & aura rati.

De illo Vincetijs Robardus in quinquennialib. Sixti V. hæc cecinit

PELVE decus Patriæ, spes maxima PELVE tuorum, Quos fouet Aonio Gallica terra sinu.

Quamlibet arcani rimaris femina Mundi Raptus Acidaliæ celsa per æstra Dea: Labentesque uuat studijs infumere noctes, Roscidã dum byngos Cynthia flestis equos. Attamen, & nostro dici dignabere cantu Quem dedit imparibus uelã Thalia modis Scilicet humani suadet Clementia uultus, Et subet Aonium, quas colis, usque decus. At dum dira fremunt reuoluta per æquora uenti, Diceris dubiæ portus, & aura rati.

Artifino necessitudinis uinculo coniunctus fuit cum M. Ant. Mureto.

X.



IULIUS Antonius Sactorius, natione Italus, patria Casertanus in Villa Herculis nobili genere, Leonardi Antonij Iurisconsulti clari, & Carmosinæ Baratonniæ Theanensis filius, natus feria quarta viij. Idus Iunij anni 1532. Pueritiã Theani apud Benedictum Baraticium auunculum transiegit: adolescentulus Neapolim accessit, audiuitque in Rhetoricis Aloysij Zampam-

cognomento Sidicianum: & In iure, Bolognetti, Marcelli Berlingutij, & M. Antonij Flocci auditor fuit. Iurisperuentiã lauream in eadem ciuitate accepit, ibidemque causas egit, at non diu pietatem, & pudicitiam colens, Sacerdotio libens initiatus, sacre Inquisitionis Iudex, & Cardinalis Carrafa, Pauli IV. nepotis, Neapolitani Archiepiscopi Vicarius Generalis constitutus est. Vtroque in munere præclarè se gessit, & contra ibi tum gliicentem Hæreticorum sectam publicis etiam concionibus, sacro zelo armatus depugnauit, & librum, cui inscriptio, *Deploratio Calamitatum* composuit. Decertans pro fide, multorum in se concitauit odia: quare læpè illi paratæ infidias, & necis periculum. Impius quidam ex hostibus Pium IV. monuit, sed insigni mendacio, Iulium Antonium ad eum perdendum uenena petijisse: quare Romã in ius uocatus, calumniator cum bis in iudicio mendacium asseueratione confirmasset, tertio Deo innocentiam Iulij tuente uirum innocentem, graui calumnia à se mentito affectum dixit: unde Iulius absolutus

Cabrera. Petramell. Filucc. in Elog. m.s. Andr. Vi. florell. in Addit. ad Ciaconiũ. Hippolyt. Marrac. in Purpura. Mariana. Czf. Rsp. de Bal. Lat. Ferdinãd. Vghell. in Addit. ad Crac. & in Ital. sacra. Lud. Iacob à S. Carol. in Bibliot. Pontificia. Gabut. in vita Pij V. Aubery in Vita. Aurel. Vres. in Car. miabus.

à lu-

à Iudice, calumniator autē suspendi iustus. Cardinalis Carolus Borromæus eum ad Pium IV. duxit, qui hominem perhumaniter excipiens, magistratibus ornare voluit, & Neapolim rediturum quinquaginta nummis aureis donavit. Agnovit Cardinalis Alexander Iulij virtutem, & Pontifex renunciatus; bis illum Romam accersit, secretioris cubiculi, & Consilij sanctissimæ Inquisitionis dignitate, & paulò post S. Seuerinæ insula exornavit, & ad grauissima negocia adhibuit. Sæpe negatam ad gregem abunde veniam adeptus, Marinum Archiepiscopus vix peruenerat, cum Cardinalis Alexandrini litteris reuocatus est Romam, purpuratum enim illi decreuerat Pontifex, & biennio ante illius opera vsurus, Cubiculario dixerat: *Vocetur Cardinalis S. Seuerinæ*, quo aiente, nullus est, qui sic nuncupetur, adiecit, *Antistes S. Seuerinæ*. Inter Presbyteros Cardinales, non S. Bartholomæi in Insula, vt scripsit Cabrera, sed ex monumentis Cancellariæ Apostolicæ, S. Barbaræ titulo, ab ipso Pio cooptatus est, anno 1570. vt supra diximus. Abbas præfuit Cœnobio B. Anastasij de Carbone in Claromontensi Comitatu, Anglonensis diocesis; illudque collapsum restituit vna cum regulari obseruantia. In fidei Catholicæ tuendæ, & propagandæ studium toto pectore incubuit: vnus ex supremis Inquisitionibus, Collegij Græcorum, ac Armenorum ordinis S. Basilij, Seruorum B. Virginis, Capuccinorum, Græciæ, Illyricorum, ac totius Orientis Patronus singularis, sacrorumque S. R. E. Rituum studiosissimus, & doctissimus. Gregorio XIII. patrocinium Sodalitatis S. Hieronymi Charitatis deferenti dixit, Cardinalem diuitem huic muneri præficiendum censerem: adiecit Pontifex, charitate diuitem præficiamus. Fuit etiam in Congregatione Episcoporum, & Regularium, Ruthenorum, Neophytorum, Catechumenorum, ac Mulierum, quæ ad bonam frugem se receperunt. Anno salutis 1584. die Dominico 25. Nouembris, facultate sibi à Gregorio XIII. viua vocis oraculo facta, in signe Templum Fatnesianum nominis Iesv Romæ erectum, & principem illius aram consecrauit, quatuor, qui assistebant Episcopi, aliis quatuor aras singuli singulas.

Pluries suffragium tulit in Comitij Pontificijs, in illis videlicet, in quibus renunciati summi Pontifices Gregorius XIII. Sixtus V. Urbanus VII. Gregorius XIV. Innocentius IX. & Clemens VIII. & post obitum Innocentij IX. parum abfuit, quin in Romanum Pontificem deligeretur: eo quidem summo rerum Ecclesiasticarum magistratu dignior, quo eum minus ambiat. Data optione à Clemente VIII. Neapolitanam insulam, vel Maioris Pœnitentiarij munus eligendi, hoc elegit: Maior Pœnitentiarius Pœnestinæ Ecclesiam ex Presbytero S. Mariæ Transyberim obtinuit anno salutis 1597. die 18. mensis Augusti.

In illo mirabilis plurimarum virtutum concentus, rerum ciuiliū vsus, magnitudo animi singularis, qua humana despiciens, & celestia anhelans, benignitas in oppressos, liberalitas in pauperes, & perpetuus in rem Christianam ardor semper effulsit. Loquendi libertate, rerumque vsu clarus; apoplexia correptus excessit à vita Romæ, die 7. Iunij ad horam 23. anno à partu Virginis 1602. ætatis 70. cum vixisset in Cardinalatu annis duobus supra triginta. Cineres apud Lateranensem Basilicam in nobili facello, quod ipse extrui iussit, humati, cum sequenti epitaphio.

**DEO SALVATORI
IVLIO ANTONIO SANCTORIO CASERTANO**

S. R. E. Cardinalis S. Seuerinæ nuncupato;

Episcopo Pœnestino,

Summo Inquisitori,

Et Maiori Pœnitentiario.

*Morum castimonia, Christiana liberalitate,
Disciplinarum eruditione, & eloquentia clarissimo;
Iuris Sedis Apostolica Propugnatori acerrimo;
Plurimum Religionum,*

Et exterarum Nationum Prosecltori peruisgils;

Pars animi magnitudine

Inter prospera, & aduersa.

A PIO V. Sanctissimo Pontifice

In Sacrum Cardd. Collegium cooptato;

In magna existimatione habito,

Et ab omnibus etiam subsequentijs Pontificibus

Propter eius Fidem, Religionem, & Pietatem.

PAVLVS EMILIVS Archiepiscopus Vrbinae,

ET IVLIVS ANTONIVS Archiepiscopus Cosentinus

Germani Fratres Patrio meritissimo

Monumentum excitandum,

Et Sacellum perficiendum curarunt.

Vixit Annos LXX.

In Cardinalatu verò xxxii.

Obijt vii. Idus Iunij Anno MDCII.

Collegit Acta Sanctorum, de quibus Cæsar Cardinalis Baronijs in Notis ad Martyrologium Romanum, die 7. Decembris hæc habet. *S. Vrbani Episcopi Acta antiquitus scripta, collecta esse vna cum multis alijs ab Illustriss. & Reuerendiss. D. Iulio Antonio Sanctorio S. R. E. Cardinali, eruditione, & vite moribus clarissimo, eademq. in lucem edenda percepimus: faxit Deus vt*

A *disebus nostris solertissimi ingenij mereamur frui laboribus.*

Scriptis etiã de Moribus Hæreticorum, de Calamitate suorum temporum; de Potestate Romanorum Pontificum supra Franciæ regnum; de Monarchia Siciliæ: item ad Nestorianos, & Græcos, de illorum Erroribus; de Vlturis Iudæorum interdicendis: edidit Rituale Romanum: scripsit duas pro se aduersus detractores Apologias, & alteram ad Philippum II. Regem Catholicum pro ordine S. Basilij. Ad regni Neapolitani Historiam manum adiecit, sed illam non perfecit: scripsit de Græcorum ritibus, teste Auctore Nomenclatoris Cardinalium, aliaque multa, præsertim Diariorum volumina, quæ apud nepotem Paulum Æmilium Sanctoriū Vrbini Archiepiscopus, doctrina, eloquentia, & ingenij monumentis notum extate, olim scripsit Andreas Victorellus.

B Ad illum litteras dedit Petrus Victorius: eidem Metaphysices libros inscripsit P. Aquarius. Martinus ab Azpilcueta Nauarrus, pius, & grauis Iuriconsultus, in Manuali Confessoriorum Cardinalem S. Seuerinæ his verbis laudat. *Illustrissimus, & Reuerendissimus Card. Iul. Ant. Sanctorius tit. S. Bartholomæi in Insula, vulgo S. Seuerinæ nuncupatus, libertate animi, eruditione, omniq. genere virtutum, præsertim iustitia, constantia, zelo fidei, & Sedis Apostolicæ clarissimus.* Paulus V. Pont. Max. Ritualis Romani initio positus, eundem Cardinalem, Virum singulari pietatis zelo, & doctrina nominauit; mentione non prætermittit Ritualis, quod ille longo studio, vtor verbis Pontificis, multa que industria, & labore plenissimum composuerat.


C Zelus salutis animarum in causa etiam fuit, vt idem Cardinalis septem libros Hieronymi Pontani quinquaginta annos Philosophiam Aristotelicam in Romano, & Bononiensi Gymnasio professi, de Animæ immortalitate ad Aristotelis mentem, è tenebris erueret, æreque suo excudi iuberet. Græcorum omnium bene de Romana Ecclesia sententium Patronus, Collegij Græcorum Romæ alumnos, quasi filios dilexit, & ad virtutem incendit. Inter hos Io. Matthæum Cariophylum Iconij Archiepiscopus, & Petrum Arcudium, quem in Poloniam mittendum curauit, enumerat. Armenorum Ecclesiam Romæ olim B. Mariæ Virginis, nostris hisce temporibus, S. Mariæ Ægyptiacæ sacram instaurauit; in cuius institutione sequentem inscriptionem inter parietinas inuentam, ad aram maximam suspendit.

*Hoc dudum fueras sanum per tempora prisca
Constructum Phæbo, mortiferoque Ioui.
Quod Stephanus veteri purgans stercore Iudex,
Atque decora
Virginis in varijs radijs domus alta figuris,
Qua Dominum castis visceribus tenuis.
Cum amore pius Stephanus cum coniuge fretus,
Cum geminisque pijs, quod nitet, duxit opus.
Nobilis, ingenuus, doctissimus, integer, almus,
Æthereum est, & erit culmen is Ausonia.
Præfuls Oëaus nunc tempore iure Ioannis,
Templa discanda Dei plena fauore pio.
Vt simul Angelicum teneat super Æthera thronum,
Sicque sus pulcrum seminis inde genus
Nat. Domini H. M. F.*

E Dei matrem Mariam Virginem singulari pietate coluit; quare in Ecclesia S. Mariæ Transyberim laqueare deauratum extruxit, quod ante Chorum in suprema eiusdem Ecclesiæ parte reperiatur. Memoria polluit admirabili: cuncta, quæ legerat, legit enim, infinita prope volumina, memoria complectebatur: de ocio haud quaquam rationem redditurus, cum nusquam ociofus fuerit. Breuissimè somni, & quietis, castitate perpetuò coluit, solitus ieiunij, flagris, cilicio, & volutatione corporis inter spinas, & vepres venereas volubrates retundere. Sacrum, nisi graui morbo vexatus, quotidie celebrabat; post Missæ sacrificium centum ferè formulas recitare solitus erat: in elemosynas adeo effusus, vt præter ornamenta, & ædificia Templorum, septuaginta, & amplius millia aureorum purparatus in pauperes sit elargitus: inde purpuratum villosum pileum, chirothecas, & sudariola, cum aliud ad manum non adesset, interdum petentibus dederit. Munera spreuit, continentiam enim, & à muneribus abstinentiam in Cardinali æquè necessarias iudicabat: quare meritò tantus hic Cardinalis à claris illius æui poëtis celebratur. Meminit illius Aurelius Vrfus in suis Epigrammatibus: & Vincentius Robardus in gestis quinquennialibus Sixti V. hæc gentilitiū illius stemma celebrando cecinit

F *Pygmalionæ cultor Pelicanus Idumæ
Confodiens miseris pectora cara modis,
Dum cupit extinctam reuocare sub æthere prolem,
Nobilis at titulos cur Pater alme tuos?
An quia nobilium fautor placis
Obruit æta tuum molle procella caput
Dum tonas ancipiti lingua faciundia casu
Et capit indubiam pauper amicus opem?
Euge tuos merito cingunt diademata crines,
Qua tenerum Tyrio murice tincta rubent.
Nexaque Thespiadum manibus decorantia vates
Irradiant titulis Delphica ferta tuis.*

Cabrera Petramell Viacetius Carhar in Historiæ Caesiorum Gabut. in Vita Pij V. Andr. Viorell. in Addit. ad Ciaconii. Aubery in Vita. Ferdin. V. bell. 10. 1. cal. sacra. Hippolyt. Atrac. in urpura. dariana. Aubeus in ist. Rauenn. area.



XI. PETRVS Donatus Romanus, ex Cæsii gentis familia, quæ generis claritate, & rerum gestarum splendore Romæ prænitet, Venantij filius, in lucem editus, anno à partu Virginis 1522. post politiores literas, cum vix ex ephelis excessisset, iuris prudentiæ Perusiz, Bononiz, & Ferrariæ operam nauauit, & à clarissimo Iureconsultorum sui temporis coryphæo, Cæsarijque Consiliario Andrea Alciano, inter Iu-

A

CAESII FRATRES
PETRVS. DONATVS. S. R. E. PRESB. CARD.
TEMPLI APSIDEM. FVNDAVIT
ÆDES. MVLTAS. COEMIT
SACERDOTVM. HABITATIONEM
AMPLIAVIT.
ANGELVS. EPISC. TVDERTINVS
SACELLVM. EXTRVXIT. AC. DOTAVIT
ANTERIOREM. TEMPLI. PARTEM
FVNDAVIT. ORNAVIT. PERFECIT.

Patronus extitit Monasterij S. Catharinæ de Rosa, & Rauennatis ciuitatis: interfuit bis Comitij Pontificij, illis videlicet, in quibus renunciati summi Pontifices Gregorius XIII. & Sixtus V. Vir Petramellario teste perhumanus, ac doctus, litteratorum consuetudine supra modum delectabatur: enitebat grauitate, & in Christianæ reipublicæ procuracione sinceræ fidei, & prudentiæ singularis erat: Non depressus in aduersis, non elatus in prosperis. Congessit marmora antiqua, & clarorum virorum numismata: Bibliothecam non vulgaribus libris instruxit.
E viuis abiit Romæ, die Martis iij. Kal. Octobris, anno Christi 1586. ætatis 64. Cadauer in æde S. Mariæ de Vallicella hoc inscripto elogio iacet.

B

D. O. M.
PETRO DONATO CAESIO
S. R. E. CARDINALI
A. PIO V. PONT. MAX.
AD COMMOVENDOS PRINCIPES
ET RESPVBL. ITALIÆ
IN HÆRETICOS MISSO
DEVM CARD. CREATO ET
AD CONSILIVM GRAVISS. RERVVM
PRÆCIPVQ. SACRI FOEDERIS
ADHIBITO
A GREGORIO XIII. BONONIÆ LEGATO
HARVM ÆDIVM AMPLIATORI
TEMPLIQ. APSIDIS FVNDATORI
VIXIT. ANN. LXIV. MEN. IV. DIES XVII.
OBIIT III. KAL. OCTOB. MDLXXXVI.
FEDERICVS CÆSIVS HÆRES
PATRVO OPT. POS.

C

ris peritos in Ferratiensi Academia ascriptus est. Absoluto studio- rum cursu Romam reuersus, in Federici Cæsij Cardinalis aula aliquandiu vixit: vtriusque deinde Signaturæ Referendarius, & Episcopus Narniensis die 21. mensis Iunij anno 1546. renunciatus, in Cœcilio Tridentino piæ, ac doctè cum alijs Patribus sententiam dixit. Rauennæ postea, & Æmiliæ Præsès à Paulo III. seu potius IV. constitutus, populum illum prudentissimè gubernauit; inde Bononiz Prolegatus, Carolus enim Card. Borromæus à Pio IV. Bononiz Legati munus acceperat, non sine Rauennatum merore proficiscens, elogio in lapide inciso fuit celebratus. In Bononia regenda, religionem, pietatem, iustitiã, prudentiam, diligentiam, liberalitatem, charitatemq. in pauperes præcipuè præfultit; rei frumentariæ copia, in annonæ charitate plurimorum inopiam subleuauit, ædificia condidit; aquam ex secretioribus montium scatebris in forum deduxit: fontem insignem æneis stauis adiectis effecit. Æneum Pij IV. simulacrum ante Gymnasium Bononiense ob absolutam Synodum Tridentinam, Cæsio hortante, Bononiensis Magistratus collocauit. Ædi Dei matris in summo palatio à Iulio III. Romano Pontifice coëptæ supremam Cæsius imposuit manum; alteram eiusdem Virginis ædem instaurauit: Pauperum Bononia errantium patrocinium, ac curam suscepit. Discordiarum procella Rauennæ exorta, Cæsium Rauennates supplices ad eam sedandam inuitarunt, atque à Romano Pontifice illic Iudex missus, omnem irarum æstum extinxit, remq. omnem composuit, & Bononiam redijt. Cum inde Præfecturæ Bononiensis tempore elapso discedendum illi fuit, Bononienses grati animi, virtute, alijsque clari, ingeniorum monumentis, Cæsij discessu mœsti, religionis propagatorem, pauperum defensores, Bononiz amplificatorem illum nominarunt.

Sub Pio V. Apostolicæ Cameræ Clericus, ædificandisque in ora maritima propugnaculis ad piratas abigendos præpositus, ac mox ad Christianos Principes, ad Rempublicam Venetam, ad Hetruriz, & Ferrariæ Duces, vt Gallorum rebus Hæreticorum perfidia afflictis accurreret, legatus est. Carolus enim IX. Galliz Rex ab Hugonottis vexatus, ad Pij V. sinum confugerat: Pius ope- rem tulit, & ab alijs Italiæ Principibus petijt: quare Cæsium, Virum ex Gabutio, Ecclesiasticis negocijs consiciendis, rerum vsu, & summa virtute præstantem, ad Italicos Principes, & Respublicas legauit: apud Carolum IX. Gallorum Regem legatione quoque summa prudentiæ laude functus est. His felicissimè peractis Pius, vt tantam Cæsij virtutem præmio aliquo afficeret: illum annum octauum supra quadragesimum agentem Presbyteris Cardinalibus ascriptis, eodemque die, quo illum in Cardinalium ordinem legit, titulo S. Vitalis, alijs Veltinæ; seu ex monumentis Cæcellariæ Apostolicæ, S. Agnetis in Agone insigniuit. Eodem Pio sedente, præter alia reipublicæ negocia, ineundo contra Turcas fœderis, & alienandis Ecclesiæ censibus in eius belli sumptus, cum alijs Cardinalibus præfuit. Postea sub Gregorio XIII. Pij V. successore Bononiensis legatione accepta, tanta benignitate, munificentia, atque iustitia totam illam ditionem moderatus est, vt gratissima, ac perpetua Legati Cæsij memoria apud Bononienses futura sit: in qua vrbe monumenta aliqua ad publicum vsu, ciuiumq. commoditatem ab eodem Cæsio constructa visuntur. Quare in porticu Scholarum publicarum hæc de illo extat memoria.

P. DONATO CÆSIO S. R. E. CARD. BON. LEG.
*Si meritò sacri vates Heliconis Alumnus,
Miles Graduum tam reuerent er habet,
Nempe quod in versus inspiret Apollo furorom,
Det Mars ancipiti fortia corda viro.
Te quod Pieridum Cæsij sis fautor, & illas
Protegis, æternum tota iuuenta colit.*

ANNVENTE D. NICOLAO CASTANEA SICVLO IVSSANO
PRIORE DIGNISSIMO DIE XX. AVGVSTI MDLXXXI.
Romæ Ecclesiam S. Mariæ quam de Vallicella vulgò dicimus, amplificauit, eiusdemque Templi apsidem fundauit, & multas ædes in commodum Sacerdotum Congregationis Oratorij proprijs pecunijs coëmit. Extat super portam eiusdem Templi interiùs inscriptio, quæ superius enarrata confirmat; & est.

Ciacon. Vit. Pontif. & Card. Tom. III.



XII. CAROLVS de Grassis natione Italus, patria Bononiensis, Ioannis Antonij, & Blance Grate filius, clara stirpe ortus, Iulij Papæ Tertij intinus Cubicularius, Ecclesiæ Bononiensis Archipresbyter, Montisfalsici, & Corneti Episcopus, à Iulio III. Cameræ Apostolicæ Clericus, Perusiz, & Vmbriæ, ac deinde Romæ Urbis Gubernator à Pio V. nominatur, à quo etiã ob mul-

ta probitatis fidei, & doctrinæ testimonia, operamque in Concilio Tridentino nauatam, Presbyter Cardinalis S. Agnetis in Agone, mox S. Luciz, & postea S. Euphemiz, quartus suæ gentis Cardinalis renunciatus est. Ferdinandus tamen Vghellius ex Cancellariæ Apostolicæ monumentis scribit, Carolum post adeptum Cardinalitium pileum, die 9. Iunij anni 1570. titulum, non S. Agnetis, sed S. Euphemiz obtinuisse. Hic inter alios Patres cum ingenij acumine, & rerum vsu ciuiliù valeret, inter ipsum Pontificem Pium, Senatam Venetum, & Philippum Hispaniæ Regem fœdus contra Turcas tractauit: atque eiusdem Pij iussu, Curiz Romanæ officia correxit, ac ad formam iuri magis consonam reuocauit.


Scripsit Carolus Cardinalis Opusculum de Ecclesia ab Hæresibus liberanda, & Iulio III. Romano Pontifici nuncupauit.
At purpura per biennium vix potitus, Romæ è vita migravit die Dominico viij. Kal. Aprilis hora 20. anno 1571. cum annum ætatis suæ quinquagesimum secundum attigisset: eius ossa in monte Pincio in Ecclesia sanctissimæ Trinitatis cum sequenti elogio litteris æneis scripto iacent.

D. O. M.
CAROLO DE GRASSIS BONONIENSI
S. R. E. CARDINALI
VIRO INTEGRITATE VITÆ INGENII ACVMINE
AC RERVVM TRACTANDARVM SOLERTIA
QVÆ PRO CHRISTIANA REPUBLICA
PER VIGINTI ANNOS ADMINISTRAVIT INSIGNI.
FRATRES FRATRI BENE MERENTI POSVERE.
VIXIT ANNOS LII.
OBIIT ANNO MDLXXI. VII. KAL. APRILIS.

Xxx CA-

Cabrera Petramell Viacetius Carhar in Historiæ Caesiorum Gabut. in Vita Pij V. Andr. Viorell. in Addit. ad Ciaconii. Aubery in Vita. Ferdin. V. bell. 10. 1. cal. sacra. Hippolyt. Atrac. in urpura. dariana. Aubeus in ist. Rauenn. area.

Cabrera. Petramell Andr. Vi-ctorell. in Addit. ad Ciaconiu. Ferrin V-ghell. ibid P. Frizon. in Gallia. Purpurata Aubery in Vita. Gallia. Christiana



XIII. CAROLVS d' Angennes de Rabouillet Gallus, Iacobi Domini de Rabouillet, & Domini de Ram-bouillet, ac Isabelle Cotereau Dominae de Maintenon tertius filius, natus pridie Kal. No- uembris anni 1530. iuuenis adhuc optimis artibus excul- tus est. Vir solidae doctrinae, incorruptorum morum, per- petuaeque innocentiae in Au- la Regu Galliae, in qua mul- torum annorum spatio ver- satus est, sapientissime Regibus

illis, vel in ipsis difficilioribus negocijs non modò consilijs, sed etiã legationibus ad omnes ferè Principes Europæ sibi demandatis, summo adiumento fuit. Cenomanensis deinde Praesul designatus à Carolo, & Catharinae Reginae matris beneficio, cuius sedis adie possessionem 22. Octobris anno 1559. Urbemq. ingreditur die 2. Octobris anni sequentis 1560. Caroli IX. Galliae Regis apud Pium V. Orator, ingenio, scientia, & religionis ardore praestans Presbyteris Cardinalibus titulo S. Euphemiae, rogante eodè Gal- liae Rege à Pio ascriptus est. Monumenta Cancellariae Apostolicae ex Ferdinando Vghello, non S. Euphemiae, sed S. Hieronymi Il- lyricorum titulum Cardinali huic assignant: fortasse utrunque di- uersis temporibus habuit. Subscriptis Synodo Turonensis, cum- antea Tridentinae assistisset: sub tanto Praesule vrbis Cenomanorum à Segregibus expugnata, & maior Basilica impiè depredata est. Vi- xit in purpura annos decem, & septem, & interfuit Comitibus Pon- tificijs suis, illis videlicet, in quibus summum Pontificatum adepti sunt Gregorius XIII. & Sixtus V. sub quo die Lunae x. Kal. Apri- lis anni 1587. aetatis septimo supra quinquagesimo, non sine ve- neni suspitione, Corneti in Hetruria è vita migravit, plurimis pie- tatis, ibidem, ac in pauperibus subleuandis relictis documentis. Corpus ibidem in aede S. Francisci ordinis Minorum de Obser- uantia iacet cum sequentibus elogijs.

D. O. M.

Insignis Mitra CAROLVS D' ANGENNES, & Ostro Cornes extremum clausit in Vrbe diem. Ossa sepulta tenet Francisci nobis Templum, Hic lapis exta loco nobiliore regit. Dulces Reliquiae vitam docuere per omnem Dulce pati CHRISTI nomine, dulce mori.

EPITAPHIUM.

Carolo d' Angennes à Rambouillet, Cenomanensi Episcopo, S. R. E. CARDINALI:

ingenij, scientia, religionis, omniumque virtutum laudibus praestantissimo.

Christophorus à Rantigny Sororis Filius, & Claudius Lupinus Cubiculi Praefectus, Italicarum rerum ex Testamento Heredes, magno cum suo, sum ceterorum familiarium, qui- bus, ob eximiam in eos pietatem, amplius sexaginta aureo- rum millia legauit, morore posuerunt.

Obijt Anno MDLXXXVII:

Vixit Annos LVI. Menses IV. Dies XXIII.

Romae in Ecclesia S. Ludouici nationis Gallicae, cum eiusdem Cardinalis imagine exta hac inscriptione.


D. O. M.

CAROLO D' ANGENNES A RAMBOUILLETO S. R. E. Cardinali.

Christophorus à Rantigny Sororis Filius, & Claudius Lupinus Cubiculi Praefectus, Italicarum rerum ex Testamento Heredes in Anniculum, & Patrum grati; Virginibus Gallicis, alternis annis Deipara VIRGINIS, die Na- tali, in Matrimonium collocandis, certos Aedi fructus attribuerunt.

Anno MDLXXXVII. Kalendis Aprilibus.

Carolus non mediocriter exornauit fratrum virtus, Nicolai scilicet Rambouilleti Domini, Regijque Ordinis Equitis, cuius ex intimis, qui à Regis consilijs erant, & custodiarum eius Praefecti, Caroli Regis nomine Oratoris ad Gregorium XIII. de Pontifica- tus assumptione gratulatum missi: & Claudij à fraterna virtute ne- quicquam degenerantis, qui Episcopali insignitus dignitate anno 1589. Romam ab Henrico III. legatur, vt Sixtum V. Pontificem de causis Cardinalis, & Ducis Guisij mortis commoneret. In Au- ditorem habuit Ioannem Lugum Bassanensem, cuius aedes in ite- nere Patauium versus praestantia illustrauit; nobilis oppidi auanci- tatem demiratus laudibus extulit. Vide quae Iacobus Camerinus Patauius, monachus Cassinensis Praefatione in Musæum illus- trium Anachoretarum ad Amicum hospitem de illo scribit.



XIV. FR. Archangelus Blan- cus, vel de Blanchis, Ita- lus, Insulber, ex vico Gam- baloidi agri Vignebanensis, quem aliqui Ticinensem, a- lij Bononensem faciunt, na- tus ann. salutis 1517. v. No- nas Octobris. Vix ex eph- ebus excellerat, cum S. Domi- nici religionem professus, Philosopher, ac Theologiae studium, Magisterq. iur- eam, & integerrimè iuz- laudem, multis administra-

tis sui ordinis muneribus obtinuit. Ob id Fr. Michaeli Alexandri- no datus locus in Haereticos aliquandiu quæ fuit, & eiusdem Mi- chaelis secretae conscientiae expiationes, seu confessiones excepit, vt refert Gabutus in Vita Pij his verbis. Ante purpuram, in purpu- ra, & in Petri solo sedentem noxas explicantem suas, Michaeli sacro ritu Blancus ausuit, dixit que se nunquam in silo letali cul- pa labor deprehendisse. A Fr. Michaeli iam Cardinali sanctae In- quisiitionis Commissarius, & ab eodem postea Pontifice Episco- pus Theanensis, ac deinde in Cardinalium Senatum Presb. S. Ce- larii in Palatio adlectus fuit: nouem omnino annos rexit Ecclesiam Theanensem, eamque dimisit anno salutis 1575. Humiliatorum Congregatione à Pio V. deleta, quod eorum nonnulli per sicarium quendam, Carolum Borromæum S. Praxedis Cardinalem tollere procurassent, Pius V. delectus S. Abundij Cremonensis Propo- situm creauit. Qui Gregorij XIII. iustu, expurgationis, & Indi- ci libroru interdictorum inuigilans, dum maior de illo apud mul- tos expectatio erat, inopinata febre affectus, die Lunae xv. Kalen- das Februarij, ipso B. Petri Cathedrae die, Romæ anno 1580. è vi- uis abiit, & in Ecclesia S. Sabinæ, cui pie multa legata, in ipso re- ligioforum monumento: sic enim scripto testamento constituerat, conditus. Extat ad laeuam maioris portæ Templi marmoreu man- soleum talibus verbis notatum.

D. O. M.

F. ARCHANGELVS. DE. BLANCHIS. S. R. E. CARD.

Pietate, vitæ innocentia, & doctrina Ornatissimus,

Qui in disciplina S. Dominici, & in Obsequio munere inquirendi in Haereticos PIO V. PONT. MAX. Collega

Ab eodem primus Episc. Theani Sedecini creatus, Mox in Sacrum Collegium Patrum Cardd.

Cooptatus, virtutis suæ specimen Praebuit ab summa spe rerum maximarum

E medio cursu reuocatus, hic situs est Vixit Annos LXVIII. Menses III. Dies xv.

Obijt MDLXXX.

Coheredes D. Franc. Blancus, & Defendens Fratris sui Filij P.P.

Huic cum quidam Astrologus praedixisset fore, vt in Cathedra Petri moreretur, atque inde omnes eius familiares Archangelum futurum summum Pontificem sperarent, & praesertim aegrotante Greg. XIII. Pont. illorum spes non euident, quem praedicebant, exitum consecuta est; nam Pontifex valetudine à morbo confir- mata, per quinquennium vixit, Theanensis autem, quem Petri Ca- thedrae sub illius loco infesturij familiares, ac ipsa Romana Aula ia- thetabat, subita morbi vi oppressus, die, quo Ecclesia S. Petri Cathedrae solemnitate celebrat, abiit è vita. Clericis Regularibus bene affectus, Ecclesiam S. Abundij Cremonensis, atque amplas aedes proximas vitro illis concessit.

XV.

FR. Felix Perotus Pice- nus de Montealto ordi- nis S. Francisci Conuentua- lium, anno à partu Virginis 1521. die Mercurij, xij. De- cemberis S. Luciae facti, Pa- tre Perotto de Montealto, & Matre Perotto de Camerino, te- nui quidem, sed honesta fa- milia Cryptis oppido Mon- talsati Firmans olim, nunc Ripensis diocesis natus est. Ferens, Perottum Felicis pa- trem, eo nondu genito, qua- si vocem percepisse, que hoc



videbatur suggerere. Acceda ad uxorem Perette, concipiet illa fi- lium, qui vniversa praeerit Ecclesiae, Romana infula insignis. Cum aetatis suae annum duodecimum ageret, S. Francisci habitum in-

Cabrera. Petramell Andr. Vi-ctorell. in Addit. ad Ciaconiu. Ferrin V-ghell. ibid P. Frizon. in Gallia. Purpurata Aubery in Vita. Gallia. Christiana

Cabrera. Petramell Andr. Vi-ctorell. in Addit. ad Ciaconiu. Ferrin V-ghell. ibid P. Frizon. in Gallia. Purpurata Aubery in Vita. Gallia. Christiana

ter Conuenticales Aſculi ſuſcepit, & naminè vano ingentis felicitatis auſpicio nomen Felicis, baptiſmo receptum deponere noluit. Nec mora; præclarum in eo ingenij ſpecimen, & virtutis enituit indoles, qua Philoſophiæ, ac Theologiæ diſciplinis haud multo labore comparatis, in dies ſeſe magis prodebat. Namque anno à Chriſto nato 1548. & ætatis ſuæ vigelimo ſeptimo Magiſterij inſignibus in Firmi Cœnobio decoratus, Generali Patrum Conuentui, qui Aſſiſij habebatur, interfuit, vbi præſente Rodolpho Pio Cardinale ordinis Patrono, difficiliora Theologiæ themata doctè, ac utèq; defendit: quæ res magnam ei apud Rodolphum gratiam, & beneuolentiam peperit. Poſt hæc cum magis legendo, & concionando, ſuæ opinionem virtutis promoueret, Maceratæ Regens deſignatus, impediende ſui ordinis apud Piceſos Miniſtro, id munus exercere non valuit. Hinc anno 1551. Sacras Camerini conciones habuit, ac mox à Rodolpho Pio Cardinale Carpenſi Romanæ alicui, apud Monasterium, cui S. S. Apoſtolorum nomen eſt, concionari cœpit, eius doctrinam, pietatem, atque eloquentiam frequenti populo admirante. Deinde anno 1553. Peruſiam, ac ſequenti Neapolim, vt S. Laurentij Cœnobio præſeſſet, & anno 1555. Genuam miſiſus, Euangelij præconio, & vitæ exemplo, populos ad bene viuendum hortabatur. Poſtea in Urbem reuerſus, bis Venetias à ſancti Officij Cardinalibus miſiſus, eoq; munere egregiè perfunctus, à Pio IV. cū Hugone Boncompagno Legato in Hiſpaniam mittitur ad cauſam Archiepiſc. Toletani expediendâ. Vnde Romam rediens a Pio V. Generalis ſui ordinis Præſectus conſtituitur; paulòque poſt Epicoſopus S. Agathæ propè Neapolim, & ab eodem Pontifice Presbyter Cardinalis tituli S. Hieronymi Illyricorum, ſeu teſte Ferdinando Vghellio ex monumentis Cancellariæ Apoſtolicæ, S. Simeonis renunciatur. Poſt purpuram ab ipſo Pio Firmanam Eccleſiam regendam ſuſcepit. Colebat Felix Virginum Regnam Dei matrem religioſiſſimè, & à puero ſe illius patrocinio deuouerat, eiufq; ope ſe à multis periculis ereptum fatebatur: ſuæ in illam pietatis non vnum monumentum erexit. Nobile Dominici Præſepis ſacellum in Liberij Baſilica in Eſquilij, Cardinalis extruere cœpit: Pio V. morienti, & electioni Gregorij XIII. aſſuit, Corpore Nicolai IV. in neglecto latrans loco, anno 1574. in ordinem, & in patriam pietate, nobili ſepulchro, & elogio illuſtrauit.

Poſt Gregorij XIII. obitum, anno 1585. accepto Sixti V. nomine Petri Cathedram aſcendit: de illo plura in eius Pontificatu dicemus.

XVI.

PAVLVVS Aretius Italus, Neapoli, ſeu veriùs in Caſtro Itri diocæſis Caietanæ natus, anno vndecimo ſupra ſeſquimilleſimū, Scipio primū appellatus eſt. Pater illi, Paulus de Aretio, mater Victoria Oliueris fuit; adhuc puer ſpontè, nullò ducente, aut impellente, Templo Deo dicatæ, ſtudioſiſſimè frequentabat, & domi ab hominum confortio cauens ſe continebat. Præcipua quædam animo,

vultuque inerat modeſtia, & pudor: commiſeratio in pauperes ſupra id ætatis erat; vt, & fouerat ipſe, & adhortaretur ſæpius patrè, vt ad eſſet munificè pauperum inopiæ. Quo ſerè tempore, ipſo cū fratre in horto deambulante, viſus eſt iuuenis quidam forma ſupra humanam, atq; conſuetam auſtiorè, quem Angelum omnes putarunt, iſque famulo illos ſequenti dixit. *Adoleſcentulus iſte magnus apud Deum, & homines futurus eſt;* moxque ab oculis intuentium euanuit. Poſtea Salerni, ac Bononiæ in ſtudia litterarum non ſegniter incubuit, & gradatim Philoſophiæ, ac Theologiæ linguarum quoque peregrinarum, Græcæ præſertim cognitione imbutus, & Legum ſcientiæ operam dans, in vtroque Iure Doctoris lauream eſt conſecutus. Subindeq; patronum cauſarum egit tanta cum integritate, ac nominis celebritate, vt paſſim Doctor veritatis diceretur, ad eumque certatim clientes conſurgerent, quod ille ipſorum dubia, mira facilitate, ac perſpicuitate ſolueret, atque ab avaritiæ fordibus ita eſſet alienus; vt cum ei aliquis pro conſilij accepti pretio ternos aureos numeraret, obtentaq; cauſæ victoria, tres alios offerret, ipſe accipere illos renueret, quod non plus, quàm tres illos priores labori ſuo debitos eſſe diceret. Inde vulgata eius integritatis fama, ad Concilium, ſeu Senatum Regium vocatus, & capitalibus cauſis præſectus, nec precibus, nec muneribus à reſco inſecti vnquam potuit. Sententiam enim contra quendam laturus, nec illius lachrymis, nec formoſiſſimæ puellæ eius filie præbè patre ſupplicantis aſpectu commotus eſt; quin pro vero, ac æquo pronunciarer. Sed qui æquitatè in ſerendo iudicio ſeruauit incorruptam miſericordiam quoq; in mœrentem, & aſſiſſum homi-

A nem exhibuit, cui poſt latam in eum ſententiam nummos aureos trecentos liberaliter eſt elargitus. Alterum egregium ſiue pietatis, ſiue iuſtitia documentum accipe, ex Troiano Capycio Bozzuto ex Oratorij Presbyteris Epicoſopo Capreenſi, viro qua ſtirpe generis, quâ comperta probitate ſpectatiſſimo, qui hæc, concepto priùs ſacramento, teſtatus ſincerè eſt. Vidua, cuius paupertatem pletræque nubiles filia augebant, litem apud Aretium agitabat: adire domum, ac pulſare frequenter precibus, ſietuque eius animum, videbatur, quem exulcerauerat iam commiſeratio, eò, vel maxime quod cum non ſtaret pro vidua ratio, in illam pronuntiare ſententiam cogere: metuebatq; proinde filiarum pudicitia, cuius decidiuus plerumque ſos eſt, vbi formæ comes fuerit egeſtas. Tueri ſimul iuſtitiam, & viduæ paupertati, ſuarumque virginum diſcrimini conſulere impoſſibile profectò videri poterat: nec vllus rem vnquam expediuerit, cui magnanima quædam pietatis indole peccatus non afflauerit. Ergo vocari viduam iubet Aretius, tum illi de ſuo tantum pecuniarum clam eſt elargitus, quanti æſtimari cauſa poterat; quæ ſanè auri vis non adeo modica erat, quin bis, aut ter centū aureos, vel eò amplius excederet: nec mora ea ipſa die, qua pietati tam magnificè litauerat ſententiam in viduam dixit. Quo ſanè neſcio an quid illuſtrius ſuis vnquâ in factis annotauerit charitas. Additque inſuper laudatus teſtis, viduam, vt Iudicem fleſſeret, elegantioris formæ virginem illi obtuliſſe; quo quidem acriùs conſoſtus Aretius dicitur, non modò quod narrauimus aurū matri perſoluſſe, verum etiam illi Virgini Numini dicandæ inſignem munificentiam impendiſſe. Cauſas ſanè ſumma æquitate librabat: Deum Iudicem ſemper præ oculis habebat, quin, & litigantium pauperum egeſtati conſulens, crebrò ipſis opitulabatur de ſuo, & gratuitò iuſtitiam in opibus adminiſtrabat.

C At cum nulla ſit res in terra, quæ non aſſiduitate ſua aſtidium pariat, ac proprio genio ad pietatem inclinante, Spiritus ſancti impulſu, Clericorum Regularium inſtitutū iam quadragenarium primò experijt, deinde Neapoli ſuſcepit, Scipionis cum Pauli nomine cõmutando. In ſorte, & humilitate fratrum laicorum Deo ſeruire optabat Paulus; at id non conceſſerunt Præpoſiti, qui ſingulares in eo dotes agnoſcebant. Tyrocinium poſuit Neapoli cum Andrea Auellino illo, quem poſtea Vrbani VIII. anno Iub. 1625. in Beatorum album recensuit. Hi ſanctæ quadam æmulatione quis eorum ad viliora domus miniſteria ſe profundius abiiceret, contendebant. Cabrera ex Petramellario aliam ingreſſus Pauli in ſacrum Theatinorum ordinem cauſam aſſert: nempe cum quendam homicidij inſimulatum hominem, ac tormentorum vi conuiſum ſuſpendi Paulus Iudex cauſarum capitalium iuſſiſſet; reuſque ad patibulum deductus nunquam ſe id ſcelus admiſiſſe palam affirmaret; doleretq; ac lamentaretur, quod falſa delatione circumuentus, ac tormentis ſuperatus inſamem, & ſua innocentia indignam ſuſpendij mortem ſubiret: admiratus ille, nec ratus tormentorum cruciatibus quendam fateri vnquam, vnde capite pleſteretur, eam rem experiri tentauit. Ergo ſtabulum clam ingreſſus, mulam ſuam pugione confodit, ac mox eam à ſeruo doli ignaro, ſibi ſterni iubet, qui mulam interemptam referens, Domini iuſtu in vincula coniectus, tormentis exagitatus non admiſſum delictum agnouit, & ſe gladio mulam conſeciſſe, quod recalcitrandò offenderat. Qua re animaduërſa poſtquam illatum famulo damnū benignè compenſauit, periculofam ludicum conditionem exoſus, ſecuriorè vitæ rationem, & magis expeditam ad ſalutem animæ viam religionis elegit. Hęc Cabrera: At reuera Ioannes Baptiſta Tuſus Epicoſopus Accerratum in Hiſtoria eiufdem ordinis Clericorum Regularium, teſtis fidelisſimus, cum, & ipſius Pauli conſeſſiones exceperit, narrationem hanc falſam eſſe, ab eo rogatus ſe didiciſſe teſtatur. Poſt Tyrocinium à Senatu, Populoque Neapolitano inſtante, ac enixè rogatus eſt, vt pro vrgentibus magni negocij momenti ad Philippum II. Regem Catholicum ſuo nomine pergere vellet, quem ſcirent virum ad perſuadendum quilibet apriſſimum, & aliàs ipſi Regi ob virtutis eius famam gratiſſimum. Exculauit ſe ab honorifica illa legatione Paulus etiã poſt iteratas Ducis Alcalæ Neapolitani Proregis preces, ſed interueniente Pij IV. ſummi Pontificis præcepto per Caroli Borromæi Card. litteras ſignificato, paruit; illicoque profectus, effecit tum eloquentiæ vi, tum moribus ſuauiſſimis, quibus ornatus procedebat, vt omnia, quæ ſibi propoſuerat, ex animi ſententia perficeret, nihilque ipſi negaretur. Socium habuit in hoc itinere Andream Auellinum, de quo ſupra; oblatas à Philippi Regis liberalitate Epicoſopales infulas, inuicta conſtantia reſpuit: redijt ab illa legatione, eadem indutus religioſa veſte, qua proceſſerat. Decennium in ordine exegit; oblatas ſæpiùs infulas ſemper repudiauit; vt Franciſcus Maria del Monacho indicauit paucis. *Brunduſina Eccleſia Archiepiſcopus bis remiſit: aliarum Eccleſiarum ter Epicoſopus, abmiſit ter.* Patribus ſui ordinis Romæ in S. Silueſtri æde commorantibus Præpoſitus: Interfuit Pontificis iuſtu cauſæ Toletani Archiepiſcopi de hæreſi inſimulato; ad quam ex tota ſerè Italia doctiſſimi quicq; viri, vt ſuam ſententiam dicerent, Romam acciti fuerant.

At Pius V. cui id erat ſolemne, vt ſi quos noſſet, qui ad dignitates Eccleſiaſticas adipiſcendas ſe obruderent, eos ab illis repelleret; qui verò ſe ab illis ſubtraheret, toto Orbe conſiſtos vitro

Cabrera. Petramell. Io. Bapt. Tuſus in Hiſt. Cler. Regularij Andr. Viſtorell. in Addit. ad Ciacconiâ. Ludouic. Donius de Attychy in hiſt. Card. Joſ. Silos in Hiſtor. Cler. Reg. Ferdia. Vghell. in Ital. ſacra. Aubery in Vita. Io. Petrus Giuſſan. & Carolus à Baſi. Petr. in Vita S. Caroli B. Joſ. Aut. Cagianus in Vita. Barthol. Chiocezzell. de Archiep. Neapolitana. Ceſar Ragenſius in Neap. ſacra. Ceſar C. pa. in Hiſtoriâ. Hippolyt. Marrac. in Purpura. Mariana. Joſ. Rho in Exepl. Virt. Ant. Summont. in Hiſt. Neap. Gabot. in Vita Pij V. Bohut. in V. B. Andr. Auellini. M. Anton. Marul. Coſuma. de Ill. Cõſalt. Vincetius de Fræchiſ. in Deciſ.

animi sensum minime potuit, illumq. singulari planè elogio apud augustum Senatū publicè honestavit: Romanā Aulam is idem occupavit mœror. Comitatus est Philippus Nerius vir sanctissimus communè luctum, qui cum ad Alexandrum Borlam suę disciplinæ Alumnum, ac Arcij domus Præfectum litteras per Franciscum Mariam Taurulum, postea Cardinalem daret, hæc inter alia in ea epistola habuit. *Eius sancti Viri mortem non magis ob privatum istius Ecclesie salturam, quam ob publicum Christiani Orbis damnum ex animo doluimus. Namque est temporum, ac peccatorum nostrorum calamitas, vari nunc homines, qui sciunt, velint, habeantque illum animarum, diuinique honoris zelum, quo Cardinalis Aresius præstabat.*


Quare plerique magni nominis scriptores in suis litterarum monumentis appellare Paulum cum elogio sanctitatis non dubitarunt. Illum Andreas Auellinus Cardinali Carolo Borromæo in terrenorum contemptu, pastorisq. vigilantia, ac sollicitudinis studio, litteris ad Decium Carrasam datis coarguere non dubitavit. Quare Decius Cardinalis Carrasam Paulo in Archiepiscopatu Neapolitano suffectus, auctoritate summi Pontificis testes audiri, & examinari curavit Neapoli, & Itrij, in ordine ad solemnem Pauli vindicationem, seu, vt vocant Canonizationem: quod item factum est Placentiæ. Illum Carolus à Basilica Petri in Vita S. Caroli, *Religiosissimum Virum* nominat: eundè Petramellarius, *Continensia, pietate, ac innocentia insignem, Sacerdotalis vite specimen, Ecclesiasticæ libertatis propugnatorum acerrimum, virtutum omnium exemplar, & Vaticanæ Senatus ornamentum* appellat. Boluitus in Vita B. Andreæ Auellini, *Fulgensissimum S. R. E. Sidus*. Victorellus, *In espugnando Ecclesiasticæ immunitatis hostes fortissimum, & in aduersis singulari patientia munitionum virum* nominat. Ferdinandus Vghellius in serie Antistitum Placentinorum eundem celebrat his verbis: *Egregius Pastor cum prisco illis sanctis Episcopis ob eius vite puritatem merito comparandus.*

Extant in Neapolitano D. Pauli Tabulario eius de Censibus Lucubrationes: instituerat Pius V. Romanus Pontifex Congregationem Romæ, quæ diligenter ad omnem rationis, ac iustitię normam Censuum expenderet, vt mortalium auaritiã, fraudesque, quę in id contractuum genus irreperant, emendaret. In illa numerari Paulum Aretium Præpositum tunc temporis domus S. Siluestri in Quirinali voluit: vt potè in eo studiorum genere versatissimum, qui asserre etiam ab vsu rerum, ac singulari integritate non minimum institutæ Congregationi ponderis, momentiq. poterat. Hac occasione Lucubrationes illas exaravit Paulus, egregium planè opus, quod commentari, non nisi Vir scientissimus, atque expertissimus potuit.

Beatissimam Dei matrem, & Virginem Mariam præcipuo quodam, toto suæ vitæ tempore veneratus est affectu: adolescentulus Templum S. Mariæ de Misericordia prope suam domum in patria situm frequenter visitabat: Doctoratus lauream Bononiæ accepturus, illam die Sabbati recipere voluit, ob singularem suum, erga beatam Virginem affectum: ob quem etiam Neapoli degens, quolibet die Sabbati sua peccata apud Confessariũ humiliter confitebatur. Anno à partu Virginis 1548. in patriam reuerfus, cum prædictum S. Mariæ de Misericordia Templum ex parte dirutum inuenisset, illius statim restorationi totum sese dedit, in quo mira deuotione longas trahebat moras: religioso Clericorum Regularium habitu indutus, anno salutis 1558. die 2. Februarij vota sua Domino reddidit, die scilicet Purificationis gloriosissimæ Virginis Dominiq. nostrę sacro. Placentina insula donatus, dum quadam die de more, Placentiæ Ecclesiam S. Mariæ in Campania inuisset precibus ad B. Virginem fufus, mulierem à Dæmone obfessam liberauit. Archiepiscopus Neapolitanus renunciatus, cum in Burgo Virginum extra portam S. Ianuarij, B. Virginis imago inuenta esset, Paulus, vt potè Regiæ cæli bene affectus, illam sæpius inuisere, atque ante illam inclinatus diu in oratione persistere delectabatur: imò cum multa miracula, quæ ad ipsius inuocationem acciderant, eius iussu iuridicè recognita, ac vera inuenta fuerunt, illam etiam voluit supplicatione publica reuereri: ex quo Neapolitani populi erga illam mirum in modum aucta obseruantia. Optans autem sacram hanc imaginem debito cultu, ac reuerentia custodiri, illius custodiam Dominicanis Patribus Antistes optimus commendauit, & quia ipsi innotuit, locum illum, vbi sacra imago detecta fuerat, Vallem sanitatis ob amœnitatem fortè salutiferi æris antiquitus appellatum, iussit illam exinde *B. Virginem Sanitatis* appellari, his marmori in rei memoriam verbis incisus.

✠
 Templum Sanctum hoc, fœdis putgatum,
 Diuinoque cultui redditum
 Vbi sollicitudinem Beatissimæ Matris Dei
 De salute nostra palpabilem habes
 Illustris. & Reuerendiss. Paulus de Aretio
 S. R. E. Presbyter Cardinalis Tit. S. Pudentiæ,
 Ac Neapolitanus Antistes.
 Almæ Prædicatorum Familiæ concessit,
 Anno MDLXXVII.

A Coronam B. Virginis sæpe gestabat in manu, magnamque Dei matrem sacris precibus, atq. orationibus iugiter venerabatur: omnibus tum ciuitatis Placentiæ, tum etiam diocesis eiusdem Parochis ordinauit, vt in omnibus suis Ecclesijs serò ad Solis occasum aris cæpani signo populum inuitarent ad Canticum, seu Antiph. Virginis pro temporum varietate simul concinendam. Cum Itrij in patria eo præcipuè annitente Capuccini Patres monasteriũ obtinuissent, voluit in eorum Ecclesia peculiare construere sacellum cum imagine beatissimæ Virginis, ac sui ante illam genuflexi effigie, ad nomen Dei matris, atque ad conspectum imaginum ipsius semper detracto pileo, seu bireto caput inclinabat, & venerationem internam exterius demonstrabat. Licet autem omnes Deiparæ Virginis imagines debito cultu prosequeretur, vnam tamen habuit præ alijs chariorem; ante quam in sui cubiculi secretò preces suas fundere, imò cor suum effundere solitus erat. Hanc semper secum habere voluit, cum hac mori; nam in vltima infirmitate prope lectum suum collocari iussit, vt cum qua vixerat, cum eadem è vita abiret. Pro tanti Viri Beatificatione, iussu Romani Pontificis, tum Placentiæ, tum Neapoli de eius virtutibus acta ritè confecta sunt



XVII.

IOANNES Aldobrandinus natione Italus, patria Florentinus, Siluestri Aldobrandini patritij Florentini, & Læse Detæ, nobilis vtriusque filius, Hippolyti Aldobrandini postea Cardinalis, ac Põtificis frater, patris Iuriconsultissimi, & magna apud Principes auctoritate, viri vestigia secutus, Cæsaræ, Sacroque iuri animum addixit; in eoque studio, patri morum laude feliciter currit. Hinc ad rempublicam accedens, non minori semper contentione, in paranda boni nominis gloria certans, quantum ingenio, & doctrina valeret, quanto verò pietatis, & reipublicæ Christianæ studio flagraret, breuiter expressit; à genitore primùm in sui ipsius locum anno salutis 1554. nominatus est Aduocatus Consistorialis: modico tamen temporis decursu in Consistorialium Aduocatorum congressu ledit Ioannes: nam anno 1556. Romanæ Rotæ Auditor lectus, iustitiæ amantissimus fuit; ex qua vna virtute, vt ait Cicero, boni viri appellantur. Deinde à Pio V. Pontifice maximo, anno à Christo nato 1569. Forocorneliensis, seu Imolensis Episcopus declaratus, gregem sibi creditum, non magis eloquio, quam sanctissimæ vitæ exemplo, ad cœlestium rerum amorem excitabat, & in suos mores formare studebat. Quare populus Imolensis non à Pontifice Pastorem sibi traditum, sed à Deo Angelum è cœlo missum, communi omnium voce prædicabat. Quarum rerum fama idem Pontifex, qui eum Ecclesię gubernaculis admouere cœperat, vt sibi in Pontificia sustinenda mole Ioannes propius adesset, & ampliorem nactus locum, suæ virtutis, talentique à Deo accepti pondus exerceret; Presbyterum Cardinalem tituli, non S. Simeonis, vt scripsit Cabrera, sed ex monumentis Cancellariæ Apostolicæ, S. Susannæ pronunciauit: inde S. Simeonis titulum, oprauit, quem vsq. ab obitum retinuit. Mox ineundo contra Turcas fœderi inter Philippum II. Hispaniæ Regem, & Venetorum Senatū, Pontificis nomine interesse iussus, id negocij laudabiliter perfecit. Quæ contra Turcas expeditio cum militibus, & pecunia perficienda foret, huic etiam muneri præponitur, diplomate accepto, vt omnes Ecclesiasticæ ditionis exules Pontificis nomine conciliaret, & securos esse iuberet, si modo aduersus fidei hostes arma caperent, aut pecuniam in id bellum ministrarent. Post hæc Carolo Borromæo S. Prædix Cardinali Mediolanum, cuius erat Archiepiscopus, abeunte, & Pœnitentiarij Magistratu, vt commodius pascendo gregi adesset, renunciante, summus Pœnitentiarius Aldobrandinus creatur, nec multò post signandis Apostolicis Breuius præficitur. Cui sic ad excelsum conceptæ opinionis gradum progresso, quem summæ dignitatis locum eius integritas, eruditio, & virtus promeruerat, importuna mors inuidit.

E vita migravit Romæ in Quirinali, non die 26. Augusti, vt aliqui scripserunt, sed septimo Nonas Septembris anno salutis 1573. Gregorij XIII. Pontificatus secundo. Cadauer in Ecclesia super Mineruam conditum, iacet in sacello Aldobrandinę familię à Clemente VIII. Pontifice maximo eius fratre ædificato, & in nigro marmore sub eius marmorea effigie hæc visitur inscriptio.

IOANNES ALDOBRANDINVS
 S. R. E.
 PRESBYTER CARDINALIS
 TITVLI S. SIMEONIS
 MAIOR POENITENTIARIVS.

Cabrera, Petramell Andr. Vi-gorelli. in Addit. ad Ciaconiũ. Ferdinãd. Vghellius ibid. & in Ital. sacra. Ios. Bap. Tufus in Hist. Cler. Regular. Io. Baptist. Adrian. in Historia. Petrus Iulianus in Hist. Veneta. Aubery in Vita.

In eodem facello bina alia cernuntur lapidea monumenta, Siluestri patris vnum, & Læta Detæ matris alterum, marmoreis superimpositis vtriusque simulacris, additisque elogijs; ad læuam scilicet.

Hic qui Filiorum tam Illustri corona cingitur
SILVESTER ALDOBRANDINVS est
 Patricius Florentinus
CLEMENTIS VIII. PONT. OPT. MAX. Pater.
 A Principibus Viris in aduersa etiam fortuna
 Arduis negocijs certatim adhibitus
 Cuius optimus summusque Iurisconsultus
 Quod ex laboribus pro Patria susceptis
 Et ex ingenij monumentis cognosces
 Quam verò fuerit proles educandæ gnatus parens
 Dignitates natorum testantur.
 Vixit Annos LVIII. Menses VI. Dies XIII.
 Obijt VIII. Idus Iunij MDLVIII.

Ad dexteram.

LÆSA DETA hoc Tumulo tegitur
 Florentina Matrona
CLEMENTIS VIII. PONT. OPT. MAX. Mater.
 Prudentia insignis, & pudicitia
 Fœlix Siluestro Aldobrandino Viro
 Multiplici prole honoribus, & probitate
 Filiorum omnium
 Vt non minus clara fœtibus esset quam virtutibus,
 Vixit Annos LIII. Menses IX. Dies IV.
 Obijt Pridie Nonas Martij MDLVII.
PETRVS ALDOBRANDINVS S. R. E. Camerarius
 Monumentum hoc virtutis
 A **CLEMENTE VIII. P. O. M.** inchoatum absoluit
 Et Auis meritisimè posuit.


In eadem sacra æde, quæ subnectitur altera sepulchralis inscriptio legitur, marmoream superimpositam sustinens Læta effigiem.

D. O. M.
LÆSA DETA
 Vxori charissimæ
 Cum qua coniunctissimè vixit
 Ann. xxxvii.
SILVESTER ALDOBRANDINVS
 Aduocatus Consistorialis
 Merens posuit.
 Vixit Annos LIII. Menses IX. Dies XIV.
 Obijt Prid. Non. Martij
 Anno MDLVII.

Patria Fanensem, Florentia tamen oriundum Ioannem facit Cabrera: at Siluester pater litteris ad Urbini Ducem anno 1548. vij. Kalendas Septembris Roma datis, egregijsque illius in Iustiniani Institutiones Lucubrationibus præfixis fatetur exilium se ob desiderium libertatis, & bonorum iacturam passum, obeuntemque in exilio magistratum, absentem, & nihil de re cogitantem, à Paulo III. Romano Pontifice inter Consistoriales Aulæ Aduocatos ascriptum, Romamque euocatum.

Ioannes Cardinalis, Francisco Toletio Societatis Iesu, quem ob multiplicem doctrinam, & morum grauitatem diligebat, præsto fuit, vt Collegij Cardinalium Concionator deligeretur. Interfuit Comitij, in quibus Gregorius XIII. Petri Cathedram ascendit, eique dum vixit, gratus semper fuit. De illo Cardinalis Baronius Clementem VIII. alloquens tomo 4. Annalium Eccl. hæc habet. *Reliquit tibi, quem sequereris, ducem præuium, morum magistrum, virtutum viuum exemplar, Ioannem clarissima memoria germanum fratrem tuum, magnum illum S. R. E. Cardinalem, quauis laude maiorem, qui prouidum agens aurigam credidit sibi quadrigæ, quatuor fratres summa concordia moderatus, dignos Apostolicæ Sedis dignos obsequijs muncipauit.* Idem cū Petro Aldobrandino verba faciens tomo 6. Annalium: *Ioannes S. R. E. dignissimus Cardinalis, in quo tanquam in antiqua probitate viuo reddito exemplari virtutes omnes unâ cum doctrina incomparabiles, miro decore fulserunt.* Hondedeus in epistola ad Petrum S. R. E. Cardinalem Aldobrandinum: *Ioannes post diu probatam in sacro Romana Rotæ Auditorio, alijsque causarum grauissimarum iudicijs, integritatem, atq. sapientiam à Pio V. Pontifice Optimo virtutis amantissimo, & acerrimi iudicij viro in augustissimum Cardinalem Ordinem relatus est.* Farinac. in epic. Conf. 19. *Tunc temporis Eminentissimus Iurisperitus, & Consulens Ioannes Siluestri filius, propter eius exemplarem bonitatem, benignitatem, aliisque innumerabilia merita, merito etiam ad Cardinalatus apicem assumptus.* Plura Ioannes Stringa in Vita Clementis VIII.

XVIII.



FR. VINCENTIUS IUSTINIANUS Genuensis, ex Francico nempe Iustiniano, & Catarinetta Britia nobilissimis parentibus, anno salutis 1519. v. Kalendas Septembris natus in ciuitate Chij, post Philosphiz, ac Theologiz disciplinam, varijs rerum publicarum muneribus insigni vitæ exemplo, ac tanta virtute præfuit, vt ad immortalè nominis sui recordationem, non multum sit à maioribus suis Insulæ Chij

Regulis vindicandum. Inuitis parentibus lacrum ordinem S. Dominici in eadem vrbe ingressus est: missus in Italiam operam dedit studijs, in quibus, vt etiam in pietate se admirabilem cunctis præbuit. Confecto studiorum studio, Generalis sui ordinis Magistro à secretis cum annos decem inferuisset, & Angliæ Prouincialis esset, ætatis annum agens octauum supra trigemum, eam iam suæ prohibitis, ac prudentiæ opinionem propagauerat, vt sub Paulo IV. Generalis Magister sui ordinis electus fuisset, in qua Prouinciarum mole sustinendis, regendisque tam diuersis grauisimorum sui ordinis hominum voluntatibus non modò vitauit inuidiam, sed omnium gratiam per annos duodecim huic muneri præfectus comparauit. Nec minus in Concilio Tridentino, cui decem, & octo Episcoporum, & septem supra viginti Theologorum eiusdem ordinis corona fultus interfuit, opera eius, doctrina, atque pietas, ac in legatione ad Philippum II. Hispaniarum Regem de rebus Ecclesiæ Mediolanensis obita, singulare iudicium, & inaudita prudentia resplenduit. Quapropter absens in Hispania Cardinalis renunciatus est. Pius in litteris ad illum datis, habet. *Te ob tuam eximiam probitatem, doctrinam, singularemque Christiana religionis cultum, Nobis iam pridem perspectum inter ceteros elegimus, & summo præ excellentique hoc honore decoramus.*

Sub Gregorio XIII. ex titulo S. Nicolai inter Imagines, quem à Pio obtinuerat titulo S. Sabinae honestatus grauisimè ab utroque Pontifice reipublicæ negocijs adhibitus, quas in regendo Dominicano ordine, ceterisque negocijs, laudes sui nominis excitauerat, purpuram indutus superauerat. Librorum enim iudicio, cum Sirlero, & alijs præfuit, ordinis Vallisumbrosæ, ac Prædicatorum, delatum patrociniū, suscepit: adnumeratus est inter Cardinales illos, qui Episcoporum, & Regularium res tractant. Rexit Abbas Cœnobium S. Sirmi in vrbe Genuensi; cuius Ecclesiam, ac proximū Cœnobium, annuente Gregorio XIII. Clericis Regularibus Theatinis vitro concessit. Extant penes illos Vincentij Cardinalis litteræ, quæ eximiam illius in Theatinos patres voluntatem posteritati æternam approbant: inter quas sunt illæ ad Marcum Polecandalum Genuensis domus Præpositum, quas hic describere placet.

Reuerende admodum Pater, litteras accepi tuas, quibus pro Ecclesia, ac Cœnobio D. Sirmi vestro Ordini Maximi Pontificis benignitate, ac me postulante, concesso gratias habes. Gratulor etiã atque etiam consilium perbelle cecidisse, ac successisse conatus, ac labores meos. Simul pro re feliciter gesta grates diuino Numini persoluo, in cuius honorem, & obsequium in id operis, curas, neruosque intendi. Porrò in iuuanda, ornandaque re Theatina ipsè nunquam deero: certus fore, vt meam hanc voluntatem, ac operã vestris precibus compensetis. Quod sane debetis mihi, non quidem ob collatum hoc beneficium, sed ob singularem in sanctam Vestrã Sodalitatem, obseruantiam, ac studium Deum precor, vt cedat in sui gloriam opus fructu quidem, quem ipse opto, ac voueo; ac Vestrum omnium orationibus me ex animo commendo. Hæc ad Polecandalum Cardinalis Iustinianus, qui vt munificentiam cumulare suam, certa loci tutela subinde fuit: ac si quid præsidij enate inibi controuersiz, aut quæuis Patrum momenta polcerent, affuit semper auctoritate, & ope.

Obijt Roma: sub Gregorio XIII. cuius Comitij interfuerat, die Sabbati anno salutis 1582. ætatis 63. v. Kal. Nouembris; & in Templo S. M. super Mineruam conditus, hoc epitaphio insignitur.

D. O. M.
FR. VINCENTIO IUSTINIANO GENVENSIS
 Suae ætatis anno xxxviii. electo Generalis Ord. Predic.
 Inde annorum LI. in num. S. R. E. Card. assumpto
 Obijt xxviii. Octobr. A. MDXXXII.
 Vixit A. LXIII. M. II.
 Petrus, Joseph, & Georgius Fratres P. P.

Dominicani ordinis Historici, & alij Virum hunc generis splendore, pietate, doctrina, vluq. rerum illustrem commendarunt. Gabuti in Vita Pij V. virum eximia prudentia, doctrina, & integritate præditum: Folieta, prudentiæ, consilij, ingenijque præstantem, versatiliq. ad omnium hominum naturas tractandas nominarunt. Ab Episcopo Capilupo culto epigrammate fuit celebratus.

Cabrera.
 Farinac.
 Chron.
 Dominic.
 Gaba. in
 vita Pij V.
 Gualter.
 V. J. Casol.
 Borromai.
 Seraphin.
 Razius.
 de Vir. Ill.
 ond. Præd.
 And. Vi.
 storell. in
 Addit. ad
 Ciacconi.
 Ferdin.
 Vghellib.
 Ios. Sitos
 in Histor.
 Cler. Reg.
 Hippolyt.
 Matrac. in
 Purpur.
 Marian.
 Aubery in
 Vita.
 Ios. Rho in
 exep. Vi.
 Henricus
 Spondan.
 in Annal.
 Ecclesiæ.

VINCENTI egregio sic emittit aurea virtus
Ore tuo, ut puro lucida gemma vitro.
Nec furo, aut maculis respersa apparuit unquam,
Ceu Sol, qui nitidum fert sine nube diem.
Quaque vigil stetit divina lumina mentis,
Illa tibi semper praeuia monstrat iter.
Perge viam: non fortuna super aetheris oras
Te rota, sed virtus te tua sola vehet.

Sacellum in aede supra Mineruam in honorem S. Thomae Aquinatis; & Bibliothecam in proximo Cœnobio, ac vicinas aedes extruxit: in cubilibus, in quibus hodie Congregatio sancti Officii habetur, hæc nostris hisce temporibus legimus.

VINCENTIUS IVSTINIANVS CHIENSIS
MAGISTER GENERALIS ORDINIS PRÆDICATORVM
EREXIT, INSTAVRAVIT. ET COMMODIOREM REDDIDIT
ANNO MDLX.

Ornavit sepulchrum Bononiense S. Dominici argenteo simulacro eiusdem sancti: pro expensis Comitiorum Generalium ordinis Prædicatorum in vltimis tabulis legatum instituit. Extant adhuc amplissimi proventus, qui annuatim expenduntur in pauperum Iustinianorum subsidium.

Scriptit ex Nomenclatore Cardinalium, Commentaria in Logicam vnâ cum lucidissimis Quæstionibus, quæ vniuersam artem apertè explicant. Errare Nomenclatoris auctorem, ac Vghellium volunt aliqui, dum prædicta Commentaria in Logicam, vnâ cum lucidissimis Quæstionibus, vt supra dictum est, Vincentio Iustiniano Cardinali tribuunt: illa enim non huicæ nostræ, sed alterius Vincentij Iustiniani Dominiciani opus agnoscunt: fides penes ipsos sit. Edidit insuper Vincētius Cardinalis Thesaurum Theſes impugnantis, aut propugnantis perutilem. Additiones quædam ad librum Constitutionum ordin. Prædic. Plures etiam Epistolâs hortatorias ad bene viuendū ad sui ordinis religioſos viros dedit.

Multum quoque sibi nominis splendorem comparauit, dum sua industria, vt D. Thomæ Aquinatis Opera Romæ ad totius reip. Christianæ commodum imprimerentur, effecit. Sermones quoque eiusdem D. Thomæ, tum de Tempore, tum de Sanctis nondum excusos, communes fecit.

Curauit, vt Iustiniani è Chij dominio à Turcis expulsi, in pristina libertate à Selymo Imperatore relinquenterentur: obtinuit, vt in eadem Insula Christianæ religionis ritus publicè profiterentur.

Cum Magister Generalis sacrum Prædicatorum ordinem regeret, sacrosanctis Tridentini legibus illum sua virtute ita obtemperantem reddidit, vt quæ nonnullis duriora videbantur, de illis conqueri, aut obloqui, aut laxamentum petere minimè ausi, omnes prompto exciperent obsequio, ac veneratione. Tanta est exempli vis, & legibus ipsis, quamuis sanctissimis auctoritatem, ac vim addit alacritas prompta parentum.

Meritò igitur tantus vir ab Vberto Folieta sequenti elogio exornatur. *Ea dedit Vincentius Iustinianus in magnis rebus gerendis eximia virtutis documenta: ita sese in magnis procurationibus administrandis, maioribus dignum semper ostendit, vt Cardinalatus, qui honor in Sacerdotum ordine proximum à Pontifice maximo dignitatis locum obtinet, non minorem reddas splendorem, quam ipse ab illo illustretur. Huius enim Viri tanta vis ingenij, & consilij fuit in Dominicano ordine, cui duodecim annos summus Magister præfuit, cum octatum, & trigessimum agens annum ad eum locum peruenisset, moderando, vt ex multorum seculorum memoria eum ordinem neque pacatiorem, neque maiore in concordia, & charitate inter se fuisse constet. Quæ res quanta virtutis, ac prudentiæ fuerit, facile intelliget, si quis secum reputauerit, quam longè, latèque fufus sit is Ordo; quæpeque omnes Christianas prouincias amplissimis Cœnobijs occuparit, quot ex nationibus, quamque ex varijs hominum ingenijs constet, quot viri in illo sint genere, & doctrina præstantes. Quæ res animos hominum inflare, & ad Imperia contumaces efficere solent, quam dissidentia inter se studia in eo esse necesse sit. Quis igitur verisimile Iustiniani ingenium ad omnes hominum naturas tractandas aptum non admiretur? Illud verò longè mirabilis, aut penè diuina laudis specimen fuit, quod in tam contrarijs inter se voluntatibus hominum regendis, & moderandis, in tantaque mole sustinenda nemini offensus, gratiam omnium partium, ac voluntates tenuit, inuidiamque, & obtrellationem perpetuas eminentis virtutis, & gloria comites Iustinianus magnitudine sua obruit. Neque verò laudibus in Dominicano ordine regendo, cetera res gesta non responderunt, aut minorem in maximis, & grauissimis Christianæ Ecclesiæ negocijs, prudentiæ, consilij, ingenij vim expressit. Quippe cuius in primis iudicio, opera, industria, in rebusque duendis lenitate in Tridentino Concilio; quo quicquid floris Christiana habuit respublica, consistat conuenisse, Legati Pontificij in arduis rebus expediendis vti sunt: eoque interprete quam plurima grauis, & impedita negocia transegerunt: vt nullus omnino maiora opere pretia, aut merita constet extitisse. Accedit quod non parum clarissimi viri laudes cumulat, Legatio ad Philippum Regem celsissimum de maximis, & arcanis rebus obita; quo munere dum fungitur, absens Cardinalis est factus.*

A Nec de illo tacere clari illius æui Poëtæ, nam præter Hippolytum Capilupum Episcopum; cuius epigramma supra attulimus, tanti viri laudes Antonius Hortensius his carminibus cecinit.

Quis te magne Pater tacuit? quis laudibus aquet
Virtutem paribus IUSTINIANE tuam?
Te stuprare senes inuenem, dum legibus ornas,
Dum sancta cobibes Religione Parues.
Te Rex Hesperia, se conciso Dia Tridenti
Eloquio sensit, consilioque parem.
Hunc o Purpurei salue pars magna Senatus,
Perge decus meritis hoc decorare nouis.

Fuluius quoque Cardulus non ignobilis Poëta sic de illo scripsit.

Tu quoque VINCENTI clarissima fama tuorum
Multiplici magno nomine vincis Aui,
Te sibi Religio præmis sacravit ab annis
Ordinis illa Ducem, legit, & illa Patrem:
Consilij, & docti testis caduceus oris
Misi ad Hesperij sceptrâ superba Tagi.
Absens Vaticanus largitur honorem
Sponte parens Tyrus tempora cingit apex.
Curia gratatur reduci tibi, Roma precatur:
Quod superest, tribuent Numina, vixit diu.

B

C

D

E

F



XIX.
HERONYMVS Rusticuccius Italus, Ludouico viro nobili, & Iureconsulto egregio, matre verò Diamante Leonarda, honestissima, & illustri femina anno à Virg. partu 1537. mense Ianuarij in vrbe Romano, Fortunæ olim delubro inter Pisaurum, & Senogalliam, non longè a Metauro amne in lucem editus fuit. Cuius maiores licet opum amplitudine non floruerint,

ac propterea minus ad altiores dignitatum gradus emerſerint, tamen magistratum laudabiliter gestorum, & domesticæ claritatis nomine commendantur. Nam cum Rusticuccia familia antiqua, & clara semper fuerit, rerum publicarum in patria sua gubernacula læpissimè tenuit, & aliorum nobilium affinitatibus propagata, se magia in dies protulit. At quantumuis Rusticuccia gentis auita progenies, maiorum virtute, & honoribus gloriari valeat, nullo magis quàm posteritatis accessu, & grauissimo Pontificis optimi de hac familia iudicio memorabilis est. Nam antequam Pius V. Hieronymo, de quo agimus, purpuram deferret, sui Pontificatus anno secundo, nepoti suo Hieronymo Bonello Michaelis Bonelli Cardinalis Alexandrini fratri Diamantem Hieronymi Rusticuccij ex sorore neptim matrimonij societate coniunxit. Quare si viroturn sapientiam, & magnorum Principum iudicia maximam, de quibus iudicant, rebus auctoritatem faciunt, quantum honoris, & auctoritatis in Rusticucciam gètem redundabit, quam prudentissimus, ac sanctissimus Pontifex æquus verè gloria, & dignitatis æstimator, tanto necessitudinis vinculo sibi voluit esse sociatam. Sed ad Hieronymum Rusticuccium reuertamur, qui ab ipso inuentis ætatis tyrocinio, viroque orbatus parente, in tutela cuiusdam viri nobilis, & consanguinei sui positus, præclaram ingenij, & virtutis indolem studio litterarum excoluit, & sui patris, aui, maiorumque, veltigijs in sistent, oratoricæ facultati peritiam iuris adiunxit. Inter alia verò, quæ ipsum maximè commendarunt, virtutum ornamenta, tantum modestiæ, ac placabilitatis specimen præbuit, vt ea parte animi, qua irarum existit ardor, caruisse quodammodo videretur. Hæc autem constans animi tranquillitas, quæ stabilem comparat auctoritatem, in ipsa virili ætate, ac senio ita permanſit, vt post tantum purpuræ decus, quod solet nonnullos difficiliore reddere, Hieronymum multo magis comem, affabilem, & humanum, demonstrauerit: qua benigni, & clementis animi virtute nihil præclaro, & principi viro dignius est. Postquam igitur animum litteris instruxerat, anno salutis 1557. ætatis suæ vigesimo Romam accedens, paucosque post dies in familiam Fr. Michælis Ghislerij Cardinalis Alexandrini nuncupati receptus, apud eum annos nouem singulari fidei, prudentiæ, & ingenij laude, Secretarij munus exercuit. Per hæc tempora idem Cardinalis Alexandrinus ipatio quindecim annorum sacre Inquisitionis Magistratum, Episcopis, Cardinalis, & Pontificis dignitatem anno 1566. die Lunæ, vij. Idus Ianuarij consecutus, & Pius V. appellatus, Hieronymum sibi iam ante grauibus in negocijs exploratum, suum intimum, & supremum Secretarium declarauit. Cuius in tam varia grauissimarum rerum tractatione consilium, integritas, industria, exquisitumque, studium pristinam apud Pontificem gratiam sic auxit, vt eum Presbyterum Cardinalem S. Sufannæ, seu, vt refert Vghellius ex monumentis Cancellariæ Apostolicæ S. Theodori primum, deinde S. Sufan-

Cabrera. Petramell Gabut. in Vita Pij V. Andr. Viorelli. in Addit. ad Ciaconiũ. Hippolyt. Marrac. in Purpura. Mariana. Hor. Turbellius in Hist. Lauro Ferdinãd. Vghell. in Addit. ad Ciacon. & Ital. facta. Io: Baptist. Adrian. in Historia. Aubery in Vita.

na renunciauerit; ac paulo post Senogallienſis Eccleſiæ præfectus, multique alijs Sacerdotijs locupletauerit. Cum illum Pius Vaticanum Senatorem inſtituit, probatam illius integritatem, ac pietatem, principem illam dignitatem requirere, publico in conſeſſu affirmauit.

Purpuram igitur adepto amplior quotidie apud Pontificem auctoritatis gratia, honorisque locus patebat, & maior apud omnes laus, atque gloria eum ſequebatur. Pontifex namque ſingularem eius fidem, prudens ingenium, & ſolers ad omnia iudicium toties expertus, illum ſibi, dum Principum Oratores audiebat, ad eſſe iuſſit, omniumque conſiliorum, ac negotiorum participem fieri uoluit. Quæ res, cum raro, aut nullo potius exemplo ſit, maximam hercule auctoritatis, & ſpectatiſſimæ virtutis commendationem. Hieronymo conciliauit. Quem etiam dum Cardinalis Alexandrinus nepos legationem apud Hiſpaniæ, & Galliæ Reges de ineundo contra Turcas foedere obiret, rerum omnium ſummæ cum eisdem facultatibus, quas Alexandrinus habebat, præpoſuit, & penes eum integram negotiorum adminiſtrationem, & iuſtitiam, ditioniſque Eccleſiaſtica regimem eſſe mandauit. Poſt cuius obitum Gregorio XIII. ſuccedente Pontifice, quam inſtituerat Principe dignam, viuendi rationem æquabili vitæ innocentiffimæ tenore ſeruauit, nullamque vnquam oppreſſorum eius opem implorantium deſentionem, nullam pro amicis, aut pro clientibus dimicationem recuſauit. Et cum prudenter aduerteret in purpura, & publica dignitate omnia ad gloriam, ſplendorem, & pietatem reuocanda eſſe; familia uſus eſt honeſta pariter, & ſplendida: & reliquis in rebus, quibus Senatoria retinetur auctoritas, nemo decentius, quam ille aut perſonæ, quam gerebat, dignitatem, aut in omni adminiſtranda, cõſilioue capiendo conſtantiam, aut in ipſo cultu, nitoreque domeſtico elegantiam, diligentius tueri ſolitus. Gregorio XIII. è uiuis excedenti Sixtus V. ſuſſectus, continuo Hieronymum, cuius iam pridem in ciuilibus rebus, arduiſque negocijs tractandis, acerrimam ingenij aciem perſpexerat, ſibi à ſecretis eſſe uoluit, & ampliſſimam ad omnia Principum negocia facultatem ei conceſſit. Quem idem Sixtus, Iacobo Cardinali Sabello mortuo, pro nauata fideliter opera ad reipublicæ Chriſtianæ utilitatem, & ornamentum, anno ſui Pontificatus tertio Vicarium ſuum in Vrbe generalem nominauit: cui ampliſſimo magiſtratu ea religionis, uigilantiæ, iuſtitia, ac ſolertiæ laude ille hæcenus præfuit; ut non Vicariæ in Vrbe, ſed integræ in Orbe poteſtatis imperio digniſſimus uideretur: quinque autem Maximorum ſibi ex ordine ſuccedentium Pontificum Vicariatus Urbis munus ſibi creditum exercuit Ruſticuccius.

Eccleſiam S. Sufannæ, cuius titulum annos ſeptem ſupra viginti habuit, egregijs picturis, pretioſis marmoribus, auratis imaginibus, & cõgnatione lacunaribus diſtincta fulgentibus decorauit, atque ita reſecit, ut ex ædificationis potius quam inſtaurationis gloria Hieronymo debeat. Antequam id faceret Ruſticuccius, in ædis illius aſſide, præſentem, magni faciendû, extabat opus Leonis III. qui ædem illam à fundamentis erexerat, ac uermiculato emblemate perfectû, Leonis eiufdem, & Caroli Magni Occidentali Imperio ab ipſo præfecti præſerebat imagines Lateranenſibus à Frãciſco Card. Barberino parietinis reſtitutis ſimillimas; quod certe opus (Ruſticuccio ædem ornante) deletum, abraſum, ſublatum antiquatum monumentum ſtudioſi deplorant. De præſentem illo teſſellato opere, Nicolaus Alemannus in edito à ſe libro, ſeu uerius Hiſtorica diſſertatione, de Lateranenſibus Parietinis, in gratiam eiufdem Cardinalis Barberini bonarû artium, & antiquitatum inſtauratoriſque; & ante eum Pompeus Vgonius Statione 25. teſtantur; quod Chriſtus medium tenebat locum in illo emblemate; ad eius dexteram B. Virgo Maria, S. Petrus, S. Sufanna, Leo III. Templum manu tenens, ad ſiniſtram S. Paulus, S. Caius, S. Gabinius, & Carolus Magnus armis ferreis indutus conſpicietur.

Alemanni teſtimonium placet hic tranſcribere ad maiorem antiquitatum tantique Pontificis uenerationem.

Templum S. Sufannæ ad Thermas Diocletianas, quod maiores noſtri. *Inter duas domos* dixere; uetustate labefactum omnino demolitus eſt: iactis que rursus amplioribus fundamentis, nouum, atque magnificentius excitauit. Idem planè hoc in ædificio Leonem Tertium feciſſe nemo non uidet; idemque ab illo sæpe factitatum probare poſſemus, ſi eiufdem monumenta, uel pars aliqua ſuppeteret eorum quæ paulo ante numerauimus. Quippe annos ab hinc ferme triginta, in Eccleſia prædicta uidimus in emblemate uermiculato Leonis, Carolique imagines, Lateranenſibus illis, uultu, habitu, coloribus plane ſimillimas. Ceterum quis neſciat à Leone III. Pontifice, non à Carolo Magno, S. Sufannæ Templum, in hanc, quam hodie uidemus, ædificij amplitudinem redactum fuiſſe; ac tum etiam opere teſſellato diſtinctum? Ipſe uero præcipuus Pontifex, inquit Anaſtaſius in Leone III. *in titulo S. Sufannæ, ubi, & Presbyter ordinatus fuerat; dum breuiter deſtructus fuiſſet, & iam per longitana tempora ipſe parietina marceſſent, ob nimium amorem ampliari adificium, & nouiter in altum fodiens firmiſſimum poſuit fundamentum, & eruta planitie mirificè excelsa ſuper ipſa fundamenta adificauit Eccleſiam, cum aſſida ampliſſima, & cacumina mirifica de muſuo, atque cameram decoratam,*

A *ſeu presbyterium, & pauimentum marmoribus pulchris ornauit. Verum etiam deſtra, ſeu aſſide, & porticus eius cum columnis marmoribus conſtruxit. Cacumina, inquit Anaſtaſius, mirifica de muſuo; nam imagines ſingulæ (nouem eæ omnes erant) ſingulis in columnis eminebant. Denique inſcriptio, quæ in eadem Eccleſia legebatur, Leonem III. profert auctorem, & erat huius ſinodi.*

DVDVM HÆC BEATÆ SVSANNÆ MART. AVLA COANGVSTO ET TETRO EXISTENS LOCO MARCVERAT. QVAM DOMINVS LEO PP. III. A FVNDAMENTIS ERIGENS ET CONDENS. CORPVS BEATÆ FELICITATIS MART. COMPTE ÆDIFICANS ORNAVIT ATQ. DEDICAVIT.

Et quamuis muſuo conſeſſatas imagines deperiſſe deploret antiquariorum nomine, Andreas Victorellus in Notis ad noſtrum Card. Ruſticuccium. Actamen in meliorem ipſe formam, ac uenturiorem ſtructuram reddidit Eccleſiam, ne dum coloribus, & pennicillo periti in arte Pictoris, uerum etiam eximij Architec̃i marmore Tiburtino nobilitatam proſpectu. regio certè animo, liberaliq. manu, & Chriſtiana pietate tanti Cardinalis, qui ſub Clemente VIII. Presbyterorum primus factus, titulum S. Mariæ Tranſtyberim obtinuit; deinde Epiſcopus Albanenſis, Sabinenſis, & demum Portuenſis renunciatus; S. Sufannæ titulum permittente, Pontifice nunquam dimiſit; ut præclarum in illa Eccleſia pietatis opus abſolueret, ut fecit, & indicat, inſculpta inſcriptio, in eiufdem Eccleſiæ fronte, & marmore ſcripta. Unde habent poſteri Senatores Eccleſiæ, quem imitentur.

HIERONYMVS EPIS. PORTVEN.
CARD. RVSTICVCCIVS PAPÆ VICAR.
ANNO MDCIII.

Ab intra uerò legitur.

HIERON. CARD. EPISC. ALBANEN.
P. P. VICARIVS
MDCXIX.

In pauimento item eiufdem repetitum nomen habes.

HIERONYMVS
CARD. RVSTICVCCIVS
MDCXV.

In ſubterraneo facello, ſeu, ut dicunt, Confeſſione, S. S. Martyri Sufannæ, Gabini, & Felicitatis corpora reſpoſuit: de quibus Vgonius ſequentes uerſus reſert.

OLIM PRESBYTERI GABINII FILIA FELIX

HIC SVSANNA IACET IN PACE PATRI SOCIATA.

D Sepulchrum ſibi uiuens in eadem Eccleſia condidit, & epitaphium in marmore ſcalpro incidi iuſſit.

D. O. M.

HIERONYMVS RVSTICVCCIVS
S. R. E. PRESB. CARD.
TITVLI HVIVS ECCLEſIÆ
VICARIVS PAPÆ
MONVMENTVM AD SS. MARTYRES
DEVOTIONIS CAUSA
VIVENS SIBI POSVIT
ANNO ÆTATIS SVÆ LIX.
SAL. HVM. MDCXV.
OBIIT XIV. IVNII MDCIII.

Vixit poſt conſtructum tumulum annos octo: Interfuit ſæpius Comitij Pontificij, illis nimirum, in quibus nominati Romani Pontifices Gregorius XIII. Sixtus V. Urbanus VII. Greg. XIV. Innocentius IX. & Clemens VIII. ſub quo Romæ in palatio à ſe ædificato prope Vaticanum Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, die 14. Iunij anni 1603. è uiuis deceſſit.

Post Aloyſium Cardinalem Eſtenſem, ord. Cisterciensis Protector extitit Ruſticuccius: Laurerum aliquando proſectus in obſequium auguſtiſſimæ Dei matris, Aræ, & Sacerdotis veſtes argenteas Lauretanæ Virgini donum attulit.

Huic Cardinali inſcripſit Orationem, quam ad Sixtum V. tertij Venaſſinæ prouinciæ ordinis nomine habuit Sebaſtianus de Seguinis Carpentoraſtenſis. De illo Vincentius Robardus in gelis quinquennialibus, Sixti V. Pontificis maximi ad gentilitium illius ſtemma reſpiciens ſic cecinit.

F *Pegasus angui comi ſaliens è ſanguine monſtra*

Victor Abantiades ut tulſt enſe caput.

Alarum tenuem ſublatus in æra niſu

Fecit, ut Aoni curreret unda iugi.

Tu quoque ne uani caperes monumenta Caballi

Imbutus ſanctis moribus Aſtra petis.

Moribus Aſtra petis, facienſque per æra gyros

Omnibus, ut populis conſpiciendus eas

Elicis aſtricommo latices venerandus Olympo,

Quis ſua mortales crimina ſæda lauent.

Euge Pater, te rite choro comitantur ouanti

Agmina Sidereis tu tua iunge choris.

Cabrera Petramell Gabut. in Vita Pij V. Ferdinad. Vghell. in Addit. ad Ciaconi. Aubery in Vita. Philibert. Campanil de Fam. Aquaiua. Franc. San souin. de Fam. Ital. Caracc. in Vita Pij V.



XX. IVLIVS Aquaiua, & Aragonius, Neapolitanus, excelso genere, inclytique familia anno 1546. natus, quae ab hinc annis plus 500. Comitum titulo iam decorabatur, ac postea nobilissimorum Ducum, Marchionum, ac Principum dignitate floruit, patrem habuit Ioannem Hieronymum Atria Ducem incomparabili virtutum omnium concursu mirabilem; matrem Margaretam Piam; quorum mo-

res imitatus Iulius, eam gratiam apud Pium V. meruit, ut vtriusque Signaturae Referendarius fuerit renunciatus. Hoc fungens munere adhuc iuuenis; vix enim vigesimum excefferat aetatis annum, ab eodem Pio ad Philippum II. celeberrimum Hispaniarum Regem Legatus est; ut sacram iurisdictionem a Regis Administris Mediolani violatam tueretur. Qua legatione peracta, ex vtriusque Signaturae Referendario, in quo munere mira vitae laude fuerat verlatus, annum agens quartum supra vigesimum rubeo pileo ornatur cum titulo S. Theodori ex Cabrera; ex Vghello vero, qui Cancellariae Apostolicae monumenta praemanibus habuit, S. Callisti primo, deinde S. Theodori. Inter Diaconos Card. ascriptus, ab eximia prudentia, a doctrina, & ab integritate laudatur a Gabutio Pio V. in lecto decumbenti, morti proximo, atque a breui luctu ad aeternam coronam mox euolatur, illius iussu, cum alijs quibusdam Cardinalibus accersitus interfuit, supremasque Pontificis secum loquentis voces audiuit; lacrymas eximij amoris indices, & vocum comites vidit. Suffragium in Comitibus Pontificijs pro Gregorio XIII. dedit; sed praestantes eius adolescentis corporis, & animi dotes vix se tam breui suae purpurae spatio explicare potuerunt. Obijt enim anno suae promotionis ad Cardinalatum quarto, qui erat a Natiuitate Christi 1574. aetatis 28. die Mercurij, xij. Kalendas Augusti, & in Ecclesia Lateranensi hac inscriptione aeneis litteris in marmore expressa iacet.

D. O. M. IULIO AQAUIVAE S. THEODORI DIAC. CARD. IO. HIERONYMI DVICIS ATRIAE CLARISS. VIRI FILIO OB EGREGIAS ANIMI DOTES ADOLESCENTI A PIO V. PONT. MAX. IN COLLEGIVM CARD. COOPTATO EIVSQ. DIGNITATIS MVNERIB. PRECLARE FVNCTO. ANDREAS MATTHAEVS PATRVVS ARCHIEPISC. CONSENTINVS POSVIT. VIXIT ANNOS XXVIII. OBIT XII. KAL. AVGVSTI MDLXXIV.

Huius germani fratres fuere sex: Octavius, scilicet Aquaiua Gregorij XIV. Cardinalis; Horatius insignis Theologus ordinis Cisterciensis monachus, & Episcopus Caiacensis; Rodolphus, qui nuncio rebus humanis remisso, totum se Deo in Societate Iesu consecrauit, & sanguinem pro Christi fide in Indijs fudit: Antonius, qui militum Venetorum Tribunus in Corcyrae Insulae vita migravit: Adrianus Comes Conuersani; & Albertus x. Dux Adriac. In laudem istius Cardinalis poetice adulatus est Ioannes Baptista Amalthei Hieronymi Aleandri affinitate coniunctus.

Quem pietas, virtusque suis maturior annis Exulsi, & claro prognatum sanguine Regum Auctus honor iuuenem praescis Heroibus aequat, Purpurea chlamide insignem qui pinxit Iulum, Pinxit Apelleis animata coloribus ora, Ora sacrosque habitus. Viden, ut generosa nitentes Maestas oculos hilarat? lumenque iuuenta Addidit hinc forma decus, hinc flos puberis aui? Atque pax animi tranquilla in fronte renidet? Aspice, ut ex humeris rubro signatur amictu Cauda multiplici crispans sub tegmina flexu Carbasus, & sacro se molliter implicat ostro, Atque obducta leui translucet purpura velo.


Hunc Deacum primas veniens ad luminis oras Languidulis tenues vagitibus impulit auras, Virgineo exceptum gremio, sparsumque recentis Ambrosiae succis admisit ad oscula Pallas. Inde ubi cognatosque duces, geminique virentes Fronde comam patrias potuit cognoscere lauros, Musarum decora, & duro data premia Marti, Heroumque vias teneris insistere plantis, Paruo ingentem humero citharam suspendis, & alsa Per nemora Aonidum, perque aurea sidera duxit. Illa eadem sacras pueram formauit ad artes, Diuinosque dedit spirantia pectora sensus.

A Tum vero monitusque Dei, & caelestia iussa, Et legum seriem, praescriptaque fœdera mundo Edidit monstrante Dea, nec liquit inausum Quidquam animo, quidquam ingenio diuersa laborum In spatia excurrere, laudumque in luce refulsit Non aliter, quam Sol valium duodena per astra Currit iter puro diffundens lumina celo.

B Fortunata nimis, cui primo arrisit ab ortu Astrorum chorus, & fausto dedit omnia Pallas Auspicio iam te magna super indole virtus Auxeras, & nondum plenis florebas ab annis, Cum lasas terrarum oras, externaque regna Iussus obis, & sancta tuo fers munera Regi A Templis, soloque Dei, & percarris Iberos. Qualis ab Eurota laevis agitabat habenis Castor equum, qualisque suo micat Hesperus igne, Conscia quem virgo specula prospicit ab alsa Coniugij, molisque duces, non illa parentum, Non comitum memor, obtutuque immobilis vno Obseruat uenientem, & amabilem fidus adorat, Iam dulces thalamos, pactosque iustura hymenaeos.

C O quoties pernicis equi dum terga fatigas, Inque leuem Zephyrum, Solisque cubilia contra Tendis iter, camposque fugatransmittis apertos, Mirata nemorum latebrosa per aua Nympha Optauere sua fessum recubare sub umbra. Ipse tamen, quo iussa uocant quo gloria ducit, Proueberis, nec blanda quies, nec te ulla retardant Ocia: sed cura stimulant, & casta Minerva It comes, & pulchro laudis succendit amore.

D Ergo ubi post obitos terraeque marisque labores Ausonas te cura Deum renouant ad oras; Vique sacer reduci placuit Tiberinus alumnus, Ipse iubet flauo centum sub gurgite Nymphas Mollia Sidonio saturantes murice pensa, Vnde nouum iam Roma tibi super induit ostrum, Et tua Puniceis precinxit tempora vittis, Aeternis AQAUIVAE tuas intexere laudes Carminibus, dulcique aperire oracula cantu; Scilicet, optatos astris volentibus annos Vt tu olim imperio, & titulis maioribus auctus, Regnatorque, parensque hominum, inter praesque Deorum Sceptra geres, terrasque tuo moderabere nutu. Tum, quacumque leuem flectet Sol aureus axem, Cernere erit uellas diuerso ex aequore gentes Suppliciter letas, uentam, pacemque rogantes Et Vaticanas celebrantes plausibus arces. Hinc scelerum labem exuta pietatis adibunt Suae iugum, & calo assuescent attollere mentes.



XXI. IOANNES Hieronymus Albanus, natione Italus, patria Bergomensis, Fracisci Equitis filius natus est eodem anno sal. 1504. quo Pius V. in lucem prodijt. Hic ut erat a natura, felici praeditus ingenio, iuuentutem in Legali sapientia consumpsit: animo postea ad arma conuerlo, in ijs exercendis talentus est rei militaris cognitionem, ut in multis bellis, perhonorificis dignitati-

bus habitis, Reipublicae Venetae Generalis Collateralis factus sit. Ex legitima uxore filios genuit illa tamen defuncta, cum Iuris Caesarei peritia ingenij monumentis, morum probitate, & genere illustri uiueret, Fr. Michaeli Alexandrino Bergomi contra quosdam haereticos quaestionem habenti, fidelem olim operam praestitisset, facilem sibi ad purpuram decus aditum patefecit. Nam idem Michael Cardinalis Alexandrinus Pij V. nomine cum Pontificatum fuisset adeptus, pietatis, & doctrinae Hieronymi haud immemor eum ad se venire iussit, Protonotarium Apostolicum, Piceni Gubernatorem, ac mox Cardinalem tituli S. Ioannis ante portam Latinam renouauit. Suffragium in Comitibus Pontificijs saepe sapienter tulit, uidelicet in illis, in quibus Romani Pontifices nonnati Gregorius XIII. Sixtus V. Urbanus VII. & Gregorius XIV. Vir fuit in voto dando immutabilis, maximeque liber, ac in salubris edendis facetus, sed non mordax, & in sententia dicenda sapientissimus. Qui a vita migravit Romae die Sabbati, vij. Kalendas Maij hora noctis quinta, anno a Christi Natiuitate 1591. aetatis 87. Gregorius XIV. Pontificatus primo. Sepultus post obitum in Ecclesia S. Mariae de Populo cum sequenti sepulchrali elogio.

Cabrera Petramell Gabut. in Vita Pij V. Andr. Vistorelli. in Addit. ad Ciaconi. Aubery in Vita. Lud. Iacob à S. Carol in Bibliot. Pontificia. Fr. Ambr. Landucci. in Hist. S. M. de Pop

D. O. M.

D. O. M.

IOANNI HIERONYMO ALBANO
BERGOMATI CARDINALI

Jurisconsulto, generis nobilitate, morum elegantia, vita splendore, monumentis ingenij, doctrinaeque clarissimo. Resp. Venetae Collateralis Generalis, Matrimonio, ac Caesibatu, asperis, ac secundis rebus aequo probato. Catholicae Religionis egregie didici, fallisque adfertori, ac vindictae: ac ob eas res a PIO QUINTO Summo Pontifice difficillimis Populi Christiani temporibus in Collegium Cardinalium adscito, insistentis dicendis, facundia, grauitate, sapientia singulari. Extrema iam aetate, pios inter amplexus carorum, & oscula sensim extincto.

Io. Dominicus Cef. Comes parentis optime merito. P. C. Vixit Ann. LXXXVII.

Obijt VII. Kal. Maias An. Sal. MDXCI.

Elegantem gratulatoriam epistolam in assumptione ad Cardinalatum, tanti Senatoris, & de republica Ecclesiastica benemeriti vindictis, scripsit non vulgaris nominis tunc temporis bonarumq. litterarum, cultor Iulius Peruscius huiusmodi continetiz.

Christiana Respublice Senatori maxime Illustri.

Io Hieronymo Albano Cardinali,

Iulius Peruscius.

Illud proprium, ac perenne manet apud me de virtute tua; ut quod in ceteris vfu, diuturna q. accidit consuetudine, ea me ad summe illos diligendos, qui ipsius compotes virtutis sunt, repente alliciat. Quapropter cum admirabilis tuorum ornamentorum fama, cum singularis tua sit virtus, & quod caput est probata multis, clarisq. rebus PIO QUINTO Pontifici omnium sapientissimo, atq. optimo, qui & Deo ipse, hominibusque probatus est; & non probat nisi congruentes cum sua disciplina; non possum non accendi miro desiderio cum tui colendi, atque obseruandi; tum tibi, ac Pontifici item ipsi, & meo, & publico nomine gratulandi de eximio beneficio, quo nuperis affectu Christianas nationes ex tanta, tamq. opportuna deliberatione, quam habuit de te tunc ad respublice gubernaculo acciendi: Cui quidem per quam attento, nostraeque incolumitatis studiosissimo Pastori si minus satis nos futuri sumus ad referendam gratiam idonei; ad agendam certe, atque habendam satis vna omnes faciemus. Auxit enim sanctum Apostolicum Senatum eo viro, coque auctore publici consilij, cuius similis quamplures si olim superiores Pontifices ascisissent sibi consiliarios, & ad ministros; non insultarent tot annos in nostrorum sacerdotum nomen perdisti, ac prostrati animi neque adessent iam, atque impenderent horribiles illa dissidentium opinionum procellae, quas non nisi flante diuina benignitatis aura deuicabimus; & hominum praetera in salute Romani imperij vigilantium praecleara esse condidit. Grauem sane personam sustinent teterrima nostra tempestate Cardinales, in quibus pietas, & religio prima sunt; qui, & errantes animos praecipis diuina disciplina in viam reducere, & quae verba ipsi, atque suasionibus tradunt re student, ac moribus exprimerent, qui populorum, ac gentium tranquillitati non solum per se, sed per alios etiam velint esse prospectu; qui beneficentiam, absq. praemiorum spe exercent: aequitatem, atque imbecillitatem aduersus mendacium, aduersus iniuriam tuentur; non verum flexibilium fallacissima specie decipiantur; nihil omnino agunt, nihil secum meditantur, in quo non certissima cberitatis argumenta, non expressa Senatoria amplitudinis indicia eluceant. Verum enim vero huiusmodi cura, huiusmodique cogitationes, quibus rerum omnium laudandarum inspektor Deus gaudet sunt splendide admodum, planeq. diuinae sunt digna Carasiale, & Cardinale immortalis: sunt florentes denique solida ea gloria, verissimisque in laudibus, quae nos cum ille caelestium animorum caetu coniungunt. Delata est tibi diuinitus omnium maxima, in qua te ostendas occasio euigilato nimirum illius Principis consilio, qui alia longe sequens tuis est in te honestando, ac permulsi ex superioribus: Deest honorem non propinquitati, non familiaritate, non gratiae, non dinitijs: sed merito, sed virtuti, sed Tibi ipsi, Ecclesia spectatissime, ut Ecclesia Ecclesiam reficias. Ingressus sum es in magnum, in frequentissimum veluti Theatrum ingenij, atque industrie tuae. Habes ad optima tuam erga bonum quemque voluntatem declarandam certos, & constantes cursus, quorum vestigia non poteris iam tum inflectere, neque te quicquam ex eis reuocare; cum praesertim Pontificem tam explorata probitatis intueberis; vitam ipsius imitaberis; gratiam suam excelsi, atque incorrupti iudicij memoriam, quo te dignum duxit, opera, labore, studijsq. omnibus comprehendens: cum tuorum meritum praemia a te uno quotidie sumes; & mercedem virtuti: statues esse virtutis vsum: quo vnuquodq. minus iucundum, vnuquodq. minus vile est ad memoria diuturnitate: sed me, qui tibi neq. vlla priuata familiaritate coniunctus, neq. de facie, aut nomine propie in notus, miraberis (Antistes Amplis.) quid cause impulerit, ut a suscepto gratulandi munere, in quo debet omnium ordinum consensus versari, fuerim ad hanc quasi hortandi ratione, qua tu minime indiges, delapsus. Tamen consideranti mihi cu ani

A mo meo tam turbatum orbis terrae statum, sam etiam angusto loco esse hoc tempore Catholicam rem, debes ignoscere: suspicientiq. praesentes tui animi impetus ad Christi gloriam ita fauere: ut, & malo praesidio, quam te possim esse munitor ad palam, atque aperit cum eis vtrius agendum, quorum nobis ope, atque auctoritate nitendum est ad spem tuam, atque anguste magis viuendi: & ex tuis porro cum Pontifice Maximo collocutionibus cognoscam interdum, quanti per te apud eundem ipsum Pontificem futura sint ponderis eorum hominum vel verba, vel littera, quibus antiquior est Ecclesiastica maiestas, quam propria salutis cura. Vale, Deum Optimum Maximum orabimus: ut equare tuae vitae spacia cum ipsa bona velis, quae summa, ac diuturna in te res Christiana publica desiderat.

B Extant nonnulla eius doctrinae, ac Iurisprudenz monumenta, scilicet de summi Pontificis, & Concilij Potestate, de Donatione Constantini Ecclesiae facta tractatus vnus; de Cardinalatu libertate vnus de Ecclesiis, & eorum qui ad eas confluunt Immunitate liber vnus; nec non luculenta Commentaria ad Bartolum de Saxoferrato eidem Pio V. de se optime merito dicata; vt indicat hic repetita epistola dedicatoria; multis nominibus in virtutum laude tanti Pontificis exarata non immerito ad Cardinalis honorem referenda.

C PIO V. PONT. MAX. Io. Hieronymus Albanus. Excitauit me, Beatissime Pater, cum illa, quae in me beneficia contulisti, tum praecellentes, ac prope diuina illa tui animi dotes, quibus ad sempiternam tui Pontificatus gloriam oves Christi gubernas, haereses profugas, mundum miro splendore sanctitatis illustras: vt ego quoque, tuus iam pridem cultor, tali, ac tanto virutiu tuarum praconio acclamans, & iustitiam, quae ex te oritur, & a te cen a fonte quodam indeficiente, in ceteros mortales defluit, studijs, ac ingenio, si quod in me est, adiuuarem: & tanquam fidus pastoris catulus, impio Catholicis gregis Abactores, quae possem voce, terrerem, atq. ita ex eis, quae sunt maiora eorum, quae possumus, tam vt qualis, & quanta sit mea erga te pietas, tum etiam, vt quibus exercitationibus, iam inde ab adolescentia totum me tradiderim, & in quibus deinceps aetatem meam consumpsim, omnibus innotesceret: tandemque huic fide dignis testimonijs, ab eo, qui se ipsum esse veritatem proficitur, & qui facit iudicium inuicem, patientibus, os loquentium iniqua obstrueretur. Itaque tuus ille animi candor, illa tua nunquam satis laudata bonitas, librum hunc, si non erudite, ac certe non sine maxima veneratione tui nominis elaboratum, quaso, libenter suscipias: in quo si quid boni fortassis inueniuntur erit, id totum tibi ipsi, ac fauori tuo, qui horum omnium est in causa tribuendum censeas: sin, vt vereor, in eo plus desiderij, quam eruditionis continebitur, hoc ipsum pie huic voluntati meae condones, quae in tam vasto mari, Antea potius eorum magnitudine, quae tibi debeo, quam iusta virum meorum mensura, nimum sane ausa fuit. Tu vero, qui vt dignitate, ita virtute ceteris mortalibus antecellis, me, quem admodum solebas, constanter diligere, & protegere non graueris.

D Exoticam quoque epistolam in laudem Albani Cardinalis, inscripsit Io. Angelus Papius I. C. ad librum ab eodem Card. compositus de Potestate Papae, & Concilij.

E Cum in summos, exquisitaeq. doctrina viros intueor, Lectu beneuole, cumque illorum varijs artibus scripta, quae quotidie in laudem prodeunt, quantum mihi contingere potest, multa lego, non possum saculi huius, quo ad summum iam peruenerunt ingenia, non admirari feliciter atq. non quidam superioris aetatis homines, vt doctrinis parum instructi fuerint, quas qui tenent, eruditi appellantur: sed meum hoc est iudicium. Posteros aut inuenire per se sapientius quam maiores, aut accepta a maioribus, facere meliora quae digna statuunt in quibus laborent. Quam quidem ad rem id magno est argumento, quod olim Athenis celeberrimo quidem, sed sepe vno totius orbis terrarum, Gymnasio, vix singulae alio inueniebantur artes, alio perficiebantur saeculo, nunc vero nullus orbis sit angulus, ubi ab alijs reperta non absoluantur, aut etiam noua multa non excogitentur, simul atque compleantur. Sed in tanta animorum secunditate, ac rerum varietate, vt segetes facunda, ac vberes, non solum fruges, verum etiam herbas etiam frugibus inimicissimas effundunt: ita alij totam mentis aciem ad veri inquisitionem, alij ad libidinum, quibus id quod verum est obruitur, societas em, conuertunt. Ex quo efficitur, vt ij, quas Graeci *αζωοφύλας*, quasi malas artes appellant, illi bonas scilicet. Qui vero non solum quem semel instruerunt, cursum tenent rectum, sed alios qui declinant, specie recti deceptos in viam reuocant, hi sunt Deo simillimi iudicandi, nedum cum magnis viris comparandi. Hinc illud Nestoris, Achilleus ab amore Briseidos ad bellum: *Ὀδυσσεύς*, facias dulci Sirenum cantu ad navigationem reuocantis, apud Homerum commendatio. Hinc illa Socratis, Pithagoram, Gorgiam, aliosq. id genus sophistas omni opinionum errore liberantis, apud Platonem laudatio. Hinc illa denique (vt de nostris quoque loquar hominibus) Scaeuola Seruimus *δοξολογία* datus ad Iurisprudentiam traducens, apud Pomponium tantopere celebrata oratio. Quorum omnium (mea quidem sententia) omnes laudes hoc vno, sed absoluto sapientia colophone, Ioannes Hieronymus Albanus Eques

Et Iurisconsultus praestantissimus, quo non tulus vltim eius patria, aut gloria clariorem, aut auctoritate grauiorem, aut humanitate politioem, non modo equauit, verum etiam viciis: quo, radicitus extirpatis erroribus omnibus, quicunq. haecenus de Papa, & Concilio impie senserunt, in viam reuocantur. Quod quidem insigne opus, recens adhuc ab autore valde bono profectum, non minus sum amplexus quam Pallas olim Telemachum patri Vlyssi charissimum, ac simillimum, ratione tamen dissimili: na vt illa Telemachum ad patrem perquirendum excitauit, sic ego contra a Telemacho, id est hoc opere ad ipsius auctoris inuestigationem sum aliquid quando prouocatus, vt diurni desiderij mei expectatione explerem: nec ante conquiesci quam ipsius iucundissimo fruere conspectu, sensuque, & os cernerem, vnde hac melle dulcior ex rerum cognitione effloresceret, ac redundaret oratio. Ad quem vs veni, expectationem, ac desiderium hominis, praesentia, praesentiam incredibilis quadam humanitas cum sapientia per se diuina coniuncta superauit. Deinde, cum ego illum de amplissima, quam, & ipse nunc administras, Venetorum Republica illo me de nostra Iuris ciuili scientia percontatus esset, multis verbis vltro citroque habebis, tandem cognoui hominem Cyro feliciorem, vt cuius fortuna accessisset, quasi orbis quidam artium, ac cumulatus, & qui non solum in luce amplissimi populi magnus esset, sed intus, domique praestantior, sermo enim eius, facetus, ac nulla in re rudis, omnem antiquitatis memoriam exprimit, Iuris ciuili, & Pontificij absolutam scientiam refert litteris polterioribus conditam. Cuius voce, atque oratione, ita tum cupide fruebar, atque agre ab eo tempore carni, quo sum ab Auenionensibus accersitus, qui in hoc profitendi Iuris ciuili munere magno Aemilio Ferretto succederem. Iam vero quo est propenso in omnes animo, vt non solum praesentes inuener, sed etiam quos nunquam viderit, assiduam contulit operam, opera vt sua, communi omnium cederet vtilitati, si quidem cum multis vtraque in partem hanc agitare rem videret quanta sit Papa atque Concilij auctoritas, ac proinde Christianorum in diuersas scindi haereseis, cum maximo religionis periculo studia, velut alter Apollo, edito in id opere, huic morbo graui fecit medicinam. Verum tamen cum is tam alie serpsisset, & quasi radices egisset morbus, vt vel primo pharmaco non ita curari posset, quin aliquid superesset reliquiarum, optimos medicos sequutus, qui in morbis extremis, extremis quoque remedijs vtuntur: ecce de integro, & addita manu vltima perfectum opus, & numeris absolutum, omnibus emittit, quod, & auctoritatis pondere, & vtilitatis vbertate ceteris longe praestat: eo enim rerum omnium ordinem ita profectur, & singula argumenta, quasi hasta in manu collata, ita uehementer proponit, legibus diuinis, atque humanis ita confirmat omnia, atque adeo concludit, vt qui singula diligenter expendit, sic persuasus euadet, vt nihil unquam sibi contra in mentem venire patiarur. Sed quid in eius libri, qui se ipse satis commendat, laudes ingreditur, ad quas satis digne persequendas Albano ipso opus foret laudatore? &c.

Ecclesiam S. Ioannis ante portam Latinam, cui vt diximus praerant, restituit: cum alijs Patribus sacri Collegij ad alienandos census super bonis Ecclesiasticis impositos, vt bellum in Gallijs contra Haereticos susceptum continuaretur, foedusque contra Turcas iniretur, deputatus est; eiusdemque consilio in eo bello vt viri arte militari maxime praediti vsus est Pius, Gregorius, ac Sixtus Romani Pontifices: quorum postremus eidem causarum audiendaru, viarum, ac fontium status Ecclesiasticis prouinciam mandauit. Virginem Deiparam praecipuo semper amore coluitquare ad eum cultum exprimentum sacrae Lauretanae Aedi munera obtulit. Post Gregorij XIII. obitum, Cardinalium multi Io. Hieronymum pro futuro Pontifice nominarunt: longè tamen praestitit Cardinalis Montaltus, qui Sixti V. nomen suscepit.

De illo Vincentius Robardus in gestis quinquennialibus Sixti V. Pontificis, ad illius gentilitium stemma respiciens, sic cecinit.

*Vt tria scintillant, radiosque per aquora iactant
Sidera, Phoebum dum promittit vnda iubar:
Ignarisque loci radiantis lumine nauis
Euoant dubiam per vada caeca viam.
Sic ALBANE tua rutilans virtutis honore
Pandis ad aetherei reeta Parentis iter.
Nam Dea, qua iusta perpendit singula lance,
Ambijt ambrosias flore comante comas.
Cecropis innocui docuit stratagemmata Martis;
At sacer incumbens pectus aduhsit Amor.
Iure nitent igitur rutilis insignia STELLIS
Dum tua tam clara pectora luce nitent.*

VICEANCELLARIVS S. R. E.
sub Pio Papa V.

Alexander Farnesius Romanus, Cardinalis S. Laurentij in Damaso, & Episcopus Cardinalis Tusculanus, a principio vsque ad finem Pontificatus.

CARDINALES MORTVI
sub eodem Pontifice.

- Franciscus Crassus Mediolanensis, Diaconus Cardinalis S. Luciae in Septifolio, tum Presbyter S. Ceciliae, obiit Kalendis Septembris, anni 1566.
- Simon Palqua Genuensis, Presbyter Cardinalis S. Sabinae, pridie Nonas Septembris, eiusdem anni 1566.
- Ioannes Suauius Reumanus Gallus, Presb. Cardinalis S. Ioannis ante portam Latinam, tum S. Priscae, iij. Kalendas Octobris, anni item 1566.
- Annibal Bozzutus Neapolitanus, Presbyter Cardinalis S. Siluestri in montibus pridie Nonas Octobris, anno pariter 1566.
- Tiberius Crispus Romanus, Diaconus primò, tum Presbyter Cardinalis S. Agathae, S. Mariae Transyberim, & Episcopus Sabinus, die 14. eiusdem mensis Octobris, & anni 1566.
- Petrus Franciscus Ferrerius Pedemontanus, Presbyter Cardinalis S. Caesarei, deinde S. Agnetis in Agone, tum S. Anastasiae, pridie Idus Nouembris, eodem anno 1566.
- Franciscus de Mendoza Hispanus, Presbyter Cardinalis S. Mariae de Araceli, deinde S. Ioannis ante portam Latinam, tum S. Eulebij, die 3. Decembris, anni pariter 1566.
- Angelus Nicolinus Florentinus, Presbyter Cardinalis S. Callisti, xvij. Kalendas Septembris 1567.
- Fr. Clemens Dolera Ligur, ordinis Minorum, Presbyter Cardinalis S. Mariae de Araceli vij. Idus Ianuarij, anni 1568.
- Ioannes Michael Saracenus, seu Girifalcus Neapolitanus, Presbyter Cardinalis S. Mariae de Araceli, tum S. Anastasiae, S. Agathae, S. Mariae Transyberim, & Episcopus Sabinus, die 27. Aprilis, anni eiusdem 1568.
- Ludouicus Simonetta Mediolanensis, Presbyter Cardinalis S. Cyriaci in Therinis, tum S. Anastasiae, pridie Kalendas Maij, anno pariter 1568.
- Fr. Bernardus Saluiatus Florentinus, Eques Hierosolymitanus, Presb. Cardinalis S. Simeonis, mox S. Priscae, pridie Nonas Maij, anni item 1568.
- Franciscus Abundio Castillionæus Mediolanensis, Presbyter Cardinalis S. Nicolai inter Imagines xvij. Kalendas Decembris, eiusdem anni 1568.
- Vitelottius Vitellius Tiphernas, Diaconus Cardinalis S. Sergij, & Bacchi, deinde S. Mariae in Porticu, ac S. Mariae in Via lata, xij. Kalendas Decembris 1568.
- Ioannes Bernardinus Scotus Sabinus, Presbyter Cardinalis S. Matthaei in Merulana iij. Nonas Decemb. eiusdem anni 1568.
- Ioannes Antonius Capifuccus Romanus, Presbyter Cardinalis S. Pancratij, tum S. Crucis in Hierusalem, ac S. Clementis iij. Kalendas Februarij 1569.
- Philibertus Naldus Babou de la Bourdefeire Gallus, Presbyter Cardinalis S. Sixti, tum S. Martini in montibus, ac S. Anastasiae vij. Kalendas Februarij, anni 1570.
- Marcus Antonius Amulius Venetus, Diaconus Cardinalis, tum Presbyter S. Marcelli iij. Idus Martij, anni item 1570.
- Io. Baptista Cicada Genuensis, Presbyter Cardinalis S. Clementis, tum S. Agathae, die 8. Aprilis, anni 1570.
- Franciscus Pitanus Venetus, Diaconus Cardinalis S. Theodori, tum S. Mariae in Porticu, postea Presbyter S. Marci, Episcopus Albanensis, Tusculanus, Praenestinus, & Ostiensis, Collegij Decanus, die 29. Iunij, anno 1570.
- Gaspar de Zuniga Hispanus, Presbyter Cardinalis S. Barbarae, iij. Nonas Februarij, anni 1571.
- Carolus de Grassis Bononienfis, Presbyter Cardinalis S. Agnetis in Agone, S. Luciae in Septifolio, & S. Euphemiae, vij. Kalendas Aprilis, eiusdem anni 1571.
- Hieronymus Socherus Gallus, ordinis Cisterciensis, Presbyter Cardinalis S. Matthaei in Merulana, x. Kalendas Nouembris, anni pariter 1571.
- Laurentius Strozzius Florentinus, Presbyter Cardinalis S. Balbinae, xix. Kalendas Ianuarij, anni item 1571.

FINIS TERTII TOMI.



